Banniez

in 1ma p.

qu 65-fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sem. f. M. A. Theol.
Gest. Reihe

Arbeitszimmer III
Gestell:
Reihe;

Comprado a Valkenb.
en sep. 1956.

Comprado a Valkenb
en sep. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLASTICA

COMMENTARIA

IN PRIMAM PARTEM

ANGELICI DOCTORIS

D. THOMAE AQVINATIS,

A Quæstione LXV. usque ad CXIX, & ultimam.

Auctore

F. DOMINICO BAÑES MONDRAGONENSI,

ORD. PRAEDICATORVM,

In florentissima Salmanticensi Academia Sacræ Theologiæ Primario Professore.

Cum Indicibus locupletissimis, locorum Scripturæ Sacræ, & Rerum notatu dignarum.

TOMVS SECVNDVS.

VENETIIS,

Apud Hæredes Melchioris Sessæ, M. D. XCI.

Comprado a Valkenb. en sep. 1956.
Bibliotheca Facult. Philosophiae Prov. Cast. Orient. S. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pertinet ad conuentum S. Aug.ni
de Sabriano. Ad usum Fris Antonij
Nicolai Cartucci. Emit Pisauri.

F. DOMINICVS BAÑES
SACRAE THEOLOGIAE SALMANTICAE PROFESSOR,
PIO LECTORI SALVTEM.

POTVISSEM quidem ego, multò antea Commentariorum in Primam totam Partem Angelici Doctoris librum in publicum edere; si non plura, quàm quæ à nostris Scholasticis Theologis hactenus super posteriores Quæstiones obseruata atque dictata, imò etiam prelo mandata sunt, desiderarentur. Quamobrem in mentem uenit commune illud prouerbium, Sat cito si sat bene. Statui ergo per annos ferè quatuor quantum temporis, & spatij ab studijs pro quotidianæ Primarię Cathedræ lectione necessarijs eripere potui, totum id in inquisitione & dispositione, nec non profundiore meditatione earum rerum quæ ad grauissimas difficultates insinuandas & dissoluendas pertinere uiderentur, impendere. An uerò id assequutus fuerim, aliorum, qui nostra scripta sincero animo legerint, erit iudicium. Aduertat autem pius Lector quatuor esse prȩcipua ac difficilia, quę in hoc opere pertractantur. Principiò quidem, à Quæstione sexagesimaquinta usque septuagesimamquartam, De opere sex dierum, hoc est de Mundi opificio, quę à Sanctis Patribus, & posterioribus Doctoribus dicta inuenimus, referuntur: & interdum modestè expenduntur & diiudicantur. Secundo loco à Quęstione septuagesimaquinta usque octuage

Universidad de Deusto
Biblioteca

simam nonam, De ipso homine seu potius de ipsius anima, eiusque potentijs omnia, quę Diuus Thomas amplissimè disserit, à nobis ualde locupleratur. Non enim solas Theologicas, sed etiam Physicas quæstiones antiquas & nouas discutimus & definimus. Neque mirari debent, qui in primis huius primę partis quæstionibus interpretandis plurima Logicalia importunè miscent; quòd nos Philosophica in tractatione de Anima inseramus, quæ utilius Sacræ Theologiæ ministerium præstant. Iam uerò tertio loco à quæstione nonagesima usque centesimam secundam, De statu primi hominis, qualis ille futurus erat, si homo in originali iustitia permansisset; non sine magna utilitate agitur. Qua in re nostram diligentiam credo laudabit, qui aliorum scripta legerit. Tandem in postremis quæstionibus, de uniuersi diuina gubernatione multò plura quàm alij solent, differo; imò quam ego ipse olim ante annos triginta Salmanticæ in Primaria Cathedra substitutus dictaueram. Puderet sanè talia sexagenarium in huius operis commendationem commemorare, nisi quorundam iuniorum maledicta me cogerent, apud Theologorum uulgus nostros labores ab iniuria cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere. Fateor nihilominùs pro tot tantarumq; rerum grauitate, ac difficultate mihi, neq; nostram diligentiam, neq; nostras meditationes satisfeciſſe. Hoc tamen effeciſſe me uideo, quòd Scholasticis Theologis ingenio præditis uiam ad plures altioresque considerationes aperuerim. Meminerit tamen & ipsi, quòd inuentis facilè est addere: & quòd dimidium facti qui cœpit habet. Quocirca nostris erratis, quæ salua fide dissimulari poterunt, ueniam benigno animo dabunt. Cæterum quidquid in hoc opere, uel alijs meis scriptis à me asseritur totum Sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ correctioni subijcio.

Valeas plurimum in Christo pie Lector.

Datis Salmanticę Calen. Augusti. Anno à Natiuitate 1588.

TABVLA PRINCIPALIVM DVBIORVM CCLV.

ab Auctore in hoc opere decisorum.

1 VTRVM omnia quæcunque sint quomodocunque sint, à Deo sint creata. colũna 4

2 Vtrùm corpora cẽdita sint exprimaua Dei intentione, an verò in pœnam creaturæ spirituales. col 15

3 Vtrùm aqualitas iustitiæ habeat locum in prima rerum institutione. col 35.

4 Vtrùm creatura corporalis in prima productione facta sit immediate à Deo. 38

5 Vtrùm informitas materiæ præcesserit tempore, an verò solum natura, formationem eius. col 50

6 Vtrùm materia prima per diuinam potentiam possit esse extra nihil absq; omni forma substantiali. 70

7 Vtrùm cælum sit corruptibile, & vtrùm materia elementorũ sit de natura elementorum. col. 90

8 Vtrùm materia elementorũ & elementorum sit eiusdem rationis col 111

9 Vtrùm cælum sit compositum ex materia & forma. 124

10 Vtrùm sit ponendum cælum empyreum creatum immobile distinctum à cæteris cælis col. 133

11 Vtrùm cælum empyreũ influat aliquid in hæc inferiora. col. 144

12 Vtrùm quatuor solum sint primo creata. col. 149.

13 Vtrùm lux quoad vsum dicatur propriè de spiritualibus. col. 163

14 Vtrùm lux sit corpus. col. 168

15 Vtrùm lux habeat esse intentionale, an uero esse reale col. 173

16 Vtrùm rectè Deus à luce inceperit rerũ distinctionem col. 185

17 Vtrùm primo die producta fuerit lux solis quantum ad virtutem illuminatiuam col. 189

18 Vtrùm firmamentum sit factum secunda die. col. 200

19 Vtrùm firmamentum sint supra firmamentum col. 211

20 Vtrùm sit vnum cælum tantum. col. 218

21 Vtrùm omnes cæli propriè dicti distinguantur specie. col. 221

22 Vtrùm aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die col. 223

23 Vtrùm aqua sit eleuatior terra, an verò terra sit altior aquis, & mari. col. 235

24 Vtrùm plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur. col 243

25 Vtrùm plantæ fuerint productæ tertia die actu, an tantum uirtute. col. 254

26 Quo tempore anni sit conditus mundus col. 257

27 Vtrùm luminaria debuerint produci quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quarta die.col.166
28 Vtrùm conuenienter causa productionis luminarium describatur.col.176
29 Vtrùm luminaria cæli ita facta sint in signa,ut indicent futuros actus liberos hominum.col.280
30 Vtrùm cælis vniatur anima ut forma. col.294
31 Vtrùm conuenienter describatur opus quintæ diei.col.304
32 Vtrùm conuenienter describatur opus sextæ diei.col.315
33 Vtrùm prima perfectio uniuersi conuenienter ascribatur septimæ diei.323
34 Vtrùm die septima requieuerit Deus ab omni opere suo.col.332
35 Vtrùm benedictio & sanctificatio debeatur diei septimæ. col.340
36 Vtrùm obseruatio diei sabbathi fuerit in præcepto ab initio seculi.col.346
37 Vtrùm dies septima habuerit uesperum col.347
38 Vtrùm sufficienter septem dies enumerentur.col.351
39 Vtrùm omnes septē dies sint vnus dies. col.360
40 Mouentur plura dubia circa literam primi capituli Geneseos,col.390
41 Vtrùm in toto primo capite Geneseos, uel in initio illius Trinitatis mysterium insinuetur.col.429
42 Vtrùm genus animæ sit actus.col.441
43 Vtrùm in illa diffinitione,scilicet,Actus corporis physici organici etiam rectè assignatur differentia illius.col.452
44 Vtrùm animā diffiniatur in ista diffinitione per subiectum formatum, an uero per subiectum informe.col.463
45 Vtrum bona sit secunda diffinitio animæ, scilicet, Est id quo viuimus,sentimus, mouemur, & intelligimus.475
46 Vtrùm sit certum secūdum fidem quod anima humana est incorporea & incorruptibilis.col.488
47 Vtrùm si anima esset corpus posset intelligere alia corporea.col.492
48 Vtrùm sit certum secundùm fidem catholicam animam rationalem esse immortalem.col.509
49 Vtrùm ratione naturali euidenter cognosci possit veritas de animarum immortalitate.col.517
50 Vtrùm rationes D.Thomæ quibus probat animæ immortalitatem sint bonæ & demonstratiuæ.533
51 Vtrùm secundùm mentem Aristotelis sit dicendum animam rationalem esse immortalem,col.543
52 Vtrùm intellectus angeli & animæ sint eiusdem speciei.col.553
53 Vtrùm ratione naturali possit demonstrari animā rationalem esse formam corporis intrinsecam.col.562
54 Vtrum animam intellectiuā etiam secundùm quod est intellectiua sit dicenda forma corporis.col.567
55 Vtrum disputare de anima pertineat ad Physicum, an uerò ad Metaphysicum. col.571
56 Vtrum intellectus sit abstractior quam anima intellectiua.col.579
57 Vtrum esse animæ intellectiuæ sit idem quo subsistit anima, & quo subsistit compositum col.582
58 Vtrum anima intellectiua per se subsistat in composito,non solum tanquam quo,sed etiam tanquam quod.col.584
59 Vtrum anima separata habeat naturalem inclinationem ad corpus col.592
60 Vtrum in uno homine possit esse diuersa phantasmata diuersarum rerum,solo numero distinctarum.col.608
61 Vtrum in homine sint plures animæ per essentiam differentes.col.621
62 Vtrum anima rationalis contineat in virtute sensitiuam & uegetatiuam. col.627
63 Vtrum eadem fide qua tenemus animā esse immortalem,eadem tenere debeamus eam esse indiuisibilem col.645
64 Vtrum sola anima intellectiua sit indiuisibilis, & tota in qualibet parte. col.647
65 Vtrum anima intellectiua ita sit in qualibet parte corporis,ut etiam sit in capillis & unguibus.col.679
66 Vtrum ipsa essentia animæ sit eius potentia.col.688
67 Vtrum propriæ passiones possint separarè à suis subiectis.col.696

68 Vtrum actus & potentia sint in eodem genere.col.701
69 Qualiter intelligatur quod anima sit in potentia uitam habens.col.705
70 Vtrum ex diuersitate operationum inferatur diuersitas principiorum elicientium operationes.col.707
71 Vtrum substantia creata possit esse immediatum principium operandi per se ipsam.col.709
72 Vtrum potentiæ diffinguantur per actus & obiecta.col.718
73 Vtrum in potentijs animæ sit aliquis ordo.col.730
74 Vtrum omnes potentiæ animæ sint in anima tanquam in subiecto col.735
75 Vtrum eius sit potentia tanquam subiecti cuius est operatio.col.739
76 Vtrum potentiæ quarum operationes exercentur organo corporeo sint in coniuncto tanquam in subiecto col.741
77 Vtrum omnes potentiæ animæ fluant ab eius essentia.col.745
78 Vtrum anima sit causa finalis suarum potentiarum actiua uel materialis. col.748
79 Vtrum potentiæ fluant ab anima per ueram & realem actionem, an uero per naturalem resultantiam.col.753
80 Vtrum potentiæ quæ sunt in coniuncto maneant in anima separata col.760
81 Vtrum Aristoteles & D.Thomas rectè constituerint numerum potentiarum. col.767
82 Vtrū potentia motiua secundùm locum sit realiter distincta à potentia appetitiua.col.779
83 Vtrum potentia nutritiua,augmentatiua,& generatiua sint realiter inter se distinctæ.col.790
84 Vtrum alimentum sit obiectum trium potentiarum partis uegetatiuæ.col.800
85 Vtrū operationes animæ uegetatiuæ sint tantum tres. col.810
86 Vtrum naturalissimum omnium operum uiuentium,sit generare sibi simile. col.814
87 Vtrum sit aliquod uiuens cui non conueniat potentia generatiua.col.819
88 Vtrum in plantis sit anima dans illis esse uiuentis.col.827
89 Vtrum potentiæ sensitiuæ sint merè passiuæ.col.834
90 Vtrum detur sensus agens. col.846
91 Vtrum sint ponendæ species sensibiles, quæ ab obiectis emissæ immutent sensus col.850
92 Vtrum sensus circa proprium sensibile decipiatur.col.861
93 Vtrum uehemens sensibile destruat sensum.col.866
94 Vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem.col.871
95 Vtrum diuisio,sensibilis in proprium,commune & per accidens sit bona. col.876
96 Vtrum sensibilia communia imprimant species distinctas ab speciebus sensibilium propriorum.col.888
97 Vtrum sensus exteriores sint reflexiui & possint percipere suam sensationem. col.898
98 Vtrum sensus exteriores sint quinque. col.904
99 Vtrum color sit obiectum uisus.col 907
100 Quod sit sensorium uisus quod medium & quomodo fiat uisio.col 923
101 Vtrum sonus sit motus uel qualitas. col 930
102 Vtrum sonus causetur à contactu duorum corporum solidorum.col.933
103 Vtrum sonus subiectetur in solo aere intercepto. col 937
104 Vtrum sonus sit realiter in medio usque ad aurem, an uero intentionaliter. col.940
105 Qua ratione formetur Echo.col.947
106 Vtrum homo inter omnia animalia habeat pessimum odoratum & tactum. col.949
107 Vtrum odor realiter diffundatur per medium, an solum intentionaliter. col.957
108 Vtrùm gustus & tactus sint distincti sensus.col.963
109 Vtrum sensus tactus sit unus secundùm speciem athomam.col.968
110 Quod sit sensorium tactus.col.975
111 Vtrum aer,uel aqua, uel aliud corpus possit esse medium externum tactus. col.980

Universidad de Deusto
Biblioteca

112 Vtrum sensus interiores sint tantũ quatuor.col.989
113 Vtrum in sensibus interioribus sint iudicia, uel propositiones, uel discursus. col.993
114 Vtrum sensus communis sit ponendus, & in qua parte cerebri constituatur. col.1005
115 Vtrum sensus communis solum sentiat in presentia sensibilium exteriorum. col.1007
116 Vtrum phantasia sit motus à sensu secundum actum factus, & sit potentia cognoscitiua.col.1010
117 Vtrum omnia animalia etiam imperfecta habeant phantasiam & memoriam.col.1022
118 Inquiritur natura extimatiuæ & cogitatiuæ.1025
119 De natura memoriæ & reminiscentiæ. col.1027
120 Vtrum in homine memoria & reminiscentia sint distinctæ potentiæ.col.1028
121 Vtrum intellectus dicatur potentia passiua, tam respectu obiecti, quam specierum intelligibilium.col.1035
122 Vtrum intellectio producatur effectiuè ab ipso intellectu.col.1046
123 Vtrũ sit ponẽdus intellectus agens. 1061
124 Vtrum sit ponendus sensus agens.1075
125 Quanam sit propria operatio intellectus agentis.col.1081
126 Quomodo intellectus agens faciat intelligibilia in actu.col.1093
127 Quomodo intellectus agens dicatur assumere phantasmata ad producẽdam speciem intelligibilem.col.1102
128 Vtrum lumen sit necessarium propter colores ex parte obiecti, an uero tantum ex parte medij.col.1126
129 Vtrum in parte intellectiua animæ, sit proprie memoria.col.1131
130 Vtrum memoria intellectiua sit distincta potentia ab intellectu possibili.1147
131 Vtrum synderesis sit habitus pertinens ad intellectum.col.1163
132 Vtrum synderesis sit congenitus ipsi intellectui, an uero acquisitus.col.1167
133 Vtrum conscientia sit potentia, uel actus, uel habitus.col.1171
134 Vtrum Apprehensio obiecti sit ratio formalis finis in ordine ad appetitum, & non sola conditio.col.1180
135 Vtrum bonum apprehensum moueat appetitum in genere causæ finalis.1202
136 Vtrum irascibilis & concupiscibilis sint diuersæ potentiæ realiter inter se distinctæ.col.1232
137 Vtrum irascibilis sit præstantior concupiscibili, an uero econuerso.col.1240
138 Vtrum appetitus sensitiuus possit mouere in homine sine motione appetitus superioris.1247
139 Vtrum actus uoluntatis possit esse coactus.col.1257
140 Vtrum uoluntas possit cogi in actibus à se imperatis.col.1264
141 Vtrum uoluntas aut aliqua alia creatura possit pati violẽtiam respectu Dei col.1273
142 Vtrum beatitudinem in communi & finem ultimum formaliter, & illa media quæ habeant necessariam connexionem cum ultimo fine, nostra uoluntas necessario appetat.col.1283
143 Vtrum uoluntas beatorum in patria necessitetur quoad exercitium ad amandum Deum.col.1292
144 Vtrum uoluntas moueatur aut moueri possit necessario quoad exercitium ad amandum Deum col.1296
145 Vtrum supposita uoluntate finis necessario & non liberè uoluntas uelit medium necessarium ad finem.col.1306
146 Vtrum intellectus sit perfectior uoluntate simpliciter loquendo.col.1314
147 Vtrum uoluntas sit perfectior intellectu secundum quid.col.1326
148 Vtrum uoluntas moueat intellectum per modum efficientis. col.1333
149 Vtrum prima intellectio animæ sit ex motione diuina col.1336
150 Qua certitudine tenendum sit quod homo habet liberum arbitrium.col.1345
151 Vtrum libertas uoluntatis proueniat ex indifferentia iudicij intellectus.1359
152 Vtrum liberum arbitrium sit alia potentia à uoluntate.col.1376
153 Vtrum obiectum nostri intellectus sit quidditas rei materialis.col.1407

154 Vtrum

154 Vtrum intellectus noster possit cognoscere quidditatem rei materialis abstractam a singulari.col.1415
155 Vtrum in cognitione rei materialis, ut existentis in singulari necessario intellectus noster debeat se conuertere ad phantasmata.col.1423
156 Vtrum sensus communis possit iudicare & discernere in absentia sensibilium. col.1431
157 Vtrum sint constituendæ species intelligibiles col.1441
158 Vtrum species intelligibilis concurrat cum intellectu effectiue partialiter ad intellectionem.col.1446
159 Vtrum possimus plura simul intelligere. col.1462
160 Vtrum unus intellectus in seipso sit perfectior altero.col.1474
161 Vtrum intellectus noster directe possit cognoscere singularia.col.1488
162 Quid sit intellectum cognoscere singularia per reflexionem.col.1493
163 Vtrum intellectus quando cognoscit singulare per reflexionem ita cognoscat illud, ut formet proprium conceptum illius.col.1498
164 Vtrum sicut admittimus in intellectu conceptus rerum singularium possimus etiam admittere species proprias & adæquatas ipsarum.col.1503
165 Vtrùm intellectus sit cognoscitiuus contingentium col.1582
166 Vtrum anima nostra cognoscat se per propriam essentiam col.1524
167 Quis sit sensus illorum uerborum Augustini: Mens nostra semetipsam per seipsam.col.1533
168 Vtrum intellectus formet proprium conceptum, quando cognoscit habitus, & actus, & conceptus, & species.col.1541
169 Vtrum intellectus noster secundum præsentem statum possit quidditatiue cognoscere substãtias separatas.col.1559
170 Vtrum ad cognoscendas res supernaturales sufficiant species abstractæ à rebus materialibus.1563
171 Vtrum sit certum quod anima separata aliquid cognoscat.col.1574
172 Vtrum sit naturale animæ esse in corpore, & intelligere per conuersionem ad superiora, an uero contra eius naturam? col.1580
173 Vtrum anima separata cognoscat se per suam propriam substantiam.col.1594
174 Qua ratione anima separata possit perfectè cognoscere alias animas, non autẽ substantias separatas col.1596
175 Vtrum anima separata per species à Deo infusas cognoscat omnia naturalia, etiam angelos cognitione confusa, an cognitione perfecta.col.1600
176 Per quid determinetur species animæ separatæ, potius ad ista singularia quam ad illa col.1608
177 Vtrum qualibet anima separata cognoscat omnia quæ apud nos aguntur. col.1627
178 Vtrum singularia quæ cognoscuntur à beatis, cognoscantur secundum aliquã successionem.1631
179 Vtrum anima Samuelis secundum ueritatẽ apparuerit Regi Saul. col.1634
180 Vtrum anima sit facta, & utrum sit de substantia Dei.col.1645
181 Vtrum secundum fidem tenendum sit quod anima rationalis producitur a solo Deo per creationem ex nihilo.1650
182 Vtrum anima producatur ante corpus. col.1667
183 Vtrum ad omnia alia opera præter generationem melius adiuuetur uir ab alio uiro, quam à muliere.col.1690
184 Vtrum secundum rei ueritatem mulier producta sit ex costa uiri.col.1699
185 Vtrum mulier formata sit ex costa uiri absque aliqua additione alterius materiæ.1708
186 Vtrum angelus sit magis ad similitudinem Dei quam homo col.1726
187 Vtrum imago Dei maneat in peccatoribus, an uero deleatur per peccatũ.1731
188 Vtrum imago Dei reperiatur perfectius & expressius in uiro, quàm in muliere. col.1738
189 Vtrum prius homo in statu innocentiæ habuerit aliquam notitiam euidẽtem saltim abstractiuam de diuinis mysterijs. col.1768
190 Vtrum homo in statu innocentiæ intelligeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

gereret per conuersionem ad phantasmata.col.1789

191 *Vtrum Adam habuerit scientiam eorum omnium quæ naturaliter homines cognoscere possunt.col.1791*

192 *Vtrum de supernaturalibus cognouerit Adam omnia illa, quæ necessaria erãt ad gubernationem humanæ uitæ secundum illum statum.1792*

193 *Vtrum omnis deceptio accidat in intellectu ex aliquo inferiori.col.1796*

194 *Vtrum primus homo creatus fuerit in gratia col.1799*

195 *Vtrum iustitia originalis & gratia gratum faciens sint habitus realiter distincti: an uero sint idẽ habitus secundum rem, distincti uero secundum rationem per ordinem ad diuersos effectus.1807*

196 *Vtrum in Adam fuerint passiones animæ.col.1813*

197 *Vtrum in statu innocentiæ fuissent aliquæ passiones respicientes malum, ut dolor, timor, &c. col.1817*

198 *Vtrum illæ virtutes quæ important aliquam imperfectionem repugnantem perfectioni status innocentiæ, essent in Adam secundum habitum, non autem secundum actum, vt virtus pœnitentiæ, & misericordiæ.col.1822*

199 *Et vtrum virtutes morales quæ versantur circa passiones, vt temperantia & fortitudo essent in Adam, secundum actum & habitum.ibid.*

200 *Vtrum simpliciter loquendo asserendum sit, quòd homo in statu innocentiæ plus meruisset quantum ad præmium essentiale, imo & quantum ad accidentale secundum quantitatem absolutam operum: quam mereantur homines in statu naturæ lapsæ iustificati per Christi gratiam, qui dicitur secundus Adam col.1828*

201 *Vtrum qui cum æquali charitate operatur magno opera alterius virtutis, plus mereatur de præmio essentiali, quam qui cum æquali charitate dat potum aquæ frigidæ.col.1835*

202 *Vtrum primus homo in statu innocentiæ dominaretur omni creaturæ, quæ non est ad imaginem Dei col.1847*

203 *Vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis ex parte causæ efficientis. col.1860*

204 *Vnde proueniebat homini immortalitas in statu innocentiæ. col.1863*

205 *Vtrum primus homo in statu innocentiæ esset passibilis, passione quæ remoueret ipsum à sua dispositione naturali.col.1867*

206 *Vtrum homo in statu innocentiæ indigeret cibis.col.1872*

207 *Vtrum homo in statu innocentiæ per lignum vitæ immortalitatem consequutus fuisset.col.1876*

208 *Vtrum in statu innocentiæ fuisset vera generatio per coitum.col.1886*

209 *Vtrum si perseuerasset status innocentiæ nascerentur ijdem homines qui modo generantur, an vero soli illi nascerentur, qui modo sunt prædestinati. col.1889*

210 *Vtrum paradisus sit locus corporeus in parte Orientali situs.col.1907*

211 *Quare Diuus Thomas in locum postremum reiecerit tractatum de rerum gubernationem.col.1923*

212 *Vtrum in rebus naturalibus semper, vel vt in plurimum fiat id quod melius est.col.1928*

213 *Vtrum bonum quòd est finis totius uniuersi, oporteat, quòd sit extrinsecum à toto vniuerso.col.1931*

214 *Vtrum omnia gubernentur immediatè à Deo immediatione virtutis, vel suppositi.col.1944*

215 *Vtrum homo conditus in puris naturalibus operaretur secundum rationem, vt in plurimum, & in pluribus indiuiduis col. 928*

216 *Vtrum sit certum secundum fidem, quòd creaturæ omnes conseruantur à Deo.col.1960*

217 *Vtrum Diuus Thomas demonstratiuè probet necesse esse omnia a Deo in esse conseruari col.1961*

218 *Vtrum Deus conseruet res aliquas in esse mediantibus aliis directè conseruantibus, aut indirectè.col.1972*

219 *Vtrum aliquid possit seipsum conseruare in esse.col.1939*

220 *Vtrum*

220 *Vtrum materiam possit immediatè mouere creatura ad formam: an uero proprium sit Dei.col.1991*

221 *Vtrum animalia quæ generantur ex putrefactione terræ habeant aliam causam efficientem mediam, præter cælestia corpora, & virtutem angelorum mouentium cælestia corpora.col.1993*

222 *Vtrum sit certum secundum fidem, Deum posse immediate mouere quodcunque corpus.col.1997*

223 *Vtrum omnia quæ Deus potest facere per causas secundas possit facere se solo.col.1998*

224 *Vtrum Deus moueat immediatè intellectum creatum.col.2002*

225 *Vtrum Deus possit facere aliquid contra rerum ordinem, & in quo sensu hoc potest verificari col.2013*

226 *Vtrum Deus saltim de potentia absoluta possit mouere aliquam creaturam violenter contra naturalem inclinationem illius.col.2015*

227 *Vtrum ad rationem miraculi requiratur, quòd effectus sit manifestus, et causa sit omnibus naturaliter occulta. col.2020*

228 *Vtrum sit certum secundum fidem vnum angelum alterum illuminare. col.2032*

229 *Vtrum unus angelus illuminet alterũ, fortificando virtutem intellectiuam eius, & diffinguendo ea quæ velociter à se concipiuntur.col.2034*

230 *Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de his quæ inferior non videt in diuina essentia.col.2044*

231 *Vtrum angelus superior efficiat in intellectu inferioris intelligibilem speciem. col.2048*

232 *Vtrum rectè procedat Diuus Dionysius.8.cap.cælestis hierarchiæ, cum dicit: angelum superiorem, purgare, illuminare, & perficere inferiorem. col.2049*

233 *Vtrum quicunque angelus superior illuminet quemcunque inferiorem. col.2050*

234 *Vtrum unus angelus possit mouere uoluntatem alterius, non solum ex parte obiecti, sed etiam ex parte potentiæ. col.2053*

235 *Vtrum sit possibile quòd unus angelus alteri loquatur, & quomodo fiat ista locutio.col.2061*

236 *Vtrum sit aliquis modus quo superior angelus excitet mentem inferioris, vt attendat illius locutionem.col.2067*

237 *Vtrum rationes creaturarum quas angelis supremi cognoscunt in uerbo, cognoscantur etiam ab angelis inferioribus extra uerbum, per reuelationes particulares col.2106*

238 *Vtrum secundum naturales perfectiones sit unus ordo bonorum et malorum angelorum.col.2117*

239 *Vtrum angeli taliter præsint rebus corporeis, quòd possint facere miracula. col.2123*

240 *Vtrum omnis informatio materiæ sit à Deo immediatè, uel ab aliquo agente corporali: ita vt non possit esse immediatè ab angelo col 2126*

241 *Vtrum angeli possint mouere omne corpus ad omnem locum col.2130*

242 *Vtrum angelus possit illabi in potẽtiam aliquam spiritualem, & an possit causare esse existentiæ. col.2143*

243 *Vtrum Archangelus Michael sit primus, an uero infimus hierarchiæ.2158*

244 *Vtrum homini condito in puris naturalibus designaretur angelus ad eius custodiam.col.2163*

245 *Vtrum sit certum secundum fidẽ, quod singuli homines à singulis angelis custodiantur.col.2167*

246 *Vtrùm personis publicis, præter angelum custodem, deputetur alius qui ipsas dirigat in commune bonum, & publicam vtilitatem.col.2168*

247 *Vtrum cuicunque homini deputentur duo angeli, alter bonus, alter malus. col 2173*

248 *Vtrum per miracula dæmonis arte facta, possint excusari homines recedentes à Romanæ ecclesiæ autoritate, vel etiam à virtute.col.2196*

249 *Vtrum astrologi possint ex motibus, & concursibus astrorum futura prædicere, maximè illa quæ subiacent actibus humanis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index dubiorum.

Humanis, & libero hominis arbitrio. col.2220

250 *Vtrum posita causa necessario sequatur effectus, an vero tantum ut in plurimum. col.2241*

251 *Vtrum omne quod est habeat causam. col.2244*

252 *Vtrum omnis vera naturalis, accipiendo rem, vt distinguitur contra concursum, habeat causam ex qua necessario fiat. col.2253*

252 *Vtrum sit idem iudicium de anima coniuncta, & separata quoad virtutem motiuam. col.2276*

254 *Vtrum semen ab animali decisum sit actiuum anima sensitiua, saltem instrumentaliter. col.2280*

255 *Vtrum virtus quæ est in semine remaneat aduenięte anima rationali.2285*

FINIS.

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

quæ sparsim ab Auctore explicantur

INDEX SECVNDVM ORDINEM

Librorum Veteris, ac Noui Testamenti.

Ex Genesi.

PRæterquam q̃ disputatio de opere sex dierum tota in expositione Primi Capituli huius Libri insumitur adhuc habes specialiora Commentaria illius in art.3.q.74. Quæ vero sequuntur (aliàs passim relata) notauimus.

CAP. I.

IN principio creauit Deus cœlum & terram. 6. B. 157. A. 155. C. 312. E. 429. C

Terra autem erat inanis & vacua.58.A

Et tenebræ erant super faciem Abyssi. 156. B. 371. E

Et spũs Domini ferebatur super aquas. 7.D.156.B.157.E.34.A.411.B

Dominamini piscibus maris, volatilibus cęli, &c.1844.E

Et vidit Deus lucem quòd esset bona. 191.A

Crescite & multiplicamini & replete terram.1908.C.1914.C

Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.425.A

Congregentur aquæ in locum vnum. 1998.A

Producat terra animã viuentẽ. 2281.B

Fiat firmamentũ in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis.39.D.102.C

Germinet terra herbam virentẽ.829.C

Fiant luminaria in firmamento Cœli. 362.D.430.D

Creauitq; Deus Cæte grandia. 391.C

Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram. 429.C.38.D.95.D

Formauit igitur Deus hominem de limo terræ.561.E.623.C.514.C

Ad imaginem Dei creauit illũ. 429.C

Masculum & fœminam creauit eos. 378.A

Ecce dedi vobis omnem herbã. 354.A

2 Igitur perfecti sunt cęli & terra & omnis ornatus eorum.154.E.318.E

Complenitq; Deus die septimo opus suum quod fecerat. 328.B

Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.370.D

In ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus.332.D.401.D

Quacunque die comederis, morte morieris. 1861.B

Tulit Deus hominem quem formauerat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat,& posuit eum,&c. 1911. B
Formauit igitur Deus hominem de limo terræ,& inspirauit in eum spiraculum vitæ.2281.B
Istæ sunt generationes cœli & terræ quando creatæ sunt in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram. 150.D.195.B.360.E.324.C.255.B. 352.B.372.C.378.B
Non enim pluerat Deus super terram. 254.E
Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. 488.B.509.D
Et inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ.19.B.467.D
Plantauerat autem Dominus Deus Paradysum voluptatis à principio. 53. A.180.D.372.D
Tulit vnam de costis eius & repleuit carnem pro ea.399.E
3 Quia puluis es.306.A
Sub viri potestate eris,& ipse dominabitur tui.1857.B
Ne forte sumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. 1878. E. 1879.1880.
Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, & in dolore paries filios. 1888.A
Posuit Deus Cherubim ad custodiendam viam ligni vitæ.1912.B. C
Adam audiuit vocem Dei deambulantis in paradiso.1913.D
7 Cataractæ cœli apertæ sunt.215.B
8 Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt in malũ ab adolescentia sua. 1378.B
Recordatus est Dominus Noe & cunctorum animantium.252.A
9 Arcum meum bonam in nubibus cœli. 325.E
Sit terror vester ac tremor super cuncta animantia terræ.1845.B
Maledictus puer Canaam, seruus erit fratrum suorum. 1857.D
12 In semine tuo benedicentur oẽs gentes.401.B.C
13 Non poterat eos capere terra. 1914.D
14 Non accipiã ex omnibus quæ tua sũt exceptis ijs quæ comederunt iuuenes &c.252.B
20 Postquam eduxit me Deus de domo patris mei.432.E
35 Apparuit Deus.433.E
42 Loquutus est Dominus terræ.430.C
43 Non est in nostra cõsciẽtia quis posuerit eam in marsupijs nostris.1171.E

Ex Exodo.

Cap.
3 Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. 511.A
12 Mensis iste principium mensium primus erit vobis in mensibus anni. 258.B.260.D
20 Sex diebus fecit Dominus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.370.D.327.C
22 Dijs non detrahes. 431.E.433.A
23 Solemnitatem quoque in exitu anni. 257.D
28 Quos repleui spiritu prudẽtiæ. 414.C
31 Et impleui eum spiritu Dei. ibid.

Ex Numeris.

Cap.
11 Auferam de spiritu tuo tradamq; eis. 414.B

Ex Deuteronomio.

Cap.
1 Multitudine velut stellæ cæli hodie estis vos.23.A
4 Ne eleuatis oculis in cælum solem videas & lunam & colas ea. 341.B
Quæ est tam grãdis natio quæ habeat Deos appropinquantes sibi. 433.A
21 Et circuncidet vngues. 202. C
28 Sicut cælum quod superat te est æneũ. 205.C

Ex Iosue.

Cap.
2 Tolens mulier viros abscondit eos. 430.C
5 Fac tibi cultros lapideos. 202. D
Ego sum princeps exercitus Domini. 2169.C
14 Non poteritis seruire Domino, Deus enim sanctus & fortis.432.D

Ex 1. Regum.

Cap.
10 Immutauit illi Deꝰ cor aliud.1268.A
17 Prævaluit Dauid aduersus Philistæũ in funda & lapide. 401.B
21 Nolite declinare post vana.61.B
28 Deos uidi ascendentes.430.E

Ex 2. Regum.

Cap.
7 Quæ est gens vt populus Israel. 431. B
Propter quam ibit Deus vt redimeret eum sibi in populum.432. D
13 Occidit virum ægyptium visibilem. 60. D

Ex 3. Regum.

Cap.
6 Factum est igitur quadringentesimo octuagesimo anno,egressionis filiorum Israel ex Aegypto &c. 259.A
16 Baasa occidit Iehu filium Annani. 160.D
17 Clausum est cœlum temporibus Eliæ. 205.C

Ex 4. Regum.

22 Non videbunt oculi tui omnia mala quæ ego inducam super hunc locum.1626. E

Ex Tobia.

Cap.
12 Ego sum vnus ex septem spiritibus qui stamus ante Deum. 335. B. 2160.B

Ex Iudith.

Cap.
2 Tu fecisti priora & illa post illa cogitasti.372.B

Ex Hester.

Cap.
13 In ditione tua cuncta sunt posita, tu enim fecisti cælum & terram. 8.A
Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita. &c. 1950.B
14 Transfer cor illius in odiũ hostis nostri.1267.E

Ex Iob.

Cap.
1 Nunquid Iob frustra timet Deum. 2079.A
7 Non reuertetur oculus meus. 1627. A
12 Immutat cor Principum populi terræ.1268. A
14 Si lignum aruerit,ad odorem aquæ reuiuiscet.92.A.509.B
25 Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.294.C
26 A fortitudine illius repente maria cõgregata sunt.229.D.232.E
31 Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ.140.C
34 Quem constituit alium super terram aut quem posuit super orbem quem fabricatus est.8.B
Subter omnes cælos ipse considerat. 191.D
37 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos.102.D
38 Quando fundebatur puluis in terram & glæbæ eius compingebantur. 64.A
Cum ponerem fundamenta terræ & me laudarent astra matutina. 154. D. 156.A.188.E.361.D
Posui vectem & ostia.237.D.
Indica mihi in qua via lux habitet. 191.C
Nunquid nosti ordinem cæli aut pones rationem eius in terra, &c. col. 2223.E
40 Ecce Beemoth quem feci tecum.150. D.361.C
Vna vni coniũgitur & nec spiraculum quidem cedit per eas.488.C

Ex Psalmis.

Cap.
1 Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.306.B
2 Possessionem tuam terminos terræ. 306.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Verba mea auribus percipe Domine, &c. 2066. D
8 Volucres cæli & pisces maris. 205. B
Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. 1852. A. 1845. A.
Minuisti eum paulo minus ab Angelis. 433. A
11 In circuitu impij ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. 1929. D
13 Dominus respexit super filios hominum. 60. D
15 Quia non derelinques animam meam in inferno. 511. B
17 Dominus firmamentum meum & refugium meum. 204. E
Posuit tenebras latibulū suū. 215. C
18 Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius, &c. 2067. A
21 Erue à framea Deus animam meam. 623. D
23 Domini est terra & plenitudo eius. 8. A. 235. E
Quis est iste Rex gloriæ? 2033. A
30 Oblitioni datus sum tanquam mortuus à corde. 379. D
31 Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. 1731. B
32 Verbo Domini cæli firmati sunt. 229. B
Ipse dixit & facta sunt. 404. C
Qui finxit sigillatim corda eorum. 1655. C
33 Congregans sicut in vtre aquas maris. 237. D
Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum & eripiet eos. 2163.
38 Adiuua ego sum apud te. 25. D
Verumtamen in imagine pertransit homo. 1728. A. 1734. C
44 Sagittæ tuæ acutæ. 379. D
48 Homo cum in honore esset non intellexit. 1731. A
49 Deus Deorum Dominus loquutus est. 433. C
Existimasti inique quòd ero tui similis. 1731. B
65 Induxisti nos in laqueum. 25. A
68 Veni in altitudinem maris. 237. B
72 In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 1735. B
74 Ego firmaui columnas eius. 204. E
77 Occidit in grandine vineas eorum & moros eorum in pruina. 829. A
81 Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. 400. A
84 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. 2067. B
86 Ecce Alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopum. 434. C
88 Age bonem & mare tu creasti. 237. A
Visitabo in virga iniquitates eorum. 401. B
89 Dominus refugium factus est nobis. 15. C
Prius quam montes fierent aut formaretur terra & orbis. 154. A. 155. D
90 Angelis suis mandauit de te. 2163. A
94 Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, &c. 2190. C
95 Lætentur cæli & exultet terra ante faciem Domini quia venit. 7. A
99 Scitote quoniam ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos. 34. E
101 Initio tu Domine terram fundasti. 140. B. 155. D. 318. E
Opera manuum tuarum sunt cæli. 90. E. 368. C
103 Extendens cælum sicut pellem. 203. B. 207. A. 211. D
Qui ambulat super pennas ventorum. 412. B
Terminum posuisti quem non transgredientur. 229. C
Abyssus sicut vestimentum amictus eius. 230. B
Sol cognouit occasum suum. 278. D
Hgemate magnum & spaciosum manibus. 311. B
Emitte spiritum tuum & creabuntur. 411. B
104 Nolite tangere Christos meos. 400. B
105 Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnū. 1731. A

106 Qui descendunt mare in nauibus, 235. E
Posuit flumina in desertum & exitus aquarum in sitim, &c. 2224. B
110 Intellectus bonus omnibus facientibus eum. 1173. A
118 Inclina cor meum in testimonia tua. 1268. A
Prius quàm humiliarer ego deliqui. 15. A
Incola ego sum in terra. 15. D
Deficit in salutare tuum anima mea. 105. D
Septies in die laudem dixi tibi. 335. B
119 Incolatus meus prolongatus est. 15. D
120 Qui fecit cælum & terram mare & omnia quæ in eis sunt. 6. B
135 Qui facit mirabilia magna. 39. C. 2134. B
Qui fundauit terram super aquas. col. 236. A
141 Educ de carcere animam meam. 15. A
144 Regnum tuum Regnum omnium sæculorum. 135. A
Regni eius non erit finis. 142. A
145 Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam. 490. B. 1574. B
146 Qui numerat multitudinem stellarum. 419. A
147 Flauit spiritus eius & fluent aquæ. 413. B
147 Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi. 102. D
Laudate eum omnes angeli eius. col. 154. A
Laudate eum cæli cælorum. 135. D

Ex Prouerbijs.

Cap.
3 Dominus stabiliuit cælos prudentiâ. 102. E
Dominus sapientiam fundauit terram. 155. D
6 Lucerna mandatum est & lex lux. col. 1318. B
8 Adhuc terram non fecerat & flumina & cardina orbis terræ. 155. D
Quando æthera firmabat sursum. col. 205. A
Certa lege gyro valabat abyssos. col. 229. C
Quando præparabat cælos aderam. 414. C
11 Vbi non est gubernator populus corruet, salus autem vbi multa consilia. 1936. E
16 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus impium quoq; ad diem malum. 1937. B
21 Cor Regis in manu Domini. 1265. A
31 Mulierem fortem quis inueniet. col. 1642. B

Ex Ecclesiastes.

Cap.
3 Vidi afflictionem quam dedit Dominus filijs hominum. 383. C
Vnus est interitus hominis & iumentorum. 509. A. 514. C
7 Scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti alijs. 1171. D
Virum ex mille reperi vnum, mulierem ex omnibus non inueni. col. 1742. B
9 Mortui autem nihil nouerunt amplius. 1626. B
11 Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solem. 191. B
12 Antequam tenebrescat Sol & Luna & lumen. 191. B
Et spiritus redeat ad eum qui dedit illum. 490. B. 511. B. 1655. C

Ex Canticis.

Cap.
2 En ipse stat post parietem nostrum. 334. C

Ex libro Sapientiæ.

Cap.
1 Sentite de Domino, in bonitate. col. 1378. C
2 Deus fecit hominem inexterminabilem. 510. A. 1733. B
Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. 1861. C. 1862. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus diffunditur quasi mollis aer. 488.C
Nescierunt honorem animarum sanctarum. 511.B
3 Iustorum autem animę in manu Dei sunt. 511.B. 606.D
Fulgebunt iusti & tanquam scintillę in arundineto discurrent. 135.B
5 Iusti autem in perpetuum viuent. col. 511.C
7 Candor est lucis ęternę. 164.B
In illa est spiritus intelligentiæ. col. 414. C
8 Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. 15.B
9 Quis hominum scire poterit consilium Dei. 513.D
Et difficile extimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu nostro sūt inuenimus cum labore; quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? col. 2224. A
10 Hæc illum qui primus formatus est à Deo patet orbis terrarum. 1704.B
11 Manus tua creauit orbem terræ. 50.D 310.D. 391.C
Quomodo autē posset aliquid permanere nisi tu voluisses: aut quod à te vocatum esset conseruaretur. 1960. D
15 Ignotauit eum qui se fiuxit, & qui inspirauit ei animam. 1687.D

Ex Ecclesiastico.

Cap.
1 Lustrans in circuitu pergit spiritus & in circulos suos reuertitur. 118.D
Omnia flumina intrant in mare. col. 238.A
2 Quis est homo qui possit sequi Regem factorem suum. 431.B
3 Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus perseuerant in ęternum. col. 1988.B
Honora patrem tuum, & ne despicias gemitum matris tuæ: memento quòd nisi propter illos natus non fuisses. 1892.A
17 In vnaquaque gente posuit rectorem. 2169.C
33 Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator. 1937. A
34 Enoch placuit Deo & translatus est in paradisum. 1912.B
39 Dentes bestiarum & Scorpij & Serpentes ad vindictam creata sunt. col. 1845.C

Ex Esaia.

Cap.
1 Audite cæli, & auribus percipe terra. 294. C
Laboraui sustinens. 337.B
Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. 1348. C
5 Mandabo nubibus cæli ne pluāt super eum imbrem. 2224.D
6 Clamabat alter ad alterum. Sanctus, Sanctus, Sanctus. 2060. C
17 Quasi nihilum & inane reputata sunt ei. 61. C
26 Elongasti omnes terminos terræ. col. 306. A
30 Erit lux lunę sicut lux solis. 106.A
Luceat septempliciter. 268.A
34 Extendetur super eum mensura. 61.D
Complicabuntur sicut liber cæli. 241. A. 203.C
42 Hæc dicit Dominus Deus creans cælum & extendens terram. col. 6. B. 433.B
44 Ego Dominus faciens omnia. 8.B
47 Venient tibi duo hæc subito, viduitas & sterilitas vniuersa. 283.B
48 Extempore antequàm fieret ibi eram, & nunc Dominus misit me, &c. col. 16.A
51 Cælum vt fumus deficiet. 90.E
63 Ego creo cælos nouos, &c. 202.D
Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra. 2032.E. 1060.C
Abraham nescivit nos, & Israel ignorauit nos. 1627.C

Ex Hieremia.

Cap.
3 Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. 2224.C

4 Aspe-

4 Aspexi terram & ecce vacua & nihili. 61.C
5 Me non timebitis qui posui arenam terminum maris. 229.B
Vnusquisque ad vxorem proximi sui inhiabat. 1731.D
8 Miluus in cælo cognouit tempus suū. 205.C. 2233.B
Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad prælium. 1731. D
10 A signis cæli, quæ gentes timent nolite meruere. 283.B. 341.B
23 Peruertistis verba Dei viuentis Domini exercituum Dei vestri. 432.D

Ex Ezechiele.

Cap.
4 Diem pro anno dedi tibi. 379.A
18 Omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris sic anima filij. 606.D. 623.D
29 Ego feci me metipsum. 400.B
46 In die Calendarum vitulum de armēto immaculato. 431.A

Ex Daniele.

Cap.
7 Iudicium sedit & libri aperti sunt. col. 281.C
10 Princeps Persarū restitit mihi. 2169. B. 2172.B
12 Resurgent mortui &c. 22.C

Ex Osea.

Cap.
2 Erit in die illa exaudiam cælos. col. 147. C
10 Vaccas Betanen coluerūt habitatores Samariæ. 430.D
12 Iudas autem descendit cum Deo & cum sanctis fidelibus. 430.D

Ex Zacharia.

Cap.
2 Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius; & dixit ad eum, Curre & loquere ad puerū istum. 2060.D
9 Spiritus in alis. 413.B
12 Ego Dominus formans spiritum hominis in medio eius. 19.B
Qui finxit spiritum hominis in ipso. 1655.C

Ex Amos.

Cap.
4 Ego quoq; prohibui à vobis imbrem, & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. 2224.D

Ex Malachia.

Cap.
2 Laborare fecistis Dominum. 337.C
Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirēt ex ore eius, qui angelus Domini exercituū est. 2271.C

Ex 1. Machabeorum.

Cap.
4 Incidit consilium bonum. 1173.B

Ex 2. Machabeorum.

Cap
7 Nec enim spiritum & animam donauit ego vobis, sed Deus. 1655.C

Ex Matthęo.

Cap.
4 Accedens tentator dixit ei &c. col. 2190.C
Accesserunt angeli & ministrabant ei. 2177.B
10 Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. 511.D. 513.B
11 Sumit alios septem spiritus nequiores se. 335.C
18 Angeli eorum vident faciē Patris mei qui in cælis est. 2163.A. 2167. C.D. & 2168.A.& D
22 Non est autem Deus mortuorum, sed viuentium. 511.A
28 Data est mihi omnis potestas. colum. 369. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locōrum

Ex Marco.

Cap.
3 Exurgēt pseudo Christi & pseudo Prophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendum si fieri potest etiam electos. 2196.C
4 Via maris Galileæ gentium. 306.B

Ex Luca.

Cap.
10 Optimam partem elegit sibi Maria. 342.C. 1319.B
Homo quidam incidit in latrones qui etiam spoliauerunt eum. 1802.D
12 Hipocritæ qui faciem cæli dijudicare nostis. 205.C
16 Vidit Abraham à longe. 1597.A
17 Si septies in die peccauerit frater tuus in te. 335.C
21 Cœlum & terra transibunt. 90.E. 368.C
22 Domine si pcutimus in gladio. 401.B
23 Hodie mecū eris in paradiso. 511.D
24 Spiritus carnē & ossa non habet. 490.C

Ex Ioanne.

Cap.
1 In principio erat verbum. 54.B
Omnia p ipsū facta sunt. col. 6.B. 400D
In mundo erat. 8.C
Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis. 2177.B
3 Spiritus vbi vult spirat. 413.B
6 Spiritus est qui vnificat. 1687.C
8 Vos ex patre Diabolo estis. 4.D
Principiū qui & loquor vobis. 400.A
Qui facit peccatū seruꝰ ē peccati. 1357.B
Si quis sermonem meū seruauerit mortem non videbit in æternū. 1627.A
11 Gaudeo propter vos vt credatis quia non eram ibi. 379.D
15 Oīa q audiui à pre nota feci vobis. 58C
16 Multa habeo vobis dicere. ibid.
Paracletus autem Spiritus S. quē mittet pater in nomine meo & ille vos docebit oīa, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis. 2271.C
17 Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. 770.C

Ex Actibus Apostolorum.

1 Hic possedit agrum de mercede iniquitatis. 334.E
17 Non longe est ab vnoquoque nostrū. 8.C. 401.C

Ex Epistola ad Romanos.

Cap.
1 Quod notū est Dei manifestū est in illis. Deus.n. illis manifestauit. 2067.A
2 Tribulatio & angustia &c. 306.C
5 Per vnum hominem intrauit peccatū in mundum &c. 1861.C
6 Fuistis serui peccat. 1357.B (625.D
7 Sentio aliam legē in membris meis, &c.
8 Vanitati.n. creatura subiecta est. 90.E
Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro. 490.C
Nos autem primitias spiritus habentes &c. 2111.A
9 Cum.n. nondum nati fuissent, &c. 19.D
11 Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. 401.D. 1960.E
12 Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam &c. 24.B
Nolite conformari huic sęculo sed reformamini in spiritu. 1732.B

Ex 1. ad Corinthios.

Cap.
3 Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est quod est Christus Iesus. 161.A
Sine scientia destruetur. 1574.C
Omnia vestra sunt, siue Apollo, siue Cephas, &c. 1849.A. 1850.D
4 Deus qui dixit de tenebris lumen splē descere. 195.E
6 An nescitis quoniam & angelos iudicabimus? 2111.A
10 Vt quid enim libertas nostra iudicatur ab aliena conscientia? 1171.E
Fidelis Deus qui non patietur vos tēptari supra id quod potestis. 2196.B
11 Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. 1703.B
Vir quidē nō debet velare caput suum qm imago & gloria Dei est. 1734.C

Ca-

Caput autem mulieris vir. 1742.A
13 Si habuero Prophetiam & nouerim mysteria omnia &c. 1316.A
15 Si tamen statis in fide stabiles. 161.A
Ergo q dormierunt in Christo. 512.A

Ex 2. ad Corinthios.

Cap.
4 Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis. 2188.B
12 Raptus est in paradisum. Cum locis concordantibus. 1913, A. B
Virtus in infirmitate perficitur. 2188.B

Ex Epistola ad Philippenses.

Cap.
1 Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christū prædicant, &c. 2119.A

Ex Epistola ad Ephesios.

Cap.
3 Vt innotescat principibus, & potestatibus in cælestibus per ecclesiā. multiformis sapiētia Dei. 2269.B. 2271.B
6 Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, &c. 2188.A

Ex epistola 1. ad Thessalon.

Cap.
2 Sæpe proposuimus venire ad vos, sed impediuit nos Satanas. 2186.A
3 Ne forte tentet vos qui tentat. 2190.D

Ex 1. ad Timotheum.

Cap.
1 Hoc præceptum cōmendo tibi fili Timothee, secundùm præcedentes in te prophetias, &c. 2196.D
3 Magnū est pietatis sacramētū, q manifestatū est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, &c. 2271.B

Ex epistola ad Hebræos.

Cap.
1 Multifariē multisq; modis olim Deus loquens Patribus &c. 2067.A
Nonne omn es sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiūt salutis? 2163.D. 2171.C.
Portās oīa verbo virtutis suæ. 1960.D
2 Adorent eum oēs angeli eius. 1157.C

Ex epistola B. Iacobi.

Cap.
1 Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intētator malorum est. 2192.D
Vnusquisq; aūt tētatur à propria cōcupiscētia abstractus & illectus. ibi. E

Ex epistola 1. B. Petri.

Cap.
5 Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. 2188.A

Ex epistola B. Iudæ.

Cap.
Vnic. Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, &c. 2185.D

Ex Apocalypsi.

Cap.
7 Ecce ego Ioan. vidi alterū angelū ascēdētem ab ortu Solis, & clamauit voce magna quatuor angelis. 2060.C
Et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari. 2122.D
12 Factum est prælium magnum in cælo. Michael & angeli eius præliabantur cum draco. 2185.D
14 Alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatē supra ignē. 2122.D
16 Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram. 2122.D
21 Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim, &c. gni. 2111.A
22 Vide ne feceris, conseruus.n. tuus sum & fratrū tuorū Prophetarū. 1851.D

Finis Index locorum Sacræ Scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAGISTRI GENERALIS Ord. Prædicatorum facultas Auctori facta.

IN *Dei filio sibi dilecto admodum R.P.M.F. Dominico Bañes nostræ Prouinciæ Hispaniæ in florentissima Salmanticensi Academia Sacræ Theologiæ Primario professori, F. Sixtus Fabri Lucensi Sacræ Theologiæ professor ac totius Ordinis Prædicatorum, humilis Generalis Magister & seruus salutem, & Spiritus sancti consolationem. Studiorum sacrorum disciplina quo feruentius in locis Deo consecratis vna cum regulari obseruantia colitur, ac exercetur, eo magis indies in viris religiosis, & virtute præditis splendescere dignoscitur, indeq; Ecclesia sancta vtroq; velut lumine illustrari experientia ipsa comprobatur. Quod cum quique in suo, tum vero in nostro ordine plurimi præstitere, & Dei benignitate iugiter præstare non cessant. Ex quorum numero P. tuam esse, tum quidem ex alijs multis, tum vero precipuè ex præclarissimis, & doctissimis Commentarijs, quæ super Primam Partem, & super Secundam Secundæ S. Thomæ Aquinatis edidisti, apertè cognouimus. Verum quoniam hucvsq; tantummodo vsq; ad Quæstionem Sexagesimam quintam exclusiue in Primam partem Commentaria in lucem prodiere, alia verò quæ vsq; ad finem eiusdem Primæ partis à studiosis summopere desiderabantur, cum Deo dante te expleuisse magna animi nostri lætitia nuper accepimus: Idcirco Christianæ Reipublicæ vtilitati nostri Ordinis decori, studiorum consolationi, & communi omnium commoditati consulentes, harum serie & nostri autoritate Officij. Tibi præfato Reuerendo admodum P. M. F. Dominico Banes licentiam & facultatem concedimus, quinimo ad augmentum meritorum in virtutes Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto præcipimus, vt, seruatis seruandis, præfata Commẽtaria tua à Sexagesima quinta Quæstione vsq; ad finem Primæ partis prælo tradere, & Typographis excudenda comittere possis, & quantocitius debeas. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunque. In quorum fidem his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus.*

Data in nostro Conuentu Sancti Dominici Vlyssiponensis.

Die 22. Decembris 1587.

F. Sixtus Fabri Lucensis qui supra manu propria.

Assumptionis nostræ Anno quinto.

F. Ioan. Baptista Lancius Magister Prouincialis terræ Sanctæ.

Index locorum Sacræ S.

Cap.

Et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari. 2122. D

12 Factum est prælium magnum in cælo. Michael & angeli eius prœliabantur cum dracon. 2185. D

14 Alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra iguem. 2122. D

16 Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram. 2122. D

21 Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni. 2111. A

22 Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum Prophetarũ. 1851. D

Finis Index locorum Sacræ Scripturæ.

...nidera...

Universidad de Deusto
Biblioteca

F. DIDACVS DE CHAVES

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,

Et à sacra confessione Regiæ Maiestatis Catholici Regis Philippi magni Hispaniarum Monarchæ;

pio Lectori Salutem.

POSTQUAM vidi & examinaui iussu Regij Senatus Commentaria in Primas sexagintaquatuor Quęstiones Primæ Partis D. Thomæ Doctoris Angelici. Auctore admodum Reuerendo Patre Fratre Dominico Banesio cathedratico Primario Sacrosanctæ Theologiæ in insigni Academia Salmanticensi, ac (vt par est) non modo probanda, verumetiam extollenda duxi, nunc mihi idem Regius Senatus denuò commisit Commentaria eiusdem Banesij, quibus residuum dictæ Primæ Partis Diui Thomæ mirabili explicatione absoluit. Quibus à me penitus introspectis, non solum auctor est idem sibi ipsi, verùm quodammodo seipsum præcellere videtur. Quod haud dubium ita esse experietur, qui prędicta Commentaria non negligenter nec oscitanter, sed diligentia & studio curabit euolere. Vale optime Lector.

Matriti. 9. Decembris, Anno 1587.

Frater Didacus de Chaues.

QVAESTIO LXV.

DE OPERE CREATIONIS CREATVRAE CORPORALIS

in quatuor Articulos diuisa.

POST considerationem spiritualis creaturæ considerandum est de creatura corporali. In cuius productionem tria opera scriptura commemorat, scilicet opus creationis, cùm dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Opus distinctionis, cùm dicitur, Diuisit lucem à tenebris: & aquas, quæ sunt supra firmamentum, ab aquis quæ sunt sub firmamento. Et opus ornatus, cùm dicitur, Fiant luminaria in firmamẽto, &c. Primò ergo cõsiderandũ est de opere creationis. Secũdo de opere distinctionis. Tertiò de opere ornatus.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm creatura corporalis sit à Deo?

333 2.di.37. q.1.ar.2. cor. Et 2.con.c. 6.& 15. Et li. 3. ca.1. Et po. q.3. artic. 5. cor. Et opuſ.25 li.3.c.2.

AD Primũ sic proceditur. Videtur, quòd creatura corporalis non sit à Deo. Dicitur.n.Eccl. 3. Didici quòd omnia quæ fecit Deus, perseuerant in æternũ. Sed corpora visibilia nõ perseuerant in æternũ. Dicitur enim 2.Cor.4. Quæ vidẽtur tẽporalia sunt, quę autẽ nõ vidẽtur, æterna. Ergo Deus non fecit corpora visibilia.

¶ 2 Præterea. Genes. 1. dicitur, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Sed creatura corporales sunt malæ. Experimur enim eas in multis noxias: vt patet in multis serpentibus in æstu solis, & huiusmodi. Ideo autem aliquid dicitur malum quia nocet. Creatura igitur corporales non sunt à Deo.

¶ 3 Præterea. Id quod est à Deo, non retrahit à Deo, sed ducit in ipsum. Sed creaturæ corporales retrahũt à Deo. Vnde Apostolus dicit 2. Cor. 3. Non contẽplantibus nobis quæ videntur. Ergo creaturæ corporales non sunt à Deo.

Sed contra est, quod dicitur in Ps. 120. Qui fecit cœlũ & terrã, mare, & oĩa quę in eis sunt.

RESPONDEO dicendũ, quod quorũdam hæreticorum positio est, quòd visibilia ista non sunt creata à bono Deo, sed à malo principio. Et ad argumentum sui erroris assumunt quod Apostolus dicit 2. Corin. 4. Deus huius sęculi excæcauit mentes infidelium: Hęc autem positio est omnino impossibilis. Si enim diuersa in aliquo vniantur, necesse est huius vnionis causam esse aliquam: non enim diuersa secundum se vniuntur. Et inde est, q̃ quandocunque in diuersis inuenitur aliquid unum, oportet quòd illa diuersa illud vnum, ab aliqua vna causa recipiant, sicut diuersa corpora calida habent calorem ab igne. Hoc autẽ quod est esse, communiter inuenitur in omnibus rebus quantumcunque diuersis. Necesse est ergo esse vnum essendi principium, à quo esse habeant quæcunque sunt quocunque modo, siue sint inuisibilia & spiritualia, siue sint visibilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& corporalia. Dicitur autem diabolus esse Deus huius seculi, non creationis, sed quia secularitèr viuentes et seruiunt, eo modo loquè quo Apostolus loquitur ad Philip. 3. Quorum Deus venter est.

AD primum ergo dicendum, quòd oēs creatura Dei, secundum aliquid in æternum perseuerant, ad minus secundum materiam: quia creatura nunquam in nihilum redigentur, etiam si sint corruptibiles. Sed quantò creatura magis appropinquant ad Deum, qui est immobilis, tanto magis sunt immobiles. Nam creatura corruptibiles in perpetuum manent secundum materiam, sed mutantur secundum formam substantialem. Creaturę verò incorruptibiles permanent quidem secundum substantiam, sed sunt mutabiles secundū alia, puta secundum locum, vt corpora cælestia: vel secundum affectiones, vt creaturæ spirituales. Quod autem Apostolus dicit, Quæ videtur, temporalia sunt: & si verū sit etiam quantū ad ipsas res in se consideratas, secundum quod omnis creatura visibilis subiacet tempori, vel secundum suum esse, vel secundum suum motum: tamen Apostolus intendit loqui de visibilibus secundum quod sunt hominis præmia. Nam præmia hominis quæ sunt in istis rebus visibilibus, temporaliter transeunt. Quæ autem sunt in rebus inuisibilibus, permanent in æternum. Vnde & supra præmiserat, Æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

AD secundum dicendum, quòd creatura corporalis secundum suam naturam est bona: sed nō est bonum vniuersale: sed est quoddam bonum particulare & contractum: secundum quam particularitatem et cōtractionem sequitur in ea contrarietas, per quam vnum contrariatur alteri, licet vtrumque in se sit bonum. Quidam autem æstimantes res non ex earum natura, sed ex suo proprio commodo: quæcunq; sibi nocua sunt, simpliciter mala arbitrantur, non considerantes q̄ id quod est vni nocuum quantum ad aliquid, vel alteri, vel eidem quantum ad aliquid est proficuum. Quod nequaquam esset, si secundum se corpora essent mala & noxia.

AD tertium dicendum, q̄ creaturæ, quantū est de se, non retrahunt à Deo, sed in ipsum ducunt: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur, vt dicitur Ro. 1. Sed quòd auertant à Deo, hoc est ex culpa eorum qui insipienter eis vtuntur. Vnde dicitur Sap. 14. quòd creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium. Et hoc ipsum quòd sic à Deo abducunt, attestatur q̄ sunt à Deo. Non enim abducunt insipientes à Deo, nisi alliciendo secundum aliquid boni in eis existens, quod habent à Deo.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio vnica est. Omnia quęcumque sunt, quomodocumque sint, siue inuisibilia siue spiritualia, siue visibilia & corporalia, sunt à Deo. Ratio est. Quando in diuersis reperitur aliquid vnum; necesse est, illud causari ab vna causa: sed in omnibus corporalibus & spiritualibus inuenitur esse, ergo necesse est, q̄ illud causetur ab vno principio essendi, quod est Deus.

COMMENTARIVM.

DVbitatur de veritate conclusionis, An illa sit certa? ¶Arguitur primò pro parte negatiua ex illo 2. ad Corinthios 4. Deus huius sæculi excæcauit mētes infidelium, ergo distinctus Deus est huius seculi corporei ab illo Deo, qui condidit aliud seculum inuisibile. Confirmatur ex Chrysost. homi. 32. Imperfecti, vbi ait: Causa sanctificandarum creaturarum hæc est, Quoniam Mūdus in maligno positus est, ex quo & omnis res corporalis, quoniam Mundi pars est, in maligno est posita, & ipsam oportet sanctificari. Hæc ille. Igitur si creatura mala est, nō est à bono Deo. ¶Secundò ex illo Ioannis 8. Vos ex patre Diabolo estis, ergo illi ab eo processerunt secundùm carnem. ¶Tertiò. Deus est omnino immaterialis, ergo non potest producere Materialia. Probatur consequentia ex Aristot. lib. 7. Metaphy. text. 26. 27. & 32. Vbi probat, Agens separatum à materia non posse producere effectum materialem; quia causa & effectus debent esse similes. ¶Quartò. Angeli producti sunt à Deo, vt dictum est supra q. 61. ergo corporalia non potuerunt produci ab ipso. Consequentiam probat Auicena; quia

quia ab vno non potest procedere nisi vnū, sicut à bono non potest procedere nisi bonum, ergo si à Deo procedunt spiritualia, non possunt procedere corporalia. ¶Quintò. Quia Aristot. lib. 3. de Cœlo. text. 29. inquit, Impossibile est, quod aliquod corpus fiat nisi in loco, sed cœlum non est in loco, ergo non est factum à Deo. Confirmatur. Cœlum non est corruptibile per potentiam intrinsecam, siquidem est perpetuum, ergo nec genitum, nec productum à Deo. Probatur consequentia. Quia omne genitum est corruptibile per potentiam intrinsecam. Docet enim Commentator. lib. 1. Cœli tex. 124. Quod illud quod est passibile ab extrinseco, est etiam passibile ex se. Alia argumenta facit Capre. in 2. dist. 1. q. 2. contra quartam conclusionem Scoti.

PRo decisione veritatis aduertendum est, varias olim fuisse hæreses, circa principium creationis rerum corporalium. In primis Simon ille Magus, de quo fit mētio Act. c. 8. hunc errorē tenuit, Deum non fecisse mundum, sed à superna quadam virtute factū fuisse, ita referunt Isidorus li. 4. Ethimologiarum; & D. August. li. de Hæresibus, Hæresi. 1. Eundem errorem sequuti sunt Menander: Cherintus: & Saturninus, qui dixerunt mundum corporeum à septē Angelis fuisse productū. Alij verò, vt Gnostici, & Manichæi, & Priscilianistæ dixerunt, mundum corporeum factum fuisse à Dæmone siue à malo Deo: ita referunt Theophilactus Ioan. 3. & D. Augu. li. 21. contra Faustum per totum, Et Concilium Bracharen. primum. c. 24. Ponebant enim il li duo prima principia rerum, scilicet, Deū bonum, respectu rerum spiritualium; & Deum malum respectu rerum corporaliū. Fuerunt & alij hæretici dicti Cainani, vt refert Philaster: & insinuat D. August. lib. de hæresibus, ca. 18. qui aiunt Cain à Diabolo fuisse factum. Alii ut refert idem Augu. c. 20. dicti Archontici, dicebant, vniuersitatem quam Deus condidit esse opera principum. Cerdoniani etiam, & Marcionistæ, duo principia rerum sibi aduersantia statuerunt. In eandem hæresim inciderunt Valentiniani, qui dicunt à trigesimo quodam seculo, quod ipsi fingunt, factum esse Diabolum, & à Diabolo alios natos, qui fecerunt hunc mundum. Cui errori consensit quidā hæreticus nomine Marcus, vt ait Augu. supra cap. 11. & 14. Narrat etiam Philo. lib. de migratione Abrahæ. Chaldeos puraſſe Mūdum visibilem esse ipsum Deum, & secundum eos non poterat fieri à Deo.

NObis autem catholicis sit. ¶Prima conclusio secundum fidem asserēda. Omnia corporea producta sunt à Deo. Hāc catholicam veritatem plurima sacræ scripturæ testimonia confirmant. In primis, Genes. 1. c. apertissime asseritur, vniuersa ab vno Deo vero fuisse producta, cùm dicitur; In principio creauit Deus cœlū & terrā. Et in Psal. 120. qui fecit cœlum & terrā mare & omnia quæ in eis sunt, & Isaiæ. 42. Hæc dicit Dominus creans cœlum, & extendens terram &c. Et Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et 1. ad Timoth. 4. Prohibentes abstinere à cibis, quos Deus creauit &c. Et ad Colossenses. cap. 1. In ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia & inuisibilia, Et Apoc. 4. Tu creasti omnia, & propter voluntatē tuam creata sunt. Fuit etiam oppositus error damnatus in Cōcilio Bracharensi. 1. cap. 24. sub hac forma, si quis dicit creationem vniuersæ carnis, nō opificium esse Dei, sed malorum angelorum, vt Manichæus & Priscilianus dixerunt, anathema sit. Præterea in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & habetur. cap. firmiter de summa Trinitate. & fide catholica, definitur, vnum esse vniuersorum principium, creatorem omnium visibiliū & inuisibilium, spiritualium & corporaliū, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, angelicam videlicet & mundanam. De hac veritate iterum redibit sermo infrà q. 74. artic. 3. circa explicationem illius Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terrā. Interim tamē, operepretium est aduertere quæ super illum locum curiosè notauit Picus Mirādula in Eptaplo suo, vt clarius pateſiat, quòd ibi de vero Deo, quem Christiani confitemur, loquitur sacer textus, & quòd ibi contineatur creatio totius machinæ mūdialis, & corporeæ, suppositio enim quòd apud Hebræos est quædam elementaris expositio sacræ scripturæ, & quod hæc sit multipliciter vel vtendo literis

Universidad de Deusto
Biblioteca

teris pro dictionibus, quomodo Hiero. in quæstionibus super 3 Reg. explicat, quænã fuerit maledictio illa pessima, qua Semei maledixit Dauid: Vel formando aliquas dictiones integras exprimis literis variarum dictionum; quomodo magna mysteria explicãt in illo Psalmo. 95. Lætentur cæli, & exultet terra ante faciem Domini, quoniã venit &c. vel litteras eiusdem dictionis præponendo & posponendo alijs. Vtentes igitur hoc modo, elemẽtariæ expositiones, & variæ transponendo literas Hebræas illius dictionis, quæ prima est inter omnes sacræ scripturæ. Beresit; aiunt quòd resultat tota hæc propositio, Pater in filio & per filium principium & finem creauit, caput, ignem & fundamentum magni hominis ædere bono. Magnus homo vocatur hic mundus, sicut ecõtra ipse homo vocatur paruus mũdus, caput verò & prima & præcipua pars totius mundi sunt Angeli: nam sicut in capite est cerebrum fons cogitationis, ita Angelicus mundus est fons cognitionis, quia factus est ad intelligendum, & illuminat intellectum nostrum. Ignis verò nomine intellexit cælum & superiorem partem huius mundi corporei quia hoc nomine à multis cælum censetur, & quia sicut in nobis, ignis est principium vitæ, & caloris, & lucis; ita cœlum respectu vniuersi. Fundamẽtum vero vocauit terram, aquam &c. Ecce in illa sola dictione latet confutatio istius hæresis & assertio, quòd bonus Deus Pater filij Domini nostri Iesu Christi creauit omnia, quod negauit Manichæus. Accedit alia explicatio eiusdẽ dictionis adducta ab Augustin. Eugubino Genes. cap. 1. in illud, spiritus Domini &c. litera Beth (inquit) apud Hæbr. duo vel secundum significat Resith, principium dicit. Ergo Beresith creauit cœlum & terram, est dicere, Secundum principium creauit cœlum & terram: non quia sint duo principia, sed quia filius est principium de principio, & secũda persona. Qua etiam explicatione confunditur alius error, scilicet, Quòd à malo principio facta sũt visibilia. Etenim filius boni Dei est principium de principio, siue secundum principium. Dicere ergo quòd hoc principium creauit cœlum & terram, demonstrat quod illa non creauit malus. Deus Probatur deinde hæc conclusio ratione Theologa. Quoniam aliàs sequitur Deum, non esse Dominum ac gubernatorem creaturæ corporeæ, consequens est contra scripturas ergo. Probatur sequela, nam ratio dominij in Deo fundatur in hoc, quòd ipse fecerit omnia vnde dicitur Psal. 21. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, quia ipse super maria fundauit eam Esther. 13. Inditione tua cuncta sunt posita (& subdit titulus.) Tu enim fecisti cœlum & terram. Isai. 44. Ego Dominus, (& subdit fundamentum dominij) faciens omnia. Similiter ratio Diuinæ gubernationis, & prouidentiæ fundatur in hoc, quòd creauerit res quas gubernat. Vnde Iob. 34. dicitur; Quem constituit alium super terram; aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Vbi fecisse mundum, sentit esse causam quare gubernet eum.

¶ Tertio probatur, nam alias sequitur Deũ non esse intimũ rebus corporeis contra illud Actum. 17. Non longè est ab vnoquoque nostrum &c. sequela probatur, quia ratio existendi intime in rebus, est condidisse illas. Vnde subdit ibi, In ipso enim (id est) per virtutem & efficientiam eius, viuimus, mouemur & sumus, & Ioan. 1. In mundo erat, (subditur ratio) & mundus per ipsum factus est (hoc est) quia mundus per ipsum factus est. Ita exponunt August. Diuus Thomas, & Rupertus. ¶ Quarto nam alias sequitur Deum nõ esse finem, ad quem hæc omnia dirigentur, quia idem est efficiens primum & vltimus finis, vt dictum est supra quæstio. 45. arti. 4. consequens tamen est cõtra illud Apocalipsis. 1. vbi dicitur de bono Deo. Ego sum Alpha & O, principium & finis ergo.

Secunda conclusio. Sententia Diui Thomæ non solum est de fide, sed etiam cognita lumine naturali. Et quidem plurima philosophorum testimonia afferre, longissimũ esset. Vide Augustinum Eugubinum Genes. 1. supra illud, spiritus Domini ferebatur vbi adducit testimonia Anaxagoræ, Socratis, Mercurij Trismegisti, in Pimandro Platonis, in Epimonide Sybillarum Orphei, & aliorum tribuentium creationem huius mundi corporei verbo diuino filio bono Dei, quem vocant Ideam Idearum, Ideam archetypam & originariam, cui Deus pater dedit omnium administrationem & virtutem creatiuam. Vnde & Orphæus filium Musæum, vt semper intueatur verbũ Dei, formatorem mundi, his carminibus hortatur.

In que Dei verbum affixis, huic semper adesto.
Defigens animi altas luces perge viamque
Rectam, & qui solus dedit orbi; cerne figuram.

¶ Hoc etiam docent multi Philosophi, quos refert August. Eugubinus in libris de perenni philosophia. Sed ratione naturali probatur. Nam ratio naturalis dictat, Deũ habere potentiam infinitam, vt patet supra quæstione. 25. eo quòd habet pro obiecto omne ens possibile, ergo etiam patet quòd creatura corporalis continetur sub tali ratione factiua. Secũdo. Ratione naturali constat, omnia etiam corporalia habere ordinem, & dependere à Deo: vt patet 12. Metaphysicæ in fine, ergo constat etiam naturaliter, quòd omnia producuntur à Deo: nam vt supra dictum est, idem est vltimus finis, & prima causa efficiens. Cõfirmatur. Nam ordo corporũ ad inuicem & ad vnum primum non est per accidens: aliàs posset esse machina mundialis siue tali ordine, ergo est per se & est à Deo, qui est primus gubernator omnium. Ergo & ipse res corporeæ, ad quas consequitur ille ordo, sunt à Deo: nam ab eodẽ causantur res, & id quod per se consequitur ad illas. ¶ Tertio Aristot. 1. Methæororum capite. 5. docet, quòd situs elementorum est causatus à Deo, ergo cognouit etiam, quòd ipsa elementa causantur à Deo. Patet consequentia. Quia ille situs per se conuenit elementis, & ex eorum natura consequitur. Ille autem qui dat naturam, dat etiam cõsequentia ad naturam. ¶ Quartò. Deus quia sua perfectione, & actualitate comprehendit perfectiones omnium rerum, & est virtualiter omnia, potest producere illa: sed etiam continet perfectiones corporis, aliàs nõ esset infinite perfectus, ergo. Alias rationes, vide apud Diuũ Thomam. 2. contra Gentes cap. 15.

AD Argumenta in oppositum respondetur. Ad primum. Quòd in illo testimonio scripturæ est Hyperbaton, quod frequenter euenit in scriptura, dicendum est enim, sic ordinari, In quibus Deus excæcauit mentes infidelium huius seculi. Ex hac autem lectione, nihil contra veritatem conclusionis colligitur. Ita explicant Hyrenæus libro. 3. aduersus hæreses cap. 7. & August lib. 21. contra Faustum. cap. 2. & Hieronymus. 1 Cor. 4. De hoc vide latius infra quæstion. 74. arti. 2. ad 1. Secundò respondetur. Quòd mos est Scripturæ appellare Deũ alicuius, quẽ ipse colit. Ita dicit Origene homilia 2. in li. Iudi. Et Chrysosto. 2. ad Corint. 4. Vnde (inquit,) & diuitiæ, & venter, Deus aliquorum vocatur illud Philip. 3. Quorum Deus venter est. Verum est tamẽ, quòd vt aiunt Aug. vbi supra, & Irenæus li. 3. cap. 6. Consuevit scriptura Deum verum à falso discernere, quòd dum pro falso Deo accipitur, additur aliqua limitatio, quemadmodum dicitur: Omnes dij gentium dæmonia, & quorum Deus venter est: Et Hieremi. inquit, Dij qui non fecerunt cœlum & terram. Similiter in testimonio adducto in primo argumẽto, dicitur Deus huius sæculi. Respondetur 3. quòd Diabolus vocatur Deus huius sæculi, eo modo quod Ioan. 12. vocatur princeps huius mundi, videlicet, quia ipse contendit vsurpare sibi principatum super infideles: non autẽ dicitur, Deus huius sæculi, quia ipse fecerit sæculum. Ad confirmationem respondetur, quòd res corporales dicuntur à Chrysost. esse in maligno, non quia illæ secundum se malæ sint, sed propter malignitatem corũ, qui rebus corporalibus male vtuntur. ¶ Ad secũdum argumentũ, quod erat Manichæi, tũdetur, quòd peruersi dicũtur filij Diaboli propter imitationem, quemadmodum docet Orig. homil. 9. in Isai. Et homilia 6. in Hieremi. vbi dicitur, Pater tuus Amorrhæus, & Mater tua Cethæa, propter imitationem. ¶ Ad tertium argumentum negatur consequentia. Non enim est eadem ratio de Idæis contra quas ibi disputabat Aristo. & de ipso Deo: quoniam Ideæ, erant tantùm formæ, non habentes materiam, nẽ virtualiter quidem: vnde non possent producere compositum. Cæterum ipse Deus, licet in se omnino sit immaterialis, habet tamen infinitam virtutem, vnde potens est, producere materiam, & vniuersas res corporales, quarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentiæ eminenter sunt in Deo. ¶Ad quartum argumentum respondetur, quòd dictũ illud, Ab vno potest prodire nisi vnum, veri ficatur etiam in eo, quòd est vnum ordine, & ita vniuersum complectens Angelos & res corporeas, vnum est, & perfectum ordine & totalitate, quæ requirit partium diuersitatem. Solutio est Diui Thomæ de potentia quæstio. 3. artic. 16. ad 22. argumentum. ¶Ad quintum argumentum respondetur, quòd Aristo. loquitur de corpore producto per generationem, nõ per creationem, quã ipse non cognouit. Et ratio disparitatis est, quia generans debet tangere genitum secundum quantitatem, ad quem tactum locus requiritur. At verò producens aliquid per creationem est intimum, & immediatum ipsi creato per essentiam suã, ad quod locus non requiritur. Item, quia in eo quod per generationem producitur, præcedit materia sub alia forma, ad quod requirebatur locus: quod vero creatur, non habet materiam, quia fit ex nihilo, & ideo non requirit locum, ac propterea totum vniuersum non est in loco. Vide de hac re plura apud Ferra. lib. 2. contra Gent. capitu. 15. circa finem, & Capreolum. vbi supra. Ad confirmationem negatur consequentia, etenim Commentator capi. 3. de substantia orbis, expresse tenet cœli substantiam esse factam à Deo. Quapropter, cùm inquit, omne genitum est corruptibile per potentiam intrinsecam, intelligendus est de re, quæ propriè fit per generationem, non autem de re producta per creationem.

CIrca solutionem ad secundum argumentum Diui Thomæ, vide quæ dicuntur infra quæstio. 77. circa tertium argumentũ. Et aduerte, quòd Manicheus, & Priscilianus aiebant creaturas Dei, esse malas. Qui error damnatur in Concilio Bracharensi. 1. capitu. 7. & 8. & conuincitur ex illo Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et 1. ad Timoth. 4. Omnis creatura bona est. De qua re vide Aug. lib. 1. de libero arbitrio, & lib. 2. de moribus Ecclesiæ, & lib. 1. de Genesi contra Manichæ. capit. 16. & lib. 78. confessionum c. 12. Vide præterea Diuum Thom. lib. 3. cõtra Gentes cap. 19. & cap. 20.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm creatura corporalis sit facta propter Dei Bonitatem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd creatura corporalis non sit facta propter Dei bonitatem. Dicitur enim Sapien. 1. Creauit Deus vt essent omnia. Ergo omnia sunt creata propter proprium esse, et non propter Dei bonitatem. 334 Supra quæstio. 25. ar. ti. 5. co. & opuſc. 3. cap. 100. & 101.

¶ 2 Præterea, Bonum habet rationem finis. Ergo id quod est magis bonum in rebus, est finis minus boni. Creatura autẽ spiritualis comparatur ad corporalem, sicut maius bonum ad minus bonum. Ergo creatura corporalis est propter spiritualem, & non propter Dei bonitatem.

¶ 3 Præterea, Iustitia non dat inæqualia, nisi inæqualibus. Sed Deus est iustus. Ergo ante omnem inæqualitatem à Deo creatam, est inæqualitas à Deo non creata. Sed inæqualitas à Deo non creata, non potest esse nisi quæ est ex libero arbitrio. Ergo omnis inæqualitas sequitur ex diuersis motibus liberi arbitrij. Creaturæ autem corporales sunt inæquales spiritualibus. Ergo creaturæ corporales sunt factæ propter aliquos motus liberi arbitrij, & non propter Dei bonitatem.

SED contra est, quod dicitur Prouerbiorum 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

RESPONDEO dicendum, quòd Origenes posuit, quòd creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccantis. Posuit enim, quòd Deus à principio creauerat spirituales solas secit, & omnes æquales. Quarum, cùm essent liberi arbitrij quædam conuersæ sunt in Deum, & secundum quantitatem conuersionis sortitæ sunt maiorem vel minorem gradum in sua simplicitate remanentes. Quædam verò auersæ à Deo, alligatæ sunt corporibus diuersis secundum modum auersionis à Deo. Qui quidem positio erronea est. Primo quidem, quia contrariatur Scripturæ, quæ narrata productione cuiuslibet speciei creaturæ corporalis, subiungit: Vidit Deus quia hoc esset bonum: quasi diceret, quòd vnumquodque ideo factum est, quia bonum est ipsum esse. Secundum

dum autem opinionem Origenis creatura corporalis facta est: non quia bonum est eam esse, sed vt malum alterius puniretur. Secũdo, quia sequeretur quòd mundi corporalis dispositio quæ nũc est, esset à casu. Si enim ideo corpus solis tale factum est, vt congrueret alicuius peccato spiritualis creaturæ puniendo: si plures creaturæ spirituales similiter peccassent, sicut illa, propter tantus peccatum puniendum ponis solem creatum: sequeretur quòd essent plures soles in mundo. Et idem esset de aliis: hæc autem sunt omnino inconuenientia. Vnde hac positione remota tanquam erronea, considerandum est quòd ex omnibus creaturis constituitur totum vniuersum, sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius et partium eius velimus finem assignare, inuenientur primo quidem, quòd singulæ partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad videndum. Secundò verò, quòd pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectũ, & pulmo propter cor. Tertiò verò omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut & materia propter formã. Partes enim sunt quasi materia totius. Vlterius aũt totus homo est propter aliquem finẽ extrinsecum, puta vt fruatur Deo. Sic igitur & in partibus vniuersi vnaquæque creatura est propter suum proprium actum & perfectionem. Secundò autem creaturæ ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturæ quæ sunt infra hominem, sunt propter hominem. Vlterius autem singulæ creaturæ sunt propter perfectionẽ totius vniuersi. Vlterius autẽ totum vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finẽ: inquãtum in eis per quandam imitationem diuina bonitas representatur ad gloriam Dei. Quamuis creaturæ rationales speciali quodam modo supra hoc habeant finem Deum, quem attingere possunt sua operatione. cognoscendo & amando. Et sic patet quòd diuina bonitas est finis omnium corporalium.

AD primum ergo dicendum, quòd in hoc ipso quòd creatura aliqua habet esse, representat diuinum esse, & bonitatem eius. Et ideo per hoc quòd Deus creauit omnia vt essent, non excluditur quin creauerit omnia propter suam bonitatem.

AD secundum dicendum, quòd finis proximus nõ excludit finem vltimum. Vnde per hoc quod creatura corporalis facta est quodammodo propter spiritualẽ, non remouetur quin sit facta propter Dei bonitatem.

AD tertium dicendum, quòd æqualitas iustitiæ locum habet in retribuendo. Iustum enim est, quòd æqualibus æqualia retribuãtur. Non autem habet locum in prima rerum institutione. Sicut enim artifex eiusdem generis lapides in diuersis partibus ædificij ponit absque iniustitia: non propter aliquam diuersitatem in lapidibus præcedentem, sed attendẽs ad perfectionẽ totius ædificij, quæ nõ esset nisi lapides diuersimode in ædificio collocarentur: sic et Deus a principio vt esset perfectio in vniuerso, diuersas et inæquales creaturas instituit secundũ suam sapientiam absque iniustitia, nulla tamẽ præsupposita meritorũ diuersitate.

SVMMA ARTICVLI.

PRima cõclusio. Erroneum est dicere, corpora non fuisse condita ex primæua Dei intẽtione, sed ad pœnam creaturæ spiritualis, vt posuit Origenes. Probatur conclusio, quia hæc assertio contrariatur Scripturæ dicenti Genes. 1. Vbi de singulis creatis à Deo dicitur, Vidit Deus quod esset bonum: Quasi dicat, ideo illud factum esse, quia bonum est ipsum esse. Secũdò probatur, quoniam aliàs dispositio mundi, quæ nunc est, fuisset à casu, quoniam si plures creaturæ peccassent ita vt illa, ad quam puniendã creatus est Sol, oportebat esse plures soles. Secunda conclusio. Diuina bonitas est finis omnium corporaliũ. Ratio est, quia totum vniuersum, cum singulis partibus ordinatur in Deum, sicut in finem Tertia conclusio ad tertium. AEqualitas iustitiæ, non habet locum, in prima rerum institutione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVM.

DVbitatur, An uera sit prima conclusio.

¶ Arguitur primò pro parte negatiua, ex illo Psalmi 65. Induxisti nos in laqueũ. & Psalm. 118. Priusquàm humiliarer ego deliqui, ergo antequam anima humiliaretur per unionem ad corpus mortale, & antequam induceretur in laqueum & carcerem istum corporeum, iam peccauerat, & Psa. 141. dicitur, Educ de carcere (uel de custodia) animam meam, ergo anima hominis, est in corpore veluti in carcere. Et in Psalm. 114. dicitur, Conuertere anima mea in requiem tuam (hoc est in cœlestem gloriam.) Vnde propter peccata detur bata est. Hæc sunt testimonia quæ adducit Origin. De qua re videatur Epiphanius lib. 1. Panarij. Hæresi 64.

¶ Arguitur secundò, ex illo Ioannis 2. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ergo ante illum aduentum iam erat, & sic poterat peccare. Confirmatur, ex illo Sapien. 8. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & cũ esse magis bonus, ueni ad corpus coinquinatũ, ergo antequam ueniret, erat anima. ¶ Arguitur tertiò, ex illo psal. 89. Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem priusquam formaretur terra & orbis ergo si ante creationem terræ & orbis, Dominus fuit refugium; iam tuncerant animæ. Confirmatur, ex psalm. 118. Incola ego sum in terra, & psal. 119. Incolatus meus prolongatus est, & psal. 38. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei, & ad Hebr. 11. Confitentes, quia hospites & peregrini erant super terram. Et 2. ad Corinth. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Ex his omnibus testimonijs, colligit Orig. & sequaces, quòd anima antea erat, quam ueniret ad corpus, ubi peregrinatur.

¶ Arguitur quartò, ex illo ad Ephes. 1. ut simus in laudem gloriæ eius, qui ante speruimus in Christo, Et ex illo, Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ex quibus locis colligit Hierony. quod illa particula, Ante, trahit nos, ad intelligendum, quòd speruerimus, & benedicti fuerimus in Christo, antequam in hoc corpore degeremus. Confirmatur, ex illo Isaiæ 48. Ex tempore antequam fieret, ibi eram, & nunc Dominus misit me, & spiritus eius. Quo in loco aliqui intelligunt Isaiam, & reliquos Prophetas fuisse cum Moyse in monte secundum animas: licet postea assumpserint corpora.

¶ Arguitur quintò. Quia D. Hierony. ad Ephes. 4. in princ. ait, quòd illa uerba, Ego Paulus uinctus in Domino, habent aliam expositionem, quam recipere, erit in potestate lectoris: Et est expositio, quòd Pauli corpus uocatur uinculum, ut quia Paulus ob ministerium Euangelij corpus acceperit, consequenter Christi uinctus sit appellatus: ergo si hoc acceptare est in potestate lectoris, non erit erroneum id docere. Confirmatur, nam Hieronym. Sæpe refert istam sententiam, nec tamen damnat: imò eam multis testimonijs confirmat, ergo non censet eam esse erroneam. Antecedens patet in Hieronym. Ephes. 1. in illa uerba, Elegit nos, ante mundi constitutionem. Et in illa, secundùm beneplacitum uoluntatis suæ. Et in illa. In laudem gloriæ gratiæ suæ. Et rursus in illa. Vt simus in laudem gloriæ eius, qui ante speruimus. Et in illud, in cognitione eius illuminatos oculos cordis uestri. & cap. 4. in illud. Ego Paulus uinctus in domino. Et cap. 6. in illud. Pro quo legatione fungor in cathena. Et in epistola ad Philemonem, Salutat te, Epaphras concaptiuus meus. In omnibus istis locis, refert, nec tamen damnat, imò confirmat istam sententiam.

¶ Sextò arguitur. Nam de omnibus creaturis dictum est, uidit Deus omnia quæ fecerat, & erant ualde bona: & tamen aliquæ factæ sunt, in pœnam peccatorum, ut ignis inferni, ergo prima ratio D. Tho. non conuincit sententiam Orig. esse erroneam. Confirmatur hoc, nam elementa, sunt propter mista & terra est facta, ut inhabitarent homines in ea, ut dicitur, Isa. 41. & tamẽ hoc nõ tollit quominus ista, bona sint in se, ergo ex hoc quòd Sol. v.g. creatur ad puniendũ peccatũ, nõ tollit quominus in se dicat̃ bonus. Sicut nec ordo ad finẽ tollit

tollit bonitatem à terra, & exteris elementis; nam esse propter iustitiam punitiuam Dei bonum est, ergo ex hoc quod dicitur uidit Deus quod esset bonum, non tollitur quominus illam creaturam producere ad vindictam sumendam de peccatis, sit bonũ.

¶ Septimò contra secundam rationem. Non est inconueniens, quòd ordo gratiæ hominum ad gratiam unionis Christi, sit à casu respectu hominum, licet non sit à casu respectu Dei, cui nihil est fortuitum: ergo nec erit inconueniens, quod ordo creaturarum corporalium sit etiam à casu, respectu creaturæ intellectualis. Antecedens patet, Nam si non esset peccatum hominum, non esset gratia unionis, sed peccatum fuit à casu, ergo & gratia unionis. Sicut & modo secundùm sententiam Orig. inquit D. Thom. est à casu unus tantùm Sol, quia fuit à casu illud peccatum, ad quod puniendum ponitur Sol: & non aliud simile. Consequentia uerò probatur, Nam si casualitas, non repugnat ordini nobiliori, nec inferiori repugnabit. Confirmatur hoc, Nam Deus creauit multa corporea ex quibus constat ordo uniuersi, in remedium multorum damnorum, quæ sequuntur ex peccato; & tamen hoc, non facit ordinem uniuersi, modo esse à casu: ergo etiam si creauerit tunc creaturas corporeas in remedium peccati; illarum ordo non esset à casu. Probatur antecedens. Nam uirtutes medicatiuas herbarum creauit Deus, ut mederetur humanis infirmitatibus, quia hic est earum finis: hic autem finis supponit peccatum, quod est à casu, nam sine illo non esset morbus, cui deseruirent illæ uirtutes. Confirmatur secundo hoc argumentum. Quia Deus Gene. 1. dedit homini omnem herbam ad uescendum, & tamen non dedit illam nisi propter peccatum hominis futurum, quod fuit à casu, nam si non peccasset, foret in paradiso, ubi illarum herbarum non indigeret, abundans optimis pomis, ergo non inconuenit Deum multa produxisse in prima rerum conditione, supposito peccato aliorum.

¶ Octauò. Deus creauit hominem, ad reparandas sedes Angelorum, ut docet Magister in secundo, distinct. 1. & August. Enchiridion capit. 29. & 4. de Genesi ad literam cap. 34. & tamen hoc supponit culpam Angelorum, ergo idem potest asseri, de alijs corporibus: nam totus ordo naturæ ordinatur, & est, propter gratiam unionis, ut disputatur 3. par. quæst. 1. & habet Rupertus libr. 3. de processione Spiritus sancti cap. 21. sed unio hipostatica Christi supponit peccatum primi hominis, ergo de primo ad ultimum, tota dispositio corporum supponit peccatum: & sic fuit à casu.

¶ Tandem arguitur. Nam alias Deus esset acceptor personarum, qui animas æquales, infundit corporibus inæqualibus.

IN hoc dubio dissoluendo sciendũ est, fuisse olim errorẽ Origenis asserẽtis, creaturas corporeas fuisse factas, ut carcer, & pœna animarũ, quas Deus ante corpora cõsiderat: ita ut pp diuersa earum peccata, illas Deus diuersis corporibus alligauerit. Docet hoc Origen. in suis operibus passim. In libr. Periarchõ explicãs illud Psal. 65. Induxisti nos in laqueũ, & illud Psalm. 89. Dñe refugium factus es, Et illud Ierem. 24. Transmigrationem Iuda emisi. & illud capit. 28. Cathenas ligneas contriuisti &c. Et tomo primo in Ioan. explicans illud, In principio erat verbum. & Ephesios 1. Quinquies uel sexties, & cap. 4. & 6. idem repetit. Meminerũt huius erroris sub nomine Origenis Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolimitanum Episcopũ quæ habetur tomo 4. Hieronymi. Et libro 2. Panarij tomo 1. Hæresi 64. Theophilus Alexandrinus in suo Pascha li. Hierony. in epistola ad Pomachi. Et postea tutatus est eundem errorem Priscilianus Hispanus Episcopus Abulæ, ut refert Leo Papa in epistola ad Astoricensem Episcopum, quæ est numero 71. Et Augustinus libr. de Hæres. hære. 70. & lib. 11. de Ciuita. Dei. capit. 23. Et Damascenus libr. 2. de fide. capit. 12. & libr. 4. capit. 6. Et Gregorius Nissenus ex professo in libr. de creatione hominis capite. 329. Docuerat hunc errorem Philo. lib. de confusione linguarum. & lib. de Somnijs.

¶ Contra horum ergo errorem ponitur conclusio prima. D. Tho. quæ est de fide, definita in Concilio Brachar. 1. capit. 6. ubi sic dicitur: Si quis animas humanas dixerit priùs in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram directas

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectas, sicut Priscilianus dixit, Anathema sit. Item Leo Papa in epistola citata, postquam retulit prædictum errorem, sic ait, Quam impietatis fabulam, ex multorum sibi erroribus texuerunt, sed omnes eos catholica fides à corpore suę vnitatis abscidit; constanter prędicans, atque veraciter, quòd animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuerunt. Damnat eundem errorem Cyrillus libr. 1. in Ioannem capit. 9. ut infra ostendetur. Hieron. etiam in Ieremiam capit. 24. & in capit. 28. Et in Apolog. 1. contra Rufinum, & alibi sæpe. August. vbi supra. & libr. 10. de Genes. ad literam capit. 17. Et videtur reprobari ex illo Zachar. 12. Ego Dominus formans spiritum hominis in medio eius. Quasi non antea formauerit. Et Genesis 2. dicitur: Quòd formato corpore Adam Deus inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, per quæ uerba, secundum doctrinam Catholicam Sanctorum, intelligitur creatio animæ: Ita explicant August. libr. 12. de ciuitate. capit. 21. Et libr. 7. de Genes. ad literam capit. 6. & Chrysostom. in eadem uerba. Idem damnatur in. 6. Synodo Constantinopolitana Actuum 2. in Epistola Sophronij, quæ approbata est à concilio.

¶ Sed rationibus probatur conclusio. Primò, Nam aliàs sequitur, quòd Christi anima peccauerit, & ob hoc in corpus fuerit demersa, quod est hæreticum & contra illud 1. Petr. 1. Qui peccatum non fecit. Secundò sequitur Iacob & Esau, antequam demergerentur in corpora aliquid peccasse, quod est contra illud Roma. 9. Cùm enim nondum nati fuissent &c. Vbi patet, illos ante suam natiuitatem, nihil mali aut boni egisse. Tertiò. Sequitur, resurrectionem non esse premium animarum, nec esse futuram. Patet. Nam corpora dantur in vincula, & carceres animarum, propter earum peccata, ergo non in earum præmium. Confirmatur. Nam aliàs non sic diligeret corpus, ut dicit Paul. 2. Corinth. 5. Nolumus spoliari, sed supervestiri &c. Confirmatur secundo. Nam si corpus non vnitur animæ, nisi propter peccatum in pœnam eius, ergo non est ei naturale esse in corpore, sed contra naturam. Nam si non peccasset, non esset in corpore: ergo resurrectio corporum erit contra naturam. Argumentum est Hieron. in epistola ad Pamachium, vbi plura alia argumenta videre poteris. ¶ Sed quia D. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioan. capit. 9. argumenta viginti tria ponit, quæ in nullo alio Doctore scholastico reperies; libuit hic, ea ad literam transcribere.

PRimò (inquit) Si ante corpora hominum animæ fuerunt, & quadam inclinatione ad malum, ut ipse dicit, loco supplicij corporibus connectuntur; quomodo Ioan. cap. 1. Venientes in hunc mundum illuminari dicuntur? Illuminatio enim maiorem afferre gratiam uidetur, & honoris certè non supplicij est: non punitur autem qui honoratur, nec cruciatibus uexatur, qui lumine diuino participat. Quare certum est, non puniri connexu corporis animam, quæ in ipso corpore honoratur.

¶ Secundò accedit, quod falsum omnino esset, illuminari animam in hunc mundum uenientem, si quidem mens, atque integer intellectus antea fuit. Si enim dum in corpus uenit, illuminatur; necesse est, antequam ueniat lumine carere. Quomodo ergo intellectus integer, ac purus erit; si tunc tandem illuminari cœpit, quando in hunc mundum, & in molem carnis descendit?

Tertiò. Si ante corpus anima fuit: & sicuti mens pura & intellectus integer ipsi bono coniunctior erat; sed prauitate cupiditateque peiorum ad terrena depressa est, quomodo non magna iniuria sibi fit, quæ modo in hoc corpore depressa rectè uiuere, ac non peccare iubetur? Cùm tunc potiùs oportuisset, quando nondum corpori alligata longiùs ab omni aberat perturbatione, non potuerit profectò dicere aut opportunitatem admonendæ animę ignoram Deo fuisse, aut iniuriosè ab eo tractatam, qui peccare non potest. Opportunè igitur, atque iustè non peccare in hac carne iubemur, quoniam eo cœpimus esse tempore, quo una cum corpore in hunc mundum venimus, ac quasi à loco quodam à nihilo ad esse peruenimus.

¶ Quartò libenter ab eo quærerem, quam vero similitudinem omnino habeat, cùm dicat propter delicta quæ prius anima commiserat, in corpus eam intrudi, ut ex-

experientia rerum cupiditatis suæ turpitudinem discat. Quomodo non etubescit hæc dicere? liberanda enim potius à prauis cogitationibus fuisse uidetur, quam in profundis turpissimarum uoluptatum detrudenda. Non enim sic, sed ille modus curare eam potuisset. Quid si ut corporis uoluptatibus frueretur, ac eo magis modo ægrotaret, in corpus detrusa est, tam ignorantiæ, quàm iniuriæ crimine medicus accusari poterit; qui carnem sanari ægram posse putauit, si in maiora pluraque delicta per iniuriam ab eo depelleret? Si autem ut delinquendi finem faceret, quo modo ab ultima profunditate miseriæ ac cupiditatis emersuram, potiùs putauit, quàm in ipso malorum principio, quando peccati fomite, id est, corpore carebat, parua castigatione suũ statum retenturam?

Quintò ad hæc. Si ante corpus deliquit anima, & ut pœnas lueret, corpori coniuncta est, oporteret certè credentes, qui fide à peccatis liberati sunt, à supplicio statim, id est, à corpore liberari. Quomodo enim dic quæso remissionem peccatorum penitus consequuta esse anima intelligeretur, cum adhuc propter peccatum in corpore inclusa teneatur? Videmus autem multò secus fieri, non modo enim illico fideles à corporibus non euolant, verùm etiam resurrectionis professione ac fide immortali se victuras cum corporibus credunt. Non ergo ad cruciatum corpus animę coniungitur, præsertim cùm ita diuinitus honoratum sit, ut & Saluatori remictura omnipotentia testetur, & vitam sit immortalem habiturum.

Sextò adde. Quòd morte maiora delicta secundum legem plectuntur, cùm qui leuius peccarunt viuere permittantur. Qui autem omnino innocentes uidentur, præmijs etiam quasi quibusdam ad viuendum inuitamentis afficiantur. Oportebat autem si ut commissorum pœnas lueret, corpori anima coniuncta est, scœlestos homines ad uiuendum potiùs inuitari, ut magis mole corporis uexarentur, innocentes uerò contra citiùs ab hoc corpore, id est, supplicio liberari. Sed iure lex homicidam, cæteroſque huiusmodi mori iussit: iustos autem honoribus decorari. Falso ergo dicitur supplicij causa corporibus animas annecti.

Septimò. Dicat quæso si ad supplicium corpus animæ connectitur: quid boni nobis desit iucta morte, ac immortalitate corpori per resurrectionem donata, Saluator contulit? corruptioni potius perpetuæ corporis hominum supplicio imponenti, quàm Domino nostro Iesu Christo (quem credimus corporibus resurrectionem donasse) gratias agere deberemus: non autem ita Ecclesia facit, sed Christo gratias agit, Saluatorem re ipsa existimans, quia nos à morte liberauit. Non ergo ad supplicium animis corpora data sunt, nam si sic esset, maiora nobis inferret mala resurrectio perpetuo miseras corporibus animas includens: & unde per mortem euaserunt, eò repellens. Nihil autem mali, sed ad renouationem naturæ à Christo pro singulari dono data est, non ad pœnam animis corpora data sunt.

Octauò. Singularis nobis quædam prophetia Danielis 12. gaudium annuncians, Resurgent (clamabat) mortui & suscitabuntur, qui sunt in monumentis: & omnes qui in terra sunt, exultabunt. Magna potiùs afficientur mœstitia dicendum esset. Rursùs in corpora redeuntes, aut si uera hominum genus afficere lætitia uolebat, non resurrecturos mortuos, sed perpetuæ naturam carnis datam esse corruptioni affirmasset. Cùm uerò diuino inflatus spiritu, carnis resurrectionem ad gaudium annuntiaret, non sumus ad supplicium corporis annexi, cuius immortalitate lætari, exultareque iubemur.

Nonò, Quòd Deus, cùm uidelicet Abraham benediceret quasi stellas cœli innumerabiles suos fore pollicetur Genesis 15. & 16. Quare si ad corpus, ceu ad supplicium anima introducitur; damnatarum diuinitus animarum turbam, & quasi fugitiuarum à bono, malignitatis quàm fœtuum, ac maledictionis potius quam benedictionis semen pollicetur. Sed re ipsa benedictus à Deo Abraham fuit, omni ergo culpa corporis, atque animi caret coniunctio.

Decimo. Diuinus ille uir Moyses, cum non iniuria multitudinem Iudæorum admiratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

miratus esset, Ecce namque (inquit) Deuterono. 1. Multitudine velut stellæ cœli hodie estis, adiecit orans, Dominus Deus patrum nostrorum addat ad hunc numerum, multa millia. Quæres, si animæ lapsæ in corpore puniuntur, non optanda sed repellenda potius oratione intercessioneque Moysi ad Deum fuit. Sed fuit optanda (non enim inanem quendam hominem fuisse Moysem dicimus) falso igitur & à se ipsis, non à Scripturis, hominis nequitia huiusmodi sallitates excogitantur.

Vndecimo. Non ignoramus nihil concedi à Deo malè petentibus. Petitis enim (inquit Iacob 4.) & non accipitis: quia malè petitis. Si ergo animæ, ut ille dicit, incarnatio ad luendas pœnas datur, non parùm Anna Phanuelis filia peccauit, longa oratione à Deo filium postulans: animæ namque lapsum principio, deinde punitionem poscebat. Et si mulier quasi homo errauit: quomodo Deum exorauit? Non enim poterat fœmina in utero concipere, nisi anima in cœlis deliquisset: ut propter delictum uterum mulieris ingressa corpus assumeret. Sed exoratus fuerat Deus, quia bene illa petijt, non ergo carni coniunguntur, quia peccauerimus antea, quippe qui ante corpus non fuimus.

Duodecimo. Si causa supplicij corpori connectimur, cur Ezechias uir Sanctus, atque probus prorogationem huius uitæ petijt? Aut quomodo Deus quindecim annos pietate & lachrymis illius commotus beneficij loco adiecit? calamitatem enim potius & cruciatum, quàm donum & gratiam (si aliquid ueritatis istæ nugæ habent) illi contulisse uidetur. Sed donum certe fuit ac gratia prorogatio uitæ, non ergo ad supplicium animis corpora dantur.

Decimotertio. Si corpus animæ ad pœnam datum est, inanem gratiam Deus ei retribuit, qui Ieremiam à lacu eduxit (capit. 37.) quem à Chaldæorum impetu euasurum, longiusque uicturum pollicetur, cùm potius debuisset, si honorare ipsum uolebat, quàm primùm à uexatione corporis liberare. Nec prætereà tribus illis adolescentibus, quos à Babylonica flamma seruauit, nec Danieli quem à feritate Leonum eripuit (Daniel. 3. & 13.) boni quicquam impartitus est. Falsum autem hoc omnino est: Laudatur enim gratiæque sibi aguntur, quia præcipuum eis contulit beneficium, falsum igitur est cuam illud unde hoc sequitur.

Decimoquarto. Quòd pro tribunali dominico opera quæque nostra patebunt, ut ait Paulus. 2. Cor. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum, Si ergo pro operibus quæ perperam aut contra, cum corpore gessimus retributio fiet, nec ulla erit mentio eorum, quæ ante corpus probè, uel contra fecerimus; quomodo ante corpus fuisse animam audent dicere, si ea solummodo quæruntur, quæ cum corpore gessit?

Decimoquinto. Quomodo idem Paulus dicit. Roman. 12. Exhibeatis corpora uestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem? Nam si ad supplicium animis corpora data sunt; quomodo in odorem suauitatis, id Deo offerimus, per quod punimur? aut quomodo virtutem possidebit, quod natum ad puniendum magnas in peccato egit radices?

Decimosexto. Propter transgressionem primi hominis corruptio genus nostrum inuasit, ut ait Paul. Roman. 5. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccauerunt, regnare mortem affirmat. Si priscorum gratia delictorum mortale nobis corpus annectitur; quomodo non peccauerunt, si propter peccata in corpus decidetunt?

Decimoseptimo. De quodam ab utero mattis cœco Saluatorem discipuli interrogarunt, dicentes Ioan. 9. Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cœcus nasceretur? Nam quoniam in Prophetieis scribitur libris, quòd peccata parentũ filijs Deus retribuit, hac de causa, cœcum fuisse natum hominem illum Apostoli arbitrabantur. Quid igitur Christus? Neque iste (inquit) peccauit, nec parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Quomodo autem non peccasse asserit, eos qui cum homines

mines fuerint, non errasse proculdubio non potuerunt? Manifestum igitur atque perspicuum est, quia verba Domini, tempus quod natiuitatem illorum præcesserat respicit, quo tempore nec fuerunt, nec peccare potuerunt. Hoc enim modo veritatis integritas in uerbis ueritatis, ideſt, Christi conspicietur.

Decimooctauo. Quod Isai. cap. 61. quam ob causam terra facta sit ostendens, Non frustra (inquit) creata est, sed ut habitetur, non à nudis spiritibus, nec incorporeis animis, sed animatis corporibus congruenter habitari potest: qua ex re, sequitur, si præfuisse animas, & deliquentes in corpora delabi, dabimus uoluntate ipsas Dei delinquere, vt homines, scilicet, essent, quibus terrarum orbis habitaretur. Sed hoc falsum omnino est, uerum igitur alterum.

Decimonono. Quòd omnium artifex Sapientia Prouerbiorum. 3. huiusmodi uerba de se dicere introducitur, Ego eram (inquit) quo gaudebat uniuersorum, scilicet, creator, quotidie lætabar coram eo in omni tempore. Quoniam consummato terrarum orbe gaudebat, & lætabatur super filios hominum. Si ergo Deus creato homine gaudebat, quomodo non insaniunt, qui peccatis ad corpora intrudi animas opinantur? Si enim gaudet quia pœnas per corpora dant, non erit bonus, qui aliorum supplicio triumphat. Sed bonus est ipse natura, & bonarum creaturarum productor, non igitur instrumentum puniendi corpora sunt, ut multi falso prædicant.

Vigesimo. Si quæ ante corpora deliquerunt animæ, corporibus annexæ puniuntur; quamobrem aduersus impios diluuium immissum est; & Noe iustus in retributione fidei saluatur? Contra namque fieri oportuit, ut iusti, scilicet, citius à corpore Saluarentur, improbi uerò longiore tempore, mole corporis cruciarentur. Sed Christus Dominus morte puniuit impios; longioribus huius vitæ spacijs iustum honorauit: falsa igitur opinio abijciendaque penitùs ex animis nostris est.

Vigesimoprimo. Quare Saluator Lazarum quem amabat suscitauit, & liberatum à supplicijs amicum, in supplicia reduxit? Sed suscitauit honorans quem diligebat. Aduersus ergo ueritatem Domini est, animas ante corpora deliquisse.

Vigesimosecundo. Quòd si ita esset; rationale hoc animal homo, naturaque hominis per peccata producta videretur: sed per peccatum rursus ingressa in mundum mors est; quare repugnare sibi ipsi peccatum videretur, cum priora posterioribus dissoluat. Sathanas quoque in seipso diuisus esset, quomodo ergo staret regnu eius: Sed hæc falsa sunt, vera igitur quæ eis opponuntur.

Vigesimotertio, & postremò, Mortem à Deo Ecclesia negat productam, Inuidia enim Diaboli uenisse in mundum eam Scriptura confirmat; quòd si ad puniẽdum animam corpus ei coniungitur; quare Diabolus inculpatur, qui morte suppliciũ animę dissoluit? Quare autem Saluatori gratias agimus quòd per resurrectionem rursus corpora nobis restituentur? Sed meritò & agimus, & debemus gratias Saluatori, qui nos à corruptione, quàm inuidia Diaboli nobis intulit, suo sanguine liberauit. Non ergo instrumentum supplicij corpora sunt, nec animæ ante corpora, quando non fuerunt, peccare potuerunt. Hactenus D. Cyrillus. Ex cuius longo discursu patet, conclusionem D. Thom. esse de fide, & contrarium esse erroneum & hæreticum. Sed sit.

Secunda conclusio. Iste error Origen. non solùm est contra fidem, sed etiam contra rationem naturalem. Probatur, nam secundum rationem naturalem, anima est forma corporis, ergo ex natura sua dicit ordinem ad corpus, & non solùm per accidens ex meritorum vel demeritorum differẽtia. ¶ Secundo. Sequitur alias vnionem animæ ad corpus non esse naturalem, vtpote proue nientem ex motu liberi arbitrij, & sic nec compositum, quod inde resultat, erit naturale, ergo perfectissima Vniuersi, ut est homo, Sol, astra erunt innaturalia, quod est absurdissimum. ¶ Tertiò. Sequitur quòd hæc compositio animæ & corporis non constituat aliquas species, nam ea quæ accidentaliter vniuntur, non constituunt species. Hęc autem accidentaliter unirẽtur, videlicet de

pendẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendenter à motu liberi arbitrij: ergo.

¶ Alias egregias rationes uide apud D. Thom. 3. contra Gent. cap. 44. & Opusc. 15. cap. 12.

¶ Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum ex Psal. 65. Quòd laqueus de quo ibi Psalmus loquitur, fuit captiuitas Ægypti, in quam induxit populum Hebræorum, & ex liberatione à tali captiuitate, & alijs beneficijs illi exhibitis, inducit mundum ad laudandum Deum, Explicatio est Caiet. & Lyræ. Ad aliud ex Psal. 118. Respō detur primo ex Augustino. Quòd antequā humiliaretur, & subijceretur miseriæ, deliquerat in Adam, cuius peccatum est etiam nostrum. Ambro. sermone. 9. in Psal. 118. exponit, quòd humiliarer, significat idē quod tribularer, vel punirer, iuxta illud Psalmi, bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et rursus. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea. Sensus ergo Prophetæ erit dicere, quòd tribulatio, siue quæuis punitio qua Deus illum uexabat proueniebat ex præcedenti peccato in corpore tamen cō misso. Non enim solet Deus punire quenquam, nisi propter præterita delicta. Propterea enim ira eius & punitio comparatur Oseæ. 13. iræ Leonis & ursæ raptis catulis; quia istiæ animalia non irascuntur, nec sæuiunt nisi prius ad iracundiam prouocata. Ad illud ex Psal. 141. dicitur, quòd uel custodia significat obsidionem aliquam, qua ab inimicis Dauid tenebatur occlusus, vel significat Lymbum & sepulchrum à quo eductus est Christus, vel mundum, vbi omnia sunt uana, uel corpus corruptioni subiectum: non quòd in illud sit propter peccata anima inclusa. De quo vide glos. & August.

¶ Ad aliud ex Psal. 114. respondetur, quod nihil probat, quia requies ad quam inuitatur anima est Deus, ut habet Glos. interl. Ex hoc verò quòd admoneat cōuerti ad Deū, non infertur intentum Origenis. ¶ Ad secūdum D. August. lib. 1. de peccatorum meritis & remiss. cap. 25. ait, Multa haberi in Scriptura simpliciter & sine mysterio aliquo dicta. Et ponit exemplum in loco citato, quòd idem sit dicere, illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, & dicere. Illuminat omnem hominem, unde sicut hoc nihil fauet sententiæ Origen. ita neque illud. Similiter uidetur explicare Cyrill. ubi supra, vt idem sit dicere. Venientem in hunc mundum, & dicere, Omnem hominem de nouo conditum & productum. Cæterum quia iuxta Hiero. & Epiph. ubi suprà. Et Basil. homil. 10. Examer. & Chrysosto. homil. 15. in Genes. & homil. 35. in Ioan. & homil. 2. de uerbis Isai. Factum est anno quo mortuus, &c. & Cyrill. lib. 2. in Ioann. cap. 102. In Scriptura singuli sermones, & syllabæ & apices plena sunt sensibus. De quo etiā est uidere D. August. 22. contra Faustum. cap. 94. & 95. Ideo explicandum est, quid significent illa verba, venientem in hunc mundum. ¶ August. tractat. 2. in Ioan. & Glos. interlin. dicunt significari, ideo hominem indigere illuminante, quia illinc recessit ubi semper poterat esse illuminatus: & venit affectu ad mundum, ubi omnia sunt plena tenebris & ignorantiā (quasi dicat) illuminat omnem hominem, qui quia recessit à Deo, & cecidit in mundum, cœcatus est, alioquin non egeret illuminari. Ambro. etiā Psalm. 36. aliter exponit. Illuminat (inquit) venientem in hunc mundum, hoc est, illumi qui ad imaginem & similitudinem Dei viuit. Illum qui se hominem esse cognoscit, ut refugiat equorum libidinem adhinnientem, ferarum rabiem, lepusculorum formidinem, vulpium fraudem, rapinam luporum: illum hominem qui sic agit; quasi in hunc mundum superuenerit. Venisti ergo: noli remanere: noli hærere terrenis. Hæc ille. Quibus verbis explicat sensum Euangelistæ esse, quòd Deus illuminat luce gratiæ omnem hominem, qui quasi peregrinus transit per mundum, qui non hæret, nec radicatur affectu, in rebus mundi huius. Potest etiam dici, quòd additur illa particula ad explicandum secundum quam partem illuminatur homo à Deo: quia non secundùm eam partem, quæ est ex hoc mundo, scilicet, secundùm naturam corpoream: sed secundùm animam, quæ est ab extrinseco creata, non ex potentia materiæ. Ita D. Thom. ibidem, & August. 1. de peccatorum merit. & remiss. cap. 25. ¶ Vel aliter secundùm Origen. homil. 2. in diuersos locos. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum, illos inquam, qui spiritualiter per regenerationem gratiæ, quæ datur in baptismate, in mundum veniunt inuisibilem, hos itaque vera lux illuminat, qui in mundum veniunt virtutum. Ad hoc autem, vt in hūc mundum veniant virtutum, prius oportet fuisse, & operatos fuisse bonum. Et sic venire, est quasi aliunde: nam prius eramus filij iræ. Vnde secundum hanc explicationem oportet, ut mundus accipiatur in bonam partem, quod necessariò fatendum esse contra aliquos, qui docent nunquam accipi nisi in malam, ostendit August. contra Donatistas post collationem cap. 6. ex illo Ager est mundus &c. & ex illo. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & Ioan. 3. vt saluetur mundus per ipsum. Vide eundem August. tractat. 110. in Ioan. ¶ Ad confirmationem ex cap. 8. Sapien. Respondetur ex August. lib. 10. de Genesi ad literam cap. 17. & infrà. Quòd ille locus intelligitur de Christo, qui propter suam dignitatem & mundiciam in corpus inconta minatum Beatæ uirginis intrauit: licet alia quæ ibi dicuntur conuenire non possint Christo secundum se, sed verificentur de suis mēbris. Vt est illud quod habetur paulo ante cap. 7. quod coagulatus sit ex semine uiri in sanguine &c. Eodem modo fere explicat glos. ord. Sapien. 8. Vel dicatur quòd Salomon loquitur de se tempore suæ iuuentutis, & significat, quòd licet sortitus fuerit animam bonam, & ingeniosam, erat tamen magis bonus in moralibus, quàm in genioſus in naturalibus, & propterea uenit in corpus coinquinatum, idest, adeptus est mundiciam corporis, quod vulgo Hispanè dicimus (vine a tener.

¶ Ad tertium Hieron. in expositione illius Psal. ad Cypria. dicit, quòd ut excludatur iste error Origenis, sic legitur ille locus. Domine refugium factus es nobis; ut ibi sit punctus, & tunc incipiat alia clausula, Antequam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo usque in seculum, tu es Deus. Vt non significet fuisse refugium nostrum ante conditionem mundi, quando necdum eramus, sed quod ab æterno Deus, & usque in æternum semper sit Deus. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd uni sāncti dicuntur peregrini à Patria, quoniam ad illam tendunt per bona opera quæ uirtute

cœlesti & diuina operantur. Et quæuis anima uirtute cœlesti producta est. ¶ Ad quartum respondetur, quòd ille locus admittit varias expositiones: nulla tamen fauet errori Origenis. Prima explicatio est Hieron. Quòd loquatur de die iudicij, quoniam omnes sancti, qui ante illud tempus, dum hic viuerent, sperauerunt in Domino, sunt futuri in laudem eius. Secunda est Ambrosij, quòd loquatur de Apostolis electis in prædicatores, & laudatores Christi, non ex omnibus gentibus indiscriminatim, sed ex his qui antea sperauerant in Domino, scilicet, Iudæis, ita ut illud, Qui ante sperauimus, accipiatur non pro eisdem numero, sed genere, idest, pro ipsis secundùm eorum parentes & antecessores. Vel secundum Anselmū loquitur de ipsis inet Apostolis, qui quidem dicuntur sperasse, & Christo credidisse ante alios fideles. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd ille locus, Elegit nos ante mundi constitutionem; potest verificari, quia electio ipsa quæ est actus interior Dei fuit antequam nos aut animæ nostræ essent: & sic ex illo non infertur, quòd ipsæ fuerint ante mundi constitutionem. ¶ Ad alteram confirmationem. Aliqui Hebræorum putarunt omnes Prophetas fuisse simul cum Moyse in monte Sinai, quando illi dabatur lex, & quòd ibi acceperunt etiam prophetias suas, sicut Moyses legem; futuris tamen temporibus secundum Dei ordinationem ab eis pronuntiandas: & quòd secūdum hoc post quam Isai. dixit, Ibi eram &c. subdit, & nūc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. At cùm Prophetæ non fuerunt ibi secundū corpus, Isaias enim natus est post sexcentos & amplius annos post dationem legis: & aliqui adhuc posterius, & hoc non posset intelligi secūdum animas, vt dictum est, restat hanc sententiam esse erroneam. Dicendum ergo ibi Propheram non loqui de se, sed de Deo. Ita ut sensus illius incipiat ex illis verbis, Non à principio in absconditio loquutus sum. Ex tempore antequam fierēt, ibi eram. Et nunc Dominus misit me, & spiritus eius. Qui locus de tota Trinitate intelligitur, iuxta explicationem Hieron. & Glos. interl. & ordinariæ, ita ut illud, ex tēpore antequam fierent &c. referatur ad personam filij, qui de se ipso dicit. Ego in occul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to loquutus sum nihil, & qui erat in Patre antequam omnia mundi fierẽt, hunc Deus Pater misit in mundum, & spiritus eius de quo conceptus est. Vel dicatur iuxta aliorum expositionem quòd licet Propheta de se loquatur, significat quod spiritu Prophetico præsens erat rebus quas Prophetabat antequam ipsæ fierent: iuxta illud quod dixit Helisæus Giezi puero suo. 4. Reg. 5. Nõne cor meum in præsenti erat, quomodo reuersus est homo? Vbi per esse præsentem, significat cognitionem Propheticam. Dicit ergo Isaias, quòd ea quæ de captiuitate & liberatione Israel dixerat, non in occulto loquutus est sed palàm, ideſt, vera sunt, (nam est phrasis Hebræa, In absconditio loqui, ideſt, mendacia loqui: quia Magi & Augures & Deceptores in occulto loquuntur) & subdit rationem huius, Nonne ibi eram? ideſt, iam illa veluti præsentia uidi, etiam si resint futura: quia sicut actu existentia non possunt non esse, ita neque illa. ¶ Ad quintum. Hieronymus Apologia prima in Rufinum, ait. Se ista semper retulisse ut non sua, ex sententia Origenis. Quòd si aliquando non damnat autorem illius erroris, hoc est, quia satis fuerit illum semel redarguisse. Argumenta uerò eius recensere, non demonstrat ipsum cum Origene sensisse: sed noluit se aliquid ab eo dictum prætermittere: ne videretur tacuisse, quod ille fortiter & robustè corroborauerat. ¶ Ad sextum negatur minor. Ad probationem respondetur, quòd ignis inferni eiusdem est speciei, cum igne nostro materiali, vt docet D. Tho. 4. d. 44. q. 3. arti. 2. quæstiuncula. 2. & Soto distinct. 50. quæst. 1. articul. 2. & per consequens, sicut de nostro igne fuit uerum dicere, quod à principio mundi creatus fuit & propter se; ita & de igne inferni, ut ibi tenet Soto. Factum itaque & creatum ignem, applicauit Deus & destinauit in pœnam aliorum quos peccaturos præuidit, quanuis non illum per se primò creauit ad hunc effectum.

¶ Fortasis autem ignem esse in loco inferno, non per se competit igni; sed ex diuina supernaturali ordinatione, ut esset carcer eorum quos præsciuit morituros in peccato.

¶ Ad confirmationem primam respondetur. Quod sensus Scripturæ desumendus est, ex expositione Sanctorum. Sancti autem, ut Basil. Ambros. & Augustin. & alij; Illud quod dicitur. Vidit Deus, quòd esset bonum; intelligunt de bonitate intrinseca, quam in se habebant creaturæ: & ideo non est recurrendum ad bonitatem quam habent ab extrinseco fine. Respondetur secundò. Quòd, ut infrà dicemus, in aliquibus dicitur, Vidit Deus quòd esset bonum, antequam res producerentur, ut patet in productione lucis & hominis: in alijs uero id dicitur post productionem, ut patet die quarta & quinta. Differunt autem dicere hoc à principio, vel, fine. Nam quando ponitur à principio, significat, quòd bonum erat producere illas creaturas. Quando uerò ponitur in fine; significat, quòd ipse creaturæ in se bonæ erant. Quod usque adhuc est verum, ut de luce significante Angelos & homines, licet statim post suam creationem essent boni: non tamen dicitur post eorum conditionem, Vidit Deus quòd esset bonum. Ratio est. Quia poterant admittere peccatum. D. Thom. ergo loquitur de illo verbo, Vidit Deus quod esset bonum, quando ponitur narrata productione speciei: ut ipse explicat in articulo. Si ergo ista corpora producerentur, ut illis vnirentur animæ peccatrices: iam totum illud compositum non esset bonum, haberet enim peccata animæ propter quam puniendã creatur: & sic non posset dici de illo quod esset bonum. Dicimus ergo ad primam confirmationem. Quòd sicut sanguis in animali est pars illius, & tamen est etiam materia transiens respectu aliarum partium; ita elementa in bona Philosophia habent se ad uniuersum sicut materia transiens respectu mixtorum, & sicut partes ipsius vniuersi. Ratione itaque prima non dicitur de eis, Vidit Deus qd esset bona terra, uel aqua, &c. Nam bonum habet rationem finis, & elementa ut sic non sunt finis, sed sunt media ad mixta. Ratione uerò secunda, dicitur de eis, Vidit Deus cuncta quæ fecerant, & erãt valde bona. Si uerò corpora essent condita in pœnam peccatorum, nunquam haberent rationem finis: nec posset dici de eis, quòd essent bona. ¶ Ad secundam confirmationem patet per prædicta. Nam licet esse propter iustitiam punitiuam, habeat rationem boni utilis & medij; non tamen rationem finis

nis, quod est bonum absolutè sumptum: & verba Scripturę cum proprietate sunt interpretanda, vbi non cogimur ad impropriam locutionem confugere. ¶ Ad septimum argumentum respondetur. Concedo antecedens, & nego consequentiam: non.n. repugnat nobilitati vniuersi, q̃ in ordine ad gratiæ mirabilem excellentiam, sit à casu respectu intellectus creati, & prouidentiæ naturalis creaturarum (nam respectu Dei nihil est à casu) repugnat autẽ, q̃ partes vniuersi sint à casu; quia ex propria natura pertinẽt ad vniuersum. Cùm ergo videamus Deum voluisse suam incarnationem in remedium peccati: creationem verò mundi, quia bonum erat ipsum esse; hinc est, vt possimus asserere, hoc nõ esse à casu: quãuis illud fuerit à casu, quantum est ex parte peccatorũ. ¶ Ad primam confirmationem negatur, quod infirmitas hominis secundùm naturam supponat peccatum per se, & Metaphysicè loquendo. Etenim si homo esset conditus in puris naturalibus ægrotaret, sicut & modo. Quod si modo hæc infirmitas suppo nit peccatum, hoc accidit; quia Deus creauit hominem cum iustitia originali, quæ non erat per se naturæ humanæ ex propriis debita, & per peccatum est amissa. Vnde infirmitates sunt pœna peccati. ¶ Ad secundam confirmationẽ idem potest dici; quod quia homini secundùm se, non debebatur paradisus, sed ex largitoris deliberatione; per se, & non à casu, dantur ei herbæ ad vescendum. Catherinus ibi aliter respondet. Non enim admittit omnes homines, etiam si in iustitia perseuerassent, esse admittẽdos in paradiso; quia illos nõ caperet ille locus: & ideo pro hominibus etiam cum iustitia originali degentibus (inquit) Deus præparauit herbas in cibos. ¶ Ad octauum respondet D. Thom. de Malo, quæst. 16. artic. 4. ad 16. quòd homo non est factus simpliciter propter reparationem Angelorum, sed propter visionem Dei, & perfectionẽ vniuersi, vt ibidem dicit Magister: & ideo existeret Angelis non peccantibus. Vide de hoc Ruper. 3. de glorificatione Trin. & processione Spiritus sancti. cap. 20. & 21. & 22. ¶ Ad vltimum respondetur. Quod non est acceptor personarum Deus, quia nulli quidquã debet, quod requiritur ad acceptionem personarum. ¶ Circa secundam conclusionem articuli, vide quæ diximus suprà quæstio. 44. articu. 4. Et nota, quòd hanc veritatem videtur significare nobis illud Scripturæ, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Genes. 1. vbi videtur esse idem ordo, quem hic sequitur D. Tho. Nam postquam dixit de causa efficienti: In principio creauit Deus cœlum & terram, subdit de causa finali, & Spiritus Domini, &c. Nomine autem spiritus, Rupert. lib. 1. in Genes. cap. 8. Eucherius, Augustin*, Eugubinus, & alij intelligunt diuinum amorem, erga creaturas producendas, propter suam bonitatem: quasi dicat Deus fecit cœlum & terram, & Spiritus Domini ferebatur super aquas, ideſt, diuinus amor super ferebat super creaturas, quia non indigebat illis: nam indignus amor subijcitur rebus quas diligit, nõ indignus verò superfertur conuertens eas ad se, & ad suam bonitatem, ut eam participent, & inde perficiantur. Et ratio huius est; quia sicut factæ sunt ex amore diuino, ad eundem finem debent ordinari, quem respicit amor diuinus, qui non est alius nisi sua bonitas. Vnde hoc cognouerunt etiam Philosophi, & Poetæ antiqui dicentes, Principium omnium Deorum, esse amorem, qui, scilicet, cum primis principijs rerum extiterit, tanquam causa earum. Vnde Hæsiodus,

Extitit ante Chaos, post hæc latissima Tellus,
Quæ super innixum pondus rerum incubat omne,
Atque amor, inter qui cœlestes emitet omnes,

& rursus Parmenides,

Cunctorumque Deorum primum quæsiuit amorem.

¶ Mercurius etiã Trismegistus, in sermone ad Aesclepium, eadem videtur significare, dicens: Erat Deus, & Hyle, & mundo comitabatur spiritus. Per Deum intelligit causam efficientem, per Hylem, materiã informem omnium corporum: per spiritum, amorem ipsum mouentem, ad creandũ omnia, & per consequens ordinantem ea in diuinam bonitatem, quod est obiectũ ipsius amoris: nam idem est finis mouentis, & moti. Huic ẽt consonat illud Psalm. 99. Scitote quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam ipse est Deus, ipse fecit nos, & A non ipsi nos. Caietanus & alij sic legunt. Ipse fecit nos, & sibi nos. Ipse fecit nos, significat causam efficientem: sibi nos causam finalem.

DVbitatur secundò circa tertiam conclusionem articuli. Quomodo D.Tho. suprà quæst.21. artic.4. in corpo. & ad quartum, concedit iustitiam reperiri in creatione rerum, hic verò docet oppositum, Respondetur breuiter, quòd hic loquitur de causa diuersitatis & inæqualitatis rerum, B quomodo sint facti diuersi gradus propter perfectionem vniuersi, vt dicitur in hac solutione. Vide D.Tho.3.contra Gent.ca. 45. vbi id latè explicat & probat. Vide etiam eũ dem D.Tho.opusc.15.capit. 12. Notandum autem est, quòd in opere creationis reperitur debitum & iustitia respectu sapientiæ & voluntatis diuinæ, & hoc significatur suprà, & explicatur in solutione ad quartum; non verò reperitur iustitia respectu ipsius creaturæ: sicut dicitur hic. Et ratio est, quia C debitum iustitiæ alicuius creaturę, supponit ipsam esse; vt ibidem dicitur, ergo cùm in prima rerum creatione non sit ipsa creatura secundum se, sed secundum diuinam sapiẽtiam & voluntatẽ volentẽ eam producere, respectu huius erit debitum, non respectu illius. Respondetur secundo, & melius, quòd licet sit iustitia in prima rerum creatione, quantum ad hoc quod si producitur aliqua creatura, debeantur & deutur ei necessaria ad suas operationes, vt homini debetur in- D tellectus &c. non tamen reperitur iustitia quantum ad producendam ipsam essentiã specificam, & huius ratio est, nam ad hoc quod debeatur intellectus homini, iam supponitur aliquid, scilicet, essentia hominis. Ad hoc verò, vt producatur essentia specifica, nihil supponitur & sic respectu huius nõ reperitur ratio iustitiæ quæ semper præsupponit aliquid, cui alterum debeatur. Hanc solutionem docet D.Thom. 2.contra Gent. cap.28.& 29. Ostendens in prima rerũ creatione non esse iustitiam, quia illic nihil præ E supponitur: bene autem producta aliqua re inuenitur ibi ratio iustitiæ ex comparatione creaturæ prioris ad posteriorem, (siue sit prior tempore, siue natura.) Et ad ostendendam, hanc rationem iustitiæ in principio Gen.text.facer, vocat Deum Elohim, quod nomen significat Deum vt iudicem, vt insinuet in rebus condendis seruasse iustitiam, scilicet, respectu suæ sapientiæ & voluntatis, vel respectu posterioris rei in ordine ad priorem. Ipsum tamen esse, nulli est debitum essentiæ creatæ: at suppositio quod sit, iam intelliguntur debita secundum iustitiã distributiuam.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus angelis?

AD TERTIVM sic proceditur. *Videtur, quòd creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus Angelis. Sicut enim res gubernantur per diuinã sapientiam, ita omnia sunt per Dei sapiẽtiã facta, secundũ illud Psal.† Oĩa in sapientia fecisti. sed ordinare est sapiẽtis, ut dicitur in princ.* Metaph. Vnde in gubernatione rerum inferiora per superiora reguntur quodã ordine: ut Augustin. dicit*. 3. de Trinita. Ergo et in rerũ productione talis ordo fuit, quòd creatura corporalis tanquam inferior per Spiritualem tanquam superiorem est producta.* 335 2.d.1.q. 1. art.4. Et opusc. 15. c. 9. & 10. † Psal. 103. lib. 1. ca. 2. tom. 3. lib.3.de trinit. c. 4. to. 3.

¶ 2 *Præterea. Diuersitas effectuum demonstrat diuersitatem causarum: quia idem semper facit idem. Si ergo omnes creaturæ tam Spirituales quàm corporales sunt immediatè à Deo productę, nulla esset inter creaturas diuersitas, nec vna magis distaret à Deo quã alia. Quod patet esse falsum: cũ pter longè distare à Deo dicat Philos. quadã corruptibilia esse.*

¶ 3 *Præterea. Ad producendum effectum finitum non requiritur virtus infinita. Sed omne corpus finitum est. Ergo per finitam virtutem Spiritualis creaturę produci potuit, & productum fuit. Quia in talibus non differt esse et posse: præsertim quia nulla dignitas competẽs alicui secũdum suam naturam, ei denegatur, nisi fortè ob culpam suam.*

SED *contra est, quod dicitur Genes.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Per quæ creatura corporalis intelligitur. Ergo creatura corporalis est immediatè à Deo producta.*

RESPONDEO *dicendum, quòd quidam posuerũt gradatim res à Deo processisse. Ita scilicet quòd ab eo immediatè processit prima creatura: et illa produxit aliam: et sic inde vsque ad creaturam corpoream. Sed hæc positio est impossibilis. Quia prima corporalis creaturę productio est per creationem, per quam etiam ipsa materia producitur. Imperfectum enim est prius quàm perfectum in fieri. Impossibile est autem aliquid creari nisi à solo Deo.*

Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quanto aliqua causa est superior, tanto ad plura se extendit in causando. Semper autem id quod substernitur in rebus, inuenitur B *cõmunius quàm id quod informat & restringit ipsum: sicut esse quàm viuere, & viuere quàm intelligere, & materia quàm forma. Quanto ergo aliquid est magis subtratũ, tanto à superiori causa directè procedit. Id ergo quod est primò subtratũ in omnibus, propriè pertinet ad causalitatem suprema causæ. Nulla igitur secunda causa potest aliquid producere, nõ præsupposito in re producta, aliquo quod causatur à superiori causa. Creatio autem est* C *productio alicuius rei secundum suam totam substantiam, nullo præsupposito quod sit vel increatum, vel ab aliquo creatum. Vnde relinquitur, quòd nihil potest aliquid creare nisi solus Deus, qui est prima causa. Et ideo vt Moyses ostenderet corpora omnia immediatè à Deo, creata, dixit, In principio creauit Deus cœlum & terram.*

AD primum ergo dicendum, q̃ in productione rerum est aliquis ordo: non quidem vt vna creatura creetur ab alia (hoc enim impossibile est) sed ita quòd ex diuina sapientia D *diuersi gradus in creaturis constituuntur.*

AD secundum dicendum, quòd ipse Deus vnus absque sua simplicitatis detrimento diuersorum cognoscitiuus est, vt supra ostensum Qõ. 14. ar. 11. & q. 15. ar. 2. *est. Et ideo etiam est secundum diuersa cognita diuersorum productorum causa per suã sapientiam: sicut & artifex apprehendendo diuersas formas producit diuersa artificiata.*

AD tertium dicendum, quòd quantitas virtutis agentis non solum mensuratur secundum rem factam, sed etiam secundum mo- E *dum faciendi: quia vnum & idem aliter fit & à maiori, & à minori virtute. Producere autem aliquid finitum hoc modo vt nihil præsupponatur, est virtutis infinitę. Vnde nulli creaturę competere potest.*

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Creatura corporalis in prima productione facta est immediate à Deo. Probatur. Prima productio creaturæ corporalis fuit facta per creationem, sed nulla creatura potest creare ergo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa conclusionem; An sit vera. Arguitur primo contra illã ex illo Gen.1. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Quod dictum fuisse ab Angelis ostendit Philon in lib. de Opificio sex dierum enarratus illum locũ, & in lib.de Profugis, ait, quòd textus facer dixit, Faciamus hominem, Quasi Deus loqueretur ad Angelos, siue Deos minores, vt secum cooperarentur in creatione homines. Idem tenet lib.de Gigantibus, & lib. de Confusione linguarum. Et probat ex illo.Exod.15. Firmissimo habitaculo tuo qđ operatus es Domine; Sanctuarium tuum Domine quod firmauerunt manus tuæ. Vbi per manus intelligit. Virtutes, siue Angelos. Item vbi Gene.1. dicitur; In principio creauit Deus cœlum & terram; in Hebræo habetur, creauit Dij; Super quo loco Rabbi Abenafra vult significare multitudinem Angelorum cooperãtium Deo in creatione mundi corporei. ¶ Secundo arguitur. Nam Ecclesiast. 16. Loquens sapiens de creatione mundi inquit: De cœlis ornauit (scilicet stellis,) in æternum opera illorũ; idest Angelorum. Ita exponit Lira, ergo cę li sunt producti saltim mediantibus Angelis. ¶ Tertio arguitur. Angeli causant motum naturalem cœli, ergo & etiam produxerunt cœlum. Antecedens supponitur; & probatur consequentia. Nam motus naturalis non conuenit alicui nisi à datore naturæ. Vnde hac ratione probat D.Thom. in 1.2. quæstio.9. articu. 6. & infrà quæstio. 105. articu. 4 Deum solum mouere effectiue voluntatẽ, quia ipse solus est causa eius, per consequens ipse solus potest causare motum eius naturalem. De hac re multa diximus libro 1. de Generatione & Corru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptione cap.3.Dub.3. Vnde breuiter in præ- A
(onti supponẽdum est, Olim varias de hac re sententias fuisse. Plato in Tymeo, quem sequitur Porphyrius, licet putaret formas esse à Deo, opinabatur tamen corpora esse ab Angelis, siue diis minoribus cooperantibus ipsi Deo. Auicena etiam 9.Metaph. cap.4.putat à Deo non produci immediatè creaturam corpoream, sed quod ille immediatè produxit vnam intelligentiam,& illa aliam, & sic consequenter vsque ad vltimam, quæ produxit totam machinam, B sooream. Hunc errorem sequuti sunt illi hæretici quos retulimus suprà articu.1. mundum corporeum mediantibus Angelis fuisse factum; quibus etiam consentit Basylides hæreticus. Imo vero D. Augusti. lib.de Gen.imperfecto,cap.8.videtur idem tenere,de quo nos dicemus infrà quæst. 74. articu. 3. ad secundam confirmationem 2. nostri argumenti. Contra hos omnes errores sit conclusio. Nulla creatura facta fuit à Deo mediantibus Angelis concurrenti- C bus ad eius creationem. Hæc conclusio demonstratur latè ab Augustino 12. de Ciuitate cap.24.25.26. Damascen.libro 2.de Fide Ortodoxa capit.3. Chrysost.homil. 8.in Genes.Theodoretus quæst.19. Basilius homil.9. Examer.& probatur primo ex illo Psalmi.135. Qui fecit mirabilia magna solus; & explicans hæc magnalia quæ solus operatus est; Subdit: Qui fecit cœlos in intellectu, qui fecit luminaria magna, ergo si Deus solus operatus est hæc, Angeli D nihil cooperati sunt. Vide Augustinum ibi dem.Probatur secundo. Nam hoc significatur in eo quod dicitur Genes. 1.Dixit Deus fiat firmamentum & diuidat aquam ab aquis, & fecit Deus firmamentum &c. Nã per illa verba, Et fecit Deus, innuitur hoc factum non per ministros inter medios, sed per ipsum Deum immediate; ita explicat Caietanus.Confirmatur.Nam secundum Basil.homil.5.Examer.& Aug.quæst. 106. ex vtroque testamento mixtim; Propterea (inquit) prius ponitur creatio plantarum, quàm luminarium cœlestium, quæ sunt causa illarum vt excluderetur idolatria credentium luminaria esse Deos creatiuos earum; ergo id etiam non est opinandum de Angelis. Vnde Hebræi (vt Autor est Burgen. Add.2.ad primum caput Gen.) dicunt (licet in hoc errent) Angelos esse creatos in secunda feria. Nam si in prima fuissent creati, crederetur de eis, quod fuerunt cooperatores Dei in mundi creatione. Ratione autem probatur optime à S. Tho. in articu. quam etiam habet Theodoretus vbi supra asserens Angelos non posse creare,quia non habent eandem naturam, quã Deus, quasi ad creandum sit necessariũ habere naturam diuinã & esse primam cãm, & vniuersalissimam.Eadem habet Basi. homil.10. Exame.de hac autem ratione dictũ est sup.qõ.45. Alias rationes vide apud D. Thom.opusc.15 c.10.& 11.

AD argumenta in oppositum respondetur.¶Ad primum q̃ Philo in hac parte non tenetur,quoniam sancti patres expli cant illum locum de Trinitate. Ita Basil. vbi suprà, Chrysostom. & alij, quos vide in Cathena Alosij super illum locum. Et similiter respondetur,ad secundum locum. Vt enim infra dicetur, ibi significatur pluralitas diuinarum personarum in vnitate essentiæ. Potest tamen explicari Philo, vt ipse ait lib.3.de vita Moysi, quod per illas virtutes intelligãtur diuina duo attributa, scilicet, potentia & virtus gubernatiua.

¶ Ad secundum respondet Lira, quod cœli & elementa dicuntur opera Angelorum, non quia sunt ipsorum factores, sed administratores; eo modo quo vinea dicit opus vinitoris, & domus gubernanda opus dispensatoris. ¶Ad tertium argumentum nego consequentiam. Ad probationem nego antecedens.Imo vero multi sunt motus naturæ,sed etiam à causis secundus fiunt,v.g. motus lapidis deorsum à cœlorum etiam influentia efficitur, & similiter nutritio viuentis est & à Sole sicut & generatio.

ARTICVLVS IIII.

E ¶ Vtrùm formæ corporum sint ab Angelis.

*AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur quòd forma corporũ sint ab Angelis. Dicit enim Boe. in li. * de Trinitate, quod à formis* 336 1.di.36. q.2.ar.1. cor. Et 2.dist.1.

mis quæ sunt sine materia, veniunt formæ quæ A
q.1. art. *sunt in materia. Forma autem quæ sunt sine*
4.1.& d. *materia, sunt substantiæ spirituales: forma au-*
18. q. 2. *tem quæ sunt in materia, sunt forma corpo-*
ar.3. co. *rum. Ergo forma corporum sunt à spirituali-*
& 3. cõ. *bus substantijs.*
ca.24.& ¶ 2 *Præterea, Omne quod est per partici-*
69. Et *pationem, reducitur ad id quod est per essen-*
opu. 34. *tiam. Sed spirituales substantiæ per suam esen-*
co. 2. *tiam sunt forma, creaturæ autem corporales*
*Ãte me *participant formas. Ergo forma corporalium*
dium li *rerum sunt à spiritualibus substantijs deri-*
bri. *uatæ.* B

¶ 3 *Præterea, Spirituales substantiæ magis habent virtutem causandi quàm corpora cœlestia. Sed corpora cœlestia causant formas in istis inferioribus. Vnde dicuntur esse generationis & corruptionis causa. Ergo multò magis à spiritualibus substantijs forma quæ sunt in materia, deriuantur.*

libro. 3. *SED contra est, quod Aug. dicit* 3. de*
de Tri. *Trinit. quod non est putandum, angelis ad*
ca. 8. in *nutum seruire hanc corporalem materiam,* C
prin.to- *sed potius Deo. Illi autem ad nutum dicitur*
mo. 3. *seruire corporalis materia à quo speciem re-*
cipit: non ergo forma corporales sunt ab angelis, sed à Deo.

RESPONDEO dicendum, quod opinio fuit quorundam, quod omnes formæ corporales deriuantur à substantijs spiritualibus, quas angelos dicimus. Et hoc quidem dupliciter aliqui posuerunt. Plato enim posuit formas quæ sunt in materia corporali, deriuari & formari à formis sine materia subsistentibus, per modũ participationis cuiusdam, ponebat enim hominem quendam immaterialiter subsistentem, & similiter equũ, & sic de alijs, ex quibus constituuntur hæc singularia sensibilia, secundum quod in materia corporali remanet quadam impressio ab illis formis separatis, per modum assimilationis cuiusdam, quam participationem uocabat. Et secundum ordinem formarum ponebant Platonici ordinem substantiarum separatarum. Puta quod vna substantia separata est, quæ est causa omnium equorum: supra quam est quædam vita separata, quam dicebant per se vitam & causam omnis uitæ. Et ulterius quandam, quam nominabant ipsum esse & causam omnis esse. Auicen uerò & quidam alij non posuerunt formas rerum corporalium in materia per se subsistere, sed solum in intellectu. A formis ergo in intellectu creaturarum spiritualium existentibus, quas quidem ipsi intelligentias, nos autem angelos dicimus, dicebant procedere omnes formas, quæ sunt in materia corporali. Sicut à formis, quæ sunt in mente artificis, procedunt forma artificiatorum. Et in idem uidetur redire quod quidam moderni hæretici ponunt, dicentes quidem Deum creatorem omnium, sed materiam corporalẽ à diabolo formatam, et per uarias species distinctam. Omnes autem hæ opiniones ex una rãdice processisse uidentur. Quarũdã enim causam formarum acsi ipsæ formæ fierent secundum seipsas. Sed sicut probat Arist. in 7. Metaph. id quod propriè fit, est compositũ. Formæ autẽ corruptibiliũ rerum habent ut aliquando sint, aliquando non sint absque hoc, quod ipsæ generentur, aut corrumpantur: sed compositũ generatis, aut corruptis, quia etiam forma non habent esse, sed composita habent esse per eas: sic enim alicui competit fieri sicut et esse. Et ideo cùm simile fiat à suo simili, non est quærenda causa formarum corporalium aliqua forma immaterialis, sed aliquod cõpositum, secundùm quod hic ignis generatur ab hoc igne. Sic igitur forma corporales causantur non quasi influxa ab aliqua immateriali forma, sed quasi materia reducta de potẽtia in actũ ab aliquo agente composito. Sed quia agens compositum, quod est corpus, mouetur à substantia spirituali creata, ut Aug. dicit* 3. de Trinit. sequitur ulterius, q̃ etiam formæ corporales à substantijs spiritualibus deriuentur, non tanquam influentibus formas, sed tãquã mouentibus ad formas. Vlterius autem reducuntur in Deum sicut in primam causam etiã Species angelici intellectus: quę sunt quędam seminales rationes corporalium formarum. In prima autem corporalis creatura productione non consideratur aliqua trãsmutatio de potentia in actum. Et ideo formæ corporales, quas in prima productione corpora habuerunt, sunt immediatè à Deo producte, cui soli ad nutum obedit materia tanquam propria causa. Vnde ad hoc significandum Moyses singulis operibus præmisit: Dixit Deus, fiat hoc, uel illud. In quo significatur formatio rerum per uerbum Dei facta, à quo secundum Augustũ est omnis forma & compago & concordia partium. li. 7. Metaph. text.26. & li. 8.tex.8. tom. 3. B C D E li. 3. de Trinit.c. 4. & 5. tom.3. Tracta. 1. in Ioan.à me dio. to.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9. Tt. 1. de Gen. ad lit. cap. 17.

AD primum ergo dicendum, quòd Eoe. intelligit per formas quæ sunt sine materia, rationes rerum quæ sunt in mente diuina, sicut etiam Apostolus. dicit Hebr. 11. Fide credimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Si tamen per formas quæ sunt sine materia intelligit angelos, dicendum est, quòd ab eis veniunt formæ quæ sunt in materia, non per influxum, sed per motum.

AD secundum dicendum, quòd forma participata in materia, reducuntur non ad formas aliquas per se subsistentes rationis eiusdem, vt Platonici posuerunt: sed ad formas intelligibiles, vel intellectus angelici (à quibus per motum procedunt) vel vlterius ad rationes intellectus diuini (à quibus etiã formarum semina sunt rebus creatis indita) vt permotum in actum educi possint.

AD tertium dicendum, quòd corpora cælestia causant formas in istis inferioribus, nõ influendo, sed mouendo.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Formę corporis non fiunt per se. Ratio. Non sunt, neque existunt per se, ergo neque fiunt per se. Patet consequentia. Quia eius est fieri, cuius est esse, fieri enim terminatur ad esse.

Secunda conclusio. Formę corporeę, eo modo quo fiunt, fiunt ab agentibus corporeis vt à causis proximis, ab Angelis vt à causis remotis, non tanquàm influentibus formas, sed tanquàm mouentibus ad formas; à Deo autem vt à causa prima. Prima pars probatur. Formę nõ sunt, nisi quia producitur compositum, sed compositum producitur ab agente corporeo vt causa prima, quia vnumquodque à sibi simili producitur ergo. Secunda vero probatur ex Aug. 3. de Trinitate. c. 4 & 5. id dicente. Tertia vero probatur. Quia etiam species Angelicę quę sunt rationes seminales corporalium formarum reducuntur in Deum sicut in primam causam earum, ergo & effectus qui inde proueniunt.

Tertia conclusio. In prima rerum conditione formę corporales productæ sunt à Deo. Probatur primo. Quia ibi nulla interuenit transmutatio de potentia ad actũ, sed materia soli Deo obedit ad nutum, ergo. Secundo probatur authoritate. Gene. 1. Dixit Deus fiat hoc vel illud.

COMMENTARIVM.

DE prima & secunda conclusione articuli disputauimus latè in quæstionibus nostris super primum librum Aristo. de Generatione. c. 2. & 3. vide ibi.

Circa secundam verò conclusionem erat disputandum, Quæ nam sint illa corpora, quæ Deus produxit in prima rerum institutione, quarum formas solus ipse creauit; An sit solum cœlum Empyreum & terra; An etiã alij cœli & luminaria & stellę. Sed de hoc est specialis quæstio infra. Itẽ. An formæ specierum corruptibilium (excipio hominem) sint productæ à solo Deo, vt à causa efficienti, An vero etiam concurrant actiuè aliæ creaturæ corporeæ; vt terra ad productionem plantarum, aqua ad productionem piscium, &c. Nam si hoc ita esset, illæ formæ non producerentur à solo Deo. Sed de hoc disputabitur infrà. quæst. 69. arti. 2. Vide S. Tho. li. 2. contra Gent. cap. 43. Sed arguitur breuiter contra conclusionem. Nam in lib. de causis. propositione. 39. & 16. dicitur, quòd anima creata est mediante intelligentia, & quòd intelligentia fecit eam intellectualem, ergo. Respondet nihilominus conclusionem D. Tho. adeò esse certã, q̃ si non est de fide, est tamen saltim conclusio Theologica: infertur enim ex vna de fide, scilicet, Deus est creator mundi corporei; & altera naturaliter cognita,

ta, scilicet, ille producit formã, qui producit totum compositum. Ad argumentum verò in contrariũ respondetur ex D. Tho. in lib. de causis, q̃ anima non dicitur causata ab intelligentia secundum suum esse & naturã, nã sic à solo Deo causatur, sed quia ab intelligentia sæpè perficit in ordine ad intellectuales operationes. Propriũ enim est Angelorũ illuminare mentẽ nostram.

QVAESTIO LXVI.

De ordine creationis ad distinctionem.

Deinde considerandum est de opere distinctionis. Et primò considerandum est de ordine creationis ad distinctionem. Secundò de ipsa distinctione secundum se.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm informitas materiæ tempore præcesserit formationem ipsius?

339 Infr. q. 69. ar. 1. & 2. cor. & q. 74. ar. 2. co. Et po. q. 4. ar. 1. & art. 2. col. * lib. 12. confes. c. 12. à medio, & li. 2. sup. Ge. ad lit. c. 11. Aug. l. 1. sup. Ge. c. 15. parum à prin. to. 3. † Am. li. 1. Exa me. c. 8. to. 4. Basil. ex homi. 2. sui Exam. paulo à princi. Chryso. Homil. 2. in Gene. à medio illius, to. 1.

*AD primũ sic proceditur. Videtur, q̃ informitas materiæ tẽpore præcesserit formationem ipsius. Dicitur. n. Gen. 1. Terra erat inanis et vacua: siue inuisibilis et incomposita, secundum aliã literam, Per quod designatur informitas materiæ, vt Aug. * dicit. Ergo materia fuit aliquando informis antequam formaretur.*

¶ 2 Præterea, Natura in sua operatione Dei operationem imitatur: sicut causa secunda imitatur causam primam. Sed in operatione naturæ informitas tempore præcedit formationem: ergo & in operatione Dei.

¶ 3 Præterea, Materia potior est accidente: quia materia est pars substantiæ. Sed Deus potest facere quòd accidens sit sine subiecto: vt patet in sacramento altaris. Ergo potuit fieri q̃ materia esset sine forma.

SED contra, Imperfectio effectus attestatur imperfectioni agentis. Sed Deus est agens perfectissimum. Vnde de eo dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Ergo opus ab eo creatum, nunquam fuit informe.

¶ 4 Præterea, Creaturæ corporalis formatio facta fuit per opus distinctionis. Distinctioni autem opponitur confusio, sicut & formationi informitas. Si ergo informitas præcessit tempore formationẽ materiæ, sequitur, à principio fuisse confusionem corporalis creaturæ, quam antiqui vocauerunt, Chaos.

*RESPONDEO dicendũ, q̃ circa hoc sunt diuersæ opiniones sanctorum *. Augustinus enim vult, quòd informitas materiæ corporalis non præcesserit tempore formationem ipsius, sed solum origine, vel ordine naturæ. Alii verò, vt Basilius, † Ambrosius, & Chrysostomus, voluni, quòd informitas materię tempore præcesserit formationem. Et quamuis hæ opiniones videantur esse contrariæ, tamen parũ ad inuicem differunt. Aliter enim accipit informitatem materiæ Augu. quàm alii. Augustin. enim accipit informitatem materiæ pro carentia omnis formæ: & sic impossibile est dicere quòd informitas materiæ tempore præcesserit vel formationem ipsius, vel distinctionem. Et de formatione quidem manifestũ est. Si enim materia informis præcessit durationẽ hæc erat iam in actu, hoc enim durationi portat. Creationis enim terminus est ens actu: ipsum autẽ quod est actus, est forma. Dicero igitur materiam præcedere sine forma, est dicere ens actu sine actu. Quod implicat contradictionem. Nec etiam potest dici, quòd habuit aliquam formam cõmunem, & post modum superuenerunt ei formæ diuersæ quibus sit distinctio. Quia hoc esset idem cum opinione antiquorum naturaliũm, qui posuerunt materiam primã esse aliquod corpus in actu, puta ignem, aerẽ, aut aquam, aut aliquod mediũ. Ex quo sequebatur q̃ fieri non esset nisi alterari. Quia cùm illa forma præcedens daret esse in actu in genere substãtiæ, et faceret esse hoc aliquid: sequebatur q̃ superueniẽs forma non faceret simpliciter ens actu, sed ens actu hoc. Quod est proprium formæ accidẽtalis. Et sic sequentes formæ essent accidentia, secundũ quæ nõ attenditur generatio, sed alteratio. Vnde oportet dicere, q̃ materia prima neq; fuit creata omnino sine forma, neq; sub forma vna cõmuni, sed sub formis distinctis. Et ita, si informitas materiæ referatur ad conditionẽ primæ materiæ, quæ secundũ se nõ habet aliquã formã, informitas materiæ nõ præcessit formationẽ seu distinctionẽ ipsius tẽpore, vt Aug. *. Loco cidicit, sed origine seu natura tantum eo modo quo potentia est prior actu, & pars toto. Alis verò sanctis accipiunt informitatẽ, non secundum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum quod excludit omnem formã, sed secundum quod excludit istam formositatem & decorem, qui nunc apparet in corporea creatura. Et secundum hoc dicunt quòd informitas materia corporalis duratione præcessit formationem eiusdem. Et sic secundum hoc quantum ad aliquid cum eis Augustinus concordat, & quantũ ad aliquid discordat, vt infra patebit *. Et quantum ex litera Genesis accipi potest, triplex formositas deerat, propter quod dicebatur creatura corporalis informis. Deerat enim à toto corpore diaphano, quod dicitur eglum, pulchritudo lucis. Vnde dicitur q tenebræ erãt super faciẽ abyssi. Deerat autem terra duplex pulchritudo. Vna quã habet ex hoc q est aquis discooperta, & quantum ad hoc dicitur, q terra erat inanis & vacua, siue inuisibilis, quia corporali aspectui patere non poterat propter aquas vndique eam cooperientes. Alia verò, quam habet ex hoc q est ornata herbis et plantis. Et ideo dicitur, q erat vacua & incomposita, id est nõ ornata, secundùm aliam literã. Et sic cùm præmisisset duas naturas creatas, scilicet cælum & terram, informitatẽ cæli expressit, per hoc quod dixit, tenebræ erant super faciem abyssi, secundùm quod sub cælo etiam aer includitur. Informitatem verò terræ per hoc quod dixit, terra erat inanis & vacua.

Q. 69. ar. 1.

AD primum ergo dicendum, quòd terra aliter accipitur in loco isto ab Aug & ab aliis sanctis. Aug. * enim vult quòd nomine terræ & aquæ significetur in hoc loco ipsa materia prima. Non enim poterat Moyses rudi populo primam materiã exprimere nisi sub similitudine rerum eis notarũ. Vnde & sub multiplici similitudine eam exprimit, non vocans eam tantum aquam, vel tantũ terrã, ne videatur secundùm rei veritatẽ materia prima esse, vel terra, vel aqua. Habet tamen similitudinẽ cũ terra, inquantum subsidat formis: et cũ aqua, inquantũ est apta formari diuersis formis. Secundũ hoc ergo dicitur terra inanis & vacua, vel inuisibilis & incõposita: quia materia per formam cognoscitur. Vnde in se considerata dicitur inuisibilis vel inanis: & eius potentia per formam repletur. Vnde & Plato * materiã dicit esse locum. Alii verò sancti per terrã intelligunt ipsum elementũ. Qua qualiter secundùm eos erat informis, dictum * est.

Locis citatis in arg. et li. 1. de Gen. cõt. Manic. c. 5. & 7. tom. 1.

In li. 32. & est de natura in vno fo. ante mediũ lib.

AD secundum dicẽdum, quòd natura producit effectum in actu de ente in potentia. Et ideo oportet vt in eius operatione potentia tẽpore præcedat actum, & informitas formationem. Sed Deus produxit res in actu ex nihilo. Et ideo statim produxerat rem perfectam secundum magnitudinem suæ virtutis.

* In corr. art.

AD tertium dicendũ, quòd accidens cùm sit forma, est actus quidam: materia autẽ secundum id quod est, est ens in potentia. Vnde magis repugnat esse in actu materia sine forma quàm accidens sine subiecto.

AD primum verò quod obijcitur in contrarium, dicendum est, quòd si ẽ̃dum alios sanctos informitas tempore præcessit formationem materiæ: nõ fuit hoc ex impotentia Dei, sed ex eius sapientia, vt ordo seruaretur in rerum conditione, dum ex imperfecto ad perfectum adducerentur.

AD secundum dicendum, quòd quidam antiquorum naturalium posuerunt confusionem excludentem omnem distinctionem, præter hoc quòd Anax. posuit solum intellectum distinctum & immixtũ. Sed ante opus distinctionis scriptura sacra ponit multiplicem distinctionem. Primò quidem cæli & terræ: in quo ostenditur distinctio etiam secundùm materiam, vt infrà * patebit. Et hoc cùm dicit, In principio Deus creauit cælum et terram, &c. Secundò per distinctionem elementorũ, quantum ad formas suas: per hoc q nominat terrã & aquam. Aerem autem & ignem non nominat, quia non est ita manifestum rudibus, quibus Moyses loquebatur, huiusmodi esse corpora, sicut manifestum est de terra & aqua: quanuis Plato aerẽ intellexerit significari per hoc quòd dicitur * spiritus Domini: quia etiam aer spiritus dicitur: ignẽ verò intellexerit significari per cælum, quod igneũ natura esse dixit, vt Aug. refert in † 8. lib. de ciuit. Dei, c. 11. Sed Rabbi Moyses * in aliis cũ Platone cõcordans, dicit ignem significari per tenebras: quia (vt dicit) in sphæra ignis non lucet. Sed magis videtur esse conueniens quod prius dictum est: quòd spiritus Domini in scriptura non nisi pro Spiritu sancto consueuit poni, quia aquis superferri dicitur, non coporaliter, sed sicut voluntas artificis superfertur materiæ quã vult formare. Tertia distinctio significatur secundũ siũ: quia terra erat sub aquis quibus inuisibilis reddebatur. Aer verò qui est subiectũ tenebrarum, significatur fuisse super aquas: per hoc q̃ dicitur, tenebræ erant

Q. 69. ar. 1.

* In compendio meum Tiberium c. 26.

† li. 8. c. 11. to. 5.

* lib. 2. per plexorum cap. 30.

erant super faciem abyssi. Quid autem distinguendũ remaneret, ex sequentibus apparebit.

SVMMA ARTICVLI.

IN articulo tria facit D. Thomas. Primo refert duas sententias contrarias. Prima est Augusti. lib. 1. de Genes. ad literam cap. 15. Quod illa informitas materiæ non præcesit formationem eius tempore, sed tantum natura. Secunda est Basil. homil. 2. Examer. Et Ambro. 1. Examer. ca. 8. & Chrysosto. hom. 2. in Genes. Quod informitas materiæ præcesserit tempore eius formationem. Secundo concordat aliquantulum has sententias explicans æquiuocationem illius nominis informitas. Nam secundum Augustinum significat carentiam omnis formæ: apud alios verò sanctos significat carentiam decoris & formositatis, quæ nunc est in creatura corporea. Et iuxta hoc fere dicunt idem. Nam Augustinus solũ docet quod materia nunquam fuit sine forma, aliàs esset actus sine actu; neque sub aliqua forma communi & capaci formarum specificarum, quas modo habet, aliàs subiectũ generationis esset ens actu; sed quod semper habuit formas specificas, quæ illam distinguerent, & quod informitas eius natura præcesserit eius formationem: quia hæc est conditio materiæ secundum se, quod nullam habeat intrinsecam formam. Alij vero sancti docent, quòd informitas quantum ad decorem & formositatem specierum tempore præcesserit eius formationem, & sic quantum ad hoc aliquo modo conueniunt cum Augustino. Omnes enim ponunt materiam à principio actu fuisse informatam per formas specificas. Tertio dicit, quòd quantùm patere potest ex scriptura sacra, creaturæ corporali triplex formositas deerat à principio; prima erat lux respectu cæli; secunda erat q terra non erat discooperta aquis; tertia quòd non habebat arbores aut herbas; & propter defectũ huius decoris potest dici quòd informitas materiæ præcesit eius formationem.

COMMENTARIVM.

OMnimoda expositio articuli dependet ex illa quæstione celebri, Vtrum Deus creauerit omnia vno uel pluribus diebus? Et ex illa; Vtrum plantæ & Pisces & aues fuerint actu productæ à Deo. an vero tantum virtute, cùm darer vim generatiuã terris, aquis & aeri ad ea procreanda? Tamẽ quia ista omnia habent proprias sedes infra; ideo à talibus quæstionibus nunc sum persedendum est.

DVbitatur autem circa vtramq; sententiam, quas hic refert S. Tho. Vtrũ informitas materiæ præcesserit tempore, an verò solùm natura? ¶ Arguitur primo contra sententiam D. Augustini probãdo quòd non solũ prius natura; sed etiam tempore præcesserit informitas materiæ. Primo ex illo Sap. 11. Manus tua creauit orbem terrarum ex materia inuisa vel informi, vt legit August. in Genes. in imperfecto. c. 3. & lib. 1. de Genes. contra Manichæos. c. 5. & sic habetur in Græco; ergo prius fuit præparata materia informis, vt inde produceretur mundus, aliàs non posset dici orbis creatus ex illa. Probatur consequentia à simili, nam quia homo dicitur productus de limo, intelligitur prius extitisse limus; & quia mulier dicitur producta de viro, intelligitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligitur prius productus nir, ergo similiter hic cum dicatur orbis productus ex materia informi, intelligitur prius ipsum extitisse. Confirmatur, quoniam Greg. Naziã. in sermone de Spiritu sancto sic ait: Venerãtur Hebræi numerũ septenarium, quoniã constat, quod Deus sex diebus materiam substituit, ac formauit, omnibusque speciebus & uarietatibus exornauit. Ecce quomodo Gregorius fatetur materiam præexistentem, ex qua mundus formaretur.

¶ Secundò Aug. lib. 12. Cõfes. c. 3. inquit. Duo feciſti Domine ab initio, unum propete, ideſt, Angelicam naturã; alterũ prope nihil, quod eſt materia prima. Si aũt produxiſſet cã formatã, nõ eſſet uerũ, ꝙ Deus fecit illa duo ab initio; nõ enim daretur materia, quę eſſet prope nihil producta ab initio, quia materia nõ producebatur, ſed totum.

¶ Tertiò. Illud Salomonis Eccleſiaſtici. 18. Qui uiuit in æternum creauit omnia ſimul, intelligitur à Sanctis, ꝙ licet pluribus diebus illa creauerit, dicuntur tamen ſimul creata, quia ſimul creauit totã materiã ex qua cætera fierẽt, & formarent ergo intelligũt creaſſe materiã informem, alias ſi produxiſſet eã in aliqua ſpecie & forma; poſtea quando produceret alia, illa prima ſpecies corrũperetur, quod nõ uidetur cõuenire initio rerũ, ubi nulla corruptio deberet interuenire. Probatur antecedens ex Grego. lib. 32. Mor. c. 9. Hugo. de S. Victore in prologo de ſacramentis ca. 3. & in Prænotationibus in Gene. c. 4. Idem ſentit Gloſſa ordi. c. 18. & Lyra ibidem, ergo.

¶ Quarto arguit, nã ubi nos dicimus Geneſis 1. Terra erat inanis, & uacua, dr in Hebreo. Tohu ua bohu. Quę uerba aliqui expliẽt ꝙ, Tohu, ſignificat materiã ipſam inanẽ & oĩ forma carẽtẽ. Bohu naturalẽ materię appetitũ ad illã, ergo tũc iã dabat materia informis omninò priùs tẽpore, quã formaretur, nam illud uerbum, erat, anteceſsionẽ temporis ſignificat. ¶ Quinto arguitur ratione Hugonis de S. Victo. ubi ſupra; Nam Deus, ſicut fecit omnia propter hominem, ita in eis faciendis debuit ſeruare modum magis congruum commoditati rationalis creaturę; ſed ei magis deſeruit ſcire Deum ſucceſsiue informem materiam produxiſſe, & poſtea formaſſe, ergo. Probo minorẽ. Nam ſic admonebatur, quòd exiſtẽriã, modum & formam à Deo habuerint res, cũ intelligeret eas à Deo paulatim produci & formari; & ſimiliter admonebatur, ꝙ ipſa prius informis formanda poſtea erat per conuerſionẽ ad ſuum creatorem. ¶ Sexto arguitur. Quia idẽ Auguſt. lib. 1. de Geneſ. cõtra Manichæos. c. 7. ait, quod quãdo Geneſ. 1. dicit, Terra erat inanis, & uacua, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, nõ ideo nominatur terra, & aqua, quia tunc talis erat, ſed quia talis eſſe poterat; ergo materia aliquando nõ habuit ſpeciẽ terræ, & ſic eius informitas præceſsit tempore ſuam formationẽ. Cõfirmatur, nã idem Auguſt. 12. Confeſſ. c. 3. ad Deum loquẽs ait: Docuiſti Domine famulum tuũ, ꝙ priuſquam iſta faceres, nõ aliquid erat, neque ſpecies, neq; color &c. nec tamẽ omnino nihil erat, quia informitas quædã erat, ergo materia prima omnino carebat forma. ¶ Septimo arguitur. Omnia corpora quæ Deus produxit in ſuis ſpeciebus formata produxit dupliciter, & in ſe ipſis & in mentibus Angelicis. Vnde D. Tho. infra queſt. 74. & D. Auguſt. 2. de Geneſ. ad literam. c. 18. dicunt quod, ideo Geneſ. 1. dicitur, Dixit Deus fiat firmamentum & factum eſt ita, & fecit Deus firmamẽtum, &c. & ſic de aliis; quia illa nox, Factum eſt ita, ſignificat fieri eius in mentibus Angelicis per eius ſpeciem. Illa uero nox fecit &c. ſignificat fieri eius in propria natura. Sed de terra, aqua & cælo hoc nõ dicitur, ſed tantum ſemel, In principio fecit Deus cælum & terram, ergo non produxit illa formata in ſuis ſpeciebus, aliàs etiã indiſſet & eorum ſpecies mentibus angelicis, & diceretur de eis bis, quod facta erant & non ſemel tantũmodo ſignificatur ꝙ quia non habent ſpeciem neq; formam, nõ poſſint habere ſpeciẽ propriã qua cognoſcantur. Hęc contra ſententiam Auguſt.

Rurſus contra ſententiam aliorum ſanctorum arguitur probando, quod informitas creaturę corporeę non præceſſerit durationẽ eius formationẽ. ¶ Arguitur primò. Quia lux eſt paſſio Solis, ſed Sol eſt creatus primo die, vt infra dicitur, omnia. n. quę p creationẽ producuntur ſimul fuerunt creata, ergo illa informitas cœli, vel carentia lucis non præſſit tempore eius formationem.

¶ Secundò

¶ Secundò. Paradiſus, in qua Deus poſuit Adamum, creata eſt prima die ſimul cũ cælo & terra; ibi aũt erat formoſitas & decor, qui proueniebat ex hoc, ꝙ terra erat diſcooperta aquis, & habebat plãtas & arbores, ergo. Maior probat, ex illo Geneſ. 2. Plantauerat autem Dñs Deus Paradiſum uoluptatis à principio. Quo loco Catherinus, & alij volũt ipſum à principio mũdi Solẽ cũ cælo & terra productũ fuiſſe, imo Hieronymus in quæſtionibus Hebræis in Geneſ. & Eucherius Lugdunẽ. Epiſcopus lib. 1. in Geneſ. c. 2. Paradiſum dicunt conditã à Deo, priùs quàm cælũ & terrã Deꝰ faceret; quod non intelligit poſitiue, quaſi illã feciſſet antequàm Deus hoc crearet, ſed negatiuè, qa illã non prius fecit, quàm hanc; ergo. ¶ Arguit tertiò. Qm̃ alias ſequitur in primarerum inſtitutione proceſſiſſe Deum à magis ad minus perfecta creãda, conſequẽs eſt falſum, ergo. Sequela patet. Nã ſi oia elementa erant cõmuncta. v. g. aqua & terra, in ſuperficie ſaltim miſcerentur; & cum poſtea ſepararentur hęc elementa, corrumperentur illa mixta, & remanerent purum elementum: ſed mixtum eſt perfectius elemẽto, ergo. Minor autem probatur. Nam procedere de potentia ad actum non competit rerum inſtitutioni, ſed magis corruptioni; res enim fiunt per hoc, quòd de potentia ad actum reducuntur; ſed procedere à mixtis ad elementa eſt procedere ab actu ad potentiam, cùm elementa ſint materia mixti, ergo. ¶ Arguitur quarto. In prima rerũ inſtitutione debemus attendere, quòd natura rerum poſcat, non quid creatus ualeat omnipotentia; ſed natura elementorum poſcebat habere iſtum ſitum, quem modò habet. v. g. quòd aqua non cooperiat totam terram, ergo ita formata eſt, & ſic informitas terræ, quæ attenditur penes eſſe cooperiam aquis, non præceſsit tempore eius formationem. Probatur minor. Nam poſt diẽ iudicij, ubi nihil contra naturam remanebit, non remanebit terra cooperta aquis, ſed diſcooperta, ergo.

PRo huius expoſitione hoc primum ſtatuendum eſt, quòd cùm deciſio huius quæſtionis pendeat ex ſenſu literali illius Geneſ. cap. 1. Terra erat inanis & uacua; & ille locus ſcripturæ ſicut alij plerique, poſſit plures ſenſus literales, & ueros cõtinere: nihil à uero erit diſsimile, quod iuxta legitimũ ſenſum illius loci ſtatuerimus. Illud uero erit reijciendum, quod cum loco illo, uel alijs Scripturę teſtimonijs pugnauerit. Hoc ſuppoſito aliqui ità docebant materiæ infor mitatem præceſſiſſe eius durationem, quia, ſcilicet, materia nuda erat cœterna Deo, & poſtea in tempore formata fuit pluribus formis & ſpeciebus. Tribuunt quidam hunc errorem Platoni, & alijs, qui hoc confirmãt ex eo, quòd illud uerbum, Erat, quando dicitur, Terra erat inanis & uacua; deſignat æternam quandam durationem; ſicut patet Ioan. 1. In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Sed hunc errorem refutat Ambro. lib. 1. Examer. cap. 7. ex eo, quod Geneſ. 4. ſecundum aliam æditionem dicitur: Erat autem Cain operarius terræ. Et de Tubal dicitur eodem cap. ſecundum eandem translationem, Hic erat pater, qui demonſtrauit Pſalterium, & Cytharam. Et Iob. 1. in noſtra æditione dicitur: Vir erat in terra Hus nomine Iob, &c. Quibus in locis patet, quòd verbum, Erat, non denotat æternitatem. Idem ergo dicendum eſt de illo, Terra erat inanis; ꝙ Erat: non deſignat æternitatem, ſed tantum durationem illam, ex quo facta eſt in principio temporis. Idem habet Chryſoſt. ſupra illud. Erat lux; & D. Auguſt. in imperfecto, ſuper Geneſ. cap. 4. Reijcitur ergo hæc hæretica ſententia ex eo, quod ſupra demonſtratum eſt nihil Deo coæternum eſſe, ſed omnes creaturas in principio tẽporis fuiſſe à Deo productas. ¶ Alij Catholici in uarias ſentẽtias diuiduntur. Quidam enim ideo dicunt informitatem materiæ præceſsiſſe eius durationem, quia materia fuit producta carẽs omni forma ſubſtantiali prius tempore, q̃ per formas ſpecificas actuaretur. Docet hoc Catherinus Geneſ. 1. citatque in ſuam ſentẽtiam Bedam, & Hugonem de ſancto Victore ubi ſupra. Idem uidetur ſentire Aloyſius Geneſ. 1. ibi: Terra erat inanis &c. Sed ipſe Hugo in prænotat. in Gene. cap. 5. expreſsè ait, quòd non eſt creata materia informis p exclusionem omnis formæ ſubſtantialis, nã hoc (ait) poſſe eſſe impoſsibile crediderim; ſed dicitur informis, quia nondum peruenerat ad pulchram apramque diſpoſitionem.

Biblioteca Facultatis Philosophicae Provinciae Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
BibliotecaBiblioteca

quam modo habet. Alij uero docent ideo vocari informem, quia licèt habuerit aliquam formam substantialem, non tamen atomam & specialissimam, quæ est ultima forma, sed tantùm quòd habuerit formam corporeitatis, quæ est communis omnibus formis substantialibus atomis. Docent ita Abulens. Genes. 1. & Lira ibidem citat Strabonem ità sensisse. Alij uero hanc informitatem ità docent præcessisse, quomodo docuerunt olim Philosophi & Poetæ quoddã chaos, ubi omnia elementa erant permixta, & mentem intellectumque diuinum ea segregasse, ut docuit Anaxagoras citatque illud Ouidij. 1. Methamorphoseos.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cælum,
Vnus erat toto natura vultus in orbe;
Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles.
Quæ postquam euoluit, caco quæ exemit acerno,
Dissociata locis concordi pace ligauit.

Et rursus.

Hanc Deus, et melior litẽ natura diremit.
Nam cælo terras, & terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secreuit ab aere cælum.

¶ Hoc, inquiunt, maximè conuenit cum Theologia Moysis, qui dicit. Mandato Domini formatum esse orbem segregando terram ab aquis &c. Confirmant ex communi antiquorum sententia, quia ita senserũt Hesiodus antiquissimus uates, & Mercurius Trismegistus Ethnicorum Theologus, Euripides, Virgilius, & alij, imo & D. August. lib. 1. de Genes. contra Manichæos. c. 4. non reprobat hanc opinionem de chao, & eam videtur sequi etiam Magister in. 2. Sent. d. 12. in capite quod incipit: Secundum hanc; & in cap. De qua prius. Et Augustinus Eugubin. in sua Cosmopiæ. c. 1. in Genes. in illud, Ferebatur super aquas. Secundo loco in fine & lib. 7. de perenni Philosophia. c. 9. & Strabus in illud, Terra erat inanis; admittit hãc elementorum mixtionem & confusionem.

Nihilominus pro decisione huius difficultatis, vt separemus certa ab incertis, sit prima conclusio. Informitas materiæ, quæ attenditur penes carentiam omnis formæ, vel penes carentiam formarum athomarum, & per solam informationem cuiusdã formæ communis, qualis est forma corporeitatis, non antecessit tempore formationem eius penes formas particulares terræ, aquæ, &c. Probatur primò ex Augustino ita asserente in Dialogo. 80. quæstionum quæst. 21. & primo de Genes. ad literam c. 15. Idem etiam Eucherius in illud Genes. 1. Terra erat inanis, & Hugo vbi supra & consensit Magister in. 2. dist. 12. cap. De qua prius &c. Rationes verò pro hac sententia præcipuæ sunt illæ, quas adducit D. Tho. in hoc articulo, Vbi ostenditur necedari materiam sine forma, nec formam corporeitatis, quæ sit subiectum omnis formæ athomæ, & cœua ipsi materiæ: De qua re latissime disputauit in commentarijs super. 1. lib. de Gene. ca. 4. quæst. 8. ar. 2. At uero pro pleniore intelligentia statim examinabo quæstionem celebrem: An materia prima possit per diuinam potentiam esse sine forma? Sed nunc procedamus ad probationẽ prædictæ conclusionis. Probatur ergo secũdo. Nam creatura spiritualis non fuit creata informis prius tempore, quàm formaretur gratia & charitate, vt dictum est supra de Angel. & dicetur infra de Adamo; ergo nec creatura corpotalis debuit prius tempore condi sine omni forma & specie, quàm per formam actuaretur. Tertiò. Deus nihil producit nisi per eius Ideam; sed materia prima nudata ab omni forma non habet ideã, cum nullã habeat formam; nec rursus materia cum forma corporeitatis habet aliquã ideam, nisi tantum ideam speciei athomæ, quæ omnia patent supra quæst. 15. artic. 3. ergo Deus non produxit materiam nisi in composito substantiali specifico per cuius ideam operabatur. Confirmatur, quoniam aliàs non produxisset eam; non enim magis produxisset eam per ideam hominis, quàm per ideam equi, vel alicuius alterius compositi. Denique probari potest hæc conclusio argumento. 4. quòd faciemus pro cõclusione sequenti.

Secunda cõclusio. Deus nõ creauit chaos cõfusum & indistinctum, in quo omnia cõtinerentur in confuso, & sine aliqua forma. Hæc conclusio est contra tertiam sententiam allatam; & probatur primo. Nam hoc chaos sufficienter reprobatur à Philosophis, vt patet in Aristot. lib. 1. Physi. ergo. Secundo. Nam scriptura apertè insinuat distinctionem rerum quoad formas specificas etiam ante opus distinctionis & segregationis ab isto chao, vt ipsi arbitrantur. Nã Genes. 1. dicitur: In principio fecit Deus cælum & terram. Ecce vnam distinctionem. Secundo ponit aliam distinctionem inter ipsa elementa nominans etiam terram & aquam; & tandem subdit tertiam distinctionem quoad situm; nam terram dicit esse sub aquis, quibus inuisibilis redebatur, aër verò, qui est subiectum tenebrarum, significatur fuisse super aquas per hoc quod dicitur: Tenebræ erant super faciem abyssi. Probatur tertio. Nam aliàs Deus non omnia fecisset in modo, specie, & ordine, quòd est contra D. August. in lib. de Natura boni. Probatur sequela. Nam illud chaos confusum non haberet speciem; non enim magis pertineret ad speciem vnius contenti, quam ad speciem alterius, nihil autem est in genere substantiæ, quod non cõtineatur sub aliqua specie eius, quia species est eadem natura atque genus, sed magis contracta; nulla autem natura est in vniuerso, quæ non sit contracta, ergo si habet naturam substantiæ, contractam, debet habere in aliqua specie eius. Quarto probatur ex Concilio Lateranense, & habetur cap. firmiter de summa Trinitate & Fide cath. Vbi diffinitur, quòd Deus in principio temporis vtriusq; de nihilo condidit creaturã spiritualem, & corporalem, Angelicam, videlicet, & Mũdanam: sed creatura mundana non significat chaos, aut confusionem, sed ipsam naturam distinctam & formatam, non enim esset mundus, vbi non esset rerum ordo & distinctio, ergo à principio temporis fuit talis ordo, & illum nõ præcessit chaos & confusio. Hoc idem argumẽtum probat etiam primam conclusionem. Quia si prius tempore produxisset Deus materiam sine omni forma, vel tantum cũ forma corporeitatis, non produxisset à principio temporis mundum: nam illa materia sic informis non potest vocari mundus, qui significat in multitudinem rerum in suis speciebus formatarum, & ad inuicem ordinatarum.

Tertia conclusio. In vtraque opinione Sãctorum, quos retulimus inter explicandum literam D. Thomæ, est certum, quòd aliqua

informitas creaturæ corporalis præcessit tantum natura eius formationem aliqua verò etiam tempore. Huius conclusionis veritas dependet ex sensu illorum verborũ Genes. 1. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem Abyssi, & ideo eius explicatio nobis est prius præmittenda. Pro quo notandum primo, quòd nomine Terræ duo possumus intelligere, aut ipsum elementum terræ, aut naturam materiæ primæ. Si intelligamus materiam primam, vt intelligit Augustinus in locis supra adductis; tunc sciendum est, quòd materia prima non solum vocatur terra, sed etiam cælũ & aqua, vt patet Genes. 1. non quidem quòd secundùm se talis esset, sed eo tropo & figura, quo de rebus certo futuris fit sermo tanquam de iam factis. Est enim regula Augustini. lib. 1. de Genes. contra Manichæos. c. 7. & epist. 57. & lib. 3. contra Maximia. cap. 21. quòd multa dicuntur in scripturis tanquam facta, quæ tamen non sunt in rndiuiduo, & in se ipsis, sed tantum in specie, & propter hoc facta dicuntur. Huiusmodi est illud. Ioan. 15. Omnia quæ audiui à patre nota feci vobis, ideſt, faciam. Nam post modum cap. 16. dicitur. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et Ephesi. 1. dicitur: Benedixit nos in cælestibus, ideſt, benedicet. Et rursus: Omnia subiecit, ideſt subijciet. Et cap. 2. conresuscitauit, & consedere fecit &c. ideſt conresuscitabit, & consedere faciet. Et hæc regula non solum seruatur in verbis, sed etiã in nominibus, sicut Ioan. 11. dicitur, quòd Iesus moriturus erat pro gente, & non solum pro gente, sed vt filios Dei, qui erãt dispersi, congregaret in vnũ. Vbi filios vocant non qui actu erant filij per gratiam & fidẽ; sed qui tales erant futuri. Hoc ergo modo bene potest materia cælum, & terra, & aqua vocari, non quia talis erat actu secundum se, sed quia talis erat futura. Sciendum est secundò ex August. quòd duplici ratione ipsa materia secundum se in formis vocatur triplici illo nomine à Moyse, & non tantum vno; scilicet, terra tantum, vel aqua tantum &c. Prima est, quam habet in lib. de Genes. ad literam in imperfecto c. 4. quia scilicet illa materia erat veluti semen cæli, terræ, & aquæ; & ideo cùm deberet appellari nomine speciei, quam posteà erat habitura, & non esset

maior

Universidad de Deusto
Biblioteca

maior ratio, quare vocaretur nomine vnius, quam alterius, vocata est nomine omnium elementorum. Cælum igitur ibi sumitur pro tota regione superiori compræhendente etiã aërem & ignem, vt dicetur infra. Secunda est, quam habet August. ibidem & 16. de Gen. contra Manichæos cap. 7. quia, scilicet, secundum varias conditiones conuenit cum cœlo, & aqua & terra, & ideò eorum nominibus appellatur. Vocauit illam terram; quia mysteria de se nullam habet speciem aut decorem; terra autem minus videtur speciosa, quàm cætera, quia ipsa terra inter cætera elementa minus habet de forma, & magis de materia. Vocatur etiam aqua, tùm quia sicut omnia, quæ in terra nascuntur, siue animalia, siue arbores, siue herbæ, & similia ab humore incipiunt formari atq; nutriri; ità etiã omnia à materia veluti à principio incipiũt generari. Tum etiam, quia sicut aqua est facilis & ductilis, subiacerque operanti in quãcumq; formam & figuram, voluerit educere; ita materia de se inclinatur in quamcunque speciem & formam, quam generãs introduxerit. Et licet aer aut ignis sint mobiliora, & magis ductilia, tamen docet August. in Genes. in imperfecto, quòd illorum nomine minus apte vocaretur materia. Nam hæc elementa videntur habere magis vim faciendi; aqua autem & terra vim patiẽdi; & ideo cum materia sit principium passionum, uocatur nomine elementi magis passiui, & ductilis, & mobilis. Possumus etiam addere, quòd propter aliam conditionem vocata est cælum. Nam sicut materia de se non est cognoscibilis à nobis, sed propter formam superadditam: ita tota superior regio aeris, & ætheris, quæ vocatur cælum, maxime fugit cæcutientium hominum visum; qua etiam ratione dicemus infra ex Sanctis patribus Moysem non retulisse creationem aeris, aut ignis. Si ergo loquamur isto modo de terra & aqua, vt sumantur pro materia; sic certum est secundum philosophiam, & secundum communiorem Sãctorum sententiam, quòd informitas materiæ tantum natura præcessit eius formationem. Ita dicit Augustinus & Euchetius vbi suprà, & colligitur ex sententia omnium aliorum doctorum dicentium, Deum creasse res in suis speciebus substantialibus perfectas. Nã tunc ipsi non possunt negare materiam, quæ secũdum se nullam habet formam, in genere causæ materialis præcedere totum compositum. Hoc autem est eius informitatem natura præcedere eius formationem. Si autem loquamur de Terra & Aqua, vt significat ipsa elementa formata in suis speciebus substãtialibus; tunc notandum est secundò, quòd multiplex informitas eius assignatur à Sanctis patribus secundum varias translationes illius loci: Terra erat inanis, & vacua. Quoniam 70. interpretes transferunt, Terra erat inuisibilis, & incomposita, vel inextructa, vt legit Basil. congress. 2. vel inculta, vt legit Chrysosto. hom. 2. in Genes. Aquila vero tũ stulit, Terra erat inanitas & nihil Chaldaica autem æditio legit, Terra erat deserta & vacua. Nostra autem æditio legit, inanis & vacua. Singulis autem istarum translationum insinuatur aliquam formam, speciem, & decorem terræ defuisse. Prima quidem editione 70. interpretum in illa voce; inuisibilis, significatur vel quòd omnino non poterat videri, quia erat aquis cooperta; vt docent Ambro. 1. Examer. c. 7. Basil. vbi suprà, & Iunilius, & Acatius in opere sex dierum: vel vt explicat Seuerianus, non quòd esset aquis cooperta (hoc enim putat ille falsum esse) sed quia erat deformis natura, sicut dicimus mutum esse illum, qui malæ vocis est; ita dicit terra inuisibilis, quia deformis erat aspectus; quod Hispane dicimus (No era de ver) quia deerat illi ornatus arborum, &c. Sicut è contrario cum Scriptura loqueretur de Banaia. 2. Reg. 13. dicit de eo, quòd occidit virum Egyptium visibilem; ita enim habetur in græco; quod nostra littera habet. Dignũ spectaculo, ideſt, visu dignum, & speciosum ita hic terra dicitur inuisibilis, ideſt, indigna quæ videretur. Vel dicitur inuisibilis quia non erat homo, qui aspiceret eam, vel quia à Deo non visitabatur, qui propter hominẽ respicit terrã, iuxta illud Psal. 13. Dominus respexit supra filios hominum. Explicationes sunt Ambro. vbi suprà licet non per omnia placeant Augustino qui lib. 1. de Genes. contra Manichæ. c. 7. ait, quòd licet esset homo non posset tamen videri. Quarto dicitur inuisibilis, quia non erat lux, quæ redderet eam visibilem. Explicatio est Basilij, & Ambrosij vbi supra. At vero in illa voce; Incomposita;

posita; volunt Sancti significare, quòd non erat solertis agricolæ inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. Verba sunt Ambrosij vbi sup. Vel vt dicunt idem Ambrosius, & Basil. vbi supra, & Ruper. lib. 2. ĩ Genes. c. 7. quia erat compositio & ornatus, qui prouenit ab arboribus, herbis, & animalibus, qua si tũc in principio nihil horum haberet. Ex eo enim quòd humoris haberet exuberantiam gignendis plantis inhabilis reddebatur. Vel tandem dicitur incomposita, vt inquit Strabus, quia omnia erant elementa cõfusa tunc, & commixta. Et has easdem habent explicationes illæ voces, instructa, & & inculta. At verò translatio Aquilæ alium admittit sensum. Pro quo notandum est q; vbi nos dicimus, Inanis & vacua; habetur in Hebræo Tohu, va bohu. Quę verba super explicationem supra positam alia significant. Nam Tohu, significat vanitatem, vt patet. 1. Reg. Nolite declinare post vana. c. 21. & Isai. 17. Quasi nihilum & inane reputata sunt ei. Vbi pro vanitate ponitur Tohu. Vide Hierony. lib. 11. in Isai. in fine. Similiter ponitur, Bohu, pro destructione & omnimoda desolatione, vt Isai. 34. de Babylone dicitur, Extendetur super eum mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum ad desolationem: Vbi pro nihilo est in Hebræo, Tohu, pro destructione, Bohu. Similiter. Ierc. 4. Aspexi terram, & ecce vacua, & nihil. Vbi eędem voces ponuntur in Hebræo. Sic enim datur intelligi, vel quòd id quod postea fuit terra, anteà erat nihil, omnimoda vanitas & carentia entitatis: vt conuinceretur eorum error, qui materiam æternam asseruerunt: quod eleganter asserit Iob. ca. 26. qui extendit aquilonem super vacuum, et appẽdit terram super nihil, quod est dicere: Aquilonem partem terræ, imò totam terram fundatam esse, vbi nihil erat, sed mera vanitas. Vel significatur, q; terra erat omnino destructa, & desolata, ac suo fine carens, & per consequens vana. Nam sicut terra destructa in uastitate hosti remanet sine fructibus & arboribus, qui est eius finis: ita erat in principio vniuersi, ac per consequens dicitur inanis, & uana. Nam cùm creata sit, vt inhabitaretur, ut dicit Isai. vana uidebatur esse tunc; cùm propter aquarum exuberantiam talem finem non assequeretur. Hoc idem designat Chaldaica editio. Nostra autem translatio hoc idem significantius exprimit; nam ambæ voces, scilicet, inanis & uacua, idem videntur significare; & tamen consulto adiunctæ sunt, ut explicaret dispositionem terræ; in qua creata fuit. Nam pro tunc fuit purum elementum, & intus vacua omni semine vegetabilium, & omni uena mineralium: & extra etiam fuit uacua omni virgulto, & reliquis mixtis; erant enim tantùm pura elemẽta. Vndè addens Moyses inanitati uacuitatem significauit, quòd ex se ipsa, & etiam à Deo in nulla parte fuit plena.

¶ His suppositis patet, quòd si informitas terræ accipiatur per priuationem arborum, & mirabilium, quæ sunt super eam: uel penes priuationem culturæ, quæ prouenit ab agricola; dicendum est etiam secundùm Augustinum hanc informitatem tempore præcessisse eius informationem. Quauis enim teneat ipse Deum simul omnia produxisse, intelligitur tamen, quòd produxerit omnia simul in virtute, & in potentia, non in actu. Vndè arbores, animalia, &c. nõ fuerunt actu producta cùm terra, quia illa erat à principio inanis, & uacua: sed dicuntur producta, quia à principio accepit terra virtutem à Deo producendi arbores, herbas animalia &c. Ex quo sequitur, quòd formositas, quæ prouenieret à plantis, tempore subsequitur creationem terræ. Et idem dicendum est de formatione aquæ, & aëris per pisces & aues. Si autem loquamur de alia informatione terræ, quæ attenditur uel penes hoc quòd esset cooperta aquis; uel penes hoc, quòd non erat lux, qua redderetur visibilis,

Sit quarta conclusio. Probabilius est istã informitatem terræ præcessisse tempore eius formationem. Probatur tum propter autoritatem Sanctorum, quos retulimus in litera articuli; tum propter eorũ rationes, & alias quas possumus formare. Prima ratio est Ambrosij, quòd ideo Deus eam incultam prius tempore induxit, ne increata & sine principio crederetur, si species rerũ velut ingeneratæ ab initio, non posteà additæ uiderentur. Nam si modò postquàm legitur inculta, & segregata ab aquis, putatur tamen adhuc æterna; quid crederent homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes, si ab initio eius species & pulchritudo A
semper ei adfuisset? Huic accedit secunda
ratio Chrysostomi. Quia, scilicet, ipsa est
mater nostra, ex qua alimur, ipsa patria, &
commune sepulchrū est, & varijs per eam
bonis fruimur, & ideò nè propter ista bona
eam plus iustò veneremur & ne tribuamus
ipsius naturæ beneficia, quæ ab ea recipi-
mus, sed largitati cōditoris, oportuit illam
prius rudem & informem ostendere. Ter-
tia ratio est eiusdem Ambrosij ibidē. Quia
Deus voluit nos esse imitatores sui, vt B
prius aliquid faciamus, postea venuste-
mus: ne, si vtrumq; simul adoriamur, neu-
trum implere possimus; & ideò, vt paula-
tim ad virtutum incrementa tendamus,
ostendit Deus ipse prius rem creasse, dein-
de perfeciſſe, vt similiter nos procedamus.
Consonat huic rationi quod dicit Iunilius
de opere sex dierum, qui ait ideò tenebras
prius fuisse, deinde lucē irradiasse, vt quod
futurum erat in homine, hoc modo signifi
caretur, exponente Apostol. 2. Cor. 4. Quo- C
niam Deus, qui dixit tenebris lumen splen
descere, &c. Quasi dicat, quòd sicut priùs
fuerūt tenebræ, deinde lux sic ī nobis priùs
sunt tenebræ peccatorū deinde gratiæ lux,
iuxta illud Ephes. 5. Fuistis aliquando tene
bræ, nunc autem lux in domino. Cōfirmat
hoc Acatius nā inter animalia prius produ
cta sunt bruta, quam homo: quia illa im-
perfectiora, ergo similiter oportuit in con-
ditione terræ eius informitatem præcede-
re suam omnimodam perfectionem. Quar D
ta ratio est. Nam Deus in operibus suis etiā
in prima rerum creatione seruar ordinē sa-
pientiæ suæ naturæ rerum debitum, vt pro
cedat ab imperfecto ad perfectum, ergo
eundem seruauit in creatione terræ. Ante-
cedens patet in formatione hominis, vbi
nō simul totus homo prodijt, sed prius cor
pus eius formatū est de puluere, postea in-
fusa illi anima. Similiter de Eua legimus,
prius enim educta costa est de latere Adā,
posteà edificata in mulierem. Aquæ etiam E
diluuij nec simul inundauerunt terrā, nec
simul exsiccatæ sunt, sed paulatim per sua
incrementa. Idem videmus in resurrectio-
ne Lazari (quod est ex Ambros. vbi supra)
vbi non simul & in instanti videmus opus
Dei completum, sed successiuè, dū prius
auferet lapis, postea exijt qui erat mortuus,
& tandē soluitur à vinculis, quibus ligaba
tur. Idemque demonstrat visus redditus ex
eo illi de quo Marci 8. qui paulatim fuit
illuminatus, dum prius videbat homines,
sicut arbores &c. ergo. Confirmatur hoc ex
illo Iob 38. Quando fundebatur puluis in
terram, & glebæ eius compingebātur. Quo
loco pro puluere habetur, Aphar, quod si-
gnificat naturā terræ, cū esset aquis cooper
ta nondum arida, nec habitabilis. Vnde ali
qui transferunt, dum funderet humū infu-
sionem. Quo significatur natura terræ, dū
crearetur. Glebæ enim erant fusiles, ac ex-
nosæ, & limosæ, & lentæ, vt quasi funderen
tur, dū in se constiparentur: ideoque dicta
est antiquis Hyle, idest, limus. Significat er
go, quòd terra, quæ modo vocatur arida, sic
nata & condita est, quasi ille limus exno-
sus funderetur à Deo, & spargeretur velut
prodiens à quodam fonte, vt postea indura
tus appareret terra: sicut modò videmus in
vasis fusilibus liquari æs, & fundi, & inde
cimbalum prodire. Ergo secūdum hoc testi
monium dicendū est tempore præcessisse
aquas supra terram, vt eam infunderent, &
veluti liquarent, & inde prodijt terra con-
stipata, vt appareret arida.

Quinta cōclusio. Sētentia Augustini, q
etiam hæc informitas nō præcessit tempo-
re formationē terræ, non est improbabilis.
Probatur primò, quia in creatura spirituali
cōmunis sententia est, quòd formatio eius
per gratiam & charitatem & accidentia cę
tera illis naturalia, vt scientiæ, species &c.
nō subsequuta est tempore eius informita-
tem, sed tantùm natura. Nam in eodem in-
stanti, in quo creatus est Angelus, habuit
omnes scientias & gratiam, &c. licet glo-
riam posteà habuerit; quia hæc erat velu-
ti effectus & terminus suarum operation-
um; ergo similiter, licet terra posterius tē-
pore habuerit plantas & animalia in actu,
quia hęc erāt effectus suæ virtutis; tñ alias
formas, quæ attenduntur vel penes talem
virtutem producendi hæc, ad quam requi-
ritur segregatio ab aqua, &c. vel penes lu-
cē & alia huiusmodi, debuit habere in pri-
mo instanti. Confirmatur hoc in homine,
qui licèt sit naturæ discursiuæ; tamē in pri
mo instantį habuit gratiam & omnes scien
tias

tias etiam superadditas; ergo vt Dei perfe A
cta essent opera, idem dicendum est de ter
ra, licèt natura sua successiuè deberet perfi
ci. ¶ Secundò. Opera quæ prodeunt imme
diatè à Dei omnipotentia, simul perficiun-
tur, nec aliquid reliquit informe aut imper
fectum posteà successiue perficiendum:
sed creatio terræ immediatè fiebat à Deo;
ergo nō debuit successiue perfici. Probatur
maior. Theologi enim propterea statuunt
pro certo cōceptionem Christi factam fuis
se in instanti & similiter resurrectionem ge B
neralem omnium futuram esse in instanti,
quia est opus Dei habentis infinitam virtu
tem nec dependentis à tempore; ergo simi
liter dicendum est hic: alias possemus ibi-
dem dicere, quòd vt seruaretur ordo diui-
nę sapientiæ procedentis ab imperfecto ad
perfectum, etiam hæc successiuè fiunt.
¶ Tertiò. Probabilissima Sanctorum sentē
tia est, cœlum statim, vt creatum est, fuisse
formatum, ità quòd informitas eius non
præcesserit tempore, sed tantùm natura suā C
formationem; ergo similiter dicendum est
de terra, vt seruetur proportio in omni crea
tura corporali. Antecedens præter primum
argumentum factum à principio contrà se
cundam sententiam Sanctorum; probatur
ex Chrysostio. homil. 2. in Genes. Ruper. li.
1. in Genes. capitu. 7. Iunilio in opere sex
dierum. Confirmatur. Cœlum Empyreum
simul tempore productum fuit & orna-
tum præsentia Sanctorum Angelorum, qui
ibi sunt creati; ergo similiter debemus dice
re de terra, quod simul condita & formata D
fuerit. Quòd autem hæc sententia magis
videatur consonare principiis naturalibus,
& euadere plura inconuenientia, patet.
Nam per eam saluatur, quod Deus non ab
stulit a rebus suas proprias passiones. v. g.
quòd à Sole, quem dicemus infrà in prin-
cipio Mundi creatum, non abstulit lucem;
alias tunc Terra non maneret in tenebris.
Item hoc pacto euadimus inconueniens
quod aliqui inducunt quòd scilicet, Deus
frustrà fundauerit terrā cooperatam aquis.
Nam cùm eius finis sit, vt inhabitet vt di-
citur Isai. 45. cooperta aquis nullum potuit
finem habere. Itē, finis elementorum sunt
mixta, & Deus propter mixta candidit ea,
ergo debuit eam formare cum dispositione
conuenienti talisfini, quæ est separatio ele-
mentorum quam modò habet. Confirma-
tur, quia cœlum nō præcessit suum motum
tempore, vt statim dicetur; & tamen talis
motus datus est propter generationē mix-
torum, vnde in die iudicij cessabit; ergo si
militer licet aquam esse discoopertam, or-
dinetur ad generationem mixtorum, dicen
dum est à principio esse discoopertam.
Quartò probatur hoc & secundum senten-
tiam Sanctorum, qui tenent quartam no-
stram conclusionem. Si natura terræ erat,
vt aquis cooperiretur, ergo Deus, vt suam
omnipotentiam ostenderet, & videretur ab
hominibus, quòd dispositio in qua terra
condebatur, prouenieba illi ab aliquo ex-
trinseco autore; oportuit, vt in initio tem-
poris eam crearet segregatam & discooper
tam aquis. Patet consequentia, quia vt dicit
Chrysost. hom. 12. in Genes. Deus in prima
rerum conditione omnia præter naturæ
morem agit omnium opifex, vt ineffabilis
eius virtus demonstraretur. Vnde ipse no-
tat hom. 6. ibidem, & Basi. hom. 5. Examer.
quòd licèt natura plantarum, & arborum
sit à Sole produci; Deus tamen vt suam vir
tutem ostenderet, non hunc ordinem ser-
uauit, sed productis plantis tertio die po-
stea quarto die produxit Solem, vt ostende
ret suam virtutem ab illo non dependere.
Idem docet Amb. lib. 3. Examer. c. 6. Item
natura arborum est, vt ex semine producā
tur, & hoc potuisset Deus facere à princi-
pio producendo prius semen, & postea ex D
eo arbores generando; at vt ostenderet suā
omnipotentiam, è contrà fecit arborem
prius, deinde semen produxit. Similiter na
tura hominis erat, vt paulatim cresceret: at
Deus eum in iuuenili & perfecta ętate con
didit, vt qui præter suam naturam talem
se cognoscebat; autori tribueret suam con-
ditionem, non propriæ virtuti. Ergo ea-
dem ratione, licèt natura terræ sit aquis
cooperiri, vt Deus in eius conditione suam
omnipotentiam ostenderet, credendum est E
in primo instanti temporis eam ab aquis
separasse.

Sexta conclusio. Hæc sententia Augusti
ni probabilior est & communior respectu
eęli, quod informitas non præcessit duratio
ne formationem eius. Probatur primo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam etiam in hoc consentiunt aliqui sancti autores contrariæ sententiæ, vt Chrysost. & Rupert. qui conclusione 5. citati sunt. Secundò, quia D. Tho. sup. q. 58. ar. 3. ideò docet Angelos non intelligere discurrendo, quia in substantijs tenent illum locum, quę corpora cœlestia in substantijs corporeis; Et subdit: Est autem hæc differentia inter cœlestia & terrena corpora; q. corpora terrena per motũ acquirunt suũ vltimã perfectionẽ, corpora vero cœlestia ex ipsa sua natura suam vltimam perfectionem habent, ergo. Tertiò. De cœlo Empyreo statutũ est, q. factum fuit formatum omni sua perfectione; ergo & de cęteris cœlis id statuendum est. Antecedens videtur affirmari a D. Tho. hic, & ar. 3. & in 2. sent. distin. 12. ar. 4. ad 4. & d. 13. ar. 1. ad 4. Et probatur, quia in futura resurrectione non solum expectatur spiritualis gloria, sed etiam corporalis: non solum in corporibus humanis glorificandis, sed etiam in toto Mundo innouando. Inchoata est autem spiritualis gloria ab ipso Mundi principio in beatitudine Angelorum, quorum æqualitas promittitur sanctis. Conueniens ergo fuit, ut etiam corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore, quod etiam à principio fuerit absq; seruitute corruptionis, & mutabilitatis, & taliter luendum, sicut tota creatura expectatur futura post resurrectionem. Idem docet Basil. homil. 2. Examer. ne videatur Deus a tenebris, & imperfectione suũ opus inchoasse. Et Iunilius de Opificio sex dierum supra il lud: Terra erat inanis, &c. & Rupertus vbi supra. Consequentia uerò probatur; Quia totum corpus unus rationis simul formatum est, ut patet in principio Geneſis, tota terra simul, tota aqua simul &c.

¶ Quartò. Nam cœlum formatur per Solem, & Stellas, & earum lucem, sed Sol, Luna, & Stellæ simul à principio mundi creantur a Deo, ergo. Minor patebit infra, ubi dicemus, omnia quę per creationem producuntur, simul à principio mundi condita esse. Si autem quis uelit oppositum docere, facilè euadet, si dicat, quòd sicut terra & aqua formata sunt in ordine ad generationem mixtorum: ita ipsi cœli aliquas qualitates susceperunt successu temporis in ordine ad generationem mixtorum, ut lux Solis acceperit virtutẽ generãdi hominem, &c. Sed quia cœlum creatum est cum suo motu per quem applicatur virtus intelligentiæ ad generationem inferiorum, non videtur conuenienter dici, tunc tales virtutes defuisse corporibus cœlestibus, aliàs frustra moueretur, cum ad nihil huiusmodi motus ordinaretur.

¶ Septima conclusio. Idem, quod de terra dictum est, dicendum etiam est de cæteris elementis, quòd formata postea sunt quoad lucem, & segregationem, vt hic exponit D. Thomas; vel quòd illa formatio tantum natura est posterior ipsorum informitate, & hoc videtur probabilius de igne. Nam cùm ignis de se haberet lucem, & raritatem, & superemineret cæteris corporibus, utpotè leuior eis; non videtur quam formationem postea habeat, nisi illam habeat tantum posterius natura.

AD argumenta verò contra sentẽtiam Diui Augustini respondetur. Ad primum & secundum dicitur, quòd Augustinus, & Gregorius Nazianzenus loquuntur de prioritate naturæ, saltim in genere causæ materialis. Neque est simile de homine producto ex limo, aut de Eua producta ex costa. Nam cum hæc subiecta ex quibus dicuntur fieri, dicant formãm substantialẽ incompossibilem formę hominis, aut dispositioni corporis muliebris; impediat, quòd simul tempore sint limus & homo, costa & mulier: & ideo, si fit ex illis, dicendum est, quòd ante à tempore fuerunt limus & costa. At materia informis secundum se non dicit formam, aut dispositionem incompossibilẽ formationi eius: nam stat bene, quòd ex se sit informis & ab alio formata, & ideò quòd aliquid fiat ex illa non infert prioritatem temporis.

¶ Ad tertium respondetur, quòd illi Sancti explicant sic locum illum; quia sequuntur contrariam sententiam. Vel intelligantur simul creasse materiam mixtorum; quia creauit simul elementa, ex quorum materia fiunt mixta. Nec verò inconuenit initio rerum esse corruptionem secundum quid, & generationem simpliciter, qualis est generatio mixtorum: ex elementis, vbi perfectior forma generatur, quàm corrumpitur.

¶ Ad

¶ Ad quartum respondetur, quòd si illa explicatio admittitur, dicendum est intelligi, quòd erat talis prius natura secũdum se, non prius tempore.

¶ Ad quintum respondetur, quòd causæ hominum sufficienter consulebatur, dũ admonemur ex illis verbis; Terra erat inanis &c. quibus significatur, quòd materia ex meritis suis erat informis, nisi à Deo formaretur, etiam si hoc esset simul tempore.

¶ Ad sextum respondetur, quòd Augustinus non intelligit, quòd materia aliquo tempore fuerit sine forma; sed quòd in sua natura considerata nullam habebat, aut includebat. Ad confirmationẽ patet ex dictis.

¶ Ad septimum dicetur quæst. 74. vbi explicabitur, quare pluries dicatur, Fiat, Fecit, & Factum est, &c. Modò respõdetur, quòd quia eadem est species angelica, quæ repræsentat substantiam, & proprium eius accidens: sufficienter explicatur, quòd Deus substantiam cœli & terræ fecerit in mentibus Angelicis, per hoc quòd indiderit eorum mentibus species exprimentes eorum accidentia, & perfectionem, vt lucem, situm, &c. ¶ Si cui tamen aliorum Sanctorum sententia magis placuerit, poterit ad argumenta opposita taliter respondere.

¶ Ad primum respondetur, quòd tunc illa lux defuit suo proprio subiecto; nequè hoc fuit propriè miraculum. Nam licèt supra naturam sit propriam passionem separari a substantia rei iam perfectæ; non tamen est miraculum, si separetur a substantia, ut est in fieri; qualis erat in prima rerum condi tione. Natura enim rei in tali statu exigit, vt sicut vnum est prius altero, ita prius producatur. Quemadmodum in homine perfecto cor vita informatum sine alijs partibus animalis esse non potest; in formatione tamen embrionis cor ante alia membra formatur. Doctrina est Ferr. 4. contra gen. c. 65.

¶ Ad secundum dicetur quæstio. 69. quod fortè non fuit productus nisi die tertia.

¶ Ad tertium negatur, quòd tunc miscerentur elementa, sicut nec miscebuntur post diem Iudicij, vbi non erunt nisi sola elementa & corpus humanum. Et ratio est eadem vtrobique, quia deerit virtus cœli influens in talium generationem, quam forte cœlum non accepit vsque ad quartum diem. ¶ Ad quartum Ambrosius Catherinus in Commentarijs 2. Petr. 3. ait; terram post iudicium maiori amœnitate exornandam, ut sit perpetua habitatio eorum, qui in peccato originali tantum discesserunt. Idem docet ad Hebr. 1. explicans illud: Ipsi peribunt, tu autem permanebis &c. Isidorus etiam lib. 14. Ethimolog. Videtur innuere terram tunc futuram esse discoopertam. Nam ideo ponit Solem, & Lunam non debere moueri post diem Iudicij, ne impij in alia superficie terræ positi lucem uideant. Ita etiam exponit D. Thomas 4. Senten. distinctio. 48. in expositione textus in vltimis verbis; & subdit, quòd licèt infernum secũdum Isidorum sit in profundo terræ, tamen quia ex alia parte terræ opposita Soli est magnus quidam terræ hiatus, per quem ad eos, qui sunt in inferno lux Solis possit peruenire; ideo ne illuc ingrediatur lumen, Sol non mouebitur. Hæc autem omnia indicant terram esse discoopertam aquis, aliàs per illum terræ hiatum aquæ descẽderent ad infernum, & totus esset ipsis aquis plenus. Beda etiam huic consentire videtur. Nam supra illud. 2. Petr. 3. Elementa calore soluentur; ait elementum aquæ omnino per ignem conflagrationis absumẽdum esse; & ideo iuxta hanc sententiam, aquæ non poterit cooperire terram. Veruntamen hiatus ille à superficie terræ versus infernum, non uiderur ponendum. Quia sequeretur, quòd modò Sol suo cursu, qui totam terræ superficiem perlustrat, infernum illuminaret. Item partes orbis ex directo respicientes Zodiacum, & lineam ecliptieam omnes sunt cognitæ & perlustratæ mari terraque, & nusquam refertur de huiusmodi hiatu: ergo vbiliber consistat Sol in fine seculi, non poterit ex diametro manere hiatus ille. Verum hæc sunt placita, quæ qua facilitate dicuntur, negari possunt.

DVbitatur secundò pro maiori intelligentia prædictorum, eorum, quæ & dicit D. Thomas in articu. Vtrum materia prima per diuinam potẽtiam possit esse extra nihil absque vlla forma substãtiali. Quã quæstionem disputat Capreolus in 2. sentẽ. dist. 13. & Caietã in tracta. de ente & essentia. cap. 5. quæs. 8. & Ferrariensis lib. 3. contra gen. cap. 4. & Duran. in 2. sent. distin. 13. q. 2.

& Herueus quodlibeto.6.q.1.& Sonz. & Ia bellus lib.8.metaphy q.1.& Soto li. 1. physic.quæst.6.

PRo parte affirmatiua arguitur primò communi argumento, quo solent vti nominales. Ex duabus rebus absolutè & realiter distinctis, quarum neutra est pars alterius, non implicat contradictionem, quòd Deus alteram sine altera conseruet: sed materia & forma sunt huiusmodi, ergo Deus de potentia absoluta poterit materiã primam absque ulla forma producere, uel iam productam conseruare. ¶ Arguitur secundò. Omne, quod est prius altero, non dependet à posteriori in eo, quod prius est: sed materia est prius natura, quàm forma, ergo non dependet intrinsecè à forma: ita ut sine illa non possit per diuinam potentiam existere. Maior probatur ex Arist. lib. 5.Metaph.tex.16.vbi dicit: Illa sunt priora, quæ possunt esse sine alijs. Minor verò probatur; quia materia præsupponitur tanquã causa materialis respectu formæ. ¶ Arguitur tertiò. Materia prima intrinsecè est verè ens etiam seclusa forma per intellectũ, ergo nulla est repugnantia ex parte materiæ, quòd producatur, siue seruetur a Deo sine forma. Confirmatur. Vnumquodque ens dicitur per ordinem ad esse, ergo cum materia de se intrinsecè sit ens, necesse est, quòd respiciat per se ipsum esse: ergo nulla est repugnantia, quòd secundum se recipiat illud esse immediatè absque adiutorio formæ substantialis. Quod si quis respondeat materiam primam esse tale ens, quod propter suam potentialitatem respicit quidem ipsum esse, sed non nisi mediante forma quam materia respicit immediatè. Contra. Prima actualitas vniuscuiusque rei (vt sæpe aduertimus ex doctrina Diui Tho. maximè supra q.3.& 4.) est ipsum esse, ergo antequam consideretur informata forma substantialis, intelligitur esse ens, ac proinde habet immediatum ordinem ad esse. ¶ Arguitur quartò. Materia prima est ingenerabilis, & incorruptibilis secundum seipsam, ergo non pendet per se a forma corruptibili, vel quæ variabiliter sibi competit. Probatur consequentia, quia materia prima semper eadem perseuerat in genito, & in corrupto. At verò si non haberet immediatum ordinem ad esse, non maneret eadẽ permutato esse, quod ab hac forma, vel alia recipit. Confirmatur. Materia non dependet in esse ab hac forma, neq; ab alia &c. ergo non dependet intrinsecè a forma in ratione essendi.

¶ Arguitur quintò. Accidentia possunt conseruari in esse, imò de facto conseruantur à Deo in sacramento altaris absque aliqua substantia, ergo etiam poterit Deus cõseruare materiam sine forma substantiali. Probatur consequentia, quia non minùs dependent accidẽtia in ratione essendi a substantia, quàm materia à forma: ergo. Confirmatur, quoniam accidens propter dependentiam, quam habet à substantia dicitur ens secundum quid, ita vt ens analogicè dicatur de substantia & accidente. At uerò materia propter naturalem dependentiã, quam habet a forma, neque dicitur ens secundum quid, neque ens analogicè dicitur de materia & forma, ergo maior dependentia est accidentis a substantia, quam materiæ a forma, ac proinde si accidentia possunt conseruari sine substantia, multò magis poterit conseruari materia sine forma.

¶ Arguitur sextò, Existentia est effectus solius Dei, ut supra quæstio.3.articu. tertio. dub.4. ostendimus, ergo existentia non dependet per se a forma, ac proinde poterit à Deo, qui est primum ens, communicari cui libet enti. ¶ Arguitur septimò. Dum homo corrumpitur, potest Deus suspendere concursum; ita vt agens naturale non producat formam cadaueris, vel alterius speciei, ergo tunc manebit materia sine forma. ¶ Arguitur octauò. Quamuis Deus non possit facere effectum formalem principalẽ sine forma, quæ per se primo est causa illius, tamẽ effectũ secundariũ formæ põt Deus supplere sine forma; sed ipsum esse est effectus secũdarius formæ substantialis, ergo poterit cõicari a Deo absq; forma substãtiali. Maio rẽ huius argumẽti multi Thomistæ concedunt, & aiunt, q põt Deus cõseruare partes substãtiæ extẽsas absq; quãtitate. ¶ Arguit nono. Materia prima habet ideã in Deo distinctam à formæ idea; sed idea in Deo nõ tantũ est principiũ intelligẽdi, sed ẽt operãdi ad extra, ut dictũ est sup.q.15. ergo potest Deus producere materiã primã seorsum ab

ab omni forma separatam. ¶ Arguitur decimo. Humanitas Christi Domini secũdum probabiliorem & tutiorem suam Thomistarum existit per existentiã verbi diuini: ergo existentia materiæ quæ componit humanitatem Christi non est à forma creata, ab anima, ac proinde poterit Deus de potentia absoluta communicare talem existẽ tiam infinitam materiæ primæ annihilata anima, neq; producta alia forma. ¶ Deniq; arguitur. Diuinæ potentiæ non est denegandum quod non implicat contradictionem euidentem; sed quod materia fiat absq; aliqua forma substantiali, non implicat manifestam contradictionem: ergo non est denegandũ omnipotentiæ Dei, quominus possit materiam absq; omni forma substantiali producere vel conseruare in esse. Probatur minor, qm̃ multi viri docti & acutissimo ingenio præditi aiunt esse possibile: ergo non est manifestè implicatio contradictionis, quòd materia existat absque omni forma.

PRopter prædicta argumenta multi Doctores etiam ex Thomistis, maximè Soto sup. sequuntur partem affirmatiuã, quã etiam sequitur Sco. in 2.d.12.q.2.& Gabri. ibid.q.1.art.3 & Greg. Arimi. ibid. & Mar. q.8.ar.1.& alij ex iunioribus nostri temporis eandem sniam vel sequuntur, vel probabilem arbitrantur. ¶ Sed in oppositum est D.Tho. hic, & de potentia, quæst.4.art.1.& Quodlibet 3.art.1.vbi expresse determinat (quantum videtur) oppositum. Quæ etiã videtur sniã Commen. 1.Phy.text.70. & 2. Phys.tex.12.& 30.& 9. Metaphy. text.3.& Auicennæ 2.Meta.c.3.

Meditatio Authoris circa prædictam difficultatem.

RAdix & fundamentum decidendi prędictam difficultatem inde mihi pendere videtur, vt prius explicemus. An materia prima includat intrinsecè, & essentialiter aliquem actum, an vero sit pura potentia secundum essentiam. Quod si est pura potentia secundum essentiam suam, oportet adhuc distinguere, an illa potentia habeat ordinem immediatum ad existere: an potius ad formam substantialem, qua mediante materia prima dicat ordinem ad existentiam, quæ per se primo actuat formã, vel quod habet formam, & non ipsam materiam. Hinc igitur est quod inter viros doctissimos, & ingenio acutissimos sit diuersitas opinionum. Alij enim arbitrantur quòd ipsa materia prima, cũ essentialiter sit ens, includat intrinsecè & essentialiter immediatũ ordinẽ ad esse: quod quidem sm̃ cursum ordinarium recipit simul cũ forma substantiali, nõ dependendo ab ista forma vel alia, sed à forma substantiali in cõi, & in confuso, siue sit ista vèl illa. Et isti consequẽter aiunt quòd Deus qui est primum ens per essentiam possit immediatè producere ex nihilo materiam primam, & conseruare illam absque omni forma substantiali. Et profectò consequenter loquuntur. Alij vero, de quorum numero me constituo, arbitrantur materiam primã ita esse potentiã in genere substantiæ, quòd sine actu substãtiali & intrinseco nullo modo est capax existentiæ. Et quidem sic opinãtes magis sequimur doctrinã Diui Thomæ & Aristotelis q̃ rationes eorũ, quibus videtur contendere implicationem esse cõtradictionis, quòd materia prima existat sine forma substantiali informante materiã, & communicanti illi non solum esse specificum, sed etiam esse existentiæ, receptum prius natura in ipsa forma, quàm in materia. Vt autem difficultatem hanc omnino dissoluamus, operæpretium est sequẽtes cõclusiones statuere & confirmare.

Decisio quæstionis.

PRima conclusio. Materia est vera substantia incompleta. Probatur primo, ex Aristotele.1. de Anima. text.2.& lib.7. Metaphys.text.7. & libro 8.text.4. Confirmatur, quia materia est principium intrinsecum substantiæ completę, ex quo componitur ipsa substantia corporea, & differt a substantia immateriali: ergo necesse est, quod materia prima sit substantia (saltim incompleta) siquidem nulla substantia cõponitur intrinsece ex accidentibus. Probatur secundo, quoniam materia prima ponitur à Philosopho subiectum transmutationis realis, scilicet generationis, & est primùm subiectum ex quo fit aliquid, cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

insit: ergo non est accidens, sed substantia, A licet incompleta & indifferens ad omnem speciem substantiæ sibi communicabilem formaliter per formam substantialem.

¶ Secunda conclusio. Materia intrinsecè nullum includit actum physicū. Dicimus autem actum physicum formam distinctā à materia, quæ sit altera pars compositi. Atque ita distinguimus actum physicum à metaphysico communissimè dicto: qui appellari potest, differentia vel diuersitas quæ dam, seu determinatio alicuius rei, prout B ab alia distinguitur. Si ergo loquamur de actu metaphysico secūdum hanc communem considerationem, cum materia possit concipi sub communi ratione subiecti, & sub particulari quatenus est pura potentia ordinata ad actum formæ substantialis, tunc ille ordo se habebit quasi differentia, & actus respectu materiæ primæ: prout differt vel distinguitur ab alijs potētijs. Quod si loquamur de actu physico, negamus omnino in conclusione prædicta materiam in C cludere talem actum. Et probatur primo, quia si haberet aliquem actum naturalem, oporteret esse substantialem, si quidē actus & potentia sunt eiusdem generis: ergo non posset alium actum recipere substantialē, atque adeò non posset esse subiectum diuersarum specierum. Secundo, sequeretur quod omnis generatio esset alteratio, siquidem esset acquisitio formæ aduenientis enti in actu. Tertio, quia aliàs materia prima non esset primum subiectum receptiuum D formæ quæ aduenit, cum iam esset subiectum formæ naturalis. Quarto, quia in rebus inuenitur aliquid quod est purus actus nihil habens de materia, quales sunt substātiæ separatæ, datur etiam aliquid, quod cōponitur ex materia & forma, ergo dabitur tertius gradus entis quod intrinsecè non includat actum physicum. ¶ Obseruandum est autem quòd cum dicimus, Materiam secundum se & intrinsecè nullum actum includere non intelligimus quod ipsa materia secundum suam essentiam non admittit actum, siue excludat illum, aliàs enim repugnaret ei esse subiectum actus; sed intelligimus negatiuè, hoc est, quòd non secundum se includit determinatum actum, quamuis sit potentia ad formam substantiam, & quam recipiendo determinatur materia ad obiectum.

¶ Pro maiori vero intelligentia prædictorum notandum est, quòd Scotus nititur persuadere, quòd licet materia non includat actum formalem intrinsecè & secundum se, includit tamen actum entitatiuum. Distinguit enim ille duplicem potentiam, videlicet, subiectiuam, quæ potest aliquam formam in se recipere, & obiectiuam, quæ dicitur potentia, nō quia aliquid in se recipiat, sed res ipsa, quæ prius non erat poterat tamen esse, uocatur potentia obiectiua, sicut Antichristus modo potest dici in potētia obiectiua. Illi ergo potentiæ respondet actus informatiuus, huic vero respondet actus entitatiuus, qui nihil aliud est, quā ipsamet res actu existens. De huiusmodi distinctione vide Sonz. lib. 7. metaphy. quæst. 17. & lib. 9. quæst. 2. Ait ergo Scotus quòd licet materia nullum actum formatiuū includat includit tñ actū entitatiuum intrinsecè, qui nihil aliud est, quàm ipsa materia, quæ antea erat possibilis produci, & modo est producta, & est actu. Et quidē Scotus quantum ad primum non differt à nobis, sed fallitur quantum attinet ad distinctionem illam potentiæ obiectiuæ. Et ratio est, quoniam potentia obiectiua, de qua ipse loquitur, potest dupliciter intelligi: vno modo, vt sit potentia logica solum per extrinsecam denominationem, quatenus res potest ab alio produci, altero modo quod illa potentia sit distincta à potentia actiua & passiua. Si quidem primo modo intelligatur, dabitur diffinitio talis potentiæ, videlicet, ut sit denominatio extrinseca à potentia actiua, à qua dicitur res aliqua possibilis, sicut dicitur intelligibilis à potētia actiua intellectus. Neque quicquā aliud requiritur vt res dicatur possibilis, quam quod sit aliquod actiuum, quod possit eam producere. Vnde constat quod potentia obiectiua superflua est ad præsentem considerationem, cum nihil aliud sit, quàm ipsa res producibilis ab aliquo agente. Si autem intelligatur secundo modo, sicut intelligit eam Enricus quod lib. 1. quæstio. 9. & quod lib. 3. q. etiam. 9. ad primum. falsa omnino sententia est. Et probatur, quia alias non daretur creatio, quoniā mundus antequàm

quàm crearetur, erat in potētia obiectiua, A quæ erat aliqua res, & non tantū repugantia terminorum, vt ipsi dicunt: ergo nō fuit productus ex nihilo, sed ex illa re, ac proinde neque creatus. Secundo vel illa potentia obiectiua quę ponitur res distincta, fuit creata, vel non; non potest dici, quòd non fuit creata, quia omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. si fuit creata, tunc est argumētum. Prius quàm res illa produceretur, erat producibilis, ergo dabatur ante illam alia res, quæ esset potentia obiectiua. Et tunc B idem argumentum fit de re illa, ac proinde dabitur processus in infinitum in huiusmodi potentijs obiectiuis, nec dabitur prima, quę fuerit creata. Tertio, illa res quę dicitur potentia obiectiua, si res distincta est, poterit annihilari, Deus enim omnia libere conseruat; Annihiletur ergo, tunc est argumentum illa res adhuc est possibilis produci, ergo illa potentia obiectiua manet, ac proinde non est annihilata.

¶ Secunda cōclusio. Implicat contradictio C nem quod materia prima producatur vel conseruetur inesse, nisi informetur forma substantiali. Hæc conclusio, probatur primo, ratione Diui Tho. quod lib. 3. artic. 1. Si materia esset sine forma, esset habitus sine actu; quod quidem implicat contradictionem. Sequela vero probatur, nam si materia existit, habet existentiam, ergo habet actū. Rursus omnis actus materiæ est forma, at, vt diximus, materia intrinsecè est pura potentia ad formam, ergo si non ha- D bet formam, neque habet actum, & ex consequenti tā esset actu, & nō esset actu. Hac etiam ratione vtitur Commentator. 2. physi. text. 12. Confirmatur, non potest dari album absque albedine, ergo neque existens absque existentia. Existentia autem creata non potest esse sine forma: ergo materia non potest existere sine forma. Hæc ratio Diui Thomæ à plerisque nō admittitur, quia nō intelligitur. Quidā enim existimantes (quod mihi verissimum est) E existentiā realiter distingui à forma substātiali, dicunt consequentiam nō valere, ꝙ si materia non habet formā, non habeat existentiam. poterit. n. Deus existentiā, quam cōicat formæ, & mediante forma materię, secluſa forma materiæ cōmunicare, siquidem ipsa existentia res distincta omnino est ab omni essentia creata. Non igitur est bona ratio Diui Thomæ, quòd si materia esset sine forma, esset actus sine actu, tunc enim ipsa existētia est actualitas materiæ, quamuis non sit forma substantialis. At vero si rem attentius consideremus, aperietur implicatio contradictionis. Et quidem ego suppono quæ supra quæst. 3. diximus de distinctione esse & essentiæ in creaturis, & quomodo ipsum esse sit actualitas omnis formæ, & quomodo forma substantialis respectu existentiæ se habeat, sicut diaphaneitas respectu lucis. Nūc igitur ratio Diui Thomæ. Virtualiter talis est. Non potest aliqua res existere nisi habeat formā, aut sit forma: ergo si materia existit, necesse est quòd habeat formam siquidem secundū se est pura potentia, quæ nulla ratione intrinsecè determinatur, aut finitur. Hinc ergo tale desumitur argumentum. Materia prima secūdum se est illimitata, vtpote pura potentia ad formā substantialē: ergo non poterit immediatè limitari per esse existentiæ. Probatur consequentia, quia esse existentiæ secundum se nunquam limitatur, nisi quatenus recipit in aliquo limitato ad aliquā speciē, sicut limitatur esse, qd recipitur in essentia Angeli, & qd recipit in anima rōnali, & in substantijs corporalibus: ergo si materia secundum se non est limitata & finita, non poterit esse immediatum subiectum existentiæ creatæ, quia non poterit limitare & finire illam existetiam, ac proinde talis existētia, maneret infinita & esset Deus. ¶ Deinde arguitur secundo, & confirmatur præcedens ratio. Impossibile est, quod aliquod corpus illuminetur, si non sit diaphanum, quamuis lux distinguatur à diaphaneitate, ergo impossibile est, quòd aliquid recipiat existentiam, nisi habeat formam, vel sit forma. Probatur consequentia, quia ita se habent formæ rerum ad existentiam; sicut diaphaneitas ad lucem. Et confirmatur, quia impossibile est quod actio vitalis sit in lapide. & albedo in Angelo, & figura in non quanto, quia non sunt subiecta susceptiua talium accidentium, nisi mediante vel potentia vitali, vel quātitate: sed materia prima intrinsecè non habet immediatū ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nē niſi ad formā ſubſtātialē mediante qua A ſtantiæ ; quod reputant inconueniens, quòd aliquid ſit actualiter in genere ſubſtātiæ, quod non reducatur ad aliquam ſpeciem. Similiter argumentātur. Impoſſibile eſt quòd aliqua potētia exiſtat abſque actu ſui generis : ſed materia eſt pura potentia ad actum generis ſubſtantiæ, ergo impoſſibile eſt quòd materia actuetur, & non per formam ſubſtantialem. Sed hæc & ſimilia argumeata in eadem radice fundantur ; quòd ita eſt intrinſecus & eſſentialis & immediatus ordo materiæ ad formam ſubſtantialem ; quòd ſine illo nec intelligatur quidem eſſe ens, nec habere ordinem ad eſſe. Hoc enim eſt quod Ariſtoteles ſæpe dicit, quòd materia non eſt intelligibilis, neque ens.

¶ Iam vero alij qui arbitrantur exiſtentiam eſſe effectum formalem formæ ſubſtantialis ; & nihilominus tenent quòd materia poteſt exiſtere ſine forma, dicunt ; quòd ille effectus non eſt primarius formæ ſubſtantialis, ſed ſecundarius, & idcirco poteſt ſuppleri per diuinam potentiam. Sed quantum iſti fallantur, diximus ſupra in quæſtione 3. vbi oſtendimus, quòd exiſtentia à ſolo Deo eſt tanquam à cauſa efficiente, & quòd à nulla forma creaturæ poteſt dimanare ; ſicut propria paſſio à ſubiecto ; aliàs hæc propoſitio eſſet per ſe. Homo exiſtit. Dicemus etiam de hac re in ſolutione ad argumenta.

¶ Tertia concluſio ; quæ diſputationis D gratia, magis quàm aſſeuerandi animo à me proponitur. Poſſibile eſt quòd Deus faciat materiam exiſtere abſque omni forma ſubſtantiali, dummodo communicet ei ſuam exiſtentiam infinitam. Huius concluſionis prima ratio deſumitur ex infinitate diuinæ exiſtentiæ, de qua certi ſumus per fidem, aut ex his, quæ ex fide probabiliter opinamur, quòd communicata fuerit humanitati : ita ſanè quòd humanitas exiſtit non per aliam exiſtentiam, quàm per exiſtentiam Verbi diuini, neque talis exiſtentia recipitur in anima tanquam in ſubiecto (eſt enim irreceptibile eſſe diuinum) ſed duntaxat dicitur terminare dependentiam humanitatis ab exiſtentia, quam naturaliter haberet. Neque in hoc inuenitur aliqua con-

ſit ſuſceptiua exiſtentiæ : ergo abſque forma non poterit exiſtere. Ecce vbi potiſſime fundatur opinio eorum qui aiunt implicare contradictionem quòd materia exiſtat abſque forma ſubſtantiali, nimirùm quia conſiderant ipſam materiam, vt in prima concluſione dictum eſt, tanquam puram potentiam, quę habet immediatum ordinem & intrinſecum ad formam ſubſtātialem, qua mediante fit capax exiſtentiæ. Et ita verificatur, quòd exiſtentia materiæ B eſt à forma ; non quia forma ſit exiſtentia, ſed quia forma eſt immediatius ſuſceptiua exiſtentiæ, quàm materia, ſicut quantitas eſt ſuſceptiua albedinis, ratione cuius ſubſtantia dicitur. Et quemadmodum ſubſtantia nō poteſt comparari ad albedinem, niſi mediante quantitate, ita neque materia prima ad exiſtentiam, niſi mediante forma ſubſtantiali. Solutio igitur huius difficultatis deſumitur ex ipſo quod quid eſt materiæ. Qui enim exiſtimant materiam pri- C mam non alia ratione eſſe ens ; niſi quia intrinſecè eſt potentia immediata ad formā ſubſtantialem, & forma ſubſtantialis eſt immediatum ſuſceptiuum exiſtentiæ, ſaltem ſuſceptiuum vt quo ; ideo ipſa materia prima dicitur ens in potentia ad eſſe, quod recipit mediante forma. Neque valet dicere, quòd iſte ordo eſt naturalis & ſecundum ordinem naturæ, at vero Deus poterit iſtum ordinem inuertere, & communicare illud eſſe materiæ ſeclusa forma, quoniam pari ratione diceretur, quòd Deus poſſet facere ſubſtantiam albam ſine quātitate, quoniam naturalis tantum ordo eſt, quòd albedo communicetur ſubſtantiæ mediante quantitate : imò vero ex eo quod rerum natura aliquid intrinſecè poſtulat, colligimus implicare contradictionem, quòd oppoſitum fiat. Et propterea dicimus eſſe impoſſibile, quòd ſit homo, & non ſit riſibilis, & quod ſit aliquid figuratum & non quantū, & quòd ſit aliqua viſio, & non ſit à potentia viſiua. ¶ Ex prædicto fundamento, qui noſtram ſententiam ſequūtur, poſſunt multiplicare argumenta, quibus illam confirment. Argumentantur enim in hunc modum. Nam ſi materia exiſteret ſine forma ſubſtantiali, non eſſet in aliqua ſpecie ſub-

contradictio. Quemadmodum enim (& A ſit ſecunda ratio) perſonalitas Verbi diuini, vt fides Catholica docet ; complet dependentiam humanitatis, quam alias haberet à perſonalitate finita niſi aſſumeretur à Verbo : ita etiam videtur verisimile, quòd Verbum diuinum poſſit terminare, & complere dependentiam materiæ, quam habet à forma, quantum ad exiſtentiam. Hoc enim non eſt ſupplere vicem cauſæ formalis, ſicut nec ſupplere perſonalitatem, ſed duntaxat erit terminare, & complere dependentiam materiæ a forma, quatenus per illam prouenit ſibi exiſtere.

¶ Tertia ratio deſumitur etiam a ſimili. Dicunt enim Theologi, quòd diuina eſſentia ſupplet vicem formæ intelligibilis in beatis quantum ad hoc, quòd eſt facere vnionem inter obiectum & potentiam, non autem quantum ad hoc, quòd eſt inhærere ſpeciem intelligibilem intellectui, tanquam ſubiecto : ergo pari ratione ratio exiſtendi, quæ eſt vniuerſaliſſima in ratione entis, ſicut & ratio intelligibilis, poterit ſuppleri per potentiam infinitam, non ſolum reſpectu formæ creatæ, ſed etiam reſpectu materiæ abſque forma creata. Hæc enim duo pari paſſu videntur procedere, ſcilicet ratio intelligibilis, & ratio entis. Dixi autem in concluſione, quòd poteſt Deus per ſuam exiſtentiam producere, vel conſeruare materiam ſine forma ; quoniam omnis alia exiſtentia finita eſt, & limitata ſecundum limitationem formæ, in qua ſubiectatur : & propterea non poterit eſſe ratio formalis, qua immediatè materia exiſtat ; quemadmodum neque perſonalitas creata poterit eſſe ratio ſubſiſtendi alteri naturæ præter eam, in qua recipitur. Sicut. v.g. perſonalitas Petri non poterit perſonare humanitatem Pauli, neque Petrus aſſumere aliam naturam. ¶ Ex dictis ſequitur, quòd ſi in triduo mortis Chriſti Domini non habuit corpus illius formam ſubſtantialem cadaueris, ſicut Scotus opinatur, conſequen- E ter oportet dicere ; quòd materia corporis Chriſti extitit per exiſtentiam Verbi abſque forma ſubſtantiali : quamuis Scotus in humanitate Chriſti ponat exiſtentiam creatam, & hanc debet concedere manere cum materia in illo triduo abſque aliqua forma ſubſtantiali. Sed Diuus Thomas vſque adeo putauit impoſſibile materiam exiſtere ſine forma, quòd etiam in corpore Chriſti mortuo aſſeruerit eſſe formam cadaueris, vt ea mediante exiſtentia Verbi cō municaretur materiæ. Hactenus diſputatiuè diximus, quoniam non apparet nobis implicatio contradictionis in tertia concluſione : omnia enim argumenta in oppoſitum diſſoluentur propter infinitatem diuinæ exiſtentiæ.

AD argumenta in oppoſitum, quæ B pro parte affirmatiua obiecimus, reſpondendum eſt. Ad primum quidem negatur illa maior : ſæpe enim contingit, quòd inter duas res diſtinctas realiter ſit dependentia, adeò intrinſeca vnius ab altera, quòd abſque illa exiſtere non poſſit. Quemadmodum viſio, & potentia viſiua, ſunt duæ res realiter diſtinctæ, & tamen non poteſt eſſe viſio ſine potentia viſiua.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd prioritas materiæ reſpectu formæ, eſt prioritas C cauſæ materialis, quæ non eſt prioritas ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et idcirco negatur conſequentia, cum infertur, quòd ſine forma poſſit exiſtere, quoniam in ratione exiſtendi non eſt prius materia, quàm forma, ſed vice verſa priùs natura exiſtit forma, quàm materia. Eſt exēplum in cauſa finali, quæ eſt prima in rōne cauſandi, & vltima in rōne exiſtēdi. Sola igitur rō cauſę effi ciētis, & formalis includit exiſtētiam in ra- D tione cauſandi. ¶ Ad tertium negatur añs, quāuis n. materia prima intrinſecè ſit uerè ens, non tamē hoc habet ſecluſo ordine immediato ad formam, ſicut potētiæ ad actū. Et idcirco non aliter habet rationē entis ipſa materia, niſi in ordine ad formam ſubſtā tialē, per quam pōt exiſtere. Et per hoc patet ad confirmationē. Ad replicam uerò reſpondetur, quod prima actualitas vniuſcuiuſq; rei, quæ conſideratur in aliqua ſpecie, vel in aliquo gñe, eſt ipſum eſſe, quod recipitur & limitatur in tali re. At verò materia E prima neq; eſt in gñe, neq; in ſpecie, niſi ratione formæ ſubſtantialis. Et ideo nō intelligitur habere rationē entis diſtinctā rōne entis, quæ competit formæ, & propter formam ipſi materię. Vnde falſum eſt, quòd antequā intelligatur informata forma ſubſtantiali,

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantiali, intelligatur esse ens, imò sic non A est intelligibilis, vt docet Aristoteles. ¶ Ad quartum respondetur, quòd materia dicitur ingenerabilis, & incorruptibilis non positiuè propter aliquam perfectionem, sicut cœlum est ingenerabile, & incorruptibile: sed propter puram potentialitatem, quam habet intrinsecè. Vnde ad consequentiam cum infertur, ergo non pendet per se à forma corruptibili, vel quæ variabiliter sibi competit: negatur consequentia. Et ratio est, quia sicut corpus esse album pendet B ab albedine, quamuis non ab hac albedine vel ab illa; ita quòd materia sit, pendet a forma, siue illa sit forma corruptibilis, siue non. Et certè argumentum procedit de materia rerum corruptibilium, & de hac etiam nihil valet consequentia: pendet enim huiusmodi materia per se a forma corruptibili, vel ab anima rationali, quæ variabiliter se habent ad ipsam. Quòd autem in argumento probatur consequentia, quoniam materia prima semper eadem perseuerat in genito & in corrupto; aliam difficultatem tangit, quæ non est presentis considerationis, quomodo nimirum sit eadem, & qua identitate materia, quæ manet in genito, & fuerat in corrupto. Non enim manet eadem materia numero signata, sed dicitur manere eadem, quia secundum se non habet, vnde differat. Et idcirco etiam si permutetur esse existentiæ, dicitur manere eadem materia: imò verò si argumentum aliquid probaret, probaret etiã quòd D materia ipsa haberet intrinsecam, & annexam existentiam aliquam inseparabilem, ratione cuius diceretur eadem manere.

Ad confirmationem negatur consequentia, sicut non valet. Non requiritur iste equus ad equitandum, neque iste &c. ergo non requiritur equus. Et similiter: hoc album non pendet ab hac albedine, neque ab ista: ergo non pendet ab albedine, ut sit album. ¶ Ad quintum negatur consequentia, & ad probationem nego antecedens, imò ma E gis pendet materia à forma in ratione existendi, quàm accidentia à subiecto. Et ratio est, quoniam accidentia sunt formæ finitæ & determinatæ, unde possunt recipere ipsum esse & limitare, ac proinde illud esse limitatum poterit conseruari à Deo in ipsis formis accidentalibus, sicut de facto conseruatur in accidentibus Sacramenti altaris. Ad confirmationem respondetur, quod etiam materia dicitur ens secundum quid, quia de se solùm est potentia ad formam, ex qua sibi aduenit esse. Neque est inconueniens, quòd ratio essendi analogicè competat materiæ respectu formæ, sicut & natura analogicè dicitur de materia & forma. ¶ Ad sextum respondetur, quòd existentia dicitur esse effectus solius Dei, quia solus ipse est causa efficiens existentiæ rerum, & solus ipse conseruat, ne in nihilum reuertantur. Consideratur enim existentia absolutè, vt opponitur contra nihil. At verò si existentia consideretur, vt receptibilis, & determinabilis, sic causa illius est forma, ex qua rursus existentia communicatur materiæ: & ita verificatur quod forma dat esse rebus, non quia ab ipsa dimanet ipsa existentia, tanquàm à radice, sicut nec lux dimanat à diaC phano; sed quia ratio recipiendi esse ipsis rebus est forma. Quapropter non sequitur esse possibile, quòd existentia communicetur materiæ sine forma. ¶ Ad septimum respondetur, quòd in illo casu, nisi Deus vellet annihilare hominem, necesse erat, vt non suspenderet concursum, vt produceretur forma cadaueris, alioquin non conseruaret materiam. ¶ Ad octauum respondetur, quòd illa vniuersalis; Id quod Deus potest facere per causam secundam, potest facere se solo; intelligenda est de causis secundis, quæ tantum se habent efficienter ad effectus aliquos, qui per actionem transeuntem producuntur. At verò in alijs causis deficit illa maxima. v. g. Deus mediante potentia visiua producit visionem, quæ est actio immanens & intrinsecè pendens à potentia vitali: & tamen non potest se solo producere vnam visionem. Similiter Deus facit album mediante albedine, quod tamen se solo facere non potest sine albedine. Et idem verificatur in causis materialibus. Sola enim ratio causæ efficientis, & finalis competit Deo respectu creaturarum. Quod autem in argumento dicitur, quòd effectum secũdarium forme potest Deus supplere per se ipsum sine forma; non est vniuersaliter verum. Constat enim, quòd quantitas

titas est ratio corporibus existendi in loco A circumscriptiuè, qui quidem effectus non est primarius quantitatis, sed secundarius; & tamen absque quantitate implicat corpus esse in loco. Exemplum autem, quod ponitur in argumento de effectu quantitatis, qui est extendere partes substantiæ; mihi non placet; imo vero existimo effectum quantitatis continuæ formalissimum esse, extendere partes substantiæ; neque possibile esse illas partes absque quantitate distinctas esse & extensas. ¶ Ad nonum re- B spondetur ex doctrina Diui Thom. supra quæst. 15. arti. 3. ad tertium. vbi ait: Habet quidem materia ideam in Deo, non tamen aliam ab idea compositi, nam materia secundum se non habet esse neque cognoscibilis est. Hæc ille. Vnde planè colligitur, quòd materia secundum se non sit producibilis, siquidem secundum se non est cognoscibilis. ¶ Ad decimum respondetur, quòd aliquo modo probat nostram tertiã C conclusionem. Nihilominus quia illam non reputo esse de mente Diui Thomæ, respondetur ad argumentum negando consequentiam: imo vero sicut dicitur quod Deus assumpsit corpus mediante anima. 3. parte quæst. 6. articu. 1. ita etiam existentia communicata animæ rationali, communicatur materiæ per animam: sicut corpori diaphano communicatur lux, mediante diaphaneitate. ¶ Ad vltimum respõdetur, quòd nos non negamus diuinæ potentiæ, nisi id quod existimamus implicare contradictionem euidenter. Vnde negamus minorem argumenti & ad probationem respondetur, quòd quædam euidenter implicant contradictionem apud omnes, quoniam ipsum quodquid est rerum omnibus manifestum est. At vero quædam videntur implicare cõtradictionem ex suppositione alicuius sententiæ probabilis. Et hoc contingere solet, quando nõ apud omnes constat ipsum quodquid est rerum; id quod in præsenti disputatione contingit. E Qui enim opinantur essentiam materiæ nihil aliud esse, quàm potentiam intrinsecè ordinatam, & immediatè ad formam substantialem, respectu cuius intelligitur esse ens, quia mediante illa potest habere existentiam, hi sanè meritò iudicant implicare contradictionem quod materia existat sine forma; sicut etiam implicat, quòd sit intelligibilis sine ordine ad formam. Alij vero fortassis nõ penetrantes quidditatem materiæ secundum doctrinam Aristotelis & Diui Thomæ sæpissimè repetitam, iudicant materiam existere sine forma, non implicare contradictionem; quoniam putãt ipsam materiam immediatius respicere esse, quàm formam substantialem. Qua in re planè discedunt ab Aristotele & D. Tho. & vt ego existimo à veritate. Neque enim intelligo, quo modo ex materia & forma efficeretur vnum per se, si vtraque haberet immediatum ordinem ad existere. Quemadmodum enim ex forma accidentali & substantia non efficitur vnum per se, quia forma accidentalis aduenit enti in actu: ita si forma substantialis intelligeretur aduenire materiæ, quæ antè receptionem formæ præintelligitur habere esse, non posset eũ illa constituere vnum per se. Ecce igitur rationem diuersarum sententiarum inter viros doctos exortam ex difficultate intelligendi essentiam materiæ, quæ secundum se non est intelligibilis. Hactenus de quæstione difficili dicta sufficiant.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm vna sit materia informis omnium corporalium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q vna sit materia informis omnium corporalium. Dicit enim Aug. 12. confes. * Duo reperio quæ fecisti, vnum quod erat formatum, alterum quod erat informe. Et hoc dicit esse terram inuisibilem & incompositam, per quam dicit significari materiam rerum corporalium. Ergo vna est materia omnium corporalium. 338 2. di. 12. art. 1. & 2. conc. c. 16. §. 8 Et Opu sc. 3. ca. 34. Et opu. 15. ca. 7. Et opu. 42. c. 14. & 15. & 1. col. l. 6. col. 2. & 3. * ca. 12. to. 1.

¶ 2 Præterea Philosophus dicit in † 5. Metaph. quòd illa quæ sunt vnum in genere, sunt vnum in materia: Sed omnia corporalia conueniunt in genere corporis. Ergo omniũ corporalium est vna materia.

¶ 3 Præterea, Diuersus actus fit in diuersa potentia, & vnus in vna. Sed omniũ corporum est vna forma, scilicet corporeitas. Ergo

omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium corporalium est materia vna.

text.10 ¶ 4 Præterea, Materia in se considerata,
to.3. est solum in potentia. Sed distinctio est per formas. Ergo materia in se considerata, est vna tantum omnium corporalium.

SED contra. Quæcunque conueniunt in materia, sunt transmutabilia adinuicem, &
Liber. 1. de gene rat. à te. 50. vs- que ad 54.to.2. agunt & patiuntur ab inuicem: vt dicitur * in 1. de generatione. Sed corpora cælestia & inferiora non sic se habent adinuicem. Ergo eorum materia non est vna.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc fuerunt diuersa opiniones philosophorum. Plato enim & omnes Philosophi ante Aristo. posuerunt omnia corpora esse de natura 4. elementorum. Vnde cum 4. elementa communicent in vna materia, vt mutua generatio & corruptio in eis ostendit: per consequens sequebatur quòd omnium corporum sit materia vna. Quòd autem quædam corpora sint incorruptibilia, Plato * ascribebat non
In Timeo circa fin. 5. f. à principio libri nu merando. conditioni materiæ, sed voluntati artificis, sicut licet Dei, quem introducit corporibus cælestibus dicentem †, Natura vestra estis dissolubilia, voluntate autem mea indissolubilia: quia voluntas mea maior est nexu vestro. Hanc autem positionem Aristot. * reprobat per motus naturales corporum. Cùm enim corpus cæleste habeat naturalem motum diuersum à naturali motu elementorum, sequitur quòd eius natura sit alia à natura quatuor elementorũ. Et sicut motus circularis, qui est proprius corporis cælestis, taret contrarietate: motus autẽ elementorum sunt inuicem contrarii (vt qui
† Ita refert Au. 13. de cui. Dei. c. 16. * Lib. 1. de cælo, à tex. 5. vsque ad 19. to. 2. est sursum ei qui est deorsum) ita corpus cæleste est absq; cõtrarietate: corpora verò elementaria sunt cum contrarietate: & quia corruptio & generatio sunt ex contrariis, sequitur q̃ secundùm suam naturam corpus cæleste sit incorruptibile, elementa verò sunt corruptibilia. Sed non obstante hac differentia corruptibilitatis & incorruptibilitatis naturalis, Auicebron posuit vnam materiam omnium corporum attendens ad vnitatem formę corporalis: sed si forma corporeitatis esset vna forma per se, cui superuenirent alia forma, quibus corpora distinguuntur, haberet necessitatem quod dicitur, quia illa forma immutabiliter materia inharet, & quantum ad illam esset omna corpus incorruptibile: sed corruptio accideret per remotionem sequentium formarum.

A Quia non esset corruptio simpliciter sed secundum quid, quia priuationi substerneretur aliquod ens actu, sicut etiam accidebat antiquis naturalibus, qui ponebant subiectum corporũ aliquod ens actu, puta ignem, aut aerem, aut aliquid huiusmodi. Supposito autem quòd nulla forma quæ sit in corpore corruptibili, remaneat vt substrata generationi & corruptioni, sequitur de necessitate, q̃ non sit eadem materia corporum corruptibilium & incorruptibilium. Materia enim secundum id quòd est, B est in potentia ad formam. Oportet ergo quòd materia secundùm se considerata sit in potentia ad formam omnium illorum, quorum est materia communis. Per vnam autem formã non fit in actu, nisi quantum ad illam formã. Remanet ergo in potentia quantum ad omnes alias formas. Nec hoc excluditur, si vna illarum formarum sit perfectior & continens in se virtute alias: quia potentia quantum est de se, indifferenter se habet ad perfectum & imperfectum. Vnde, sicut quando est sub forma C imperfecta, est in potentia ad formam perfectã, ita ecouerso. Sic ergo materia secundùm quod est sub forma incorruptibilis corporis, erit adhuc in potentia ad formam corruptibilis corporis. Et cùm non habeat eam in actu, erit simul sub forma & priuatione: quia carentia forma in eo quod est in potentia ad formam, est priuatio. Hæc autem dispositio est corruptibilis corporis. Impossibile ergo est, q̃ corporis corruptibilis & incorruptibilis per naturam sit vna materia. Nec tamen dicendũ D est * vt Auerrois fingit, q̃ ipsum corpus cæleste sit materia cæli, ens in potentia ad vbi & non ad esse, & forma eius sit substantia separata, qua vnitur ei vt motor. Quia impossibile est ponere aliquod ens actu, quin vel ipsum totum sit actus & forma, vel habeat actum seu formam. Remota ergo per intellectum substantia separata, qua ponitur motor si corpus cæleste non est habens formam (quod est componi ex forma & subiecto forma) sequitur quòd sit totum forma & actus. Omne E autem tale est intellectum in actu. Quod de corpore cælesti dici non potest, cùm sit sensibile. Relinquitur ergo, quòd materia corporis cælestis secundùm se considerata non est in potentia, nisi ad formã quam habet. Nec refert ad propositum quacunque sit illa sua anima, siue aliquid aliud. Vnde illa forma sic perficit

perficit illam materiam, q̃ nullo modo in ea remanet potentia adesse. sed ad vbi tantum,
Li. 1. de cęlo, à tex. 20. vsq; ad 32. to. 2. vt Aristot. * dicit. Et sic non est eadem materia corporis cælestis & elementorum, nisi secundum analogiam, secundùm quod conueniunt in ratione potentiæ.

AD primum ergo dicendum, q̃ Aug. sequitur in hoc opi. Plato. non ponentis quintam essentiam. Vel dicendum, q̃ materia infirmi est vna vnitate ordinis, sicut omnia corpora sunt vnũ in ordine creaturę corporeæ.

AD secundum dicendum, quòd si genus consideretur physicè, corruptibilia & incorruptibilia non sunt in eodem genere, propter diuersum modum potentiæ in eis, vt dicitur B
Lib. 10. Me. tex. 26. to. 3. * 10. Metaphy. Secundum autem logicam considerationem est vnum genus omnium eorum propter vnam rationem corporeitatis.

AD tertium dicendum, q̃ forma corporeitatis non est vna in omnibus corporibus, cùm non sit alia à formis quibus corpora distinguuntur, vt dictum est *.

In corp. artic. AD quartum dicendum, quòd cùm potentia dicatur ad actum, ens in potentia est diuersum ex hoc ipso quòd ordinatur ad diuersum actum, sicut visus ad colorem, & auditus ad sonum. Vnde ex hoc ipso materia cælestis corporis est alia à materia elementi: quia non est in potentia ad formam elementi.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Cælum non est de natura quatuor elementorum, neque corruptibile. Prima pars probatur cõtra Platonem ex Aristotele, quoniam cęlum habet motum naturalem diuersum à naturali motu elementorũ. Secunda vero pars probatur, quoniam motus circularis cęli non habet contrarietatem, ergo neque ipsum cælum habet contrarietatem, ergo nõ est generabile & corruptibile, si quidẽ corruptio & generatio sunt ex contrariis. Secunda conclusio contra Auicembron. Non est eadẽ materia omniũ corporum, quę primo recipiat formam corporeitatis, A cui superueniant alię. Probatur, quoniam aliàs non esset simpliciter generatio, vel corruptio in rebus, sed secundũ quid, scilicet alteratio, siquidẽ subiectũ esset ens in actu. Tertia conclusio. Non est, eadẽ materia corporum corruptibilium & incorruptibilium. Ratio est, quia materia secundum id quod est, est in potentia ad formam, ergo si materia cæli esset in potentia ad omnes formas, & non habet illas, necesse est vt habeat priuationem earum, quas non habet, ergo cęlum esset corruptibile. Quarta conclusio. Contra Auerroem. Cęlum habet materiam vt partem distinctã suæ essentię. Probatur quoniam C alias cęlũ esset intellectum in actu, quod nõ potest dici, cũ sit sensibile. Sequela probatur, quia omne ens aut est actus, vel habens actũ; sed cę lum secundũ Auerroem non habet actum ergo est actus: sed omnis actus est intellectũ in actu, ergo.

COMMENTARIVM.

D IN hoc articulo plurima sunt quæ diligẽtem examinationẽ requirunt. Quapropter in eius explicatione totos neruos contendere oportet. ¶ Dubitatur ergo primo & principaliter circa primam conclusionẽ. An cęlũ sit corruptibile? In qua quæstione simul differendũ est (eadem enim est difficultas) An materia cælorum sit de natura elementorum. ¶ Arguitur primo pro parte affirmatiua ex testimoniis sacrarũ, literarũ, in quibus asseritur cęlorũ mutatio & defi- E cientia. Nã Psal. 101. dicitur; Opera manuũ tuarũ sunt cæli, ipsi peribũt; tu autẽ permanes, & oẽs sicut vestimẽtũ vetescent, & sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabũtur. Et Ec. 17. Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Itẽ Isa. 51. & 61. Cælum vt fumus deficiet. Itẽ Lucæ. 21. Cælũ & terra trãsibunt. & ad Ro. 8. Vanitati enim creatura subiecta est.

Loquitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loquitur autem de omni corporea creatura, de qua dicit per metaphoram, quòd ingemiscit & parturit vsq; adhuc, reuelatione filiorum Dei expectans, quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quibus verbis videtur Apostolus significare, quòd totus mũdus renouabitur, & liberabitur à corruptione, cui nunc subijcitur; quòd pertinebit ad gloriã filiorum Dei; vt sicut eorum corpora glorificanda sunt, ita etiam tota machina mundi, quæ propter ipsos creata est, liberet à seruitute corruptionis. Præterea. 2. Petri. 3. c. dicitur, quòd veniet dies Domini vt fur, in qua cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur; terra autem, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Et paulo inferius. Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescẽt, nouos vero cælos & nouam terrã, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitet. Præterea etiam D. Petrus. Cæli q nunc sunt, & terra eodẽ verbo reposita sunt igni reseruati in diem iudicij. Quæ quidẽ omnia expenduntur ab his qui arbitrantur cælos esse corruptibiles, neque posse testimonium D. Petri interpretari, vt nomine cæli intelligat regionẽ aeris. Cũ enim dixisset aduersus eos, qui futurum iudiciũ negabant, ex eo quòd omnia sic perseuerant ab initio creaturæ; inquit D. Petrus. Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Ac si diceret D. Petrus eos infideles ignorantissimos esse putantes omnia ita perseuerare ab initio, cum tamen mundus per aquam fuerit inundatus. Cæli enim perdiderunt terram demissis aquis diluuij; sed insuper ipsi cæli qui nunc sunt, reseruantur, vt ardeant igni in die iudicij. Item videtur D. Petrus condistinguere cælos ab elementis, dum inquit; Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent, nouos vero cælos & nouam terram &c. vbi videtur alludere ad illud. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septẽpliciter. Hũc locũ D. Petri B. Clemens eius discipulus li. 2. & 3. recognitionũ sic interpretat. Ait. n. deos esse cælos (alludens fortassis ad uocem hebræam. Samaim, quæ est numeri dualis) vnum, scilicet, supẽrius ambiens uisibile firmamentum, & hoc est perpetuum cum illis, qui ibi habitant. Alterũ hoc uisibile inferius, quòd in consummatione sæculi resoluetur & transibit. Et paulo inferius inquit: Vt testa oui frangenda est, ut pullus exeat: ita huius mundi necesse transire statum, ut status regni cælestis effulgeat. Item adduci potest illud Iob. 14. c. Si lignum amerit, ad odorem aquæ reuirescet: Et quomodo si receſſerint aquæ de mari; & fluuius exhaustis aquis arescat; sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur seu desinat esse cælum. Apoc. 21. Vidi cælum nouum & terram nouã. Prius enim cælum & prior terra iam abijt. Ex his omnibus testimonijs potest fieri tale argumẽtum. Verba sacrarum literarum cum possint propriè accipi absque ullo errore, non debent transferri, vt impropriè & metaphoricè accipiantur: sed nullũ est incõueniens, quòd cum Scriptura dicit cælos veterascere & similia in sensu proprio dicta esse intelligantur, ergo propriè accipienda sunt. Minorem huius argumenti in sequentibus ostendemus testimonijs Sãctorum & multorum Philosophorum, & ratione ab experientia desumpta, ergo cælum esse corruptibile asserendum est. Confirmantur etiam prædicta ex eo quod in sacris literis cũ fiat mentio expressa terræ, & aquæ; nunquam tamen aeris distincta mentio fit, neque nomen habet distinctum à cælo. Vox enim illa Samaim, communis est etiam regioni, quam nos appellamus aerem. Vnde passim in sactis literis volucres cæli dicuntur, & non uolucres aeris: & Propheta non dixit: Miluus in aere, sed miluus in cælo cognouit tempus suum. Signum igitur est nõ modicum eiusdem esse naturæ, cãdemque materiam communicare cælum visibile cum regione, quam nos aerem appellamus: sed erit differentia secundum crassiorem, uel subtiliorem dispositionẽ cælestis substãtiæ.

¶ Arguitur secundo loco ex sententia Sanctorum patrum. In primis. D. Chryso. adeò est perpetuus in hanc sententia, ut cõtrariã temerariam, vel absurdam saltim, soluq; inniti uanæ æstimationi antiquorum philosophorum sæpe asserat. v. g. homil. 14. in epistol. ad Hebræos, & homil. 27. ait cælum neque

neque moueri, neque esse mobile circulari ter. & homil. 4. in Genesim super illud. Fiat firmamentum; ait multitudinem cælorum contra diuinã scripturã, & ecclesiæ dogmata multos ex suo capite finxisse. Idem habet in expositione Psal. 148. super illud; Laudate eũ cæli cælorum: Vbi aliqua argumenta in cõtrarium dissoluit. Item super illud Genes. 1. vbi dicitur, quòd Deus posuit stellas in firmamento; homil. 6. & 13. ait: Absit vt cogitemus, quòd Deus astra cælo insixerit. Et contrariam sententiã his in locis prope temerariã iudicat. Videatur etiã homil. 12. ad Populum Antiochenum. Et si quis dicat, undẽ colligimus ex D. Chrisost. cælũ esse corruptibile? Respondetur, quòd cælum uanitati esse subiectum super illud ad Rom. 8. aiunt Theodo. & D. Chrysost. & antiqui omnes expositores affirmant. Cæterum ex his, quæ paulò antè dicebamus ex D. Chrysosto. planè colligitur; quòd ipsę stellæ, & luminaria cælestia suos motus peragant per cælum, quasi pisces per mare. Vnde nomine cæli intelligunt regionẽ magnam extensam ab ea parte, quam nos dicimus aerem sursum versum. Aloysius Lypomanus super illud Genes. 1. Posuit stellas in firmamento; citat in eandem sententiam Eusebium Episcopum Emissenum, & Diodorum Tarsensem Episcopum: qui duo fuerunt præceptores D. Chrysosto. Citat etiam Theodoret. super epist. ad Hebræ. c. 8. Qui aiunt astra tanquam viatores per cælum (quod omnino fixum & immobile stat) iter peragere. Ecce quomodò diuisibile existimant esse cælum, per quod astra mouentur. Theophilatus etiam super illa verba ad Hebræ. 8. Tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo; negat motum localem, & rotunditatem cæli. Lactantius etiam Firmianus idem sentit lib. 3 diuinarum institutionum. Procopius Gazæus super Genesim explicans illud, In principio creauit, &c. ait, quod assertio dicentium cælum esse figuræ sphericæ, & circulari motu moueri, non concordat orthodoxæ veritati, sed contradicit Moysi, Paulo, & Christo. Origen. libr. 5. aduersus Celsum ait eodem modo se habere solem, lunam, & stellas ad cælum, sicut animalia ad terram; neque magis illa partes cæli esse, quàm ista sunt terræ. Idem tenet lib. 1. periarchon. c. 7. Augu. super Genes. ad litteram. c. 10. ait: fieri posse, ut cælo immobiliter stante, sydera omnes suos cursus, quos in ipsis spectamus, perficiant, idque a Mathematicis suis temporis certissimis demonstrationibus ostensum fuisse testatur. Ex quibus omnibus colligitur cæleste corpus uisibile esse de natura elementari, & diuidi astrorum motibus. D. Hiero. super. 1. c. Isaiæ ait, uocari ibi cælos in plurali, licèt sit unum singulare: sicut dicimus Thebas, & Athenas. Neque enim in sacris literis differentiam habet in textu Hebræo, vbi interpretes cælos transferunt. & tomo. 2. in epist. ad Hubitum ait; quòd vbicumque est corpus, statim sequitur corruptio. Sed D. Hylarius in canone in D. Matth. 4. & in enarratione Psal. 122. distinctionem cæli visibilis & inuisibilis iuxta doctrinam à D. Clemente citatam, prorsus tenet. Cælum itaque visibile de quo homines philosophantur, unum est cõmunum, iuxta doctrinam prædictorum. Æcumenius in suis collectaneis explicans locum Petri citatum sic ait: Cælum quidem corruptibile esse, igne tamen purificatum ab ingenita corruptione in æuum permansurum, nõ solum Christianis, verùm etiam Græcorum sapientibus videtur: uidelicet, Heraclyto, Ephesio, & Empedoch. & aliis. Idem dicit Gennadius in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. ca. 7. D. Ambro. lib. 1. Exam. c. 6. nititur suadere cælos esse corruptibiles contra Ethnicos philosophos ponẽtes quintam essentiam, illosque maximè irridet.

¶ Tertio loco sententias philosophorum existimantium cælum esse corruptibile libet referre. In primis antiquissimus Hypocras in libro de flatibus docet, ꝙ substãtia cæli sit aerea, quẽ secutus est Plinius & alii multi. Quid autem senserint Poetæ suis carminibus cecinerunt. Lucretius lib. 5. sic ait.

Vna dies dabit exitio, multosque per annos,
Sustentata ruet moles, & machina mundi.
Nec mortalis fallit quæ res nouaq; menti.
Accidit, existum cæli terræque futurum.

Item Lucanus. 1. Pharsal. ait:

Sic cum compage soluta,
Secula tot mundi suprema coegerit hora,
Antiquũ repetens iterũ chaos omnia mixtis.
Sydera sideribus concurrent ignea &c.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Ouid.1.Metamorpho.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correctaq; regia cæli,
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Idem docuere Seneca in fine libri de consolatione ad Martiam. Plato in Thimęo; & fuit communis Stoicorum sententia, & vetustissimorum phiorum Zenonis, Cleanthis, & Chrysippi, ut referunt Eusebius lib. 15. preparationis Euangelicę, & Hieron. Isai. 51. Sybilla ẽr lib. 2. Oraculorum sic ait.

Tunc ardens fluuius cælo manabit ab alto,
Ignem atque locos consumet funditus oẽs.
Terramque, Oceanumque in gentem, & cærula ponti,
Stagna, lacus, fluuios, fontes, Ditemque seuerum:
Calestemque polum cæli quoque lumina in vnum.
Fluxa fluens forma deleta prorsus eorum.
Astra cadent: etenim de cælo cuncta repulsa.

¶Quarto loco arguitur rationibus. Prima desumitur ex sacris literis. Legimus enim Genes. 1. ꝙ postquã Deus iussit, ut cõgregarẽtur aquæ in locũ unum, ut appareret arida, postea diuisit aquas in duas partes, & fecit firmamẽtũ, ut diuideret aquas ab aqs, videlicet aquas quę super cælos sunt ab aquis quæ sub cælo sunt. Quod quidẽ ea causa factum est, vt docet Ambro. lib. 2. Exame. & Beda de natura rerũ. c. 3. ut calor ætheris & ignis tẽperaretur: id quod tali signo persuadẽt, qa aliquãdo sol apparet madidus. Colligitur ergo ex dictis cælum esse corruptibile, primo quidẽ quia aquæ illę, quæ sup cælos sunt, trãsierũt per cælũ ad locũ superiorẽ ergo trãseũtes diuidebãt illud, ac proinde corruptibile est. Deinde, quia cęlũ est alterabile ab aquę qualitate, ut patet ex ipsa doctrina Ambrosij ergo est corruptibile. Cõfirmatur. Nã ut cõstat. 2. Petri. 3. cæli in die iudicij sunt uel destruendi, vel purgãdi, vel renouãdi per ignẽ: secũdũ cõmunẽ explicationẽ Sanctorũ. Vide D. Greg. lib. 3. moral. c. 59. At uerò ignis nõ agit in rẽ incorruptibilẽ ergo si cęlũ alterãdũ est ab igne corruptibile est. ¶Secunda ratio sit. Cælũ mensuratur tẽpore quoad suã substãtiã ergo est corruptibile. Cõsequentia patet ex dictis in q. 10. Antecedens probatur ex D. Tho. in lib. de causis. propositione. 31. imo in propositione. 30. dicitur, quòd id quod semper mouetur ut cælum, simpliciter cadit sub tempore. Et confirmatur. Quia vt dicitur. 2. ad Corin. 4. Quæ uidẽtur tẽporalia sunt; sed cęlũ uidet ergo tẽporale est. ¶Tertia rõ. Cęlũ nõ habet uirtutẽ infinitã, ergo est corruptibile. Antecedens probatur ex lib. 8. physicorũ, ubi ostenditur ꝙ in nullo corpore est potẽtia infinita. Consequẽtia vero probat, quia per potentiam finitam, non potest ali quid durare tẽpore infinito; aliàs non esset proportio inter effectũ & potentiã, quoniã duratio infinita non habet proportionem cũ potentia finita. ¶Quarta ratio. Cælum habet materiã, ut infra dicemus in hoc articulo, ergo est corruptibile. Probatur cõsequentia, qm Aristot. lib. 12. Metaph. text. 30. probat, quòd intelligentia motrix cælorũ dicenda est immaterialis, ut sit sempiterna & incorruptibilis ergo sentit omne materiale esse corruptibile.

¶Quinta ratio. Procedit cõtra rationem D. Thom. qua probat primã cõclusionẽ uidelicet, ꝙ motus cælorũ non habẽt cõtrariũ. Est argumẽtũ. Cæli planetarũ mouent duobus motibus cõtrarijs, uidelicet, ꝓprio motu ab occidẽte in orientẽ, & altero mot ab oriẽte in occidentẽ, prout mouentur à primo mobili motu diurno: isti autem motus sunt contrarij, ergo ratio D. Tho. supponit falsum. Cõfirmatur. Quoniã habere motus cõtrarios nõ causat corruptibilitatem, ergo nõ hẽ motũ cõtrariũ, non est causa incorruptibilitatis. Antecedẽs patet, quoniam in intellectu & uolũtate sunt motus cõtrarij, assensus & dissensus, uel uolitio & nolitio eiusdẽ obiecti, & tamẽ neutra potentia est corruptibilis. ¶Sexta & ultima ratio est cuiusdam insignis Astrologi, Mathematicarũ Salmanticæ publico magnoq; stipendio professoris. Is libellũ ædidit, in quo demonstrare se cõtendit, ꝙ supra lunã fiant comętæ, qui circulariter mouentur; idque specialiter probat de insigni cometa, qui accidit in Cathedra Cassyopeæ Anno 1572. cuius ego testis oculatus fui. Est igitur argumentum. Vniuersi cometæ præsertim immobiles, ideſt, qui præseferunt similitudinẽ fixarũ stellarũ, & mouentur solũ motu uniuersi,

uniuersi, scilicet, spatio viginti quatuor horarum ab ortu ad occasum generantur suprà orbem lunæ, imò multo superius accidit prædictus insignis cometa, ergo cęlum est corruptibile. Consequentia manifesta est, quoniam illic aliquod corpus generatur etiam magnæ quãtitatis, & ibidem corrumpitur, ergo substantia cęli corruptibilis est: quoniam non est illic alia materia, ex qua huiusmodi cometæ generentur, & in qua desinant cum corrumpuntur. Antecedens verò illud demonstrat prædictus Astrologus proposita ante oculos tali figura.



Sit semicirculus terrę. b. f. d. terrę medietas, cuius cẽtrũ sit. A. sit. E. F. G. H. semicirculus cęli stellati. Terra autẽ vt demonstratur ab oĩbus Astrologis, rõne suæ distantię à cęlo stellato nullã habet rõnem quantitatis, est .n. velut punctum; ita prorsus vt oẽs observationes quæ fiunt ab Astrologis respectu cæli stellati, perinde valeant atq; si fierẽt à centro terræ, cum tñ fiant in superficie. Rursus supponẽdũ est, ꝙ à centro terræ vsq; ad superficiẽ eius sunt 1031. leucæ cũ semisse. Si igitur ponamus ab. F. superficie terræ vsque ad locũ. C. vbi de sũa Aristotelis generant cometæ, esse 1031. leucæ cum semisse, si ex punctis orientalis partis terræ, & occidentalis radij visuales librentur vsque ad. C. cometam, tũc visualis radius ex. D. indicabit. C. cometam coniunctum esse cum stella fixa. F. Illẽ vero radius qui exurgit ex. B. indicabit. C. cometam coniungi cum stella fixa. G. eritque differentia locotum cometę apparentium respectu vtriusque radij quantus est arcus cęli stellati. F. G. videlicet, quinquaginta quatuor graduũ & amplius. At verò cometa, qui apparuit Anno 1572. in toto orbe visus, apparuit. n. plusquàm per annum integrũ, quem Astrologi diligentissimè obseruauerunt, circumferebatur per totum orbem, apparuitque semper toti orbi in eadem distantia, cũ tribus stellis Cassiopeæ efficiens figurã rhombum pęnè quadratam, ergo non potuit in aere consistere distans 1031. leucis à terra; aliàs 54. graduum & amplius fuisset diuersitas locorum aspectorum in cælo stellato aspicientibus à puncto. B. & à puncto. D. Hoc autẽ falsissimũ est, cũ experiẽtia cõstiterit, ꝙ oĩbus aspicientibus à remotissimis regionib. mũdi iuxta eundẽ locũ particulariter cæli stellati apparuerit. Itẽ est alia demonstratio. Sit luna Y. distãs à terra 33. semidiametri terræ, & producant radij visuales ex eisdẽ punctis terræ. D. & B. tunc dicta radiorũ ostẽdentiũ lunã in diuersis locis cęli stellati erit arcus. L. M. videlicet, triũ graduũ & amplius. Quã quidẽ diuersitatẽ locorũ, cum luna sit ꝓxima terræ, certissimis demõstrationib. per instrumenta inueniunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Astrologi. Cũ igitur nulla fuerit in prædicto cometa diuersitas aspectus locorum, necesse est dicere, ꝙ fuerit accensus supra orbem lunæ. Deinceps, si ponamus cometas fieri in tertia aeris regione pinguibus exhalationibus accensis in illa, cùm re vera demonstretur, exhalationes à terra resurgẽtes nõ ascendere supra terram vltra. 52. milliaria, hoc est, vltra tredecim leucas (sicut demonstrat Alhacen sexta propositione de crepusculis, & Vitelliõ. 6o. propositione li. x. perspectiuæ) tunc inter duo loca, q̃ aspiciũtur in cælo stellato radiis visualibus protractis ex: B. & D. punctis, esset distantia locorum aspectorum. 89. gradus, ergo euidentissimũ est cometam illum fuisse accensum supra lunam. Apparuit. n. Orientalibus & Occidẽtalibus æquè distans, & æque appropriãs stellis cæli, quam octaua sphęra stellarum dicunt. Vndè colligitur, ꝙ Aristoteles errauit. 2. Metheororum dum posuit cometas fieri in aere, & aerem circulariter moueri, ac proinde cometam ipsum moueri ab ortu ad occasum motu circulari. Constat. n. ꝙ aer non mouetur nisi ventis agitur. Quod patet ẽt; si cernamus altissimas nubes, quæ multis horis existunt immobiles. Itẽ, tempore pestis aer altissimis nubibus croceis ac tenuissimis affectus est, quæ quidem non mouentur, sed per aliquos menses immobiles stant, & idcircò putrescunt & pestiferæ sunt; q̃ si moterent, nõ putrescerent neque pestis cã existeret. Hæc est potissima rõ, quæ ab experientia & mathematicis demõstrationibus desumitur. Et fortalis eo pacto D. Augustini aliquid simile accidit, propter quod ipse dixit vbi supra, ꝙ Astrologi sui temporis certissimis demonstrationib. ostendebant cælum esse corruptibile.

IN oppositum est Arist. j. de cælo à tex. xv. vsq; 19. & in li. de mundo ad Alexãdrum ait cęlestia corpora esse perpetua pp optimum ordinem, quo sunt dispositа. Cũ Aristotele sentit Di. Th. & omnis Theologorũ schola in omnibus. n. exemplis, q̃ ad rem Theologicã proferunt, semp præsupponũt cælorum incorruptibilitatem. Pro hac suã arguit primo. Omne corruptibile habet in se potentiã passiuam ad aliã formã, sed cęlũ hãc potẽtiã non hẽt, ergo. Maior patet. Nulla res põt inclinari ad nõ esse, nisi quatenus inclinatur ad aliud esse incompossibile cũ eo, ꝙ habet etenim ad priuationẽ nihil per se inclinatur. At verò oẽ corruptibile tendit ad non esse, ergo quatenus habet potentiã ad aliud esse. Minor verò principalis argumenti probatur, quoniã materia cæli non est receptiua alterius formæ, vt paulo post demonstrabimus, ergo. De hac rõne vide quæ Cajet. dicit sup. q. 9. art. 2.

¶ Secundum argumentum est, quo vtitur Arist. lib. j. de cęlo vbi sup. Cælũ non habet cõtrarium, ergo non est corruptibile. Consequentia patet, quia oĩs corruptio fit à cõtrario agente, & terminatur in terminũ similẽ agenti, & contrariũ ei, quod corruptũ est, vt colligitur ex. j. Physico. tex. 44. Antecedens probat Aristor. quia contrariorum debent esse motus contrarii: at verò motui cælesti circulari nullus mot⁹ est cõtrarius, ergo ipsum mobile non habet contrarium. Hanc rõne qua potissime vtitur Arist. & D. Th. hic oportet expendere. Impugnat. n. cã Philopponus qui aliàs dicitur Io. Grã. multipliciter. Primò quidẽ, q̃n ad hoc ꝙ aliqd sit generabile & corruptibile, non oportet ꝙ habeat propriè contrariũ, sed sufficit, ꝙ habeat contrarii largè loquendo, s. priuatiuè, sicut homini contrariatur nõ hõ, quatenus ex nõ hoĩe fit homo: sed hmõi contrarietas etiam reperitur in cælo, ergo ex hac parte non probatur esse incorruptibile. Secundò. Nã si contrarietati expõtum debet correspondere contrarietas motuum, sequitur ꝙ ignis sit magis contrarius terræ, quã aquæ, quod constat esse falsum, siquidem cum terra conuenit ignis in siccitate, non aũt cum aqua habet symbolum. Sequela vero probatur, quia ignis & terra habent motus magis contrarios, ignis. n. mouetur maximè sursum, & terra maximè deorsum. Tertiò. Q̃n ignis in propria sphęra, imo ẽt suprema pars aeris circulariter mouetur, vt dr̃ li. j. Metheororum, & tñ ignis, & aer est aliquid contrarium, ergo ꝙ nihil sit cõtrariũ circulari motui, nõ arguit cælo nihil eẽ contrariũ. ¶ Pro solutione notãt defensores Arist. Primo. Illũ loq de motu naturali rei, nõ de voluntario, & idcirco si anima moueretur cõtrariis motibus virtutis & vitij, nõppea erit corruptibilis q̃n isti motus non sunt naturales sed volũtarij. Loqt̃ ẽt Aristoteles de motu naturali proprio rõne formę ipsius mobilis, & idcirco si aqua calefiat, & iterum frigefiat, quãuis illi motus sint contrarij, non tñ aqua est sibi contraria, quia motus calefactionis non est sibi naturalis naturalitate formæ & speciei, quãuis dicatur naturalis rõne materiæ. At vero ipsum calefactiuum dicetur cõtrariari aquæ, q̃n illi agenti cõpetit rõne formæ qualitas illa, s̃m quã mouet aquã. Notant secũdo, ꝙ nõ ait Aristoteles, ꝙ si mobilia non sunt cõtraria, ꝙ neq; motus erunt contrarij, sed vice versa. Potest. n. quis dicere, ꝙ non oẽs motus contrarij sunt contrariorũ, vt probant argumento facto. Notant tertiò, ꝙ quãuis substantiæ nulla substantia sit cõtraria, nec s̃m materiam nec s̃m formã substantialẽ: nihilominus substantiæ aliquid contrariũ est s̃m propriam dispositionẽ ad talem formam. Sicut ignis dr̃ contrarius aquæ propter caliditatem, & frigiditatẽ, & propter siccitatẽ & humiditatem, quæ sunt dispositiones cõtrariæ, & aiunt, ꝙ hmõi contrarietas inuenitur in oĩbus, q̃ generantur & corrumpuntur. Hanc aũt contrarietatem consequitur contrarietas motuũ localium s̃m graue & leue: & idcirco ex substratione grauitatis & leuitatis intelligitur cæleste corpus exemptum ab oĩbus aliis contrariis, q̃ cõcomitantur graue & leue. Q̃n si non habet contrarietatẽ s̃m motum localẽ, consequitur ꝙ nullã aliam contrarietatem hẽat, quia vbi alia contrarietas inuenitur, statim sequitur contrarietas in motu locali. Et itaque (aiunt) bonum argumentum ad probãdum, ꝙ aliquid caret contrario, ꝙ non habeat motum localem propriũ & naturalẽ alteri contrariũ. Cum igitur motui circulari cæli nullus alius motus sit cõtrarius, cõuenienter concluditur ipsum cælum mobile non habere contrariũ. ¶ Aliter ẽt probat hoc D. Th. li. j. cont. gent. c. 82. & sit tertium argumẽtum pro suã sẽtia. Aristo. q̃n cęlum hẽt virtutẽ vniuersaliorẽ sup oĩa corpora inferiora, ergo cęlo nihil est contrariũ. Antecedens supponatur modò, & cõsequentia probatur. Nã si cælũ haberet contrarietatẽ cũ aliquo corpore, profectò non influeret in illud aliquid illi cõueniẽs, sed potius destrueret illud. Confirmatur. Q̃n cęlũ est primũ in genere mobiliũ, & propinquissimũ reb⁹ immobilibus, ergo est incorruptibile. Patet consequentia. Quia tale corpus debet habere minimũ de mutabilitate. Vnde solũ mouebitur localiter, q̃n iste motus nihil intrinsecũ rei variat, sed tñ ipsum vbi, imò cum circulariter moueatur cęlum, solũ suas partes mutat vbi. Ratio est D. Tho. lib. j. de cælo lect. 6. ¶ Quartum argumentum desumi potest ex ordinatissimo motu astrorum cælestium. Ab initio. n. mouentur regulariter omnia astra, quæ dicuntur esse in firmamento cæli, siue in octaua sphęra. Similiter etiam motus planetarum proprij regularissimi sunt in suis propriis orbibus, & supra propinos axes mouentur ab Occidente in Orientem paulatim per agentes circulos suos, non obstante, ꝙ quotidie rapiantur ab Oriente in Occidentem motu diurno ab octaua sphęra, siue à primo mobili, non tam velociter circulum diurnũ peragentes propter ipsorum retrocessionem; q̃ oĩa vix aut nullatenus possunt intelligi, si cælum ipsum esset corruptibile. Q̃o. n. esset tanta vniformitas & mirus concẽtus in corpore corruptibili? ¶ Quinto loco argumentantur pro hac suã ex sacris literis. Nã Gen. j. dr̃. Dixitq; Deus: Fiat firmamẽtũ in medio aquarũ, & diuidat aquas ab aquis. Dr̃ etiã, ꝙ stellas posuit in firmamento cæli. At vero si cęlũ esset corruptibile, nõ esset firmum firmamentum ad diuidendum aquas ab aquis, neq; stellæ essent fixæ in firmamento: ergo saltẽ firmamentum dẽt esse incorruptibile. Itẽ Iob 37. dr̃. Tu forsitan cum eo fabricatus es cęlos, qui solidissimi quasi ex ære fusi sunt? Vbi duo dicuntur, alterum est ꝙ cęli sunt solidissimi, alterũ est, ꝙ quasi ex ære fusi sunt. Quibus significat, & ꝙ cælum simul totũ factum est sicut vasa, quæ fiunt fusilia, & ꝙ formã perpetuam acceperunt cũ soliditate, sicut vasa, q̃ fiunt ex ære, quæ nõ cõsumuntur rubigine. Deinde in Ps. 148. loquens Propheta de cælis inquit. Statuit ea in ęternũ & in sæculum sæculi. At vero si natura sua essent corruptibiles cæli, licet ex Dei potentia conseruarentur, non dicerẽtur statuta in æternum & in sæculum sæculi. Et Lyra dicit, ꝙ cæli dicuntur stabiliti & non fundati sicut terra, quia sunt incorruptibiles, explicans illud Prou. 3. Dominus stabiliuit cœlos prudentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Deniq; defensores huius sniæ afferunt, p illa D.Hier.sup Isa.51.& D. Dion.c.4.de diuinis nominib. & Chrysosto.& Theophilactum,& Theodoret.sup illud ad Hebr.c.8. Tabernaculi veri, qđ fixit Deus & non hõ. Quos(aiunt) intelligere p tabernaculũ verũ cælos materiales,q dicunt fixi, nõ quia in eis nullus sit motus, sed quia p naturam incorruptibiles sunt.Insuper afferunt Basil. ho.j.Exam.& Hilar.super Ps.122.asserẽtes, cælorum firmitatem sm naturã. Hæc sunt argumenta quæ pro vtruq; parte sese offerunt, neq; pluta aut matora inuenientur.

Decisio difficultatis.

PRima conclusio.Theologis Scholasticis vtilior est cõis snia Peripateticorum, q̃ cæli sunt natura sunt incorruptibiles.Rõ huius est, qm̃ tota Scholastica Theologia plena est exemplis desumptis ex incorruptibilitate cælestium corporũ,& ex illorũ materia alterius generis, q̃ materia elementorũ. Quodsi cæli natura sua corruptibiles sunt, hæc exemplorũ vtilitas destruitur,ergo nobis vtilius est snïam Aristotelis sequi. Et cõfirmatur, quia Theologi semper debent noxitatem doctrinæ fugere etiã in Philosophicis, quæ dissonantiã sapientũ auribus efficiat,nisi forte euidens & conuincens demõstratio afferatur,sed assertio corruptibilitatis cælestium corporum nouũ quid auribus sapientum Theologorum nostri temporis insonat,ergo reijcienda est à cõmuni Scholasticorum locutione.

¶Secunda conclusio. Si causa hæc autoritate diffinienda est tam Sanctorum q̃ philosophorum, non video pro qua parte sententia ferenda sit secluſa Theologorũ Scholasticorum autoritate, qm̃ vtraque habet assertores magnæ autoritatis.Sed si accedat D.Tho.autoritas, qui in Philosophia & sacræ Theologiæ peritia multũ valuit, simul etiam accedat cõis Scholasticorum sententia; multum præponderat sententia Aristotelica,q̃ cælestia corpora sunt ex natura sua incorruptibilia. Loquimur autem hactenus de cælestibus corporibus visibilibus, quæ luminatibus visibilibus ornata sunt. Nam de cælo Empyreo vbi Sanctorum Angelorum & hominum sedes sunt, dicemus art.3.quàm sit certum esse, & quomodo sit

immobile & incorruptibile. ¶Tertia conclusio. Si autem rationibus agendum sit rationes vtriusque scholæ Peripateticæ, & Theologicæ,sententiam de cælorum incorruptibilitate ostendunt certissimam. Hæc conclusio patet argumentis secundo loco factis, quæ certè vix aut nullo modo solui possunt, nisi negando communem,& receptam ab omnibus Philosophiam.

PRius tamẽ quàm ad argumentorum solutionem accedam, operepretiũ est expendere dictum illud sapientis.Sap.9.Difficile æstimamus quæ in terra sunt,& quæ in prospectu nostro sunt, inuenimus cum labore,quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis? Quo in loco tria genera cognoscibilium distingui videtur. Duo quidẽ priora ad naturalẽ hominũ cognitionem attinent,tertiũ verò ad supernaturalẽ. Primũ quidẽ q̃ in terra sunt, & q̃ oculis nostris obiiciuntur, inuenimus cum labore,sed tandẽ inuenimus plurimũ. Cognoscunt.n.hoïes cõpositionẽ rerum naturaliũ, & proprietates plurimas earundem. Deinde q̃ in cælis & supra nos sunt pauci sunt,qui inuestigare valeant, & cũ certitudine iudicent,qualiter disponantur, motusque suos peragant, qualiterq̃; in hæc inferiora influant.Propterea dixit Sapiẽs. Quis inuestigabit? Mirum.n.est,quot orbes,quot centricos & concentricos, quot Epycicl os, quot Axes Astrologi cõfinxerint,vt apparitiones & cõcursus astrorũ cũ incorruptibilitate cælorũ defendant. Alij vero q̃ cælos visibiles corruptibiles ac diuisibiles asserunt, non opus hñt orbes multiplicare, sed astra p cælum moueri suis motibus tardioribus aut velocioribus aiunt. Atq; ita verificatur quod Eccl.3.c.dicitur:Mundum tradidit disputationi eorum, vt nõ inueniat hõ opus, quod operatus est Deus ab initio vsq; in finẽ.Nimirum vt humilientur hoïes, & aliã sapientiã supernaturalẽ inquirant, p quam ad eternã vitã puenitur. Et hoc est tertium quod Sapiens dixit:sensum autem tuũ quis sciet, nisi tu dederis Sapientiam & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis?Hęc aduerterim, vt non sapiamus plus q̃ oportet sapere, sed nostri ingenij paupertatem agnoscentes,sapiamus ad sobrietatem.

AD primum igitur argumentum eorũ, quæ pro parte affirmatiua proposita sunt,communis & sufficiens solutio est,q̃ ea testimonia intelligenda sunt de cælis pro ea parte, qua ipsa tegio aeris dicitur etiam cælum, vt exponit Diu. Augustlib. 2 de Ciuitate.c.24. & super Psal.101.super illud: Ipsi peribunt, &c. & Rupertus Abb. lib.1.in Genes.capi.50.Et quod sic accipiatur cælum probatur ex illo Gene.49. Benedicet tibi benedictionibus cęli desuper,vbi glossa interlinearis ait, ideſt, temperie, & prouentu aeris. Et volucres cæli dicuntur habere nidos, Et Hierem. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum. Altera explicatio solet esse, quòd Scriptura sæpe loquitur per exaggerationem, acsi diceret: Ipsi peribunt, ideſt, etiam si ipsi pereant; tu tamen permanebis. Et præsertim illud Lucæ 21.Cælum & terra transibunt;ita explicari potest, non quòd desinant esse, sed quòd compatatione ad verba Dei potius illa transibunt, quàm verba Dei vera & firma non sint. Cæterum ad illud testimonium ex Ecclesiast.c.17.Respondetur ex D.Hieronymo,quòd illa corruptio & deficientia significat mutationem in melius,non interitum & desitionem. Dicitur enim aliqua res fieri interdum,quando acquirit aliquid de nouo,& dicitur etiam deficere, quando illi subtrahitur aliquid quod antea habebat, etiam si mutetur in melius. Cui fortassis consonat quod dicitur in Psalm.118. Defecit in salutare tuum anima mea, quotiã anima in Deum tendens deficit in amore proprio, & diuino amore transfertur in Deum.Sic & cæli deficient, qm̃ liberabuntur à seruitute corruptionis, ne iam deinceps deseruiant suis motibus & influentijs rerum generabilium & corruptibilium varietati. Et hoc est quod dicitur ad Corint. 5.Præterit figura huius mundi.Sic & illud Isa.51.Cæli sicut fumus liquescent,& terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut Equi interibunt.At vero constat quòd homines non totaliter desinent esse. Iustorum atque corpora resurgent in melius; immutata damnatorum et corpora permanebunt: ergo proportionaliter est dicendum cum dicitur, quod cæli sicut fumus liquescent, videlicet, quia mutabuntur non quantum ad substãtiam,sed quantum ad accidentia motus & lucis,iuxta illud Isai.cap. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum. Et per hoc patet ad illud ad Roma. 8. Vanitati enim creatura subiecta est, &c. At vero locus ille Diui Petri in 2. Canti.ca.3. Qui maiorem quibusdam difficultatem ingerit,iuxta prędictas expositiones explicari potest,imo quidem vt nomine cæli intelligatur regio aerea, quæ igne purificanda est. Sic.n.explicat D.Th.& cõmunis Theologorum schola. Neque valet quod quidam aiunt, quòd cæli in plurali nunquàm sumuntur pro aere,sed solum in singulari. Quoniã in Hebrayca lingua nomen, Samaim, quod secundum terminationem vocis duale est, & pro aere & pro cælis accipitur. Neque dissonat huic interpretationi sensus ille in argumento insinuatus,videlicet, quòd cæli per diluuium perdiderũt terrã. Etenim aquæ diluuij in regione genitæ sunt, & inde in terrã descenderunt.Quod autem videtur D. Petrus condistinguere cælos ab elementis, facile soluitur,si nomine elementorum dicamus intelligi ea,quæ prope nos sunt,scilicet, aquam & terram: aliàs enim si nomine elementorum intelligas quatuor elementa, etiam ignis igne ardebit,atq; ardore tabescet.Neque huiusmodi explicationes extortæ sunt, quoniam & illud quod Christus dixit, Et stellæ cadent de cælo, explicatur à Sanctis, & doctoribus spiritualiter, & alij noïe stellarum intelligunt inflammationes quasdã similes stellis,vt feruent cælorum & astrorum connexionem. Nam si vna stella maior est tota terra, quomodò poterunt stellę cadere de cælo in terram? Cæterum explicatio beati Clementis non cogit, quoniam possumus dicere, quòd nomine cæli visibilis inferioris intelligit faciem cæli aerei, ad quam visus noster terminatur. Per prædicta patet ad testimonium Iob, Et Apocalypsis. Ad rationem vero quæ desumitur ex ipsis testimonijs respondetur, quòd non solùm oportet recurrere ad metaphoras quãdo in Scripturis aliquid dicit, qđ repugnet fidei,aut legi naturali,sicut est illud; Si oculus tuus scandalizat te,erue eum; sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

qñ aliquid asseritur, quod viris doctis, & pijs videtur repugnare ordini naturæ absq; euidenti necessitate. Et sic accidit in præsenti. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd potius ex ipsa voce, Samaim possumus iuuare partem negatiuam. Cum enim sit dualis numeri, videtur significare differentiam cœli corruptibilis, scilicet, aëris, & incorruptibilis, vel incorruptibiliũ, vbi astra continentur. Vel certè per dualem numerum intelligere possumus ex vna parte cœlos omnes visibiles, ex altera B verò inuisibile cœlum, vbi sunt beati. Fortassis enim hac de causa, & nomen Hierusalaym duale est, vt detur intelligi Hierusalem illa materialis, & Hierusalem spiritualis, quæ partim est Ecclesia militans, partim triumphans. Cui alludens Apostolus dixit ad Galat. 4. Illa autem quæ sursum est mater nostra Hierusalem, libera est. ¶ Ad secundum argumentum quod desumitur ex sententia Sanctorum Patrum respondetur, quòd sequuti sunt in hac parte doctri- C nam quorundam Philosophorum, præsertim Platonicorum, qui cœlos natura sua corruptibiles esse, sunt arbitrati. D. autẽ Tho. & Theologi Scholastici iudicauerunt sentẽtiam Aristotelis, & Peripateticorum certissimam esse. ¶ Ad tertium respondetur multos philosophorum in ea fuisse sententia: Quòd autem carminibus diem iudicij prædixisse videntur, credendum est aliqualem notitiam habuisse desumptam ex populo Hebræorum. Sybillæ autem Deo instigan- D te multa prædixerunt, sed inde non colligitur cœlorum corruptibilitas; habere enim potest eandem intelligentiam qua explicuimus loca Scripturæ. ¶ Ad quartum. Quod desumitur ex rationibus respondetur ad primam rationem, quòd non est necessaria explicatio, ut infra videbimus; q̃ nomine firmamenti diuidentis aquas ab aquis, intelligatur cœlum stellarum; sed pòt intelligi aer, quo diuiditur locus, vbi generantur aquæ pluuiales ab aquis inferioribus. Sed E esto ita nomine firmamẽti intelligatur cœlum stellatum, non inde sequitur illud esse corruptibile, quoniam nomine aquarum, quæ super cœlos sunt, non necessario intelliguntur aquæ elemẽtares, quasi pars aquarum inferiorum ascenderit sursum per cœlos: sed sensus est, quòd supra cœlum stellatum sint quædam aquæ alterius naturę ab inferioribus, quod a quibusdam dicitur cœlum Chrystallinum, quod fortassis habet specialem influentiam in aquas. Cęterum, quod Ambrosius, & Beda dicunt cõsequenter loquuntur ad suam opinionem. ¶ Ad confirmationem patet iam ex dictis. ¶ Ad secundam rationem respondetur, q̃ substãtia cœli nunquam mensuratur tempore secundum se, sed quatenus mobile est secundum partes, ita mensuratur tempore. ¶ Ad confirmationem respondetur, q̃ omnia visibilia dicuntur temporalia, quia eorũ vtilitas temporalis est. ¶ Ad tertiam rationem variè respondent philosophi, Etenim Alexander, vt refert Commentator. 8. Physic. tex. 41. propter illud argumẽtum conuincebatur, q̃ cœlum erat corruptibile, quamuis per Dei omnipotẽtiam conseruaretur iuxta doctrinam Platonis. Ipse vero Commentator aliter solvit argumẽtum. Negat enim q̃ in cœlo sit potentia ad esse, sed solum ad vbi, secundum Aristo. lib. 8. Metaph. tex. 12. Et sic ratio non procedit, quæ præsupponit in cœlo reperiri potẽtiam ad esse. Sed Di. Tho. hîr. de cœlo. lect. 6. & li. 1. contra Gẽt. c. 20. arguit contra Commẽtatorẽ: quoniã Aristo. lib. 1. de cœlo. tex. 20. docet, q̃ cœlũ habet potẽtiam vt semper sit, ergo quamuis non habeat potẽtiam passiuam ad aliter essendum, ut intelligẽdus est Arist. lib. 12. Metaph. habet tamẽ potẽtiam, hoc est, potestatẽ rationis formæ ad eẽ perpetuum. Quapropter D. Tho. respondet, q̃ cum esse cœli sit æternum & inuariabile, non erit infinitũ positiuè, quia hoc nõ põt reperiri nisi secundum quantitatem, sed erit indiuisibile formaliter, licet coexistẽter sit diuisibile; Et idcirco ad sic existendum non requiritur virtus infinita, quia neque effectus est infinitus. Neque enim requiritur maior virtus ad existẽdum per vnum annum, quàm per vnum instans. De quare vide Ferr. libro 1. contra Gent. cap. 20. ¶ Ad quartam rationem Ferrarien. lib. 3. contra Gent. cap. 20. respondetur, q̃ Aristoteles duo intendebat probare. Alterum, quod intelligentia motrix cœlorum est sempiterna; alterum, q̃ est immaterialis. Prius quidẽ illud probat, quia non habet materiam, quæ sit subiectũ priuationis, & appetat aliam formã. Quod A quidem sufficit ad sempiternam durationẽ. Alterum verò non probauit, nisi ex hoc, qd est primum mouens omnino immobile. Etenim omne materiale mobile est. ¶ Ad quintam rationem, quæ procedit contra rationem D. Thom. imò & Aristotelis patet solutio ex notabilibus, quæ paulò ante aduertebamus. Ad dissoluendas obiectiones Philopoli. Respondetur ergo, q̃ motus Planetarum, qui dicuntur moueri ab Occidente in Orientem, non est propriè contrarius, B tum quia non fit supra eosdem polos, supra quos mouentur motu diurno: nam & ipsi Poli planetarum mouentur circulariter ad motum primi mobilis, tum etiam quia illi duo motus non sunt propriè, & per se eiusdem orbis. Ratio autem procedit de motu proprio & naturali. ¶ Ad confirmationem patet ex dictis, quoniam ratio D. Thom. & Aristotelis procedit de motu naturali, prout distinguitur a voluntario. ¶ Ad sextam, & vltimam rationem multipliciter respon C dent tam Theologi, quàm alij. Theologi quidem ignorantes huiusmodi demonstrationes. Perspectiuæ aiunt, quòd falluntur Astrologi in aspectu Cometarum. Alij negant, quòd ille insignis Cometa apparuerit eodem momento temporis è regione eiusdem, stellæ ijs, qui erant apud Indos, & ijs, qui erant apud Hispanos, & ijs qui erant apud Germanos, & apud Asiam. Prior quidem solutio ignorantium est, & ideo cum illis non disputandum. Altera vero solutio D proteruiam præ se fert. Quis enim credat, q̃ Astrologi, qui sunt in Hispania cũ alijs Astrologis aliarum regionum conuenirẽt, vt nos fallerent, & dicerẽt, q̃ in sede Cassyopæ apparebat semper Cometa illa insignis? Quapropter quidam insignis Astrologus dixit, fuisse miraculum cõuictus hoc argumento sexto. Nihilominus argumentum, quod citrà dubium est solubile, conabor vt potuero dissoluere. Dicam enim, q̃ cum Cometa apparet, est certa quędam di E spositio in suprema aeris regione per circuitum ipsius regionis continuata. At vero stellæ, circa quam, vel circa quas conspicitur a terræ habitatoribus Cometa, talẽ habẽt virtutẽ, vt talis apparẽtia fiat in ipso aere vndecumq; aspiciẽtibus è regione ipsius stellæ Cometam illum. Volo dicere, q̃ Cometa nõ sit in aliqua determinata parte aeris respectu omnium aspiciẽtium, sed q̃ per totam circũferẽtiam aeris sit talis dispositio, vt aspiciẽtibus ex directo versus stellam, vel stellas causantes huiusmodi apparẽtiam Cometa ipse appareat. Aliquid simile accidit in Hyride; non. n. est in determinata parte nubis roridæ, sed è diuersis locis aspiciẽtibus versus nubẽ apparet arcus Hyridis è regione Solis. Afferam aliud simile, si hactenus nunquàm apparuisset cœlũ nubibus coopertum, & de improuiso videremus raris nubibus opertum cœlum, ita vt è regione Solis appareret in nubib. aspiciẽtibus versus Solẽ aliquod signum rubeũ, vel alterius coloris: nunquid quia signũ illud omnibus apparebat prope Solẽ, dicendum erat reuera esse prope Solẽ? Minimè quidẽ quoniam in diuersis partibus nubiũ fieret illa apparẽtia cõspiciẽtibus a diuersis locis terræ. Sed quid dico? De facto simile, quid accidit circa Lunam. Cum. n. aer est subnubilosus, ita vt Luna causet circulum in aere aspiciẽtibus versus illam, tunc profectò qlibet Astrologus concederet mihi circulum illũ non esse in parte determinata aeris, magis quàm in toto aere sic dispositio, ità vt aspiciẽtibus versus Lunã appareat propè Lunam, cum tñ non sit propè Lunã, sed valde prope terram. Quid ergo mirum est, si in suprema aeris regione, aut certè in sphæra ignis, (si talis sphæra est) fiat quibusdam tẽ poribus talis dispositio per circulum regionis, vt vndecumq; habitatores terræ respiciant versus stellam vel stellas, quæ causant illam apparẽtiam, videatur illis esse propè talẽ stellam, vel stellas; cum tñ sit sub orbe Lunæ. Video sanè dicturos Astrologos non videri credibile, q̃ regio aerea per circuitũ totum talem habeat dispositionem, vt aspiciẽtibus versus stellam vel stellas effectrices, & quasi ductrices illius apparẽtiæ semper in eodẽ loco, hoc est, propè stellas illas appareat. Verũ tamẽ ego dico, q̃ nõ demonstrat eẽ impossibile, q̃ talis dispositio sit in suprema regione aeris secundum aliquam grossitiẽ per circuitum causatam certis tẽporib. ab astris, & planetis. Quod si quibusdã uideatur noua imaginatio, respõdetur, q̃ nouo argumẽto & nouæ experiẽtiæ lau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

danda est noua solutio. Alioquin non ignorantes demonstrationes perspectiuæ conuincet argumentum cælos esse corruptibiles, vel recurrendum erit ad miraculum.

DVbitatur iam secundo circa tertiam conclusionem articuli. An materia cælestium corporum, & elementorum sit eiusdem rationis. ¶ Arguitur primo pro parte affirmatiua ex D. Augu. lib. 1. super Genes. ad literam cap. 1. & lib. 1. de Genesi contra Manichæ. cap. 7. & lib. 12 confes. cap. 20. in quibus locis tenet, quòd ex eadem materia fecit Deus cælum & terram. Hoc ipsum videntur sentire plerique Sanctorum, qui negant cælos esse quintam essentiam, sed aiunt esse de natura quatuor elemẽtorum, & corruptibiles natura sua. Sic habet Ambros. lib. 1. Examer. capit. 6. & lib. 2. capite. 3. & lib. 2. de Abraham. capit. 8. Theodoretus super illud Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum. Et Hypolitus in illud. Et diuidat aquas ab aquis. Aquatius, & Seuerianus in illud: Et Vocauit Deꝰ firmamẽtum cælum. Idem tenet Augustinus Eugubinus in sua Cosmopeya in primum caput Geneseos, & probat primo, quoniam ita videtur dicere D. Petrus 2. Cano. cap. 3. vbi ait, quòd cæli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo. Vbi sicut notat Glossa interlinearis, sic habet alia trãslatio. Cæli erant olim de aqua, & per aquã constituti. Et Caieta. annotatione super illum locum dicit, quòd licèt dicatur ibi in numero singulari, consistens, & videatur referri ad solam terram, tamen debere legi; consistentes; in numero plurali, Item probat ex Damasceno, & Philosophis, qui ita senserunt, & citat Empedoclem, & Hesiodum, & Homerum, & Talethem Milesium, & Diodorum, & Ouidium libro 1. Metamorph. dicentem.

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Nam cælo terras, & terris abscidit vndas,
Et liquidum spisso secreuit ab aere cælum.

¶ Quasi dicat, quod ex aceruo illo aquarũ eduxit æthereum substantiam, vnde exortum putat antiquorum poetarum iuramentum, per aquas, stygiamque paludem, quoniam per principia rerũ & vetustiora iurabant. Etenim vetustiora sanctiora videntur.

A Eandèm sententiã secutus est Arias Montanus in suo apparatu in lib. de Ioseph. ca. 8. & in lib. de Phaleg. fol. 6. col. 1. in fine, persuasus testimonio codẽ Diui Petri. ¶ Arguitur secundo. Non sunt duę primæ causæ efficientes, neque duo primi fines, siue vltimi (qd idẽ est) neq; sunt duo puri actus, ergo neq; duæ materiæ primæ. Probatur consequẽtia, quia ppea in illis nõ dant gradus distincti, qm̃ sunt extremũ vniuersi, & gradus non inueniũtur in extremis, sed in medijs. At vero materia prima est aliud extremum vniuersi, qm̃ inter ipsam & Deum reliqua mediant, ergo &c. Cõfirmatur. Quoniam aliàs non esset maxima distantia inter purum actum, & puram potentiam. Daretur. n. aliqua pura potentia, scilicet, materia cælorum, quæ non maximè distaret à Deo: magis enim distaret materia elemẽtorum. ¶ Arguitur tertiò. Si materia cæli, & inferior materia distinguerentur per ordinem ad diuersos actus, scilicet, formam cæli, & alias formas; sequitur quod ẽt materia nostra distinguatur specie per ordinẽ ad diuersas formas specie distinctas. v. g. ad formã aquæ & formam terræ: consequens est falsum; ergo. ¶ Quartò. Omnia agẽtia, quæ repatiuntur ab his, in quæ agunt, communicat in materia eiusdẽ rationis, vt habet. 1. de Generatione tex. 53. & 54. sed cælum, dum agit in iferiora, repatitur ab eis, ergo. Minor probatur, quia D. Tho. supra q. 44. ar. 4. & alibi sæpe docet, q̃ omne agẽs præter primum, agendo repatitur. ¶ Quintò. Cælum est comparabile cum his inferioribus secundum quantitatem, & secundùm virtutem actiuam; nam cælum magis illuminat, & minùs calefacit, q̃ ignis, ergo habet materiam eiusdem rationis cum illo. Patet consequentia, nam Arist. lib. 2. de Generatio. tex. 57. ad probandum contra Empedoclem, q̃ elementa sunt ad inuicem trãsmutabilia, facit hanc consequentiã; Sunt comparabilia secundùm quantitatẽ, & virtutem actiuam, ergo communicant in materia eiusdem rationis, ergo sunt transmutabilia: sed eadẽ ratio est de cælo, ergo. ¶ Sexto arguitur contra rationẽ articuli. Vt corpus sit corruptibile non sufficit, q̃ materia eius de se sit apta recipere aliã formam, nisi sit agens qd possit eã inducere, & expellere contra-

contrariam; & præterea ip̃samet forma prę existens admittat secum in materia contrarias dispositiones: sed neutrum horum conuenit cælo, nec deberet necessariò conuenire (etiam si haberet materiam subiectã priuationi, & potentẽ recipere alias formas) ergo non esset corruptibile. Maior est nota, & probatur minor. Nam licèt materia cæli de se sit in potentia naturali passiua ad suam formam; non propterea est agens naturale, quod possit eam inducere, ergo similiter licèt esse in potentia ad alias formas, non ideo deberet necessario esse agens, quod illas induceret præter ipsũ met Deũ. Quo ad secundam vero partem, & tertiam simul probatur eadem minor. Quia probabile est, materiam omnium cælorum esse eiusdem speciei, & tamen nullum cælorum est corruptibile; quia forma cuiuslibet cæli non admittit secum dispositiones pro forma alterius cæli, neque verò est agens naturale, quòd possit illã inducere præter Deũ; licet in illa materia sit potẽtia passiua naturalis ad illam recipiendam. Confirmatur rursus. Tota ratio quare sequeretur cælum esse corruptibile, si eius materia esset eiusdem rationis cum nostra, esset quia sic esset in potentia ad recipiendas formas corruptibilium, & ideò aliquando deberet eas recipere, ne talis potentia esset frustra; & tunc per aduentum nouæ formæ corrumperetur præexistens: sed hæc ratio nulla est, ergo. Probatur minor, nam quòd sit in potentia naturali ad illas nõ infert, quòd possit eas recipere illa pars materiæ, quæ est sub forma cæli: sed satis est, quòd alia pars eiusdem rationis & speciei illas recipiat. Etenim quòd nulla species materiæ non possit recipere quo ad totam suam latitudinem aliquam formam, ad quam est in potentia, esset inconueniens: nullum vero absurdum est, quòd aliqua individua illius speciei nequeant eam recipere. Satis nanque est, ne sit frustra illa potentia, quòd aliud individuum eiusdẽ speciei illam recipiat: sicut materia Petri non potest recipere formam Pauli, quæ induatur ex ordine ad hanc portionem materiæ, & tamen illa potentia materiæ Petri non est frustra, quia satis est quòd adimpleatur in alia portione materiæ eiusdem

A speciei, sicut etiam potentia & appetitus naturalis cuiuslibet mulieris ad habendum filium non oportet impleri in qualibet muliere, sed satis est impleatur in alia eiusdẽ speciei. ¶ Septimò, Quanuis materia cæli sit in potentia ad formas corruptibilium & non habeat eas, non sequitur quòd habeat priuationem illius: nam vt aliqua res habeat priuationem alterius, non sufficit, quòd possit habere illam rem, & non habeat; sed requiritur, quòd debeat habere.
B Ita D. Thom. 2. sent. d. 34. q. 1. artic. 2. Vnde qui est vulgaris homo, non dicitur priuatus Geometria, licèt possit illam habere; quia non debet illam habere. Nec in primis diebus creationis rerum ponemus malum, aut priuationem in rebus, licèt res nõ haberent plures perfectiones, quas poterãt habere: quia non debebantur illis. Hinc sumitur argumentum, Materiæ non debetur esse sub aliqua forma, ergo etiam si materia cæli posset recipere formas inferiores, &
C non habeat, non dicetur priuata illis. Confirmatur. Quãdo aliqua forma debetur alicui subiecto, & non inest; subiectum non dicitur priuatum illa, si habeat aliam nobiliorem. Vnde 3. par. q. 4. dicitur, quòd humanitas Christi non appetit propriam pronalitatem, neque est illa priuata, quia habet aliam perfectionem, s. diuinam: sed materia cæli habet formam cæli, quæ est nobilior omnibus corruptibilibus, ergo etiam si illę formæ deberentur illi, & posset eas re-
D cipere, non dicetur priuata eis. ¶ Octauò. Si Deus disponeret materiam cæli conuenientibus dispositionibus pro anima rationali, & eam vniret illi materiæ, resultaret homo eiusdem speciei, atque modo est, ergo illa materia est eiusdem speciei cum ea, quam modo habet. Antecedens est notum, quia tunc illud compositum esset animal rationale. Consequentia verò probatur; nam identitas specifica videtur requirere identitatem specificam partium essentialium. ¶ Alia plurima argumẽta, vide apud
E Capr. in 2. sent. dist. 12. quæstio. j. contra secundam conclusionem. Vide etiam Hernæum de materia cæli. quæst. 3. & Sonz. 12. Metaph. q. 9. & Dominicum de Bland. lib. 8. Metaphy. quæst. 7. articu. 3. & lib. 12. qõ. 2. articu. 2.

Propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRopter argumẽta facta vel similia, Sco. 2.dist.12.q.1.& Ægidius & Aureolus, & alij ibidem, & Abulens.ca.1.Gen.tenent, ꝙ materia cœli est eiusdem rationis cum materiam omnium inferiorum. Idẽ habet Auicen.suffic.lib.1.c.3. & hoc videntur docere Doctores, quos attulimus argumento primo facto à principio huius dubij.

¶ Prima conclusio. Pro decisione huius dubij sit.Cælum Empyreum non hẽt materiam eiusdem rationis cum materijs cæterorum corporum. Hæc conclusio certa est etiam autoribus tenentibus contra D. Thomam, ꝙ materia cæterorum cœlorum non differt à nostra.Tenet eam Abulensis vbi supra,& alij.Probatur autẽ ratione. Materia, quam nos cognoscimus in cæteris omnib. corporibus,& quam Arist.diffiniuit, principium est motus, & quietis eius in quo est: sed in cælo Empyreo nullus est motus,ut dicetur infrà, ergo non habet materiam eiusdem rationis cum nostra.

¶ Secunda conclusio.Materiæ cæterorum cælorum, & horum corporum inferiorum nõ sunt eiusdem rationis. Probatur primò. Quia ita sentit expresè Arist.8. metaphy. tex.11.Et Commẽtator lib.1.de cælo & mũdo.& D.Thom.& omnes eius discipuli.Ambro.lib.2.de Abraham. cap.8. circa finem: ait esse communem sententiam Philosophorum.Et probatur ratione D. Thomæ in articulo, quæ est Commẽtatoris vbi supra. Pro cuius intelligentia, nota cum Caietano hic,quòd cum omnis potentia respiciat aliquem actum sibi adæquatum, per quem definiatur; vt patet 9. Metaphy. & materia sit pura potentia, consequens est, quòd debeat respicere formam, aut vnam secundum speciem, aut vnam secundum genus. Differt autem inter hos modos, quòd illa, quæ respicit vnam formam secundum genus, respicit secundariò plures species formæ: ex quo sequitur, ꝙ quando habuerit vnam, adhuc est in potentia ad aliam: ac per hoc priuatur illa: nam priuatio est potentia ad aliquam formam cum negatione illius. Non autem appeteret priuationem, si non appeteret per se aliam formam: aliàs appeteret primò malum, aut non esse, quod implicat. Potentia verò, quæ respicit vnam formam secundum speciem, non est in potentia ad plura, nisi fortè per accidens; quia species illa esset numero multiplicabilis, vt species humana: vnde cùm habeas illam, nullo sibi possibili careat; nullam habebit priuationem. Ex his patet ratio articuli. Quia si materia cæli est eiusdem rationis cũ nostra, ergo appetit nostras formas, ergo cũ non habeat illas, est priuata eis; & per consequens, cælum corruptibile est.

¶ Secundò & confirmatur ratio præcedens. Diuersus modus recipiendi per se aliquam formam diuersificat potentiam; sed materia cœli recipit formam inamissibiliter (per eam enim satiatur) & hoc est per se, quia in cœlo nihil est per accidens, ut dicitur lib.1.de cælo: materia verò nostra recipit suas formas amissibiliter, nec satiatur eis, ut testatur continua corruptio, ergo.

¶ Tertiò illa quæ habent materiam eiusdem rationis, sunt transmutabilia ad inuicem, vt habetur lib.1.de Generatione: sed cœlum, & hæc inferiora non sunt transmutabilia ad inuicem, ergo. Probatur minor. Quia non datur agens naturale, quod actiuè possit illa transmutare: omni autem potentiæ passiuæ naturali debet correspondere potentia actiua naturalis, nisi fortè per accidens impediatur, quod in cælo non potest contingere, vbi nihil est per accidens ergo. Alias rationes vide apud Sonzi. vbi supra.

¶ Tertia conclusio. Materia cuiuslibet corporis cœlestis distincti numero ab alio, est alterius rationis a materia cuiuslibet alterius corporis cœlestis. Hæc conclusio est contra Capr. vbi supra, ad argumenta cõtra primam conclusionem, & contra Sonz. vbi supra quæst.10. & contra alios. Est tamen Caieta. hic. Et probatur eadem ratione, qua præcedens conclusio. Nam si materia cuiuslibet cœli respiceret per se primò genus formæ cœlestis, ergo quando haberet vnam formam, esset in potentia ad alias; & per consequens esset eis priuata. Item, aliàs corpora cœlestia essent ad inuicẽ transmutabilia, & oportebat esse agens naturale, quod posset vnam illarum formarum introducere in aliam portionem illius materiæ Probatur, nam D.Tho. sæpe, maximè lib.2.contra Gent cap.93. ratione 5. docet, quòd in corporibus cœlestibus quodlibet indiuiduum habeat totam materiam suæ speciei. Quæ doctrina habetur expresè ab Aristo. lib.1.de cœl.tex.95.ergo.

¶ Hanc rationem impugnat Scotus in 2. sent.dist.3.quæst.7.in fine. dicens Aristotel. in hoc errasse. Quia tamen nullam affert rationem pro sua sententia, tenenda est sententia Aristot. Argumenta verò, quæ poterant fieri contra hoc, afferentur quæst. 68. artieu.4. Ratio horum facile intelligitur, si aduertas, quòd sicut inhabitibus distinctio eorum per se primò sumitur ex diuerso modo procedendi: hoc enim modo distinguitur intellectus, scientia, fides, opinio: Supposito deinde eodem modo procedendi distinguuntur scientiæ, uel opiniones penes diuersa obiecta: ita proportionabiliter philosophandum est in materiæ distinctione, quòd cum materia ex natura sua sit potentia ad recipiendas formas substantiales, ex diuerso modo recipiendi illas sumitur prima distinctio materiæ. Et quia diuerso modo recipiunt illas materia nostra, & materia cœli: nostra enim recipit illas amissibiliter, neque aliqua earum satiatur: materia verò cœli satiatur sua forma, neque recipit illam amissibiliter: ideò penes hunc diuersum modum distinguuntur istæ materiæ. Supposito verò eodem modo recipiendi; & informationis passiuè, restat alia distinctio specifica materiæ ex diuersis formis, quas primò respiciunt. Quoniam autem materia Solis per se primò & adæquatè respicit formam Solis, & materia Lunæ, formam Lunæ, & sic de alijs; ideo istæ materiæ distinguuntur specie. Quia verò materia nostra nullam formam corruptibilẽ per se primò respicit, sed totum genus talium formarum; ideo ista non admittit distinctionem specificam. ¶ Quòd si quæras, Quare hæc materia respicit per se primo totam latitudinem genericam formarum corruptibilium, illa verò tantũ vnam formam specificam? Patet solutio ex dictis. Nam quia materia cœli recipit suam formam in amissibiliter & satiatur ea, non requirit plures formas ad sui consistentiam, sed tantùm vnam, cui proportionatur, & propterea negligit cæteras. At uerò, quia materia nostra recipit illas amissibiliter, & nulla earum satiatur; inde est, quòd quia sine forma nequit subsistere, & nullam earum potest perpetuò habere: appetat plures, vt vna deperdita, succedat altera. Ex his sequitur, quòd cœlum non est de natura quatuor elementorum, sed est quintum corpus simplex distinctæ naturæ a cæteris. Hoc corollarium est contra eos authores, quos in primo argumento retulimus, & contra plurimos Philosophorum, quos refert Diogenes Laertius libro 1. de vitijs Philosophorum, vbi refert Ægyptios sentientes Stellas esse ignẽ; & refert Possidonium libro 7. de cœlestibus dicentem Solem esse ignem purissimum, & Lunam de natura terræ,& libro 8. refert etiam Empedoclem, quem supra attulimus sentientem etiam Solem esse naturæ ignææ, & libro 9. idem ait sensisse Leucippum. Nihilominus nostrum corollarium est expressa sententia D. Basil. homil. 3. Examer. qui desumpsit hanc doctrinam, ex Aristotel. de cœl. a tex. 8. usq; 17.& probat id pluribus rationibus. Probatur; clarè ex suprapositis conclusionibus. Nam omne elementum vel corpus de natura quatuor elementorum debet habere materiam,& qualitates eiusdem rationis cum elemẽtis: hæc enim rõne diceretur tale corpus esse de natura elemẽtorum; sed ut patet ex supradictis, cælũ nõ hẽt materiã, neq; qualitates proprias elemẽtorũ, aut alias qualitates resultãtes ex eis, ergo. Præcipua rõ Aristot. pro hoc corollario sumitur ex distinctione motuum Cæterorum.n.corporũ motus naturalis non est circularis, sed cæli motus naturalis est circularis, ergo. Minorem ibi probat Aristo. sed probat modò ex Scriptura. Habetur enim expresè Eccl.1. Lustrans in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Quem locum ad nostrũ propositum de Sole explicat Hieronymus. Eph.3.explicans illud, Quæ sit latitudo &c. Hoc ipsum apertè probat eius figura. Nam licet August. 1.de Genes.ad literam. cap.9. Et glo.ordina.Gen.primo.ibi, Et fecit Deus firmamentum, Et Magist.in 2.sententia.distinctio.14. cap.3. dicant illam non referri ab scriptoribus sanctis, quia per eos, etiam si hoc scirent, noluit Spiritus Sanctus referri, nisi quod prosit saluti: Et licet Procopius Gazæus in illud Gen.primo: In principio fecit Deus cælum, & terram: dicat, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd qui assereret cælum moueri circulariter, & esse figuræ Sphæricæ, contradiceret Moysi, Prophetis, Paulo, & Christo cõtrarium asserentibus, & dicẽtibus illud immobile permanere. Quod etiã repetit c.7. mutuans ferè eadem verba ex Chrysost.hom. 14.& 27.in Epist.ad Hebr.& homil.12. Ad populum. Quod etiam sensit Lactant. Firmi.lib.3.diuin institu.c. 24. Quod idem ẽt docent Theodoretus, & Theophilatus supra illud Hebr. 8. Tabernaculi veri, quod fixit Deus; vbi dicunt, illud verbum, fixit, tollere & rotunditatem & motum eius. Tamen his non obstantibus eius figura videtur aliquatenus explicari Isa. 40. Nam vbi nos legimus: Qui extendit velut nihilum cælos, legunt 70. & cum eis Basilius homil.1.Exam. Qui extendit cælum, sicut cameram, vel sicut fornicem, vt ad modum Sphæræ terras operiat. Et Chrysost. homil. 12.Ad populum in Psal. 103. sic legit. Qui statuit cælum tanquàm testitudinem, &c. cuius figura sphærica est, de quo vide Duran.in 2.di.13.q.5.

A dicunt, quòd omnium viuentium mater est aqua, vt testantur omnium animãtium semina liquida. Vel intelligetur de cælo, & terra quantum ad eorum apparentiam, & segregationem. Nam terra vt arida apparuit ex segregatione aquarum, & aer vt succedens loco aquarum segregatarum cõsistit ex aqua segregata. Explicationes sunt Caietani ibidem, & huic vltimæ consentit glossa. Aliam expositionem habes dubio sequenti. ¶Ad secundum negatur consequentia. Disparitas est, quia causa efficiens & finalis sunt causæ extrinsecæ, quæ ex diuersitate effectuum non distinguuntur. At materia est pars intrinseca, quam oportet variari iuxta distinctionem rerum, & specierum, quas constituunt. Item est alia differentia, quòd primum agens, & vltimus finis est esse subsistens, & sic nulla ratione potest eius ratio multiplicari. Non enim per subiectum, quia est subsistens, nec per differentiam, quia esse non potest habere differentias, nec limitari nisi per subiecta: at materia habet per quid distinguatur, scilicet per ordinem ad diuersos actus. Ad confirmationem respondetur, quòd inter purum actum, & puram potentiam in genere est maxima distantia positiua, non verò inter purũ actũ & quamlibet puram potentiam in speciali: quia sic maior distantia est inter Deum & naturam nostram, quàm inter Deum & materiam Solis. ¶Ad tertium negatur sequela: quia, vt patet ex dictis, materia nostra per se primò respicit totum genus formarum corruptibilium, vnde per earum diuersitatem non potest variari: materia verò cuiuslibet cæli, respicit per se primò vnam formam specificam, cuius rationem supra dedimus, & ideo variatur species iuxta specificam variationem ipsarum formarum. ¶Ad quartum respondetur, quòd repati stat dupliciter, vno modo, quia in sua actione mouetur aliquid ab alio, quod aliàs non moueretur: Secundo modo, quia ab eodem supposito numero, in quod agit, repatitur recipiens eius qualitates, & conditiones. Quæ repatiuntur secundo modo, communicant in materia, & ita intelligitur Aristoteles. Sed D. Thom. loquitur de primo modo repassionis. ¶Ad quintum Diu-

Thom.

A D argumenta vero in principio posita rndendũ iam est. Ad primũ rndet ex D.Th.in 2.sen.d.13.q.1.ar. 2. q illi Sancti tradiderunt hoc nõ quasi asserentes, sed quasi vtentes his, q in Philosophia didicerant. Vnde non sunt maioris autoritatis, q dicta philosophorũ, quos sequuntur, nisi in hoc, & sunt ab omni infidelitatis suspicione separati. Vel põt dici, q sumunt aquam secundum similitudinẽ diaphaneitatis &c. Hactenus D.Tho. Quæ verba S.Th. maximè sunt notanda, vt sciamus Sanctos intelligere & explicare, q desumũt aliqua dogmata ex philosophia, ne quia asseruntur a Sanctis, statim fidei dogmata putemus. Itẽ põt dici, q Di.Augu. loquebatur de vnitate proportionali materiæ, non de vnitate specifica. Ad locũ autẽ D. Petri, rndetur q loquitur de cœlo aereo. Ita exponũt Augu.& Ruper. vt dictum est sup. Et gl.ord.2. Petri. 3. Et quidẽ de cælo vereo intelligi põt, non quòcunq;, nam elementa sunt prima subiecta, quæ non fiunt ex alterutris, neque ex aliis, sed loquitur de cælo, & de terra quo ad plenitudinem eorum, quia volucres cæli & animalia terræ, ex aquis fuisse producta cõstat ex principio Genes. Vnde & philosophi

Thom. ibidem ait, quòd per comparationem in quantitate, intelligit comparationem in raritate & densitate. Elementa enim sic sunt comparabilia, quia propter raritatem aeris ex vno pugillo terræ, fiunt centum aeris & mille ignis &c. Vocatur autem ista comparatio in raritate & densitate, comparatio in quantitate; quia raritas extendit partes materiæ penes maiorem situm & extensionem. Similiter quod ibi docet Aristot. omnia comparabilia secundum virtutem esse transmutabilia; intelligit de virtute vniuoca communi vtrique, quæ in cœlis & corruptibilibus non reperitur; quia saltim nõ est vniuocatio in modo habendi illam.

A te naturali potẽte introducere eam iterum in materiam. Materia autem cœli est in potentia tantum receptiua ad suam formã, non in potentia contradictionis: & ideo non oportet dari agens naturale respectu illius: quod necessariò esset ponendum, si daretur in ea potentia contradictionis. Ad secundam probationem patet ex dictis, quòd materia cuiuslibet cœli est distinctæ speciei. Ad confirmationem respondetur concessa maiori negando minorem, scilicet, quòd illa ratio sit insufficiens. Et ad probationem respondetur, quòd potentia ad aliquam formam non frustratur, si non possit recipere omnes formas individuas eiusdem speciei, vt patet in intellectu humano, qui non potest recipere omnes intellectiones numero, quę sunt in omnibus hominibus. Frustraretur autem, si non posset recipere illam speciem formæ, ad quam inclinatur: sicut frustra esset potentia in intellectu meo ad Mathematicas, si non posset illas habere. Hoc supposito patet differẽtia inter materiam nostram, & materiam cęli; nam quæcunque portio nostræ materię est in potentia ad tot species formarum, ad quod inclinatur tota materia, & tot potest recipere; licet non inclinatur, nec possit recipere, tot numero formas, ad quot inclinatur, & potest recipere tota materia. At materia cœli non potest recipere speciẽ formarum incorruptibilium: & ideo non est ponenda in ea potentia ad eas, ne sit frustra. Illud autem de fœmina nõ conuincit. Nam per accidens est ex indebita subiecti dispositione, quòd mulier non possit concipere. In cælo autem, quod est opificium solius Dei, respectu cuius nihil est per accidens, nihil per accidens ponendum est: vt docet Arist. 1. de cœlo.

¶ Ad sextum negatur minor. Quoniam ex hoc, q materia illa haberet potentiã contradictionis ad recipiendam aliam formã, & amittendam illam; necessariò sequeret, quòd deberet esse in rerum natura potẽtia actiua naturalis ad introducendam illam, & ad introducendas dispositiones sufficientes pro eius vnione, & conseruatione, & ad expellendas dispositiones contrarias, & repugnantes formæ præexistenti: aliàs potẽtia passiua esset frustra, vt dictum est. Ad probationem respondetur, quòd potentia duplex est, altera purè receptiua, quæ scilicet, nulla passione media recipit formam: altera receptiua & passiua simul, per quam passum patitur ab agente, & recipit formã. Illa quidem non est potentia contradictionis ad habendam, & non habendam formam, vt patet in subsistantijs receptiuis suarum passionum, quibus nunquam possunt carere. Hæc verò est potentia contradictionis, vt patet in corpore respectu albedinis. Quando ergo dicitur, quòd omni potentiæ passiuæ naturali debet correspondere actiua naturalis; intelligitur de potentia passiua secundo modo, non primo. Huius ratio est, nam si esset potentia contradictionis, posset carere illa forma, & cum illa expellatur ad introductionem alterius, oporteret vt esset naturale agens, quod illam aliam introduceret, ne maneret materia sine forma, quod est impossibile. At potentia purè receptiua non potest carere illa forma, quam habet à Deo: & ideo non oportuit, quòd natura prouideret de agen-

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est habere in seipso, & secundum D. Tho. A in 2. sent. distinctio. 34. quæst. 1. artic. 2. intelligitur, quod natum est, & debet habere secundum tale tempus & locum, & cæteras circunstantias. Et hæc est propriè priuatio. De qua re etiam vide M. Soto in Logica cap. de oppositis. Materia autem hoc modo, si in rigore loquamur, nunquam dicetur priuata aliqua forma, quia tempore, quo debet illam habere secundùm exigentiam dispositionum, semper habet eam. Dicitur autem priuata, quia caret ea forma, quam apta est habere. Et cùm hæc priuatio in materia nostra sufficiat ad corruptionem, eadem etiam sufficiet in cœlo. B

Ad confirmationem respondetur ex Durand. in 2. sent. distinctio. 12. quæstio. 1. numero 14. & Scoto in 4. sent. distinct. 49. q. 6. quòd priuatio alicuius formæ nunquam tollitur à materia per hoc quòd habeat aliam, in qua illa prior virtualiter continetur. Ratio est, nam forma non tollit à materia nisi priuationem, cui ipsa opponitur C formaliter: & non illam, cui opponitur virtualiter. Est enim in materia potentia ad recipiendam illam formam virtualiter & formaliter: & per hoc quòd acquirit formam, quæ aliam virtualiter continet, non acquirit proprias conditiones, quas illa forma habet in se; & ideirco etiam si forma cæli virtualiter contineret omnes inferiores, non propter hoc habens illam carebit priuatione aliarum. Ad illud autem de humanitate Christi respondetur differètiam esse, D quòd personalitas diuina non solùm virtualiter, sed etiam eminenter continet totam perfectionem, & entitatem humanæ personalitatis: & ideo, illa habita, cessat appetitus huius, quia per illam habet multò eminentius quidquid formaliter haberet per hanc. Per formam verò cæli, non habetur eminenter quod haberetur per cæteras.

¶ Ad octauum respondetur, quòd in tali casu ille non esset homo eiusdem speciei nobiscum. Ita videtur docere D. Thom. 3. E par. q. 5. ar. 2. corp. Vnde dicendum est, quòd neque esset viuiuocè animal rationale. Definitio enim animalis, est compositum ex anima sensitiua, & materia corruptibilium, atque adeò in illo casu esset alia species de nouo creata.

DVbitatur tertiò, circa quartam conclusionem. An cælum sit compositum ex materia & forma. ¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Cælum Ecclesiastici 1. vocatur spiritus. Dicitur enim de Sole, vel de cœlo: Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, ergo est immateriale: spiritus enim non habet materiam. Confirmatur, nam D. Thom. in 2. sent. dist. 11. qu. 1. ar. 1. ad quintum. consentit cum Commentatore, quòd cælum non habet materiam, quæ sit altera pars compositi, sed quod est subiectum completum.

¶ Secundò. In cælo non est potètia contradictionis, vt dictum est, & patet 9. Metaphys. tex. 17. ergo nec materia. Patet consequentia, quia materia est pura potentia, per quam res potest esse, & non esse, vt patet 7. Metaphy. tex. 8. & 1. Physi. nam est vnum subiectum, & duplex secundum rationem propter priuationem annexam, vbicunque autem est priuatio est potentia ad esse & non esse, ergo. Confirmatur primo. Eadem est potentia contradictoriorum, ut patet 9. Metaphy. tex. 7. sed materia cæli est potentia ad esse, ergo & ad non esse. Item potentia passiua diffinitur 5. Metaphy. tex. 17. q. est potentia transmutandi ab altero, quantum ad illud, ad quod est in potentia: sed materia est potentia passiua, ergo si est in cœlo, illud est naturaliter transmutabile ab altero; & sic erit generabile. Confirmatur secùdò, quia materia priùs habet priuationem, quàm formam, nam priuationem habet à se formam verò ab alio. Priùs autem inest rei quod habet à se, quàm quod habet ab alio, sed materia cœli nunquam habuit priuationem, ergo.

¶ Tertiò. Quia aliàs si esset compositū ex materia & forma, illa forma esset principium sui motus, sicut forma grauis: non enim est ignobilior illa, ergo non indigeret intelligentia motrice.

¶ Quartò. Quia res sunt magis, vel minus compositæ, secundum maiorem, vel minorem elongationem à Deo summè simplici, sed maximè inter corpora distant hæc corruptibilia, in quibus est compositio ex materia & forma, ergo in cœlis vbi est minor elongatio, non debet poni hæc compositio, sed alia minor compositio, videlicet ex partibus quantitatis. Maiorem probat Durand. in 2. sent. vbi supra. ¶ Quintò arguitur specialiter de cœlo Empyreo. Illud est immobile, vt infra dicetur, ergo nō habet materiam. Patet consequentia, quia materia & forma, quæ sunt partes compositi, sunt principium motus, vnde omne ens naturale, nisi est constans ex materia & forma, est mobile. Confirmatur. Nam glos. ordin. Genes. 1. In principio. & Rupert. lib. 1. in Genes. cap. 1. & 6. & Orig. in Genes. explicans illud: Fiat firmamentum, vocant cœlum Empyreum intellectuale, incorporeum, spirituale, ergo non est materiale. ¶ Sextò arguitur. Contra rationem eiusdē conclusionis. Non omnis forma expers materiæ est de genere intellectualium, vt patet de albedine, ergo ratio deficit. ¶ Alia plurima argumēta habes apud Capreol. in 2. sent. distinct. 12. quæst. 1. contra primam conclusionem. & apud Dominicū. de Flan. 8. Metaphy. quæst. 7. artic. 1. & lib. 12. quæstio. 2. artic. 1. Et Sonz. lib. 12. quæstio. 7. Vbi multa congerunt, maximè ex autoritatibus Aristotelis, & Commentatoris.

PRo huius dubij expositione sciendum est Commentatorem lib. de substantia orbis cap. 2. Et 1. de cœl. text. 7. & 10. & lib. 2. text. 40. & 41. & lib. 8. Physic. text. 89. & alibi sæpè docere cœlum esse corpus simplex, non compositum ex materia, & forma. Et licet aliqui doceant, illum non ita sensisse, quia sæpe, vt libro de substantia orbis, in principio. Et 11. Metaphy. text. 30. tribuit materiam cœlo; & dicunt, quòd quando illam negat intelligit de materia eiusdem rationis cum nostra, tamen Diuus Thom. simpliciter docet hic illum negasse materiam in cœlo. Et ideo ita tenendum est illum resolutoriè sensisse. Sequuntur illum Durand. in 2. sent. distinct. 12. quæstio. 1. Aureolus. Godofredus quodlib. 12. quæst. 2. Antonius Andreas 8. Metaphysic. text. 11. Scotus verò distinct. 14. quæstio. 2. docet, q. secundùm sententiam philosophorum sentiendum est cum Commentatore. ¶ Nihilominus sit conclusio, Quodlibet cœlorum habet materiam propriè dictam, quæ est altera pars compositi. Hæc conclusio videtur quibusdam consonus Scripturæ. Dicitur enim 2. Petri. 3. Quòd cœli erant de

A aqua. Sed non ait nostra vulgata, nisi, Terra de aqua & per aquam consistens Dei verbo. Vnde hic locus nihil probat. Quidquid dicat Caiet. illic. Item adducunt illud Sapien. 11. Manus tua fecit orbem terrarum ex materia informi. August. lib. 1. de Genes. contra Manich. cap. 5. & de Genes. imperfect. ca. 3. legit; Fecit mundum; vt includat cœlum, & terram fieri ex materia informi. Quod ibidem, & aliàs sæpe docet ipse August. Item confirmatur communi sententia sanctorum, quos supra retulimus, qui licet non consentiant in hoc, quòd cœlum habet materiam distinctam à nostra; conueniunt tamen in hoc, quòd habet materia aqueam. Eadem conclusio est expressa Aristot. 12. Metaphysic. text. 6. vbi ait; omnem substantiam sensibilem siue sempiternam vt cœlum siue corruptibilem vt inferiora includare materiam tanquam partem sui. Et tex. 10. ait, quòd æterna habet materiam nō generabile, sed in potentia ad vbi. Et 1. Cœl. text. 92. ait, quòd cœlum est sensibile, & singulare existens in materia. Et text. 95. idem repetit. Item 6. Meth. text. 2. ait, quòd omnia de quibus agit Philosophus diffinit vt simum, scilicet, per materiam sensibilem, sed cælum pertinet ad physicam considerationem, ergo debet definiri per materiam; & consequenter debet habere illam. Deinde probatur. Cœlum est quantum, ergo habet materiam. Antecedens patet ad sensum, consequentia verò probatur. Nā

D Aristot. 2. de Generatione cap. de augmento ait, quòd materia non est punctus nec linea, sed cuius ista sunt termini, ergo vbi est linea, vel superficies, vt est in cælo, ibi est materia. Confirmatur. Nam 7. Meth. tex. 8. ait Aristo. quòd remota materia remouentur omnes dimensiones; & communiter dicitur, quòd quantitas sequitur materiam.

¶ Præterea cœlum mouetur motu physico, ergo habet materiam. Consequentia patet ex 6. Physic. & 7. Meth. Vbi dicitur, omne quod mouetur habere materiam. Ad

E hæc, cælum habet accidentia verè materialia vt figuram, &c. sed hæc nequeunt recipi nisi in materia. Vltimò probatur ratione articuli, de qua in solutione ad vltimum dicendum est. Alias rationes vide apud Sonzin. & Flandr. vbi supra.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD argumenta in oppositum respondetur. ¶ Ad primum Hierony. & Glos. ordin. ibidem aiunt, solem, de quo ibi loquitur Sapiens, vocari spiritum: non quia sit spiritus, sed per typum eo genere loquutionis, quo scriptura tribuit aliquando causæ nomen effectus, quem producit. Et quia sol vel cælum causat spiritum, & animam inuisibilem, iumentorum saltim, ut causa instrumentalis, ideo vocatur spiritus, quia sic efficienter viuificat. Huic proposito faciet elegantissimè explicatio Caiet. in illum locum Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Vbi alij legunt, Incubabat, fouebat, siue volitabat: quo significatur motus cæli secundum Caietanum, ita quòd sicut dispositio terræ descripta est, in eo quod dicitur; Erat inanis & vacua; ita dispositio cæli describitur, cum dicitur. Spiritus Domini ferebatur, &c. Per incubare autem siue fouere, quæ sunt propria verba animalium, significatur vitalis motus cæli, quam vitalitatem habet à spiritu. Respondetur secundò, quòd spiritus in Scriptura aliquando etiam significat rem corpoream, vt dicitur spiritus procellarum, & spiritus turbinũ, &c. De quo vide Driedo. lib. 3. de regu. Scripturæ. tra. 2. c. 1. polt medium. Sic ergo, licet cælum vel sol vocetur spiritus, non ea hoc sequitur nõ habere materiã; sicut neq; id sequitur, ex hoc q̃ ventus & procellæ sic vocentur. Ad D. Tho. respondetur, q̃ tantum docet in cælo esse materiã alterius rationis à materia nostra. ¶ Ad secundũ negatur sequela. Ad probationẽ respondetur, q̃ procedit de potẽtia passiua, non de purè receptiua, qualem diximus esse materiã cæli. Et per hoc patet ad primã cõfirmationem. Loca enim Arist. intelliguntur de materia passiua medio motu, qualis nõ est materia cæli. Aliàs codẽ argumẽto probaretur, cælũ posse habere, & nõ hẽre suam figuram. Vel intellige de potentia separata à suo actu, qualis non est materia cæli. Ad secundã confirmationẽ negatur, q̃ materia habeat positiuè à se priuationẽ: aliàs nunquã posset habere formã, quia nulli potest conuenire oppositũ eius, quod à se habet. Si aũt habere à se, sumatur negatiuè, idest, de se nõ habet formã: negatur cõsequẽtia illa, ergo habet priuationẽ. Quia beneſtar, q̃ aliqua res non habeat aliquam conditionem à se: quã tamẽ insepãrabiliter habet ab alio, sine hoc quod in eo præcesserit priuatio talis conditionis. Hoc patet in anima Christi, quæ sẽper habuit gratiam & visionẽ beatificam, quam tamen à se non habebat. ¶ Ad tertiũ respondet Caie. hic, q̃ motus cæli sequitur ad formam eius medio modo se habentem inter actiuũ & passiuum, nam sicut forma cordis concurrit medio modo inter purè actiuum & purè passiuũ, & tamen ille motus non potest esse nisi ab anima: ita forma cæli talis naturę est, ad quam ex coniũctione ad intelligentiam natus est sequi motus circularis, aliàs inquit rueret processus Aristo. 1. Cęl. probantis quintam essentiam corporis cęlestis ex motu circulari; & nihilominus intelligentiam oportet adiungere, sicut animã ad motum cordis. Hæc Gaie. Scio Sotum 2. Physico. asserere, quòd forma cęli tantùm passiuè concurrit ad motũ. Eidem videtur docere D. Thom. 3. contra gent. c. 23. & lib. 4. ca. vltimo. At modò sufficit nobis, quòd requiritur intelligentia ad motum cæli præter formam eius: quia vel illa forma tantùm concurrit passiuè, & tũc requiritur principium actiuum: vel concurrit actiuè, (quod forte non est verum) etiã tunc talem efficientiam habet ab intelligẽtia, & ideo præter formã cæli requiritur intelligentia motrix. ¶ Ad quartum respondetur, q̃ corpora quę minus elongãtur à Deo non debent esse simplicia. Etenim non omne simplicius est perfectius, vt patet in elementis & mistis. Respondetur secundò, q̃ licet cęlũ sit simplicius, hoc intelligitur simplicitate sibi possibili, & quia implicat illud esse corpus, & non habere materiam & formã; ideo simplicitas quæ illi potest tribũ, est maior depuratio, & minor mixtio contrariorum, quam sit in corporibus inferioribus: nam & in elementis reperitur aliqualis mixtio cõtrariorum qualitatũ: quia dum aliqua suarũ qualitatũ, nõ sit in summo, tantũ habet admixtũ de qualitate contraria, quantum deest illi de summa intensione. Ad quintũ simpliùs dicemus ar. 3. dubio primo in fine. Modo respõdeo, q̃ illa definitio materię dat de materia rei ordinatę ad generationẽ: cælũ aũt empyreũ nõ sic ordinatur, sed ad gloriã beatorũ: vnde debet esse

esse quietũ, nec oportet quòd materia eius sit principium motus. Doctrina est Di. Th. art. sequenti ad primum. Vide autẽ de hoc Flandriam. lib. 8. Meta. q. 7. art. 2. Et Di. Th. in 2. senten. dist. 2. art. 1. vbi disputat, An sit corpus, & ibi in solutione ad primum respondet ad nostram cõfirmationem, quòd vocatur spirituale, quia non subiacet nostris visibus, sed intellectu tantum capitur: non quod in se non sit visibile. Vocatur ẽt incorporeum, vel spirituale, ex eo quòd nõ habet corporeitatem tã crassam. ¶ Ad sextum contra rationem respondetur, quòd Di. Tho. loquitur de forma per se subsistente, vt hic bene deducit Caiet. cælum autem, cùm per se existat, si non sit compositum ex materia & forma sequitur quòd sit sola forma: nam sola materia per se existere non potest. Formæ autem illæ, de quibus in argumento fit mentio, non sunt per se subsistentes. Quod vt amplius explicetur notandum, quòd sicut aliquid dicitur immateriale, ita dicitur intelligibile vel intellectiuum. Et quia immateriale dicitur analogicè de substantia, & accidenti spirituali (nam de accidentibus materialibus vt albedine, & aliis non dicimus propriè quod sunt immaterialia: nam saltim subiectiuè habent materiam:) ideo intellectiuum dicetur etiam de eis analogicè, ita vt dicatur de accidentibus per ordinem ad substãtiam. Atque ita omnia accidentia purè spiritualia, vt volitionis intellectiones, &c. si non sunt intellectiua formaliter, sunt tamẽ intellectiua analogicè per ordinem ad substantiam: quia omnia huiusmodi sunt, vel ipsa ratio cognoscendi: vel inclinatio naturæ cognitæ vt volitiones, &c.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm cælum empyreum sit cõcreatum materiæ informi.

339 2. di. 12. ar. 5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̃ cælum empyreum non sit concreatum materiæ informi. Cælum n. empyreum, si est aliquid, oportet, q̃ sit corpus sensibile. Omne autem corpus sensibile est mobile, cælum autem empyreum non est mobile, quia motus eius deprehenderetur per motum alicuius corporis apparentis, quod minimè apparet. Non ergo cælum empyreum est aliquid materiæ informi concreatum.

¶ 2 Præterea. Augustin. dicit in * 3. de Trinit. q̃ inferiora corpora per superiora quodã ordine reguntur. Si ergo cælum empyreum est quoddam supremum corpus, oportet, quòd habeat aliquam influentiã in hęc inferiora corpora. Sed hoc non videtur, præsertim si ponatur immobile, cum nullum corpus moueat, nisi motum, non est ergo cælum empyreum materię informi concreatum. Si dicatur, q̃ cælum empyreum est locus contemplationis non ordinatum ad naturales effectus. Contra. Aug. dicit in * 4. de Trin. q̃ nos secundùm quod mente aliquod æternum capimus, non in hoc mundo sumus. Ex quo patet, q̃ contemplatio mentem supra corporalia eleuat. Non ergo contemplationi locus corporeus deputatur. lib. 3. de Tri. c. 4. & 5. to. 3. lib. 4. c. 24. parũ a med. to. 3.

¶ 3 Præterea. Inter corpora cælestia inuenitur aliquod corpus partim diaphanum, & partim lucidum, f. cælum sidereum. Inuenitur etiã aliquod cælum totum diaphanum, quod aliqui nominant cælum aqueum, vel chrystallinum. Si ergo est aliud superius cælum, oportet, q̃ sit totum lucidum, sed hoc esse non põt, quia sic continuè aer illuminaretur, nec vnquam nox esset. Non ergo cælum empyreum materiæ informi est concreatum. Habeẽt in gl. ordi. Gen. 1. super illud, In principio creauit Deus.

SED contra est, quod Strabus * dicit, q̃ cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram, cælum dicit non visibile firmamentum, sed empyreum, id est igneum. Habeẽt in gl. ordi. Gen. 1. super illud: In principio creauit Deus.

RESPONDEO dicendum, quòd cælum empyreum non inuenitur positum nisi per autoritates Strabi & Bedę, & iterum per autoritatem Basily. In cuius positione, quantum ad aliquid conueniunt, scilicet, quatum ad hoc quòd sit locus beatorum. Dicit enim Strabus * & etiã Beda, quòd statim factum, angelis est repletum. Basi. etiam dicit in secun & refert de hexame. Sicut dãnati in tenebras vltimas ibi quietis domicilium sortiẽtur. Dif ferunt tamen quantum ad rationem penẽdi. Nam Strab. & * Beda ponunt cælum empyreum ea rõne, quia firmamẽtum per quod cæ lum sidereum intelligunt, nõ in principio, sed in secunda die dicitur factum. Basi. * verò ea rõne ponit, ne videatur simpliciter Deus opus suum. Habeẽt in gl. ordi. Gen. 1. super illud: In principio creauit Deus. Gen. c. 2. * Loco cit. Ho. 2. in hexa. à medio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuum à tenebris inchoasse quod Manichæi calumniantur, Deum veteris testamenti, Deum tenebrarum nominantes. Hæ autem rationes non sunt multum cogentes, nam quæstio de firmamento quod legitur factum in secunda die, aliter soluitur ab Augusti. & aliter ab aliis sanctis. Quæstio autem de tenebris soluitur secundùm Augu. per hoc, quòd informitas, qua per tenebras significatur, non præcessit duratione formationem sed origine. Secundum alios verò, cum tenebræ non sint creatura aliqua: sed privatio lucis diuinæ sapientiæ attestatur, vt ea, qua produxit ex nihilo, primo in statu imperfectionis institueret, & postmodum ea perduceret ad perfectum. Potest autem conuenientior ratio sumi ex ipsa conditione gloriæ expectatur enim in futura remuneratione duplex gloria, scilicet spiritualis & corporalis, non solum in corporibus humanis glorificandis, sed etiam in toto mundo innouando. Inchoata est autem spiritualis gloria ab ipso mundi principio in beatitudine Angelorum, quorum æqualitas sanctis promittitur. Vnde cõueniens fuit, vt etiam à principio corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore, quod etiam à principio fuerit absque seruitute corruptionis, & mutabilitatis, & totaliter lucidum: sicut tota creatura corporalis expectatur post resurrectionem futura. Et ideo illud cælum dicitur Empyreum, id est ignitum non ab ardore, sed a splendore.*

Li.9. super Ge. ad li. c. 15.& li. 7.c.27.

Lib.10. de ciui. Dei.c.9. & 27.to mo.5.

Secundum est autem quòd Aug. 10.decimi. Dei. dicit, quòd Porphyrius discarnebat à dæmonibus angelos, vt aerea loca esse dæmonum, æthera verò vel empyrea dicerent angelorum. Sed Porphyrius tanquam Platonicus cælum istud sydereum ignem esse existimabat. Et ideo empyreum nominabat vel æthereum, secundum quod nomen æthereis sumitur ab inflammatione, & non secundum quòd sumitur à velocitate motus, vt Aristot.* dicit. Quod pro tanto dictum sit, ne aliquis opinetur Aug. cælum empyreum posuisse, sicut nũc ponitur à modernis.*

Lib. 1. Meteo. c.3.& 1. de cælo, tex. 22. com.2.

A D primum ergo dicendum, quòd corpora sensibilia sunt mobilia secundum ipsum statum mundi: quia per motum creaturæ corporalis procreatur elementorum multiplicatio. Sed in vltima consummatione gloriæ cessabit corporum motus. Et talem oportuit esse à principio dispositionem cæli empyrei.

A *A D secundum dicendum, quòd satis probabile est quòd cælum empyreum, secundum quosdam cùm sit ordinatũ ad statum gloriæ, non habet influentiã in inferiora corpora quæ sunt sub alio ordine: vtpote ordinata ad naturalem rerum decursum. Probabilius tamen videtur dicendum, quòd sicut supremi angeli, qui assistunt, habent influentiam super medios & vltimos, qui mittuntur, quamuis ipsi non mittantur secundum Dionysium.* ita cælum Empyreum habet influentiam super cor-*

Ca.8.ex lest.hier.

B *pora quæ mouentur, licet ipsum nõ moueatur. Et propter hoc potest dici q̃ influit in primum* ca prin- *cælum, quod mouetur: non aliquid transiens & adueniens per motum, sed aliquid fixum & stabile: puta virtutem continendi & earumdi, vel aliquid huiusmodi ad dignitatem pertinens.* cipium id in- nuit.

A D tertium dicendum, quòd locus corporeus deputatur contemplationi, non propter necessitatem, sed propter congruitatem, vt exterior claritas interiori conueniat. Vnde Basi-

C *lius* dicit, quòd ministrator spiritus non poterat degere in tenebris, sed in luce & lætitia degendi sibi habitum possidebat.* Hom.5 in He xa. à medio illius.

A D quartum dicendum, quòd sicut Basilius dicit in Hexam. constat factum esse cælum rotunditate conclusum, habens corpus spissum, & adeo validum, vt possit ea quæ extrinsecus habentur, ab interioribus separare. Ob hoc necessario post se, regionem relictam carentem luce constituit: vtpote fulgore qui*

Hom. 3. in Hexa. inter principium & me-

D *super radiabat excluso. Sed quia corpus firmamenti etsi sit solidum, est tamen diaphanum, quòd lumen non impedit (vt patet per hoc q̃ lumen stellarum videmus non obstantibus medijs talis) potest aliter dici, quòd habet lucem cælum empyreum non condensatam vt radios emittat, sicut corpus solis: sed magis subtilem, vel habet claritatem gloriæ quæ non est consimilis cum claritate naturali.*

SVMMA ARTICVLI.

E COnclusio est affirmatiua. Probatur primò, quia ita asserunt Strabus, Bæda, & Basilius. Secundò. Quia in futura remuneratione expectatur duplex gloria, spiritualis, & corporalis in corporibus humanis

manis glorificandis & in toto mundo innouando: sed spiritualis gloria cœpit ab initio mundi in beatitudine angelorum, ergo similiter corporalis gloria debuit inchoari in aliquo corpore, quod à principio fuerit sine corruptionis seruitute & mutabilitate & totaliter lucidũ: quia talis erit tota creatura corporalis post resurrectionem. Et hoc est quod dicitur cælum empyreum, id est, igneum ab splendore.

A probatur dupliciter. Primò, quia sic non possent beati videre, quia visio fit per diaphanum medium, quod supra conuexum primi cæli non inuenitur: deinde, quia sequeretur nullum beatorum esse in loco aliori, nam in superficie conuexa primi cæli empyrei non datur locus sublimior minus excelsus, cùm sit perfectè sphærica; consequens tamen est falsum, nam vnicuique debetur locus tantò altior quantò eminentior ac beatior fuerit, ergo. Quoad secun-

B dam vero partem probatur eadem minor, quia tunc non possent beati loqui, quum locutio fiat cum percussione aeris. ¶ Quarto probatur, quòd si ponitur istud cælum, non fuisse creatum. Basilius enim homilia. 1. Exameron id videtur expressè asserere: vocat enim illud æternum, vt autem ipse asserit contra Eunomi. lib. 1. Eiusdem dementiæ est, æternitatem tribuere creaturæ & Deum æternitate priuare. Vnde nihil creatum est æternum secundùm eum. Item Au-

C gusti. Eugub. in sua Cosinopeia Gene. 1. ibi, In principio creauit Deus cælum & terram. Et in lib. de rerum inuisibilium productione, ait cælum istud esse æternum & non creatum. Imo & S. Tho. Heb. 8. cap. explicans illud, Tabernaculi veri quod fixit Deus, ait per illud significari habitaculum Sanctorum, de quo dicitur 2. Corinth. 5. Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manu

D factam, æternam in cælis; sed hæc domus & habitaculum istud est cælum empyreum secundum Diuum Thom. hic, ergo. Item Clemens post Petrum Romanus Pontifex 2. & 3. lib. recognitionum ponit cælum inuisibile, quod est empyreum esse æternum. Confirmatur. Saltim erit falsum istud cælum esse concreatum materiæ informi, nam Basil. ibidem, & hom. 2. expressè ponit ante istum visibilem mundum alium inuisibilem generatione priorem in quo

E lux ista cæli empyrei angelis sanctis semper luceat. Idem ponit Clemens vbi supra. Et potest probari, ex Psal. 144. vbi dicitur secundum quod transfert Caietanus, Regnum tuum regnum omnium mundorũ, ergo præter istum est alius mundus. Et Eugub. idem probat, nam cum istud ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum sit regnum Dei, & de Deo dicatur Ps. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum (neque enim est fas credere regnum Dei non semper fuisse) oportet dicere istud cælum ante cætera corpora conditum fuisse. ¶ Quintò probatur, q̃ hoc cælum non sit immobile. Primò, quia influit in inferiora, vt infra dicemus, vt autem patet supra quæstio. 3. nullum corpus mouet nisi motum. Item illud est alterabile per densitatem & raritatem, ergo. Antecedens probatur, nam ibi erit laus vocalis Dei & beati loquentur, sed vox non potest formari nisi in tali corpore quod isto modo alteretur vt aer, ergo. Amplius, Corpora beatorum mouebuntur in cælo empyreo, dicitur enim Sapien. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, sed omne corpus, per quod est motus est diuisibile, nisi ponantur duo corpora in eodem loco, ergo cælum Empyreum est realiter diuisibile.

¶ Caietanus non admittit cælum empyreum, quia in Scriptura nullibi fit mentio eius. Idem videtur asserere Chrysosto. & alij qui, vt infra dicemus tantum admittunt vnum cælum.

PRo decisione sit prima conclusio. Cælum Empyreum est ponendum. Hæc conclusio habet fundamentum in Scriptura & Sanctis & ratione. Primò ita explicant aliqui illud Gene. 1. In principio fecit Deus cælum & terram, quod loquatur Moyses de hoc cælo, nam de cæteris postea subdit quod fecit firmamentum. Ita explicant Diodorus, & glos. ordina. Strabus, Bæda, Basilius, Rupertus, Abulens. Catherinus, & alij. Idem probatur ex illo Psalm. 148. Laudate cæli cælorum. Quem locum Lyra ibidem de cælo empyreo interpretatur. Similiter ex illo Psalm. 113. Cælum cæli Domino; Quem locum licet August. lib. 12. confess. cap. 13. Exponat de Angelis; tamen Rupert. lib. 1. in Genes. capit. 6. & Diodorus in principio Gen. de eodem cælo explicant, quod sic vocetur, Cælum cæli, quia est supremus inter omnes cælos, cæterosque continet. Sicut etiam eadem ratione dicitur, Canticum canticorum. Item probatur ex illo 2. Corinth. 12. Raptum vsque ad tertium cælum, vbi Lyra per tertiū cælum intelligit cælum empyreum. Item ibidem dicitur raptum ad Paradisum, qui locum Abulens. Paradoxa. 5. capit. 168. Catherinus Genes. 1. explicant de cælo empyreo. De eodem explicat Eugub. in lib. de rerum inuisibilium productione in fine, illud Pauli, Lucem habitat inaccessibilem. Et infra dicetur etiam à philosophis hoc cælum vocatur lucidum & habitatio Dei. Idem videtur significari in distinctione illa tabernaculi veteris: distinguebatur enim illud in duas partes, vnam quę vocabatur Sancta Sanctorum, quæ erat occidentalis: & aliam quæ vocabatur Sancta, quæ erat ad orientem. Pars illa quæ vocabatur Sancta Sanctorum, figurabat habitaculum beatorum, quod est cælum empyreum, & licet illa pars secundùm se esset visibilis, nõ tamen videbatur à populo, quia tegebatur velo ex quatuor colotibus facto, scilicet, bysso de terra nascitur, & purpura significante aquã, quia fit ex conchis quibusdam maris, hyacintho significante aerem, quia habet aereum colorem, & cocco bis tincto designante ignem. Et ita cælum empyreum licet secundum se sit visibile, non tamen à nobis percipitur, impediente hoc materia quatuor elementorum, & cæterorum cęlorum inferiorum, quæ etiam includuntur sub nomine aeris. Idem designat visio Ezechi. capit. 1. nam ut autor est Di. Hierony. ad Fabiolam de veste Sacerdotali, illa significat totum vniuersum. Vnde illud quod dicitur rota in medio rotæ, significat cęlos semper mobiles vt ipsemet explicat. Super hoc autem ponitur firmamentum simile chrystallo, in quo est thronus Dei, quo significatur cælũ empyreum in quo est thronus & sedes Dei superpositum cæteris omnibus cælis mobilibus. Et forte idem designat vestis sacerdotalis, nam vt ibidem explicat Hieron. illa significat etiam vniuersum, cæli autem inferiores licet significentur per Cydarim, vt vult Hieron. tamen quia super Cydarim imponitur lamina aurea, in qua est nomen Dei, potius per illam superiorem laminam cælum empyreum intellige, quod est cæteris altius, & nobilius; sicut aurum cæteris rebus pręemicet in quo est sedes Dei, & ibi sculpebatur nomen

nomen Domini. Præterea probatur conclusio: nam præter Sanctos & Doctores modo citatos, Clemens vbi supra, & Iustinus in lib. quæst. ad gentes, ponunt duplex cælum, alterũ visibile quod modo videmus, & deseruit generationi & corruptioni: alterum inuisibile, quod est antiquius & excelsius vbi habitabunt corpora beatorum ambiens hoc visibile firmamentum: hoc autem est cælum, quod nos ponimus & vocamus empyreum. Item Picus Mirandulanus profert duos Hebræos, alterum Abraham Hispanum maximum Astrologum, alterum Isaac Philosophum, qui præter nouem cælos mobiles posuerunt decimũ immobilem, quem vocamus empyreum. Et huic traditioni ipse Picus facile acquiescit. Ratione probatur conclusio. Omnes creaturæ factæ sunt propter hominem, quarum multæ deseruiunt ei secundum esse naturale quantum ad generationem & corruptionem: vt cælum & elementa: ergo oportuit dari aliam creaturam, quæ deseruiret ei quantum ad esse gratuitum, quod exhibetur homini quantum ad animam & corpus in glorificatione. Et quia ista perfectio corporis excedit omnem perfectionẽ naturæ, ideo super omnia alia corpora naturaliter agentia est à Deo prouisum quoddã corpus in quo præcipuè sit locus corporũ gloriosorum, & hoc vocatur cælum empyreum. Et confirmatur. Nam corporibus dãnatis deputatur certus & determinatus locus proportionatus eorum pœnis, ergo similiter corporibus beatis debuit deputari certus locus eorum nobilissimo statui congruens. Arguitur deinde. In natura datur vnum corpus mobile secundum esse, & locum vt patet in inferioribus, & datur aliud mobile secundum locum, & non secũdum esse, ergo oportebit dari aliud immobile vtroque modo. Item in cælis est aliqd corpus totum diaphanum, scilicet, cælum chrystalinum, & aliquod partim lucidum, vt cęlum sydereum, ergo debet dari aliud totaliter lucidum, scilicet, cælum empyreum. Patet consequentia, tum quia istæ diuersitates pertinent ad ordinem vniuersi, tum quia ubi datur medium, debent dari extrema, quæ participent illud medium. Tum denique, quia ante omne multiforme & mobile debet esse aliquid vniforme & immobile, vt habetur. 5. Metaphy. text. 23. Sed datur cælum difforme & mobile, scilicet, cælum sydereum, ergo debet dari vnum immobile & vniforme, scilicet, empyreum. Imò & Aristotel. docet. 8. Physic. text. 37. quòd si datur aliquod compositum ex duobus, quorum vnum inuenitur per se, & reliquum debet per se inueniri. Sed diaphanum, quale est cælum chrystalinum, est sicut potentia respectu lucidi, & datur aliquod medium, scilicet, corpus partim diaphanum & partim lucidum, quale est cęlum sydereum: ergo debet dari aliud totum lucidum, quod vocatur empyreum. Deinceps hoc cõsonat perfectioni diuinæ, cuius perfecta sunt opera. Nam inter corpora posset aliquod, quod acquireret perfectionem suam per motum, vt cælum & inferiora, ergo debuit facere aliud corpus, qd sine motu acquirat suam perfectionẽ, quæ est maior perfectio, vt constat. 2. cæli text. 64. hoc autem dicimus cælum empyreum, ergo. Confirmatur, nam posito cælo empyreo saluamus melius quod docetur in philosophia, omne quod mouetur esse in loco: sic enim ponimus primum mobile secundum partes, & secundum se totum esse in loco continente, scilicet, in cælo empyreo. Probatur denique conclusio autoritatibus philosophorum, qui illud videntur asserere. Nam Aristor. siue Theophrastus in lib. de mundo ait Deum in supremo cælo habitare, quod est totum lucidum. Homerus etiam canit locum diuorum esse totum lucidissimum, & purissimæ lucis locũ, eaque est appellatio cæli empyrei. Cæteri aũt cæli non videntur appellari nomine cæli lucidissimi, ergo. ¶ Secunda conclusio. Cælum empyreum est verè creatum. Patet nam non est Deus, ergo creatura. Item nam Psal. 148. dicitur. Laudate cum cæli cælorũ, quod diximus intellige de cælo empyreo, & tamen subditur. Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Itẽ Genes. 1. (vbi multi grauissimi viri dicunt insinuari cælum empyreum) dicitur: In principio fecit Deus cælum & terram. Vnde si August. Eugub. de hoc cælo intelligit esse increatum fallitur, est enim hæresis dicere aliquid præter Deum esse increatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet ex supradictis. Fortè verò loquebatur de cælo increato Sanctissimæ Trinitatis, quod est dignum Deo habitaculum, vt docet. Hilar. psal. 122. docens filium esse cælũ dignum habitatione patris & hanc esse sedem Domini manentem in æternũ. Consonantque huic expositioni quod ipse Eugubinus docet cælũ empyreum esse claritatem Dei, de qua dicit Paul. 1. Tim. 6. q̃ lucem habitat inaccessibilem, idest, apud se qui est lux vera. ¶ Tertia conclusio. Cælum empyreum est immobile. Hæc conclusio est contra Durand. in 2. d. 2. q. 1. ubi dicit, quòd licet cælum empyreum non moueatur, est tamẽ mobile, ita vt si angelus illud moueret, hoc non esset contra eius naturã. Sed nostra conclusio est D. Tho. hic ad primum. Et probatur primò, quia hoc cõgruit fini ad quem creatus est, scilicet, beatitudini, quæ nullam variationem admittit: congruit etiã rationi, quam habet locantis, nã secundum se locus est superficies immobilis. Secundò, quia hoc uidetur postulare ordo vniuersi, quòd sicut datur vnum corpus immobile secundum esse, & mobile secundum locum, & aliud extremum, scilicet, mobile secundum vtrunque: detur etiam aliud immobile vtroque modo. Tertiò, quia supremum infimi attingit infimũ supremi: sed intelligentiæ sunt motores immobiles, quarum supremũ est intellectualitas, infimum vero immobilitas: oportet ergo aliquod corpus cæleste esse immobile, & hoc vocamus cælum empyreum. Nec refert solutio Durandi ad hanc rationem, quòd scilicet illa attinctio supremi debet esse secundum intima & essentialia rei, esse autẽ immobile non est illi essentiale, nõ inquã valet, primò, quia licet illa attinctio sit secundum essentialia oportet dari corpus cæleste talis naturæ, ex qua resultet q̃ sit immobile. Secũdò, quia etiam hæc attinctio attenditur secundum accidentia, vnde supremum corpus attingit modum essendi & mensuram substantiarum separatarũ. Tertiò, quia si illud cælum nunquam est motum, nec mouebitur, nec ad aliquid deseruit eius motus, non videtur quare illud cõdiderit Deus mobile. Dicimus autem in hac cõclusione, q̃ sit immobile motu locali; nam motu rarefactionis & condensationis & etiam diuisibilitatis forte probabile est, quòd moueatur, vt dicemus ex D. Tho. in fine huius dubij non quidem per potentiam naturalem, sed per potentiam corporis glorioſi. Hoc enim modo moueri ab eo nullum inconueniens aut indignitas cæli est. ¶ Quarta conclusio. Cælum empyreũ est concreatum materiæ informi. Hæc conclusio habet duas exponẽtes, scilicet, quòd nec ante nec post materiam informem, siue machinam mundialem creatum fuit. Et quoad primam partem probatur primò ex doctrina Sanctorum, quos attulimus dicẽtes Genes. 1. Significari cælum empyreum per illud quod dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram. ergo non ante terram, sed simul. Confirmatur ex concil. Later. vbi dicitur, quòd Deus ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam, mundialem, ergo non prius cælum quã terram. Itẽ quia dicitur de terra Psal. 101. Initio tu Domine terram fundasti; quod debet intelligi, vt dicetur articulo sequenti saltim negatiuè, quia nihil ante terram creauit, ergo. Quoad secundam vero partẽ patet, nã angeli creati sunt in cælo empyreo, vt patet supra ex materia de angelis, sed angeli non sunt creati post terram, vt dicitur Iob 31. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ, cum me laudarent astra matutina; Hoc etiam probat ratio articuli. ¶ Ex his sequitur vanitas Iudæorum dicentium, quòd septem res fuerunt à Deo create ante mundum corporeum, scilicet, lex, pœnitentia, gehenna, domus sanctuarij, thronus gloriæ qui est in cælo empyreo, hortus voluptatis, & nomẽ Messiæ. Et ideo sic exponunt illud Gen. 2. Plantauerat autẽ Dominus hortum voluptatis à principio, id est, ante mundum per duo millia annorũ. Et similiter illud Mich. 5. Egressus eius ab initio &c. Sed hæc deliramenta sunt, nã lex & pœnitentia non potuerunt creari per se, sed in intellectu & uoluntate angelica vel humana. At verò nec homo nec angelus creatus fuit ante mundum, etiam secundum ipsos; ergo. Similiter nec thronus gloriæ aut cætera vt patet ex autoritatibus citatis. Vide de hoc Lyram in probatione diuinitatis & humanitatis Christi contra Iudæos.

AD

AD argumenta in principio facta. Ad primum negatur antecedens, vt patet ex prima conclusione. Secundò negatur consequentia illa. Non refertur in scriptura, ergo non est tale cælum. Non enim cõcedimus ea solum, quæ in scriptura referuntur, de quo disputaui in 2. 2. q. 1. artic. 10. circa finem contra Lutheranos. Ad confirmationem patet, nam licet in principio Genesis nõ referretur, tñ habetur aliàs eius cognitio. Dico secundo, quòd etiam angeli referuntur creati in principio Genesis, vt patebit infra artic. sequenti. Ad secundum respondetur, hãc rationẽ esse cõgruentiam & similitudinem quandã, & ideo non debet quoad omnia tenere, nã cælum est æuiternũ ex natura sua, non verò corpora beatorum, de quo disputatum est. q. 10. Secundò respondetur, q̃ aliud est comparare cælũ corporib. beatis, aliud cõparare illud statui beatitudinis. Hoc secũdum facit D. Th. non primum. Vnde licet corpora beata sint mobilia; non verò status beatitudinis, cui debent proportionari conditiones illius cæli, & ideo iuxta naturam illius status ponimus conditiones cæli empyrei. Nam quia beatitudo totaliter quietat appetitũ hominũ, ideò cælũ empyreum debet esse quietũ & immobile, sicut & beatitudo est immobilis, & quia beatitudo mensuratur æternitate, etiam cælum illud est incorruptibile, & quia beatitudinem assequimur mediante lumine gloriæ & per participationem lucis æternæ, ẽt cælum illud debuit esse lucidũ, vnde uocatur empyreũ, idest igneum propter splendorẽ eius. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ de Christo maximè docet D. Tho. 3. par. q. 37. art. 4. ad 2. ipsum esse suprà totã continentiã cælestiũ corporum, & quod nõ est in loco cõtinente, & idẽ insinuat de alijs beatis specialiter. 4. cõtra Gentes. c. 37. Ad primam improbationẽ respondet Caiet. 3. par. vbi supra. quòd sicut corpora beatorũ supernaturali virtute collocantur supra cõnexum illius cæli, ideo supra naturæ ordinem exercetur ibi visio corporalis absque diaphano medio cõtinuo vsq; ad oculum. Ad secundã respondet Caiet. ibi. ar. 5. q̃ licẽt secundũ longitudinẽ diametri à centro vsq; ad circũferentiã nulla pars superficiei corporis pfectè spherici sit superior altera, quia oẽs lineæ ductæ à cẽtro vsq; ad circumferentiã sunt æquales: si tñ eadẽ superficies cõuexa cõsideret vt ordinata ad aliquid. v. g. ad exercẽdũ actũ iudicij & significationẽ excellentiæ, sic una pars eius est superior altera iuxta maiorẽ approximationẽ ad soliũ principis. Et iuxta hanc dignitatem & approximationẽ ad soliũ Christi Domini attẽditur maior vel minor dignitas loci, qui tribuitur beatis ſm̃ suã merita. ¶ Ad quartũ patet per secundã cõclusionem. Et ad Basilium respondet, q̃ vt idẽ asserit eo. 2. lib. cõtra Eunom. ẽt æternum dicitur de creaturis æuiternis, & quia illud cælum est incorruptibile & æuiternum, ideo vocat æternum. Ad Eugu. respõsum est in eadẽ secunda cõclusione. Et p̃ explicationẽ Basilij respõdet ad alias duas autoritates. Ad cõfirmationẽ respõdetur, q̃ infra dicet, quã cẽsurã mereãtur ponẽtes aliquid esse creatum à Deo ante creationẽ istius mundi. Si verò volumus quoad hoc defendere Basiliũ & Clemẽtẽ dicẽdũ est, q̃ itelligunt de prioritate pfectionis & naturæ inter cætera corporea, nã illud cælũ est perfectissimũ. Ad probationẽ verò Eugubini respõdetur, q̃ regnũ Dei dicitur regnũ omniũ seculorũ à parte post, sicut de regno Christi dicitur. Psa. 144. Regni eius nõ erit finis. Ita videt explicare Aug. in illud, quod præcessit ibidẽ: Et dominatio tua in omni generatione & generationem, quod cũ videat esse repetitio eius quod ante dixerat, expresiè videtur loqui de perpetuitate in futurũ, quã etiã expositionem insinuat Hiero. ib. Alio modo exponit Caietanus, q̃ sæculum ibi nõ accipitur pro duratione, sed pro mundo, sicut dicit: Eripuit nos de præsenti sæculo nequã &c. Et sic solùm significat, q̃ regnũ Dei se extendat ad plures mũdos si essent, vel q̃ se extendant ad plures status eiusdẽ mundi, prout distinguimus mundũ præsentẽ à futuro. Ad aliud secundũ inconueniens, q̃ videtur dicere regnum Dei non semper fuisse; respondet q̃ regnũ aliquando accipitur pro ipsomet rege & virtute eius, aliquando pro subditis. Primo modo regnum Dei semper fuit, non verò secundo modo. ¶ Ad vltimũ respondetur, q̃ licet cælum empyreum influat in inferiora: non tamen est mobile, vt dicetur dubio sequenti. Ad secundã probationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondetur, q̄ loquutio ibi nō requirit fractionē corporis circunstantias: nā eius species non deferentur nisi secundum esse spirituale tantum, licèt requirat refractionem aeris: qui est in pulmone ipsius beati, & in instrumentis vocalibus eius, & per hanc refractionem formant ipsam uocem. Respondetur secundò, q̄ ibi erit confractio cęli empyrei, neque hoc erit ignobilitas in eo; quia erit instrumentum motum à lingua glorificata, & materia vocis prolatæ in laudē diuinam, nec propter hoc sequitur, quòd sit generabile & corruptibile; quia raritas & densitas æquiuocè reperitur in illo corpore, & in his inferioribus.

A

B

CIrca id quod adnotat D. Tho. scilicet, D. Aug. nūquam posuisse cęlum empyreum, licet posuisset loca ethereu, vel empyrea pro angelis sciēdum est, q̄ Plato in Epinomide ponit multa gña diuorū. Aliud inuisibile & aliud visibile, & sparsim per totū cœlum, tertium dæmonum, quod rursus diuidit. Nam alios vocat ethereos, qui sunt ex puriore quadam substantia, alios aereos ex crassiore, alios aqueos, quos semideos ali qui vocauerunt. Psellus verò ex Marco homine peritissimo in cultu dæmonum sex eorum genera ponit. Primum, quod lingua barbarica nominatur Betheliureom, idest, igneum, quod peruagari ait circa superiore aerem. Secundū, quod in aere nobis propinquo versatur, & aereum dicitur. Tertiū terrenū, quod circa terram versatur, & terrenis hominibus aduersatur. Quartū aquaticum & marinū, quod libenter circa aquas versatur, multosq; perdit in eis, & in mari tēpestates excitat &c. Quintū subterraneū, quod habitat subter terrā, quodq; inuadit eos, qui puteos & metalla effodiūt, qui fundamenta concutit, terremotus excitat, &c. Sextum lucifugum, & penitus tenebrosum, passionibusq; frigidis libenter res perdens. Porphyrius etiam hæc genera dæmoniorū refert in libro responsorum ex Apollinis oraculis, vbi & refert quibus hostijs quique sint placandi, terrestres asserens placati fuluis quadrupedibus super aras; infernos fuluis quoque, sed in cauernis terræ; marinos volatilibus fuluis in mare proiectis; aereos volatilibus, sed cæsis & candidis, cęlestes & ethereos candidis victimis, quæ non sunt absumēdæ. Horū & meminerunt Orpheus & Mercurius: vnde Iamblicus scribit Mercurium edidisse centum libros de dijs empyreis, de ethereis totidem, de cęlestib. mille. Augustinus ergo quando meminit nominis empyrei, ut patet 10. de ciui. c. 9. non accepit in ea significatione, qua nos vsurpamus pro cęlo empyreo, sed pro igne, in quo iuxta sententiam Porphyrij habitabant illi dæmones, quos vocabant empyreos.

C

CIrca solutionem ad secundum dubitat secundò, An cœlum empyreū influat aliquid in hæc inferiora. ¶ Arguitur primò pro parte negatiua argumento vltimo dubij præcedentis, nam illud est immobile: ergo non influit. Probatur consequentia, quia nullum corpus mouet, aut influit in aliud nisi motum. ¶ Secundò, status gloriæ est alius ab statu generationis & corruptionis; sed cœlum empyreum ordinatur ad statum gloriæ, ergo non est eiusdem ordinis cū alijs corporibus, ergo non influit in ea, quia quæ non sunt eiusdem ordinis non habent influentiam adinuicem. Confirmatur, nam aliàs esset institutum ad effectus naturales; & non solum ut sit locus beatorū. ¶ Tertiò, quoniam aliàs naturaliter possemus deuenire in cognitionem cœli empyrei, cuius cōtrarium patet, cum philosophi nihil de eo docuerint. Patet sequela, nam per effectus deuenimus in cognitionē causæ, ergo si habet aliquem effectum in rebus, per illū deueniemus in cognitionem eius.

C

D

IN hoc dubio D. Th. in 2. d. 2. q. 2. ar. 3. & in scriptis ad Annibald ibid. q. 2. ar. 2. tenuerat olim, q̄ cœlum empyreū nō influit in hæc inferiora, mouenturq; rōnibus factis; contrarium tū docet hic, & quodlib. 6. arti. 19. Vnde sit conclusio. ¶ Cœlum empyreū influit in hęc inferiora. Hanc conclusionem etiam tenet Duran. in 2. d. 2. q. 2. licet cōtrariam sentiat esse probabilem. Probat nostra sententia primò, quia totum vniuersum est vnum vnitate ordinis, ut patet 12. Metaph. tex. 52. Hæc aūt vnitas ordinis attēditur penes hoc, q̄ corpora inferiora reguntur per superiora, ut dicit Aug. 3. de Trin. ergo cœlum empyreum influit in inferiora, aliàs nō contineretur sub vnitate vniuersi. Secundò, cœlum empyreū potest pati a corpore glorioso, vt dictum est dubio præcedenti, ergo & in-

E

& influere in alia. Patet consequentia, quia aliàs esset ignobilius cæteris cęlis, cum sit passiuum & non actiuum: ordo. n. actiuorū præstat generi passiuorum. Tertiò, nam inter Angelos ponimus, q̄ supremi qui semp assistunt Dño, habent influentiam sup medios & vltimos, qui mittuntur, quāuis ipsi non mittantur, ut docet Diony. ca. 8. cęlest. hierarch. Quartò, nam quælibet res est facta pp suam operationem: sic. n. interpretātur illud Gen. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere, quod creauit vt faceret, i. quod creauit, ut non esset otiosum; sed vt operaretur aliquid. Ita Caieta. Aloysius, & Catherinus. Sed cęlum empyreū nō agit per operationem immanentem (cū nō sit viuens) ergo per transeuntem in exteriorem materiam, hæc aūt esse nō pōt, nisi aliquid ponēdo in cæteris corporibus. Vide de hac cōclusione latius Flandr. 8. meta. q. 1. art. 1. ¶ Secūda cōclusio. Cęlum empyreū influit in inferiora sine motu. Ita D. Th. quodlib. 6. arti. 19. Pro huius expositione nota ex D. Th. de potentia. q. 5. ar. 8. q̄ duplex est motus conueniēs corporibus; alter conueniēs corpori vt sic, alter conueniens ei ex participatione superioris naturæ. Sicut. n. dicunt astrologi, q̄ cœli inferiores habēt duplicem motum, alterum proprium, alterum ex motione & raptu supremi cœli; ita dicendū est de corpore, q̄ habet duplicem motum, alterum conueniētem sibi in quantum corpus, scilicet, mouere vel influere per motum, alterum conuenientem ei ex participatione naturæ superioris, & quatenus attingit ad ordinem substantiarum separatarum, & participat aliquid de modo ipsarum. Hæc autem actio non est ad transmutationem materiæ, sed ad quandam diffusionem similitudinis sui in medio, sicut similitudo rei recipitur in sensu, uel intellectu. Cœlum ergo empyreum in quantum est supremum corpus attingens quodammodo ordinem substantiarum separatarum debet influere sine motu, ut assimiletur substantijs separatis, vt verificetur, quod D. Dionysius cap. 2. de diuinis nomin. ait, quòd diuina sapientia coniungit principia secundorum finibus primorum. Secundò probatur, nam cùm difformitatem motus præcedat vniformitas quietis: vnitas enim prior est multitudine sicut punctus aliquod cōtinuum mobile, & per motum influens, ita oportet ponere aliquod corpus, quod sit prius illo influēs aliquid per quietem, huiusmodi autem est cœlum empyreum.

A

B

C

D

¶ Tertia conclusio. Cęlum empyreum causat in his inferioribus duo, primum est perpetuitas, & permanentia corporum inferiorum: secundum est diffusionem intentionalem, cæterorū corporum. Prima pars asseritur à D. Tho. in quodlib. citato: & probatur. Nam secundum Philosophum. 11. Metaph. textu 43. in cœlo reperitur duplex motus, alter ab Oriente in Occidētem, qui vocatur motus diurnus; & quia iste est vniformis causat perpetuitatem in motibus inferioribus, alius autē motus est ab Occidente in Orientem, per quam planetæ accedūt, & recedunt à nobis, & iste causat differentiam generationis, & corruptionis, quę perseuerant in his inferioribus. Ex his sic arguitur. Difformitas generationis, & corruptionis reducitur, sicut in causam in motum difformem cœli, & similiter vniformitas, & perpetuitas motus reducitur sicut in causam, in motum vniformem cœli, ergo permanentia, & inuariabilitas esse substantialis rerum inferiorum (quod saltim secundū se non mutatur nisi per accidens) oportet, vt habeat aliquam propriam, & particularem causam, in quam reducatur, quæ nulla alia est nisi omnimoda quies cœli empyrei: ita sicut difformitas generationis causatur à motu difformi, & vniformitas quam habet ipsemet motus in sua perpetuitate, & successione causatur a motu vniformi: ita etiam permanentia & inuariabilitas, quam habet esse substantiale secundum se causatur ab omnimoda quiete, & inuariabilitate corporis immobilis, scilicet, cœli empyrei. Secunda aūt pars eiusdem conclusionis etiā patet. Nam cœlum est primū corpus, quod causat sui similitudinem in medio: ergo est causa quod cætera corpora sic se diffundant. Consequentia patet, nam primum in vnoquoque genere est causa cæterorum. Confirmatur, nam ista intentionalis diffusio in his inferioribus causatur ab angelis, tanq̄ à causa propria, vt diximus ex D. Th. supra in materia de angelis, ergo mediante

E

aliquo

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquo corpore superiori: Patet consequentia, quia vt diximus ex Dionysio, Deus coniungit infima supremis mediantibus rebus intermedijs. Quomodo verò ista causalitas Angelorum deriuetur ad cælum sine motu, cũ angelus nihil possit influere nisi mediante motu, diximus in nostris Commentarijs super lib. de Generatione in q̃. proœmiali, conclu. 1. pag. 4.

AD argumenta in oppositum. Ad primum respondetur, q̃ nullum corpus mouere potest motu proprio corporis nisi ipsum moueatur. Benè autẽ motu proprio substantiarum separatarum: & isto mouet cœlum empyreum iuxta ea, quæ diximus in secunda conclusione. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ quantò causa est altior, tantò influit in plura maximè in sibi subordinata, & quia ordo beatitudinis est finis ordinis naturalis, ideo nihil inconuenit corpus ordinatum ad statum gloriæ habere etiam causalitatem supra res naturales, sicut etiã incarnatio Christi est aliquid per se primò ordinatum in remedium peccati: & tamen causat etiam naturalis iuxta illud Oseæ 2. Et erit in die illa exaudiam dicit Dominus exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, vinũ, & oleũ &c. Quo loco docet Hieron. q̃ si cœlum exaudit terram dando illi pluuiam, & influẽtias cœlestes, hoc est, quia Iezrael, id est, Christus ita vult & petit. Ad confirmationem patet, quia finis eius per se primò est status gloriæ, licet secundariò propter ordinẽ vniuersi ordinatum sit ad effectus naturales.

¶ Ad tertium negatur consequentia: nõ enim cognoscimus naturaliter omnes effectus naturales, nec scimus reddere omnium proprias, & adæquatas, & connaturales causas.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm tempus sit cõcreatum materiæ informi.

340 2. di. 22. art. 5. *lib. 12. cõfes. c.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd tempus non sit concreatum materiæ informi. Dicit enim* Augustinus 12. confess. ad Deum loquens: Deo reperto, qua fecisti caren

tia temporibus, s. materiam primam corporalem, & naturam angelicam. Non ergo tempus est concreatum materiæ informi. 12. parũ à princ. tom. 2.

¶ 2 Praterea, Tempus diuiditur per diem, & noctem. Sed à principio nec nox, nec dies erat. Sed postmodum cum diuisit Deus lucem à tenebris: ergo à principio non erat tempus.

¶ 3 Praterea, Tempus est numerus motus firmamenti, quod legitur factum secundo die: Ergo non à principio erat tempus.

¶ 4 Praterea, Motus est prior tempore. Magis igitur debebat numerari inter primo creata, quàm tempus.

¶ 5 Praterea, Sicut tempus est mẽsura extrinseca, ita & locus. Non ergo magis debet cõputari inter primo creata tempus quàm locus.

SED contra est, quod Aug.* dicit super Gene. ad lit. quòd spiritualis, et corporalis creatura est creata in principio temporis. Ex li. 1. sup. Gen. ad lit. cap. 1. tom. 1. & refert 2. sent. di. 2. q. 1. ar. 2.

RESPONDEO dicendum, q̃ communiter dicitur, quatuor esse primò creata, s. naturam angelicam, cœlum empyreum, materiã corporalem informem, & tempus. Sed attendendum est, q̃ hoc dictum non procedit secundum Aug.* opinionem. Aug. enim ponit duo primò creata, s. naturam angelicam, & materiam corporalem, nulla mentione facta de cœlo empyreo. Hæc autem duo, s. natura angelica, et materia informis præcedũt formationẽ non duratione, sed natura. Et sicut natura præcedunt formationem, ita etiam & motũ & tẽpus. Vnde tempus non potest eis connumerari. Procedit autem prædicta enumeratio secundũ opinionem aliorum Sanctorum, ponentium, quòd informitas materia duratione præcessit formationem: & nunc pro illa duratione necesse est ponere tẽpus aliquod: aliter enim mensura durationis accipi non posset. li. 12. confes. 12 parum à princ. li. 1. sup. Gen. c. 9 to. 1.

AD primum ergo dicendũ, q̃ Aug. hoc dicit ea rõne qua natura angelica, & materia informis præcedũt origine, seu natura tempus.

AD secundum dicendum, q̃ sicut secundũ alios sanctos materia erat quodãmodo informis, & postea fuit formata: ita tempus quodammodo fuit informe, & postmodũ formatum & distinctum per diem & noctem.

AD tertium dicendum, quòd si motus firmamenti non statim à principio incepit: tunc tempus quod præcessit, non erat numerus motus firmamenti, sed cuiuscunq; primi motus. Accidit enim tempori, quòd sit numerus motus

tus firmamenti inquantum hic motus est primus motuum. Si autem esset alius motus primus, illius motus esset temporis mensura: quia omnia mensurantur primo sui generis. Oportet autem dicere, statim à principio fuisse aliquem motum, ad minus secundum successionem conceptionum in mente angelica. Motum autem non est intelligere sine tempore, cùm nihil aliud sit tempus, quàm numerus prioris & posterioris in motu.

AD quartum dicendum, quòd inter primo creata computantur ea quæ habent generalem habitudinem ad res. Et ideo computari debuit tempus, quod habet rationem communis mensuræ, non autem motus, qui comparatur solùm ad subiectum mobile.

AD quintum dicendum, quòd locus intelligitur in cælo empyreo omnia continente. Et quia locus est de permanentibus, cõtinuatus est totus simul: tempus autem quod est non permanens, concreatum est in suo principio: sicut etiam modò nihil est accipere in actu de tempore nisi nunc.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Communiter dicitur quatuor esse primo creata, scilicet, naturam angelicam, cœlum empyreum, materiã corporalem informem, & tempus. Sed hęc sententia tãtum procedit secundum illos sanctos, qui dicunt q̃ informitas materiæ tpe præcessit formationem eius, non vero secundũ sõiam D. Augustini.

COMMENTARIVM.

DVbitatur de hac conclusione. Arguitur primò cõtra illam & probo quòd plura quàm quatuor sunt primò creata. Tempus connumeratur inter primò creata, quia respicit aliquid extrinsecum secundũ propriam rationem, & quia habet generalem habitudinem ad res, primam enim rationem assignat D. Thomas 2. distin. 12. quæstio. 1. articu. 5. & secundam habet hic ad quartum: sed alia accidentia habent generalem habitudinem ad res siquidem respiciunt aliquid extrinsecum, ergo debent cõnumerari inter primo creata. Minor patet in actione & influentia virtutum superiorum: nam actio illa respicit generaliter res extrinsecas. Item relatio vnius rei ad ceteras omnes, nam omnia ista respiciunt aliquid extrinsecum & habent generalem habitudinem ad res, ergo. Confirmatur, quia tempus non habet generalem habitudinẽ ad res incorruptibiles. ¶ Secundò, Deus simul creauit omnia, quæ per creationem producta sunt, inter hæc autem computantur plura quàm ista quatuor, scilicet, omnes cœli, & stellæ quæ distinguuntur specie à cœlo empyreo & à materia corporali informi; sicut etiam cœlum empyreum distinguitur ab ea, ergo. ¶ Tertiò, inter primo creata connumeratur cœlum empyreũ, quod vt dictum est, pertinet ad statum beatitudinis; sed in principio creata sunt etiã alia pertinentia ad statum beatitudinis, q̃ non connumerantur inter ista quatuor, ergo. Minor patet in charitate & fide angelorum, quæ sunt dispositio beatitudinis, & respiciunt aliquid extrinsecum ab ipsomet subiecto in quo sunt, & dicunt generalem habitudinem ad res creatas saltim secundariò, sicut & tempus quod per se primo mensurat motum cœli, cætera verò secundariò: sed hæc generalis habitudo sufficit, vt ponamus tempus inter primò creata: ergo licet charitas p se primo respiciat Deũ, cum secundariò feratur in alia omnia condita à Deo debet etiam connumerari. Confirmatur, nam ex ordine rerum naturalũ connumeramus vnum accidens inter primo creata, ergo similiter ex ordine rerum pertinentium ad statum beatitudinis, quale est cœlum empyreum debet connumerari aliud accidens supernaturale. ¶ Quartò, homo factus est simul cum angelis, vnde dicitur Iob 40. Ecce Behemoth quem feci tecum. Item omnia creauit Deus simul, vt patet Ecclesiastici 18. Et virgultum agri & cætera omnia eodem die creata sunt, quo cœlum & terra. Vnde dicitur Genes. 2. Istæ sunt generationes cœli & terræ quãdo creatæ sunt in die quo fecit Deus cœlum & terram, & omne virgultum agri &c. ergo non solum ista quatuor sunt coæua. Confirmatur, nam de Paradiso terrestri dicitur. Gen. 2. quod plantata sit ab initio, ergo debet cõputari inter primo coæua, nam ideo computantur cœlum & terra, quia dicuntur in principio facta. ¶ Quinto arguitur & probatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, q̃ ista quatuor non sint coęua & primò A creata, & de cælo empyreo sic argumentor. Nam iuxta doctrinam Basilij hom. 2. Exameron cælum empyreum est æternum, & ante istum mundum corporeum, ergo nõ simul concreatum est cum illo. ¶ Sextò idem probatur de tempore, nam Deus produxit mundum in istanti, vtpote per creationem, ergo tunc non erat tempus, quod requirit m orum & successionem, ergo cælum empy reum, natura angelica, & materia inform is duratione præcessit tempus. ¶ Septimò B ar gu itur de terra, quam intelligimus sub no m ine materiæ informis, nam illa fuit p̃du ct a sexta die, ergo non in principio cũ cæ lo & angelis productis in principio, proba tur antecedens, nam in titulo Psal. 92. dicit ur terram fuisse fundatam die ante Sabbatum, scilicet, sexto, ergo non in principio cũ cælo & angelis productis in principio. Confirmatur. Nam Iob 38. dicitur, quòd astra laudabant Deum, quando ipse fundamenta terræ ponebat, sed astra cõdita sunt C quarta die, ergo terra non erat antea funda ta. ¶ Octauò tandem probatur idem de angelis: Nam illi producti sunt ante mundũ corporeum, v t docet Hieron y. ergo nõ simul cum istis quatuor rebus. Confirmatur, quoniam in libro qui dicitur Ioseph, siue disputatio, siue oratio, vt appellat Orige. tom. 2. explanationis in Ioannem, sic refertur dixisse Iacob. Ego qui vobiscum loquor, Iacob & Israel, Dei sum angelus & spiritus principalis Abraham & Isaac ante D omne opus creati sunt, ergo vel non hæc quatuor tantum sunt primò creata, vel nul lum istorum est primo creatum, sed tãtùm Abraham & Isaac. Confirmant secundò hęc omnia. Quia Eccles. 1. dicitur. Primum om nium creata est sapientia, quòd dici de Angelis explicat Aug. 12. cõfes. c. 15. & Magist. in 2. d. 2. ergo omnia post ipsos facta sunt, ergo cælũ & terra post ipsos facta sunt, & sic non sunt coæua ipsis.

IN hoc dubio dissoluendo variè procedẽ- E dum est secundum varias sententias. Si enim sequamur doctrinam Augustini, & aliorum, quos infra citabimus, omnia simul producta fuisse, sic non oportet primò creata coarctare ad numerum quaternarium. Si autem sentiamus cum aliis tenẽ tibus Deum successiuè res produxisse, pro quorum sententia tuenda hic articulus est positus, sic adhuc distinguendum est. Nam illi qui dicunt cælum esse quintam essentiam dicunt, omnia cælestia corpora simul in principio mundi creata fuisse & similiter elementa: & sic etiam si admittant quatuor tãtum primò producta fuisse, sub singulis rebus illarum quatuor intelligunt diuersum rerum genus. Nam sicut sub natura angelica comprehendunt plures species, ita sub nomine cæli empyrei intelligũt cæteros cælos illi congenitos, & sub nomine materiæ informis intelligunt omnia elementa conuenientia in ratione materiæ. Illi autem, qui dicunt cælos omnes præter empyreum, esse de natura quatuor elementorum; dicunt Deum à principio de nihilo tantum produxisse angelos, cœlum empyreum, terram & aquam, ex quibus postea fabricauit cæteras partes vniuersi, probant hoc primò, quoniam Genes. 1. dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram; nomine autem cæli, vt dictum est, ex Strabone & aliis intelligitur cælum empyreum, & subditur: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abysli, & spiritus Domini ferebatur super aquas: vbi Moyses, p certo supponit aquas fuisse à principio creatas. Secundò probãt, quia secũdo die factũ fuit firmamentũ diuidens aquas ab aquis, ergo tunc non erat aer & ignis; nam aliàs per hæc elementa aquæ superiores & inferiores essent diuisæ: & consequenter non diuideret eas Deus p firmamentum. Confirmatur, nam secunda die factum est firmamentum, in quo po suit Deus stellas, sed stellæ sunt in octaua sphæra, ergo illa non erat facta prima die. ¶ Alij verò rursus ab hoc numero quaternario rerum primò conditarum reiciunt etiam angelos, nã aliqui prùs dicunt creatum cælum & postea angelos. Ita Theodoretus, quia inquit, natura angelorum indiget loco. Huc videtur alludere sentẽtia eorum, qui dicunt eorum creationem significari nomine lucis, quæ producta est primo die post factum cælum. ¶ Alij verò Hebræi vt autor est Burgensis additione ad primũ cap. Genes. putant angelos creatos fuisse à Deo secunda die, ne si in prima crearentur, puta-

putarentur Dei coadiutores fieri. Et huic vi A detur fauere quod Psalm. 103. dicitur, Vbi cùm narratur rerum creatio, ponuntur angeli creati post secundum diem, nam de primo dixit. Amictus lumine sicut vestimento. Quo explicat op⁹ primæ diei, s. fiat lux, & quia lux nõ põt esse sine subiecto, noie lucis intellexit ẽt cælum, vnde oriebatur. Subdit secundò. Extendens cælũ sicut pellem, qui regis aquis superiora eius. Quo significatur opus secundæ diei; & postea subditur. Qui facis angelos tuos spirit⁹. Quod B licet aliqui intelligant nõ de creatione, sed de munere spirituũ, quod eis vtatur vt nũtiis; tamen alij hoc interpretantur de eorum creatione. Imo vero alij Iudæi in lib. quem vocant Perequim, vt autor est Abulen. Num. 22. q. 10. dicunt dęmones, & cęteros angelos cõditos esse in vespere Sabbati.

NIhilominus pro expositione sit prima conclusio. Inter prima rerũ opera conditi sunt angeli. Probatur primò ex concil. Later. vbi definitur, ab initio tẽporis vtranque de nihilo conditam esse creaturã, Angelicã & Mundanam, ergo nihil creatũ est ante illorũ creationẽ, aliàs nõ ab initio tẽporis facti fuissent. Secundò probatur ex il lo Iob 38. Vbi eras qñ ponebam fundamenta terræ, cum me laudarent astra matutina & iubilarent omnes filii Dei. Quem locum Chryso. intelligit de angelis, qñ 70. interpres transtulerunt, Angeli mei. Et Paraphrastes Chaldaicus habet, Acies angelorũ, sed terra fundata est in principio temporis, vt patet Gen. 1. & Psal. 101. Initio tu dñe terrã fundasti, ergo tunc erant angeli laudantes Deum. Tertiò probatur, qñ Hugo de Sancto Victore in prologo de Sacramentis ca. 3. Et Seuerianus, & Diodorus dicunt Deum incœpisse mundi conditionem à creatione angelorum: ita vt omnium rerum creationi assisterent, & eam admirabantur. Idẽ tenet Aug. in imperfecto in Genes. capit. 3. & Magist. in 2. di. 2. Et sic interpretantur illud Ecclesiastici 1. Prior omnium creata est sa- E pientia: Quòd intelligatur de angelis qui creati sunt priores cæteris rebus negatiuè, 2. quod nihil creatum est ante illos. Quartò probatur, quoniam in aliquibus locis scripturæ vbi refertur rerum creatio, præponuntur angeli cæteris rebus, vt psalm. 148. Laudate eum omnes angeli eius, &c. Laudate eum Sol & Luna &c. Item Psal. 89. vbi dicitur, Priusquam montes fierent, aut formaretur terra &c. dicit glossa, Montes, i. angeli, Ecce angeli præferuntur terræ. Quintò. Cœlum empyreum vt infra dicemus, cõditum est inter prima rerum opera, sed vt dicit glo. Gen. 1. Statim atque creatum est, repletum est angelis, ergo. Sextò. Cæteri cęli, vt statim dicemus, sunt conditi in principio mundi cum suo motu, sed ille motus proueniebat ab angelis, ergo. Sed cõtra hoc B est obiectio. Quoniam opus creationis, & dispositionis rerum presupponitur ad opus ornatus, vt infra patebit, sed angeli pertinent ad ornatum cæli, sic enim explicant illud Genes. secundo. Igitur perfecti sunt cæli & omnis ornatus eorum, ergo. Respõdetur, quòd ornatus qui distinguitur contra opus creationis, nec habet admixtam creationem, cœpit quarta die, non verò ornatus qui sit per res productas per creationem, nam iste etiam fit in principio temporis. Vnde dicemus stellas quæ producuntur per creationem etiamsi pertineant ad ornatum cæli productas fuisse in principio temporis. ¶ Secunda conclusio. Omnes cæli producti sunt in initio temporis, ita vt nihil ante illos fuerit productum. De cælo empyreo non est difficultas, nam omnes qui admittunt illud cõcedunt in initio temporis fuisse productum. Sed de cæteris probatur, primò ex illo Iob 38. Vbi eras cũ D ponerem fundamenta terræ, & me laudarent astra matutina? sed astra sunt in cælis, ergo quando fundabatur terra erant astra & cæteri cæli. Secundò probatur ex illo Genes. 1. In principio creauit Deus cælum & terram, quem locum multi Sanctorum patrum, Chrysost. Basil. Ambr. & alij interpretantur de omnibus cęlis. Vnde Basil. super illa verba ait, Ex duobus quæ extrema sunt totius existentiam enigmaticè significat. Vnde nomine cęli ibi omnia E cælestia corpora intelliguntur; aliàs cùm plures sint cæli, vt infra dicemus, illorum creatio prætermitteretur à Moyse. Item glossa super illud Genes. 2. In die qua fecit Dominus cælum & terram ait, His igitur paucis insinuata est omnis creatura, s. producta per creationem, ergo cum in prin-

cipio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipio creauerit cælum,& illo nomine omnes cæli intelligãtur ;in principio sunt oẽs creati.Ita tenent Lyra,Abulens.Caie.& alij Genes.1.Tertiò. Ambros.libr.1.Examer. c. 6 circa finem,vbi non agnoscit cælum empyreum,loquens de cæteris cælis , quos ait esse de natura quatuor elementorum sic scribit.Aduerte quòd Propheta Dauid.psa. 101. Cum terrã priori loco nominauit,& postea cælum dicens,Initio tu Domine terram fũdasti,& opera manuũ tuarũ sunt cęli;credidit opus esse Domini declarãdum. Quando enim dixit, Et facta sunt, nihil interest quid prius exprimas,cum simul vtrũque sit factum;simul,ne eo saltem præroga tua cælo diuinæ videat adiudicata substantiæ vt primogenitæ creaturæ priuilegio potior æstimetur.Hæc Ambrosius.Ecce vbi totam machinam cælestem primogenitam creaturæ : & saltim simul cũ terra factam esse ostendit , sed terra facta fuit in principio,ergo.Vltimò probatur,quia cum sit de fide,in principio temporis factum esse cælum: & non sit de fide esse cælum empyreum , quòd intelligatur ibi nomine cæli dicendum est necessario aliquod aliud cælũ principio fuisse productũ , vt in omni optnione veritas fidei maneat irrefragabilis.

¶ Tertia conclusio.Terra statim in principio temporis facta fuit.Hæc conclusio probatur, Dicitur enim , In principio creauit Deus cælum & terram.Et rursus psal. 101. Initio tu Domine terram fundasti. Et psal. 89. Priusquam montes fierent & formaretur terra & orbis à seculo tu es Deus: & tamen si aliquid præexisteret terræ ex hoc quod Deus esset Deus ante terram non inferretur eius æternitas , quod ibi intendebat Propheta . Tertiò , quoniam Prouer.3. etiam præponitur terra ipsis cęlis,dum dicitur,Dominus sapientia fundauit terram, & stabiliuit cęlos prudẽtia, sapientia illius eruperunt abyssi.Item cap.8.Adhuc terram non fecerat,& flumina & cardines orbis terræ, quando præparabat cælos aderam &c. Vbi cum terram præponat cælo,& non preponatur dignitate naturæ,signum est quòd voluit præponere durationeſaltim negatiuè,ne intelligeretur cęlum prius durationefactum esse quam terram,sed simul cum illo.Vnde & postea post relatam creationem cęli rursus ad terram redijt dicens.Quando appendebat fundamenta terræ,vt intelligatur neque cælum præcessisse terram,neque è contra.Ex his testimonijs conuincitur hęresis Fœlicis Manichei, contra que D.Aug. scripsit duos libros.Ille enim hæreticus asserebat terram esse Deo coæternam , ut patet in principio illorum librorum . Sed iste error conuincitur ex illo : In principio fecit Deus cælum & terram,& ex cap.Firmiter, vbi in principio temporis dicitur facta ; & ex illo : Antequam formaretur terra, tu es Deus: ergo non fuit coæterna Deo.Et ex illo Iob 38.quòd.Quando fundabatur terra, laudabant Deum angeli eius,& astra matutina quæ tamen non existebant ab æterno.

¶ Quarta conclusio.Etiam aqua producta est in principio temporis simul cũ alijs rebus.Patet hoc,nam Gen.1. postquam dicitur:In principio creauit Deus cælum & terram,statim referuntur aquę dum subditur; Et spiritus Domini ferebatur super aquas, & tenebræ erant super faciem abyssi.Et probatur,quia terra cõdita est cooperta aquis, ergo tunc erant aquæ.Item quando referuntur res à Deo primò creatæ Prou.3.& 8. & Iob 38.inter eas computatur & mare. Hęc cõclusio adeò certa ẽ apud omnes,vt multi putarent aquam esse priorem creatione omnibus rebus inferioribus,imò eam præstitisse materiam cæteris rebus.Vnde dicebamus supra ex Augustino Eugub.quòd veteres iurabant per aquas, quia iuramus per id quod sanctius est,& vetustiora sanctiora sunt.Propter quod Thales Mylesius aquam dixit initium rerum , Deum autem eam mentem , quę ex aquis cuncta produceret. Hoc etiam confessus est Ouidius 1. Metamorph.dicens.

Principio terram ; ne non æqualis ab omni
parte foret, magni Speciem glomerauit in orbis
tunc freta diffudit.

Imò verò adeò omnibus in confessio fuit aquam in principio rerum præextitisse , vt Philaster in libro de hæresibus, & Aug. in lib.de hæres.cap.76.& 11.de ciui.Dei c.34. recensent heresim sentientium aquam non esse à Deo creatam,sed esse illi coæternam, quia nullibi refertur quod à Deo creetur. Sed ex testimonijs allatis conuincitur falsitatis

sitatis iste error , nam eius creatio refertur Psal. 88. Dicitur enim ibi ; Aquilonem & mare tu creasti.Et probatur præterea , quia vt diximus ex Basilio & alijs sanctis quando dicitur:In principio creauit Deus cęlũ & terram; sub nomine cæli & terræ intelligũtur omnia corpora. Quod si expresè nõ referũtur omnia creata,id est,quia propter terram creata sunt, & ideo sat fuerit, terrã creatam asseruisse.Ita Eugub.in illud ; Inanis & vacua.

¶Quinta conclusio.Ignis & aer etiam sunt producta in initio temporis simul cum cælo & terra. De igne non consentit Eugubinus.Etenim in sua Cosmopeia super Genesim c.1.in illud, Ferebatur super aquas putat ex concussione comotioneque aquarũ à spiritu conceptum esse ignem, sicut alias videmus sæpe noctu collisis nubibus & in flammatis cælum irradiari. Sed nostra conclusio probatur primo. Quoniam glossa interlinearis Genes. 1. in illud , In principio creauit Deus cælum & terram , aër, id est, omnem creaturam corporalem , superiorẽ & inferiorem,quod nõ intelligitur de mixtis quæ non sunt partes præcipuę mundi , ergo debet intelligi de partibus principalibus,scilicet,de elementis. Item glossa ordi. ibidem,ait,Nota, nomine cæli & terrę tria contineri elementa noẽ cęli , aerem intelligimus,nomine terræ, ipsam & ignẽ , qui in ea latet.Et Burgensis in additione ad primũ caput Genesis ait , nomine abyssi (de qua diximus in principio tẽporis esse creatam) intelligi aerem & ignem.Confirmatur hoc, nam aliquos Angelos conditos esse in aere,docet D.Augustinus , Sed omnes angeli sunt creati in principio temporis,ergo & aer hic erat creatus. Item angeli primo die diuisi sunt boni à malis,vt patet ex superioribus,sed ignis infernus iam erat tunc paratus diabolo & angelis eius,ut dicit Dominus,ergo factus fuit ante primum diẽ , & sic in prima rerum conditione.Notandũ est autem quod aliqui intelligunt creatio- E n.m aeris referri vbi dicitur , Spiritus Domini ferebatur super aquas , de quo dicetur, Fiat firmamentum,cui sententiæ videtur alludere Caietanus . Alij autẽ quod nec aer,nec ignis referantur , quia inuisibiles. A Quidquid sit de istis sufficienter probatum est aerem in principio rerum fuisse productum.¶ Tertiò . Nam ea quæ distinguuntur & ornãtur sequentibus diebus , producta fuerunt in principio temporis,vnde primo die incepit distinctio rerum; sed videmus in sequentibus ornari aerem &c. ergo in principio fuit creatus. Demque hanc nostram conclusionem tenet expresè Basil. hom. 1. Exame. Et probatur argõ Physico eiusdẽ Basili,nam dantur in prima rerũ cõditione duo extrema q occupãt loca maximè distantia,scilicet, cælum quod occupat supremum locum,& terra quæ occupat infimum locum,ergo debent dari media corpora quæ occupent loca intermedia , eiusmodi sunt aer & ignis. Hue etiam poterat accersiri illud argumentum Arist. quod si dantur duo elementa debent dari quatuor, nam in illis duobus elementis manent aliquæ qualitates in esse remisso,quæ in summo debent esse propriæ alijs duobus elemẽtis,constat autem ex prædictis quod dãtur duo elementa in principio creata, scilicet, aqua & terra,ergo debent dari contraria eorum,scilicet,aer & ignis.Tandem probatur ex Concilio Later. Et habetur in capite firmiter quod Deus ab initio temporis vtrumque de nihilo condidit creaturam, Angelicam & Mundanam , & nomine mundanę creaturæ intelligit omnia corpora simplicia.Ex quibus patet quantum erranerit Augustinus Eugubinus lib.7 de perenni philosophia c.9.Et in sua Cosmopeia dicens,Deũ ab initio solum produxisse terram & aquã & ex aqua postea cælos & cętera elementa condidisse.¶Sexta conclusio. Tempus etiã debet connumerari inter res primo creatas. Probatur,quia omnia ista prædicta cœpetunt esse in tempore , ergo tunc erat tempus,antecedens patet,nam illud, In principio fecit Deus cælũ & terram sic inter alias expositiones solet explicari.In principio tẽporis fecit Deus &c. Item quia creatio rerum secundum sententiam Sanctorũ quã explicamus præcessit aliqua duratione formationem earum , ergo pro illa duratione necessarium est ponere aliquod tempus,aliter enim mensura durationis accipi non posset. Confirmatur hoc.Nam Musæus Philosophus filius Mercurij, & Musæ Vraniæ scribens

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribent de mundi generatione sic incipit liber.

Tempus erat quo cuncta sunt simul condita, quondam.

Ita refert Diogenes Laert.lib.1.de vita Philosophorum,ergo tempus erat inter primo cõdita.Plato etiam in Timæo ait;Tempus & cælum simul facta sunt.Timæus Locrẽsis etiam ait,Tempus cum mundo est creatus.Cuius plura testimonia ad hanc conclusionem probãdam refert Eugubinus de productione rerum inuisibilium. Idem docet Philon insignis Platonicus in lib.de mundo tempus(ait)à mundo generatur, & idẽ docet in sua Cosmopœia. ¶ Septima conclusio. Etiam si tot res sint in principio tẽporis simul creatæ, tamen optimè dicitur quatuor res esse coæuas. Probatur ratione D.Thom.in 2.distinct.12.artic.5. Nam in prima rerum conditione illa ponũtur in numero,quæ non possunt deduci ad vnum principium informe,quod est materia: sed angeli qui sunt expertes materia, & cæli qui habent materiam alterius rationis ab istis inferioribus & elementa non habent principium eiusdem rationis, ergo debent poni in numero rerum primo creatarum. Rursus licet substantia & accidens non cõueniant in materia ex qua, quia materia non est pars per accidentis, conueniunt tamen in materia in qua secundum quod accidens est in substantia, & ideo illud accidens;quod est sicut extra mensurans & denominans, connumeratur substantiæ,scilicet,tẽpus, & sic iã restant quatuor coæua.

AD argumenta in oppositum. Ad primum respondetur,ꝙ tempus duo habet & generalem habitudinẽ ad omnes res, ita vt omnibus rebus conuenit ipsa duratio. Et probatur, quòd ipsummet tempus non solùm est quò, sed etiam quod mensurat durationem. Constat enim ex logicis & metaphysicis quòd quantitas est quæ mensurat & quæ est diuisibilis, maximè enim accedit ad substantiam.Hoc supposito respondetur,quòd communis influentia non conuenit omnibus,nam non omnia influunt communiter, nec sunt influentia, vt quod influit:sed vt quò fit influẽtia:nos autem hic loquimur de tempore mensurante omnia,vt quod. Idem dicẽdum de relationibus &c. Ad confirmationem respondetur,quòd ibi tempus accipitur pro genere durationis,siue sit tempus discretum,siue sit æuum, siue tempus nostrum; cum enim cætera tria coæua non accipiãtur pro vna specie,sed pro vno genere rerum,idem dicendum de tempore quod accipitur pro genere durationis. ¶ Ad secundum patet per vltimam conclusionem. ¶ Ad tertium patet per solutionem ad primum, & per idem patet ad confirmationem, nam res supernaturalis non potest sic omnibus competere. ¶ Ad quartum respondetur, quòd homo factus est cum Angelis simul vel secundum intentionem operantis, vel ratione materiæ vt infra dicetur.Et eodem modo dicitur ad alia duo loca.Ad illud autem de Paradiso, respondetur, quòd intelligitur à principio exornationis non creationis rerum,de quo infra dicetur.¶ Ad quintum dictum est articulo præcedenti. ¶ Ad sextum respondetur,quòd in prima rerum creatione erat instans temporis discreti mẽ surantis discontinuas operationes rei, erat etiam æuum, erat præterea instans initiatiuum temporis nostri, & propter hæc omnia dicitur fuisse tempus. ¶ Ad septimum Caietanus & Lyra dicunt illum titulũ Psalmi non haberi in Hebræo, neque esse de litera,sed additum a librarijs. Ita soluunt ali qui alias difficultates, quas non videntur aliter posse euadere. v.g.quod 3.Reg.16.dicitur, quod Baasa occidit Iehu filium Hanani Prophetam. Sixtus Senen.lib.2.verbo. Iehu Propheta, & Lyra.3.Reg.16.dicunt non esse de textu, sed legendum esse; Ob hãc causam occidit eum(Dominus) Baasa regem, & non esse addendũ, hoc est Iehu; Quia.2.Paralip.20. dicitur scripsisse gesta Iosaphat,qui tamen fuit post Baasa quadraginta annis, & si prius fuisset occisus non posset hæc scribere. Sed respondetur notando regulã Hug.Psal.118.in principio,quod quando aliquid refertur aliter quàm gestũ est,ibi mysterium latet. Plura huius regulæ exẽpla alibi subijciemus. Sed vide interim eundem August.15. de Ciuitat. cap. 18. & Psal.132. ibi:Sicut ros Hermon.Hoc supposito respondetur ex eodem August.Psal.92. quòd ille titulus Psalmi debet mysticè intelligi;quia scilicet sexto die, i. sexta ætate mundi

mundi fundata est terra, idest, homines in fide solidati iuxta illud.1.Cor.15.Si tamen stratis in fide stabiles. Et quod hoc seculo fundata sit terra,patet,Nam Christus venit fundamentum ponere,quia vt inquit Paul. 1.Cor.3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Vel forte insinuatur, quod Christus,feria sexta sanguine fuso terræ mandictionem abstulit. Ad confirmationem dictum est, quòd etiam astra sunt facta in principio temporis,licet quarta die acceperint aliquas virtutes.¶ Ad vltimum dictum est quæst.61. ¶ Ad primam confirmationẽ respondetur, quòd tota illa Scriptura apocripha est,vt refert Athanasius in sua synopsi. ¶ Ad secundam confirmationem respõdetur, quòd Angeli dicuntur creati prius omnibus vel dignitate, vt exponit Augustinus ibidem, vel negatiuè quia nihil ante illos produxit.

QVAESTIO LXVII.
De opere distinctionis secundum se.

Consequenter considerandum est de opere distinctionis secundum se.Et primò, de opere primę diei. Secundò, de opere secundæ diei. Tertiò de opere tertiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm lux propriè in spiritualibus dicatur.

341 4.d.13.ar ti. 2. Et quol. 6. fi. Et Io. princi- pio. * ca.28. à me- dio. * c.4.par te 1.

AD PRIMVM *sic proceditur. Videtur, quòd lux propriè in spiritualibus dicatur. Dicit enim Augu.* 4.super Gen.ad lit. ꝙ in spiritualibus melior & certior lux est. Et ꝙ Christus non sic dicitur lux quomodo lapis, sed illud propriè, hoc figuratiuè,*

¶ 2 *Præterea. Diony.* cap. de diui. no. ponit lumen inter nomina intelligibilia Dei. Nomina autem intelligibilia propriè dicuntur in spiritualibus. Ergo lux propriè dicitur in spiritualibus.*

¶ 3 *Præterea. Apostolus dicit ad Ephes.* 5. *Omne quod manifestatur, lumen est. Sed manifestatio magis propriè est in spiritualibus, quàm in corporalibus. Ergo & lux.*

SED contra est,quod Ambros.in li.de fide, ponit splendorem inter ea quę de Deo Metaphoricè dicuntur.* Ambro. in prin. Prol. li. 2. de fide ad Gratianum, to mo 2.

RESPONDEO dicendum, quòd de aliquo nomine dupliciter conuenit loqui.Vno modo secundum primam eius impositionem. Alio modo secundum vsum nominis: sicut patet in nomine Visionis, quod primo impositũ est ad significandum actum sensus visus. Sed propter dignitatem & certitudinem huius sensus, extensum est hoc nomen secundum vsum loquentium ad omnem cognitionem aliorum sensuum. Dicimus enim, Vide quomodo sapit,vel quomodo redolet, vel quomodo est calidum.Et vlterius etiam ad cognitionem intellectus:secundum illud Matthæi.5.c.Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Et similiter dicendum est de nomine lucis. Nam primo quidem est institutum ad significandum id quod facit manifestationem in sensu visus: Postmodum autem extensum est ad significandum omne illud quod facit manifestationem secundum quancunque cognitionem.Si ergo accipiatur nomen luminis secundum suam primam impositionem, metaphoricè in spiritualibus dicitur,vt Ambrosius dicit.Si autem accipiatur secundum quod est in vsu loquentium ad omnem manifestationem extensum,sic propriè in spiritualibus dicitur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

SVpposita distinctione quod de nomine lucis possumus loqui vel quoad primæuam eius impositionem, vel quoad vsum & extensionẽ; est conclusio.Lux quoad primęuam impositionem metaphoricè dicitur de spiritualibus, quoad vsum vero proprie. Primam partem probat S. Tho. autoritate Ambro. in prologo li.2.de fide ad Gratianum;secundam vero autoritate Augusti. c.28.& Dionysii. c.4.de diuinis nom.par.1: & ex illo ad Ephe. 5. Omne quod manifestatur lumen est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVM.

Dvbitatur de secunda parte conclusionis. An sit vera. Arguitur primo contra illam. Nihil sensibile per se spiritualibus conuenit nisi metaphoricè, quia quamuis aliquid analogum propriè reperiatur commune in spiritualibus & corporalibus, vt patet in ente &c. non tamen aliquid per se sensibile; nam sensibile non potest proprie reperiri in spiritualibus; sed lux est qualitas per se sensibilis, ergo. ¶ Secundò. Si lux dicitur de Angelis & de qualitate sensibili, certum est quòd dicitur analogicè, constat autem quod illa analogia non est ad vnum efficiens, neque ad vnum subiectum, neq; ad vnum finem, ergo est ad vnam formam per modum similitudinis, & sic nō dicetur propriè de Angelis. ¶ Tertiò sequitur, quòd tenebræ & nox etiam propriè dicantur de spiritualibus & de Angelis, patet sequela, nam reperitur in eis eadem ratio, quæ reperitur in luce. Cōfirmatur. Quonia glossa Ordina. Hebr. 1. super illud. Splendor gloriæ, ait, quòd improprijs vtitur nominibus, quia propria reperire non potest: ergo.

IN hoc dubio sciendum est esse quatuor nomina distinctæ significationis, scilicet, lumen, lux, radius, splēdor. Prima duo distinguit Abulen. Paradoxa. 1. ca. 87. quòd lux significat claritatem ad alia deriuatā, lumen verò claritatem manentem in eo à quò originatur, vt vocamus lumen solis, quod manet in illo, & lucem qua illuminat aerem, At verò D. Thom in 2. distinct. 13. articu. 3. è contra sentit quod, scilicet, lux dicitur secundùm quòd est in aliquo corpore lucido in actu à quo alia illuminātur, vt in sole. Lumen verò secundum quod est receptum in corpore diaphano illuminato. Radius verò est illuminatio secundū rectam lineam ad corpus lucidum, & ideo vbicumque est radius est lumen licet non è contra, contingit enim lumen esse in domo ex reflexione radiorum solis, quamuis non ex directa oppositione propter aliquod corpus interiacens. Splendor autem est ex reflexione radij ad aliquod corpus terſum & politum, vt ad speculum, vel ad argentum, ex qua reflexione etiam radij proijciuntur Hæc D. Thom. vbi suprà. Verum est quod idem Doctor sanctus, & Caietan. Hebræ. 1. explicantes illud; Qui cum sit splendor, &c. dicūt quòd splendor est illa claritas, quæ à fulgente primò emittitur. Vnde filius in diuinis, qui est id quod primo procedit à patre luminum, vocatur splendor Heb. 1. & Isai. 62. & idem habet Ambro. & glo. interlinearis Hebr. 1. dicens splendorem dici, quia est lumen de lumine. Et idem docet glossa interlin. Et Lyra Sapien. 7. ait in illa verba; Emanatio claritatis æternæ, quòd illa emanatio dicitur splendor. Et idem quod splendor videtur significare istud nomen candor; Dicitur enim Sapien. 7. Candor est lucis æternæ, &c. Sed iuxta sententiam Basil. homil. 6. Exame. Splendor pro luce accipitur & è contra & ideo hic non distinguemus ista nomina.

¶ Nota secundo, quòd lux licet primò imposita sit ad significandum quandam sensibilem qualitatem, tamen postea extensum est nomen ad significandum omne quod aliquid manifestat. Vnde dicitur Ephes. 5. Omne quod manifestatur lumen est, vel vt legunt alij, Omne quod manifestat lumen est. Et Augusti. lib. de Gene. ad literam imperfecto. cap. 5. dicit lucem dici qua quæque res manifestata est. Vnde iuxta triplicem modum manifestationis distinguit ibi triplicem lucem. Prima est lux hæc corporea, quæ oculis percipitur, cui (inquit) opponuntur tenebræ. Alia lux est vita sentiens & valens discernere quæ per corpus ad animæ iudicium referūtur, & huic (ait) opponitur insensibilitas. Tertia est lux & vis rationis, qua intelligimus, & huic docet opponi irrationalitatem, quæ reperitur in bestijs. Et quia etiam est alia cognitio supernaturalis præter has naturales, ideo & vis cognitiua supernaturalis vocatur lux & vocatur lumen fidei, & virtutes vocantur dies & lux. Præterea lux nō solùm vocatur ipsa vis cognitiua, sed etiam id quod participat talem lucem vocatur lux. Vnde hac ratione Angeli vocantur lux, & similiter Apostoli, & Ephes. 5. dicitur Omne quod manifestatur lumen est. Id autem quod manifestatur non est lux, sed participat lumen, & tamen vocatur lumen per participationem.

¶ His suppositis inter August. ex vna parte. & Dionys. & Ambros. ex alia est differentia, quòd ille putat proprie reperiri lucem in spiritualibus, isti verò non. Augustino consentit Lyra Ioann. 8. ibi; Ego sum lux; & Ruper. libr. 1. in Genes. capitu. 11. & 18. Vbi etiam addit, quòd hæc sensibilia vocantur lux per similitudinem ad Angelos & intuisibilia, nam hæc sunt causa exemplaris visibilium non econtra. Sed pro explicatione supponendum est, quòd de significatione huius nominis, lux, possumus loqui vel quantum ad nominis impositionem, vel quantum ad rem significatam. Si loquamur primo modo, sic prius dicitur hoc nomen de luce sensibili, quam de spirituali, quia nos ad illam significandam vt prius nobis notam, hoc nomen imposuimus. Si autem loquantur secundo modo quoad rem significatam illo nomine iam per vsum extenso ad denotandum omne manifestatiuum, & vim cognoscitiuā, sic ratio lucis prius inuenitur in spiritualibus, quam incorporeis, ita D. Thom. in 2. distin. 13. art. 2. & Ioan. 1. lectione. 3. & quia in supernaturalibus hæc vis perfectius inuenitur, adhuc proprius ratio lucis, inquantum significat principium manifestatiuū, in eis reperitur. Sed quia perfectius participat aliquam rationem id quod est tale per essentiam, quàm id quod est tale per participationem, & omnes substantiæ etiā intelligibiles creatæ, non sunt ipsa lux, & vis manifestatiua, Deus autē est ipsa lux, inde est quòd lux propriissime dicitur de Deo, & quòd in eo non sunt tenebræ vlla, quia in eo nihil est, quod non sit sua vis cognitiua & manifestatiua. Aliæ verò substantiæ dicuntur quidem lux, sed non per essentiam, neque lux vera, quia habent aliquam admixtionem tenebrarum; est enim aliquid in eis quod nō habet rationem manifestatiui. Vnde dicitur de Ioanne Baptista, Non erat ille lux. At verò prius dicitur lux de ipsa vi cognitiua quam de substantijs habentibus talem vim. Et iuxta hanc distinctionem conciliamus sanctos doctores. Idem quod dictum est de luce, dicendum est de die, & de aliis huiusmodi nominibus. Probatur, quoniam Augusti. 4. de Genes. ad literam capitu. xxviij. Ita expresse asserit quòd propriè dicitur dies

in spiritualibus. Idem habet Ruper. lib. 1. in Gen. c. 18. Et probatur eadē rōne. Nam licet impositū sit illud nomen ad significandum diē materiale, tamen extēsum est ad significandum id quod manifestum & cognitum est. Hoc autē proprie reperitur in spiritualibus & in supernaturalibus ēt, Vnde dī. Ro. 13. Nox præcessit, dies autē appropinquauit, & 1. Thess. 3. Omnes vos filij lucis estis & filij Dei. Idē prorsus dicendū est de tenebris iuxta doctrinam Ruper. ibid. & Augu. lib. in Gen. imperf. cto c. 5. Vnde subditur, Non sumus filij noctis & tenebrarum.

AD argumenta verò rīdetur. Ad primū patet ex dictis, qūo hoc nomen lux & cætera hmōi per vsum sint extensa ad significandam oēm vim manifestatiuam alicuius, & quantum ad hoc reperitur proprie in spiritualibus, nō quatenus significat qualitatem sensibilem. ¶ Ad secundum respondetur, q̄ non est analogia proportionis, sed proportionalitatis, quia sicut se habet lux corporalis ad cognitionem corporalis, ita lux spiritualis ad cognitionem spiritualē. Ita D. Tho. in 2. vbi sup. ¶ Ad tertium ex dictis patet. Ad confirmationem verò rīdetur, quòd Glossa loquitur de splēdore quantum ad primæuam eius significationem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm lux sit corpus. 342

*AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd lux sit corpus. Dicit enim August. * in lib. de lib. arbit. quòd lux in corporibus primum tenet locum. Ergo lux est corpus.* 2.d.2.q. 1.art.3. ad 4. & d.13.ar. 3.& dis. 30.q.2. ar.1.co. & 2. cæl.li.x. co.5.prī ci. Et 2. de ani. lib.14. * lib. 3 cap. 5.à med.to.

¶ 2 *Præterea. Philosophus dicit quòd lumen est species ignis. Sed ignis est corpus. Ergo lumen est corpus.*

¶ 3 *Præterea Ferri, intersecari & reflecti est proprie corporum. hæc autem omnia attribuuntur lumini vel radio. Coniunguntur ēt diuersi radij, & separantur, vt Dionys. dicit † 2. cap. de diui. nomi. Quod etiam videtur non nisi corporibus conuenire posse. Ergo lumen est corpus.* 1.

RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est lumen esse corpus. Quod quidem apparet tripliciter. Primò quidem ex parte † c.2. p circa . med.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loci. Nam locus cuiuslibet corporis est alius A *loco alterius corporis, nec est possibile secundum naturam duo corpora esse simul in eodem loco, qualiacunque corpora sint: quia contiguum requirit distinctionem in situ. Secundò apparet idem ex ratione motus. Si enim lumen esset corpus, illuminatio esset motus localis corporis. Nullus autem motus localis corporis potest esse in instanti: quia omne quod mouetur localiter, necesse est quòd prius perueniat ad medium magnitudinis, quàm ad extremum. Illuminatio autem* B *fit in instanti, nec potest dici quòd fiat in tempore imperceptibili. Quia in paruo spatio posset tempus latere, in magno autem spatio, puta ab Oriente in Occidentem, tempus latere non posset. Statim enim cùm sol est in puncto horizontis, illuminatur totum hemisperium vsque ad punctum oppositum. Est etiam aliud considerandum ex parte motus. Quia omne corpus habet motum naturalem determinatum. Motus autem illuminationis est ad omnem partem, nec magis secundum circulum, quàm secundum rectitudinem. Vnde manifestum est, quòd illuminatio non est motus localis alicuius corporis: Tertiò apparet idem ex parte generationis & corruptionis. Si enim lumen esset corpus, quando aer obtenebrescit per absentia luminaris, sequeretur ꝙ corpus luminis corrumperetur, & ꝙ materia eius acciperet aliā formam. Quod non apparet, nisi aliquis dicat et tenebras esse corpus. Nec etiam apparet ex qua materia tantum corpus quod replet medium hemisphærium, quotidiè generetur. Ridiculum est etiam dicere, ꝙ ad solam absentiā luminaris tantum corpus corrumpatur. Si quis etiā dicat ꝙ non corrumpitur, sed simul cum sole accedit & circumfertur, quid dici poterit de hoc ꝙ ad interpositionem alicuius corporis circa candelam tota domus obscuratur? Nec videtur, quod lumen congregetur circa candelam: quia non apparet ibi maior claritas post, quàm antè. Quia ergo oia hęc non solum rationi, sed sensui et repugnāt, dicendum est, ꝙ impossibile est lumē esse corpus.* C

Aug. ep 3. ad Volu. & li. 4. de Ge. ad lit. c. 22.

*AD primum ergo dicendum, quòd Aug. * accipit lucem pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est.*

AD secundum dicendum, ꝙ Arist. in- D *men nominat ignem in propria materia: sicut ignis in materia aerea dicitur flamma, & in materia terrea dicitur carbo. Non tamen est multum curandum de eis exemplis quę Aristo. inducit in libris logicalibus: quia inducit ea vt probabilia secundum opinionē aliorū.*

*AD tertium dicendum, quòd omnia illa attribuuntur lumini metaphoricè: sicut etiā possent attribui calori. Quia enim motus localis est naturaliter primus motuum (vt probatur in 8. physi.) vtimur nominibus pertinentibus ad motum localem in alteratione & in omnibus motibus: sicut etiam nomen distantiæ derivatum est à loco ad omnia contraria, vt dicitur in * 10. metaphysi.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est negatiua. Probat D. Thom. hanc conclusionem, tum quia est simul cum alio in loco: Tum, quia instantaneè diffunditur & versus omnem partem, at vero corpus mouetur successiue & versus determinatam partem; Tū tertiò ex generatione, quia aliàs ad absentiam solis corrumperetur corpus, & sic in illa materia succederet alia forma, & cum non succedant nisi tenebræ sequeretur tenebras esse corpus. C

COMMENTARIVM.

DVbitatur de hac conclusione. Arguitur primo circa illam confirmādo primū argumentum D. Thom. Nam illam sententiam repetit D. August. epist. 3. ad Volusianum, quòd scilicet lux sit corpus. Et similiter lib. 7. de Genes. ad literam, capi. 15. lucem vocat subtiliorem naturam corporis, imò ait esse corpus animæ incorporeæ maximè vicinum, ergo. Confirmatur, nam illam sententiam Aristotelis relatam in secundo argumento, quòd splendor sit species ignis habet expresse Theodoretus ad Hebræ. 1. ibi, Qui cum sit splendor gloriæ. ¶ Secundo, quoniam vt docet Basilius homil. 2. Examer. & Damasce. libro 2. de fide Orthodo. capit. 7. Lux primò producta fuit à Deo sine subiecto; sed accidens non potest esse sine subiecto naturali, & tūc Deus nihil per miraculum producebat, sed quod rerum natura postulabat vt docet Augustinus

stinus lib. 2. de Genes. cap. 1. ergo erat substantia & cum sit sensibilis erat corpus. Cōfirmatur, quòd lux producta primo die sit substantia, & per consequens corpus cū sit sensibilis. Nam aliàs vt arguit Ruper. lib. 1. in Genes. cap. 10. Primus dies esset omniū pauperimus, cum in alijs diebus Deus substantias produxerit in primo vero tantum qualitatem; hoc verò derogat primo verbo diuinæ maiestatis, vt tantum producatur per illud quoddā accidens, ergo. ¶ Tertiò. Nam Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacramentis cap. 9. ait lucem primo die creatam fuisse corpus & loco circunscriptam. ¶ Quartò, quia Aristo. sectione. 11. problema. 33. docet quòd propterea sonus de nocte magis auditur, quàm in die, quia medium plenum est lucę & radiis, quę corpora esse dixerat & sic impedire ne sonus audiatur. ¶ Quintò. Flante vento & sole illuminante, aer continuo succedit alius & alius, & tamen eadem lux perseuerat, ergo non est accidens. Probatur consequentia quia accidens non potest migrare de subiecto in subiectum. Minor verò præter quàm quòd experientia patet. Probatur. Quia causa illius lucis semper perseuerat cā producens & conservans; & patet quia non apparet, quomodo toties illa lux corrumpatur, & iterùm incipiat esse. ¶ Sextò. Lumen per se habet figuram & non ex subiecto in quo est: ergo est corpus. Probatur consequentia, quia figura cōsequitur quantitatem quæ non potest conuenire nisi corpori. Antecedens probatur ex Perspectiua. Radius solaris ingrediens per foramen angulare cadensq; supra aliud corpus ad mediocrem distantiam apparet rotundus, sed illam figuram nō habeat radij ex subiecto, nec ex loco per quem transeunt, cùm illa aliam figuram habeant, vt supponitur, ergo. Alia argumenta vide in D. Thom. in 2. d. 13. q. 1. artic. 3.

DE natura luminis variè fuerunt sentētiæ philosophorum. Alij enim vt Empedocles, & Democritus, sicut docet Arist. 2. de Anima cap. 7. dicebant lucem esse corpus. Hoc optimè reprobat Arist. ibi tribus rationibus, & Di. Thom. in 2. vbi supra, & hic, cuius rationes desumptæ sunt ex Aristot. ibidem, & ex Basilio in Examer. Alij dixerunt esse quendam defluxum corporeum, ita quòd ab ipso corpore lucido egre diebantur quædam corpora subtilia recepta in medio intra eius poros, & hæc erat lux: sicut aliquando ignis recipitur intra ipsos poros ferri igniti. Sed hanc sententiam reprobat Auicena de anima. par. 3. capitu. 3. Et D. Thom. in 2. Sentent. vbi supra. Primò, quia continuè diminueretur corpus lucidum, vt sol, cuius contrarium videmus, quia sol est incorruptibilis, vnde nec potest diminui, neque id quod diminuitur ex alia parte augeri. Secundò, quia hoc cōuincunt rationes articuli; nam aliàs non possent hæc corpuscula instantaneè & versus omnem partem moueri per solam absentiam solis, &c. Aliæ opiniones de substātia lucis afferentur art. 3. seq.

VNde ad primum in contrarium respōdetur, quòd Augustinus intelligitur vt hic explicat illum Di. Tho. & similiter exponitur Theodor. vt Di. Thom. interpretatur Aristo. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ illa sententia non admittitur, vt dicetur ar. 4. Ad confirma. dicitur quòd lucem quam Rupertus dicit esse substantiam, est lux intellectualis, scilicet, Angeli, qui significantur per istam lucem corpoream. De hac verò luce sensibili nunquam id docuit Rupertus. ¶ Ad tertium respōdetur, quòd Hugo nomine lucis intelligit corpus lucidum. Solet enim aliquando vt dicitur art. 4. concretum significari nomine abstracto. ¶ Ad quartum dicitur, quòd ibi Aristot. loquitur secundum vulgarem hominum sententiā quod sæpissime facit in solutionibus problematum, & quòd hic loquatur iuxta hāc sententiam. Patet primo quia ibi statim adhibuit aliam solutionem. Secundò quia in libris de Anima ubi tractauit hanc quæstionem ex professo determinat contra Democritum lucem non esse corpus. ¶ Ad quintum Michael de Palacios 2. de Anima cap. 7. respondet lumen non esse subiectiue in aere vel aqua vt talia sunt, sed vt diaphana sunt. Vnde moto aere & aqua manet lumen in diaphano tanquam in subiecto, qđ idem perseuerat. Sed hæc solutio est impossibilis, nam dum conatur explicare quomodo idē accidens non migret de subiecto in subiectum, concedit accidens natura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

raliter manere sine subiecto, qm diaphanei A tas non est substantia, sed accidens quoddã & affectio aeris & aquæ. Quare ad argumẽtum respondetur, ꝙ non manet idẽ lumen, sed moto aere, aut aqua continuum producitur, sicut solet dici in 4.phys. & de immobilitate loci, ꝙ manet idem numero locus, quamuis mutentur multæ & diuersissimæ superficies. ¶ Ad sextum respõdetur, ꝙ illa rotunditas luminis prouenit ex corpore luminoso, s. Sole a quo producitur lumẽ. Cum enim Sol rotundus sit, radij ẽt solares ab eo B causati rotundi semper apparent, nisi aliquando ex aliqua dispositione subiecti impediente ne radij Solis causentur iuxta suã figuram, oppositum cõtigerit. Quod copiosius explicare pertinet ad perspectiuos.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm lux sit qualitas.

AD TERTIVM sic procedi- C tur. Videtur, ꝙ lux non sit qualitas. Omnis enim qualitas permanet in subiecto, etiã postquã agens discesserit: sicut calor in aqua postquã remouetur ab igne. Sed lumen non remanet in aere recedente luminari. Ergo lumen non est qualitas.

¶ 2 Præterea. Omnis qualitas sensibilis habet contrarium, sicut calido contrariatur frigidum, & albo nigrum. Sed lumini nihil est contrarium. Tenebræ n. est priuatio luminis: D Ergo lumen non est qualitas sensibilis.

¶ 3 Præterea. Causa est potior effectu. Sed lux cœlestium corporum causat formas substantiales in istis inferioribus: dat vt esse spirituale coloribus, ꝙa facit eos visibiles actu. Ergo lux non est aliqua qualitas sensibilis: sed magis substantialis forma, aut spiritualis.

SED contra est, quod Dama. dicit in li. li. 1. ortho. fid. * 1. quòd lux est quædam qualitas.

RESPONDEO dicendum, ꝙ quidã va. 9. dixerunt, ꝙ lumen in aere non habet esse naturale, sicut color in pariete: sed esse intentionale, sicut similitudo coloris in aere. Sed hoc non potest esse ꝙd duo. Primò quidem, quia lumen denominat aerem. Fit. n. aer luminosus in actu. Color verò non denominat ipsum. Nõ enim dicitur aer coloratus. Secundò, quia lumen habet effectum in natura. Quia per radios Solis calefiunt corpora. Intentiones autẽ non causant transmutationes naturales. Alij verò dixerunt, ꝙ lux est forma substantialis Solis. Sed hoc ẽt apparet impossibile ꝙd duo. Primò quidem, quia nulla forma substãtialis est per se sensibilis, quia quicquid est, est obiectum intellectus, vt dicitur in * 3. de Aia. Lux autem est secundum se visibilis. Secundò, quia impossibile est, vt id quod est forma substantialis in vno, sit forma accidentalis in alio: quia forma substantiali per se cõuenit cõstituere in specie. Vnde semper & in omnibus adest ei. Lux autẽ non est forma substãtialis aeris: alioquin ea recedente corrumperetur. Vnde non potest esse forma substantialis Solis. Dicendum est ergo, ꝙ sicut calor est qualitas actiua consequens formã substantialem ignis, ita lux est qualitas actiua consequens formã substantialem Solis: vel cuiuscunq; alterius corporis à se lucentis, si aliquod aliud tale est. Cuius signum est, quòd radij diuersorum stellarum habent diuersos effectus secundum diuersas naturas corporum.

AD primum ergo dicendum, ꝙ cum qualitas consequatur formam substantialem, diuersimodè se habet subiectum ad receptionẽ qualitatis, sicut se habet ad receptionẽ formæ. Cùm. n. materia perfectè recipit formam, simiter stabilitur ẽt qualitas cõsequens formã, sicut si aqua conuertatur in ignẽ. Cùm verò forma substãtialis recipitur imperfectè secundum inchoationem quandam, qualitas consequens manet quidem aliquandiu, sed non semper: sicut patet in aqua calefacta, qua redit ad suam naturam. Sed illuminatio nõ fit per aliquam transmutationem materiæ ad susceptionem formæ substantialis, vt fiat quasi inchoatio aliqua formæ. Et ideo lumen non remanet nisi ad præsentiam agentis.

AD secundum dicendum, ꝙ accidit luci, ꝙ non habeat contrarium, inquãtum est qualitas naturalis primi corporis alterãtis: quod est à contrarietate elongatum.

AD tertium dicendum, quòd sicut calor agit ad formam ignis quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis: ita lumẽ agit quasi instrumentaliter in virtute corporis cælestium ad producendas formas substãtiales: & ad hoc ꝙ faciat colores visibiles actu inest enim qualitas primi corporis sensibilis.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Lux habet esse reale, & naturale, sicut color in pariete, & nõ solum esse intẽtionale sicut species in medio. Probatur primò, quia lux denominat aerẽ illuminatũ, forma verò intẽtionalis nõ denominat suũ subiectũ. Secũdò, quia lumen habet effectum realẽ: lux. n. calefacit: intentiones autem non causant transmutationes naturales.

¶ Secũda conclusio. Lux nõ est forma substãtialis Solis. Probatur, quia nulla forma substãtialis est per se sensibilis, lux verò est per se sensibilis. Secundò, quia in aere est forma accidẽtalis, ergo & in Sole. Consequẽtia patet, quia in ordine naturali id qd est forma accidẽtalis in vno, non potest esse substantialis in alio. Antecedens autem probatur, quia aliàs ea recedente corrumperetur aer.

¶ Tertia cõclusio. Lux est qualitas actiua consequens formam substantialem Solis, vel alterius corporis lucidi: sicut calor est qualitas cõsequẽs formam ignis. Probatur ex Damascẽno ita dicente. Et secundò à sufficienti diuisione. Tertiò à signo, quia radij stellarũ habent diuersos effectus iuxta diuersitatem stellarum.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primã conclusionem. Vtrum lux habeat esse intentionale, An verò reale? Et arguitur ad probandum, ꝙ habeat esse intentionale. ¶ Primò. Nam D. Tho. de potentia q. 5. ar. 1. ad 6. docet expressè, ꝙ lumen habet esse per modũ intentionis, sicut species colorũ in speculo, ergo. E ¶ Secundò. Lumen receptum in organo visus non impedit visionem, ergo habet esse intentionale. Antecedens patet ex Auerr. li. de sensu & sens. ca. 1. & Arist. ibidem, ponentibus lumen intrinsecum in oculo. Consequentia verò probatur, quia sensibile supra A sensum nõ causat sensationẽ. ¶ Tertiò. Ordo cognoscitiuorũ est nobilior ordine rerũ naturaliũ; sed lux pertinet ad ordinẽ cognoscitiuorũ, ergo non habet esse naturale. Maior docetur a Caietano supra q. 15. art. 3. Et probatur: Quia ordo ille est supremus gradus inter res vniuersi. Minor aũt probatur, nã lux est principiũ visionis, nec requirit aliquam speciẽ vt sentiatur, hoc aũt sufficit, vt contineatur intra ordinẽ cognoscitiuorum tanquam cõplementum intrinsecũ illi, vt ibidem docet Caieta. ¶ Quartò. Sensus est B receptiuus specierum sine materia, & non recipit qualitates secundũ esse naturale, & materiale, quod habẽt à parte rei, vt docet Arist. 2. de anima. c. 11. Sed sensus recipit lumẽ secundum se sine aliqua media specie, vt infra dicemus, ergo hẽt esse intẽtionale, & sine materia, & nõ esse naturale. Confirmatur. Nam illa qualitas dr̃ habere esse intẽtionale, qua anima rendit in alterum; sed hmõi est lumẽ in medio: per ipsum. n. tendimus in colorem, ergo. Confirmatur secundò; quia lumẽ dat esse spirituale colori, ergo ipsum multò magis habet eẽ spirituale. C ¶ Quintò arguitur contra tõnes; Nam spẽs in medio possunt aliquando denominare subiectum, in quo recipiuntur: ergo prima rõ supponit falsum. Antecedens patet argumento Scoti, quòniam species coloris transeuntes per vitrum coloratum apparent in pariete opposito secundum eandẽ speciem coloris, ergo ex hoc quòd lux denominet D subiectum, non sequitur, quod habeat esse naturale. Confirmatur. Quia lux in medio non denominat illud eadem denominatione propriè, quam habet in suo subiecto proprio & connaturali; sed idẽ habent species, ergo. Maior probatur, nam lux denominat suum subiectum, a quo oritur lucidum, medium autem tantum denominat illuminatum. Similiter species coloris licet non denominent medium coloratum: denominare tamen possunt alia denominatione: nam à tali forma recepta in medio, sequitur aliquis effectus formalis, à quo potest denominari ipsum medium, ergo. ¶ Arguitur sextò contra secundam rationem. Lux nihil agit in corpora, ut docet Aristo. 2. de aĩa text. 126. ergo ratio illa supponit maiorem falsam. Supponit etiam minorẽ falsam: nã

Universidad de Deusto
Biblioteca

excellens sensibile corrumpit sensum, vt docet Arist. 2. de anima tex. 125. Quod intellegit Caiet. ibidem de esse intentionali ipsius sensibilis; sed ista corruptio est transmutatio naturalis, ergo. ¶ Arguntur septimò contra rationem secundæ conclusionis. Licet id quod est substantia vniuocè sumptum nulli sit accidens, bene tamen si sumatur analogicè, vt patet in sapiētia & potentia Dei & nostra; sed lux in sole & in ære non habet rationē vniuocam, sed analogam, ergo. Minor probatur, nam lux in sole est virtus superior formaliter eminenter illuminatiua, viuificatiua, calefactiua, exficcatiua, &c. communicata vero inferioribus non habet hanc definitionem, ergo. Imo D. Thom. hic in secunda conclusione docet, quòd lux diuersarum stellarum habet diuersos effectus, ergo habet diuersas definitiones.

PRo huius expositione sciendum, quòd præter sententias philosophorum, quas supra retulimus de natura lucis, extāt aliæ, quæ deseruunt huic articulo. Quoniam Galenus & Christophorus à Vega insignis nostri temporis medicus lib. 2. de arte medendi fol. 140. dicunt lumen esse substantiam nō quidem corporalem, sed spiritualem & immaterialem. Huius autem opinionis falsitas facile conuincitur. Primò, quia alias esset intellectiua & nobilior homine; hoc enim habet omnis substantia spiritualis. Item alias nō esset per se sensibilis. Tertiò. Non esset immediatè actiua, cum tamē sit principium primi alterantis, quo immediatè agit. Quartò. Alias non denominaret subiectum illuminatum aut lucidum, nam eum sit substantia spiritualis, non potest esse forma medij, & per consequens nec denominare illud formaliter, quia nihil est formaliter tale nisi per formam intrinsecā. Quintò. Quoniam alias non esset extensa. ¶ Alij autem dixerunt, quòd lux nihil aliud est quam apparitio ipsa colorum. Sed hoc reprobat D. Tho. in 2. vbi suprà, quia innocti lucis videmus lucem, & non colorē. Itē in die videmus colorem vt obiectū quod, & non ipsam lucem. Præterea, in corporibus cælestibus reperimus lucem & non colorem, cùm color sit qualitas secunda supponens primas, quæ in cælis non reperiuntur. Quartò. Secundùm sententiam eorum, qui docent solùm prima corpora & simplicia fuisse condita a principio, hoc facilius apparet; nam tunc producta est lux ante omnem colorem siue mixtorum, quia tūc non erant mixta, siue elementorum, (nam elementis tribuit Arist. colorem in lib. de coloribus in principio) quia color causatur in eis ex opacitate aliqua cum luce & diaphaneitate, ergo quando primò producta est lux non erat color, deerat enim vnum ex principijs eius. ¶ Aliæ sententiæ aliorū versantur de natura lucis, quomodo ipsa diuersimode se habens sit ipsa essentia colorum, quod docuerunt, Pythagoras, Plato & Auempace. Alij dicunt quòd sit forma colorum, non solùm in esse sensibili, sed etiā in esse naturali. Alij aliter, quæ omnia examinare pertinet ad lib. 2. de anima cap. 6. & nos infrà quæst. 78. articu. 4. aliqua de his dicemus.

REiectis ergo istis sententijs sit prima conclusio. Lux est equalitas reposita in tertia specie qualitatis. Hęc conclusio est Damascē. lib. 1. de fide Orthod. c. 9. & lib. 2. cap. 7. & Auicennæ de anima. part. 3. ca. 1. Et probatur ratione articuli, nam illud signū quòd adducit D. Tho. sic debet explicari. Nulla substantia est actiua immediate, sed lux est immediate actiua, videmus enim mediante luce diuersas stellas habere varios effectus, ergo pertinet ad genus qualitatis. Cōfirmatur. Nam idem Auicena de cælo c. 14. ait, quòd sicut ignis non agit nisi mediante calore, ita nec cælum nisi mediante luce. Cuilibet enim agenti debet assignari proprium principium quo agat, nullum autem aliud reperimus in cælo ergo. Quod verò pertineat ad tertiam speciē qualitatis secundùm se patet. Nam sic est obiectum sensus & inferens passionem. ¶ Hoc ergo tanquam certo supposito, quod dubiū ingerit est; An habeat esse reale & naturale, an verò intentionale. Illa vocatur qualitas realis, quæ ad hoc instituta est, vt sit, quamuis secundariò alia representet. Illa verò vocatur intentionalis quæ ad hoc primò naturaliter est instituta, vt alia repræsentet, licet etiam habeat suum esse. De quo latius Caieta. 1. par. quæst. 55. articul. 3. Aliter & latè explicat Sonzi. 7. Meth. quæst. 9. quid

quid sit esse formam intentionalem vel realem. Vide illic. ¶ Hoc ergo præmisso aliqui vt Scot. & Bonauentu. 2. distinctione 13. & Egydius. lib. 2. de anima, & 2. Sentent. dist. 13. quibus & videtur aliqua ratione consentire Durand. ibidem in 2. distin. 13. quæst. 2. tenent, quòd lux habet esse intentionale, quam sententiam tanquam multum probabilem refert D. Thom. in 2. distinct. 13. quæst. 1. articu. 3.

¶ Sed nihilominus sit secunda conclusio. Lux habet esse naturale & firmum in rerū natura. Probatur rationibus articuli, quarum prima videtur de sumpta ex Aristotele lib. 2. de anima text. 121. de cuius expositione vide Caietanum ibidem. Probatur secundò. Quoniam alias sequitur, quòd per splendorem & lucem refractam possemus videre solem vel corpus, à quo prodijt lux, consequens patet experientia esse falsum, ergo & antecedens. Sequela probatur, nam per speciem etiam refractam quomodocunque ad visum peruenientem videmus obiectum, à quo procedit vt patet in speculo, ergo pari ratione videremus solē per lucem refractam. Tertiò. Obiectum sensus habet esse reale, sed lux est formalius obiectum visus, quàm color, imò est ratio videndi colorem, vt docet D. Thom. passim: ergo lux habet esse naturale. Maior probatur. Nam obiectum non est institutum vt repsenter alia, sed vt ipsū sit & terminet. ¶ Tertia conclusio. Probabile est, quòd lux non requirit aliam speciem vt ipsamet videatur, sed per seipsam videtur. Probatur hoc ex D. Thom. suprà quæst. 56. art. 3. & in 2. Sentent. dist. 23. quæst. 2. articu. 1. Et de veritate quæst. 8. articu. 3. ad 17. ita expresse docente. Probatur secundo argumento facto à principio, nam si requireret aliam speciem non posset videri, si poneretur supra sensum, requireretur enim tunc mediū, vt species illa redderetur immaterialior & spiritualior, vt proportionaretur potentiæ. De qua ratione vide Caietanum. 2. de anima capitu. 6. Probatur secundo conclusio. Arist. 2. de anima capitu. 7. text. 67. & 73. dicit, quòd lux quæ est in medio facit omnia visibilia actu visibilia, ergo non videtur per speciem. Probatur consequentia, quoniam illi rei, quæ est ratio videndi cætera nihil, potest esse ratio videndi ipsam. Alias enim esset procedere in infinitum. Confirmatur. Secundum Diuum Thom. & Aristote. eodem actu videmus colorem & lucem tanquam vnicum integrum obiectum, ergo tantum per vnam speciem. Probatur consequentia, quoniam potentia cognoscitiua ad vnicum actum circa vnicum obiectum vnica tantum specie vtitur. Aliqui tamen ex recentioribus contra hanc conclusionem argumentantur. Primo. Nam Aristot. docet. 2. de anima capit. 7. quòd lumen videtur sicut & alij colores; sed alij colores videntur per propriam speciem. Secundò. Oculus non videt illud lumen, quod est intra ipsum, sed illud quod est extra se, ergo videt illud per propriam speciem. Tertiò. Diu. Thom. docet infra qō. 78. artic. 3. quòd immutatio sensus est purè intentionalis, & nullo modo realis neque ex parte obiecti, neq; ex parte organi, ergo intellexit, quòd etiam quando videtur lux, immutatio est purè intentionalis, videlicet per speciem intētionalem. Quartò. Noctu per medium tenebrosum videmus lucernam. Tunc lucerna agit in visum, & non immediatè per seipsam, ergo per medium specie sua mediante. Propter has rationes aliqui viri docti ex Thomistis distinguunt de luce. Nam alia est, quæ subiectatur in corpore luminoso, & hæc videtur per propriam speciem à luminoso causatam, & hoc probant hæc argumenta, & sic intelligendus est Arist. & Di. Thom. sicubi videntur asserere, quòd lux videtur per speciem. Alia est lux, quæ est ratio videndi colores, & illos facit actu visibiles, & de hac dicunt, quòd videtur eodem actu quo color, & nō p propriā speciem, sed immediate per seipsam. Qđ mihi etiam probabile videtur. ¶ Quarta conclusio. Lux non solum habet esse naturale, sed etiam habet esse intentionale, & spirituale. Hanc conclusionem aliqui ex modernis non intelligentes leuissimis quibusdam argumentis impugnant: sed probatur argumentis factis à principio dubij. Vnde dicendum est cum Caieta. hic (quam doctrinam desumpsit ex D. Thom. in 2. distinct. 13. quæst. 1. art. 3. in fine.) Quòd lux eminenter est qualitas intētionalis & natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralis, præhabens formaliter propria vtriusque. Vide ipsum hæc optime explicantem. Et si aliquas ex hac conclusione contra secundam. Nam qualitas quæ est principiū sensationis pertinet ad primam speciem qualitatis, vtpote quæ disponit ad bonum esse naturæ, ergo si lux habet esse intentionale pertinebit ad primam, & non ad tertiam speciem. Item cum qualitas intentionalis pertineat ad superiorem ordinem, scilicet, cognoscitiuorum, non potest per se primo communicari ex corpore inanimato, quale est cælum, quod est propria causa & subiectum lucis. Probatur sequela, Nam ordo inferior non attingit ad causandum aliquid pertinens ad ordinem superiorem, quia alias causaret aliquid nobilius se. Sicut totus ordo naturæ non potest causare gratiam, quia pertinet ad ordinem superiorem, licet gratia sit accidens, & multa ex ordine naturæ sint substantiæ. ¶ Respondetur ad primam obiectionem, quòd illud antecedens est verum de qualitate quæ solùm habet esse intentionale, non verò si simul habeat aliud esse: nam tunc vel pertinebit ad diuersas species secundùm diuersas rationes, vel poterit pertinere ad aliam speciem quam ad primam, si in vna ratione eminentiori præhabeat propria, qualitatis intentionalis & realis. ¶ Ad secundam respondetur, quòd lux secundum rationē naturalem quam habet, & quatenus est causa transmutationis naturalis, est propria qualitas primi alterantis. Aliam verò rationem qualitatis intentionalis habet secundùm quòd participat aliquam proprietatē substantiarum separatarum, in quarum efficaciam reducenda est tota virtus harum qualitatum, vt aliàs ostendimus ex D. Th. suprà in materia de Angelis, & copiosius explicabimus infra q. 78. ar. 3.

A D argumenta ergo à principio posita. Ad quatuor prima respondetur, quòd probant quartam conclusionem, quòd lux habet esse intentionale, non tamen probāt quòd tantùm habeat illud esse, & non esse naturale. ¶ Ad quintum nego antecedens. Ad primam probationem respondetur ex Aristotele de sensu & sens. cap. 3. quod duplex est color, alius verus & permanens, qualis repetitur in mixtis, alius tantùm apparens & transiens causatus ex varia lucis reuerberatione, qualis reperitur in Iride, & in aurora. Huiusmodi ergo est color, qui appāret in medio ex reuerberatione lucis, vt probabat argumentum: & sic licet illæ species denominent medium non tamē ab eodem effectu formali, quo denominatur subiectum. Nam subiectum habet colores veros & permanentes, medium verò solū habet colorem transeuntem, & apparentem. Ratio aūt intelligitur, quòd debet denominare eadem denominatione, & tribuere eundem effectum formalem. Ad confirmationem (quæ est replica contra hanc solutionem) respondetur, quòd illa diuersa denominatio lucidi vel illuminati non prouenit ex diuersa forma habita vel ex diuerso modo essendi eiusdem formæ secundū se: sed ex hoc quòd est habere illam à se vel ab alio. Nam quoad cetera eundem modum essendi naturalem & spiritualem habet lux in sole & aere: color vero tribuit medio diuersam denominationem, quam suo subiecto ex diuerso modo essendi eius formæ, penes materiale vel intentionale. ¶ Ad sextum respondet Caietanus ibidem, quòd loquitur Aristot. de luce seclusa motu, nam vt diximus, lib. 1. de Generatione, motus est conditio, sine qua non exlū vel lux eius ageret. Ad aliam probationem respondet ibi Caietanus, quòd qualitas, & transmutatio naturalis secundùm se, est corruptiua subiecti & alteratiua: intentionalis verò secūdum se est perfectiua. Quòd vero per accidēs aliquando propter sui excellentiam agat aliquid in sensum, non destruit sermonem formalem & per se, quomodo loquitur hic D. Thom. Vide Caiet. ibidem. ¶ Ad septimum aliqui propter illud argumentum volunt lucem in medio, & in sole non esse eiusdem rationis vniuocè, sed analogicè. Ita Caietan. supra quæst. 13. articu. 5. Sed D. Thom. 2. de cælo lectione 14. Et de verit. quæst. 9. artic. 1. ad septimum videtur docere oppositum, & ideo dicitur, quòd etiam in medio habet easdem virtutes. Nam cùm sol causet illos effectus mediante luce aeris, oportet vt illa sit virtus calefactiua & exsiccatiua, &c. Quòd verò in diuersis stellis habeat diuersos effectus, arguit quidem diuersitatem eius quatenus

tenus passio est, non analogiam in ratione lucis. De hoc vide Diuum Thomam 2. distin. 13. quæst. 1. artic. 4. Et per hoc etiam respōdetur ad ipsum septimum argumentū, quòd lux solis vt proprietas eius habet omnes illas proprietates & virtutes, quòd sit exsiccatiua, &c. non verò vt lux est, nam vt sic tantum habet illuminare, vt infra dicetur. Et propterea licet in aere non haberet illas virtutes, non sequitur quod in ratione lucis analogicè dicerentur lucida. Si quis autē velit dicere in ratione lucidi esse physicam analogiam inter solem & aerem, rectè & verè loquitur, propter naturalem dependentiam aeris à sole.

CIrca solutionem ad primum, vide Caietanum infra quæstione 104. articulo 1. in fine, quare lumen lucernæ non permaneat in medio in absentia eius, cùm forma ex qua procedit sit in eo secundùm quandam inchoationem & dispositionem, & quare calor causatus à sole pmaneat in absentia solis, cùm forma ex qua procedit, scilicet solis, nullo modo sit in medio secundum aliquam inchoationem, & dispositionem. Ait enim id prouenire, quia causa lucis per se non est lucerna, nisi vt participat aliquid de sole, ad cuius formæ inchoationē nulla dispositio potest introduci in medio; Causa vero caloris in medio est ignis, vel sol ipse vt eminentius habet aliquid de igne, & quia hæc forma potest inchoari in medio per aliquam dispositionem propriā formæ ignis, ideo calor solis remanet in absentia eius, non autem lux illius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm conuenienter lucis productio in prima die ponatur?

344 2. di. 13. ar. 4. Et Gala. 4. li. 6. fin. * gr. pc.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ inconuenienter lucis productio in prima die ponatur. Est enim lux qualitas quadam * est. Qualitas autem cum sit accidens, non habet rationem primi, sed magis rationem postremi: non ergo prima die debet poni productio lucis.

¶ 2 Præterea. Per lucem distinguitur nox à die. Hoc autem fit per Solem, qui ponitur sexto die quarta. Ergo non debuit poni productio lucis prima die.

¶ 3 Præterea. Nox & dies fit per circulationem motum corporis lucidi. Sed circulatio motus est proprius firmamenti: quod legitur sexto die secunda. Ergo non debuit poni in prima die productio lucis distinguentis noctem & diem. Si dicatur, quòd intelligitur de luce spirituali: contra, lux quæ legitur facta prima die facit distinctionem à tenebris. Sed non erant in principio spirituales tenebræ, quia etiam dæmones fuerunt à principio boni, vt supra dictum est *. Non ergo prima die debuit poni productio lucis. q. 63. ar. 4.

SED contra, id sine quo non potest esse dies, oportuit fieri in prima die. Sed sine luce non potest esse dies. Ergo oportuit lucem fieri prima die.

RESPONDEO dicendum, quòd de productione lucis est duplex opinio. Aug. * enim videtur dicere, quòd non fuerit conueniens Moysen prætermisisse spiritualis creaturæ productionem. Et ideo dicit, quòd cum dicitur, In principio creauit Deus cælum et terram, per cælum intelligitur spiritualis natura adhuc informis: per terram autem intelligitur materia informis corporalis creaturæ. Et quia natura spiritualis dignior est, quàm corporalis, fuit prius formanda. Formatio igitur spiritualis naturæ significatur in productione lucis, vt intelligatur de luce spirituali. Formatio autem naturæ spiritualis est per hoc, q̄ illuminatur, vt adhæreat verbo Dei. Alijs autem videtur, q̄ sit prætermissa à Moyse productio spiritualis creaturæ. Sed huius rationem diuersimodè assignant. Basi. enim dicit, quòd * Moy. principium narrationis sue fecit à principio, quod ad tempus pertinet sensibilium rerum. Sed spiritualis natura, id est, Angelica prætermittitur, quia fuit ante creata. Chrys. autem assignat aliam rationem, quia Moy. * loquebatur rudi populo, qui nihil nisi corporalia poterat capere, quem etiam ab idololatria reuocare volebat. Assumpsissent autem idololatriæ occasionem si proposita fuissent eis aliqua substantia supra omnes corporeas creaturas. Eas enim reputassent deos, cùm essent proni ad hoc q̄ Solem, & Lunam, & stellas colerent tanquam deos: quod eis inhibetur Deuteron. 4. Præmissa autem fuerat circa creaturam corporalē multiplex informi-

li. 11. de ci. Dei, cap. 9. & 33. si- mul. to. 5.

Hom. 1 Exame. in fol. 1. à princ. illius.

Hom. 2 in Gen. circame dium il lius. to. 1

tas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas. Vna quidem in hoc, ꝙ dicebatur, Terra erat inanis & vacua. alia verò in hoc, quòd dicebatur, Tenebræ erant super faciem abyssi. Necessarium autem fuit, vt informitas tenebrarum primò removeretur per lucis productionē propter duo. Primò quidem, quia lux, vt dictum est, * est qualitas primi corporis. Vnde secundum eam primò fuit mundus formatus. Secundò propter communitatem lucis. Communicant enim in ea inferiora corpora cum superioribus. Sicut autem in cognitione proceditur à communioribus, ita etiam in operatione. Nam prius generatur viuum, quàm animal, & animal quàm homo, vt dicitur in lib.* de Generatione animalium. Sic ergo oportuit ordinem diuina sapientia manifestari, vt prima inter opera distinctionis produceretur lux tanquam primi corporis forma, & tanquam communior. Basil.* tamē posuit tertiā rationem, quia per lucem omnia alia manifestātur. Potest & quarta ratio addi, quæ in obijciendo est tacta: quia dies non potest esse sine luce. Vnde oportuit in prima die fieri lucem.

Ar.3.huius qō.

lib.2.de genera. ani. c.4. to.4. Hom.3 Exam.a medio fi liu.

AD primum ergo dicēdum, ꝙ secundum opinionem, quę ponit informitatem materiæ duratione præcedere formationem, oportet dicere, quòd materia à principio fuerit creata sub formis substātialibus, postmodum verò fuerit formata secundum aliquas conditiones accidentales, inter quas primum locum obtinet lux.

AD secundum dicendum, ꝙ quidam dicunt lucem illam fuisse quandam nubem lucidam: quæ postmodum facto Sole in materiā prius existentem redijt. Sed istud non est conueniens. Quia scriptura in principio Geneſ. commemorat institutionem naturæ, quæ postmodum per seuerat. Vnde non debet dici, quòd aliquid tunc factum fuerit, quod postmodum esse desierit. Et ideo alij dicunt, quòd illa nubes lucida adhuc remanet, & est coniuncta Soli, vt ab eo discerni non possit. Sed secundum hoc illa nubes superflua remaneret. Nihil autem est vanum in operibus Dei. Et ideo alij dicunt, quòd ex illa nube formatum est corpus Solis. Sed hoc etiam dici non potest, si ponatur corpus Solis non esse de natura quatuor elementorum, sed esse incorruptibile per naturam. Quia secundum hoc materia eius non posset esse sub alia forma. Et ideo esi dicendum, ꝙ vt Diony dicit * 4.cap. de diui. nomi. ꝙ illa lux fuit lux Solis, sed adhuc informis quantum ad hoc, ꝙ iam erat substantia Solis: & habebat virtutem illuminatiuā in communi, sed postea data est ei specialis, & determinata virtus ad particulares. Et secundum hoc in productione huius lucis effectus, distincta est lux à tenebris, quantum ad tria. Primò quidem quantum ad causam secundum quod in substantia Solis erat causa luminis: in opacitate autem terræ causa tenebrarum. Secundò, quantum ad locum: quia in vno hemisphærio erat lumen, in alio tenebræ. Tertiò quantum ad tempus: quia in eodem hemisphærio secundum vnam partem temporis erat lumen: secundum aliam, tenebræ. Et hoc est, ꝙ dicitur, Lucem vocauit diē, & tenebras noctem.

C.4 pa.inter principiū & medium

AD tertium dicendum, quòd Basilius * dicit lucem, & tenebras tunc fuisse per emissionem & contractionem luminis, & non per motum.

Hom.3 in Exa. a medio illius.

SED contra hoc obijcit Augustin. † quòd nulla ratio esset huius vicissitudinis emittendi, & retrahendi lumina: cùm homines & animalia non essent quorum vsibus hoc deseruiret. Et præterea hoc non habet natura corporis lucidi, vt retrahat lumen in sui præsentia: sed miraculosè potest hoc fieri. In prima autem institutione naturæ non quæritur miraculum, sed quid natura rerum habeat, vt Augustin. * dicit. Et ideo dicendum est, quòd duplex est motus in cælo. Vnus communis toti cælo, qui facit diem & noctem: & iste videtur institutus primo die. Alius autem est, qui diuersificatur per diuersa corpora. Secundum quos motus fit diuersitas dierum ad inuicem, & mensium, & annorum. Et ideo in prima die fit mentio de sola distinctione noctis & diei, qua fit per motum communem. In quarta autem die fit mentio de diuersitate dierū, & temporum, & annorum: cum dicitur, Vt sint in tempora, & dies & annos. Quæ quidē diuersitas fit per motus proprios.

† li.1. de Gen. ad lit. c.16.t.3.

li.2.sup Gen. ad lit. ca.1. parum a principio.

AD quartum ergo dicendum, ꝙ secundū Aug.* informitas non præcedit formationem duratione. Vnde oportet dicere, ꝙ per lucis productionem intelligatur formatio spiritualis creaturæ: nō qua est per gloriam perfecta, cum qua creata non fuit, sed quæ est per gratiam perfecta, cum qua creata fuit, vt dictum

li.2.sup Gen. ad lit. c.1. to.3. q.62.ar.3.

Q.62. art.3.

est. * Per hanc ergo lucem facta est diuisio à tenebris, id est ab informitate alterius creaturę non formatę. Sed si tota creatura simul formata fuit, facta est distinctio à tenebris spiritualibus: non quę tunc essent, quia diabolus non fuit creatus malus, sed quas Deus futuras præuidit.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Probatur suppositā duplici Sanctorū intelligentia, quia si nomine cæli intelligitur creatura Angelica quę est dignior, priùs debuit formari, quàm terra: formatur antē per hoc ꝙ illuminatur, vt adhęreat verbo Dei, ergo in hoc sensu vera est conclusio. Si autem nomine cęli non intelligantur Angeli, vel quia fuerunt producti ante mundum corporeū vt putat Basilius, vel quia non oportuit illos referri in principio Genesis, quia vt docet Chrysostomus homi. 2. in Gene. rudis populū illos percipere non poterat: & ne proni aliàs ad idololatriam, inde sumerent occasionē illos colendi vt Deos; sed si per cælū intelligatur corpus cæleste, tunc etiam bene & conuenienter ponitur in primo loco productio lucis. Primò quia est qualitas primi corporis, secūdò quia est communis superioribus & inferioribus: & à communibus oportet ĩcipere, sicut in generatione naturali prius generatur viuum, quàm animal. Tertio. Quia lux est manifestatiua cęterorū. Quartò. Quia sine luce dies esse non poterat.

A

B Quę illam generalem habitudinem dicunt connumerantur inter res primo creatas. Confirmatur. Lux est accidens proprium cæli vel solis, vnde vocatur vas luminis ergo simul debuit produci cum illo ante omnem diem, & non debet pertinere ad primum diem, aliàs in illo spacio maneret subiectum sine proprio accidēti. ¶ Tertiò. Supposito quòd Dens in principio creauit Angelos & (quod probabilius est) eos referri in illo 1. capit. Genesis, videtur quòd

C potius debuit incipere rerum distinctio ab intellectu Angelico, quàm à luce patet hoc ex tertia ratione articuli, nam intellectus Angeli plurium est manifestatiuus, quàm lux solis, ergo secundum rem potius inde debuit incipere distinctio, & illa tertia ratio valet. Confirmatur. Quoniam lux & intellectus per se insunt suis subiectis, quæ in principio creata sunt, & sicut per lucem fit quædam distinctio rerum, ita & per intellectum. Et confirmatur hoc, nā

D secundum ordinem rerum primo creatarū poni debuit earum distinctio; sed natura Angelica prius fuit creata, saltim dignitate naturæ: ergo prius debuit poni eius distinctio, quia hac ratione (vt prima ratio articuli probat) ponitur primò lux, quę est qua litas primi corporis.

E

¶ Secunda conclusio ad secundū. Primo die producta fuit lux solis quantùm ad virtutem illuminatiuā in communi.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primò, vtrum rectè Deus à luce incœperit rerum distinctionem? Pro parte negatiua arguitur primo. Motus est etiam accidens primi corporis, &

DE hac re videndi sunt Basil. homil. in Exame. & Ambro. lib. 1. Examer. ca. 9. quomodo prima vox Dei non nisi à luce debuit incipere propter rationes D. Thom. & probatur, quia cum omne agens conetur effectū facere sibi similem, & Deus esset in lumine, vtpote Habitans lucem inaccessibilem oportuit & in principio totum vniuersum illustrare lumine vt illud sibi assimilaret. Secundò. Quia vt infrà dicetur aliqui dicunt lucem fuisse causam distinctionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionis cæterorum, dum & aquas eleuat ad
supera & exsiccat, vt magis appareat arida,
ergo eam debuit præcedere suos effectus.
Tertiò. Quia cum in vniuerso nõ solum sit
distinctio inter corpora, sed ẽt inter intentionalia, & sensibilia oportuit incipere rerũ
distinctionem a qualitate, quæ vtriusq; rationem habet, cuiusmodi est lux. Quartò.
Quia vt ait Ambr. lux facit, ut cætera mũdi
membra digna sint laudibus, ne ergo Dei
opera indigna aliquantulum laude manerent, oportuit a luce incipere.

AD argumenta ergo. Ad primũ respondetur, ꝙ motus non est accidens proprium Solis primi corporis nisi mediãte Angelo, lux verò non prouenit cœlo mediãte Angelo. ¶ Ad secundum respõdetur, ꝙ lux non habet generalem habitudinem ad res, vt id quod, sed vt id quo, hoc autẽ non sufficit, vt connumeretur inter primo creata, vt dictum est quæst. præced. art. 4. ad primum. Secundò respondetur, ꝙ lux non habet generalem habitudinem eiusdem rationis ad omnia, vt patet: nam respectu cœli, & elementorum non est virtus qua mediãte producantur, hoc autem requirebatur, vt connumeraretur inter illa. Ad confirmationem respondetur. Quòd prætermissa communi difficultate, quomodo passio separet a subiecto in opere creationis virtute Diuina, ad quam alias dicitur, esse conueniens, ut sic ostenderetur ordo Diuinæ sapientiæ instituentis priùs, quæ priora natura sunt, vel quia licet natura rei perfectæ exigat simul esse cum suis proprietatibus, natura tamen rei, vt est in fieri exigit, vt prius producatur substantia, quàm passio. Sicut in homine perfecto cor esse non potest sine alijs partibus; at in formatione embrionis cor ante omnia membra formatur. Præter hanc inquam difficultatem confirmatio illa petit aliam, scilicet, quanto tempore substantia rerum in principio creata durauit ante opus distinctionis, & formationis, & loquimur hic de cœlo, nam de alijs rebus consequẽter dicendum est, cum sequentibus diebus consequẽter sint distinctæ & perfectæ. Ad hoc quidã aiunt, ꝙ solummodo per vnum instans indiuisibile cœli fuerunt sine luce distinguente. Pro quo supponunt opus creationis instãti indiuisibili mensurari. Hoc supposito sic argumentantur. Tota ratio successiuę durationis in creatione rerum fuit, vt ex illa ostẽderetur ordo diuinę sapientiæ priora prius instituẽris, & ex alia parte nulla ratione eõ
uenies fuit, vt amplius prolungaretur distinctio, ergo. Explicatur minor, nam vt populus Hebræus exemplo diuino inducerẽtur ad obseruantiam Sabbathi, necessarium
fuit sex continuis diebus durare opus Dei distinguentis, & ornantis quę creauerat, sed opus creationis, & distinctionis non ponũt in numero, vt augeant computationẽ dierũ in quibus esset laborandum: ergo ne diu opus Dei maneret informe, & laudibus indignum statim oportuit lucem creari. Benè enim duo instantia tẽporis discreti possunt esse immediata, etiam si vnum illorum coexistat instanti indiuisibili temporis nostri. At verò iuxta hunc modum dicẽdi, negandum est cœlum incæpisse moueri cùm primò creatus est, ita vt tunc primò nõ moueretur, & immediatè moueretur: sic enim incipit motus. Quod si cœpit moueri tunc, ergo lux non potuit immediatè creari post primum instans. Probatur, quia iam tẽpus mediasset inter instans creationis cœli, & instans productionis lucis. Et in illo tẽpore fuisset cœlũ sine luce, quod est contra prædictam responsionem. Ceterum negare motũ incepisse cum cœlo falsum: reputo nõ enim essent cœli creati initio temporis. Quare mihi placet, quod Caietanus docet nullo instãti fuisse mundum sine luce. Sed de hoc dicetur in fine articuli.

¶ Ad tertium argumẽtum respondetur, ꝙ petit. Vtrum in Angelis fuerit eadem ratio creationis, & distinctionis, & prius saltim per instans fuerit creata substantia eorum, quam eorũ intellectus, sicut diximus factum in cœlis, de quibus dicit D. Tho. supra q. 58. ar. 1. & 3. ꝙ seruant eandẽ proportionem in simul habẽdo totam suam perfectionem. Respondetur ergo, ꝙ angeli non fuerunt creati sine suis passionibus, intellectu, f. & voluntate. Probatur. Nam vt habetur ex Iob. 38. Quãdo fundabatur terra Angeli laudabant Deum: sed terra fundabatur in eodem instanti quo Angeli sunt creati, ergo in eodem instanti laudabant Angeli Deum, hoc autẽ non potuit esse sine suis naturalibus potẽtijs. Secundò. Nam supra patet

ter ex materia de Angelis illos in sui creatione habuisse gratiam, cui consenserunt per proprium actum. Item diximus illos habuisse tunc beatitudinem naturalẽ, quæ est actus intellectus, & requirit actum voluntatis. Nec est eadem ratio de corporibus & Angelis: nam cùm substantiæ separatæ sint remotæ à nostris sensibus, & ex eis quæ circa illos contingerent, non posse mus conuinci, non oportuit Deum ita successiue illos condere sicut corpora, ex quorum successiua conditione inducebantur homines ad obseruantiam sabbati; ut infrà dicetur. Item est alia ratio. Nam Angeli vtpote capaces donorum supernaturalium, poterant distingui & ornari per alia charismata, quæ non oriebantur ex natura eorum, scilicet, per gratiam & gloriam corpora verò solũ p naturalia accidentia. Et ideo satis fuit angelos præcessisse istam suam formationem, & distinctionem; corpora verò, quia non habuerunt alia accidentia nisi naturalia, debuerunt præcedere distinctionẽ & naturã, qui sumitur penes illa accidẽtia.

DVbitatur secundò circa secundam eõclusionẽ, vtrum sit vera? videtur quòd non, nam sol factus est quarta die, ergo lux eius non præcessit in primo. Nec sufficit dicere, quòd dicitur productus die quarto, quia accepit tunc aliquam accidentariam virtutem. Nam subiectum non dicitur produci per productionẽ alicuius suæ qualitatis, vt quando calefit lignum, non dicitur fieri lignum, ergo.

AD hoc varij sunt modi dicendi. Primus, quem refert D. Thom. in solutione ad secundum recipitur à Magistro in 2. distinctione 13. capit. 6. & Hugone de Sancto Victore libr. 1. de Sacramentis capi. 9. Et ab alijs, respondetque ad argumentum D. Thom. nullum esse inconueniens, quòd substantia tunc producta per miraculum postea esse defineret: nam hoc congruebat ordini, quem Deus statuebat seruare producendo res successiue, ne tunc maneret vel lux sine subiecto, vel mundus sine luce. Nam maius (inquiunt) miraculum est, quod terra fuerit discooperta & eleuata super aquas, quàm quòd illud corpus lucidum defierit esse, & in præiacẽtem materiam conuerteretur, ergo. ¶ Secundus modus dicendi, qui refertur à D. Thom. refertur etiam à D. August. lib. 1. super Genes. ad litteram c. 10. ¶ Tertius modus dicendi, quòd ex illa nube postea fuit formatus sol, recipitur ab Appollinario & Theodoreto dicentibus, ꝙ quidquid purũ fuit & perfectũ in illa nubecula translatum est in solem, & lunam, reliquum in cæteras stellas. ¶ Quartus modus dicendi recipitur à Basilio homilia 2. Exame. & Damasce. lib. 2. de fide Orthod. ca. 7. & Burgẽsi, additione ad primum c. Genes. & Tho. Vuald. lib. 1. de Sacramentis c. 77. quòd lux primo die producta fuit sine subiecto, eodem modo diffusa & spatsa à Deo sicut modo spargitur à sole vt dies distingueretur à nocte, & illuminaretur orbis, ita vt quemadmodum sol vniformiter difformiter diffundit lumen per integrum hemisphęriũ, atque sub meridiano in quo est causat illud intensius, quàm in quacunque alia linea uel puncto versus Orientem & Occidentem, & in termino hemisphęrij oppositi occidenti, vbi tunc occidit, causat illud remissius, quàm in quacunque alia linea vel puncto versus solem, solque accedendo versus vnam partem ad aliud hemisphęrium paulatim dilatat suum lumen in illud causando per sui præsentiã diem, & in alio p sui absentiam noctem: ita Deus antequam esset sol, per seipsum immediatè produxit lumen dilatando illud vniformiter difformiter: sicut dilataret sol, & causando per illud diem ac noctem sicut sol causaret. Probantque hoc, primò, nam hoc consonat textui Scripturæ, quæ non dicit Fiant luminaria, sed Fiat lux: at quarta die dicitur de luminaribus, quòd ipsa diuidunt diem & noctem, &c. Hic autem non Deus, sed de Deo dicitur, Diuisitque Deus lumen à tenebris; quo significatur id quod dicimus, ergo.

¶ Alij modi dicendi passim referuntur. Augustinus aliquando putauit ibi fieri mentionem lucis spiritualis. Alij aliter.

¶ Cõclusio sit. Prima die producta fuit lux solis. Hæc conclusio est Eugubini, Catherini, Abulensis, Caietan. & D. Dionysij. Et probatur ostendendo huius sententiæ veritatem, & falsitatem aliarum. Veritatem huius probamus primò ex Augustino Eugub. in sua Cosmopeia in capit. 1. Genesis.

Nam

Nam idem munus tribuit luci productæ primo die, & soli producto quarta die, ergo lux quæ hic dicitur producta est sol, qui dicitur conditus quarto die. Probatur antecedens ex Genes. primo. Vbi de luce dicitur; Vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, De sole verò sic ait; Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas, & posuit ea in firmamento cæli vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem & tenebras. Cum ergo in his testimonijs luci & soli detur idē munus fugandarum tenebrarum & efficiendi diē & separandi noctem à tenebris; videtur quòd idem sit lux primo die producta & sol quarto die productus. Itē in Scriptura sol vocatur lux. Vnde Ecclesiastes ca. 12. Antequàm tenebrescat sol & lumen & luna &c. Vbi sol & lumen pro eodem computantur. Et cap. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem, vbi etiam pro eodem accipitur lumen & sol. Et Iob 38. Indica mihi viam in qua lux habiter, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquemque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius, per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram. Vbi de sole loquitur, vt ex toto patet loco; licet maluerit lucem appellare, quia propter lucem sol creatur. Similiter Hieremi. 4. Aspexit terram, & ecce vacua erat & nihil, & cælos, & non erat lux in eis. Vbi per cælestem lucem intelligit solem, vel lucem eius. Et Iob 34 Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen eius super terminos terræ. Vbi solem appellat lumen, quia enim sol non spargitur, sed lux eius, maluit dicere lumen. Item Lactantius loquens de insanis idolatris, Si cæleste (inquit) lumen, quod dicimus solem, contemplari velint, iam sentient, quòd nō indiget eorum lucernis Deus. Vbi patet, lumē vocari solem. Tertiò probatur. Quoniam multi qui referunt creationē rerū, nō meminerunt differentiæ solis & lucis, sed nomine lucis intelligunt solem; alij nomine solis significant lucem. Confirmantur hæc omnia, nam cum lux solis sit causa prima omnium terrestrium, sine qua nasci fieriq́ue nihil potest, debuit prima omnium fieri. Quartò probatur ratione Caietani. Nam alias primus & secundus & tertius dies non essent dies vniuocè cum sequentibus, nam dies tantùm significat spacium, quo lux cælestis illuminat hemisphærium vtrumque mota circulariter. Et ita vespere & mane diesque integer constans ex. 24. horis est effectus ipsius motus lucis. At nisi tunc esset Sol, non possent hæc cum proprietate saluari, consequens tamen est falsum, nam Deus propriè appellauit diē primum diē. Tandē probatur, qm̄ falsitas oppositarum sententiarum benè conuincitur hic à Di. Thoma supposito ꝙ in illa prima creatione non debuit poni miraculum, vt inquit Diuus Augustinus: quia miracula dantur ad ostensionem fidei, quam tunc non oportebat sic confirmare. Et licet illa ratio, qua D. Thom. in solutione ad secundum impugnat positionem Magistri, impugnetur à Lyrano Genes. 2. nā in primis operibus naturæ fuit corruptio, vt quando ex terra factę sunt arbores & animalia, &c. tamen bene defenditur a Burgen. ibidem additione septima. Quoniam D. Tho. loquitur de corruptione simpliciter, non secundùm quid, qualis est secundùm Arist. 1. de generatione quando ex ente imperfectiori generatur ens perfectius; & de corruptione alicuius entis totalis producti in prima rerum creatione, nam hoc esset inconueniēs, non vero generatio mixtorum ex elementis; quia tunc elementa non simpliciter corrumperentur, sed tantùm secūdum partem. Item quia illa potiùs esset generatio simpliciter, & corruptio secūdum quid, quia ex ente imperfectiori generabatur perfectius: in corruptione verò illius nubis ipsa simpliciter corrumpebatur. & nihil simpliciter generabatur.

AD argumenta ergo. Ad primum respōdent multi, quòd sol dicitur quarto die creatus per recapitulationē, nam primo die creatus dicit, postea verò per recapitulationem iterum refertur creatus, vt inter cætera sydera connumeretur corū præstantissimum. Huiusmodi multa reperiuntur in Scripturis. Vnde paradisus qui fuit à principio plantatus peractis operibus omnium

nium dierum narratur. Item narratur post finē omniū dierū productio mulieris, quæ tamē sexto die formata est. Et alia exempla passim reperiuntur, de quibus vide Augustinum. 3. de doctrina Christiana cap. 36. Ex his patet ad replicam, quæ videtur esse contra explicationem D. Thom. non enim dicimus tunc produci quia aliquid acquisierit, sed per recapitulationem eius creationem referri. ¶ Nihilominus in gratiam D. Tho. respondent aliqui, quòd non dicitur quòd illa lux tunc manebat informis, quia deerat illi in se aliqua virtus intrinseca, sed quia die quarta accepit vsum & exercitiū illius virtutis in ordine ad hæc inferiora. Pro cuius expositione nota, quòd quando aliqua res producitur in ordine ad specialem operationem respectu cuius accepit specialem virtutem, tunc illa res dicitur accipere illam virtutem quando accipit vsum & exercitium illius. Vnde Matth. 28. dicitur; Data est mihi omnis potestas, &c. vbi tunc dicitur potestas Christo data, quā tamen acceperat à principio, quia tunc cepit uti illa potestate mittendo prædicatores. Vnde subditur; Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Et ad Philippen. 2. dicitur, Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen &c. quia tunc cœpit operari virtus nominis Christi. Eadem ergo phrasi loquendi, quoniam die quarto accepit sol vsum & exercitium proprię virtutis in ordine ad inferiora, dicitur à D. Thom. tunc creatus.

¶ Nihilominus hæc solutio non omnino probatur. Nam non est ad mentem Diu. Thom. qui expresse dicit, quòd Soli data est specialis & determinata virtus ad particulares effectus, vbi non tantùm loquitur de vsu & exercitio virtutis, quæ data est Soli, sed potius de ipsa virtute, ergo. Vnde alia via pergit Caterinus super istum locum Genes. Dicit enim quòd tunc illi luci nihil intrinsecum deerat virtutis, alias non dixisset Moyses; Vidit Deus lucem, quòd esset bona; nisi esset omnino perfecta, qm̄ id bonū est (vt rō boni requirit) quod perfectū est. Sed quia nondum erant aliæ concausæ ad illos effectus producendos, propterea dicitur addita illi aliqua virtus, & ꝙ eius virtus antea manebat informis. Sed de hoc item dicetur quæstione 70. ¶ Ad aliud autem quomodo non fuerit maius miraculū discoopertire terram, infra dicetur. Quod verò subdunt alij, quòd non dicitur; Fiat sol, sed lux nihil concludit. Nā Sol dicitur lux mundi, sicut Christus dicit de se. Ego sum lux mundi, & de Apostolis; Vos estis lux mundi; Quæ omnia dicuntur propter excellentissimum lumen, & de hac luce dicitur, quòd per eam diuisit Deus lucem à tenebris. ¶ Vnum autem argumentum remanebat contra hoc, quòd scilicet productio solis pertinebat ad ornatum cæli, sicut productio stellarum, ergo non debuit referri primo die quando agitur de opere distinctionis. Sed de hoc infra dicetur.

CIrca eandem solutionem nota, quòd duas vltimas rationes distinctionis inter lucem & tenebras habet Chrysostom. in Genes. Iunilius etiam & Caietanus referunt secundam rationem distinctionis D. Thom. Augustinus autem lib. 1. de Genes. ad literam imperfecto, aliter explicat hanc distinctionem, scilicet, Eo ipso quo facta est lux consequuta est diuisio inter lucem & tenebras, nulla enim est societas lucis ad tenebras, nec aliqua confusio, vt indigeret segregatione. Aliter explicat idem Augustinus ibidem, quòd distinxisse inter lucē & tenebras est id quod subditur, quòd lucem vocauit diem & tenebras noctem, omne quippe vocabulum (inquit) ad distinctionem valet. Sed de hoc vide infra quæstione 74. articu. 3. ad septimum nostrum argumentum.

EX dictis in hoc articulo sequitur, quòd Deus omnia in nocte produxit, nam si post productionem rerum sequitur creatio lucis, quæ distinguit diem à nocte, ergo ante illam omnia in tenebris & in nocte, obscuraque erant. Vnde Hesiodus noctem (ait) cuncta præcessisse. Thales etiam rogatus, quid prius nox ne an dies fuisset, noctem fertur respondisse. Et rursus Hesiodus ait, vnum chaos nocte mque extitisse; & Aristotel. refert poetas dicentes, hæc prima fuisse, Nox, Cælum, Chaos, Oceanum. Quod etiam confirmatur ex illo Genes. 1. Vbi relatis rebus à principio productis sequitur: Et tenebræ erant super faciem abyssi. Sed nota cum Caietano, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista nox accipitur communiter pro quacun A
que obscuritate: nam nox est species obscu
ritatis, non verò quælibet obscuritas, qualis
tunc præcessit, est nox: Nam nox est obscu-
ritas proueniens ex vmbra, quam facit terra
interposita lumini celesti, quod tunc non
erat, & per consequens nec nox primum
diem antecessit. Scio Caietanum Genesis 1.
ibi: Factumque est vespere & mane dies
vnus; contrarium sentire. Ait enim quòd
idem instans, quod fuit principium tempo-
ris mensurans creationem cœli & terræ, fuit B
instans initiatiuum diei primi artificialis,
alias (inquit) creatio cœli & terræ in statu
obscuritatis præcessisset tempore indetermi
nato omnem diem, quod est absurdum &
falsum, utpote contra textum ipsius Genes.
capit. 2. vbi dicitur: Istæ sunt generationes
cœlorum & terræ, quando creata sunt, in die
quo fecit Deus cœlum & terram. Vbi clarè
patet, quando creati sunt cœli & terra, fuisse
diem, ut clarè intelligamus in principio tē
poris, eodemque ipsomet principio diei ar-
tificialis Deum creasse cœlos, & terram, & C
concreasse lucem. Potestque hoc rursus pro
bari: nam Chrysostom. super illud; Terra
erat inuisibilis; ait cœlum creatum fuisse
clarum, ergo tunc lux fuit. Sed contra hanc
sententiam videtur esse illud Genes. 1. Et te
nebræ erant super faciem abyssi; quod licet
Caietanus interpretetur tantum significare,
quod abyssus secundum se nullam habebat
claritatem, tamen id plurimi Sancti expli-
cant de defectu lucis, ita quòd tealiter per D
aliquod spacium lucem præcessit obscuri-
tas. Ita Ambro. in Examer. cap. 8. quòd tunc
deerat splēdor. Idem docet Basil. super eum
locum; & expressissimè Euchertus, Iuni-
lios, Acacius, Rupertus, & Chrysost. Et pro-
bant ex eo quod hæc ratione dicitur: Terra
autem erat inanis & incomposita, vel (vt
explicuimus) inuisibilis propter defectum
lucis. Confirmatur. Quoniam si idem fuit
instans creationis cœli & terræ & lucis; ergo
omnia possunt dici creata in primo die, cū E
tamen Scriptura alia asserat condita in prin
cipio, alia in primo die. Item probatur ex il
lo Pauli. 1. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris
lumen splēdescere: Et tamē si tenebræ non
præcessissent, non splendescceret lumen de
illis.

¶ Ad argumentum ex 2. Gene. respondetur illam uocem: In die, significare idem quod in tempore. Ita explicat Rabanus. Ru pertus uerò explicat diem illum fuisse diē benedictum & sanctificatum, in quo crea uit omnia, extitisseque ante omnia sęcula, hunc uerò fuisse filium Dei. Idem Rupertus explicat Chrysostomum. Nam explicans illud: Terra erat inanis; ait cælum quidem resplēduisse lumine diuinæ maiestatis, non luce creata, & fortè loquuntur de Empyreo, cuius claritas non fugat tenebras nostri hemisphērij.

QVAESTIO LXVIII.
De opere secundæ diei.

Deinde considerandum est de opere secundæ diei.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm firmamentum sit factum secunda die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd firmamentum nō sit factum secunda die. Dicitur enim Genes. 1. Vocauit Deus firmamentum cœlum. Sed cœlum factum est ante omnem diem, vt patet cùm dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram. Ergo firmamentum non est factum secunda die.

¶ 2 Præterea. Opera sex dierum ordinantur secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Non conueniret ante diuinæ sapientię, vt posteriùs faceret quod est naturaliter prius. Firmamentum autem est naturaliter prius aqua & terra, de quibus tamē fit mentio ante formationem lucis, quæ fuit prima die. Non ergo firmamentum factum est secunda die.

¶ 3 Præterea. Omne quod est factum per sex dies, formatum est ex materia prius creata ante omnem diem. Sed firmamentum non potuit formari ex materia præexistente, quia sic esset generabile & corruptibile. Ergo firmamentum non est factum secunda die.

SED

*SED contra est, quod dicitur Genesis 1. A
Dixit Deus: Fiat firmamentum. Et postea
sequitur, Et factum est vespere & mane dies
secundus.*

RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus docet in huiusmodi quæstio-
nibus duo sunt obseruanda. Primo quidem,* Et lib. 1. sup Ge. c. 18. & lib. 12. confess. c. 24. & 25. colligit. 3 & 1.
*vt veritas Scripturæ inconcussè teneatur. Secundò, cùm Scriptura diuina multipliciter exponi possit, quod nulli expositioni aliquis B
adhæreat præcisè, quòd si certa ratione constiterit hoc esse falsum, quod aliquis sentiat Scripturæ esse asserere præsumat: ne Scriptura ex hoc verbo ab infidelibus deridetur, & ne eis via credendi præcludatur. Sciendum est ergo, quòd hoc quod legitur, firmamentum secunda die factum, dupliciter intelligi potest. Vno modo de firmamento in quo sunt sydera. Et secundum hoc oportet nos diuersimodè exponere secundum diuersas opiniones hominum de firmamento. Quidam enim dixerunt, firmamentum illud esse ex elementis compositum. Et hæc C
fuit opinio Empedoclis, qui dixit ideo illud corpus indissolubile esse: quia in eius compositione lis non erat, sed amicitia tantum. Alij verò dixerunt, firmamentum esse de natura quatuor elementorum, non quasi ex elementis compositum, sed quasi elementum simplex. Et hæc opinio fuit Platonis, qui posuit corpus cæleste esse elementum ignis. Alij verò dixerunt, cælum non esse de natura quatuor elementorum, sed esse quintum corpus, præter quatuor ele-
Lib. j. de cęlo, à text. 26. vsq; ad 32. to. 2. D
menta. Et hæc est opinio Aristotel.* Secundum igitur primam opinionem absolutè posset concedi, quòd firmamentum factum fuerit secunda die, etiam secundum suam substantiam. Nam ad opus creationis pertinet producere ipsam elementorum substantiam: ad opus autem distinctionis, & ornatus pertinet formare aliqua ex præexistentibus elementis. Secundum verò opinionem Platonis non est conueniens quòd firmamentum E
credatur secundum suam substantiam esse factum secunda die. Nam facere firmamentum secundum hoc, est producere elementum ignis. Productio autem elementorum pertinet ad opus creationis secundum eos qui ponunt informitatem materiæ tempore præcedere formationem: quia formæ elemento-
rum sunt quæ primò adueniunt materiæ. Multo autem minus secundum opinionem Aristo-
Aristl. li. 1. de cę. tex. 20. to. 2.
telis* poni potest, quòd firmamentum secundum suam substantiam sit secunda die productum secundum quod per illos dies successio temporis designatur. Quia cælum, cùm sit secundum suam naturam incorruptibile, habet materiam quæ non potest subesse alteri formæ. Vnde impossibile est quòd firmamentum sit factum ex materia prius tempore existente. Vnde productio substantiæ firmamenti ad opus creationis pertinet. Sed aliqua formatio eius secundum hoc duas opiniones pertinet ad opus secundæ diei: sicut etiam Dionysius dicit iij. capitu. de diu. no. quòd lumen solis fuit informe in primo triduo, & postea fuit in quarta die formatum. Si autem per istos dies non designetur temporis successio, sed solum ordo naturæ, vt Augustinus* Lib. 4. sup Ge. ad lit. c. 22. & 34. & li. 5. c. 5. to. 3.
vult: nihil prohibebit dicere secundum quamcunque harum opinionum formationem secundum substantiam firmamenti ad secundam diem pertinere. Potest autem, & alio modo intelligi, vt per firmamētum quod legitur secunda die factum, non intelligatur firmamentum illud in quo fixæ sunt stellæ, sed illa pars aeris, in qua condensantur nubes. Et dicitur firmamentum propter spissitudinem aeris in parte illa. Nam quod est spissum, & solidum, dicitur esse corpus firmum, & ad differentiam corporis Mathematici, vt dicit* Basil. Et secundum hanc In Exame. ho. 3. ante mediū, † lib. 2. sup Ge. cap. 4. in medio to. 5.
expositionem nihil repugnans sequitur cuicunque opinioni. Vnde Augustinus. † 2. super Genesis ad literam hanc expositionem commendans, dicit. Hanc considerationem laude dignissimam iudico. Quod enim dixit, neque est contra fidem, & in promptu posito documento credi potest.*

AD primum ergo dicendum, quòd secundum Chrysostō. primò Moyses summariè dixit quid Deus fecit, præmittens, In principio creauit Deus cælum & terram, postea per partes explicauit: sicut si quis dicat, hic artifex fecit domum illam, & postea subdat, primò fecit fundamenta, & postea erexit parietes, tertiò superposuit tectum. Et sic non oportet nos aliud cœlum intelligere, cùm dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram. Et cùm dicitur, quòd secunda die factum est firmamentum, potuit

etiam dici aliud esse cælum quod legitur in principio creatum, & quòd legitur secunda die factum. Et hoc diuersimode. Nam secundum Augustinum cælum quod legitur primo die factum, est natura spiritualis informis. Cælum autem quod legitur secunda die factum, est cælum corporeum. Secundum† verò † Bedam & Strabum cælum quod legitur primo die factum, est cælum empyreũ. Firmamentum verò quod legitur secunda die factum, est cælum sydereum. Secundum* verò Damascen.* cælum quod legitur prima die factum, est quoddam cælum sphæricum sine stellis: de quo Philosophi loquuntur, dicentes ipsum esse nonam sphæram, & mobile primum quod mouetur motu diurno. Per firmamentum verò factum secunda die intelligitur cælum sydereum. Secundum autem aliam expositionem quam Augusti.* tangit, cælum prima die factum, est etiam ipsum cælum sydereum. Per firmamentum verò secunda die factum intelligitur spatium aeris, in quo nubes condensantur: quod etiam cælum æquinoctiale dicitur. Et ideo ad æquiuocationem designandam signanter dicitur, Vocauit Deus firmamentum cælum: sicut & supra dixerat, Vocauit lucem diem, quia dies etiam pro spatio viginti quatuor horarum ponitur. Et idem est in aliis obseruandum: vt Rabbi* Moyses dicit.

AD secundum & tertium patet solutio ex supradictis.

Aug. li. 1. super Gen. ad lit. c. 9.

† In gl. ord. sup illud, In prin.

* Dam. li. 2. c. 6.

nõ procul à prin cip.

lib. 2. sup Gene. ca. 13. à medio, to. 3.

* lib. 2. Prophetarũ. ca. 30.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si firmamentũ sit compositum ex elementis, vt voluit Empedocles, bene potuit fieri secunda die. Probatur, nam licet ad opus creationis pertineat producere ipsam elemẽtorum substantiã, tamen ad opus distinctionis & ornatus pertinet formare aliqua ex pexistentibus elementis; sed ita secundum hanc sententiam firmamentũ formabatur ex præexistentibus quatuor elementis, ergo.

¶ Secunda conclusio. Secundũ sententiam Platonis tenentis firmamẽtum esse elementum simplex ignis, & secundum sententiam Arist. tenẽtis firmamentum habere materiam quæ nõ possit subesse alteri formæ, non potest dici quòd eius substantia fuit producta secũda die. Probatur. Nam productio substantię simplicis elementorum vel quintæ essentiæ pertinet ad opus creationis.

¶ Tertia conclusio. Tenendo has opiniones Platonis & Aristo. de natura firmamenti dicendum est, quòd productio eius secũda die significat aliquam formationem eius, sicut dictum est de lumine solis.

¶ Quarta conclusio. Si per istos dies solùm significetur ordo naturæ, vt vult Aug. bene potest dici, quòd secunda die factum est firmamentum secundum suam substantiam.

¶ Quinta conclusio. Tenendo sentẽtiam, quam approbat August. 2. super Genes. ad literam ca. 4. quòd per firmamentum intelligitur illa pars aeris, in qua condensantur nubes, bene potest dici quod sit factum, secunda die.

¶ Sexta conclusio ad primum. Per cælum factum in principio temporis & per firmamentum factum secunda die diuersa corpora designantur, quæ autem sint hæc explicat latè D. Thom. ex sententijs Patrum.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa hunc articulum. An firmamentum sit factum secunda die? Videtur quòd non, quoniam sol factus est primo die vt patet quæstione præcedenti: sed sol erat in firmamento, vt patet Genesis. 1. ergo iam tunc erat firmamentum.

¶ In hoc dubio tota difficultas consistit in explicãdo quid significetur nomine firmamenti, nam hoc supposito facile erit intelligere quando vel quomodo sit productũ. Et vt à nominis etymologia incipiamus sciendum est, q̃ Ruper. super istum locum constituit discrimen inter cælum & firmamentum; quòd cælũ absolutum nomẽ est, Etenim si dixeris cælum, cuius sit cælum, non

non opus est quærere; sicut cum dicitur terra vel mare, non necesse habes querere, cuius terra vel cuius mare. Firmamentum verò ad aliquid dicitur & relatiuum nomẽ est, omne namque firmamentum alicuius firmamentum est, & cum dicitur hoc firmamentum, oportet subaudiri diuisionis aquarum, quia videlicet ad hoc illud Deus fecit, vt diuideret aquas ab aquis. Hęc ille. Secundum quam sententiam oportet scire cui substãtię in particulari dedit Deus hoc munus, vt diuideret aquas ab aquis, nã hoc expositio facilè patebit quidnam sit firmamentum. ¶ Ad hoc Abul. Lyra, & Burgen. in hoc loco dicunt, quòd nomine firmamenti facti secunda die intelligitur octaua sphæra cum reliquis septem inferioribus. Sed hanc sententiam reprobat Ambr. lib. 2. Examer. cap. 4. dicens, Cælum esse nomen commune, firmamentum autem nomen speciale. Vnde in hymno prophetico dicitur, Benedictus es Domine in firmamento cæli. Sed quam veritatem hoc habeat infra dicetur. Secundò. Quia cælestis machina condita est in principio temporis, & distincta in prima die, ergo non pertinet ad opus secundæ diei facere. corũ substantiam, nisi secundum aliquam accidentalem qualitatem. Alij verò vt ex Chrysostomo refert D. Thom. hic ad primum, & refert etiam Basil. hom. Examer. putant firmamentum esse idem quod cælum productum in principio temporis, & quòd secunda die refertur vt amplius explicetur quod prius sub quadam generalitate dictum fuerat esse creatum. Sed hanc sententiam reprobat idem Basilius ibidem, quia & nomen distinctũ & officium diuersum vtriq; assignatur. Neque enim illius est diuidere aquas ab aquis, quod munus huic adscribitur. Et secundò. Quia sic non distinguerentur opera creationis & distinctionis, nec cuilibet diei suum proprium opus & materia accommodaretur. Alij docent, quòd firmamentum est quoddam corpus conditum ex aqua, & sic benè potuit formari secunda die secundum substantiam. Hanc sententiam docuere super istum locum Genes. Gennadius, Theodoretus, Hypolitus, Acacius, Severianus. Sed hæc sententia reiicitur ex principijs Aristotelis.

Nam in machina ista superiori non ponimus præter ignem & aerem nisi corpus cęleste, quod est quinta essentia & non de natura elementorum, vt supra dictum est. Ex hoc etiam principio reiicitur sententia Hugonis de Sancto Victo. 1. de sacramentis capit. 17. & 18. quòd hoc cælum factum est ex materia priùs creata, & subiungit se ignorare quidnam sit; reprobatur, inquã, simili argumento. Nam si factum est ex præexistenti materia, certè factum est vel ex elementari vel cælesti, si primum, ergo in superiori parte præter cælestia, & elementaria corpora debemus aliud assignare; si ex cælesti ergo factum fuit in principio temporis, nam eius materia non potuit subesse alteri formæ. Iunilius verò, Beda, Strabo, glossa Ordinaria, Damascen. li. 2. de fide capit. 6. & alij putant hoc firmamentum esse cælum sydereum, de quo postea dicitur; Posuit Deus ea, (scilicet) luminaria in firmamento. Hæc autem sententia secundum Diuum Thomam, hic non debet intelligi, quòd secunda die facta fuerit substantia illius cæli, cum hæc pertineat ad creationem, & per consequens fuerit producta in principio temporis, sed quòd tũc facta fuerit aliqua formatio eius. Nam in scriptura sæpè dicitur aliquid fieri, quando aliter formatur vel disponitur, vt Deutero. 21. secundum literam Hęb. de muliere capta in bello dicitur, Faciet vngues suos, idest, disponet vel concidet. Et in Leuit. sæpe dicitur; Faciat vitulum vnũ pro peccato, idest, immolet vel offerat. Et Nabuchdonosor apud Dan. idem dixit se fecisse vel edificasse Babilonem, quia fortificauit vel ampliauit eam. Nam vt patet Genes. 11. Nembroth & alij parùm post diluuium eam ædificarunt. Similiter Isa. 63. dicitur; Ego creo cælos nouos, &cę. quia, scilicet, post diem iudicij nouum statum habebunt. Et Iosue. 5. dicitur; Fac tibi cultros lapideos, vbi facere secundum Caietanum, & alios non significat de nouo producere, sed factos perficere. Ita hic dicitur fieri firmamentum, quia aliqua qualitas vel formatio de nouo illi tributa est, licèt nos ignoremus, quæ nam sit illa. Cæterum hæc sententia licet probabilissima sit, mihi tamen omnino non satisfacit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam in textu patet clarè quòd in secunda A die factum est firmamentum, vt diuidat aquas ab aquis: ergo hanc conditionẽ oportet, quòd sortiatur secunda die. Si verò firmamentũ sit cælum sydereum, hanc de nouo qualitatem non sortitur, ergo. Probatur minor: nam quidquid intelligas per aquas superiores, siue superiores cælos, siue angelos, iam antea à principio suæ conditionis illas diuidebat hoc cælum, quia eis situs & locus non est immutatus, ergo. ¶ Alij vt Caietanus hic & psalm. 18. ibi: Cæli enarrant B gloriam Dei, & psal. 103. ibi: Extendens cælum sicut pellem, aliter procedit. Ait enim quòd cæli in principio creati sunt secundum suam substantiam, at verò secundo die extẽti sunt ad terminos & figuras, quas habent, quia in principio, inquit, cæli crea ti sunt inuoluti sicut liber, & ideo ait quòd sicut tertio die elementum aquæ describitur per modum cõgregationis &c. ita opus secundę diei; fuit cælos quantos quantitate interminata extendere ad figuram & ter C minum, quem modo habent per solam extensionem, sicut extenduntur cortinæ: vnde dicitur Psalm. 103. Extendens cælum sicut pellem vel sicut cortinam. Et præterea quia in die iudicij mundus debet reduci ad figuram & statum quem habuit à principio secundum se, nam ista dispositio, quam modo habet, est propter vicissitudines & habitationem mortalũ, quę tunc debet cessare; sed tunc cæli recedent sicut liber inuolutus, vt dicitur Apocalyp. D 6. & Isai. 34. ergo & in principio eodẽ modo fuerunt conditi. Cæterum hæc sententia quo ad corpora cælestia, nullo modo videtur quibuslam posse sustineri. Primò, quia cæli sunt omnino immobiles motu augmenti aut decrementi & extensionis ex natura sua, cũ sint ex natura incorruptibiles, ergo. Patet consequentia, quia vt sępe citatur ex Augustino, in prima rerum conditione tantum debemus considerare, quid rerum natura poscat. Secundò, deus creauit res à principio secundum dispositionẽ E suæ naturæ debitam, licèt postea aliquid immutauerit propter habitationem hominum, quomodo discooperuit terram: sed figura & conditio naturalis cælorum est, vt sint circulares propter idoneitatem ad motum, vt supra dictum est: ergo in hac dispositione debuit eos Deus creare, & non complicatos. Preterea, nam secũdum hanc sententiam debemus asserere, cælos, ignem, aerem productos à Deo extra suum locum naturalem, quod repugnat primæ institutioni rerum, in qua naturalis dispositio rerum debet obseruari. Probatur sequela, nã naturalis locus cæli est quem modo habet, & similiter naturalis locus ignis &c. Et tamen si cæli essent inuoluti, nõ haberent eũdem locum secundum extensionem. Similiter ignis non posset habere locum, quem modo habet, sed occuparet locum quẽ modo occupãt cæli & aer, &c. aliàs locus, quẽ modo occupant cæli esset vacuus. ergo.

¶ Dicendum ergo aliis videtur, quòd per firmamentum intelligatur aer. Hanc sententiam non excludunt Chrysost. & Augustinus, vt videre est apud Aloysium. Tenẽtq; eam Rupertus & Lincherius, vt idem autor ibidem affert. Idem docent Caietanus, Eugubi. & Basil. homilia 3. Examer. & alij. Imò vt dicit D. Thom. in corpore articuli, eam maximè probat Augustinus 2. de Genes. ad literam capi. 4. Et quòd hæc sententia vera sit, Probatur supponendo in primis ex Augustino in imperfecto de Genes. ad literam, quòd per firmamentum intelligitur machina ætherea & superiòr. Probat hoc, nam luminaria & stellæ, quę sunt indistinctis orbibus, dicuntur posita in firmamento, vt patet Genes. 1. Sed ista omnia sydera & luminaria sunt in diuersis corporibus collocata, vt patet etiam de planetis, ergo omnes cælestes orbes, vbi hæc collocantur, debent vocari firmamentum. Item quòd aer vocetur firmamentum, patet. Nam vbi nos dicimus; Producant aquæ volatile super terram sub firmamento cæli, alia littera & septuaginta dicunt: In firmamento cęli. & in Hebr. dicitur: Super facies firmamenti. Constat autem aues volare in aere, ergo firmamentum vocatur aer. Et ratio huius est, nam licèt secundùm Basilium & Ambros. firmamentum dicatur ab Scriptura id quod viribus roboreque præstat, vt est illud Psal. 17. Dominus firmamentum meum: & illud. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius: & Verbo Domini cęli firmati sunt. Et rursus: Qui firmauit terram super aquas, & Isai. Dominus qui fecit cælum, & fixit illud, & firmauit terrã: tamẽ etiam accommodatur aeri, vt inquit Rupertus, quia satis est habeat firmitatem ad diuidendas aquas ab aquis, vt infrà dicetur. Et idem Basilius docet, quòd etiã aer condensatus uocatur à Scriptura firmamẽtum. Vnde citat illud: Qui tonitruum firmat. Et Prouerb. 8. dicitur, Quando æthera firmabat fursum: Quod de aere & igne dicitur, Vt omnium ibi creatio referatur, vbi in Hebræo pro, æthera, ponitur nomen Se- B chatim, Ideſt, nubes. Nomen etiam Hebr. quod noster interpres vertit firmamentũ, scilicet, RaKiah, huic minimè refragatur. Nam significat extensionem siue expansionem, quod vt postea dicemus maximè conuenit aeri. Secundò supponendum quòd etiam aer solet vocari cælum. Hoc docent passim Sancti Patres, Basil. Auguſt. Ambr. Afferuntque innumera exẽpla, vt ex psal. 8. Volucres cæli & pisces maris: Qui operit cælum nubibus. Et ex Genesi, Chataractæ C cæli apertę sunt. Ex Deut. 28. Sicut cælum quod supra te est æneum. Ex Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tẽpus suum. Ex Euãgelio Luc. 12. Hypocritę qui faciem cæli diiudicare nostis &c. vbi de aere sereno vel nubiloso loquitur. Et illud 3. Reg. 17. Clausum est cælum temporibus Heliæ. & Deuter. 33. Benedicitur Ioseph de rore cęli &c. His suppositis etiam si firmamentum vocetur à Deo cęlum, cum vtrunque nomen aeri conueniat, probatur hæc sententia, s. q D de illo possit intelligi congruè quod dicitur: Secunda die factum esse firmamentũ. Primò, nam aliàs non congruè correspondèrent dies distinctionis diebus ornatus, nam quarto die ornatur cælum, quinto tota machina inferior aeris & aquę &c. ergo, vt similiter correspondeant primi dies distinctionis, primo die debet distingui cęlũ, secundo aer & aqua. Hoc autem saluamus intelligendo aerem nomine firmamenti, ergo. ¶ Secundo arguitur ex Augustino Eu- E gubino, quia aliàs non oportuisset cum cęlis aquas connumerare, cum nulla sit vicinitas in terra, nec diceretur firmamentum diuidere aquas ab aquis, sed alia elemẽta prius diceretur diuidere à cælo, cum inter illud & aquas mediẽt ignis & aer. Tertiò, ex eodem: Quoniam secundùm hanc explicationem connumeratur in principio Geneſis quidquid sentitur de tota machina mundiali, scilicet, cælum, terra, aqua, aer, non vero ignis, qa in sua sphera nõ sentitur. Et tandem, quia secundùm hanc explicationem datur aliquid quod secundo die acceperit virtutem diuidendi aquas ab aquis, vt statim dicemus, quod tamen aliàs non saluatur ita bene accipiendo istos terminos in proprietate & rigore sermonis; quoniam illud dicitur propriè & in rigore diuidere aliquid ab aliquo, quod per se primo ponit distinctionem inter ea: vnde quod non est immediatum vtrique diuisorum, non ita dicetur distinguere. V.g. linea media huius paginę non dicetur rigore neque per se primo diuidere lineam primam ab vltima eiusdem paginæ, sed secunda diuidit per se primo primã à tertia &c. Deus aũt aliquid fecit in secundo die, cui speciali ter & propriè dedit hoc munus, quod est diuidere aquas ab aquis, illud autem non potest competere alicui aut omnibus simul cælis, quos ponunt astrologi, nam illi non immediate diuidunt aquas ab aquis, sed ab aere vel igne. Ergo vt hoc munus datum à Deo ipsi firmamento in proprietate & rigore saluetur, oportet illud intelligere nomine firmamenti, cui per se primo competit hoc munus. Debent enim verba scripturę accipi in rigore & proprietate, quando commodè possunt ita intelligi. Sed aer est cui per se primo cõuenit sic diuidere aquas, nam habet supra se aquas pluuiales, & est locus immediatè continens aquas inferiores, ergo. Sed quia aer secundum suam substantiam productus est in principio temporis, oportet explicare quidnã factum sit erga eum secundo die, vt tunc dicatur productum vel factum firmamentum. Hoc autem bene explicatur ipso nomine firmamenti, nam aer secundum se antea fortè rarior & subtilior erat, neque ita firmatus & condensatus, vt supra se imbres, grandines & alia huiusmodi posset sustinere. At vtò secundo die hanc firmitatem accepit, vt pluuias quæ elevantur ex vaporibus terræ super se posset sustinere: & ideo secundum hanc qualitatem bene dicitur factus secundo die. Hanc firmitatem benè ex-

 plicauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicauit Psal. 103. dicens secundùm Hebr. Extendens cælos (scilicet aereos) vt cortinã contiguans in aquis solaria sua, vbi agens de hoc opere secundæ diei significat, quòd Deus cælum aereum sic contignat & solidat veluti iungendo trabes, vt aquæ supra illud contineri valeant. ¶ Ad argumẽtum, ergo à principio respondetur, quòd cum firmamentum significet totam machinam celestem & aëream, nihil inconuenit prima die esse factam illam partem firmamenti, vbi sydera collocantur, & secundo die fieri illam quæ aquas diuidit. ¶ Ad argumẽtum verò Caietani respondetur, quòd illa locutio, Extendens cælum sicut pellem &c. nihil aliud significat, quàm expansionem aeris cum soliditate, vt posset aquas sustinere, non quòd tunc fieret expansio illa, sed quòd illi extensioni data sit soliditas illa & firmitas ad talem effectum. ¶ Ad aliud verò respondetur, ex Andrea Episcopo Cæsariense super Apocalypsim, quòd per illam complicationem significatur hyperbolicè mestitia cælestium. Vide de hoc Sixtum Senen. lib. 2. suæ Bibliothecæ titul. Inuolutus liber. Ita philosophantur qui contendunt cælorum incorruptibilium multitudinem. At verò qui non ponunt pluralitatem orbium cælestium visibilium, nec incorruptibilitatem, verificant Scripturam dicentes firmamentum esse cælum, supra quod sunt aquæ. Res est explicatu difficilis, nec ausim sententiam præcipitare. Sed dummodo veritas Scripturæ seruetur, vnusquisque in suo sensu abundet.

A

B

C

D

ARTICVLVS II.

¶ An aquæ sint supra firmamentum.

346 2.di.14. art.2.& depo.q. 4.ar.1. ad 5. Et quoli.4. q.2. art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q aqua non sunt supra firmamentum. Aqua enim est naturaliter grauis. Locus autem proprius grauis non est esse sursum, sed solum deorsum. Ergo aqua non sunt supra firmamentum.

E

¶ 2 Præterea, Naturaliter aqua est fluida. Sed quod est fluidum, non potest consistere super corpus rotundum: vt experimento patet: ergo cùm firmamentum sit corpus rotundum, aqua non põt esse supra firmamentum.

¶ 3 Præterea, Aqua cùm sit elementum, ordinatur ad generationem corporis mixti: sicut imperfectum ordinatur ad perfectum. Sed supra firmamentum non est locus mixtionis sed supra terram. Ergo frustra aquæ esset supra firmamentum. Nihil autem in operibus Dei ex frustra. Ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

SED contra est quod dicitur Genes. 1. quod Diuisit aquas, quæ erant supra firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicit August* 2. super Genes. ad lit. maior est scripturæ huius autoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. Vnde quomodo & quales aquæ ibi sint, eas tamen ibi esse minimè dubitamus. Quales autẽ sint illæ aquæ, nõ eodem modo ab omnibus assignatur. Origen*. n. dicit, q aquæ illæ q̃ super cælos sunt, sint spirituales substãtiæ. Vnde in Ps. 148. dicitur, Aquæ q̃ super cælos sunt, laudent no. do. et Dan. 3. Bened. aquæ oẽs, q̃ super cælos sunt, do. Sed ad hoc respondet Basi.* in 3. Exam. q hoc nõ dicitur, eo q aquæ sint rãnales creaturæ, sed quia cõsideratio earũ prudẽter à sensum habentibus cõtẽplata glorificationẽ pficit Creatoris. Vnde ibidem dicitur de igne & grandine, & huiusmodi, de quibus constat quòd non sunt rationales creaturæ. Dicendum est ergo, quòd sunt aquæ corporales, sed quales aquæ sint, oportet diuersimodè diffinire secundum diuersam de firmamento sententiam. Si enim per firmamentum intelligatur cælum sydereum, quod ponitur esse de natura quatuor elementorum, partim ratione & aquæ quæ super cælos sunt, eiusdẽ naturæ poterunt credi cum elementaribus aquis. Si autẽm per firmamentum intelligatur cælum sydereum, quòd non sit de natura quatuor elementorum, tunc & aquæ illæ, quæ sunt supra firmamentum, non erunt de natura elementarium aquarum. Sed sicut secundum Strabum* dicitur cælum empyreum, id est: igneum propter solum splẽdorem, ita dicetur aliud cælum aqueum propter solam diaphaneitatem, quod est supra cælum sydereum. Posito etiam, quòd firmamentum sit alterius naturæ præter quatuor elemẽta, adhuc potest dici, q aquas diuidit, si per aquam non elementum aquæ, sed materiam informem corporum intelligamus, vt Augusti.*

Lib.2. ca.5. in 2.

Homil. 1. in Gen. nõ dispu. à prin. to. 1.

*Hol. Exa. nõ mul. pu. cul. à pri. vbi. ora. ho. vcrbo.

Habet. in glo. Gene. 1. super vit. Dei. cru. qua

Lib.1. de Gen. cõtra Manic. c.5. & 7. tomo 1.

Libr. 2. ca. 4. tomo 3.

Lib.2. sup Gene. c.1. pau lò à pri.

In corp. articuli.

In corp. artic.

*Basi. ho mul. 3. Exame. aliquan tulũ añ mediũ. Cælũ dr qa totũ

AD tertium dicendum, quòd secundum diaphatertiam opinionem, aquæ sunt supra firmamẽ tum vaporabiliter elanatæ propter vtilitatẽ pluuiarum. Secundum verò secundam opinionem aquæ sunt supra firmamentum, id est cælum totum diaphanum absque stellis. Quod quidam ponunt primum mobile, quod reuoluit totum cælum motu diurno, vt operetur per motum diurnum continuitatem generationis, sicut cælum in quo sunt sydera per motum, qui est secundum Zodiacum, operatur diuersitatẽ generationis & corruptionis per accessum & recessum, & per diuersas virtutes stellarum. Secundum verò primã opinionem aquæ sunt ibi, vt Basil. * dicit, ad contẽperandum calorem cælestium corporum. Cuius signum acceperunt aliqui, vt Augu. † dicit, quòd stella Saturni propter vicinitatem aquarum superiorum est frigidissima.

A

B

C

D

E

Basi. ho. 3. Exa. ante me dium. † Augu. li. 2. sup Gen. c. 5 p totũ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Minimè dubitamus aquas ibi esse. Probat ex Ge. 1. Diuisit aquas, quæ erant super firmamentũ &c. ¶ Secunda conclusio, Illæ aquæ non sunt spirituales substãtiæ, vt putabat Ori. hom. 1. in Gen. ex eo quod psal. 148. illæ aquæ dicuntur laudare Deum. Probatur autoritate Basilij in hom. 1. Examer. & quia etiam grando & nix dicunt ibi laudare Deum, quæ tamen non sunt spirituales substantiæ. ¶ Tertia conclusio. Aquæ illæ sunt corporales, vel eiusdẽ rationis cum elementaribus, si firmamentũ sit de natura quatuor elementorũ, vel si firmamentum significet cælum sydereum, aquæ illæ significabunt cælum aqueum, quod est supra sydereum, quod vocatur aqueum propter sui diaphaneitatẽ, vel significabunt materiam informẽ corporum. Et sic verificabitur q fit mamentum diuidit materiam inferiorem à superiori; vel si nomine firmamenti intelligatur aer, aquæ stantes supra firmamentum sunt aquæ pluuiales.

¶ Quarta

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quarta conclusio. Dicere (vt quidam voluerunt) quòd aquę vaporaliter resolutę eleuentur supra cęlum sydereum, est omnino impossibile. Hanc probat D. Tho. quatuor rationibus, quę clarè patent in litera.

COMMENTARIVM.

DVbitatur, Vtrùm aquæ elementales sint supra firmamentum. Videtur ꝙ non, quia aquæ elementales suapte natura sunt corruptibiles a radiis solis, & aliorum astrorum, ergo corrumpetur aliquando, & sic supra cælum dabitur corruptio & generatio.

IN hoc dubio sciendum est, quòd vt aduertit Diu. Thom. Origen. putauit aquas quæ super cælos sunt esse angelos bonos, & aquas inferiores angelos malos. Ita refert Epiphanius in epistola ad Ioannē Hierosolymitanum, & Di. Hieronymus in epistola ad Pammachium. Idem habet Autor commentariorum sub nomine Hieronymi Psalm. 103. Sed Diuus Augustin. de Ciuita. c. 34. & Di. Basi. hom. 3. Examer. reiiciunt illam. Eamque vt erroneam damnant Epiphanius & Hieronymus. Augus. etiam lib. 3. confess. c. 32. explicans illud: Fiat firmamentum, ait: Firmamentum factum esse inter aquas spirituales superiores & corporeas inferiores, quod etiam habet gl. interlinearis super hunc locum. Sed ipse hanc sententiam retractat. 2. Retract. capit. 6. Et probatur ita esse rejiciendam vtramq; sententiam. Primò, quia de istis aquis dicitur Psal. 103. Extendens cælum sicut pellem; qui tegis aquis superiora eius, siue vt alia litera habet: Qui contignas in aquis solaria tua: at vero aquis spiritualibus non operiuntur nec contignantur cæli, ergo. Secundo. Nam firmamentum non diuidit angelos ab aquis inferioribus, sed cælum empyreum in quo creati sunt, ergo dandæ sunt aliæ aquæ superiores, quas firmamentum diuidat. Tertio, arguit Rupert. super istum locum contra eandem sententiam, Quoniam si nomine aquarum superiorum intelliguntur angeli, non apparet quomodo vel in quo istæ aquæ diuisæ sint ab his, quę sunt sub firmamento, nam aquæ inferiores sunt elementales, de quibus dicitur: Cōgregentur aquæ quæ sunt sub firmamento in locum vnum. Quomodo ergo, ab istis aquis angeli diuisi sunt? Nam essentia ex natura sua distinguitur etiam si non esset firmamentum, loco verò non distinguuntur per firmamentum, vt dictum est. Ab aliis autem angelis inferioribus diuisi referuntur in diuisione lucis & tenebrarum, ergo. Hęc Rupertus: Ipsęque Ruper. cum Basilio & Ambrosio respondet Origeni, ꝙ ille locus: Aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Domini, non potest significare angelos, nam de his prædictum est: Laudate eum omnes angeli eius, sed ipsę aquæ dicuntur laudare, quia nos ad laudem excitant: nam eodem modo subditur de rebus inanimatis, grandine, nine, &cę. quòd laudent nomen Domini. ¶ Aliorum sententia est, quòd nomine aquarum superiorum intelligitur primum mobile, quod dicitur aqua propter diaphanitatem. Ita habent communiter Doctores, Lyra, Caieta. Abul. Burge. Catherinus. Et tunc inquiunt analogicè vtitur scriptura nomine aquarū, dum eodem nomine appellat superiores & inferiores. Nec est (inquiunt) inconueniēs idem nomen in eodem contextu sumi analogicè, nam prima die, & claritas siue lumen solis, & tempus ipsius lucis appellatur lux, dum dicitur: Appellauitque lucem diem. Sed hęc sententia non potest omnino placere. Primò, quoniam si firmamentum, quod dicitur factum secundo die, intelligatur octaua sphera, solùm potest fieri secundum aliquam qualitatem accidentalem, vt diuideret aquas &c. vt dicitur in textu, nam quo ad substantiam fuit creatum in principio temporis: at non potest dari aliqua qualitas secundum quam octaua sphæra diuidat primum mobile à corporibus inferioribus, nam quo ad locum, quo ad essentiam, & quo ad cætera omnia, per se diuisa erant hæc corpora, ergo. Secundò, quia nullus vnquam philosophorum primum mobile appellauit aquam. Tertiò, quia reliqui orbes non minus merentur nomen aquarum secundum plurimas partes, cum etiam sint diaphani vt primum mobile. Imò si sunt aliqui cæli omnino diaphani, in quibus non sint stellę aut planetæ, merebuntur omnino idem nomē: ergo

ergo dicendum etiam esset nomine aquarum superiorum intelligendos esse etiam reliquos orbes & non solum primum mobile. Quartò, quia primo die absoluta est distinctio cælorum, ergo materia & opus secundæ diei debet esse distinctio aeris, & non distinctio cæli. ¶ Tertia sententia est Bædæ in libro de natura rerum, quòd illæ aquæ, quæ dicuntur esse supra cælos, sunt quidem cælis spiritualibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores ad diluuij inundationem, vel ad ignem sydereum temperandum. Huic sententiæ consentit Eucherius, qui eas non locorum sedibus, sed dignitate naturæ supra cælos esse collocatas affirmat. Et quòd so quantur de aquis proprie & non analogicè, patet ex eo quòd admittunt illas seruatas esse ad inundationem diluuii, uel ad ignem sydereum temperandum. Nihilominus hęc sententia falsa videtur multis: nam illæ aquæ si sunt purè elementales, non sunt superiores cælo nec cæteris elementis: nam aer & ignis, vt didicimus ex philosophia, & ex situ proprietatibusque elementorum, & motu eorundem, sunt aqua nobiliores: cælum autem omnibus his præstat. Si autem non sunt pure elementales, constat alia mixta esse nobiliora, vt hominem, &c. Si autem sint alterius naturæ ab aquis quas experimur, non seruatæ essent ad inundationem diluuii, nec verò de eis fecisset mentionem Moyses, qui de cæteris insensibilibus omnino reticuit, vt de igne, &c. ¶ Quarta sententia est Ludouici Viuis super vndecimū de ciuita. D. Augustini capi. 34. quam prius fuerant sequuti Sancti Patres, Chrysost. Basil. Ambr. Hippolytus, Seuerianus, Theodoretus, & alius vetustiores: quòd supra cælos sunt veræ aquę elementales seruatæ ad temperandum ignem sydereum, & vim sphęræ igneæ, ne terram combureret. Hi autem diuisi sunt, Qui enim putant cælum sydereum factum esse ex aqua secūda die, asserunt quòd cum totum istud spatium a primo mobili vsque ad terras occuparet aqua: Deus in medio fixit firmamentum relinquēs aquas in superiori parte, & quod sic non fuit necesse, vt aquæ cælos iam cōditos penetrarent. Alij autem, vt Ludouicus, dicunt etiam post conditos cælos aquas illos penetrasse, quia hoc non opus naturæ, sed omnipotentiæ Dei est. Et probat hoc, quoniam cum elementa ita se habeant quòd ignis continet totum aerem, aer totam aquam, aqua etiam deberet continere totam terram; vt autem reseruaretur aliquid discoopertum habitationi hominum, ea moles aquarum quæ deberet partem discoopertam terræ tegere, eleuata (inquit) fuit supra cælos. Cæterum hæc sententia impugnatur. In primis quòd aquæ non sint seruatæ ad calorem sydereum tēperandum, aut vim sphęræ igneę, patet ex philosophia, vbi didicimus, cœlos esse inalterabiles qualitatibus extraneis, si autem aqua influeret in cælum aut verò in ignē, cum prius deberet agere in corpus immediatius, & proximius, iam tunc cælum alteraretur peregrinis impressionibus. Item, quia licet secundùm philosophiam ignis sit actiuus magis quàm aer, tamen ita natura dispositum est vt aer magis resistat, non ergo ad temperandum illius calorem oportuit aquas supponi, quia vt mundus in cōditione quam modo habet conseruaretur, sufficiebat resistentia aeris. Et confirmatur. Quoniam si aquę illę temperant calorem ignis, ergo ignis in sua propria sphera non habet calorem sibi debitum in summo, & iterum eū post diem iudicij nulla sit actio aut passio, & sic ignis nihil orbis possit comburere, etiam si retineat totam vim sui caloris; sequitur quòd tunc aquę illę debeāt de cęlo descendere, quod incorruptibilitas cęli defendet, vel quòd ibi debeant corrumpi, quod non est cōsonum. Nec verò debēmus attendere quid in hoc omnipotentia creantis potuerit, sed quid posset essentia creaturæ, nam vt sæpe repetimus ex Augustino, in prima rerum conditione non deberemus admittere miracula, quoniā hæc ponuntur ad confirmationem fidei, quę ibi non erat necessaria.

OMissis ergo aliis variis sententiis, iuxta vltimam sententiam, quam articulo primo explicuimus, ad hanc difficultatē dici potest, quod cum per firmamentum intelligatur aer potens aquas vel vapores à terra eleuatas continere, aquæ quæ supra cælos collocantur, sunt aquæ pluuiales vel vapores ascendentes à terra in supremam partem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem aeris, qui ibi condensantur in nubes & A in pluuias. Hæc expositio est Durandi in 2. distin. 14. q. 1. & Eugubini, & glossæ interlinearis superiùs locum. Et probatur ex eo quòd sic intellectus locus scripturæ minores parit difficultates, & magis consonat aliis testimoniis eius. Probatur hoc: primò, nam sicut dicitur aquas esse supra cælos, & quod tegit aquis superiora cæli, ita dicit: Qui operit cælum nubibus, sed non operit nubibus aliud cælum, quàm aereum, nec enim nubes ascendunt, supra cælum sydereum, ergo eodem modo dicendum est q posuit aquas supra cælum aereum. Secundò, quoniam Genes. 7. dicitur, quòd catharactæ cęli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram, vbi catharactas cæli & nimbos pro eodem accipit, ita quòd secundum sit exaggeratio prioris. Ecce ergo quomodo non vocatur cælum sydereum superior pars aeris, nam in diluuio ab aere dimanauit pluuia. Confirmatur hoc, quia sic explicatur illud psal. 17. Posuit tenebras latibulum C suum, Tenebrosas aquas in nubibus aeris: vbi aquas superiores commemorat, quas ne credas esse substantias cælestes, ait, esse densas ac crassas nubes. Tandem hoc probatur, nam alias non fieret mentio generationis pluuiarum ac cæterorum metheororum, nec in opere distinctionis aer distingueretur à cæteris partibus vniuersi. Nec enim dicendũ est cum quibusdam Iudæis, quos refert Abulens. ca. 22. Num. quæst. 10. Hęc creata fuisse vespere diei sexti ad Solis D occasum incipiente iam Sabbato. ¶ Ex his sequitur, quòd sicut nõ semper nubes sunt supra cælos, ita nec semper aquæ ibi sunt, sed semper sunt suo tempore, quando tales vapores eleuantur & condensantur ibi. Ad argumentum verò à principio positum patet ex dictis.

¶ Circa solutionem ad primum in D.Tho. notandum, quòd illam solutionem quam D.Tho. reiicit ex sententia Dini Augustini, quòd scilicet, diuina omnipotentia supra E naturam aquarum illas contineat supra cælos admittit D.Ambros. Iunilius, & Euchorius, sed aliis placet cum Augustino docere in illis operibus non fuisse miraculum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm firmamentum diuidat aquas ab aquis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd firmamentum nõ diuidat aquas ab aquis. *Vnius enim corporis secundùm* 347 Po. q. 4. ar. 5. cõ. corp. 2. * Li. 11. opi. c. 6. parum à princ. to. 1.
speciem est vnus locus naturalis. Sed omnis aqua omni aquæ est eadem specie, vt dicit Philosophus. Non ergo aquæ ab aquis sunt distinguendæ secundùm locum.

Si dicatur q aquæ, illæ quæ sunt supra firmamentum, sunt alterius speciei ab aquis, q̃ sunt sub firmamento: Contra hoc arguitur.

¶ 2. *Præterea. Ea quæ sunt secundum speciem diuersa, non indigent aliquo alio distinguente: Si ergo aquæ superiores & inferiores specie differunt, firmamentum eas ab inuicem non distinguit.*

¶ 3. *Præterea. Illud videtur aquas ab aquis distinguere, q ex vtraque parte ab aquis contingitur: sicut si aliquis paries fabricetur in medio fluminis. Manifestum est autẽ, q aquæ inferiores non pertingunt vsq; ad firmamentum. Ergo non diuidit firmamentum aquas ab aquis.*

SED contra est quod dicitur Genesis. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

RESPONDEO dicendum, quòd aliquis considerando superficie tenus literã Genes. posset talem imaginationem concipere secundum quorundã antiquorum Philosophorũ positionem. Posuerunt. n. quidam aquã quoddam infinitum corpus, & omnium aliorum corporum principium. Quam quidẽ immensitatẽ aquarum accipere posset in nomine Abyssi, cum dicitur, q Tenebræ erant super faciem Abyssi. Ponebant ẽt q istud cælum sensibile quod videmus, non continet infrà se omnia corporalia, sed est infinitum aquarum corpus supra cælum. Et ideo posset aliquis dicere, q firmamentum cæli diuidit aquas exteriores ab aquis interioribus, i. ab omnib. corporibus quæ infrà cælum cõtinentur, quorum principium aquã ponebant. Sed quia ista positio per veras rõnes falsa deprehenditur, non est dicendum hunc esse intellectum scripturæ. Sed considerandum est q Moyses rudi populo loquebatur. Quorum imbecillitati condescendens, illa solum eis proposuit quę manifestè sensui apparent. Omnes autem quotcumque rudes terram & aquam esse corpora sensu deprehendunt. Aer autem non percipitur ab omnibus esse corpus, in tantùm quòd etiã quidam Philosophi aerem dixerunt nihil esse, plenum aere vacuum nominantes. Et ideo Moyses de aqua & terra mẽtionem facit expressam: aerem autem nõ expresse nominat, ne rudibus quoddam ignotum proponeret. Vt tamen capacibus veritatem exprimeret, dat locum intelligendi aerem, significans ipsum quasi aquæ annexum, cùm dicit, quod Tenebræ erant super faciem abyssi. Per quod datur intelligi, super faciẽ aquæ esse aliquod corpus diaphanum, quod est subiectum lucis & tenebrarum. Sic igitur siue nos per firmamentum intelligamus cælum in quo sunt sydera, siue spatium aeris nubilosum, cõuenienter dicitur, quòd firmamẽtum diuidat aquas ab aquis, secundum quod per aquam materia informis significatur: vel secundum quod omnia corpora diaphana sub conuenientia aquarum intelliguntur. Nã cælum sydereum distinguit corpora inferiora diaphana à superioribus. Aer verò nubilosus distinguit superioris aeris partem in qua generantur pluuiæ, & huiusmodi impressiones ab inferiori parte aeris quę aquę connectitur: & sub nomine aquarum intelligitur.

AD primum ergo dicendum, q si per firmamentum intelligatur cælum sydereum, aquę superiores, nõ sunt eiusdem speciei cum inferioribus. Si autem per firmamentum intelligatur nubilosus aer, tunc virtq; aquę sunt eiusdem speciei: & deputantur tunc duo loca aquis non eadem ratione: sed locus superior est locus generationis aquarum, locus autem inferior est locus quietis earum.

AD secundum dicendum, quòd si accipiantur aquę diuersę secundum speciem, firmamentum dicitur diuidere aquas ab aquis: non sicut causa faciens diuisionem, sed sicut terminus vtrarumque aquarum.

AD Tertium dicendum, quòd Moyses propter inuisibilitatem aeris & similium corporum, omnia huiusmodi corpora sub aquę nomine comprehendit. Et sic manifestum est, q ex vtraque parte firmamenti qualitercunque accepti sunt aquę.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Cõuenienter dicitur, quòd firmamẽtũ diuidat aquas ab aquis. Nam si per firmamentum intelligitur cælum sydereum, illud diuidit corpora diaphana superiora à diaphanis inferioribus, quæ omnia nomine aquarum designantur. Si verò nomine firmamenti significatur aer nebulosus; ille distinguit superiorem aeris partem, in qua generantur pluuiæ & huiusmodi impressiones à parte inferiori aeris, quæ aquæ connectitur, & sub nomine aquarum intelligitur.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo. Præter ea, quæ in superioribus notata sunt iuxta quæ videtur, quòd magis sit amplectẽda secũda explicatio vel probatio conclusionis D. Thom. hic posita, præter hæc (inquam) occurrit alius C modus explicandi, quomodo firmamentum diuidat aquas ab aquis, si nomine firmamenti intelligatur cælum sydereum. Nam dicitur diuidere non solum secundũ situm aquas ab aquis, sed etiam secundùm conditiones. Quatenus enim octaua sphæra mouetur motu raptu, quod non habent aquæ inferiores, dicitur firmamentum diuidere ab aquis inferioribus comprehendendo sub firmamento cętera corpora cæleſtia D & ignem atque aerem quæ etiam circulariter mouentur motu raptus. Quatenus verò eadem octaua sphęra præter motum raptum habet motum proprium, distinguitur ab aquis superioribus, id est, primo mobili, quod solum vnico motu mouetur. Ita explicat Caiet. superiùs locum, & Burgen. in additione ad primum caput Genes. & affert pro se D. Bonau. in 2. dist. 13.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm sit vnum cælum tantum?

E AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd sit vnum cælum tantũ. *Cælum enim contra terram diuiditur, cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram. Sed terra est vna tantum. Ergo & cælum est vnum tantũ.* 348 2. di. 14. art. 4. & 3. Meta. l. 7. fin.

¶ 2 Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 2 *Præterea, Omne quod constat ex tota* A *sua materia, est vnum tantum. Sed cælum est huiusmodi, vt probat Philosophus* in 1. de cæl. tex. 25. & 2. cælo. Ergo cælum est vnum tantum.*

Lib. 1. de cæl. tex. 25. & 2.

¶ 3 *Præterea, Quicquid dicitur de pluribus vniuocè, dicitur de eis secundum vnã rationem communem. Sed si sunt plures cæli, cælũ dicitur vniuocè de pluribus: quia si aqui uocè non propriè diceremur plures cæli. Oportet ergo si dicuntur plures cæli, q̃ sit aliqua ratio communis secundum quam cæli dicantur. Hanc autem non est assignare.* B *Non est ergo dicendum quòd sint plures cæli.*

SED contra est, quod dicitur in Psalm. 148. Laudate eum cæli cælorum.

RRESPONDEO dicendum, q̃ circa hoc videtur esse quædam diuersitas inter Basil. & Chrysost. Dicit enim Chrysost. non esse nisi vnum cælum, & quòd pluraliter dicitur Cæli cælorum, hoc est propter proprietatem linguæ Hebrææ, in qua consuetum est, vt cælum sõlùm pluraliter significetur, sicut sunt etiam multa nomina in Latino, quæ singula- C *ri carent. Basil.* autem & Damas. sequens eum, dicunt plures esse cælos. Sed hæc diuersitas magis est in voce quàm in re. Nam Chrysost. vnum cælum nominat totum corpus quod est supra terram & aquam. Nam etiam aues quæ volant in aere dicuntur propter hoc volucres cæli. Sed quia in isto corpore sunt multæ distinctiones, propter hoc Basil posuit plures cælos.*

Basil. hom. 3. Exa. iter med. & finẽ. † Dam. lib. 2. orth. fid. c. 7.

* Chrysost. homi. 4. in Gen. ante me diũ to. j.

AD distinctionem ergo cælorum sciendũ D *considerandum est, quòd cælum tripliciter dicitur in Scripturis. Quandoque enim dicitur propriè & naturaliter. Et sic dicitur cælum corpus aliquod sublime & luminosum actu vel potentia, & incorruptibile per naturam. Et secundum hoc ponuntur tres cæli. Primũ totaliter lucidum, q̃d vocat empyreum. Secundum totaliter diaphanum, q̃d vocãt cælum aqueũ et crystallinum. Tertium partim diaphanum et partim lucidum actu, quod vocatur cælum sydereum. Et diuiditur in octo sphæras, s. in sphæram stellarum fixarum: & septem sphæras planetarum, quæ possunt dici septem cæli. Secundo dicitur cælum per participationem alicuius proprietatis cælestis corporis, s. sublimitatis & luminositatis actu vel potentia. Et sic totum illud spatium, quod est ab aquis vsque ad orbem lunæ, Damascenus* ponit vnum cælum, nominans illud aereum. Et sic secundum eum sunt tres cæli, aereum, sydereum, & aliud superius: de quo intelligitur, q̃ Apostolus legitur raptus vsq; ad tertium cælum. Sed quia istud spatium continet duo elementa, scilicet ignis, & aeris, & in vtroque eorum vocatur superior & inferior regio: ideo istud cælum Rabanus* distinguit in qua* Raban. Gen. c. j. *tuor supremam regionem ignis nominans cælum igneum: inferiorem verò regionem cælum olympium ab altitudine cuiusdam montis, qui vocatur Olympus. Supremam verò regionem aeris vocauit cælum æthereum propter inflammationem: inferiorem verò regionem cælum aereum. Et sic cùm isti quatuor cæli tribus superioribus cõnumerentur, fiunt in vniuerso secundùm Rabanum septẽ cæli corporei. Tertiò dicitur cælum Metaphoricè. Et sic quandoq; ipsa sancta Trinitas dicitur cælum propter eius spiritualem sublimitatem & lucem. De quo cælo exponitur diabolum dixisse, Ascendã in cælum, id est ad æqualitatem Dei. Quandoque etiam spiritualia bona, in quibus est sanctorum remuneratio, propter eorum eminentiam cæli nominantur: vbi dicitur, Merces vestra multa* Lib. j. de ser. Domin. c. 9. li. 12. c. 29. & 34. to. j. *est in cælis: vt Augustinus* exponit. Quandoque verò tria genera supernaturalium visionum, scilicet corporalis, imaginariæ, & intellectualis, tres cæli nominantur. De quibus Augustinus* exponit quòd Paulus est raptus vsque ad tertium cælum.*

AD primum ergo dicendum, quòd terra se habet ad cælum, vt centrum ad circumferẽtiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multæ circumferẽtiæ. Vnde vna terra existente, multi cæli ponuntur.

AD secundum dicendum, q̃ ratio illa procedit de cælo, secundum quod importat vniuersitatem creaturarum corporalium. Sic enim est vnum cælum tantum.

*AD tertium dicendum, quòd in omnibus cælis inuenitur communiter sublimitas, & aliqua luminositas, vt ex dictis patet.** In corp. artic.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Diuersitas sentẽtiarum inter Chrysost. dicentem esse tãtum vnum cælum, & Basilium ponentem plures: tantum est diuersitas secundùm vocem. Nam Chrysostomus

sostomus vnum cœlum nominat to- A
tum corpus, quòd est supra terram, & aquam, Basilius verò posuit plures cœlos, quia in isto corpore sunt multæ distinctiones.

¶ Secunda conclusio. Sumendo cœlũ propriè & naturaliter pro corpore sublimi incorruptibili per naturam, & luminoso actu vel potentia, sic tres sunt cœli, primum totaliter lucidum, scilicet, empyreum; secundum totaliter diaphanum, quod vocatur aqueum; tertium, partim diaphanum, & partim lucidũ actu, quod vocatur sydereum. Sed hoc diuiditur in octo sphæras, scilicet, sphæram stellarum fixarum, & septẽ sphæras planetarum. B

¶ Tertia conclusio. Sumendo cœlum participatiuè pro corpore habẽte aliquam qualitatem cœli, scilicet, sublimitatem, vel luminositatẽ actu, vel potentia, sic secundum Damascenum. 2. fidei orthod. cap. 7. sunt tres cœli, aereum, sydereum, & aliud superius. Sed quia Rabanus in Genes. cap. 1. distinguit cœlum aereum in quatuor, scilicet, cœlum igneum, Olympium, æthereum, & aereum, ideo secundum eum sunt septem cœli corporei. C D

¶ Quarta conclusio. Sumendo cœlum metaphoricè sic multa uocantur cœlum, ut Sancta Trinitas merces gloriæ, & triplex genus uisionis, corporalis, imaginariæ, & intellectualis.

COMMENTARIVM.

QVæstio huius articuli potius ad Astrologos, quàm ad Theologos pertinet, estque de illis, de quibus Augustinus lib. 2. de peccato origin. contra Pelag. cap. 23. fatetur posse sine nota erroris sic, vel aliter definiri. Nihilominus D. Tho. noluit eam intactam relinquere, vt varias Sanctorum Patrum sententias & explicaret, & conciliaret. Vt ergo quid Sancti, quidque alij de numero cœlorum sentiant explicemus, sciendum est, q̃ non solum Chrysost. homilia 4. in Genes. sed & alij Philosophi, quos refert Basil. homil. 1. Examer. propter secundum argumentum D. Thom. mouentur ad sentiendum vnum tantum cœlum esse. Alij verò Philosophi, vt idem Basilius ibidem refert, fuerunt in altero extremo, nam infinitos cœlos ponebant. Fortè refert Epicureum, quem Dioge. Laertius lib. 10. de vita Philosophorum ait sensisse fuisse infinitos mundos, & per consequens infinitos cœlos. Alij verò tantum duos cœlos admittũt. Ita docent Acacius Genes. 1. & D. Clemens Romanus post Petrum Pontifex II. & III. recognitionum. Vbi ait tantùm esse duos cœlos, vnum superius ambiens visibile firmamentum, quod est perpetuum, & æternum: alterum visibile infernus, quod in eo cõsummatio seculi resoluetur: cui omnino videtur consentire Iustinus Philosophus & martyr, in lib. quæsthonum ad gentes. Alij autẽ ut Ambrosius 2. Examer. ca. 4. plures admittunt cœlos. Quot autem illi sint, non explicant. Quidam hæretici Basilidiani, vt refert D. Augustinus lib. de hæresibus, hæresi 4 ponebant ter cẽtum sexagintaquinque cœlos. Quidam Theologus nostri temporis Carthusianus in expositione Symboli ait esse certum secundum fidẽ esse tres cœlos: quia Paulus dixit raptum se vsque ad tertium cælum. Sed fallitur non aduertens legitimam expositionẽ illius loci non esse de cælo corporali, sed de cælo metaphorico, scilicet, de visione intellectuali. Vide S. Thomã super illum locum, & August. lib. 12. super Genes. cap. 29. & 34. E

¶ Astrologi quidem qui supponunt cælum esse incorruptibile necesse habent multiplicare cælos secundum numerum: 1 planetarum septem, & octauum stellarum. Cum enim astra mouecantur, si per se moueretur, rumperent cælum, nisi mouerentur ad motum cæli. Rursus cum sint differentes motus planetarum inter se distincti, etiam à motu stellarum fixarum, oportet octo orbes distinguere. Sed quia quidam Astrologi obseruarunt motum octauæ sphæræ ab Occidente in Orientem, & alium motũ trepidationis,

dationis, per quem poli mouentur, statuerunt alios duos cælos supra cælum stellatũ. Supra quos si empyreum ponas, erunt omnes vndecim: non numeratis eccentricis & deferentibus eos, & epicyclis, sic enim multo plures sunt. At verò qui opinantur cælum esse diuisibile, non multiplicant cælos propter varios motus stellarum & astrorũ. Sed aiunt astra moueri taliter per cælum, quod non mouetur licet diuidatur, vt aer per motum auium.

¶ Alia quæstio potest ventilari circa hunc articulum. An omnes cæli propriè dicti distinguantur specie. Athanasius quidem q. 5. ad Antiochum putat omnes esse eiusdẽ speciei, sicut omnes homines sunt eiusdem naturæ. Sed Sonzio. 12. Meraphy. quæst. 10. sequutus Capreolũ in 2. defendit bene opinionem D. Thom. quòd sunt distinctæ speciei, quæ opinio sequitur clare ex his, quæ diximus supra materias cælorum omnium esse diuersas, ideo supersedendum duxi ab hac disputatione.

QVAESTIO LXIX.
De operæ tertiæ diei.

DEINDE considerandum est de opere tertiæ diei.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

349 2.di.14. art.5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim quæ facta sunt prima & secunda die, verbo factionis exprimũtur. Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum. Sed tertia dies conditur duabus primis. Ergo opus tertiæ diei debuit exprimi verbo factionis, & non solum verbo congregationis.

¶ 2 Præterea, Terra prius vndiq; erat aquis cooperta. Propter hoc enim inuisibilis dicebatur. Non erat ergo aliquis locus super terram, in quo aquæ congregari possent.

¶ 3 Præterea, Quæ non sunt continuata adinuicem, non habent adinuicem continuitatem. Ergo non sunt omnes aquæ congregatæ in vnum locum.

¶ 4 Præterea, Congregatio ad motum localem pertinet. Sed aquæ naturaliter videntur fluentes, & ad mare currentes. Non ergo fuit necessarium ad hoc diuinum præceptũ adhiberi.

¶ 5 Præterea, Terra etiam in principio suæ creationis nominatur cum dicitur: In principio creauit Deus cælum & terram. Inconuenienter ergo dicitur terra tertia die nomen terræ impositum.

SED in contrarium sufficit auctoritas Scripturæ.

RESPONDEO dicendum, q̃ hic oportet aliter dicere secundum expositionem Augustini & aliorum sanctorum. Augustinus enim in omnibus his operibus non ponit durationis ordinem, sed solum originis & naturæ. Dicit enim primò creatam naturam spiritualem informem, & naturam corporalem absque omni forma: quam (dicit)* primo significari nomine terræ & aquæ: non quia hæc informitas formationem præcesserit tempore, sed origine tantum. Neque vna formatio secundum eum præcessit aliam duratione, sed solum naturæ ordine. Secundum quem ordinem necesse fuit, vt primò poneretur formatio suprema naturæ, scilicet spiritualis: per hoc quòd legitur prima die lux facta. Sicut autem spiritualis natura præeminet corporali, ita superiora corpora præeminent inferioribus. Vnde secundo loco tangitur formatio superiorum corporum cum dicitur, Fiat firmamentum. Per quod intelligitur impressio formæ cælestis in materiam informem non prius existentem tempore, sed origine tantũ. Tertiò verò loco ponitur impressio formarũ elementarium in materiam informem, non tempore, sed origine præcedentem. Vnde per hoc quòd dicitur, Congregentur aquæ, & appareat arida, intelligitur quòd materiæ corporali impressa est forma substantialis aquæ, per quam competit sibi talis motus: & forma substantialis terræ, per quam competit sibi sic videri. Sed secundum * alios sanctos in his operibus etiam ordo durationis attenditur. Ponunt. n. quòd informitas materiæ tempore præcessit formationem, & vna formatio aliam. Sed informitas materiæ secundum eos non intelligitur carentia omnis formæ: quia iam erat calum, & aqua, & terra: quæ tria nominantur tanquã manifestæ sensu perceptibilia. Sed intelligitur informitas materiæ carentia debita distinctionis, & consummata cuiusdam pulchritudinis. Et secundum hæc tria nomina posuit Scriptura tres informitates. Ad calum enim, quod est superius, pertinet informitas tenebrarum: quia ex eo est origo luminis. Informitas verò aquæ, quæ est media, significatur nomine Abyssi: quia hoc nomen significat quandam immensitatem inordinatæ aquarum, vt Augustinus* dicit contra Fau. Informitas verò terræ tangitur in hoc quòd dicitur, quòd terra erat inanis & inuisibilis, per hoc quòd erat aquis cooperta. Sic igitur formatio supremi corporis facta est prima die, & quia tempus sequitur motum cæli, tempus autem est numerus motus supremi corporis: per huiusmodi formationem facta est distinctio temporis, noctis scilicet & diei. Secundo verò die formatum est medium corpus, scilicet aqua, per firmamentum accipiens quandam distinctionem & ordinem: ita quòd sub nomine aquæ etiam alia comprehenduntur, vt Qõ præ supra dictum* est. Tertio verò die formatum est vltimum corpus, scilicet terra: per hoc q̃ discooperta est aquis, & facta est distinctio in infimo, qua dicitur terra & mare. Vnde satis congruè sicut informitatem terræ expresserat dicens, quòd Terra erat inuisibilis vel inanitas eius formationem exprimit per hoc quod dicit, Et appareat arida.

AD primum ergo dicendum, quòd secundum Augustinum ideo in opere tertiæ diei nõ vtitur Scriptura verbo factionis, sicut in præcedentibus operibus: vt ostẽdatur, quòd superiores forma, scilicet spirituales angelorum, & cœlestium corporum sunt perfecta in esse, & stabiliter: formæ verò inferiorum sunt imperfectæ & mobiles: & ideo per congregationem aquarum & apparentiam aridæ, impressio talium formarum designatur. Aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa, vt ipse dicit in* 2. super Genes. ad literam. Secundum verò alios dicendum est, quòd opus tertiæ diei est perfectum secundum solum motum localem. Et ideo non oportuit, quòd Scriptura vteretur verbo factionis.

Locis citatis in fin. cor.

AD secundum patet solutio secũdum Augustinum quia non oportet dicere, quod terra prius esset cooperta aquis, & postmodum congregatæ, sed quòd in tali congregatione fuerunt productæ: secundum verò alios tripliciter respondetur, vt Augustinus dicit* 1. super Gene. ad literam. Vno modo, vt aqua in maiorem altitudinem sint eleuatæ in loco vbi sunt congregatæ. Nam mare est altius terra, vt experimento compertum est in mari rubro: vt Basil. dicit. Secundo, vt dicatur, quòd rarior aqua vt nebula terras tegebat, quæ congregatione densata est. Tertio modo, vt dicatur, quòd terra potuit aliquas partes præbere concauas, quibus confluentes aquæ reciperentur. Inter quas prima videtur probabilior.

AD tertium dicendum, quòd omnes aquæ habent terminum. Scilicet, mare in quo confluunt vel manifestis, vel occultis meatibus. Et propter hoc dicuntur aquæ congregari in vnum locum. Vel dicit vnum locum non simpliciter, sed per comparationem ad locum terræ siccæ: vt sit sensus, Congregentur aquæ in vnum locum, id est, seorsum à terra sicca. Nam ad designandam pluralitatem locorum aquæ, subdit, quòd congregationes aquarum appellauit maria.

AD quartum dicendum, quòd iussio Dei naturalem motum corporibus præbet. Vnde dicitur, q̃ suis naturalibus motibus faciunt velle eius. Vel potest dici, quòd naturale esset, quòd aqua vndique esset circa terram, sicut aer vndiq; esset circa aquam & terram: sed propter necessitatem finis, vt. s. animalia, & planta essent super terram, oportuit, quòd aliqua pars terræ esset discooperta ab aquis.

Quod quidem aliqui Philosophi attribuunt actioni Solis per elevationem vaporum desiccantis terram. Sed sacra Scriptura attribuit potestati diuinæ: non solum in Gen. sed etiam in Iob 38. ca. vbi ex persona Domini dicitur, Circumdedi mare terminis meis, & Ierem. 7. Me ergo non timebitis, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari?

AD quintum dicendum, quòd secundum Augustinum per terram, de qua primo fiebat mentio, intelligitur materia prima: nunc autem intelligitur ipsum elementum terræ. Vel potest dici secundum Basilium,* quod primò nominabatur terra secundum naturam suam, nunc autem nominatur ex sua principali proprietate, qua est siccitas. Vnde dicitur, quòd vocauit aridam terram. Vel potest dici secundum Rabbi Moysem, quòd vbicumque

li. 2. c. 12 in fi.

Aug. li. 2. super Gen. c. 2

*Basil. homi. 4. Exam. à medio illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que dicitur Vocauit, significatur aquinocatio A
nominis. Vnde prius dictum est, quòd vocauit
lucem diem propter hoc, quod etiam dies vo-
catur spatium viginti quatuor horarum, se-
cundum quod ibidem dicitur, Factum est ve-
spere & mane dies vnus.

Similiter dicendum est, quòd firmamen-
tum, id est aerem vocauit cælum, quia etiam
cælum dicitur, quod est primo creatum. Si-
militer etiam dicitur, quòd aridam, id est il-
lam partem, quæ est discooperta aquis, voca-
uit terram, prout distinguitur contra mare:
quamuis communi nomine terra vocetur, siue
sit aquis cooperta, siue discooperta. Intelligi-
tur autem vbique per hoc quòd dicitur voca
uit, id est, dedit naturam vel proprietatem, vt
possit sic vocari.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio affirmatiua. Probatur, nam si sustineatur opinio D. Augusti. q̃ omnia simul tempore facta sunt, per cõgregationem aquarum, C & apparitionem aridæ significatur impressio formarum aquæ & terræ in materiã corporalem: sed post formationem primę naturæ spiritualis, quæ significatur per hoc quòd dicitur: Fiat lux, & corporum superiorum, quæ exprimitur per hoc quod dicitur: Fiat firmamentum: statim sequitur formatio aquę & terræ, ergo rectè per illa verba significatur D formatio tertio die, vt formatio tertij corporis tertio diei correspõdeat. Si autem sustineatur opinio aliorũ Sanctorum dicentium ordinem durationis in his operibus reperiri, ẽt rectè dicitur fieri tertio die congregationem aquarum. Nam primo die formatum est primum corpus, s. cœlum per hoc quòd dicitur: Fiat lux, secundo die formatum est medium E corpus, s. aqua & aer per hoc quòd dicitur: Fiat firmamentum ergo tertio die debuit formari vltimum corpus, scilicet, terra per hoc quod est discooperta aquis.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa conclusionem huius articuli. Arguitur primò contra illam. Nam sequitur aquas, vel modo cõtra suam naturam detineri in loco vno, vel à principio tẽporis non habuisse naturalẽ locum, quorum vtrũq; est inconueniẽs. Hoc quidem, quia à principio solum fecit Deus, qđ rei natura poscebat sine aliqua miraculorũ perpetratione. Illud autem, quia elemẽtum B violenter continetur extra suum locum naturalem: sed naturalis eius locus fuit cooperire, & continere terram, sicut ignis cõtinet aerem, ergo. Sequela probatur, nam cum dispositio, quam modo habet aqua, sit diuersa ab ea, quam habuit a principio, non potest vtraq; ei esse naturalis. Confirmatur. Quoniam si verum est, quod hic docet D. Tho. ad 2. q̃ aquæ congregatæ sunt per condensationem, sequitur, vel eas à principio extitisse, vel nunc existere extra suam naturalẽ C dispositionem, quorum vtrumq; est inconueniẽs. Patet sequela, nam si illa raritas erat naturalis, ergo hæc densitas non est naturalis, & si hæc densitas est naturalis, illa raritas naturalis non erat.

¶ Secundò, Distinctionem cœlorum & aëris fecit Deus in duob. diebus, primo, s. & secundo, ergo similiter distinctioni aquę, & terræ debent duo dies correspondere. Patet consequentia, ista quia etiam sunt distincta corpora sicut illa, & quia aquæ & terræ cor D respondẽt diuersi dies in opere ornatus, ergo & in opere distinctionis.

¶ Tertiò, Locum in quo congregantur aquæ appellauit Deus, maria, ergo vel nõ cõgregauit ea in vnum locum, aliàs nõ essent plura maria, vel nõ debuit ea appellare maria, sed mare; quia tantùm erat vnus locus. Alias multas difficultates, quas mouẽt Sancti Doctores, vt Ambrosius, Iunilius, Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacramentis capit. 21. breuiter tangit D. Thom. in solutionibus argumentorum, & ideo supersedẽ E dum est ab eis.

IN hoc dubio certum est aquas fuisse congregatas in locum vnum. Quantus autẽ fuerit ille locus respectu totius terræ nõ apparet. Verum est, quòd in apochryphis Esd. lib. 4. c. 6. dicitur, quòd erat septima pars ter

ræ. Sed hoc omisso circa modum, quo con- A
gregatæ sunt, variant doctores. Nã vt omittamus modos dicendi, quos D. Tho. refert, Aug. Eugub. lib. 1. suæ Cosmopeiæ in Genesim sequitur alium modum dicendi, quem etiam tangit D. Thom. in solutione ad 4. ex sentẽtia Philosophorum. Putat enim tãtam fuisse actionem Solis, tantumq; eius ẽstum illis primis diebus, quando mediũ omnino purum erat, vt eius actiuitas non impedita ad aquas ita peruenerit, vt eius ardẽtissima flamma concoxerit & diminuerit aquas, ex quibus immensam vim aeris creauit Deus. Sed Burgen. additione ad 1. cap. Geneseos ait. Hanc sententiam erroneam esse. Nam apparere aridam, & discooperiri terram ab aquis, nulli potest tribui nisi virtuti diuinæ, vt Scriptura multis in locis testatur, vt Psa. 32. dicitur: Verbo Domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, cõgregans sicut in vtre aquas maris. Vbi patet diuino imperio, & præcepto tribui hanc cõ gregationem aquarum. Item Hierem. 5. Me C non timebitis, &c. qui posui arenam terminum maris, &c. & Psal. 113. Terminum posuisti, quem non transgrediẽtur neque conuertẽtur operire terram. Et Prou. 8. dicitur, quòd certa lege & gyro vallabat abyssos. Et in lib. Iob dicitur: Quis conclusit ostijs mare &c. Quæ omnia videtur sonare diuinam omnipotentiam, quasi hoc opus discooperiendi terram sit virtutis illius tantũ. Quod expressè dicitur Iob 26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Vbi ista D congregatio tribuitur soli fortitudini Dei, & non alteri causæ. Et similiter dicitur fieri repente, quod de tanta molæ aquæ Sol repente perficere non poterat. Nam non est verum fundamentum eius, etiam secũdum sententiam suam, quam iam retulimus. Etenim secundo die factum est firmamentum, quod continet aquas pluuiales, & alia metheora, ergo tunc medium non erat ita purum, vt flamma & ardor Solis in vno die tantum aquæ potuerit exsiccare; sed E hoc morosè deberet fieri, & tamẽ in principio Geneseos statim refertur factum. Ratio est Caietani Psalm. 103. imò verò si hoc ita contigit, cũ prius sit exsiccatio aquæ, quam elcuatio vaporum; sequitur clarè, quod prius debuit cõtingere hęc exsiccatio aqua- rum, discoopertioque terræ, quàm illa positio aquarum super firmamentũ, & quàm diuisio aquarum superiorum, & inferiorũ, siquidem hæc causantur ex illa deficcatione, imò verò cum Sol secundo die haberet totam suam virtutem non impeditã, secundo die debuit aquam exsiccare, & non tertio. Item, quia secundum Iunilium, Glossam, & Bedam in opere quartæ diei Sol primis tribus diebus nullum calorem habuit, quia ille calor habet quandam specialem B virtutem cum non sit virtus elementalis, nec pertineat ad distinctionem vniuersi, ergo prima die non potuit per calorem desiccare aquas, quæ tegebant terram. Vide etiam Ambros. lib. 3. Examer. cap. 4. expressè impugnantem hanc sententiam. Falsum etiam est, quòd elementum aeris ex aqua produxerit Deus. Demonstrauimus enim supra, quòd omnia corpora simplicia simul creata sunt a principio tẽporis. Tandem, quia Psalm. 113. dicitur; Abyssus sicut C vestimentum amictus eius, super montes stabunt aquæ, ab increpatione tua fugient. Vbi diuinum imperium significatur faciẽs hanc congregationem.

¶ Ex his potest reprobari alia sententia, quam habet Abulen. cap. 1. Gen. putat enim mediante quodam vẽto vrente, qualis contigit in exsiccatione maris rubri Deũ desiccasse terram, congregasseque aquas, & propterea putat statim a principio Geneseos per anticipationem dictum esse; Et spiritus Domini, id est, ventus insufflabat super aquas, D quasi ille ventus flaret, vt aqua congregaretur, & terra desiccaretur. Sed hæc eodem modo reprobantur.

¶ Burgensis, verò alia via procedit. Putat enim, quòd elemẽtum aquę à principio cooperiebat totam terram, eratq; sphericum sicut terra, & quòd centrum eius erat idem quod centrum terræ: sicut idem centrũ habent duo circuli, quorum vnus in altero inclusus est, postea verò tertia die (inquit) vt E terra maneret discooperta diuina sapientia sic disposuit, vt elementum aquæ seruando suam rotunditatem naturalẽ haberet diuersum centrum a centro terræ. Sicut secundum Astrologos centrum aliquorum orbium planetarũ est separatum à cẽtro vniuersi, vnde tales orbes dicuntur eccentrici,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet in 4.Almegisti. Hoc suppositio explicat opus tertiæ diei, dicens quòd congregatio aquarum omnium in locũ vnum nihil aliud est, quàm inclinatio earum ad centrum ipsius aquæ, sicut omnes partes terræ vbicunque sint, inclinantur in centrum ipsius terræ, & quod apparitio ipsius aridæ non aliundè prouenit, nisi quia Deus tori elementi aquæ alium locum deputauit, quam antea haberet. Probat hoc reprobando aliorum sententias, maximè eas quas refert hic Di. Thom. & primò quidem illam, quòd terra præbuit aliquas partes concauas, vbi aquæ reciperentur. Nam elementum aquę est in decuplo maius, quam elementum terrę, vt patet ex philosophia, ergo terra non habuit capacitatem recipiendi in concauitatibus suis tantam quantitatem aquę, quanta erat in superficie terrę, quæ erat fere quarta pars totius orbis secundum astronomos. Secundo reprobat illam sententiam de condensatione aquarum, quia aqua quantumuis condensata, qualis modo habetur, excedit in decuplo quantitatem terræ, vt patet ex Philosophia, vbi talem excessum tribuit Philosophus elemento superiori respectu inferioris: & sic sequitur idem inconueniens, quod sequitur ex prima expositione. Tandem reiicit tertiam sententiam, quòd aquę sint in maiorem altitudinem eleuatæ, quia (inquit) in Scriptura cuntes ad mare dicuntur descendere, vt patet Psalm. 106. Tum quia aqua de sui natura est fluida, ergo nõ potest habere in se partes aliis altiores. Tertiò, quia nauigantes tempore tranquillitatis semper videt partes maris planas, vnde propter æqualitatem vocatur æquor. Potest autem hæc sententia Burgensis probari ex eo, quòd elementum aquæ non est tam graue sicut elementum terræ, ergo non debet habere idem centrum, sicut habet eandem grauitatem. Nam & in elementis leuibus non est eadem sphęra vtriusque propter maiorem, vel minorem leuitatem, ergo idem erit hic.

¶Nihilominus neque hęc sententia Burgen. vera est, eamq; reprobat replica ad illam additionem tribus argumentis, quæ vide ibi. Et præterea argumentor. Nam sequitur quòd si aqua modo non habet idem centrum cum terra, sed efficit duas sphæras, ꝙ in Eclypsi lunæ, ꝙ causatur per interpositionem terræ & aquæ inter Solem & Lunam, appareret aliquando distinctio illa sphęrarum aquæ & solis. Vmbra enim & corpus interiectum à quo causatur, eiusdem figuræ sunt: consequens autem est cõtra experientiam. Nunquam enim in Eclypsi lunæ conspicitur diuisio sphęrarum, sed solùm conspiciuntur partes quædam eleuationes, nimirum vmbrę montium: ergo aqua non habet distinctum cẽtrum à terra, nec cum illa efficit duas spheras. Probatur consequentia, nam in medio mari intra ipsam spheram aquarum reperiuntur vastissimæ insulæ quę sunt partes terræ, ergo ipsa aqua & terra nõ efficiunt diuersas spheras: aliàs aliqua pars terræ maneret extra propriam sphęra terrę. ¶Caietanus aliter procedit. Putat.n.ꝙ terra nũquam realiter fuit aquis cooperta, sed tantùm prius natura, ita ꝙ ad congregationẽ aquarum non præcessit aliquis motus localis aut condensationis; sed ꝙ Deus effecit effectum horũ motuum, scilicet, ipsam congregationem sine ipsis motibus. Et quod dicitur istos motus causare congregationem aquarum, eo modo quo dicimus immutabilitatem Dei esse rationem æternitatis, quia si hæc causaretur, causaretur ab illa. Ita dicimus istos motus causasse congregationem aquarũ: quia si ipsa congregatio nõ fuisset facta à principio, fieret per istos motus. Et hęc sententia põt probari, Nã terra postea debuit discooperiri aquis, nihilq; proderat eã antea aquis tegere, ergo.

¶Sed contra hoc est quòd D Augustin. in quæstionibus noui & veteris testamenti. quæstio. 106. & Basi. homilia 2. 3 & quarta. Exam. & D. Tho. de potentia. q. 4. art. 11. ad 17. Rupertus, Strabus, Iunilius, Chrysostomus, Hugo de Sancto Victore contrarium contrarium expresè docent, quòd scilicet, verè & realiter aquis fuerit prius cooperta tota terra: nã propterea prius dicebatur qd terra erat inuisibilis & incomposita. Secundo, nam vt infrà dicetur, verius putat ista opera prima, creationis & distinctionis, & ornatus facta fuisse succesiuè in septẽ primis diebus. Tertio, quia hac ratione dicitur Iob 26. In fortitudine manus eius repente

pente maria congregata sunt. Fortitudo autem Dei manifestatur nobis per veras operationes: ergo fuit vera congregatio aquarum. Quarto, quoniam Psal. 103. dicitur: Abyssus sicut vestimẽtũ amictus eius, super montes stabũt aquæ, ab increpatione tua fugient. Vbi Caiet. ipse videtur tetractare qd Gen. 1. dixerat: Nam quod dicitur abyssum esse vestimentum, significatur quòd terra aliqñ induta est aqua, aliquandoq; illa expolianda ad instar vestium, quæ non perpetuo tenentur. Item in hoc quod dicitur: Ab increpatione tua fugient &c. significatur hanc cõgregationem factam fuisse diuino imperio per motum aquarum: at secundũ sententiã Caietani nullus fuit motus aquę, nullum diuinum præceptum illis hoc præcipiens &c. ergo. Confirmatur idem nam Ecclesiasticus 39. de hac congregatione dicitur: In verbo eius stetit aqua sicut congeries: vbi hanc congeriem fieri, Deo dicenti tribuitur non actioni solis, ergo. Vide Di. Thom. hic ad quartum.

¶Alij dixerunt, ꝙ in principio aliqua pars terræ erat quæ non esset aquis cooperta, & quòd in hanc cõgregata est aqua, quę terram habitabilem occupabat. Sed horum sententiam reprobat Augustinus lib. 1. de Genes. ad literam capit. 12. quia aliàs si aliquid terræ nudum maneret, vbi congregarentur aquę, iam priùs arida apparebat, qd est contra textum Geneſis, vbi per congregationem aquarum dicitur appariturum aridam.

PRæstat, ergo vt sequamur aliquem ex modis dicendi, quos habet D. Tho. ad 2. Ex istis vero secundus modus dicendi, ꝙ aqua erat velut nebula ratior & postea congregatione densata: quæ est expositio Hugonis de sancto Victore lib. 1. de Sacram. cap. 21. & Magistri in 2. distinct. Lyræ, Iunilij, Budæ, & glo. ordin. & Aug. 1. de Gen. ad litteram. c. 12. & aliorum non placet D. Thom. de potentia vbi supra. Primò, quia tunc non esset vera aqua, si formã vaporis assumpserat. Secũdò, quia tunc occupasset locum aeris, & sic idem argumentum & difficultas relinqueretur de aere, quod prius fuisset condẽsatus, & postea rarefactus. Itẽ currit argumentum factum ex Burgensi. Tertius vero modus dicendi, scilicet, quòd terra potuit aliquas partes præbere concauas, quibus confluentes aquę reciperentur, approbatur ab Ambr. 3. Examer. cap. 3. & à Seueriano, Lyra, Abulensi, Iunilio, & Augustino. 1. de Gen. ad litteram cap. 12. Beda, & glo. ordin. super istum locum Gen. 1. Congregentur aquæ. Sed non placet D. Thom. vbi suprà. Quia per accidens videtur, ꝙ terræ pars aliqua lõgius distet à centro, quàm alia. In illa autem rerum formatione natura suum modum accepit, vt Aug. docet. 6. de Genes. ad literam. c. 6. Et hoc etiam idem argumentum currit contra secundum modum dicendi: militat etiam contra istã expositionem argumentũ factum ex Burgẽsi.

DIcendum ergo ex D. Tho. hic & Basilio, & alijs ꝙ aquæ maris in maiorẽ altitudinem sunt eleuatæ in loco, vbi sunt congregatæ, & sic reliquerunt terrã discooperiam, aeremque quem ex illo loco expulerunt in locum vbi antea erant occupantes terram. Et sic modo aer circundat terrã pro ea parte, quæ antea aquis tegebatur. Eũ dem modum dicendi sequuntur Catherinus hic & alij, de quo latiùs dubio sequenti, vbi soluentur argumenta Burgensis.

¶Dico secũdò, quòd aqua isto tertio die accepit grauitatem, & labilitatem in suum locum, & quandam fluibilitatem, & similiter proprietas aquæ, scilicet, frigiditas, vel humiditas ei data est: terræ verò data est etiam sua firmitas & siccitas. Probatur, quoniam in opere distinctionis datæ sunt corporibus simplicibus quædam generales virtutes ad vniuersales effectus producendos, prædictæ autem virtutes computantur istæ, ergo. Doctrina est D. Thom. in 2. dist. 14. vbi supra Basilij, Ambrosij, & D. Augustin. 2. in Genes. capi. 7. & lib. 3 capit. 20. De quo rursus infra iterum sermonem faciemus.

AD argumẽta ergo à principio facta respondetur. Ad primum respondet D. Thom. in 2. distinct. articu. 5. ad 2. quod cum in opere creationis non recepissent elementa proprietates aut pondera, quibus tẽderent in aliqua loca propria, sed hæc acceperint in opere distinctionis, & propter hæc pondera & inclinationes dicantur esse intra vel extra proprium locum naturalẽ: ideo in principio temporis, quando aqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc grauitatem non habebat, nõ illi debe A bat locus proprius, vnde licet fuerit ſuper terram, non tamen ille locus erat illi naturalis, quia non habebat inclinationẽ, per quam ad illum tenderet. Dicitur ſecundò, ꝙ licèt ille locus, quem habuit aqua à principio, fuiſſet illi naturalis ſecundum naturam particularem, quia tamen propter bonũ vniuerſi & mixtorum, ad quem ordinantur elementa, opottuit aquã ſecedere, ideo modo etiam manet ſine violentia in loco ſibi connaturali, vt eſt pars vniuerſi; nam B partes nõ inclinantur violenter ad bonum totius, etiam ſi talis inclinatio ſit contra particularẽ naturã eius. Ad confirmationẽ patet per ſupradicta. Nam vel non ſunt cõdenſatę, vel illa condenſatio eſt illi naturalis, vt eſt pars vniuerſi, & ordinat ad bonũ totius. ¶ Ad ſecundum negatur conſequentia, quia diſtinctio eęli non infert diſtinctionẽ aeris, quia ſit ſecundũ diuerſas virtutes & qualitates, neque ornatus aquæ infert ornatum terræ eadem ratione: at verò diſtinC ctio aquæ penes locum infert diſtinctionẽ terræ. Ex hoc enim ꝙ aqua maneat ſeparata, manet etiã terra ſeparata, quia hoc quod eſt ſeparari, dicit relationẽ ad alterum, ita ꝙ vnum non poteſt ſeparari, niſi alterum ſeparetur, & ideo oportuit ſimul vtrunq; diſtingui. ¶ Ad tertium reſpondet Iunius, Auguſtinus & gloſ. ordina. ꝙ appellantur maria & congregationes aquarum in numero plurali propter multimodos ſinus, qui ſecundum diuerſas regiones varia nomina ſortiuntur. Dicitur verò locus vnus, quia in terris omnia hęc maria & aquarum venæ continuantur per locos ſubterraneos. Quot autem commoda & venuſtates vniuerſi ex his ſequantur, enumerat elegantiſſimè Ambro. homi. 3. Examer. cap. 5.

DVbitatur ſecundò, circa ſolutionẽ ad ſecundũ; an aqua ſit eleuatior terra, an verò terra ſit altior aquis & mari? ¶ Videtur hoc ſecundum. Primò, quia in Scripturis euntes in mare dicuntur deſcendere, E vnde Pſal. 106. dicitur. Qui deſcendunt mare in nauibus &c. Et de Iona eunte in mare dicitur, ꝙ deſcendit Ioppem, ad mare ſcilicet. Item pſal. 23. dicitur: Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum &c. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum &c. & pſal. 135. Qui fundauit terram ſuper aquas. Et præterea quia oſtia, termini, & vectes, quibus Deus circundedit mare, vt dicitur Iob 38. & Hieremi. 5. videntur eſſe in terra eleuatiores ipſo mari, quæ non ſinunt illud tranſire fines ſuos, ergo. ¶ Probatur ſecundo ratione Caietani deſumpta ex Pſal. 23. & 135. & Gene. 1. Aliàs flumina & maria fluerent ſuper terram, & mouerentur operire eam; quia naturalis motus aquę eſt in decliuiorem locum, ergo ſi terra non eſt altior, aquæ maris conuerterentur operire terram. ¶ Tertiò, quoniam aliàs motus & fluxus fluuiorum à terra in mare eſſet violentus; nam aquæ non eſt proprium aſcendere ſed deſcendere, conſtat verò quod à terra aſcendunt ad mare, ergo. ¶ Quartò, quoniam inſulæ quę ſunt in medio mari, ſunt eleuatiores ipſis aquis, aliàs non appareret terra in medio mari, nam quo mare plùs diſtaret à continente, eſſet eleuatius, & ſic magis operiret terrã.

IN hoc dubio variæ ſunt ſententiæ Doctorum. Aliqui enim putant terram eſſe multo eleuatiorem quàm mare. Ita Chryſoſto. homilia 9. ad populum & alibi ſæpe. Caieta. Geneſ. 1. Pſal. 23. & 103. Auguſtin. Eugubin. in ſua Coſmopeia in illud. capi. 1. Geneſ. Congregentur aquæ. Idem ſentiunt omnes illi, quos ſupra referebamus aſſerere congregationem iſtam aquarum fieri per hoc quòd terra eleuata præbuit quaſdam concauitates, vbi aqua recipere- D tur. ¶ Alii verò non aſſerunt abſolutè terram eſſe eleuatiorem aqua, ſed dicunt ꝙ aqua & terra faciunt duas ſpheras quo ad aliquam partem ſe interſecantes, & tunc dicunt, quòd illa pars terræ quæ proxima eſt ſpheræ aquæ eſt eleuatior, quàm ipſa ripa maris, at verò ipſum mare quia ſeruat ſuam rotunditatem & figuram ſphericam, ideo (inquiunt) ꝙ quo plùs à terra diſtat plus in altũ eleuatur, & ſic remanet altius terra, & propter hoc (inquiunt) non conuertitur operire terram, quia partes terræ proximę mari ſunt prominentiores ipſo mari. Ita tenet Burgen. in additio. ad 1. capitu. Gene. Alii abſolutè aſſerunt aquas maris eſſe eleuatiores terra diſcooperta, non deſcendere verò ad operiendam terram, quia naturale eſt aquæ conficere figuram

ram circularem, vt patet in guttis herbarũ. Vnde ſicut in herbis pars ſuperior aquę, vt conſeruet figuram circularem, non deſcendit licèt ſit grauis: ita mare vt cõſeruet figuram circularem non deſcendit. Secundò (inquiunt) hoc prouenire ex eo ꝙ in aqua eſt duplex appetitus, alter particularis ad ſui conſeruationem, & hic eſt deſcendere: alter ad bonũ vniuerſi, cuius ratione aqua maris non deſcendit, ne deſtruat ea quæ gignunt ſuper terram, quemadmodũ etiam alia elementa ſeruntur motibus cõtra B ſuam particularem naturã, ne detur vacuũ.

NIhilominus ſit concluſio. Simpliciter loquendo eſt verum, ꝙ elementum aquæ eſt ſuperius & eleuatius, quàm terra diſcooperta. Hæc concluſio eſt D. Tho. hic ad ſecundum, & Pſal. 32. in illud. Congregans ſicut in vtre aquas maris. Eandem concluſionem expreſsè docet D. Auguſti. 2. de Gene. ad literam capi. 1. & Baſil. homilia 4 Examer. Catherinus Gene. 1. & alii plurimi. Et probatur primo ex illo C Pſal. 103. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatẽ ſuam, abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius, ſuper montes ſtabunt aquæ, ideſt, erunt eleuatiores montibus. Et ſtatim ſubditur: Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neq; conuertentur operire terram. Cui conſonat Hierem. c. 5. Poſui arenã terminum maris præceptum ſempiternum quod non præteribit, & commouebuntur & nõ poterũt, intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud: Et illud Iob. 38. Poſui D vectem & oſtia, & dixi, Hucuſque peruenies, & hic confringes tumentes fluctus. Quibus locis innuitur mare eleuatius terra, & ordinatione diuina fieri ſupra id quod natura rei poſtulat, vt non tranſgrediatur terminos ſuos & operiat terram. Item pſal. 33 dicitur: Congregans ſicut in vtre aquas maris. Aqua in vtre habet tumorem & elationem, non tamen deſtruit, quia detinetur à pelle vtris: Sic aqua in mare habet elationem, & tamen non deſtruit, quia virE tute diuina continetur. Pſalm. etiam 68. dicitur: Venit in altitudinem maris, quo ſignificatur mare eſſe eleuatius. Item Eccleſiaſti ci 39. dicitur: In verbo enim eius ſterit aqua quaſi congeries. Quem locum gloſ. ordina. intelligit de hac congregatione aquarum à principio facta, quæ dicitur ſtare ſicut congeries, quia eleuatior eſt ſicut quidam cumulus. Secundo probatur rationibus. Eccleſiaſtici 1. dicit: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locũ vnde exeunt flumina reuertentur vt iterũ fluant. Sed niſi aqua maris eſſet eleuatior terra diſcooperta, non poſſet peruenire ad locum terræ diſcooperta, quia tunc aſcẽderet aqua ad locum ſuperiorem eo à quo primo deriuatur, quod eſt impoſſibile; tantum enim aſcendit aqua per meatus & venas quantum prius deſcendit, & non plus, vt teſtatur experientia, ergo aqua maris eleuatior eſt terra diſcooperta. Secundo, Elemẽtum aquæ eſt nobilius quam terra, habetque minorem grauitatem, ergo debetur ei locus altior & eminentior: Vidimus enim in libris de generatione, elemẽtis ſua loca aſſignari ſuperiora vel inferiora ſecundum ſuam dignitatem & grauitatem vel leuitatem. Tertiò, Nam (vt patet) ex eiſdem libris de generatione elementum aquæ multo maius eſt, quàm elementum terræ, ita vt in duplo illius quantitas excedat iſtius dimenſionem: ſi autem aqua maris non eſſet eleuatior contineretur in cauernis terræ, & ſubinde eſſet minoris extẽſionis. Quarto, quia aliàs terra & aqua eſſent violenter in ſuis locis: terra enim vt grauior niteretur deſcendere, & aqua, vtpote minus grauis, & quæ ſuapte natura poſtulat eſſe ſupra terram, niteretur aſcendere, & ſic hęc duo violenta eſſent ppetua. Dixi ſimpliciter loquendo, nam de aliquibus partibus terræ, vtpote montibus, qui ſæpe circundant oram maris, nullum erit inconueniens aſſerere, quod ſint eleuatiora ipſa ripa maris.

EX hoc patet ad primum à principio factum, nam reſpectu horum montium & ipſius ripæ maris euntes in mare dicuntur deſcendere, & dicitur etiã quòd terra fundata eſt ſuper aquas, quia ſecundum ali quas partes montuoſas, proximas maris, ſu perminet aquis, quæ ſunt in littore maris, vel Super, idem ſignificat quod iuxta, eo modo quo dicitur quòd Normania eſt ſuper mare Oceanum, & Pariſius ſuper Sequanam, & Hiſpalis ſuper Betim, id eſt iuxta. Per primam etiam explicationem pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tet, quomodo mari ponantur montes tanquam terminus & vectes: nã sunt superiores aquis littoris nõ altitudine maris. Licet illud alio modo possit intelligi, quod scilicet, diuina id factum sit prouidentia distribuente vnicuique propriam inclinationẽ, & pondus, vt contineatur in suo proprio loco, & non transgrediatur illum.

¶Per hoc etiam patet ad tertium. Nam licèt sit proprium aquæ fluere in locum deciliorem, id intelligitur de loco sibi connaturali, terra verò non est locus connaturalis & proprius aquæ, & ideo non mouetur ad illum: eo vel maximè quòd propter bonum vniuersi continetur intra proprios limites ne mixta omnia confundat. Vide de hoc D.Thom.hic ad quartum.

¶Ad tertium respondetur, q̃ vt aqua naturaliter ascendat satis est, quòd descenderit è loco tam sublimi, & eleuato sicut ille ad quem ascendit, & quia omnia flumina per loca subterranea egrediuntur, & descendunt è mari, quod est altius, ideo naturaliter illuc etiam ascendunt.

¶Ad quartum respondetur, quòd illa pars licèt sit altior littore circundante ipsam insulam, & propter hoc possit conspici, est tamen decliuior & humilior altitudine ipsa medij pelagi.

CIrca solutionem ad quintum nota, q̃ per regulam illam scripturæ de anticipatione, qua multa quæ post modum contingunt, dicuntur vel narrantur ante facta, potest explicari illud de terra. Nam vocata est à Moyse sub nomine isto terra, antequam à Deo illi tale nomen imponeretur, quia sciebat Moyses tempore quo scripsit sic vocari, licet tale nomen fuerit inditum post creationẽ eius, quam tunc referebat: sicut in aliis multis rebus videmus contigisse. Vocatur enim nomine quod postea illis imponitur, quia tempore, quo liber sacer scribebatur, iam illud nomen erat cõmune, v.g. tempore Noe aliqua animalia vocantur munda aliqua immunda, non quia tunc talia erãt, sed quia tempore Moysis sic appellata sunt. Item nam Genes. 31. imponitur nomen Galaad. Item Genes. 21. Puteo cuidam imponitur nomen Bersabee. Sed antequam imponatur illi hoc nomen eodem nomine compellatur. Item Gene. 26. ciuitati Luza imponitur nomen Bethel. Tandem Iosue 5. imponitur cuidam loco nomen Galgala. Et tamen capitu. 4. videmus eodem nomine vocatum esse locũ illum. Et Genes. 14. fit mentio oppidi Segor, cum tamen cap. 19. Illi primum fuit impositum tale nomen.

CIrca illud quod habet D. Thom. in eadem solutione, quòd vocatur terra à principali proprietate, scilicet, ariditate & siccitate. Notandum, quòd licet nos lib. 2. de generatione cap. 3. q. 2. conclusione 5. dixerimus terram vindicasse sibi in summo frigiditatem non siccitatem, id tamen ita sentimus esse verum, vt & oppositum een seamus non carere aliqua probabilitate, q̃ scilicet, terra sit in summo sicca. Hoc autem ideò hic adiecto, quia ità docent Ambro. Basilius, Rupertus super istum locum, quòd eius propria qualitas est summa ariditas, sicut homini propria est risibilitas, & quòd ab illa qualitate sibi maximè propria vocata est arida.

ARTICVLVS II.

¶Verum plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd plantarum productio tãconuenienter tertia die facta legatur. Plantæ enim habent vitam sicut & animalia. Sed productio animalium non ponitur inter opera distinctionis, sed pertinet ad opus ornatus. Ergo nec productio plantarum commemorari debuit in tertia die, quæ ptinet ad opus distinctionis.

¶ 2. Præterea, Illud quod pertinet ad maledictionem terræ, non debuit commemorari cum formatione terræ. Sed productio quarundam plantarum pertinet ad maledictionem terræ, secundum illud Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Ergo productio plantarum vniuersaliter nõ debuit commemorari in tertia die, quæ pertinet ad formationem terræ.

¶ 3. Præterea, Sicut plantæ adhærent terræ, ita etiam lapides & metalla: & tamen non fit mentio de eis in terræ formatione. Ergo nec plantæ fieri debuerunt tertia die.

SED contra est, quod dicitur Genes. 1. Protulit terra herbã virentẽ. Et postea sequitur, Factũ est vesperè & manè dies tertius.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictũ est, * in tertiã die informitas terræ remouetur. Duplex autem informitas circa terrã describebatur. Vna, q̃ erat inuisibilis & inanis: qa erat aquis cooperta. Alia, q̃ erat incomposita sine vacua, i. non habens debitum decorem, qui acquiritur terræ ex plãtis, eam quodammodo vestientibus. Et ideo vraque informitas in hac tertia die remouetur. Prima quidem per hoc, q̃ aquæ congregatæ sunt in vnum locum, & apparuit arida. Secunda verò per hoc, q̃ protulit terra herbam virentem. Sed tamen circa productionẽ plantarũ aliter opinatur Augu. ab aliis. Alij enim expositores dicunt, quòd plantæ productæ sunt actu in suis speciebus in hac tertia die: secundum quod superficies litera sonat. Augustinus autem * 5. super Genes. ad literam dicit, q̃ causaliter tunc dictum est produxisse terrã herbam & lignum, ideſt producendi accepisse virtutem. Et hoc quidem confirmat auctoritate Scriptura. Dicitur. n. Gen. 2. Iste sunt generationes cæli et terræ quando creatæ sunt, in die quo Deus fecit cælum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, ommemq̃, herbam regionis priusquam germinaret. Ante ergo quàm orirentur super terram. factę sunt causaliter in terra. Confirmatur autem hoc etiam ratione. Quia in illis primis diebus cõdidit Deus creaturã originaliter, vel causaliter: à quo opere postmodum requieuit: qui tamen postmodum secundum administrationem rerum conditarum per opus propagationis vsque modo operatur. Producere autem plantas ex terra ad opus propagationis pertinet. Non ergo in tertia die productæ sunt plantæ in actu, sed causaliter tantum. Quamuis secundum alios dici possit, quòd prima institutio specierum ad opera sex dierum pertinet. Sed quòd ex speciebus primo institutis generatio similium in specie procedat, hoc iam pertinet ad rerum administrationem. Et hoc est quod Scriptura dicit, Antequam orirentur super terram, vel antequam germinaret: ideſt antequam ex similibus similia producerentur: sicut nunc naturaliter fieri videmus secundum viam seminationis. Vnde signanter Scriptura dicit, Germinet terra herbam virentem & facientem semen: quia scilicet sunt productæ perfectæ species platarum, ex quibus semina aliarum oriuntur. Nec refert vbicunq; habeant vim seminatiuam, verum scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu.

AD primum ergo dicendum, quòd vita in plantis est occulta: quia carent locali motu, & sensu, quibus animatum ab inanimato maximè distinguitur. Et ideo, quia immobiliter terræ inhærent, earum productio ponitur quasi quædam terræ formatio.

AD secundum dicendum, quòd ante etiã illam maledictionem spina, & tribuli producti erant vel virtute, vel actu, sed non erant producti homini in pœnam, vt scilicet terra quam propter cibum coleret, infructuosa quædam & noxia germinaret. Vnde dictum est, Germinabit tibi.

AD tertium dicendum, quòd Moyses vt tantum proposuit quæ in manifesto apparẽt: sicut iam dictum est, * Corpora autem mineralia habent generationem occultam in visceribus terræ. Et iterum non habent manifestam distinctionem à terra, sed quædam terræ species videntur. Et ideo de eis mentionem non fecit.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. Probatur, nã tertia die debet formari terra: sed in terra erat duplex informitas: altera, quia erat inuisibilis, vtpote aquis cooperta, altera q̃ erat vacua, & non habens decorem debitum prouenientem sibi ex plantis eam vestientibus: ergo sicut tertia die remota est prima informitas, per hoc quòd aquis in vnum locum congregatis apparuit arida, ita debuit remoueri secunda informitas per hoc quod protulit terra herbã virentem.

¶ Secunda conclusio. Probabile est, quòd plantæ tantum sunt productæ tertia die causaliter, & probabile est quòd sunt productæ actu. Primum probat autoritate Augu. 5. de Gene. ad literam cap. 5. & lib. 8. cap. 3.

Art. præcedens. Lib. 8. super Gene. cap. 3. & lib. 5. c. 5. to. 3. 350 Po. q. 4. ar. 1. ad 28. Qu. 67. art. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita asserentis, quia dicitur Genes. 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ &c. Omnéque herbã regionis priusquam germinaret, ergo herba facta est causaliter in terra, aliàs non esset facta antequàm germinaret. Secundò, quia in primis diebus condidit Deus res causaliter, ergo non produxit illas actu ex terra, quia hoc pertinet ad opus propagationis, quod nõ est factum illis diebus. Secunda vero pars probatur, nam productio specierum pertinet ad primum opus diei, licèt propagatio earũ pertineat ad rerum administrationem, ergo tunc primò factæ sunt plantæ actu. Illud autem; Antequã germinaret: intelligitur, id est, antequam ex similibus similia producerentur.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem. Dubitatur, vtrum illa sit vera? Pro parte negatiua arguitur primò. Nam Genes. 2. dicitur eadem die productum esse cælum & terram & omnem herbam regionis, omnéque virgultum agri; sed cælum & terrã non creauit Deus tertia die, sed ante omnẽ diem, ergo & plantas. Confirmatur. Paradisus plantatus est ab initio mundi, vt habetur Genes. 2. & tamen eius productio pertinet ad productionem herbarum &c. ergo illa productio non fuit facta tertia die.

¶ Secundo, In prima rerũ conditione (iuxta sententiam Augustini sæpe allatam supra) non debemus attendere, quid valeat Dei omnipotentia, sed quid rerum natura poscat; postulat autem ordo naturalis, vt Sol prius quàm herbæ producatur: (etenim ille est causa omnium arborum fructuum & herbarum, vt probat Arist. 2. de gener.) ergo. ¶ Tertiò, Ad opus ornatus pertinet producere in rebus virtutes ad particulares quosdam effectus; vnde licèt Sol & stellæ communem virtutem illuminandi acceperint primo die, dicuntur tamen quarto die produci, licèt sint fixæ immobiliter, vel partes ipsius cæli, quia datæ sunt eis quædam virtutes speciales ad aliquos particulares effectus. Doctrina est quã sup. citamus ex D. Tho. ergo similiter virtus producendi lignum pomiferum faciens semen & fructum iuxta genus suum (cum hoc arguat virtutem ad particulares & distinctos effectus) pertinebit ad opus ornatus, & nõ ad tertiam diem neque ad opus distinctionis. Confirmatur. Nam Gene. 3 dicitur: Igitur perfecti sunt cæli & terra & omnis ornatus eorum; per quem ornatum terræ cõmuniter Doctores intelligunt arbores & plantas. Ita Caietanus, Aloysius, & Ambrosius 3. Examer. cap. 8. & Chrysost. homilia. 5. & 6. in Genes. & Rupertus lib. 1. in Gene. cap. 37. circa principium. & lib. 2. ca. 25. docent germinationem herbarum esse ornatum terræ. Idem docet Seuerianus. Confirmatur secundo, Quoniam per opus distinctionis distinguitur vnum corpus simplex ab aliis, vt paret per lucem, per firmamentum, per diuisionem aquarum, &c. at per productionem arborum non apparet quomodo distinguatur vnum simplex corpus ab alio, ergo illa productio non pertinet ad opus distinctionis. ¶ Quartò, Quia Scriptura dicit, Terra germinet herbam virentem & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: & postea subditur: Protulitque terra herbam virentem &c. Constat autem primò, quòd terra non potest ista actiuè producere, quia hoc Gen. 2. attribuitur soli Deo, sicut & productio cæli, nam dicitur: In die qua produxit Deus cælum & terram & omne virgultũ agri &c. Et rursus: Plantauerat autẽ Dominus paradisum voluptatis, produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, quod secundum veriorẽ explicationem dicitur per recapitulationem, vt repetatur productio omnium arborum tertia die facta. At propter similem modum loquendi diximus supra, Deum sine causa medio tempore discooperuisse terram, & per se solum cõgregasse maria: ergo idem dicendum est hic. Et sic non potest dici, vt ait D. Tho. q terra protulit hæc, velut mater, in quæst. 4. de potentia. arti. 2. ad 28. Item, quia terra vtpote inanimis & non viuens non potest actiuè producere herbas virentes. Constat secundo, q non omnia virentia habent semen vt pater in salice, gramine, menta, cæ-

co, allio, arundine, vlmis, populis, &c. ergo male dicitur, q illa debent producere semen. Constat tertiò, quòd licèt aliqua virẽtia producant semen, non tamen semẽ iuxta genus suum, nam ex tritico sæpe frumẽtum atrũ colligimus & lolium, & alia adulterina semina alterius generis & rationis, vnde in eis non posset confici Sacramentum Eucharistiæ, ergo. ¶ Quintò, Aliqua animalia vt Cõchilia, Ostræ &c. immobiliter adhærent terræ: & tamen earum productio pertinet ad quartum diem ad opus ornatus, ergo licèt plantæ immobiliter adhæreant terræ, non ideo debet earum productio pertinere ad opus ornatus, vt dicitur hic ad primum. ¶ Arguitur sexto, argumento secundo D. Tho. in articulo. ¶ Et deniq; arguitur duabus illis confirmationibus septimi argumenti, quod fecimus suprà q. 65. ar. 2. contra rationẽ primæ conclusionis.

PRo explicatione tamen literæ notandũ est ex Rupert. lib. 1. in Genes. capit. 36. quòd omnis herba & omne lignum bifariam diuiditur. Et est herba semen suum afferens, vt triticum. Item sunt ligna afferentia fructum vt pyrus, malus, sunt alia solũ afferentia semen, vt Sagus, Ilex, Vorus &c. Omnia ergo hæc complectitur scriptura dicens: Germinet terra herbam virentem. De prima differentia, herbæ: & afferentem semen, de secunda. Et lignum pomiferum de prima differentia ligni, cuius semen &c. de secunda. Dicit autem Scriptura prius quòd: Germinet terra herbam virentem & faciẽtem semen, & postea, & lignum pomiferũ, duplici ratione, primò quia herbæ in pabulum animalium producuntur, inter animãtia vero prius producũtur irrationalia, quæ vescuntur herbis, quàm homines qui pomis vitam enutriunt, prius ergo herbæ, q̃ ligna pomifera debuerut describi. Ratio est Augustini Eugubini & communis Doctorum. Hoc aũt factum est, vt docet Ambr. 3. Examer. cap. 7. vt sciamus, quòd pater noster cælestis, nec minima animantia negligit, sed pascit carentem. Secundò. Nam herbæ sunt teneriores & ad nascendum faciliores, & ideo veluti seruans ordinem naturæ a prioribus prius incepit, vnde Theophrastus probat dijs non sanguine & animalium adipe esse libãdum, sed potius frugibus terræ & floribus, atque herbis suaue olentibus, qd hæc ipsa priora quàm animalia terra emixa sit, ex his aũt q̃ terra genuerit prius herbas quam plantas genuit. Vel dicatur ex Basilio quòd quia etiam plantæ & arbores prius incipiũt germinare ad modum herbarum, ideo prius positum est id quod communius est, vnde dictio Hebraica (Prima) non proprie significat herbã, vt distinguitur contra arbores, sed vniuersa vegetabilia viridia. Vel rursus dicat, quòd ibi herba non solum significat fœnũ, quod est pabulum iumentorum, sed etiam herbas & olera, quæ sunt cibus hominum. Ita explicat Origen. in illud Genes. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam &c. qui locus etiã indicat, quòd herba datur in cibos hominum secundum multorum Doctorum expositionem, de quo vide Catherinum ibi.

¶ Hoc supposito ad argumenta respondetur. Ad primum Rabanus & Greg. lib. 30. moral. c. 10. dicũt, quòd omnia creata fuerunt in eodem die quo ad substantiam & materiam, nam & arbores desumuntur è terra, quæ primo die creata est; ex hoc verò non sequitur arbores esse conditas primo die secundum suas species. Secundò respondetur ex eodem Rabano, quòd dies ibi accipitur pro tempore indefinito siue sit vnus dies siue multiplex. Cõsueuit enim Scriptura multum etiam tempus diem appellare, vt ibi; Secundum diem tentationis in deserto; Et illud; Abraham exultauit, vt videret diem meum. Et rursus; In hac die quæ ad pacem tibi. Et iterum, dies festus Sceuophegiæ pro toto illo tempore accipitur, vnde subditur; Iam autem die festo mediante. Sunt & alia multa exempla, vt illud; Sicut in die Madian, In die bonorũ fruere bonis, Et, In die iuuentutis memento creatoris tui. Et, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et, Ecce nunc dies salutis. Et, Me oportet operari, dum dies est. Tertio respõdet Rupertus, quòd dies ille significat diem increatum & benedictum, scilicet filium. de istis expositionibus vide iterum 1. 2. a quæst. 74. arti. 2. ad primum.

¶ Ad confirmationem, omisso errore, quem refert Hietonymus in quæstionibus Hebraeis quòd paradisus fuit conditus ante orbem conditum, respondetur, q paradisus

Universidad de Deusto
Biblioteca

non potuit esse conditus ante tertium diē, A
nam tunc totum spacium terræ erat aquis
coopertum, ergo fuit productus tertio die,
vt exponunt Hugo de sancto Victore in an
notationibus in Gene. Rupertus, Beda, glos
sa ordinaria, Eucherius, & alij. Theophilus
verò Emissenus episcopus refert multos di
centes paradysum plantatum post cætera
condita, quod confirmant. Nam vbi nos di
cimus; Produxitque Dominus Deus de hu
mo omne lignum, &c. Alia litera, quam se
quitur Augustin. & Chrysostomus habet; B
Eduxit præterea Deus &c. quasi præter &
post cætera opera. Quod autem dicitur à
principio, intelligitur nōn à principio tem
poris sed à principio conditionis cæterorū
arborum, scilicet, tertio die, sicut intelligi
tur illud; Ab initio diabolus peccat. Et il
lud; ille homicida erat ab initio, scilicet, à
sexto die. Et illud quod dicit Dominus; Ab
initio masculum & fœminā fecit eos. Matt
th. 19. Vbi, Ab initio; significat sexto die.
Ex quo sequitur erasse etiam Catherinum C
dicentem, illum plantatū fuisse primo die.
¶ Ad secundum Basilius hom. 5. & 6. Exa
mer. & Chrysosto. homi. 5. in Genes. & Au
gustinus quæst. 106. ex vtroque testamento
mixtim, & Ambros. lib. Examer. capit. 3. &
lib. 3. cap. 1. Hugo de sancto Victore. lib. 1.
de Sacramentis cap. 24. & alij docent, ideo
ante solem, &c. fuisse productas plantas, ne
id tribuatur Soli, & ob id exurgeret occasio
idolatriæ. Et iuxta hoc potest dici, quòd li
cet ordo naturalis postulet, vt propagatio D
arborum fiat mediante virtute Solis, nō ta
men id postulat prima plantarum produ
ctio; sicut licet mediante sole homo gene
ret hominem, primum tamē hominem so
lus Deus produxit. Et ratio huius est, quia
sol producit arbores vt determinatur per
virtutes seminis eorundem; at tunc non
erat tale semen. Non ergo habebat quomo
do posset ad effectum determinatum con
currere. D. Tho. de potentia quæst. 4. arti. 2.
ad tertium aliter respondet, ait enim, quòd E
ea quæ pertinent ad perfectionem intrinse
cam partiū vniuersi, sunt priora, quàm ea
quæ pertinent ad ornatum cæli, & quia ar
bores vtpote quæ non mouentur, pertinēt
veluti ad perfectionem intrinsecam terræ
quatenus non reputantur velut pars distin
cta à terra ipsa, propter hoc (inquit) ordine
naturæ debuerunt præcedere productionē
luminarium. Aliter soluit Caietanus Genes.
1. Ait enim, quòd licet sol & astra produ
cta fuerint post plātas quo ad munia, quæ
ibi significātur, vt diuiderent inter noctem
& diem, & essent in signa &c. tamen non
præcesserunt productionem astrorum & so
lis quoad virtutem generalē luminis, quam
habebant, quia (inquit) distinctio lucis in
astra absolute prior naturæ ordine est con
densatione aquarum & cunctis vegetabili
bus, quoniam distinctio per se incorrupti
bilium partiū vniuersi quales sunt astra,
prior est naturaliter omni alteratione. Huic
posset accedere, quòd supra dicebamus, so
lem primo die esse creatum, & sic plantarū
productionem fuisse post solis creationem.
Sed hæc non sic intelligantur quasi sol ad
earum germinationem aliquid fuerit coo
peratus. ¶ Ad tertium posset aliquis dicere,
quòd plantæ & herbæ non acceperunt illas
virtutes medicatiuas & nutritiuas vsq; ad
sextum diem, quando dicitur animalibus;
Ecce dedi vobis omnem herbam ad vescen
dum, sub qua proprietate includuntur cæ
teræ. Et hoc potest habere fundamentum,
nam aliàs deberet etiam tertio die referri fi
nis earum, sicut refertur finis luminarium,
quod tamen cum non fiat, signum est vsq;
ad sextum diem talem virtutem non acce
pisse. Confirmatur. Nam ibidem post
quam dictum est, Ecce dedi omnem herbā,
&c. vt habeant ad vescendum, subditur; Et
factum est ita; quasi ante non essent aptæ
ad vescendum. Nec hoc magis mirum vide
ri debet quàm videtur mirū peculiares vir
tutes solis non competere ei vsque ad quar
tum diem, licet videantur ei tam intimè in
esse sicut herbis istæ proprietates, nam esse
gustabiles &c. solum conuenit eis in tertio
modo persitatis, sicut Soli conueniunt suæ
passiones. Sed hæc solutio probari potest
quantum ad id quod docet, quòd esse gusta
biles acceperunt herbæ tertio die. Nam ista
proprietas conuenit eis ex virtute qualita
tum elementalium, scilicet, calidi & frigi
di, humidi & sicci, quæ autem pertinent ad
has virtutes vniuersales facta sunt in opere
distinctionis, vt docet D. Tho. in 2. dist. 14.
art. 5. distin. 15. arti. 1. vnde & elementa tūc
acce-

acceperunt suas virtutes, ergo & potuerunt A
eas communicare plantis & arboribus. Vir
tutes vero medicatiuæ, & aliæ particulares
quas habent herbæ & plantæ, mineralia &
aliqui fontes, bene potest sustineri q̄ non
sunt eis collatæ tertio die, quia istæ virtu
tes peculiares quæ excludunt virtutes ele
mentales pertinent ad opus ornatus, vt pa
tet ex Di. Thom. vbi suprà. Nec argumen
ta in contrarium aliquid valent. nam quòd
hic referatur eorum finis, sicut refertur fi
nis luminarium, inde prouenit quòd vsus B
illius virtutis nutrienti, non potuit exerce
ri vsque dum essent animalia, at verò lumi
naria statim potuerunt sua munia exerce
re, scilicet, diuidere diem & noctem. Quod
verò postea subditur; Et factum est ita;
non significat, quòd tunc plantæ acciperēt
virtutem nutritiuam, sed vt exponit Augu
stinus, quòd tunc cognouit homo eas dā
tas sibi in escas, vel (vt inquit Iunilius) fa
ctum est ita, vt homo acciperet potestatem
dominandi cunctis, quæ in terra, & aqua C
creata sunt, vel vescendi eis. Vel (vt inquit
glossa) hoc totum: Factum est ita, refertur
ad omnia opera sex dierum. ¶ Ad tertium,
ergo argumentum respōdetur aliter, quòd
virtus herbarum in quantum sunt nutriti
uæ non requirit virtutem particularem sed
qualitates elementales, & ideo pertinent
ad opus tertiæ diei, Doctrina est D. Thom.
in 2. dist. 15. artic. 1. ad primum. Secundum
alias verò virtutes bene possunt pertinere
ad opus ornatus, sicut pertinent stellæ quæ D
habent virtutes particulares supra naturā
& virtutem elementalem. Quod vero Hu
go de sancto Victore in annotatio. super
Genes. cap. 7. ait, quòd illas acceperunt her
bæ in sua creatione, sumit opus creatio
nis, vt est opus perfectum, & includit opus
distinctionis & ornatus. ¶ Ad confirma
tionem primam respondetur, quod Docto
res nomine ornatus non intelligunt orna
tum vt distinguitur ab opere distinctionis,
nam & Eucherius loco citato sub nomine E
ornatus compræhendit, & quę pertinēt ad
opus creationis, & opus distinctionis. Ait
enim, quòd ornatus spiritualis cęli, scilicet,
empyrei sunt Angeli, huius autem corporei
cæli ornatus sunt, sydera, sol, & luna; Or
natus verò terræ, maria, erecta montium,
subiecta Vallium, densa camporum, lapsus
aminium, fontium gurgites, pratorū gem
mæ, frugum varietates, vmbræ arborum,
genera seminum, diuersitas animalium spe
cie atque genere differentium. Hæc ille.
Vbi patet sub nomine ornatus opera om
nium dierum compræhendi. Productio au
tem plantarum magis pertinet ad opus or
natus. Quia enim est vltimum opus di
stinctionis, maxime accedens ad opus or
natus: nihil mirum, quòd ex coniunctione
aliquid etiam illi coniungatur de conditio
ne ornatus. Vel ornatus vocatur ordo cæle
stium & terrestriū à primo cælo vsque ad
hominem, omnia enim hæc sunt ornatè,
& ordinatè dispositа, sicut exercitus est or
dinatè dispositus. Vnde vt hoc significa
rent septuaginta interpretes & Chaldaica
editio, vbi nos dicimus; Et omnis ornatus
eorum; transferunt; Et omnis exercitus
eorum, vt ostenderet omnia quæ creata
sunt, & in cælo & in terra esse ordinata ve
lut exercitum. Ad secundam confirmatio
nem respondetur, quòd in tribus primis
diebus etiam producta sunt aliqua mixta,
& non solum facta est distinctio corporum
simplicium; vnde diximus supra secundo
die producta fuisse omnia metheora, gran
dinem, niuem, nubes, &c. Nihil ergo mi
rum si tertio die producat terra herbam vi
rentem: eo vel maximè quòd etiam per
talem virtutem productiuam facta est di
stinctio terræ à cæteris elementis quæ ca
rent tali vi germinatiua. Nam & hoc mo
do distinguitur cęlum ab aliis per lucem,
quia in sole est virtus illuminatiua, quę nō
est in aliis corporibus inferioribus.

¶ Ad quartum quod attinet ad primam
partem Caietanus & Burgensis, sequuti Au
gusti. dicentem terram causaliter hæc pro
tulisse, docent terram accepisse virtutē di
uinā, vt actiue in genere causę efficiētis cō
curreret ad productionem plantarum. Sed
hæc sententia non videtur vera propter ra
tiones in argumento factas, & propter aliā
rationem, quam adducemus dubio sequen
ti. Et quia si fuit inconueniens concurrere
Solem ad primam earum productionem;
maius inconueniens videtur terram actiuè
concurrere: quia prima actiua productio re
rum ad solū autorem naturæ vī pertinere.

Item,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem quia in prima rerum conditione non A debemus attendere nisi tantum quod natura rerum poscit; sed non est de natura terræ vt sine semine producat actiuè vegetabilia: ergo hanc virtutem non contulit illi Deus. Item, nam aliàs & modo duraret talis virtus producendi actiuè has plantas sine semine, quod tamen falsum videmus esse. Cum ergo modo solùm materialiter cõcurrat terra, dicendum est eodem modo tunc concurrisse. Eo vel maximè quòd D. Thom. suprà quæst. 65. ar. 3. etiam Angelos B negat concurrisse actiuè ad primam productionem specierum, ergo multo minus terra. Quod iterum confirmatur; Nam sine miraculo terra non poterat per suam virtutem in instanti producere plantas; at vt docet Caietanus, & nos dicemus infrà, instantaneè fuerunt productæ, ergo. Arguitur tàdem, quoniam D. Thom. de potentia. q. 4. articu. 2. ad 23. docet terram tantùm concurrisse vt matrem; mater autem ad generationem filij materialiter & passiuè con- C currit subministrando materiam, vt patet aliàs ex doctrina D. Thom. ergo & terra. Augustinus ergo docens terram causaliter promulisse plantas est intelligendus in genere causæ materialis. Ita explicat replica ad additionẽ Burgen. Genes. 1. & Lyra, & Abulensis ibidem, qui etiam sequuntur nostrã sententiam, & ita debet explicari illud Genesis; Protulit terra &c. Et quod infra habetur; Producat terra animam viuentem, &c. Et; Educat aqua &cæ. quòd scilicet, intelligantur materialiter concurrere, vel vt explicat Caietanus in opere sexti dici, quod nomine terræ & aquæ intelligãtur virtutes seminales terrestrium & aquatilium, quas Deus priori vice suppleuit producendo per se ipsa prima indiuidua. Ad secundam partem eiusdem argumenti Basilius homilia Examer. docet, quòd illa quæ non videntur habere semina habet aliud loco seminis, scilicet, in ipsis radicibus vim quandam propagatiuam, vt patet in arundine & alijs rebus, & ideo quando dicitur, Facientem semen, intelligitur vel aliud loco seminis. Secundò respondet Basilius, quòd Scriptura eorum tantum facit mentionem, quæ natura sunt præstabiliora, cætera sub præstantioribus includens. Et quia plantæ & herbæ, quæ habent semen sunt perfectiores, illarũ solum meminit alijs subintellectis. Quod autem hoc sit frequens in Scriptura patet ex Ruth capitu. 4. Vbi ex Rachel & Lya dicuntur duodecim tribus descendisse, & tamen omittuntur ancillæ Bala, & Zelpha, à quibus etiam aliæ Tribus ducunt originẽ. Similiter Genes. 8. dicitur, Recordatus est Dominus Noe & cunctorum animantiũ, sub nomine Noe intelliguntur aliæ octo animæ. Et cap. 14. Abraham dicit ad regem B Sodomorum; Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt exceptis his quæ comederũt iuuenes & partibus virorum, qui venerunt meum, Aner, Eschol & Mambre, isti accipient partes suas. Sub illis vt principalioribus intelliguntur etiam alij, & sub nomine regis Sodomorum vt principalioti intelliguntur etiam alij quatuor reges Pentapolitæ. Et Genes. 27. Curre ad oues, & accipe duos hædos, sub ouibus vt præstantioribus intelliguntur etiam hædi, qui simul pascebant. Per hanc regulam explicatur etiam, C quomodo productæ sint tunc arbores infructiferæ, cum tamen solùm dicatur; Et lignum pomiferum, ideo, scilicet, quia sub potioribus includuntur cætera. Alio modo dicit Rupertus, quòd, scilicet, dicatur; Producat terra lignum pomiferum & afferens semen; ita quod illa vox: Et, sumatur diuisiuè, vt sit sensus; Producat terra lignum pomiferum, & etiam lignum afferens semen. Sed prior locus Scripturæ non videtur hoc D admittere. Nam sic legitur; Lignum pomiferum afferens fructum cuius semen &c. vbi illa dictio; Cuius; refert restrictè pro arbore pomifera. Vel dicatur cum glossa ordinaria hic desumpta ex Augustino, quòd fructus nomine vtilitas designatur, & quòd omnium, quæ terra alit, aliquæ sunt vtilitates manifestæ vel occultæ. Ad tertiam partem eiusdem argumẽti respondet Basilius, quòd illud nõ est mutatio generis, sed mor bus, viciumque seminis, non enim (inquit) frumenti naturam amisit, sed in arium est ob adustiorem calorem versum, vt ex appellatione quoque credere licet. Nam algoris exustum exuperatione in alium colorẽ, in aliumque saporem mutatum est. Itaque si in humũ bene cultam idoneamque fuerit iactum, cælumque clemens ac benignũ fuerit

fuerit nactum, in suam pristinam formam A qualitatemque redire ferunt. Hæc ille. Vnde D. Thom. in 3 par. constituit pro regula certissima, quodcunq; frumẽtum, qd ex semine tritici nascit, nõ obstante aliqua accidentiũ dissimilitudine esse legitima Eucharistiæ materiã. ¶ Ad quintũ respondetur, ꝙ illa ratio D. Thom. bona est, & desumpta ex Augustino de Genes. ad literam. c. 12. Ad illud verò de illis animalibus respondetur, ꝙ eorum vita per motus cõstrinctionis & dilatatiõis multo magis manifestat, quàm B vita plantarum, & propterea iuxta rationẽ D. Tho. non pertinet eorum productio ad opus distinctionis. ¶ Ad sextum Rupertus putat, quòd sicut mulierum cõceptus sunt multiplicati propter peccata, ita propter peccatum terra protulit multas herbas & plãtas nociuas. Idem docet Iunilius super illud Genes. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, vt sint vobis in escam. Nam si tunc esset venenosa herba, non omnis data esset ad vescendum. Similiter C idem tenet gloss. ordina. Beda, & Rabanus super illud Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Quæ sententia ex illo etiam loco videtur comprobari, nam in pœnam datur germinatio spinarum & tribulorum. Cæterũ hæc sententia nec Basilio nec Theodoreto placuit. Ille enim sic ait: Exortæ sũt vna cum ijs quæ alunt & ipsæ exitiales herbæ venenosæque. Iste verò sic subdit: Præscius Deus hominum genus ob peccatum diuersis herbis tentandum iri; medicas her D bas terram omnibus locis proferre iussit: ergo ante peccatum terra protulerat venenosas herbas, quæ non erant in escam, vt mandragoram, quæ somnum conciliet, &cet. Item glo. ordina. hic desumpta ex Augustino ait, quòd spinæ quidem ante peccatum erant, sed post peccatum homini ad laborem fuerunt, sicut & serpentes ante peccatũ erant innoxij, postea verò venenosi & nocui. Probatur etiam hæc sententia ratione. Nam aliàs ordo per se, qui reperitur in spe E ciebus naturalibus, esset à casu & per accidens, supposito, scilicet; peccato. Nec verò rationes in contrarium adductæ quidquã probant, nam distributio illa; Omnem herbam; est distributio accommoda, vt significet omnem herbam comestibilem, vel accomodanda sunt singula singulis iuxta conditionem naturæ cuiusque, vtpote fructus arborum hominibus, vt dicitur Gene. 2. Ex omni liguo paradisi comedetis; herbæ autẽ etiã venenosæ animalibus, nam his ẽt vtũtur animalia. Vnde & Basilius sic docet; Sturni vescuntur cicuta, nec tamen veneno occupantur: quia in cor tendentes tenues meatus obtinẽt, & ideo ante deuoratam ei cutam concoquunt, quam inde læthale gelu prouenies ad præcordia peruenerit locumque cædis attigerit. Veratrum autem coturnicibus est gratissimus cibus, nec ab eo peculiari quadam temperatione detrimenti quidquam percipiũt. Hæc ille. Illud autem; Spinas & tribulos germinabit tibi; facile explicatur, quòd ante etiam germinabat spinas, sed non in laborem & afflictionem hominum, sicut postea vt optimè explicat D. Tho. hic. ¶ Ad aliud dictum est q. 65. Quare verò non benedicantur plantæ, dicetur q. 74.

DVbitatur secundò circa secundam cõclusionem. Vtrum plantæ fuerint productæ tertia die actu, an tantum virtute; quia, scilicet, Deus dedit virtutem terræ germinãdi plantas, non tamen quod ipse produxerit tunc perfectas. ¶ Videtur hæc secũda pars esse vera primo ex illo Genes. 2. Iste sunt generationes cæli & terræ, quãdo creatæ sunt in die quo Deus fecit cælum & terram & omne virgultum agri, antequã oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret; sed non potuit produci antequam germinaret & oriretur nisi causaliter, & non est producta aliàs nisi tertia die: ergo tunc producta fuit causaliter. ¶ Secundò. Quoniam suprà q. 68. art. 2. dictum est, secunda die firmamentum diuisisse metheora omnia, grandines, nines nubes & pluuiam ab aquis inferioribus, Non fuit autem necessarium, vt statim essent pluuiæ aut venti, nam Geo. 2. post 7. diem dicitur; Non enim pluerat Deus super terram, sed satis fuerit, quòd tunc esset virtus in cælo generandi hæc omnia: ergo similiter poterimus dicere de terra.

IN hoc dubio Augustinus vbi suprà citatus est, & gloss. interl. Gen. 1. docent, ꝙ tertia die tantum causaliter productæ sunt plantæ, quæ postea successu temporis actualiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter germinarunt, vnde glossa in illud; Ger A colore immutabili, & odores odoramenti
minet terra; explicat, ideſt, potens ſit ger- inueſtigabiles, & die tertia hæc facta ſunt.
minare. Et rurſus ibi; Et factum eſt ita, ex- Hucuſque Eſdras; ergo non tm̃ in virtute
plicat, i. cauſaliter. Hanc ſm̃am Aug. vr̃ ſe- ſed actu producta fuere. Secundo probatur
q D.Tho. de potẽtia. q. 5. art. 2. ad 28. & 30. hoc, nam terra non poteſt naturaliter pro
¶ Nihilominus ſit cõcluſio. Terra tertio die ducere plãtas ſine ſemine, nam non habet
actu produxit herbas, & plantas perfectas vim actiuam ad illarum productionem, vt
cũ fructibus ſuis. Hæc concluſio eſt cõmu- dictum eſt; ſed tunc ante productionem
nis ſanctorum doctorum, tenent eam ſan- plantarum non fuit ſemen, ergo nec virtus
cti, quos citauimus dubio præcedenti ad ſe producendi illas niſi per miraculum. Ter-
cundum, & rurſus Ambroſius 3. Exam. ca. tiò. Animalia terreſtria & volatilia & pi-
8. Iunilius ſuper illud Geneſ. 1. Protulit ter- B ſces ſunt producti in eſſe perfecto; ergo &
ra herbam virentem, &c. & ibi gloſſa ordi. plantæ. Patet conſequentia, quia eodẽ mo-
deſumpta ex Beda, & alij doctores commu- do dicitur, Germinet terra, & producat ter
niter. Et probatur primò ex illo Geneſ. 2. ra. Antecedens probatur, nã dicitur de die
Iſte ſunt generationes cæli & terræ, &c. Et 5. Creauit Deus cete grandia & omnẽ ani-
omne virgultum agri antequam oriretur mam, quã produxerant aquæ, &c. At uero
in terra, omnemque herbam regionis ante ſi tantùm virtute ſuiſſent producta, non di-
quàm germinaret, non enim pluerat Deus xiſſet; Quam produxerãt; nam tunc actu
ſuper terram, & homo non erat qui opera- non produxerãt, ſiquidem de piſcibus, ani-
retur in ea. Alia litera, vbi nos dicimus; An- bus & beſtijs dicit; Creſcite & multiplica-
tequam oriretur; Legit, Ante erit eius, & ſic mini &c. Sed iſta multiplicatio eſt opus p-
habetur in Hebræo, quo ſignificatur quòd C fectorum animalium. ergo cum eadem die
produxit illa antequam eſſent cauſæ qui- qua conduntur iubeantur multiplicare, ſi-
bus potuiſſet naturaliter vere dici, quod e- gnum eſt illa fuiſſe perfecta. Probatur. Vn-
rit, & ſic produxit illa omnem herbam, an- de antequã Eua produceretur, quæ fuit ſta-
tequã cauſæ eſſent coaptatæ ad eius produ- rim poſt Adam, Deus adduxit omnia ani-
ctionem. Item illud quod ſubditur; Non malia ad Adã, vt eis nomina imponeret: er
enim pluerat Dominus, &c. idem oſtendit go iam erant actu creata. Præterea. Nam lu
vt deducit Hugo de ſancto Victore, Nam na fuit facta plena, ergo ſimiliter dicẽdũ eſt
vt opere naturę producerentur arbores, re- de arboribus, ꝙ in ſua perfectione factæ
quiritur & influxus pluuiaque cæleſtis, & ſunt. Licèt n. naturali proceſſu ab imperfe-
operatio agriculturaque hominum. Exclu- cto ad perfectũ deueniatur, ſimpliciter tñ
dens autem Scriptura vtrumque dicens, Nõ D perfectũ prius eſt imperfecto. Quòd autem
enim pluerat Dominus ſuper terram, & ho luna fuerit facta plena, aſſerit Auguſtinus
mo non erat qui operaretur terram, ſigni- in queſtionibus ex vtroq; teſtamento mix-
ficatur non modo ex naturali virtute ter- tim quæſt. 106. Quia ut dictũ eſt, tertio die
ræ hęc produci, ſed ex Dei omnipotentia. plantauit Deus paradiſum; ergo tunc verè
Item præterea, Illud quod dicit, In die produxit arbores in ſtatu perfecto, nam pa-
quo fecit Deus cælum & terram, & omne radiſus non poteſt uocari terra ſine arbori-
virgultum agri; hoc idem demouſtrat. Nã bus per hoc tantùm, ꝙ habeat virtutem ger
in hoc quod dicit; Fecit Deus (vt optime minatiuã. Quintò. Quoniam naturalis mo
deducit ibi Caietanus) excluduntur omnes dus, quo per naturam producuntur arbores
cauſę actiuę mediæ: ergo Deus tunc acti- ex terra, eſt ut ſucceſſiue germinent & pau
uè illa produxit in ſuo eſſe, aliàs ſi tantum E latim, ſed ſexta die iam erant poma pro-
dediſſet hanc virtutem terrę, produxiſſet il ducta. Vnde dicitur; Ecce dedi vobis omnem
la mediante illa cauſa. Probatur in apocri- herbam &c. & ſtatim peccauit homo come
phis Eſdrę libr. 4 capit. 6. dicitur; Die ter- dendo de ligno vetito, ergo non tantùm de
tia imperaſti aquis &c. proceſſit enim ſu- dit Deus virtutem terræ, ut hæc germina-
bito fructus multitudinis immenſus & cõ ret, ſed etiã ipſe produxit ea perfecta, aliàs
cupiſcentiæ guſtus multiformis, & flores nõ tã cito peruenieſſent ad ſuã perfectionẽ.

AD

AD argumenta verò in contrarium re- A in arboribus apparere menſe Septembri &
ſpondetur. Ad locum ex Geneſi, quòd Octobri plantarũ foliis decidentibus, ergo.
iam explicatus eſt, quòd omne virgultum ¶ Quartò. Quia niſi ſic ponamus, dicen-
antequam germinaret & oriretur, creatum dum eſt, quòd tunc annus & dimidius tran
eſt in prima rerum conditione quo ad ſub- ſiret à prima fructuum maturitate vſque
ſtantiã & rõne materiæ, quæ in principio ad aliam maturitatem: ſed hoc eſt contra
facta eſt. Ita explicat Grego. 32. mor. c. 10. naturæ conſuetudinem, & videtur eſſe à na
¶ Ad ſecundum negatur conſequentia. tura deficienti, quod non videtur congruũ
diſparitas eſt, quòd illa tantum requiruntur primordijs rerum, quando natura magis vi
ad ſecundam terrã, & ideo quando non gebat, ergo &c. Sequela patet, nam cõmu-
fuit neceſſarium terrã fecundari, quia non niter fructus perueniunt ad maturitatem
debẽbat propria virtute producere plantas, B menſe Septembri: ſi ergo in Martio produ-
non oportuit ipſa produci ſecundum ſe: ar ctæ fuerunt à Deo plantæ cum fructibus
bores verò requiruntur & propter ſuam per- per totum orbem vel rurſus produxerunt
fectionem & ſpeciẽ & in cibum animaliũ alios fructus ſequenti Septembri, vel ſine
ſtatim producendorum; & ideo niſi à Deo illis durarunt vſque ad ſequentem Septem
fuiſſent productæ iam perfectæ & plenæ brem. ¶ Quintò. Exod. 12. dicitur de men-
fructibus; tam breui tempore non poſſent ſe Martio, Menſis iſte erit vobis primus in
fructificare ſecundum virtutem natura- menſibus anni; ergo ante non erat primus:
lem terræ. quia ſi fuiſſet non opportuiſſet illud ſpecia
liter tunc mandaſſe Iudæis.

DVbitatur tertiò, quo tempore anni ſit conditus mundus? Quoniam ex ſupra dictis videtur ſequi, ꝙ in menſe Septembri C vel Octobri, quia tunc arbores abundant fructibus, nos autem diximus in mundi creatione factas eſſe arbores cum ſuis fructibus, ergo. ¶ Secundò. Nã menſis Septembr vel Octob. ſæpe vocatur primus in Scripturis. Vnde Hier. Eze. 1. ait, ꝙ qñ dĩ mẽſe. 4. intelligit Ianuarius, q ẽ quartus ab Oct. q vocatur primus. Item Amb. li. de Noe & arca. c 17. ſic ait; A Septẽbri menſe videtur annus incipere ſicut indictionum præſẽtiũ vſus oſtendit, tunc enim fit ſeminũ iactus. D Itẽ Exod. 23. dicitur, Solennitatẽ quoq; in exitu anni, &c. quando congregaueris omnes fruges terræ, &c. Hoc feſtum ſecũdum communem expoſitionem eſt feſtum tabernaculorum, quod fit menſe Septembri. Si ergo tunc eſt exitus anni, ergo & in eodem meſe incipit: nã in annis vbi eſt finis vnius eſt principiũ alterius. Idem reperitur Exo. 34. vbi dicitur, Et ſolennitatem, quando recurrente anni tempore, cuncta conduntur. Vbi gloſſa interl. ait. Solennitatem tabernaculorum, quæ & Scænophegiæ, ergo &c. E Tertiò. Conſonum videtur vt mortalitatẽ & corruptionem, quam ſtatim poſt peccatum homo in ſeipſo expertus fuit, experiretur in cæteris etiam creaturis quæ propter ipſum ſunt conditæ; talis autẽ incipit

I vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet ex Hieronymo in Zachar. ca.8.Ab eodem etiam principio computabãtur magna facta.Vt Gene.7.vbi dicitur anno 600. vitæ Noe mense secundo. Addit Glossa interlin.qui à latinis Maius dicitur.Et 3.Reg. 6.dicitur.Factũ est igitur.480. anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti mense Zio, ipse est mensis secundus,computando scilicet hunc mensem ab illo primo de quo dicebamus. Secundum principium est in mense Septembri,& ab isto principio cõputabantur negotia & anni qui pertinebant ad Sabbata terræ : vt patet Leuit. 25. Cum hac eadem doctrina concordat Ambro. lib.de Noe capitu. 17. & Lyra. Aug.1. in fine.Abulen.verò Genes.7.absolutè affirmat Septembrem esse primum mensem ; Martium vero dici primum , quia ex tunc cœperunt Iudæi numerare suos menses & annos propter illum euentum notabilem , qui illis contigit propter liberationem ex Ægypto. Sic etiam Græci annos suos cœpe tunt numerare ex factis Alexandri vt patet 1. Mach. Et possumus adducere aliud exemplum.Nam Ezech.1.dicitur, Et factum est in tricesimo anno.Ille autem annus cõputabatur tricesimus secundùm Hiero. à duodevigesimo anno Iosiæ regis Iuda quãdo inuentus est liber Deuteronomij in templo,vsque ad quintum annum captiuitatis Iechoniæ. Ex his patet quomodo ex nulla computatione Scripturæ possumus certò scire,quis mensis absolutè sit primus in ordine ad creationis initium.

¶ Nihilominus sit conclusio valdè probabilis . Mundus productus est in mense Martio,sic quòd sol primo die incœpit lucere in principio arietis , quando est æquinoctium veris. Hæc conclusio est expressa D.Augustini tom.4.in 2.part. quæstionum ex nouo testamento quæst.55.& in quæstionibus noui & veteris testamenti quæ. 106. Eandem docet Ambro.lib. 1.Examer.cap. 4.& Athanas. in quæstionibus ad Antioch. quæst.17.Iunilius Genes.1.quòd in principio veris conditus est mundus.Strabo & Rabanus quos sequitur glos.ord.Exod.12.Damascen.de fide.c.7.Druthmarus super Matth.ait à maioribus accepisse, quòd octauo Kalendas Aprilis fuit mundus factus. Docent hanc sententiam alij recentiores. Caieta Exod. 12.Catherinus Gen. 1.& alij. Et probatur.Primo ratione Caietani, Nam annus naturaliter incipit principio motus solis ; sed principium motus solis est ab ariete,vbi est in lunatione Martij quia si sol(dicit Philosophus) inciperet moueri inciperet ab ariete : ergo Deus qui disponit omnia suauiter principium temporis ab illo mense debuit inchoare. Secundò probatur rationibus Ambrosij,Cuius verba hic transcribere libuit. Ait ergo ille de mense Martio;In hoc ergo principio mensium cœlum & terram fecit,quòd inde mundi capi oportebat exordium, vbi erat opportuna omnibus verna temperies . Et hæc est prima ratio Ambrosij.Sequiturque statim . Secunda ratio.Vnde & annus mundi nascẽtis imaginem expressit,vt post hybernas glacies, atque hyemales caligines serenior solitò verna temporis splendor eluceat . Dedit ergo formam futuris annorum curriculis mundi primus exortus, vt ea lege vices annorũ surgerent, atque initio cuiuslibet anni produceret terra noua seminum germina,quo primum Dominus dixerat Germinet terra, &c.Et subdit tertiam. Nam etsi quocumq; tempore , & Deo iubere promptum fuit; & terræ obedire , vt inter hybernas glacies & hyemales pruinas cælestis imperij verbo germinans terra fœtum produceret ; non erat tamen dispositionis æternæ rigido stricta gelu in virides subitò fructus laxari arua,atque horrentibus pruinis floruenta misceri.Ergo vt ostenderet Scriptura Veris tẽpora in constitutione mundi ait . Exodo 12.Mensis hic vobis initium mensium primus est vobis in mensibus anni ; primum mensem vernum tempus appellans . Docebat enim principium anni principium esse generationis : & ipsam generationem mollioribus auris foueri.Nec enim possent tenera rerum exordia aut asperioris laborem tolerare frigoris aut torrẽtis æstus iniuriam sustinere.Hæc ille.Tertiò arguitur. Communis doctrina Sanctorum est,quam docet Athanasius & Augustinus vbi supra, & Druthmarus eam refert ex antiquis Patribus, quòd eodem mẽse & die homo fuit conditus & Christus conceptus atque crucifixus ; sed conceptio & mors Christi fuit octauo Kalendas Aprilis, ergo & formatio hominis

hominis conditioque mundi eodem mense perfecta fuit.

AD primum respondetur quod forte propter terræ temperiem tunc maturiores fructus terra germinauerat,maximè ex præcepto Dei , qui non tenetur legibus naturę.¶ Ad secundum dictum est,quomodo September dicatur primus mensis , & quomodo tunc sit principium anni.

¶ Ad tertium respondetur,quòd consonum fuit, vt sicut Deus mortem non fecit, etiam non conderet arbores statim senescentes & virore amisso : sed quæ virere & germinare inciperent , sicut tunc mundus incipiebat. ¶ Ad quartum. Catherinus Genes.1. docet, nullum esse inconueniens asserere, quòd tunc terra vtpotè fertilissima bis fructum emitteret , & in Martio & in Septembri . Nã si hoc accidit in insula Taprobane , de qua Isidorus 14. Ethimol. & Solinus in Polist cap.de Taprobane,dicunt quòd bis in anno fructus emittit;nihil mirum , quòd hoc terræ tunc vberiori contigisset.Secundò dicit idem Catherinus, non esse inconueniens terram totum illud tempus expectasse vsque ad secundam maturitatem,quia primo germinauerat non secũdum ordinem naturę,sed ex diuino præcepto.Vel fortè dici potest, quòd anno sequẽti eodem mense aliquot fructus protulerat terra , alios verò tempore Autumni ; Sicut modo aliqui producuntur in vere,aliqui in autumno,& sic non oportet terram sine fructibus totum illud tempus expectasse.

¶ Ad quintum respõdetur,quòd licèt ille mensis esset primus simpliciter,quia tamẽ apud gentiles alij habebantur priores,nam apud Ægyptios à principio,quatuor mensibus annus complebatur.Apud Arcades tribus mẽsibus durabat.Apud Arcananos sex mensibus tendebatur . In Italia apud Lauinios tredecim mensibus,apud Romanos decem mensibus , vt patet apud Solinum in Pollyhist.capitu.1.de origine vrbis Romæ. & temporibus & de diebus intercalaribus. Vt ergo has computationes euitarent Israelitæ dicitur ad eos : Vt ille mensis sit eis principium mensium . Et optima quidem ratione ; nam cum (vt dictum est) diuersa Regna & diuersi populi diuersa anni principia constituerint; ideo aptissime quã do filij Israel erigebantur in populum liberum, (qui,nunquam fuerat populus, quoniam ante descensum in Ægyptum nec populum nec ciuitatem constituerant,ibi autem vel peregrini vel serui fuerunt)aptissime Deus eis dat proprium ordinem & initium anni,vt annus eorum incipiat à principio veris.

QVAESTIO LXX.
De opere ornatus quantum ad quartam diem.

CONSEQVENTER considerandum est de opere ornatus. Et primo de singulis diebus secundum se. Secundò,de omnibus diebus in cõmuni.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm luminatia debuerint produci quarta die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur,q luminaria non debuerint produci quarta die Luminaria enim sunt corpora incorruptibilia naturaliter . Ergo eorum materia non potest esse absque formis eorum. Sed eorũ materia producta est in opere creationis ante omnem diem. Ergo & eorum forma. Non ergo sunt facta quarta die. 131 Infrà q. 74. arti. 1. ad 4. Et 2.dist. 15.qõ.1. art. 1.& po.q. 4. ar.1. ad. 30.

¶ 2 *Præterea.Luminaria sunt quasi vasa luminis. Sed lux est facta prima die. Ergo luminaria fieri debuerunt prima die , & non quarta .*

¶ 3 *Præterea,Sicut planta fixa sunt in terra: ita luminaria fixa sunt in firmamento . Vnde Scriptura dicit,q posuit ea in firmamẽto.Sed productio plantarum simul describitur cum formatione terræ, cui inhærent . Ergo & productio luminarium simul debuit poni secunda die cum productione firmamenti .*

¶ 4 *Præterea,Sol & luna,& alia luminaria sunt causa plantarũ.Sed naturali ordine causa præcedit effectum.Ergo luminaria non debuerunt fieri quarta die , sed tertia , vel ante .*

¶ 5 *Præterea , Multæ stellæ secundum astrologos sunt luna maiores. Non ergo tantum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sol & luna debuerunt poni duo magna A luminaria.

SED in contrarium sufficit auctoritas Scripturę.

RESPONDEO dicendum, q in recapitulatione diuinorum operum, Scriptura sic dicit: Igitur perfecti sunt cęli, & terra, & omnis ornatus eorum. In quibus verbis triplex opus intelligi potest, scilicet opus creationis: per quod cęlum & terra producta leguntur, sed informia. Et opus distinctionis, per quod cęlum & terra sunt perfecta: siue per B formas substantiales attributus materię omnino informi, ut Aug. * vult, siue quantum ad conuenientem decorem & ordinem, vt alij sancti dicunt. Ex his ducbus operibus additur ornatus, & differt ornatus à perfectione. Nam perfectio cęli & terrę ad ea pertinere videtur, quę cęlo & terrę sunt intrinseca: ornatus verò ad ea quę sunt à cęlo & terra distincta. Sicut homo perficitur per proprias partes & formas, ornatur autem per vestimenta, vel aliquid huiusmodi. Distinctio autem aliquorū maximè manifestatur per motum localē. quo abinuicem separantur. Et ideo ad opus ornatus pertinet productio illarum rerum quę habent motum in cęlo & in terra. Sicut autem supra dictum * est, de tribus fit mentio in creatione, scilicet de cęlo, & aqua, & terra. Et hæc tria etiam formantur per opus distinctionis triū dierum. Primo die cęlum. Secundo die distinguuntur aquæ. Tertio die fit distinctio in terra, maris & aridæ. Et similiter in opere ornatus. Primo die qui est quartus producuntur luminaria, quæ mouentur in cælo, ad ornatū ipsius. Secundo die, qui est quintus aues & pisces, ad ornatū medij elementi, quia habent motum in aere & aqua, quę pro vno accipiuntur. Tertio die, qui est sextus, producuntur animalia quę habent motum in terra, ad ornatum ipsius.

Lib.2.sup Gene. c.11. to. 3.

q. præc. art. 1.

Lib.5.sup Gene. 6.5. to.3.

Sed sciendum est, q in productione luminarium non discordat Aug. * ab aliis sanctis. Dicit enim luminaria esse facta in actu, non in virtute tantum. Non enim habet firmamentum virtutem productiuam luminarium. sicut habet terra virtutem productiuā plantarum. Vnde Scriptura non dicit, Producat firmamentum luminaria, sicut dicit, Germinet terra herbam virentem.

AD primum ergo dicendum, q secundum* Augustinum nulla difficultas ex hoc oritur. Non enim ponit successionem temporis in istis operibus. Et ideo non oportet dicere, quòd materia luminarium fuerit sub alia forma. Secundum eos autem, qui ponunt cęlestia corpora ex natura quatuor elementorum, nulla difficultas accidit: quia potest dici, quòd sunt formata ex præiacenti materia, sicut animalia & plantę. Sed secundum eos qui ponunt corpora cælestia esse alterius naturę ab elementis, & incorruptibilia per naturam, oportet dicere, q substantia luminarium à principio fuit creata. Sed prius erat informis, & nunc formatur: non quidem forma substantialē. sed per collationē determinatę virtutis. Ideo tamen non fit mentio à principio de eis, sed solum quarta die, vt Chrysostō. * dicit: vt per hoc removeat populum ab idololatria, ostendens luminaria non esse deos: ex quo nec à principio fuerunt.

Lib.4.sup Gene. ca.22.& 34.& 37. de Ciu. Dei. c.9. to.3. & 5.

Chrysost. hom.6. in Genes. post medi: hēt sētia, to mo.

AD secundum dicendum, quòd secundum Augustinum nulla sequitur difficultas: quia lux, de qua prima die facta est mētio, fuit lux spiritualis: nunc autē sit lux corporalis. Si autem lux primo die facta, intelligitur lux corporalis, oportet dicere, quòd lux primo die fuit producta secundum communem lucis naturam: quarto autem die attributa est luminaribus determinata virtus ad determinatos effectus: secundum quod videmus alios effectus habere radium solis, & alios radium lunæ, & sic de alijs. Et propter hanc determinationem virtutis dicit Dion. * 4. c. de diui. nomin. q lumen solis, quod primo erat informe, quarto die formatum est.

Lib.2. sup Gene. ca.5. Et lib.3. c.9.to.3 Cę.4.p. inter princ.& mediū.

AD tertium dicendum, quòd secundum Ptolemæum luminaria non sunt fixa in sphęris, sed habent motum suorsum à motu sphærarum. Ideo Chrysostom. * dicit, quòd non ideo dicitur, quòd posuit ea in firmamento, quòd ibi sint fixa: sed quia iusserit vt ibi essent, sicut posuit hominem in Paradiso, vt ibi esset. Sed secundum opinionem Aristo. stellæ fixæ sunt in orbibus, & non mouentur nisi motu orbium, secundum rei veritatem tamen motus luminarium sensu percipitur, non autem motus sphærarum. Moyses autem rudi populo condescendens, sequutus est quæ sensibiliter apparent: vt dictum est. * Si autem sit aliud firmamentum quod factum est secunda die, ab eo in quo posita

Hom.6 in Genes. inter medium, & hēc.to.1. & hom. 12. ad Pop.

q. præc. artic. 2.

sita sunt sydera secundum distinctionem naturæ, licet sensus non discernat, quem Moyses sequitur, vt dictum est: cessat obiectio. Nam firmamentum factum est secunda die quantum ad inferiorem partem. In firmamēto autem posita sunt sydera quarta die quantum ad superiorem partem, vt totum pro vno accipiatur, secundum quod sensui apparet.

AD quartum dicendum, quòd sicut dicit * Basil. præmittitur productio plantarum luminaribus ad excludendam idololatriam. Qui enim credunt luminaria esse deos, dicūt q primordialem originem habent plantę à luminaribus: quamuis (vt Chrysostom. * dicit) sicut agricola cooperatur ad productionem plantarum, ita etiam & luminaria per suos motus.

Hom.5. Examer. non pcul à ptī ci.id hēt in sñia. Chrys. hom.6.i Gen. nō procul à medio to.1. * Hom. 6.in Gene. to. j.

AD quintum dicendum, quod sicut Chrysostō. * dicit, dicuntur duo luminaria magna, non tam quantitate quàm efficacia, & virtute. Quia etsi aliæ stellæ sint maiores quantitate, quàm luna, tamen effectus lunæ magis sentitur in istis inferioribus, & etiam secundum sensum maior apparet.

SVMMA ARTICVLI.

SVpponit D. Th. triplex opus Dei, creationis, distinctionis, & ornatus, quę explicantur in illo Genes. 2. Igitur perfecti sunt cæli, & terra & omnis ornatus eorum. Perfectio. n. ostendit distinctionem, nam pertinet ad intrinseca cælo, & terræ per quæ ab aliis distinguitur; ornatus verò ad ea quæ sunt ab eis distincta: sicut homo ornatur per vestes. Et quia distinctionem ostendit motus localis, ideo ad opus ornatus pertinent illa quæ habent motum in cęlo & in terra.

¶ Hoc supposito, conclusio est affirmatiua. Probatur. Quarta die, quæ est prima ornatus, debet ornari primum corpus, s. cælum, sicut secūda ornatur aqua, tertia terra, sed ad ornatū cęli pertinēt luminaria quę mouentur in cęlo, ergo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa conclusionem, Arguitur primo contra illam. Sol cum suo motu distinguente lucem à tenebris, & diem à nocte, producitur primo die, vt diximus supra quæstio. 67. artic. 4. sed hoc pertinet ad opus ornatus cæli: ergo malè dicitur quod quarta die debet ornari cœlum per luminaria. Probatur minor. Illa enim dicuntur pertinere ad ornatum cæli, quæ habent motū in cęlo, vt docet Di. Tho. hic in articu. ¶ Secundò arguitur. Ea quæ habent proprium motum in aqua, terra, & aere eodem die producuntur quo ad substantiam, & quo ad suas determinatas virtutes: ergo similiter in cælo sol, & cætera astra in principio creata quo ad substantiam eodem tempore debuerunt produci quo ad suas determinates virtutes. Confirmatur hoc, quoniam ista luminaria secundum communem opinionem, non habent distinctum motum à suis orbibus, vt docet D. Thom. hic ad tertium ex Arist. ergo non pertinent ad ornatum cæli, neque eorum productio conuenienter narratur quarto die. Patet consequentia, quia ad ornatum cæli & terræ non pertinent nisi illa quæ habent distinctum motum ab ipsis, vt patet in arboribus, de quibus hac ratione diximus pertinere ad opus distinctionis. Tertiò. Omnia corpora quæ per creationem producuntur facta sunt simul in principio, vt diximus suprà, ergo & stellæ in principio sunt factæ. Ergo malè dicitur, illas factas esse quarta die: nam acquisitio virtutis cuiusdam accidentalis non sufficit vt dicantur tunc factæ. Quod probatur, nam quòd aqua acquisierit nouum quodam accidens in sua congregatione (de quo diximus suprà) non sufficit vt illa dicatur fieri: vnde in opere secundæ diei non dicitur fiat, &c. ergo idem est de acquisitione virtutis accidentalis in stellis.

¶ Quartò. Arguitur eodem quarto argumento Di. Thom. in articulo.

¶ Quintò arguitur. Non omnes stellæ sunt in firmamento, scilicet octaua sphæra, vt patet de Planetis, Sole, & Luna, & aliis: ergo malè dicitur, Fiant luminaria in firmamento cæli. ¶ Sextò arguitur quinto argumento D. Thom. in articulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN hoc dubio dissoluendo varij sunt modi dicendi. Primus est Augustini Eugubini in sua Cosmopœia, qui docet quòd eisdem duobus diebus secundo & tertio, quibus Deus distinguebat & perficiebat aquã & terram, simul Deus exornabat cælos stellis & luminaribus; & quòd dicuntur quarto die facta, quia tunc compleuit Deus illud opus, quod primo die incepit. Inquit enim quòd, creato sole primo die, duo ordines rerum simul pullularunt cœlestium & terrestrium; quorum vterque cum explicãdus esset à Moyse, nec res simul natas simul posset explicare, sed alterum post alterum, ideo aggressus ordinem terrestrium illum absoluit: & postea reuertitur ad ordinem cœlestium rerum explicandum, qui tamen simul cum terrestri condebatur. Ita quando Deus siccabat aridam, producebat herbas &c. simul cælum luminaribus illustrabat, quibus absolutis & creatis quarta dies absolura & circumacta est, non in ipsa stellæ creatæ.

¶ Secundus modus dicendi est Caietani in hoc loco: qui ait quòd dicuntur fieri luminaria, quia lux primo die creata, quę erat lux solis describitur distincta in plura illa luminaria siue per diffusionem illius lucis, siue quouis alio modo, Ita quòd opus quartæ diei nullũ aliud erit nisi lucem illã primi diei communicare cæteris luminaribus secundùm diuersa munia, quæ explicãtur, in litera Genes. Fundat hanc suam positionem in hoc quòd in Hebræo vbi nos legimus, Fiant luminaria, legitur, Erit in singulari, &, luminaria, in plurali: vt significetur quòd illa primi diei lux erit ipsa luminaria, vel constituet ipsa luminaria in ordine ad hæc officia. Atque iuxta hunc modũ explicandum est, quod ait Theodore. q sicut die tertia Deus aquas diuisit; ita die quarta lucem illam, quam primo die creauit, diuidẽs vt voluit, luminaria magna & parua in cælo collocauit. ¶ Tertius modus dicendi supponit astra esse eiusdem speciei cum suis orbibus esseque partes densiores suorum orbium, quales sunt nodi in tabulis, qui tamen distinguuntur à cæteris partibus tabulæ, quia sunt densiores: Sic (inquiunt) astra sunt densiores partes eiusdem orbis. Atq; inde prouenit quòd non lucẽte orbe propter suam raritatem ipsa luceant propter suam densitatem. Hoc supposito, dicunt quidam, quòd opus quartę diei, fuit quasdam partes cęli rarefacere & alias condensare vt ibi fierẽt astra lucentia super terram. Quomodo inquiunt in die iudicij magis condensabit materiam solis & lunę rarefactis alijs partibus suorum orbium: vt sol iuxta vaticinium Isaię c. 30. Luceat septempliciter propter suam maiorem densitatem. Et luna luceat sicut modo lucet sol, vel ex maiori densitate, vel ex maiori influxu lucis à sole. ¶ Quartus modus dicendi supponit omnia astra eẽ diuersarum specierum inter se & cum suis orbibus; sed ait q quarto die ex virtute diuinæ omnipotentię productæ sunt stellæ quo ad suam substantiam, vel per creationem, vel ex aliqua præiacente materia, in qua (dicunt) virtute latebãt astra, ita ut hac ratione merito olim prædixerit Poeta.

Vix ita limitibus, discreuerat omnia certis,
Cumque pressa diu massa latuere sub ipsa
Sydera cœperunt toto effervescere cœlo.

Ac si dicat Poeta, In materia illa è qua educebantur astra veluti latitabant & sua vi & sponte nascebantur & prodibant sicut germina è terra.

¶ Quintus modus dicendi est D. Thom. hic ad primum, quòd substantia omnium luminarium & eorum essentia fuit primo die de nihilo producta: dicuntur verò fieri quarto die, propterea quòd tunc acquisierunt aliquam determinatam virtutem ad aliquos particulares effectus.

INter hæc censere difficillimum est. Nihilominus eum modestia hæc expendamus. Primus modus dicendi nõ potest esse verus, nam tunc oportet fateri, opera distinctionis non præcedere opus ornatus cõtra communem explicationem sanctorũ. Patet sequela. Nam simul cum formatione aquæ & terræ ornabatur cælum, simul etiã oportebat fateri opera secũdæ & tertiæ diei non esse ea tantum quæ Scriptura refert, nam & illis diebus condebantur sydera, quod tamen non refertur. Tertiò. Quia quodlibet corpus simplex vno die ornatur, vt patet in aqua & aere & in terra; ergo similiter cælum vno die & non pluribus debuit ornari: eo vel maxime, quòd cum iste ornatus procedat ex infinita Dei omnipotentia, quæ nescit tarda molimina, non tãdiu duraret in eius productione. De secunda sententia postea dicemus. ¶ Tertia verò sententia & falsa est, & etiam eius fundamentum falsum est. Est quidem in sẽ falsa, quia vt dicitur Iob 38. Quando disponebat fundamenta terræ laudabant eum astra matutina; ergo simul cum terra producta sũt astra, sed terra producta est in principio; ergo & astra. Confirmatur ex his quæ suprà diximus, omnia corpora simplicia & incorruptibilia in principio temporis sunt producta; sed huiusmodi sunt sydera & astra ut patet ex supra dictis; ergo. Et istæ rationes ostendunt etiam falsitatem quarti modi dicendi. Nam si quarto die creata sunt astra, non laudarent Deum quando fundaretur terra, neque verò omnia corpora simplicia simul essent creata. Quòd verò fundamentum illius tertiæ sententiæ sit falsum, quòd scilicet stellæ & orbes sint eiusdẽ rationis, ostendit Sonzi. 12. Metaphy. quæst. 10. ad tertium ex diuersitate effectuum contrariorum & diuersorum quos habent. Restat ergo vt explicemus secundum & tertium modum dicendi: & quis ex illis maiorem habeat probabilitatem. Et quidem si secũdus modus sic intelligatur, quòd quarta die sol communicauit suam lucem stellis: id non videbitur omnino verum, si intelligatur de luce vt sic, & secundùm communem rationem lucis. Primò. Quia videtur quibusdam non esse certum, quòd stellæ & planetæ omnes, excepta luna, participent lumen à sole. Si nanque ab illo reciperent lucẽ, cerneretur in eis incrementum & decrementum, prout magis accederent vel recederẽt à sole, sicut videmus in luna, quod tamen est contra experientiam. Sed hæc ratio non est efficax, eo quòd luna est corpus opacũ: & idcirco in ea nostris aspectibus apparent diuersi vultus. At stellæ sunt transparẽtes, nec terræ vmbra ad eas pertingit, vt possit eclypsari. Item quanuis hoc admittamus cum D. Thom. in 2. distinct. 15. quæst. 1. ar. 1. ad quartum sequutus Philosophos & Dionysium capitu. 4. de diuinis nominibus tamen vt patet ex supra dictis, quòd lux competat astris priùs naturæ ordine est, quàm opera secundæ vel tertiæ diei: nam

per lucem fit aliqua distinctio corporum lucentium à non lucentibus, vt patet in sole, prior autem debet esse distinctio incorruptibilium partium vniuersi, quales sunt astra, quàm distinctio corporum inferiorum: ergo primo die communicata fuit lux ipsis astris secundùm communem rationem lucis. Confirmatur, quia collatio virtutum generaliter & vniuersaliter influẽtium pertinet ad opus distinctionis, collatio virtutum particularium ad determinatos effectus, pertinet ad opus ornatus, vt docet D. Tho. sæpe; sed lux vt lux habet cõmunem quandam & generalem influentiã supra hæc inferiora; ergo illius collatio pertinet ad opus distinctionis. Tertiò. Quoniã primo die iubetur sol lucere & illuminare omnia diaphana; ergo ne ponamus Deum per miraculum impediuisse, ne astra sic à sole illuminarentur; dicendum est, ea etiã primo die suum lumen à sole recepisse. Si verò intelligatur de luce nõ secundùm cõmunem rationem lucis sed secundùm aliàs virtutes particulares, (lux enim solis est eminenter multiplex virtus) ita ut illam suam multiplicem perfectionem, quam eminenter & vnitè præhabebat Sol, diuisit & spaisit per stellas communicando eis diuersas proprietates secundùm varias eorũ naturas. Sic etiam non improbabilis apparet illa forma explicandi opus quartæ diei, imò videtur coincidere eum quinto modo dicendi D. Tho. iuxta ea quæ diximus supra quæst. 67. nam tunc formatur sol per collationem determinatæ virtutis, non quidem intrinsecè sed extrinsecè, quatenus per virtutes particulares communicatas astris determinata est eius virtus vniuersalis ad particulares effectus, producẽdos: & rõne huius determinatę virtutis, quã tunc accepit mõ prædicto dicitur fieri sol, qui antea secundũ substantiam iam fuerat productus. Quia quecunque perfectio superaddita alicui rei sufficit vt secundum phrasim Scripturæ dicatur illa res fieri, vt dicitur. Hæc est Babilon quam ego ædificaui, quia eam reparauit. Et ecce ego creo cælos nouos & terram nouam. Quia hæc perficiebat. Et Ecclesiastici. 16. Cæli vocantur opera Angelorum, quia Angeli efficiunt in eis aliquid accidentale, scilicet, motum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD primum ergo argumentum respon A detur, quòd ea quæ habent proprium motum in cælo iam perfecto & distincto & in terra iam perfecta & distincta, dicuntur pertinere ad opus ornatus; & sol & stellæ, licet habeant proprium motum in cælo, non tamen in cælo iam distincto & perfecto, sed in cælo quod per lucem stellarum & solis perficitur & distinguitur: & ideo non pertinet illorum productio ad opus ornatus. ¶ Ad secundũ negatur cõsequẽtia. Disparitas est, nam ea quæ producuntur in B aqua & terra iam distinctis, possunt produci per generationem; Stellæ verò non nisi per creationem: opus vero creationis absolutum fuit in principio temporis: & ideo substantia eorum quæ creantur non potuit produci nisi in principio temporis. Ad confirmationem respondetur, quòd ad opus ornatus pertinent ea quę habent vel videntur habere distinctum motum, & quia plantæ nec illum habẽt, nec videntur habere, ideo nullo modo pertinent ad opus ornatus. Po- C test etiam dici, quòd satis est vt aliquid pertineat ad opus ornatus, quòd moueatur in cælo vel in terra per se vel per accidens; stellæ autem mouentur per accidens ad motũ suorum orbium plantæ vero nec per se nec per accidens cum alio mouentur.

¶ Ad tertium dictum est, quomodo accidentalis forma superaddita sufficit, vt aliquid dicatur fieri. De aqua verò id non dicitur, quoniam acquisiuit suam perfectionem in opere distinctionis per motum lo- D calem & cõgregationem in vnum locum: & hoc non sonat aliquid permanens, verbum autẽ facere aut fieri significat aliquid stabile & fixum & permanens. Solutio est D. Thom. suprà quæst. 69. artic. 1. ad primum. ¶ Ad quartum præter solutionem D. Thom. vide aliam solutionem, quã nos adhibuimus suprà quæst. 69. artic. 2. dubio. 1. ad tertium. ¶ Ad quintum Augustinus lib. de Genes. ad litteram imperfect. air, quod sicut totum superius corpus vocamus cælũ, E licet sint multa corpora cælestia; ita tota ætherea substantia comprehendens plura corpora cælestia, vocatur firmamentum cęli: & in hoc firmamento, idest, in illis pluribus orbibus cælestibus, ponuntur stellæ, sydera, & Planetę. Quomodo autem in Scriptura pro his omnibus accipiatur dictũ est suprà. ¶ Ad sextum vt respondeamus, prius sciendum est inter alios errores Iudæorum hunc docuisse in suo Thalmud, ordine. 4. tracta. 6. distinct. 1. Quod Deus à principio solem & lunam fecit æqualis lucis & virtutis, & quòd luna appetens singularem excellentiam supra solem, suggessit Deo vt diminueret lucem solis, & propterea Deus punitt eam diminuendo de luce eius. Postea verò Deus pœnitens de hoc peccato, præcepit Iudæis vt singulo quoque nouilunio sacrificium expiationis peragerent, vt expiaretur scælus quod Deus fecit auferendo hoc lumen a luna. Probantque suam sentẽtiam, quia prius dicitur, Fecit Deus duo luminaria magna, quasi principio ambo essent æqualia. Sed iste blasphæmus error facile deprehenditur. Nam Deus fecit lunã vt præesset nocti ergo fecit eam cum minori lumine quàm habebat sol: aliàs totum tempus esset dies. Secundò. Quoniam, vt dicetur infra, luminaria cæli sunt inanimata, non ergo potuerunt Deo loqui &c. Quod autem dicitur, Duo luminaria magna dicitur respectu ad cætera, licet inter se nõ sint æqualia. Illud autem quod addunt de peccato Dei, blasphemia est. Ad sextum ergo, Augustinus Eugubinus in sua Cosmopœia existimat solem & lunam esse maiores omnibus stellis & planetis: aliàs, inquit, cum tot sint stellæ earum lux & color multo esset manifestior hominibus. Item nam ad illuminandum terras sat erant sol & luna, non ergo debuerunt fieri ad hæc munia luminaria maiora. Imõ dicit solem non esse terra maiorem, quia ad illuminandum cæ & totum cælum sufficit multo minor magnitudo, sicut & una parua lucerna totum cubile inclarescit, & vna parua nubecula nocte incensa subito illuminat circumstantem terram & cælum. Non ergo oportuit ad hæc collustranda tam immensum efficere solem, vt terra maior esset. Cæterùm cõtrariam sententiam tenent & Philosophi & Theologi. Nam Plato in Epimonide, ait, Solem totum tota terra maiorem rectè nos arbitrari posse. Marcusque illum sequutus, ex æthere inquit innumerabiles flãmæ syderum existunt, quorum est princeps sol, omnia clarissima luce collustrans multis par-

partibus maiorque vniuersa terra. Et Anaxi A mender solem dicit existimasse. 28. vicibus terra maiorem. Hoc etiam videtur suadere lucis & caloris eius magnitudo. Rupertus etiam admittit secundum sententias Philosophorum, quòd sol est octo vicibus maior terra. Alij teste Caietano dicunt solem ita terram excedere, vt comparata ad illũ, sit centesima octogesima pars. Luna verò, ad terram sit vigesima pars. Cicero de natura Deorum ait a priscis Mathematicis aliter hoc esse conclusum; & de luna testatur B dimidia parte terræ esse maiorem. Basilius & alij noũ sibi consentiunt. Quidam ex lutheranis ait solem iuxta Mathematicos cõtinere magnitudinem terræ centies sexagies sexcies, terram verò excedere Lunæ magnitudinem trigesies nouies. Stellas maiores ait habere magnitudinem terræ centies & septies & ferme sextè vnius. Ex quibus videtur sequi quod sol sit maior omnibus stellis. Quam sententiam videtur habere D. Thom. qui super Dionysium ca. 4. de C diuinis nomini. lectio. 3. docet, solem esse maiorem in quantitate omnibus corporibus cælestibus. Quidquid sit de hoc bene respondet D. Tho. ad argumentum, quòd illa luminaria dicuntur magna magnitudine virtutis non quantitatis. Quanta autem sit virtus Solis & Lunæ explicant eleganter Ambros. Basil. & Chrysostom. in istum locum, & similiter Iunilius. Sed huic sententiæ obstat non contemnendum argumentum D. Tho. nam cælum quo superius tanto formalius respectu inferioris & maioris vniuersaliorisque virtutis est; ergo cætera corpora cælestia superiora Sole debent habere maiorem vniuersaliorẽmque virtutẽ. Et confirmatur. Quoniam cęteri cęli superiores mouentur à superioribus Angelis; ergo debent habere maiorem & perfectiorẽ influẽtiam, non enim fieri potest vt ab Angelo digniori emanet virtus imperfectior. Confirmatur secundò. Nam lõcus & corpus quo superius & continens alium, eo vi E detur esse formalius & perfectius; ergo superiores stellæ maioris virtutis erãt quam Sol. Cæterum de hoc vide ipsum Di. Tho. 12. Meth. lectione nona. vbi de hoc disputat.

IN solutione ad secundum huius art. nota, quod licet Philosophi Peripatetici & Astronomi & Doctores Theologi dicant astra moueri ad motum sui orbis, & contrarium putet esse erroneum. Philast. Epis. Brixen. tamen Chrysostomo. homil. 6. & 13. in Genes. & homil. 12. ad Populum, & Origen. libro 1. Periarch. cap. 7. & Eusebius Emissenus Episcopus & Diodorus Tarsen. Episcopus præceptores Chrysostomi super Genes. capite primo & Augustin. 2. de Genes. ad literam capit. primo. & Durand. in secunda distinct. 13. quæstione 3. & Ptolomęus, & alij Astrologi tanquam certum reputant, quod cælo immobiliter permanente astra mouentur per suos eccentricos, & epicyclos: sed hæc disputatio ad Astrologiam relegetur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conuenienter causa productionis luminarium describatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter causa productionis luminarium describatur. Dicitur enim Hieremiæ. 10. A signis cæli nolite metuere, quę gentes timent. Non ergo luminaria in signa facta sunt.

¶ 2 Præterea. Signum contra causam dividitur: sed luminaria sunt causa eorũ, quæ hic aguntur: ergo non sunt signa.

¶ 3 Præterea. Distinctio temporũ & dierum incepit à primo die. Non ergo facta sunt luminaria in tempora, & dies, & annos, ideò sunt in horum distinctionem.

¶ 4 Præterea. Nihil fit propter vilius se: quia finis est melior iis quę sunt ad finem: sed luminaria sunt meliora quàm terra: nõ ergo facta sunt, vt illuminent terram.

¶ 5 Præterea. Luna non præest nocti, quando est prima. Probabile autem est, quòd Luna facta fuerit prima (sic enim homines incipiunt computare.) Ergo Luna non est facta, vt præsit nocti.

IN contrarium sufficit auctoritas Scripturę.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est suprà, creatura aliqua cor- Q. 69. art. 1. ad 2. *poralis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro nobis potest dici esse facta, vel propter actũ proprium, vel propter aliam creaturam, vel propter totum vniuersum, vel propter gloriã Dei. Sed Moyses, vt populum ab idololatria reuocaret, illam solam causam tetigit, secundum quod sunt facta ad vtilitatem hominũ. Vnde dicitur Deuteron. 4. Ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas Solem & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quę creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus. Hoc autem ministerium explicat in principio Genes. per tria. Primò enim prouenit vtilitas hominibus ex luminaribus quantum ad vsum, qui est diretius in operibus, & maximè vtilis ad cognoscendas res. & quantum ad hoc dicit, Vt luceant in firmamento, & illuminent terram. Secundò, quantum ad vicissitudines temporum: quibus & fastidium tollitur, & valetudo conseruatur, & necessaria victui oriuntur, quę non essent, si semper esset aut æstas, aut hyems, & quantum ad hoc dicit, Vt sint in tempora, & dies, & annos. Tertiò, quantũ ad opportunitatem negotiorum & operum: inquantum ex luminaribus cęli accipitur significatio pluuiosi temporis, vel sereni, quę sunt apta diuersis negotijs. Et quãtum ad hoc dicit, Vt sint in signa.

AD primum ergo dicendum, quòd luminaria sunt in signa corporalium transmutationum, non autem eorum quę dependent ex libero arbitrio.

AD secundum dicendum, quòd per causam sensibilem quandoque ducimur in cognitionem effectus occulti, sicut & econuerso. Vnde nihil prohibet, causam sensibilẽ esse signũ. Ideo tamen potius dicit signa, quàm causas, vt occasionem idololatriæ tolleret.

AD tertium dicendum, quòd in prima die facta est communis distinctio temporis per diem & noctem secundum motum diurnum, qui est communis totius cęli: qui potest intelligi incepisse primo die. Sed speciales distinctiones dierum & temporum secundum quod dies est calidior die, & tempus tempore, & annus anno fiunt secundum speciales motus stellarum, qui possunt intelligi quarto die incepisse.

AD quartum dicendum, quòd in illuminatione terræ intelligitur vtilitas hominis, qui secundum animam præfertur corporibus luminarium. Nihil tamen prohibet dici, quòd dignior creatura facta est propter inferiorẽ, non secundum quod in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem vniuersi.

AD quintum dicẽdum, quòd Luna quando est perfecta, oritur vespere & occidit mane. Et sic præest nocti. Et satis probabile est, quod luna fuerit facta plena: sicut & herbæ factæ sunt in sua perfectione facientes semen: & similiter animalia, & homo. Licèt enim naturali processu ab imperfecto ad perfectum deueniatur: simpliciter tamen perfectũ prius est imperfecto. Augustin. tamen hoc non asserit: quia dicit non esse inconueniens q̃ Deus imperfecta fecerit, quę postmodũ ipse perfecit.* Lib. 2. super Genes. c. 15. parum ante med. tom. 3.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio est affirmatiua. Probatur. Nam cum sint facta vel propter proprium actum, vel propter aliam creaturam, vel pp totũ vniuersum, vel propter gloriam Dei, conuenienter Moyses vt rudem populum ab idololatria reuocaret, illam solũ causam tetigit secũdum quam sunt factę propter vtilitatem hominum, vt sic ab eorũ cultu illum auocaret: vt habetur Deut. 4.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa hanc conclusionem. Arguitur primo contra illam ex Rup. Iam Deus per seipsum primo die diuiserat inter diem & noctem, vel saltim p lucem tunc creatam ad hunc effectum nõ oportuit producere luminaria.

¶Secundò. Sol & Luna non tantum illuminant, sed etiam calefaciunt, & mouentur super terram, & gignunt plantas; vnde docet Aristo. qđ in plenilunijs noctes sunt calidiores, & in lib. 2. de Generatione demõstrat quomodo secundum varium motum Solis intereant res vel oriantur; ergo cum hoc maxime addat in vtilitatem hominũ, hoc deberet etiam exprimi. Confirmatur. Quia illud officium: Vt illuminent terram habuit sol primo die, & sequentibus, alias

tertia die maneret terra obscura; ergo incõuenienter hoc munus assignatur ei quarto die. ¶Tertiò. Per hæc luminaria distinguũtur etiam menses maximè apud Hebræos, qui illos computabant secundum cursum Lunæ, male ergo prætermittuntur, cũ dies tempora, & anni ponantur distingui per hæc luminaria.

AD hæc breuiter respondetur: nam conclusio D. Tho. omnino certa est. ¶Ad primum, ergo aliqui putãt solis productionem atque distinctionem inter diem & noctem per recapitulationem hic describi, vt simul ponantur omnia luminaria producta & eorum munia. Nam secundum se dicunt pertinent ad primum diem, nam pertinent ad distinctionem partium vniuersi, & nõ significant aliquam virtutem superadditam. Ita Catherinus & Augusti. Eugu. Alij vt Burgen addit. 1. ad 3. ca. Gen. dicunt, q̃ primo die distinguitur inter noctem & diem, quia per effusionem & contractionẽ lucis facta immediate à Deo fiebat illa distinctio noctis & diei: quarta vero die fit illa distinctio per motum proprium ipsorum luminarium: vnde (inquit) in prima die dicitur. Et diuisit Deus lucẽ à tenebris, &c. hic vero dicitur: Vt diuidant &c. Alij, vt Ambro. libro 4. Examer. & Gloss. ordinaria ibi, Vt lucerent super terram. Et Augus. quæst. 106. ex vtroque testamento mixtim & Chrysosto. docent quòd Sol quarto die orbem illustrauit vberiori lumine quã habuit in primo: putãt enim quòd sicut in aurora lux quidem est, quæ tamen augetur & crescit vsque ad meridianum fulgorem per solis aduentum, quod vĩ significari in illo Psa. 36. Educet sicut lucem iustitiam tuam, & iudicium sicut meridiem, Ita primo die lux quidem erat, sed exigua: per aduẽtum autem solis aucta est. Similiter inquit Chrysost. de Luna, quod nox ante creationem Lunæ solum significabat lucis absentiam, & priuationem. Et sumendo isto modo noctẽ tres noctes præcesserunt formationem Lunæ. At vero nox cum quadam sua claritate qualis modo reperitur (inquit) fit à Luna illuminante noctem & præsidente illi. Cui consentire etiam videtur Basilius & Iunilius Ambro. verò rursus alio modo procedit, quòd scilicet Deus duo voluit ponere indicia distinctionis diei & noctis: nã lux constituit diem, & similiter sol, & similiter lucis defectus & stellarum exortus noctẽ designant. Augustinus verò docet, qđ primus dies & prima nox significãt eã speciẽ quam Deus imprimebat informitati materiæ, & ipsam informitatem: at verò dies, & nox qui quarto die à Sole diuiditur, significat illam lucis vicissitudinem, quæ cõtingit ex cælorum reuolutione. Rupertus verò primam distinctionem lucis & tenebrarum, diei & noctis ad spirituales tenebras & lucem refert, scilicet, Angelos & demones: istam verò quæ fit quarto die ad distinctionem lucis, diei & noctis, quæ sensu percipiuntur.

SEd his omnibus & aliis explicationibus omissis, cum ad opus ornatus pertineat producere determinatas virtutes, & peculiares: ad opus verò distinctionis virtutes in communi, & generales: ideo dicendum est, quòd licet primo die facta sit distinctio inter diem & noctem secundum quandam communem rationẽ lucis, & tenebrarum, quarto tamen die facta est distinctio ecundum quod dies est calidior nocte &c. vt habet D. Tho. hic ad quartum, vnde Iunilius, Beda, & glossa hic ait, quod primis tribus diebus nihil caloris habuit sol: vel dicẽdũ, q̃ nox & dies habent suas influentias peculiares, quatenus & nox somnos suadet, dies verò ad laborem excitat homines. Econtra verò in bruris iuxta illud Psal. 103. Sol cognouit occasum suum: posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa transibunt oẽs bestiæ siluæ: Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi: Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilib. suis collocabuntur: exibit homo ad opus suũ, & ad operationem suam vsque ad vesperã. Quibus verbis significantur, & noctis & diei vtilitates in ordine ad opus, & quietẽ animalium. Hæc explicatio videtur Chrysostomi. Illud autem quod subditur in argumento, quòd Deus ipse prima die diuisit inter lucem, & tenebras negandum est, nõ. n. Deus nisi media luce diuisit. In prima autem die tribuitur Deo; in quarta autem ipsis luminaribus, quia docet Philosophia, quod opera alicuius corporis genit antequam ipsum perueniat ad suam perfectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem debent tribui autori naturæ opera verò eius iam perfecti sibi debent tribui. Et quia sol primo die nondum erat perfectus sed informis eius operatio Deo tribuitur: in quarta verò die iam erat perfectus, & ideo talis diuisio tribuitur ei. ¶Ad secundũ respondetur, quòd consuetudo Scripturæ est non omnia, sed principaliora referre, vt diximus supra de plantis, & inter illa lux est principalior, imo causa cæterorum, motus verò solum est conditio per quam applicatur illi virtus Angeli mouentis. Ideo tantum ponitur illuminatio tanquã præstãtior perfectio. Vnde Homer. de sole sic ait.

Formosi affulgent capti radij ora genasq;
Insignit nitor, & facies cum vertice crines
Eluent splendorq; & gratia corpore toto est.

Vbi solius lucis & claritatis tanquam nobilissimæ conditionis meminit, de Luna vero eadem subdit: ait enim.

Aqua telluri nitor emicat actus abaxe,
Vertice ab æterno totus citatur & orbis
Lumine fulgenti, atque aer clarescit opacus.

¶Quibus in locis nec motum nec calorẽ agnoscit Homerus solius lucis memor, quòd hæc sit causa caloris, & cæterarũ virtutum: motus verò datus sit pp deferendã lucem. Ad confirmationem Caietanus Genes. 1. docet, quòd lux primo die condita non illuminabat terram, sed tantum aquas. Tantùm enim expulit tenebras è loco, vbi erant super faciem Abyssi, ergo. Item nam tunc terra erat aquis cooperta: ergo nõ potuit illuminari à sole, hic autem (ait) datur virtus illuminandi ipsam terram. Cæterùm hæc sententia non potest probari; Alias tertia dies quando terra est discooperta, & repleta plantis non esset illuminata, & sic illa dies non esset vniuocè dies cum cæteris. Secundò. Lux primæ diei non est aucta in quarta die ratione lucis, vt ipsemet concedit: ergo si quarta die potest illuminare terram, id etiam poterat prima die. Tertiò. Qũ quarto die dicuntur fieri luminaria, vt luceant in Firmamento cæli, & tamen primo die etiam lucebant in firmamento: ergo sicut, hoc non obstante quarto die dicuntur fieri, vt luceant in firmamento, ita potuerunt dici tunc fieri, vt illuminent terram, licet antea illuminauerint.

¶Dicendum ergo quòd ista illuminatio non intelligitur solùm quo ad communem rationem lucis, sed etiam quo ad alios peculiares, & determinatos effectus, quatenus radius solis aliam virtutem habet, aliã radius lunæ, & sic de cæteris.

¶Ad tertium sortè. In hoc quod dicitur. Sint in signa, menses designantur. Nã Græcis ac Latinis signa dicuntur ea sydera, quibus menses, solisque efficiens diuersa tempora conuersio designatur, & significeris circuitus quem sol annuis reuolutionibus totum peragrat, signaque ea astra sub quibus incedens sol menses distinguit, & cum Ecclesiastici 43. dicatur, A luna signum diei festi, & dies festi per menses diuidantur, vt suprà diximus, quãdo dicitur, sint in signa, admittunt aliqui inter alias expositiones, i. in menses. Quidam aiunt, quòd non oportet omnes partes temporis designare, satis est aliquot annotare. Neque enim horæ describuntur: nihil ergo mirum quòd menses etiam prætermittantur. Potest dici tertiò quòd hic recẽsentur officia communia omnibus luminaribus cæli maioribus & minoribus: Omnibus.n. planeta & stella habet suum proprium diem, scilicet, cum ipsa super terram fertur, & noctem è conuerso. Similiter suum habet annum, scilicet, totum illud tempus quod in cursu suo consumit. Vnde alij vocantur anni solares, alij lunares, alij saturnini, martiales. Et ideo non dicitur de sole specialiter, vt diuidat, &c. Sed de omnibus luminaribus, vt diuidant, &c. Quia verò non omnium est secundum nostram cognitionem diuidere menses aut horas; ideo hæc prætermittuntur.

DVbitatur secundò. Vtrum luminaria cæli ita facta sint in signa, vt indicent futuros actus liberos hominum. Arguitur primo pro parte affirmatiua. Nam ita tenet Orige. in tomis super Genes. qui, vt refert Euseb. lib. 6. de preparatione Euangelica c. 9. & Procopius Gazeus cap. 1. Genes. putauit in stellis descripta esse omnia futura ẽt actus humanos, sine coactione tamen, vt ibi possint cognosci. Et hoc probat ex isto loco Genes. Sint in signa, & ex libro qui dicitur, narratio Ioseph, siue oratio vel sermo vel disputatio Ioseph. Vbi inducit Ioseph dicens

dicens ad filios suos, Legi in tabulis cœli, quæcumque contingent vobis & filijs vestris. Et ex illo quod habetur Apoc. 6. Cœlũ recessit sicut liber involutus. Isai. 34. Complicabuntur sicut liber cœli. quo significatur, quòd in fine mundi quando euenerint omnia, quæ stellæ humano generi diuinitus ordinata denunciant, tunc cœli cessabunt à significatione futurorum euentuũ, nec vltra illos iodicabunt. Cui expositioni consonat Hieronym. qui ait: Cœlos in die iudicij complicandos, quia post illum diem non vltram eis scribentur peccata hominum. Et D. Thom. qui docet ideo complicandos, quia sicut in libro complicato nihil potest legi, ita in cœlo non poterunt videri calamitates superuenturæ ex bellis &c. Sed peccata hominum & ista bella sunt actus liberi, ergo si modo scribuntur in cœlo, & postea non, signum est quòd cessũ eos significabat: non enim aliter scribuntur. Quinimo gloss. ordina. per libros istos complicandos intelligit libros illos, de quibus Dan. 7. Iudicium sedit, & aperti sunt libri &c. Sed in istis libris omnia peccata hominum & actus meritorij describuntur: ergo &c. ¶ Secundò arguitur. Corpora cœli sunt signa indicantia id quod ex sola voluntate diuina dependet, ergo poterit etiam indicare illud quod dependet ex sola humana voluntate. Antecedens (vt prætermittamus signa, quæ miraculosè Deus in corporibus cœlestibus operatus est ad aliquid significandum, vt retrocessio solis tempore Iosue &c.) patet in Iride & arcu cœlesti, qui est signum, quòd nunquam perdet Deus terram per diluuium, vt patet Genes. 9. Hoc autem est quoddam futurum dependens à sola voluntate diuina. Item ipsummet diluuium dependebat ex sola voluntate diuina & peccatis hominum tanquam causa illius. Et tamen illud designarunt corpora cœlestia, & per illa potuit cognosci. Vnde Petrus Aliacus presbyter Cardinalis in quæstionibus in Genes. super illud Genes. 7. Cataractæ cœli apertæ sunt, asserit quòd illud potuit præuideri ex regulis astronomicis, & cognitione constellationum, quæ vniuersalem illum cataclismum præsignarunt. Idem docet in volumine de sectis & legibus & in libro de astronomiæ & Theologiæ concordia. Idem docuerat antea Guillermus Parisien. in prima parte operis sui de vniuerso explicans eundem locum Genesi. & Henricus Melcinius discipulus Alberti Magni in commentarijs in magnas Albumasaris coniunctiones, aiẽ, quòd illud significauit quædam coniunctio astrorum vel Iouis & Saturni in fine cancri è regione Argolicæ nauis, per quam arca Noe significatur. Item incarnatio Christi & eius natiuitas opus fuit maximè pendens ex eius libera voluntate, & tamen ex syderibus potuit conijci, vt docet idem Petrus de Aliaco quæstio. 30. in Genes. & in lib. de legibus & sectis super stella Magorum. Et Albertus Magnus in libro, cuius titulus est, Speculum, & Calcidius Platonicus in Commentarijs in Timæum Platonis. Imo Hiero. Isai. 47. ibi: Sta cum incantatoribus, insinuat quosdam ex Astrologiæ peritia cognouisse Domini natiuitatem.

¶Tertiò arguitur, motus cœli, & corporum superiorum influentiæ causant multa futura contingentia omnino casualia, & multa dependentia ex libero arbitrio hominũ: ergo per cognitionem illorum poterunt hæc cognosci, Antecedens patet. Nam anima morti propinqua cognoscit futura contingentia libera, vt docet Gregor. 4. dialog. cap. 26. de illo qui præcidit se fore sepeliendum in San. Sixto. Hoc autem, vt docent D. Thom. & Caietan. 2. 2. quæstio. 172. articul. 1. ad primum prouenit ex hoc quòd corpora cœlestia impresserunt quosdam motus in imaginatiua, quos subtilitate suę naturę potuit percipere anima morti propinqua, ergo. Confirmatur. Nam ex influentia cœlesti proueniunt sæpe somnia indicantia futurum contingens per modũ cuiusdam proportionis, vt patet in somnijs pincernæ & pistoris, quę reuelauit Ioseph, hæc enim prouenisse ex cœlesti influentia & naturali causa asserit Caietan. 2. 2. quæstio. 95. articul. 6. ergo cum corpora cœlestia significent id quod efficiunt, sequitur quòd significent hæc. Alia plura quę huc poterant adduci afferemus infrà quæstio. 115. articu. 4. & solent disputari. 2. 2. quæst. 95. ar. 5. Se contra est. Quòd luminaria cœli non sunt causa humanorum actuum vt docet Damasc. lib. 2. fid. orthod. c. 7. ergo non significant

Universidad de Deusto
Biblioteca

significant illos, quia non significant nisi quæ causant.

IN hoc dubio multa possent afferri, disputabuntur tamen infrà quæst. 115. modo enim solùm mouetur hæc quæstio vt explicemus locum illum Scripturæ, Vt sint in signa. Pro cuius explicatione sit conclusio, Sydera non sunt signa certò indicantia euentus futuros, & contingentes qui dependent ex libera hominum voluntate. Ista conclusio est de fide, vt locis citatis amplius explicabitur docentque eam passim Sancti doctores D. August. 2. de Genes. ad literam ca. 17. & 5. de ciuit. capite. 1. Chrysost. Basi. Ambro. Hugo de sancto Victore in annotationibus in Genes. cap. 7. Theodoretus, Apollinarius & alij huiusmodi super illum locum Genes. Et probant ex illo Hieremiæ. 10. A signis cœli quæ gentes timent, nolite metuere. Et ex illo Isaiæ. 47. vbi prædicitur Babylonis euersio, propterea quod huiusmodi signa considerabantur, dicitur. Venient tibi duo hæc subito, viduitas & sterilitas vniuersa &c. Et iterum: Stent & saluent te augures cœli qui contemplantur sydera & supputabant menses vt ex eis annunciarent ventura tibi. Secundò probatur rationibus sanctorum Patrum, In primis Ambrosius sic arguit. Nam videmus multos à peccatis ad gratiam conuersos, vt Apostolos & latronē, quos non natalis syderis influentia, sed Christi clementia ad meliora reduxit: nam effectum supernaturalem causare non potest virtus naturalis. Itē nā aliàs stellæ prænunciarent Ionam submergendum, & deuorādum & euomendum à cete, quod non stella, sed præuaricatio, gratia, & mysteriū causauere. Item, quia resurrectio mortuorum quos Apostoli suscitarunt, liberatio Petri de carcere, Pauli à vipera & naufragio, non remedijs natiuitatis, sed deuotionis meritis prouenerunt. Arguit præterea Basilius, quoniam si aliqua cœli virtus causat. v.g. quod iste sit Rex, cui non omnes eodem tempore nati, & concepti eundem exitum habēt? Et hoc est argumentum Augustini, quo triūphat aduersus mathematicos istos, nam gemini vt Iacob & Esau eodem tempore nati & concepti eisdem gaudentes cœlorum influentijs diuersissima studia sunt secuti. Tertiò arguit idem Basilius. Quia aliàs, si certò & infallibiliter stellæ necessitarent ad actus humanos, ergo vacant leges, decreta, consilia, & alia huiusmodi quibus homines à prauis studijs auertuntur. Non enim libere sed stellarum necessitate impellente ad hæc ducerentur. Ex his sic arguitur, stellæ indicant sua signata causando illa; sed nō causant actus humanos vt probatum est, ergo non indicant illos. Maiorem demonstrat D. Thom. quia signum naturale instrumentale, vel est causa vel effectus sui signati; corpora autem cœlestia non sunt effectus sublunarium rerum, ergo sunt causæ.

¶ Secunda conclusio. Sydera & corpora cœlestia aliquando indicant aliquam inclinationem bonam vel malam hominis, vel illum esse fortunatum vel infortunatum. Hanc conclusionem docet latè Caietanus. 2.2. quæst. 95. art. 5. & primam partem habet D. Thom. 2.2. vbi supra. Hugo etiam de sancto Victore vbi supra. Nam stellæ possunt immutare corpora nostra & habere effectum in illa; sed permutato corpore, anima propter affinitatem quam habet cum eo, mutatur etiam in gaudium tristitiā, &c. ergo. Secundam etiam partem videtur docere D. Thom. 3. contra gen. cap. 92. & hoc est quod Astrologi possunt conijcere in natalibus aliquorum, quas, scilicet, dispositiones vel inclinationes habeant secundū corporis complexionem & stellam dominantem, non tamen certò quę studia debeat in fallibiliter sequi: nam vir sapiens & studiosus dominabitur astris, & inclinationibus ex illis prouenientibus.

¶ Tertia conclusio. Vatiè verificari pōt, quòd corpora cœlestia facta sunt in signa. Nam vel intelligitur, quòd facta sunt in signa permutationum naturalium, imbriū, siccitatum, ventorum, tempestatum, &c. Ita exponunt August. 2. de Gen. ad literā, Chrysosto. Apollinarius, Theodoretus, Hugo de sancto Victore vbi suprà. Glo. interl. & alij. Et potest hoc probari ex illo, Hodie tempestas erit, rutilat enim triste cœlum', & ex eo quod iris ponitur à Deo Genes. 9. in signum serenitatis Basilius etiam demonstrat ex dispositionibus, lunæ, & stellarum varias temporum qualitates. Secundò potest intelligi, quòd sint insigna horarum, nam antea non erat quibus indicijs horæ temporum meridiana,

diana, matutina, vespertina, & aliæ huiusmodi notarentur. Ita explicant Iunilius, Beda, Eucherius, & glo. ordin. Tertia explicatio est Ambrosij, Diodori, & aliorum, quòd non solùm sunt naturalia signa euentuum naturalium, sed etiam sunt signa aliquarū rerum & euentuum, qui supernaturaliter & miraculosè contingunt, vt in passione Christi, & tempore Iosue, & Ezechiæ, in die iudicij &c. Sed hæc explicatio non vsquequaque placet. Etenim in primis diebus condebat Deus res secundum suas naturas & naturales perfectiones: significare autem hos supernaturales & miraculosos euentus non pertinet ad virtutem naturalem syderū sed ad potentiam obedientialem, qua subsunt voluntati diuinæ, & ideo non debuit hoc munus recenseri inter officia naturalia stellarum: maximè cùm istam potentiam obedientialem habeant etiam elementa, & in eis ostenderit Deus aliquando similia signa vt in aqua, lapidibus, terra, &c. & tamen huiusmodi conditionis rerum nulla ratio haberetur in prima creatione vniuersi. Alij vt Caietanus, & Eugubinus exponunt. Sint in signa Zodiaci. Alij quòd dicuntur esse in signa festorum & solemnitatum Iudæorum, quod maxime conuenit lunæ, secundùm quam vt habetur in Exodo sumitur ratio solemnitatis paschalis & aliarum. Vnde Homerus in hymno in lunam sic ait, Iudicium fuit, & signum mortalibus ipsa, vnde Ecclesiastici 43. A luna signum diei festi. Mihi sanè videtur, quòd vna generalis intelligentia complectatur omnes prædictas. Sit ergo sensus: Sint in signa, videlicet ad omnē vtilitatem conuenientem hominum gubernationi. Idque in sequentibus explicatur, dum ait, Et tempora & dies & annos, vbi p tempora festiuitates quibus Deus colēdus erat, possunt intelligi ex voce Hebræa Moadim, quę propriè nō tempora naturalia vel mathematica sed ab hominibus statuta vel à Deo ad cultum religiosum. Hoc manifestum est ex Hebraicę linguæ peritis ex significatione verbi, Iaad, & quia vbi Scriptura mentionem facit festiuitatum, vtitur eadem voce.

AD argumenta proposita respondetur. Ad Origenem dicitur, quod eius sententia non admittitur, est enim contraria sanctis Patribus; illa verò narratio Iosephi inter Apocrypha computatur ab Athanasio in sua synopsi. Alia verò loca allata ex Isaia & Apocaly. variè explicat ex sanctis Patribus Sixtus Senen. lib. 2. suæ Bibliothecæ titulo, Inuolutus liber. Modò breuiter respondetur, quòd duplici ratione dicuntur cœli inuolui sicut liber. Primò, vt significēt summam tristitiam & calamitatem superuentu ram, nam hæc designatur in Scriptura per obscurationem solis & lunæ & stellarum, vt patet Ezech. 32. Ioel. 2. & 3. Lucę. 21. & alibi sępe. Significatur autem hæc obscuratio per reuolutionem cęli, sicut voluitur liber. Quia sicut si librum voluas literæ non apparent, ita cum luminosa corpora sint in cęlo sicut literæ, (sunt. n. in signa tēporis &c.) si cœlum voluas lux earum non apparebit. Vbi etiam potentiam Dei indicare voluit, quia non maiori negotio cęlos (si libeat) cōplicet & volnat quam liber possit complicari. Secundò dicuntur cęli volui sicut liber, non secundùm rei veritatem sed secundùm opinionem hominum deceptorū. Pro quo nota, ex Hierony. Hierem. 28. & Oseæ. 5. & Matth. 14. & Galat. 5. in illud; Quòd si spiritu, & capite. 6. ibi cōmunicet, Theoph. Ioā. 14. Basil. Psalm. 48. ibi. Non videbit interitum, Et ex alijs Sanctis sępenumero, quod Scriptura frequenter loquitur de aliqua re secundum opinionem eorum hominum ad quos loquitur, & licet sint huius rei innumera exempla, sufficiant tamen ista Ioan. 11. dicitur. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in regno cœlorum, idest, Christus, maior est illo. Christus secundùm veritatem non erat minor Ioanne, sed secundùm Iudæorū opinionem minor erat illo: & ideo appellat se absolutè minorem. Ita explicat Chrysost. homil. 37. in Matth. Similiter Ioan. 5. inquit Christus: Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est verū: hoc non intelligitur secundùm rei veritatē, nam sic dicitur: Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meū verum est, sed intelligitur non esse verum secundum opinionem hominum. Ita exponunt Theophilactus, & Euthi. Ita etiam exponitur illud; Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, idest, qui reputabantur sapientes.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Angeli venientes ad Abraham & Loth, vocantur viri, quia tales reputabantur. Ad propositum ergo apud Ethnicos & Magos putabantur omnia futura in cælis describi, & ex superioribus corporibus omnia certò volebant prædici. Ait ergo, quòd tunc quando superuenerit omnis calamitas, cæli complicabuntur sicut liber, idest, cæli, qui apud eos habebantur vt libri indicantes futura, complicabuntur, vt nihil possint prædicere. Et ita exponenda sunt cætera huiusmodi testimonia. ¶ Ad secundum negatur antecedens. Ad primam probationem de Iride facilis esset solutio, si teneremus cũ Ambrosi. libro de Noe capite. 27. & cum Philone Episcopo autore Græco, arcum illum symbolicè dici & significare inuisibilẽ Dei potentiam & prouidentiam qua moderatur cuncta & disponit pluuias in tanta quãtitate, vt vltra non possint disperdere terra. Sed quia opposita sententia est communis omnibus Sanctis, quòd loquitur de arcu illo cælesti, vt docet Hierony. Ezech. 1. & Augustin. & Chrysosto. & alij passim, sensibile enim signum debuit dari hominibus, qui ex sensibilibus accipiunt cognitionem. Proterea, & vt Scripturæ contextum literalẽ saluemus, aliter respondendum est. Dicendum est enim cum Abulen. quòd Iris significat diluuium nunquam futurum, hoc autem non significat ex natura sua, sed ad placitum ex diuina institutione & pacto & explicatione ipsius Dei. Vnde licèt ante diluuium apparuerit arcus, hoc tamen tunc nõ significabat, quia non erat assumptus ad id significandum, modò verò nullum est inconueniens, vt id significet: quia hoc non habet ex natura sua sed ex beneplacito Dei volentis per illud signum suam occultam voluntatem significare. Nos autem id tantum negamus, quòd corpora cęlestia secundum suas naturales virtutes & proprietates habeant hæc occulta significare. Potest dici tertiò cum D. Tho. quodlib. 3. art. 3. & cum Caiet. hic & alijs, quòd Iris siue arcus, quando semel apparet solùm significat, q̃ tunc non peribit terra per diluuium. Pro quo nota, quòd arcus causatur ex victoria solis super dispositionem nubium ad pluuiam; diluuium autem non causatur nisi concurrente dispositione ad immensas pluuias, quò fit vt si arcus appareat per vniuersas generationes; habeatur signum naturale aeris non dispositi ad diluuium. Et propterea dando Deus arcum in nubibus in generationes sempiternas, dat signum non futuri diluuij vnquam secundum dispositionem aeris, & illo vtitur Deus ad significandum quòd nunquam vtetur sua absoluta & supernaturali omnipotẽtia ad causandum diluuium. Hoc verò non poterat naturaliter cognosci ex ipsa arcus cognitione. Ad secundam probationem negatur, q̃ hoc possit naturaliter cognosci, licèt nunc aliquæ causæ naturales immensarum pluuiarum potuissent concurrere; & licèt causæ naturales potuerint mihi dicere aliquod particulare diluuium & inũdationẽ, qualis fuit facta tempore Ogigi Regis in Græcia, & diluuium Deucalionis factum sub rege Deucalione in Thessalia, quia Planetæ illis terris dominantes hoc potuerunt efficere: tamen vniuersale diluuium & cathaclismum naturaliter fieri non potest. Docet enim Aristo. esse impossibile per naturam tot exhalationes resolui, quot sufficiãt ad uniuersale diluuiũ, eo q̃ altra q̃ has causant, efficiunt illas in illa parte mundi quam respiciunt, & nõ in alia parte quã nõ respiciunt sed planetæ quæ sunt & influũt aliquid in nostrum hemisphærium, non respiciunt aliud hemisphærium: ergo ibi nihil possunt causare. Secundò. Quia cùm vniuersum sit ordinatissimũ, nõ debet eẽ in eo potentia ad destruendum totaliter terram, sine qua ipsum vniuersum maneret imperfectum, & non ita ordinatũ. Tertiò. Quia agentia naturalia non potuerunt tã excessiuè educere aquam extra suum locum naturalem; aquæ autem in diluuio excesserũt locum suæ sphæræ quindecim cubitis. Item nec potuerunt tantum aetis conuertere in aquam, aliàs maneret aer multo rarior, quàm sua natura poscat, nam oportuit maximam eius partem condensari, vt ex illo fieret aqua. Per naturam autem non potest fieri, vt aliquod elementũ perdat suam naturalem proprietatem. Cõfirmatur hoc. Nam eadem ratione posset dici ignem præcedentem diem iudicij posse causari ex influxu siccatum planetarum, quod aliqui etiam insanientes dixerunt, asserentes tantam tunc futuram siccitatẽ, quòd per quadraginta annos antea non apparebit arcus cælestis. Sed hoc est erroneum, nam secundum sciennas naturales nescitur finis mundi. Item secundum fidem nemo potest scire diem iudicij. Item nam tempore iudicij erunt homines edentes, & bibentes, & nuptui tradẽtes & in maximis voluptatibus, sicut in diebus Noe, vt dicitur Lucæ 17. tempore autem tantæ siccitatis non possunt tantum indulgere voluptatibus, & comessationibus. Tandem probatur hoc. Nam Scriptura dicit Genes. 7. Ecce ego pluam &c. quo significat Deus, quòd licèt pluuia naturaliter fiat ex causa naturali, tamen tunc ex sola eius omnipotentia facta est. Item illud, Rupti sunt fontes abyssi, hoc videtur indicare. Nam ruptio alicuius rei non fit secundùm naturam suam, quæ secundùm se resistit corrumpenti, & curat conseruare vnitatem. Et ideo vt significaretur, q̃ cùm ad diluuium concurrerint etiam aquę abyssi, & hoc non secundùm suam naturam sed per imperium diuinum; ideo dicitur, Rupti sunt &cę. Ad tertiam probationem negatur etiam minor. Incarnatio enim Christi fuit Sacramentum absconditum à seculis in Deo; & ideo si per stellas potuisset cognosci, Angeli illud intellexissent absque diuina reuelatione, nouerunt enim omnem naturalem cælorum dispositionem. Ad Hierony. respondetur. Quòd Magi cognouerunt illa ex peculiari reuelatione Dei facta in stellis, non ex naturali virtute earum. ¶ Ad tertium argumentum negatur antecedens, Ad probationem dicitur, quòd anima etiam morti propinqua non cognoscit certò futura, vt ait Augustinus 12. de Genesi ad literam capit. 13. quòd si ex motibus cælestibus aliquando illa præsentit, idest, per coniecturam. Nam verbi gratia, ille qui præuidit se sepeliendum fore in S. Sixto ex influxu cęlesti præsentit tempore funeris impedimentum imbrium ne cadauer asportaretur vltra S. Sixtum. Et ideo id prædixit, non quòd id certo sciret sed per coniecturam. Ad confirmationem respondetur, quòd si illa somnia non erant à Deo non indicabant certò futurum euentum, sed solùm per coniectu

elinantis Pharaonem in odium pistoris & amorem pincernæ: licèt Ioseph sciens ex diuina reuelatione futurum euẽtum illum certò prædixerit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm luminaria cæli sint animata.

ADTERTIVM sic procedi- 353
tur. Videtur, q̃ luminaria cæli 1. co. c.
sunt animata. Superius enim 69. Et
corpus nobilioribus ornamentis po. q. 6.
ornari debet. Sed ea quę pertinent ad orna- art. 6. Et
tum inferiorum corporum, sunt animata, quo. 12.
scilicet pisces, aues, & terrestria animalia. art. 5. &
Ergo & luminaria quę pertinent ad orna- spiritu
tum cæli. art. 6. &

¶ 2 Preterea, Nobilioris corporis nobi- 2. cęl. 3.
lior est forma. Sed sol & luna, & alia lumina col. 1. &
ria sunt nobiliora quàm corpora plantarum 2. & lec.
& animalium. Ergo habent nobiliorem for- 13. co. 2.
mam. Nobilissima autem forma est anima, & 3. &
quæ est principium vitæ. Quia vt Augustin. lect. 18.
dicit in lib. de vera religio. qualibet substan- & 19.
tia viuens natura ordine præfertur substan- princip.
tiæ non viuenti. Ergo luminaria cæli sunt ani- li. de ve
mata. ra relig.

¶ 3 Preterea. Causa nobilior est effectu. c. 29. cir
Sed sol & luna & alia luminaria sunt causa ca med.
vitæ vt patet maximè in animalibus ex putre to. 1.
factione generatis, quæ virtute solis & stella-
rum vitam consequuntur. Ergo multo magis
corpora cælestia viuunt & sunt animata.

¶ 4 Preterea, Motus cæli & cęlestium Li. 2. de
corporum sunt naturales, vt patet in * 1. de cæl. tex.
cælo. Motus autẽ naturalis est à principio in- 7. & 8.
trinseco. Cùm igitur principium motus cæle- & sequ.
stium corporum sit aliqua substantia appre- to. 2.
hensiua, qua mouetur sicut desiderans à des- * Li. 11.
derato, vt dicitur in 11.* Metaphys. videtur met. tex
quòd principium apprehendens sit principiũ tus 53.
intrinsecum corporibus cælestibus. Ergo sunt com. 3.
animata.

¶ 5 Preterea, Primum mobile est cãũ. Lib. 8.
In genere autem mobilium primum est mo- Physic.
uens seipsum: vt probatur in * 8. Physico. text. 14.
Quia quod est per se, prius est eo quod est per & sequ.
aliud. Sola autem animata mouent seipsa, to. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Lib. 8. Phy. to. 2. vt in eodem ostenditur †. Ergo corpora cælestia sunt animata.

* Dam. lib. 2. orth. fidei c. 6. circa fi.

SED contra est, q̃ Damascenus* dicit in lib. 2. Nullus animatos cælos, vel luminaria æstimet, inanimati enim sunt & insensibiles.

RESPONDEO dicendum, q̃ circa istam quæstionem apud Philosophos fuit diuersa opinio. Anaxagoras enim, vt Augu. refert libr. 18. de ciuitate Dei, factus est reus apud Athenienses: quia dixit solem esse lapidem ardentem, negans vtiq; ipsum esse Deũ, vel aliquid animatum. Similiter etiam apud Doctores fidei fuit circa hoc diuersa opinio.

Lib. 18. de ciuit. Dei. ca. 41. ante mediũ. tom. 5.

Origenes* enim posuit corpora cælestia animata. Hieronymus etiam idem sentire videtur, exponens illud Ecclesiastes 1. Lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus. Basil. verò † & Damascenus asserunt corpora cælestia non esse animata. Augus. verò sub dubio dereliquit, in neutram partem declinans, vt patet in* 2. super Genesim ad literam, & in Li. 1. pe tiar. 1. 7. Enchiridio. Vbi etiam dicit, q̃ si sunt animata cælestia corpora, pertinent ad societatem tom. 4. Angelorum eorum anima. In hac autem opinionum diuersitate, vt veritas aliquatenus innotesceat, considerandum est, q̃ vnde anima Dam. li. 2. c. 6. & corporis non est propter corpus, sed propter ad fine. animam. Non enim forma est propter materiam, sed econuerso. Natura autem & virtus Basilio. 3. i Exa. anima deprehenditur ex eius operatione, qua a med. etiam quodammodo est finis eius. Inuenitur *Au. li. autẽ corpus nostrum necessarium ad aliquã 2. super operationem animę, quæ mediante corpore Gen. ca. exercetur: sicut patet in operibus animæ sensi 15. & En tiuæ & nutritiuæ. Vnde necesse est tales aichi. ca. mas vnitas esse corporibus propter suas ope- 58. ad fi rationes. Est autem aliqua operatio animę, nem. to. quæ non exercetur corpore mediante, sed tamen ex corpore aliquod adminiculũ tali operationi exhibetur, sicut per corpus exhibentur animę humanæ phantasmata, quibus indiget ad intelligendum. Vnde etiam talis animã necesse est corpori vniri propter suã operationem licèt contingat ipsam separari. Manifestum est autem, q̃ anima cælestis corporis non potest habere operationes nutritiuæ animę, quæ sunt nutrire, augere & generare: huiusmodi n. operationes non competunt corpori incorruptibili per naturam. Similiter et nec operationes animæ sensitiuæ corpori cælesti cõueniunt, quia omnes sensus fundantur supra tactum, qui est apprehensiuus qualitatum elementorum. Omnia etiam organa potentiarum sensitiuarum requirunt determinatam proportionem secundum cõmistionem aliquã elementorum, à quorum natura corpora cælestia ponuntur remota. Relinquitur ergo, q̃ de operationibus animę nulla potest competere animę cælesti, nisi duę, intelligere & mouere. Nam appetere consequitur sensum & intellectum, & cum vtroque ordinatur. Intellectus autem operatio, cùm non exerceatur per corpus, non indiget corpore nisi inquantum ei per sensus ministrantur phantasmata. Operationes autem sensitiuæ animę, corporibus cælestibus non conuenunt, vt dictum* est. Sic igitur propter operationem intellectualem anima cælesti corpori non vniretur. Relinquitur ergo, q̃ propter solam motionem. Ad hoc autem quòd moueat, non oportet quòd vniatur ei vt forma, sed per contactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Vnde Aristoteles lib.* 8. Physicorum postquam ostendit, quòd primum mouens seipsum componitur ex duabus partibus: quarum vna est mouẽs, & alia mota, assignans quomodo hæ duę partes vniantur: dicit, * quòd per contactum vel duorum adinuicem, si vtrunque sit corpus: vel vnius ad alterum, & non econuerso si vnum sit corpus, & aliud non corpus. Platonici ẽt animas corporibus vniri non ponebant, nisi per cõtactum virtutis, sicut motor mobili. Et sic per hoc, q̃ Plato ponit corpora cælestia animata, nihil aliud datur intelligi, quàm quòd substantiæ spirituales vniuntur corporibus cælestibus, vt motores mobilibus. Quòd autẽ corpora cælestia mouentur ab aliqua substantia apprehendente, & non solum à natura sicut grauia & leuia: patet ex hoc quod natura non mouet, nisi ad vnum, quo habito quiescit. Quod in motu corporum cælestium non apparet. Vnde relinquitur, q̃ mouentur ab aliqua substantia apprehendente. Augusẽt dicit* 3. de Trinitate, Corpora omnia administrari à Deo per spiritum vitæ. Sic igitur patet, q̃ corpora cælestia non sunt animata eo modo, quo plantæ & animalia, sed aqui à principio. Vnde inter ponentes ea esse animata, & ponentes ea inanimata, parua vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantũ.

In isto artic.

Lib. 8. tex. 40. & 41. to mo 2.

Lib. 8. Physic. text. 42. & 43. to mo 2.

Li. 3. de trini. ca. 4. paulo à princ. tom. 3.

AD Primũ ergo dicendũ, q̃ quæ ad ornatum pertinent aliqua secundum proprium

veniunt cum aliis quæ ad ornatum pertinẽt: quia mouentur à substantia viuente.

AD secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid eẽ nobilius simpliciter: quod tamen non est nobilius quàtum ad aliquid. Forma ergo cælestis corporis etsi non sit simpliciter nobilior anima rationali, est tamen nobilior quantum ad rationem formæ, perficit. n. totaliter suam materiam, vt non sit in potentia ad aliam formam, quod anima non facit. Quantum etiam ad motum mouẽtur corpora cælestia à nobilioribus motoribus.

AD tertium dicendum, quòd corpus cæleste, cùm sit mouens motum, habet rationem instrumenti, quod agit in virtute principalis agentis. Et ideo ex virtute sui motoris, qui est substantia viuens, potest causare vitam.

AD quartum dicendum, quòd motus corporis cælestis est naturalis, non propter principium actiuum, sed propter principium passiuum: quia scilicet habet in sua natura aptitudinẽ, vt tali motu ab intellectu moueatur.

AD quintum dicendum, quòd cælum dicitur mouere seipsum, inquantum componetur ex motore & mobili, non sicut ex forma, & materia, secundum contactum virtutis, vt dictum est.* Et hoc etiam modo potest dici, q̃ eius motor est principium intrinsecum: vt sic etiam motus cæli possit dici naturalis ex parte principij actiui, sicut motus voluntarius dicitur esse naturalis animali inquantum est animal. vt dicitur in 8. Physic.

In corp. artic.

Lib. 8. text. 27. to. 1.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio, Cælis non vnitur anima vt forma. Probatur. Omnis anima vnitur materiæ propter suas operationes; sed anima cæli non potest ei vniri propter operationes vegetatiuas, aut sensitiuas, aut intellectiuas, aut propter motum secundum locum, ergo nullo modo. Maior patet, nam forma cum sit nobilior, quàm materia, non vnitur ei propter operationes materię, ergo propter suas. Minor verò quoad primam partem probatur, quia cælum est incorruptibile. Quo ad secundã; quia omnes sensus fundantur in tactu, quo carent cæli, quia carent primis qualitatibus. Quo ad tertiam verò, quia cum intellectio fiat sine corpore, non indiget illo, nisi vt ministrentur ei phantasmata: sed cælum non habet sensus, per quos accipiat phantasmata, ergo. Quo ad quartam verò partem probatur, quia ad motionem sufficit, vt illi vniatur per cõtactũ, vt habet Arist. 8. Physi. tex. 42. 43. ¶ Secunda conclusio. Corpora cælestia mouentur ab aliqua substantia apprehendente & non à natura. Probatur, quia natura mouetur ad vnum, quo habito quiescit: hoc autẽ non competit cælo, ergo &c. ¶ Tertia conclusio. Cæli sunt animati çqui uocè cum viuentibus. Probatur, nã habent animam essistentem & mouentem, licèt non vnitam vt formam actuantem.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primam cõclusionem. Arguitur primo contra illam. Nam Orig. 2. Periarch. c. 7. & in Ezech. homil. 4. & in 1. Commentariorum in Ioan. & ex illo Iob 15. Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, & gloss. ordin. & Hieron. Ecclesiastes 2. ibi, Lustrans vniuersa per gyrum, & Isai. 1. Audite cæli, & Platonici, tenuerunt, Solem & stellas esse quædam animalia, ac proinde viuentia. Idem tenuit Philo in li. de opificio sex dierum explicans illud, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, &c. & in libro de Somniis explicans illud Genes. 28. de scala Iacob. Et in libro de plantatione Noe in principio. Et li. de Gigantibus à principio. & Caieta. Psalm. 135. explicans illud, Fecit cælos in intellectu, idest, intellectuales. Et alio loco obiter exponens illud, Cæli cælorumque virtutes socia exultatione concelebrant. Ad eandem sententiam videtur alludere Ambro. in Præfatione in Psalmos. ¶ Secundò probatur, quòd hoc sit de mente Aristotel. Nam Diu. Thom. 2. contra gent. capit. 70. expresè docet, quòd ita tenuit & sensit Aristo. Et probatur ex eius dictis, nam 7. Physicor. text. 3. & libro 8. tex. 33. & text. 50. & 12. Metaphysic. text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

23. docet deueniendum esse ad vnum primum mobile quod seipsum moueat, atque distinguuntur partem per se mouentem & partem per se motam: sed tale mobile est animatum, ergo. Item 2. Cæli text. 13. docet expresse, quod cælum est animatum, & hac ratione tribuit ei differentias positionis, quæ non conueniunt nisi tantum eis quæ sunt verè animata. & textu 61. docet quòd cælum est viuens. Idem colligitur ex alijs locis Aristotelis vt 3. Physicorū textu 54. & 2. de cælo, textu 2. 3. & 4. Et secundo de anima textu 29. vbi docet, quòd quibusdam inest intellectus, vt hominibus, & si quid est honorabilius, scilicet, cælum.

¶ Tertiò arguitur, tertio argumento Diui Thomæ, nec enim aliquid valet eius solutio, quòd scilicet, cælum est causa instrumentalis viuentium, angeli vero motores sunt causæ principales? Arguitur ex eodem Diuo Thoma in hac 1. parte, quæstione 110. arti. 1. vbi probat angelos per se non posse actiuè informare materiā, nec esse causam compositorum, quia quod causat compositum, debet esse compositum, vt sit simile effectui: vel quod totum compositum ratione materiæ & formæ debet esse in virtute ipsius, quod est proprium Dei. Ex hoc sic arguitur, Intelligentia illa est forma simplex, ergo non potest causare compositum: ergo illa causantur à solo cælo. Confirmatur ex quinto argumento D. Thom. nec enim valet solutio eius, alias eadem ratione posset dici quòd plaustrum & naues mouentur seipsa, quatenus scilicet, componūtur ex ipsis mobilibus & motoribus scilicet nautis vel bobus. ¶ Quartò. Perfectio non viuentium consistit in quiescere, perfectio cæli non consistit in quiete, ergo. ¶ Quintò, Aristote. 2. de anima, vt probet q̄ anima est forma hominis actuans, facit hanc consequētiā. Duorum quorum vterunq; dicuntur operari, alterum se habet vt forma alterum vt materia. Sic sūmo: sed cælum dicitur moueri propter orbem & intelligentiā; ergo vnum se habet vt forma, alterum vt materia. Et sicut ibi colligitur animā esse actū corporis, quia corpus non potest esse forma; ita colligetur Angelum esse formam cæli. ¶ Sextò. Quoniam proprietates cælorum causantur ab angelis, ergo sunt formæ actuantes eos. Cōsequentia patet, nam propriæ passiones alicuius rei causantur à forma illius. Antecedens autem probat latè Aureolus ex sententia Commenta. Vt est videre apud Capreol. in 2. dist. 9.

¶ Septimò arguitur contra rationem D. Thom. scilicet, Formā nō vnitur materiæ propter operationes materiæ, ergo vnitur propter suas operationes. Sic arguitur, Potest vniri propter operationes totius compositi, & non alicuius singularis partis; sicut omnes animæ non subsistentes nō vniū tur propter operationes proprias, nām illæ per se sumptæ nullas habent, sed propter operationes animalium.

¶ Alia argumenta, vide apud Capreol. vbi supra, & Bland. 12. metaph. quæst. 7. ar. 6. & Soncī. in eodem 12. metaph. quæst. 11. & 12. Specialiter autem vide Ferr. 2. contra gen. ca. 70. Vbi optime disputat, quid sit tenendum secundum sententiam Aristotel. Et multis argumentis vtrinque allatis determinat veritatem. Vide & Albertum Magnum 12. Metaph. tractatu. 2. ca. 10. vbi de mente omnium Peripatheticorum, dicit esse, quòd corpora cœlestia sint animata. Et circa hoc refert tres Philosophorum sententias. Prima est eorum qui dicunt, animas cæli gaudere intellectu, imaginatione, & appetitu. Et huius sententiæ fuit Auicenna. Altera est aliorum Arabum, vt Algazelis & quorundam Rabinorum, quòd cœlum habet animam & nihilominus indiget intelligentia separata, quæ sit motrix illius. Tertia est aliorum negantium, substantiam aliquam separatam motricem cælorum vel animam per quam cum imaginatione fieret motus. Sed asebant in cælis esse solam animam cum intellectu vniuersaliter agente, & cum appetitu.

AT verò pro explicatione veritatis præmittendum est breuiter duplicē esse formam, alteram actuantem, alteram assistentem, differreque in hoc, quòd hæc est quoddam totum & ens per se, illa verò pars est alicuius totius. Rursus forma assistens non communicat suum esse illi cuius est forma, at verò forma actuans communicat suum esse ei cuius est forma. Et denique forma assistens non facit vnum per se cum eo cuius est forma: illa verò quæ est forma actuans constituit vnū per se & in specie cū eo cuius est forma. ¶ Hoc supposito, sit prima conclusio, Neque cæli, neque luminaria cælestia habent animā tanquam formā actuantē. Hæc conclusio quamuis à Diuo Augu. sub dubio relinquatur li. 2. de Genesi ad literā. c. 18. in Enchiridione c. 58 tamen defendit eam latissimè Abul. q. 49. super c. 23. Exodi, & videtur esse Diui Hieronymi, qui in lib. 6. in Isai. 23. in illa verba, Super hoc cœlū concutiā, negat opinionem asserentium cœlos esse animantia. Basilius etiam eandē sententiam sequitur homil. 3. Examer. Et Dama. li. 2. de fide c. 6. Imò verò ipse Hietony. in epist. ad Auitum enumerat inter errores, quos in libris Periarchon Origenis, caueri admonet, assertionē de stellis animatis anima rationali. Item Epiphanius lib. 11. Pannarii, & Irænęus li. 1. contra hæreses, contrariam sententiam inter damnata Marcosiorum dogmata collocat. Et Basilius homilia 2. Examer. Et Ambro. in Exam. contemnunt eos qui sentiunt oppositum nostræ conclusionis, Mitto nunc quod Anaxagoras, cum olim lapis in Ægos Thraciæ fluuium de cælo cecidisset (quod ipsemet futurum esse prædixerat) affirmauit cælum omne ex lapidibus constare: Solemque ipsum esse saxum candens, neque vitam habere. Ac propterea Euripides illius discipulus in Phaetonte tragedia, Solem auream glebam nominauit. Atque eā ob causam, vt refert Diogenes in successionibus, Anaxagoras impietatis fuit accusatus à Cleone, sed defensus à Pericle discipulo talentis quinq;. Et nihilominus exilio mulctatus est. Poetæ verò fingunt Iouem irritatum impietate Anaxagoræ in eū fulmen iaculasse: sed Anaxagoram Periclis protectione ictum fulminis euasisse. Sed his omissis, probatur conclusio philosophicè. Primò, quoniam alias, cælum haberet partes organicas: siquidem anima est actus corporis physici organici. Cōsequens autem falsum esse apparet, cum videamus totum cælum vndique esse vniforme. Hoc argumentum latè prosequitur Abulen. vbi supra. Secundò, quoniam alias primus motor moueretur per accidens. Probatur sequela, quoniam si motor cæli est anima actuans corpus, necesse est, moto corpore, moueatur etiam per accidens quod est in eo tanquam actuans formam. Confirmatur, quoniam sequeretur ex oppositā sententia, quòd inferiores cæli haberent tres motores, scilicet, Deum, Intelligentiam, & Animam, quod merito reprehēdit Commētator in lib. 12. metaphi. text. 41. Confirmatur secundò, Sequeretur enim ex oppositā sententia nullius momenti esse rationes Aristot. quibus probat esse primum motorem, omnino immobilem. Diceret enim aduersarius non esse necessarium dari motorem separatum, quia cum cælum sit animatum mouet seipsum & alia, & in illo erit assignare partem per se mouentem & partē per se motā, sicut in reliquis animalibus. Confirmatur tertiò. Si enim anima est quæ mouet cælum: non oporteret illam esse in certa parte signata, sed in toto cælo, quemadmodum anima hominis est in toto homine; at vero Aristo. docet. 8. Physico. text. 84. Intelligentiam motricem esse, atque assistere in determinata parte cæli. Tertiò, principaliter probatur conclusio. Cælum non potest naturaliter per se quiescere, vt docet Aristo. 2. de cælo, text. 17. at verò si anima actuaret, moueretque cælum per appetitum, sicut mouetur homo, posset naturaliter cessare à motu, sicut cessat homo quādo vult cessare à motu. Quartò probatur conclusio. Quoniam si cæli essent animati, proculdubio illorum animæ intellectiuæ essent; & capaces beatitudinis, & tunc procedit argumentum Abulensis, quòd iam modo essent illæ animæ damnatæ in inferno, siue iam beatæ: ac proinde adorandæ, vt deducit Augustinus in Enchirid. capitu. 35. Imò verò possemus fideles celebrare festum de Sole & Luna, si illorum animæ beatæ essent. Et denique ratio quæ à D. Thom. ponitur in artic. optima est, & quantū videtur demonstratoria.

¶ Secunda conclusio. Cælum potest dici animatum anima assistente, non vniuocè cum aliis animatis. Ratio est, quoniam cælum habet formam, quæ dat illi motum, & vnitur illi secundùm contactum virtutis, sed quia non constituit cum illo vnam speciem non vniuoce dicitur animatum cælū, sicut reliqua animata. Atque hoc pacto intelligendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligendi sunt D.Hieron. & reliqui doctores, qui aiunt cælos esse animatos.

AD argumenta in oppositum. Ad primum patet ex prædictis. Ad secundum vide Ferra. vbi supra. Caietanus etiam hic explicat D. Thom. qui videtur contraria docere, quia modo asserit Arist. sensisse cælum esse animatum, modò verò sensisse esse inanimatum. Forte D.Tho. sensit vtrumque esse probabile in vi Aristo. Et ideo ad loca eius, quæ videntur assignare cælum esse animatum, respondetur, quòd intelliguntur de anima assistente, iuxta doctrinã secundæ conclusionis.

¶ Ad tertium, bona est solutio D. Tho. Ad replicam respondetur, quòd D. Thom. infrà loquitur de agente immediato. Ita Ferr. 3. contra gen. cap. 103. Et ita se videtur explicare D. Thom. ibidem, & de potent. quæst. 6. art. 3. Sed respondetur secundò & melius, quòd in viuente est duplex compositio; altera ex materia & forma, altera ex sua essentia & vita. Ratione primæ producitur à cælo vt à causa principali, quia est cõpositum ex materia & forma, ratione secundæ producitur ab angelo vt à causa principali, qui etiam habet talem compositionẽ. Et per hoc patet ad rationes Durand. in 2. d. 7. quæstio. 4. contra illam rationem D. Thom. Ad confirmationem bona est solutio D.Thom. Ad replicam, Ferra. vbi supra assignat differentiam. Primò, quia motor orbis habet virtutem determinatam ad talem motum, non verò cæteri motores ad sua mobilia, & ipsum cælum habet naturalem aptitudinem, vt moueatur à tali motore, quod non inuenitur in adductis in stantijs. Secundò, quia in cælo contactus in telligentiæ est secundùm virtutem, & intimus rei quam tangit, cæterùm in instantijs, quæ afferuntur, est contactus quantitatiuus & extrinsecus: in cælo verò contactus ille est intimus, ac propterea tangens est intra id quod tangitur: quo circa magis fit unum ex huiusmodi motore & mobili, quàm ex illis motoribus & mobilibus, quæ in oppositum recitantur. Propter hanc etiam rationem perfectio cæli non consistit in quiescere, quoniam habet intimum motorem sui perfectiuum. ¶ Ad quartum patet ex dictis. ¶ Ad quintum, Dicit Alexander & Themistius, & Philoponus, illam rationem tantum esse probabilem, nam essentia diuina & intellectu intelligimus Deum, & neutrũ se habet, vt forma alterius. Caietanus verò ibidem aliter explicat. Sed nos respondemus breuiter, quòd Aristotel. tantum loquitur, quando subiectum ipsum operatur, & ad suam actionem concurrit actiuo principio: non autem quando tantum mouetur ab alio & ipsum tantum passiuè se habet. Quia igitur cælum mouetur ab angelo, in qua motione solùm præstat passiuum principium, ideirco non oportet, vt alterum illorum se habeat se habeat vt forma. ¶ Ad sextum negatur antecedens. Nam motus cæli non efficitur ab angelis vt à formis intrinsecis & actuantibus, sed vt à motoribus assistentibus. Commentator autem, sicut bene docet ibidem Capreol. ex multis testimonijs D. Thom. solùm intendit, quod motus cæli efficitur ab intelligentia vt à forma assistente, non autem actuante. ¶ Ad septimum argumentum respõdetur, quòd quæuis partes compositi viuantur in toto propter bonum totius, tamen etiam inter ipsas est quidam ordo quatenus materia per ipsẽ ordinatur ad formam tanquam ad aliquid perfectiuum sui: forma verò non ordinatur ad materiam tanquam ad aliquid perfectiuum ipsius in ratione formæ, quin potius deprimit illam & humiliat contrahens quodammodo ad esse materiale.

¶ Reliqua vero plurima quæ circa solutiones argumentorũ articuli disputari possent de motibus cælorum, de industria prætermittimus, quoniam illam partẽ ad Theologos spectant, proprius verò ad Physicos & astrologos pertinent.

QVAESTIO LXXI.

De opere quintæ diei.

ARTICVLVS VNICVS.

¶ Vtrùm opus quintæ diei conuenienter describatur.

DEINDE *considerandum est de opere quintæ diei. Et videtur, quòd inconuenienter hoc opus describatur. Illud enim aqua produxit, ad cuius productionem sufficit virtus aqua.* Sed

354 Supra q. 70. artic. 1. corp.

Sed virtus aquę non sufficit ad productionem omnium piscium & auium: cum videamus plura eorum generari ex semine. Non ergo conuenienter dicitur, Producant aquę reptile animę viuentis, & volatile super terram.

¶ 2 *Præterea, Pisces & aues non tantum producuntur ex aqua, sed in eorum compositione videtur magis terra dominari quam aqua: quia corpora eorum naturaliter mouentur ad terram. Vnde & in terra quiescũt. Non ergo conuenienter dicitur, pisces & aues ex aqua produci.*

¶ 3 *Præterea, Sicut pisces habent motum in aquis, ita & aues in aere. Si ergo pisces ex aquis producuntur, aues non deberent produci ex aquis, sed ex aere.*

¶ 4 *Præterea, Non omnes pisces reptant in aquis, cum quidam habeant pedes quibus gradiuntur in terra: sicut vituli marini. Non ergo sufficienter productio piscium designatur in hoc quod dicitur, Producant aquę reptile animę viuentis.*

¶ 5 *Præterea, Animalia terrestria sunt perfectiora auibus & piscibus. Quod patet ex hoc quòd habent membra magis distincta, & perfectiorem generationem: generant enim animalia: sed pisces & aues generant ouа: perfectiora autem præcedunt in ordine naturę: Nõ ergo quinta die debuerunt fieri pisces & aues ante animalia terrestria.*

IN contrarium sufficit auctoritas Scripturę.

Quæst. præced. art. 1.

*RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, * opus ornatus per ordinem respondet ordini distinctionis. Vnde sicut inter tres dies distinctioni deputatos media (quę est secunda) deputatur distinctioni medij corporis, scilicet aquę: ita inter dies deputatos ad opus ornatus, media (idest quinta) deputatur ad ornatum medij corporis per productionem auium & piscium. Vnde sicut Moyses in quarta die nominat luminaria et lutę, vt designet quòd quarta dies respondet primę, in qua dixerat lucem factam: ita in hac quinta die facit mentionem de aquis & de firmamento cœli, vt designet, quòd quinta dies respondet secundę.*

*Sed sciendum est, quòd sicut in productione plantarum differt Augustin. ab alijs: ita & à productione piscium & auium. Alij enim dicunt pisces & aues quinta die esse productos in actu. Augustin. autem dicit * 5. super Genes. ad liter. quòd quinta die aquarum natura produxit pisces & aues potentialiter.* Lib. 5. super Gen. per Ge. c. 5. a me dio. to mo 3.

AD primum ergo dicendum, quòd Auicen. posuit omnia animalia posse generari ex aliquali elementorum commixtione absque semine etiam per viam naturę. Sed hoc videtur inconueniens, quia natura determinatis medijs procedit ad suos effectus: vnde illa quę naturaliter generantur ex semine non possunt naturaliter sine semine generari. Et ideo dicendum est aliter quòd in naturali generatione animalium principium actiuum est virtus formatiua, quę est in semine in ijs quę ex semine generantur. Loco cuius virtutis in ijs quę ex putrefactione generantur, est virtus cœlestis corporis. Materiale autem principium in vtrorumque animalium generatione est aliquod elementum vel elementatum. In primæ autem rerũ institutione fuit principiũ actiuũ Verbum Dei, quod ex materia elementari produxit animalia, vel in actu secundum alios sanctos, vel virtute secundum Augu. * *non q aqua aut terra habeat in se virtutem producendi omnia animalia, vt Auicen. posuit: sed quia hoc ipsum, quòd ex materia elementari virtute seminis, vel stellarum possunt animalia produci, est ex virtute primitus elementis data.* Li. 5. de Gen. ad lit. ca. 5.

AD secundum dicendum, quòd corpora auium & piscium possunt dupliciter considerari. Vno modo secundum se. Et sic necesse est q in eis magis terrestre elementum dominetur. Quia ad hoc quòd fiat cõtemperatio mixtionis in corpore animalis, necesse est, quòd quantitatiuè abundet in eo elementum quod est minus actiuum scilicet terra. Sed si considerentur secundum quod sunt nata moueri talibus motibus, sic habent affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouentur. Et sic eorum generatio hic describitur.

AD tertium dicendum, q aer, quia insensibilis est, non per seipsum communicatur: sed cum alijs, partim quidem cum aqua quantum ad inferiorem partem, qua exhalationibus aqua ingrossatur, partim etiam cum cœlo quantum ad superiorem partem. Aues autem motum habent in inferiori parte aeris. Et ideo sub firmamento cœli volare dicuntur, etiã si firmamentum pro nebuloso aere accipiatur. Et ideo productio auium aquę ascribitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD quartum dicendum, quòd natura de uno extremo ad aliud transit per media. Et ideo inter cœlestia, & aquatica animalia sunt quædam media quæ communicant cum utrisque, & computantur cum illis cum quibus magis communicant, secundum id quod eum eis communicant, non secundum id quod communicant cum alio extremo. Tamen vt includantur omnia huiusmodi quę habēt aliquid speciale inter pisces, subiungit postquam dixerat. Producant aqua reptile animę viuētis: Creauit Deus cete grandia, &c. B

AD quintum dicendum, quòd productio horum animalium ordinatur secundum ordinem corporum quę eis ornantur magis quā secundum propriam dignitatem. Et tamen in via generationis ab imperfectioribus ad perfectiora peruenitur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. C Et ratio est congruens & proportionalis: quoniam inter dies deputatos operi distinctionis dies media q̄ est secunda deputata est distinctioni medij corporis, scilicet, aquæ & aeris, ergo inter dies deputatos operi ornatus; dies media, quæ est quinta debet deputari ornatui eorundem corporum aquæ & aeris.

¶ Secunda conclusio. Inter Augu D stinum & alios Sanctos est eadem diuersitas, sicut dictū est circa productionem plātarum. Etenim Augustinus putat, quòd solum virtute fuerint producta. Alij vero arbitrātur, quòd actu producta fuerint.

COMMENTARIVM.

MVlta quidē disputari poterant in hoc E articulo. Primò, Vtrū animalia ista fuerint producta die quinta actu vel virtute. Deinde vtrum elementa aquæ & aeris ipsa animalia actiuè produxerint. Deinceps, vtrū hęc animalia sint producta quinta die oīno: an vero ipsā die quinta finierit Deus productionem ipsorum, explicandum esset. Putauit n. Augustinus Eugubin. q̄ dicuntur produci die quinta, quia quanuis à principio ceperit aqua producere animalia, tamē die quinta talis productio cōsūmata est. Verumtamen de prima & secunda quæstione sufficiant quæ diximus cùm de plantis sermonem fecimus: de tertia vero quæstione diximus in quæstione septuagesima. Cæterum alia quæstio, Vtrum animalia quæ generantur ex semine, possint alio modo, generari, physica est omnino, & à presenti instituto aliena.

DVbitatur ergo, An conuenienter describatur opus quintę diei. ¶ Arguitur primò pro parte negatiua. Aues productæ sunt de terra, vt patet Gen. 2. vbi dicitur: Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terrę & vniuersis volatilibus cœli &c. ergo non sunt productæ de aqua. Secundò. Non videtur consonum q̄ quinta die produxerit huiusmodi animantia: etenim Solem produxit Deus post productionem herbarum, vt tolleret hominibus occasionem idololatriæ, ne putarent Solem esse autorem nascentium de terra, ergo pari ratione oportebat pisces & aues prius produci quàm Solem: ne putaretur Sol autor huiusmodi viuentium, ac proinde adoraretur ab hominibus. ¶ Tertiò. Sicut multiplicantur pisces & aues, ita multiplicantur arbores & plantæ: sed istæ non benedicuntur, ergo nec debuerūt benedici aues & pisces. Confirmatur, Nam de piscibus dicitur: Crescite & multiplicamini & replete terram in secunda persona. De auibus verò in tertia persona tantùm dicitur vnum verbum. Et aues multiplicentur: hoc autem non videtur consonum cùm de omnibus posset eodem modo loqui, ergo. ¶ Quartò. In productione arborum & in productione auium & animalium terrestrium non fit aliqua specialis mentio alicuius determinatæ & eximię speciei quam Deus creauerit, ergo nec in piscibus debuit illa signari, cùm dicitur: Creauit Deus cete grandia. ¶ Quintò. In hoc q̄ dicitur: Reptile, includitur necessariò, quòd sit anima viuens, ergo superflue postea additur, animę viuentis: eo vel maximè quòd non appareat quem sensum faciat, reptile animæ viuens. Idem argumē

tum

tum posset fieri contra illam particulam, A Creauit Deus cete grandia, & omnem animā viuentē atque motabilem: nam in hoc quòd dicitur, Omnem animam viuentem intelligitur anima motabilis, & comprehēduntur cete, ergo. ¶ Sextò. Creatio est productio totius esse ex nihilo: sed die quinta Deus nihil de nouo creauit ex nihilo, sed ex præexistenti materia elementorū (Vnde diximus quod ex humo produxit) Augustinus ergo inconuenienter vtitur hoc nomine, creauit. Cōfirmatur, nam ad productionem piscium cōcurrit aqua. Dicitur enim: Creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem quā produxerant aquę: sed nulla creatura potest cōcurrere ad creandum, ergo &c. Item, non videtur quomodo possit fieri quod iā aquę produxerant, ergo id inconuenienter describitur.

¶ Septimò arguitur quarto argumento D. Thom.

¶ Octauò arguitur quinto argumento C eiusdem. Nec enim valet eius solutio, quòd, scilicet animalia hæc ordinantur secundum ordinem corporum, quæ eis ornantur, nam ptiùs referuntur pisces quàm aues, & tamen prius debuit ornari aer quia nobilior, & cælo propinquior est. ¶ Tandē arguitur, quoniam in diebus ornatus debent conferri quædam peculiares virtutes corporibus quę ornantur: at nulla peculiaris virtus videtur isto die conferri aquæ & aeri, ergo.

SEd contra est conclusio D. Tho. desumpta ex autoritate Scripturæ. ¶ Vnde ad primum Caietanus hic putat corruptam esse literam editionis vulgatę, vbi insinuatur quòd aues producuntur ex aquis, quod probat ex loco adducto, & quia in Hebreo vbi nos dicimus: Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile super terram, sic legitur: Et volatile volauit super terram, vnde nō sequitur quod aqua produxerit aues. Nihilominus, quia omnes Sancti admittūt E istam literam & explicant, & Conciliū Trident. approbat nostram translationem, aliter dicendum est. Et primò quidem, si vellemus dicere aues productas fuisse è terra, bene saluaretur nostra editio, si legamus sic: Producant aquæ reptile animæ viuentis, ita vt ibi sit punctus: & statim subdatur, Et volatile super terram (supple) sit. Et ita si subintelligatur illud verbum, sit, vel aliud simile, & saluatur litera & testimonium adductum ex capitu. 2. Nec videatur difficile illud verbum subintelligendum, subintelliguntur enim multa in Scripturis, maximè autem duæ particulæ solent subaudiri: prima est, præpositio, vt Genes. 3. Puluis es, id est, ex puluere. Isai. 26. Elongasti omnes terminos terræ, id est, B vsque ad omnes terminos terræ. Psalm. 2. Possessionem tuam terminos terræ, id est, vsque ad terminos. Marc. 4. Via maris Galileæ gentium, id est iuxta viam. Vnde Augustinus libro 4. loquutionum in Numer. ait, quòd Hebræi nominibus locorum non ponunt præpositionem. Vnde & Virgilius 1. Æneid. Penitusque sonantes accessistis scopulos, id est, ad scopulos. Secunda est verbum substantiuum, vt Psalmus primus. Beatus vir qui non abijt &cete. Subauditur, est, Roman. secundum. Tribulatio & angustia, supple, erit, super omnem animam &cet. secundùm Corinthio. octauum. Cuius sanus in Euangelio, Supple, est. Sic ergo poterat hic subintelligi verbum substantiuum, sit. Et huic expositioni fauet quod dicitur: Creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, quam produxerant aquæ in species suas. Et subiungitur, Et omne volatile, quasi hoc non sit productum de a- D qua. Potest dici secundò cum Diu. Thomo, hic ad vltimum, quòd quia in omnium animalium corporibus elementum terræ prædominatur, vt fiat contemperatio mixtionis in corpore: ideo quamuis aquæ attribuatur productio auium propter motum, tamen bene potest tribui etiam terræ tanquam materiæ quæ magis prædominatur in eorum corporibus. Tertiò respondet Eugubin. q̄ aues producuntur peculiariter ex aqua, quia ipsa peculiarē habet virtutem ad eas E producēdas. Ait enim sępe fieri vt fragmen nauis appulsum ad littora Oceani, & fabulo affixum, diuque fluctibus contusum & aquis, atq; diuturnitate percussum fungos albentes primum proferre: postea verò certo temporis spatio & calente Sole, aliisque

formatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

formatis è ligno auelluntur aues, &c. Hæc ille. Et iterum inquit, Est extra Italiam locus, vbi (mirabile dictu) nascuntur in fructice quasi formæ teretis vellera: hæc certo temporis spatio ex arbore in flumen, qd inferne elabitur, decidentia, vt primam aquam attigerunt dant aues volatum, & in sublimes regiones more cæterarum auium anfugiunt. Et multa alia dicit, ex quibus colligit originem auium aquam fuisse: siquidem aquis maximè delectantur, & ꝙ quemadmodum ex aqua aer generatur, ita & aues, omnium enim leuium aqua principium est, sicut terra grauium. Fortassis autem suam sententiam desumpsit Eugubinus ex Basilio & Ambrosio, qui dicunt ex aquis productas fuisse. Ad locum autem ex Gen. 2. Videtur ibidem respondere, ꝙ non sola aqua produxit aquatilia, sed aqua commixta terræ. Et sic verificatur, ꝙ de humo Deus volatilia creauerit. Deinde respondetur ex D. Augustino de Gene. contra Manich. cap. 15. quòd quando dicuntur aues ꝓductæ ex aqua, accipitur illic aqua pro aere nebuloso. Quæ solutio est D. Tho. hic ad 3. Quòd autem dicitur Gen. 2. quòd formãtur de terra aues, non contradicit, quia nomine terræ intelligit D. Augus. etiã aquam ipsam quatenus constituit vnam sphæram cum terra. Quemadmodum colligitur ex illo Psal. 148. Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyssi. Vbi nomine terræ intelliguntur abyssi & maria. Aliter etiã soluit difficultatem dicens, Ita legendum esse, Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ. Ita sanè vt ibi sit punctus, & postea sequatur, Et vniuersis volatilibus cæli. Atque ita quod dicitur de humo, non determinat volatilium productionem, sed solùm explicat materialem causam animantium. Cæterùm materiam ex qua factæ sunt aues, non exprimit illic. ¶Ad secundum argumentum respondetur, quòd abundè satis excluditur occasio idololatriæ, dum negatur Solem esse vniuersale principium omnium viuentium: siquidem excipiuntur ab illius causalitate in principio, terræ nascentia: in quibus ipsius virtus maximè manifestanda videbat. Vnde multo magis excluditur eius causalitas respectu aliorum viuentium.

Deinde etiam excluditur occasio idololatriæ, eo quòd ibidem dicitur: Creauitque Deus cete grandia. Vbi datur intelligi quòd quamuis Sol iam fuerat productus, non tamen fuit principium istorum animalium producendorum. Est autem eadem ratio de reliquis animantibus. Theodoretus autem aliam congruentiam assignat, quòd, s. animalia erant lucis perceptiua, non verò plantæ, ideo oportuit, Solem productum esse post arbores, & ante animalia. ¶Ad tertium respondetur, quòd benedictio significat multiplicationem, quia ergo animantia produxit Deus bina & bina, ex quibus cætera deberent multiplicari: ideo illis benedixit, non verò arboribus: quia eas in maximo numero condidit, vtpote quibus terram repleuit. Sed contrarium huius docet Iunilius, vt dicemus quæstione sequenti. Augustinus verò & Diodorus dixerunt, ideo id fieri, quia animantia propriora sunt homini, quàm plantæ, & magis ad rationẽ accedunt, & ideo magis merentur diuinã benedictionem & audire dicentem, Crescite, quamuis statim subdatur, & aues multiplicentur in tertia persõna & non in secunda, vt ostendatur quòd quamuis hæc animantia habeant sensum non tamen participant illum perfectè, vt possint audire compellantem & dicentem, Crescite: Genadius verò addit tertiam rationem dicens, hæc animalia benedici non plantas, quia arbores factæ sunt in cibum animalium, & ideo sufficit benedixisse digniora. Subdit etiam aliam rationem, quam etiam approbat Ruper. Nam quia animalia debent multiplicari, per proprium appetitum & actionem, non verò plantæ: ideo vt animalia haberent amorem propagãdi suas species oportuit accedere diuinam benedictionem, quę illis hunc amorem impressit. Ad confirmationem respõdetur, quòd illa repetitio verborum idem prorsus significat. Et vnum est glossa alterius, vnde non oportuit ea repetere cum ageret de piscibus. Rupert. tamen aliter explicat, ait enim, in piscibus multiplicari tria verba, Crescite, Multiplicamini, Replete terram, vt Trinitas personarum insinuaretur: subdi verò vnum tantùm, Et aues multiplicentur, vt intelligeretur vnitas essentiæ in illis tribus personis.

¶Ad

¶Ad quartum, sciendum est Iudæos putasse Deum produxisse hãc speciem piscium vtroque sexu, scilicet, masculino & fœmenino: verùm quia hoc animal est ingẽtis magnitudinis & si fuisset multiplicatum esset pernicioſum valde (non. n. mare nauigaretur) propterea, dicunt, Deus fœminam occidit & reseruat eam sale conditam in cibum beatorum, iuxta quod interpretantur illud, Dedisti eum escam populis Æthiopum. Masculum vero reseruat Deus, vt cum eo certis horis singulis diebus ludat, Iuxta illud Psa. 103. Draco iste quem formasti ad illudendum ei, vt in Hebræo legitur Leuiatam quem creasti vt cum eo ludas. Hic error habuit occasionem in Apocryp. Esd. ibi enim lib. 4. c. 6. dicitur, quòd Deus duo animalia quinto die creauit, alterum vocauit Enoch, alterum Leuiatam, & separauit ea ab inuicem, non. n. locus aquãrum ea capere poterat, & Enoch, dedit vnã partem terræ, vt habitet in ea, Leuiatam verò assignauit mare, & seruat illud, vt sit (inquit) in deuorationem. Et hac ratione aiunt Iudæi specialiter de istis dictum esse, quòd creauit Deus cete grãdia. Sed valeant sõmnia & deliramenta etronea Iudæorum: nõ enim Deus extra seipsum delectari querit ludendo cum Leuiatam, nec beatis opus est cibus aliquis viuentibus vitam æternã. Dicendum igitur cum Theodoreto & Genadio, ꝙ per cete non intelligitur vnica piscium species, sed omnis grandis piscis sic vocatur. Quapropter cùm dicitur Creauit Deus cete grandia, intelligitur creasse ea quæ in aquis valida sunt & magna. Neque tamen oportuit eandem expressionem fieri in aliis viuentibus in terra, quoniam illa piscium species est quid prodigioſum, & immensæ magnitudinis, quapropter dum dicitur Deus esse autor huius eximiæ bestiæ, facilè intelligitur, etiam minorum esse conditorem. Caietanus ait, ꝙ hoc exprimitur, vt destruatur error opinantium huiusmodi ingentia animalia, vtpote quæ natigantibus pernicioſa sunt, non esse producta ex intẽtione Dei, sed ex necessitate materiæ, ac propterea dictũ est, Creauit Deus cete grandia. ¶Ad quintum. Rupertus inquit additum esse: Animæ viuentis, vt animam reptilium distingueret ab anima hominum. Cum enim dicitur, Animæ viuentis, subintelligitur, & non discernentis, sed tantùm viuentis. Conformauit enim se in modo loquendi vulgo, non enim existimat viuere nisi ea quæ sentiũt, neque tribuit vitam plantis. Ad illud vero quod subditur: Reptile animæ viuentis, Augu. lib. 3. de Geneſi ad literam, & gloſ. ordi. referunt, quoſdam dixisse illis verbis insinuari imperfectam piscium vitam, & ita tenet Lyra. Augustinus uero & ipsa glosſa aliter explicãt, videlicet, vt ea verba, Reptile animæ viuentis, habeant hunc sensum, i. Reptilia quæ numerantur inter habentia animam viuẽtem. Quemadmodum hæc loquutio, Ignobilia hominũ, significat, ignobiles qui sunt inter homines. Quare autem de aquatilibus dicatur, Reptile animæ viuentis, & de terrestribus dicatur, Producat terra animã viuentem: explicat optimè hanc differentiam D. Tho. q. seq. ad primum. Ad illud vero, quare scilicet addatur, Animam viuentem atque mutabilem, Respondent Iunilius, & Hugo de Sancto Victore in annotationibus in Genes. c. 7. ꝙ illud additum est, vt insinuetur differentia inter animam rationalem & alias animas, quoniam anima rationalis non mutatur ad corruptionem, est enim immortalis, reliquæ vero animæ, licet viuant interdum, tãdem mutantur de esse ad non esse. Cæterum quare addatur, & cete grandia, iam dictum est. Rupertus tamẽ vult ꝙ per tripartitum opus, videlicet, per animam viuentem, per mutabilem, & per cete grandia ostenditur mysterium Trinitatis creantis hoc opus tripartitum.

¶Ad sextum dicemus, in q. 74. arti. vlti. quomodo verbum creare non solum significet facere ex nihilo, sed etiam aliquando ex præiacenti materia aliquid producere, iuxta illud Sapien. 11. Omnipotens manus tua creauit orbem terræ ex materia inuisa. Quapropter hic modus creationis insinuatur cùm dicitur, Creauit Deus cete grandia & omnem animam, quam produxerant aquæ. Significatur. n. ꝙ non ex nihilo illa cõdidit Deus, sed ex aqua. Ad illud autem, quam produxerant aquæ, Hugo vbi supra intelligit perinde valere, acsi diceret, quam produxerunt aquę, saltem ministrando materiam. Et ita describuntur causa efficiens

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus, & materialis aqua. Rupertus vero aliter explicat, videlicet, eo modo quo & illud intelligit Gen.2. Istæ sunt generationes cæli & terræ quando creatæ sunt, antequam oriterentur, &cę. Deus autem fecerat hæc animalia actualiter, produxerant autem illa aquæ vel virtute ab æterno ipsi decreta, vel quo ad substantiam quam ministrauit aqua speciei formandæ. ¶Ad Septimum præter solutionem Diui Tho. aliam Ambrosius designat, videlicet, quòd omnia aquatilia quæ habent pedes, & degunt in aquis & in terra, vt æqui fluuiales, & cocodrili in profundo aquarum, vbi aquam scindunt, tamen cum supra natant repunt toto corpore quod trahunt supra quædam dorsa aquarum, vnde Dauid in Psal. 103. Hoc mare magnũ & spatiosum illic reptilia quorũ non est numerus, reptilia vocat, quia cum sunt in alto aquarum non ambulant sed natant, nec vestigio vtuntur, nec pedibus ad incedendum, sed tanquam remo ad reptandum, sicut nauis remis acta labitur supra mare.

¶Ad octauum respondetur bonam esse solutionem Diui Thomæ. Ad replicam respondetur, ꝙ quoniam aues aliquo modo spectant ad genus animalium terrestrium (dicuntur enim volare super terram) & de terra sumunt alimenta, & pedes habent ad ambulandum super terram: ideo post animalia aquatilia numerantur. Item quia cùm Deus procedat in productione animalium ab imperfectis ad perfecta, vt Diuus Thomas docet hic ad vltimum, prius debuit narrati productio piscium quàm auium, quoniam pisces tardiores sunt æstimatiuæ quàm aues, quæ vsque adeo vigent sensu, vt Ouid. libro 2. Georgicarum dixerit, Aut æquidem credo, sit diuinius illis ingenium, aut futurorum prudentia maior, verum vbi tempestas & cęli mobilis humor mutauere vias vertuntur spes animorum & pectore metus.

¶Ad nonum respondetur, ꝙ aqua & aer receperunt virtutem quandam passiuam, vt per potentiam actiuam generantis possint ex eis animalia formari aquatilia, & volatilia. Vel fortè, sicut docet Augustin. lib.5 de Genesi ad literam capit.7. quia sęmen est humidum, vel saltem quando putrefcit habet aliquem humorem, & est aliquo modo spumosum, ideo hęc elementa in quinta die acceperunt virtutem veluti seminalem omnium rerum, quatenus eorum humiditas & spiritus necessario insunt seminibus rerum propagandarum.

QVAESTIO LXXII.
De opere sextæ diei.

ARTICVLVS VNICVS.

¶ Vtrùm opus sextæ diei conuenienter describatur.

DEINDE quæritur de opere sextę dici. Et videtur quòd inconuenienter describatur. Sicut enim aues, & pisces habent viuentem animam, ita etiam & animalia terrestria: non autem terrestria animalia sunt ipsa anima viuens. ergo inconuenienter dicitur, Producat terra animã viuẽtem: sed debuit dici, Producat terra quadrupedia anima viuẽtis.

¶ 2 Præterea, Genus non debet diuidi contra speciem. Sed iumenta & bestię sub quadrupedibus computantur. Inconuenienter ergo quadrupedia cõnumerantur iumentis & bestiis.

¶ 3 Præterea. Sicut alia animalia fuerãt in determinato genere & specie, ita & homo. Sed in factione hominis non fit mentio de suo genere vel specie. Ergo nec in productione aliorum animalium debuit fieri mentio de genere vel specie, cum dicitur in genere suo, vel specie sua.

¶ 4 Præterea, Animalia terrestria magis sunt similia homini qui à Deo dicitur benedici, quàm aues & pisces. Cuius igitur aues & pisces dicantur benedici, multo fortius hoc dici debuit de aliis animalibus.

¶ 5 Præterea: Quædam animalia generãtur ex putrefactione, quæ est corruptio quędam. Corruptio autem non conuenit primæ institutioni rerum. Non ergo animalia debuerunt in prima rerum institutione produci.

¶ 6 Præterea, Quædam animalia sunt venenosa & homini noxia. Nihil autem debuit esse homini nocium ante peccatum. Ergo huiusmodi animalia vel omnino fieri à Deo non debuerunt, qui est bonorum auctor, vel non debuerunt fieri ante peccatum.

IN cõtrarium sufficit autoritas Scripturæ.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut in die quinto oriuntur medium corpus, & respondet secundę dici: ita in sexto die oriuntur vltimum corpus, scilicet terra, per productionẽ animalium terrestrium, & respondet tertię dici. Vnde vtrobique fit mentio de terra. Et hic etiam secundum Augustinum animalia terrestria producentur potentialiter: secundum verò alios sanctos, in actu.

AD Primum ergo dicendum, quòd sicut Basilius dicit, diuersitas gradus vitæ, qui in diuersis viuentibus inuenitur, ex modo loquendi Scripturæ colligi potest. Plantæ enim habent imperfectissimam vitam & occultam. Vnde in earum productione nulla mentio fit de vita, sed solum de generatione, quia secundum hanc solum inuenitur actus cum vita. Nutritiua enim & augmentatiua generatiua deseruiunt, vt infra dicetur. Inter alia verò animalia perfectiora sunt (communiter loquendo) terrestria auibus & piscibus non quòd pisces memoria careant, vt Basilius dicit, & Augustinus improbat, sed propter distinctionem membrorum, & perfectionem generationis. Quorum autem sit aliquantulum à garitates etiam aliqua animalia imperfecta principia magis vigent, vt apes & formicę. Et ideo pisces vocat non animam viuentem, sed reptile animę viuentis. Sed terrena animalia vocat animam viuentem propter perfectionem vitę in eis, ac si pisces sint corpora habentia aliquid animæ, terrestria verò animalia, propter perfectionem vitæ sunt quasi anima dominantes corporibus. Perfectissimus autem gradus vitæ est in homine, & ideo etiam homine non dicit produci à terra vel aqua, sicut cæterorum animalium, sed à Deo.

AD secundum dicendum, quòd iumenta vel pecora intelliguntur animalia domestica quæ homini seruiunt qualitercunque. Per bestias autem intelliguntur animalia siluestria, vt vrsi & leones. Per reptilia verò animalia quæ vel non habent pedes nisi elementi terrę, vt serpentes, vel habent breues: quibus parum eleuantur, vt lacertę & formicę. Sed quia sunt quędã animalia quę sub nullo horum cõprehenduntur, vt cerui, & caprea: ne & ista cõprehenderentur, addidit quadrupedia. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, et animalia subiunxit quasi species. Sut n. quędã reptilia quadrupedia, vt lacertę & formicę.

AD tertium dicendum, quòd in aliis animalibus & plantis mentionem fecit de genere et specie, vt designaret generationes similium ex similibus. In homine autem non fuit necessarium vt hoc diceretur, quia quod præmissum fuit de aliis, etiam de homine intelligi potest. Vel quia animalia & plantæ producuntur secundum genus & speciem suam, quasi longè à similitudine diuina remota: homo autem dicitur formatus ad imaginem & similitudinem Dei.

AD quartum dicendum, quòd benedictio Dei dat virtutem multiplicandi per generationem. Et ideo quod positum est in auibus & piscibus, quę primò occurrunt, non fuit necessarium reperiri in terrenis animalibus, sed sibi intelligitur. In hominibus autem iteratur benedictio: quia in eis est quędam specialis multiplicationis ratio, propter complendum numerum electorum. Et ne quisquam diceret in officio gignendi filios nullum esse peccatum. Plantæ verò nullam habent propagandæ prolis affectum, ac sine vllo sensu generant. Vnde indigna iudicata sunt benedictionis verbi.

AD quintum dicendum, quòd cum generatio vnius sit corruptio alterius, quòd ex corruptione ignobiliorum generentur nobiliora, non repugnat primę rerum institutioni. Vnde animalia quæ generantur ex corruptione rerum inanimatarum, vel plantarum, potuerunt tunc generari: non autem quæ generantur ex corruptione animalium, tunc potuerunt produci, nisi potentialiter tantum.

AD sextum dicendum, quòd Augustinus dicit in primo super Genesim contra Manichęos, quòd si in alicuius opificis officinam imperitus intrauerit, videt ibi multa instrumenta, quorum causas ignorat. Et si multum est insipiens, superflua putat. Iam verò si in fornacem incautus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto se vulnerauerit, noxia existimat esse multa. Quorum vsum, quia nouit artifex, inspectionem eius irridet. Sic in hoc mundo quędam audent multa reprehẽdere, quorum causas non vident. Multa enim etsi domui nostræ

Sup. q. 70. ar. 1. con.

Li.5.super Gene.ca.5.to.3. *Ex homil.8. sui Examer.

Quæst. 78. arti. 2.

Basi.ho.7.i Exa.

† Lib.3 de Gen. ad lit. c. 8.

Lib.j.de Gen. cõtra Mani. c.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fira non sunt necessaria, in eis tamen comple A *tur vniuersitatis integritas. Homo autem an te peccatum ordinatè fuisset vsus rebus mundi: vnde animalia venenosa ei noxia non fuissent.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua, quam probat tũ autoritate Scripturæ, tum quia quemadmodũ die quinta ornatur corpus mediũ quod distinctum est in secunda die: ita cõgruit, vt sexto die ornaretur vltimũ corpus, videlicet terra per productionem animalium, quod quidem corpus tertia die distinctum est.

¶ Secunda conclusio. Differentia est inter Augustinum & alios sanctos doctores, in hoc quòd Augustinus arbitratur animalia producta fuisse in virtute. Alij verò sancti dicunt, quòd actu producta sunt. De qua conclusione sufficiant quæ dicta sunt in principio quæstionis præcedentis.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primam conclusionẽ: arguitur enim primò contra illã. De homine non dicitur quòd creatur vel producitur in genere suo, ergo nec de alijs animalibus id debuit dici. Confirmatur, quoniam in animalibus est semen sicut in arboribus; sed in opere tertiæ diei dicitur, q̃ arbores faciant semen iuxta genus suum: ergo id ipsum etiam debet dici de animalibus.

¶ Secundò, animalia generantur per cõmixionem maris & fœminæ sicut homines: sed propter hanc rationem in productione humanæ naturæ fit mentio maris & fœminæ cùm dicitur, Masculum & fœminam fecit eos, ergo id ipsum debuit affirmari de cæteris animalibus.

¶ Tertiò. Mulus producitur ab alijs animalibus distinctæ speciei, ergo non rectè dicitur, quod hæc animalia producantur in genere & specie sua.

¶ Quartò. Deus prius dixit, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias terræ, Vbi prius fit mentio iumentorum quàm bestiarum: at vero postea prius dicuntur productæ bestiæ quàm iumenta, cùm dicitur; Et fecit Deus bestias terræ, iumenta & omne reptile, ergo &c. ¶ Quintò. Ad ornatum terræ non solùm attinẽt animalia, sed etiam arbores & mineralia secundùm speciales virtutes, quas habent præter qualitates primas: at vero de huiusmodi nulla fit mentio in opere sextæ dici, ergo non sufficienter de- B scribitur huius diei opus. Maior probatur quia collatio particularium virtutum pertinet ad opus ornatus, sicut supra dictum est, & propterea virtutis specialis collatio, quã habent terræ nascentia, debet pertinere ad ornatum terræ, sicut virtutes particulares, quas habent stellæ, pertinent ad quartum diem.

¶ Arguitur sextò argumento quartò Dui Thomæ. Animalia terrestria magis similia sunt homini quàm aues & pisces, cùm C igitur aues & pisces dicantur benedici à Deo, multò magis debuerunt benedici cætera animalia. Alia optima argumenta habentur apud Diuum Thomam in 2. sentẽt. d. 15. quæst. 2. artic. vltimo.

¶ Pro explicatione conclusionis desumptæ ex ipsa sacra scriptura aduerte, q̃ Diuus Thomas legit, Iumenta pecora, quadrupedia & bestias terræ, quia vsus est antiqua trãslatione latina, qua vsi sunt Augustinus, Iunilius, Beda & alij, quod etiam habẽt Se- D ptuaginta interpretes. Et in illis generibus omniũ animantium terrestrium species cõmemorantur, vt optimè deducit D. Thom. in hoc artic. ad secundum, & Augustinus vbi supra. Qua lectione suppositа procedẽdum est in hoc articulo.

AD argumenta igitur proposita respondetur. Ad primum quidem bene respondet Diuus Thom. hic ad tertium. Sed alias duas solutiones assignat D. Aug. lib. 3. de Genesi ad literam. cap. 12. Prima est, q̃ E secundum genus suum, est vbi seminum vis & similitudo intelligitur succedentium decedẽtibus; quia nihil eorum ita creatum est, vt semel existeret, vel permansurum esset, vel nullo succedente decessurum. Cũ igitur hominem Deus non fecerit vt moreretur, si præceptum seruare voluisset, propterea

propterea non est dictum de homine, secundũ A genus suum. Altera eiusdem solutio est, quòd, secundùm genus suum, idem significet, quòd generatim: at verò homo tantũ factus est vnus, de quo etiam ipsa fœmina facta est, non multa genera hominum, sicut multa genera & individua herbarum, lignorũ, piscium, volatilium, pecorum: ergo ideo de cæteris dicitur, Secũdum genus suum, ideſt generatim, vt inter se similia atque ad vnam originem seminis pertinentia distinguerentur à cæteris. Hactenus Augu- B stinus. Ad confirmationem respondet ipsemet ibidem, quòd quia illud semel dixerat de plantis, noluit repetere in animalibus, sicut, inquit, de plantis dicitur in antiqua trãslatione, Germinet &c. non solùm secundũ genus, sed & secundum similitudinem: & tamen similitudo non repetitur in animalibus, nõ solum quia includitur in hoc quod est esse secundum genus, sed etiam quia id explicauerat in plantis, & subintelligi voluit in alijs, cui simile habetur in solutione C apud S. Tho. de benedictione horum animalium. Aliam solutionẽ ibidem insinuat D. Augustinus, q̃ ideo non meminerit seminis in animalibus, quia est obseruatum ita quę dã nasci ex aquis vel terra vt sexus eis nullus sit, & ideo semen eorum non sit in eis, sed in elementis, ex quibus oriuntur. In arboribus verò dictum est ex Basilio q̃ ommes habent semen vel aliquid seminis.

¶ Ad secundum Caietanus ait, id dici de specie humana, non de cæteris, quia in so- D la specie humana instituit Deus cõmixtionem maris & fœminæ per modum coniugij, in hoc enim præstat homo cæteris animalibus, quòd in reliquis mas & fœmina coniunguntur ex appetitu sensitiuo, in specie verò humana ex appetitu rationali. Propterea enim postquam dixit, Ad imaginẽ Dei factum esse hominem, statim subdit masculum & fœminam &c. vt insinuaret vsum maris & fœminę in specie humana debere eẽ secundùm id quod sumus ad ima- E ginem Dei, id est, secundum rectæ rationis vsum, quod est per modum coniugij, & nõ secundum appetitum sensitiuum, vt coeũt cætera animalia. Secundùm Originem dici potest, quòd omnia quę à Deo creata sunt, coniuncta & compaginata dicuntur, vt ex lum & terra, Sol & Luna, herbæ & lignum pomiferum, reptile animæ viuentis, volatile, bestiæ, iumenta ita etiam vt ostenderet, quoniam & homo Dei opus est, & non sine harmonia, vel competenti coniũctione prolatus est, idcirco præueniens ait, Masculum & fœminam, quod non oportuit addere in cæteris animantibus, quia simul cum alijs producebantur. Poterat hæc solutio Origenis calumniam, in luce, nisi diceremus vt supra docuimus lucem prima die factam non fuisse solius solis, sed & lunæ communicatam.

¶ Ad tertium respondet Rupert. quòd illa animalia pertinent ad adulteria naturæ, quæ prius adinuenit Anna filius Sebeon filij Esau, vt docemur Gen. 36. hic aũt solũ refertur quod est secundum naturam. Vel dicendum, quòd vt docet Aris. 6. metaphy. In animalibus illis quæ cum sint diuersarum specierum possunt adinuicem generare est quædam conuenientia essentialis, quæ non repetitur in cætera animalia. Vnde cũ mulus sit filius asinæ debet ab illa generari in similitudine naturæ, nõ solùm in natura generica omnibus communi, alias vermes essent filij hominis, sed in quadã natura magis particulari, & p̃dicato quodã essentiali illis magis proprio: & hoc sufficit vt dicatur, secundum genus suum. Respondetur secundò, quòd explicationes illæ, quas adhibuimus ex Augustino in solutione ad primum, sufficiẽter soluunt, quomodo hi partus adulterini sint secundum genus animalium procreantium, quia procedunt generatim, & generatur aliquod animal succedens decedenti. ¶ Ad quartum respondetur, quòd id factum est vt insinuetur omnia hæc animalia simul à Deo producta esse, quia enim quę simul facta sunt simul referri nequeunt, modò prius, modò posterius narrantur, vt intelligamus ibi nullum fuisse successionis ordinem. Ita Iunilius, Beda, & glossa ordinaria. Est exemplum, nã prius dicitur, Creauit Deus cælum & terram: vbi cælum priori loco ponitur, & tamen Psal. 101. prius ponitur terra, Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, & Prouerb. 3. prius ponitur creatio terræ, Similiter Genes. 2. Vbi nos dicimus: In die qua fecit Dominus Deus cælũ, terram,

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrum, habetur in Hebræo In die quæ fecit A Dominus terram & cælum; vbi prius ponitur terra, vt insinuetur hæc simul creata esse, nec inter ipsa fuisse ordinem durationis. Ita ergo hic vt significetur, inuertitur ordo prius positus. Imò 4. Esdr. 6. bestiæ, quæ hic positæ fuerant primo & vltimo loco ponuntur in medio, dum dicitur: Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta & bestias, & reptilia: non quòd præpostera narratio sit, quam Hieronymus Ezech. 30. in Moyse in alijs libris historicis nō admittit, sed quia semper seruatur B idem ordo creationis, siue priora posteriori loco siue cōtra ponantur, quia simul omnia creata sunt.

¶ Ad quintum, vide quæ diximus supra q. 69. art. 1. dub. 1. ad tertium. Neque verò oportet omnia opera eiusdem diei sigillatim numerare, ut ex superioribus patet: neque enim narrantur mineralia, & metheora &c ut dictum est. ¶ Ad sextum præter solutiones D. Tho. aliqui dicunt, quòd propter serpentem, qui postea inter animantia terrestria maledictus fuit à domino, nō benedicūtur hæc animalia, neque hoc mirum videri debet cum videamus in Apocalyp. c. 7. non numerari inter beatos tribum Dā, nec tribum Ephraim propter Antichristū maledictum, qui erit de illa tribu; &c. Ieroboam Regem Israel, qui induxit vitulos qui fuit de ista; Forte posset dici, quòd quia opus sextæ diei non expletur vsque ad hominem conditum, & ibi refertur diuina D benedictio illa, ea parte, qua potest competere brutis animalib⁹, scilicet, quo ad illud Crescite & multiplicamini &c. referatur etiā ad ea, cætera verò. Et dominamini tantum ad homines. Hæc explicatio videtur esse Chrysostomi in illo loco: & est simile. Nam die secundo non dicitur: Vidit Deus quod esset bonum &c. quando tantum fit firmamentum: aut diuiduntur aquæ, sed quādo aquæ congregatæ sunt, quod vltimate pertinet ad opus distinctionis aquārum tunc dicitur, quod esset bonum, &c. Similiter hic E quando omnia animalia producta sunt & ornatus terræ completus tunc benedicūtur animalia. De hoc exemplo, vide D. Tho. in 1ª q. 74. ar. 3. ad tertiū. ¶ Ad septimū vide solutionē, quam nos ibidē assignauimus.

QVAESTIO LXXIII.
De iis quæ pertinent ad septimum diem.

DEINDE considerandum est de iis quę pertinent ad septimum diem.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm completio diuinorum operum debeat septimo diei ascribi?

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd completio diuinorum operum non debeat septimo diei ascribi. Omnia enim quæ in hoc seculo aguntur, ad diuina opera pertinent. Sed consummatio seculi erit in fine mundi, vt habetur Matth. 13. Tempus etiā incarnationis Christi est cuiusdam completionis tempus. Vnde dicitur tempus plenitudinis, Galat. 4. Et ipse Christus moriens dixit, Consummatum est, vt dicitur Ioan. 19. Non ergo completio diuinorū operum competit diei septimo. 2. d. 21. q. 3. a. 1.

¶ 2 *Præterea, Quicunque complet opus suum, aliquid facit. Sed Deus non legitur septimo die aliquid fecisse, quinimo ab omni opere quieuisse. Ergo completio operum non competit septimo diei.*

¶ 3 *Præterea, Non dicitur aliquid esse cōpletum cui multa superadduntur, nisi sint illa superflua: quia perfectum dicitur cui nihil deest eorum quæ debet habere. Sed post septimū diē multa sunt facta, & productio multorum individuorum, et etiam quarundam nouarum specierū quæ frequenter apparent, præcipuè in animalibus ex putrefactione generantis. Quotidie etiam Deus nouas animas creat. Nouum etiam fuit incarnationis opus. De quo dicitur Ierem. 31. Nouum faciet dominus super terrā. Noua etiam sunt miraculosa opera. De quibus dicitur Eccles. 36. Innoua signa, et immuta mirabilia. Innouabūtur etiam omnia in glorificatione sanctorū secundū illud Apo. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Cōpletio ergo diuinorū operū nō debet attribui septimę diei.*

SED contra est, quod dicitur Gen. 2. Complevit Deus die septimo opus suum quod fecerat.

RESPON-

RESPONDEO dicendum, quòd duplex est rei perfectio, prima & secūda. Prima quidem perfectio est secundum quod res in sua substantia est perfecta. Quæ quidem perfectio est forma totius, quę ex integritate partium consurgit. Perfectio autem secunda est finis, qui vel est operatio, sicut finis cytharistę est cytharizare: vel est aliquid ad quod per operationem peruenitur, sicut finis ædificatoris est domus, quam ædificando facit. Prima autē perfectio est causa secunde: quia forma est principium operationis. Vltima autem perfectio, quæ est finis totius vniuersi, est perfecta beatitudo sanctorum, quę erit in vltima consummatione seculi. Prima autē perfectio, quæ est in integritate vniuersi, fuit in prima rerum institutione. Et hac deputatur septimo diei. A B

*AD primum ergo dicendum, quòd sicut dictum est *, perfectio prima est causa secunda. Ad beatitudinem autem consequendam duo requiruntur, natura & gratia. Ipsa ergo beatitudinis perfectio erit in fine mundi, vt dictum est †. Sed ista consummatio præcessit causaliter, quantum ad naturam quidem, in prima rerum institutione: quantum ad gratiam verò, in incarnatione Christi: quia gratia & veritas per Iesum Christū facta est, vt dicitur Ioan. 1. Sic igitur in septima die fuit consummatio naturæ, in incarnatione Christi consummatio gratiæ, in fine mundi consummatio gloriæ.* In corp. artic. C In corp. artic.

AD secundum dicendum, q̄ septima die Deus aliquid operatus est, non nouam creaturam cōdendo, sed creaturam administrando, & ad propriam operationem eam mouendo: quod iam aliqualiter pertinet ad ichoationem quandā secundæ perfectionis. Et ideo cōsummatio operum secundū nostram translationem attribuitur diei septimę. Sed secundū aliam translationē attribuitur sextę. Et vtrū que potest stare, quia cōsummatio quę est secundum integritatem partium vniuersi, competit sextę diei: consummatio quę est secundum operationem partium, cōpetit septimę. Vel potest dici, quòd in motu continuo quandiu aliquid potest moueri vlterius, nō dicitur motus perfectus ante quietem. Quies enim demonstrat motum consummatum. Deus autē poterat plures creaturas facere, præter illas quas fecerat sex diebus. Vnde hoc ipso q̄ cessauit nouas creaturas condere in septima die, dicitur opus suum consummasse. A

AD tertium dicendum, q̄ nihil posmodum à Deo factum est totaliter nouum, quin aliqualiter in operibus sex dierum præfuerit. Quædam enim præextiterunt materialiter: sicut quòd Deus de costa Adæ formauit mulierem. Quædam verò præextiterunt in operibus sex dierum, non solum materialiter, sed etiam causaliter. Sicut individua, quæ nunc generantur, præfuerunt in primis individuis suarum specierum. Species etiam nunc (si qua apparent) præextiterunt in quibusdam alijs virtutibus. Sicut animalia ex putrefactione generata producuntur ex virtutibus stellarum & elementorum, quam à principio acceperunt, etiam si noua species talium animalium producatur. Animalia etiā quędam secundum nouam speciem aliquando oriuntur ex commixtione animalium diuersorum secundum speciem: sicut cùm ex asino & equa generatur mulus. Et hęc etiam præfuerunt causaliter in operibus sex dierum. Quædam verò præfuerunt secundum similitudinē, sicut animę quę nunc creantur. Et similiter incarnationis opus. Quia vt dicitur Philip. 2. Filius Dei est in similitudinem hominum factus. Gloria etiam spiritualis secundum similitudinem præfuit in angelis: corporalis verò in cælo præcipuè empyreo. Vnde dicitur Eccle. 1. Nihil sub sole nouum, iam enim præfuit in seculis quæ fuerunt ante nos. B

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Prima perfectio vniuersi congruè adscribitur septimo diei. Probatur, quoniam hæc consistit in formis rerum & integritate vniuersi: sed hæ formæ inditę sunt in prima rerū istitutione, ergo. ¶ Secunda conclusio. Vltima perfectio, quæ est finis rei consistens in operatione vel in aliquo ad quod per operationē peruenitur, reseruatur consummationi seculi. Probatur, quia illa est perfecta beatitudo sanctorum. Hæc secunda conclusio intelligitur de beatitudine omnibus modis perfecta, quę consistit non so- D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

lùm in fruitione Dei, quam modo habent sancti, sed etiam in glorificatione corporis, quam habebũt in die Iudicii. & hoc significat in illo Apoc. c.6. Vbi clamantibus sanctis animis sub altare Dei datæ sunt illis singulę stolæ albę, & dictũ est illis vt expectarent modicum, donec impleatur numerus fratrum suorum, vbi per stolas albas intelligitur Sanctorum gloria, quam habent in visione Dei ante diem Iudicii, hæc enim veritas catholica est. de qua re agitur in 1.2. in materia de beatitudine.

COMMENTARIVM.

DVbitatur de prima conclusione, & arguitur primò contra illam. De die sexta dictum est, quòd vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona: ergo si die sexto omnia fecerat tunc compleuit omne opus suum, & non die septima. Confirtur, quia bonum, & perfectum idem sunt: sed die sexta omnia opera Dei erant valde bona, ergo tunc fuerunt valde perfecta & completa, ac proinde ante diem septimum fuit completio diuinorum operum.

¶ Arguitur secundo eodem argumento secundo Diui Thomæ, non enim eius solutio videtur sufficiens, videlicet, quòd Deus die septimo aliquid operabatur administrando & *mouendo creaturam ad propriam operationem, quod pertinet ad inchoationem secundæ perfectionis. Contra hoc sic argumẽtor. Hæc administratio creaturæ & motio ad illius propriam operationem etiam sex primis diebus conueniebat Deo, ergo non magis die septimo consummauit opus suum quàm die sexto.

¶ Tertiò, Gratia collata per Christũ, quę habet nouam virtutem, & efficaceam ad remissionem peccati, non præcessit quantum ad istum effectum & virtutem in operibus sex dierum neque in se, neque in sibi simili (supponimus. n. quòd gratia collata angelis & protoparenti fuit ex meritis Christi) ergo facta est conclusio. Idem argumentum fieri potest de virtute pœnitentiæ, quæ in nullo opere sex dierum præcessit, & idem argumentum fieri potest de charactere ordinis, & aliorum sacramentorum, quæ potestas non est cognita vsque ad Euangelicam legem. Item potestas faciendi miracula & gratia sanitatum, & aliæ huiusmodi gratiæ gratis datæ non præcesserunt neque fuerunt in operibus sex dierum, ergo falsa est conclusio. Neque valet solutio Diui Thomę ad vltimum argumentum, & in secundo sentent. distinct. xiij. quæstione 3. articulo primo. ad octauum. videlicet, quòd hæc præcesserunt in similitudine, vel in potentia obedientiali creaturę, quemadmodum & alia animalia, quæ generantur ex putrefactione, & Eua, quæ quidem omnia præcesserunt in operibus sex dierum materialiter. Contra hanc inquam solutionem sic argumentor. Si hoc sufficeret, vt dicatur Deus compleuisse opus suum die septimo, sequeretur quòd pari ratione posset dici compleuisse opus suum prima die. Etenim omnia, quę postea producta sunt in aliis diebus, præexiterũt in potentia naturali vel obedientiali creaturæ, quæ primo die condita est. Nam & propter similem rationem dicitur Genesis 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ in die qua creauit Dominus cælum & terram & omne virgultum agri. Et confirmatur, quoniam diceretur Deus complesse opus suum ante sextum diem: etenim animalia terrestria & ipse homo sexto die creatus iam præcesserant secundum aliqualem similitudinem: tum in ceteris animalibus, tum etiam in angelis quo ad vim immaterialem. At verò hoc non obstante oportuit ponere sextum diem propter differentiam horum animalium ab aliis, in quo die Deus non quieseceret, sed operaretur, ergo pari ratione propter differentiam specificam aliorum memoratorum operum necesse est dicere Deum non quieuisse post diem sextum, quando illa produxit.

¶ Quartò. Opus iustitiæ punitiuæ quale apparebit in die Iudicij, & ipsummet vniuersale iudiciũ est quoddam opus Dei maximum, sed hoc non præcessit in operibus sex dierum, ergo falsa est conclusio.

¶ Quintò. Perfectus numerus conuenit confirmationi diuinorum operum? sed senarius numerus est perfectior quàm septenarius,

narius, ergo Deus debuit cõsummare opus suum die sexto, & non septimo. Probatur minor, quia ille numerus est perfectior, qui ex omnibus suis partibus aliquotis aggregatis consurgit, quæ proprietas competit senario & non septenario.

¶ Sextò, ex Diuo Gregorio homilia 17. in Ezech. Vbi sic ait: Et quoniam sexta die perfecit Deus opera sua ideo pro perfectione solet poni senarius numerus. Idem docet Augustinus tractatu 25. in Io. & lib. 11. de ciuitate cap. 30. Item Ambrosius de Ieiuno. & Elia c. 4. docet, quòd vbi cibus cæpit, ibi finis factus est mundi, ibi cæpit sua incrementa nescire, ibi cæperunt diuina circa eum opera fetiari. Hæc ille. Constat autem quòd sexta die bestijs data est edendi potestas, cum dicitur: Erit vobis in escã, & cunctis animantibus terræ: ergo tunc finis & complementum mundi fuit, non autem die septima. ¶ Arguitur septimo, ex Diuo Augustino libro 4. de Gen. ad literam capi. 18. Vbi ait, quòd mane istorum priorum dierum significat initium condendæ creaturæ, vespere autem terminum & finem eiusdem conditæ: sed, vt postea dicemus, Sabbathum habuit mane & non habuit vesperum, ergo in Sabbatho fuit initium alicuius condendæ creaturæ, ac per consequẽs non compleuit Deus in Sabbatho opus suũ quod patrauerat, neque quieuit.

PRo explicatione huius dubij obseruandum est, quòd cum apud antiquos (maximè Hebræos) dies incipiat à vespere, id quod fit in vespere præcedente aliquem diem debet pertinere ad sequentem diem. Dicunt igitur Iudæi in quodam libello eorum qui dicitur, Perechin, quòd Deus in vespere Sabbathi consummauit opus suum creando tunc res decẽ. Prima fuit os terræ, quod deuorauit Dathan & Abiron, vt dicitur Nume. 16. Secũda est os cuiusdam putei, quem dicunt sem per præcessisse Israelitas in deserto viuente Maria sorore Moysi. Tertia erat os asinæ Balaan ad loquendum, de qua fit mentio Numer. 22. Quarta fuit arcus cælestis siue Iris apparens in cælo, de quo dicitur Genes. 9. Arcum meũ ponam in nubibus cæli. Quinta fuit aries, quem immolauit Abraham pro Isaac Genes. 23. Sexta fuit virga Moysi, de qua sæpe fit mentio in Exod. Septima fuit manna, de quo fit mẽtio Exod. 16. Octaua fuit tabulæ legis primæ, non scriptæ sed planatæ, vt essent aptę ad scribendum, de quibus Exod. 32. Nona erat dæmones apparentes hominibus. Aliqui etiam dicunt, quòd fuerunt creata decem præcepta scripta in igne nigro & albo. Decima erat ipsę forcipes siue tenaculæ, vt ait quidam Rabbi. Dicit enim primas forcipes de cælo descendisse tunc, nec aliter potuisse fieri, & secundum hoc soluit illam vulgarem quæstionem, quid fuerit prius malleus an forcipes. Sed insanum istorum errorem optimè conuincit Abulen. Numer. 22. quæst. 10. Dicunt præterea Iudæi in suo Thalmud ord. 2. tracta. 3. distinctione 4. Deum creasse in die Sabbathi elementum ignis. Sed hoc supra reprobauimus, dum ostendimus illud in principio creatum comprehensumque sub nomine cæli & terræ. Vnde istis omissis sciendum adhuc est non conuenire inter omnes de modo quo Deus compleuerit opera sua die septimo, nam aliqui nolunt Deum compleuisse omne opus suum, ita quòd nihil nouum vnquam fecerit, sed tantùm ait, quòd Deus compleuit opus suum quod fecerat; non quòd compleuerit absolutè opus suum, sed tantum opus quod fecerat sex primis diebus: cum hoc autem bene potest stare, quod non requieuerit ab alijs efficiẽdis. Alij verò volunt docere, quòd Deus die septimo compleuit omne opus suum quod pertinet ad ordinem naturæ, non verò opus quod pertinet ad opus gratiæ & gloriæ, sed quod hæc compleuit in incarnatione Christi, & complebit in fine mundi. Et horum sententia videtur habere fundamentum in Diuo Thoma, hic ad primum, qui ita videtur expresè docere. Alij vt Rupertus 2. in Genes. capit. 14. ait, quòd non dicitur: Compleuit Deus omne opus suum, sed sine signo distributiuo, Compleuit opus suum, quia scilicet tantum vnum opus, scilicet, angelos in illa die compleuit glorificans eos & trahens ad sui visionem, quæ est verum complementum rationalis creaturæ.

NIhilominus pro explicatione notandum, quòd ille terminus, compleuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt dupliciter expliçari, ſicut illa verba, A incipit, & deſinit. Nam aut explicatur per poſitionem de præſenti & negationem de futuro, aut per negationem de præſenti & poſitionem de præterito, quod alijs clarioribus verbis exponit Caietanus, dicens, quòd finitio & completio vniuerſi poteſt intelligi aut actione poſitiua, qua vltimam manum illi impoſuit, aut per negationem vlterioris operationis. ¶ Secundo notandum; quod perfectio eſt duplex, altera totalitatis, quæ conſiſtit in integritate B omnium ſuarum partium eſſentialium: altera eſt perfectio, quam habet res ex conſecutione proprij finis vel ex propria operatione.

¶ His ita conſtitutis ſit prima concluſio. Deus compleuit poſitiua actione naturalem perfectionem totalitatis vniuerſi in die ſexto. Probatur primo, quia quamuis modo in vulgata editione habeamus: Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, tamen antiqua tranſlatio latina, qua vſus eſt Hie C ronymus in quæſtionibus Hebraicis in Geneſim, Auguſtinus in libro contra Adamantem Manicheum capit. ſeptimo. & Philo, Theodotio, & Septuaginta interpretes vertunt die ſexto. Probatur ſecundò, quoniam Exodi capitu. 20. dicitur: Sex diebus fecit dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt. Si igitur omnia in ſex diebus fecit, colligitur quòd in illis diebus compleuit actione poſitiua perfectionem totalitatis vniuerſi. Ter- D tiò, quoniam ad Hebræos capitu. 4. dicitur. Et quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis dicitur, Requieuit Deus die ſeptimo. Ecce vbi requiem Dei ait ſuperueniſſe operibus iam perfectis, ergo ſex illis diebus perfecerat Deus omnia opera ſua. Hanc concluſionem probant argumenta tria ex illis quæ fecimus a principio, videlicet, primum & quintum & ſextum. Cui ſententiæ Diuus Hieronymus ſuper illud Aggei capit. 1. In menſe ſexto; E conſonat dicens, quòd menſis ſextus non habet ſolennitates in quibus quieſcamus, ſed in eo laboramus, quia vnus eſt dierum ſex, in quibus factus eſt mundus. Hæc ille. Ac ſi diceret, quòd ille numerus continet perfectionem vniuerſi, cum Deus non ceſſabat ab operatione. Et Diuus Auguſtinus libro quarto, de Trinitate cap. 4. docet propterea in ætate ſexta Chriſtum aduenisſe, quia numero illi competit operari, & ca. 5. ait, quod ideo numero ſenario multiplicato per quadragenarium, quo complentur nouem menſes & ſex dies, ipſa perfectio corporis Dominici ad partum peruenit, quia iſte numerus & perfectus & operationis eſt.

¶ Secunda concluſio. Die ſeptimo compleuit Deus primam perfectionem naturalem vniuerſi negatiuè, videlicet ceſſando ab opere: & ſecundam naturalem impleuit poſitiuè influendo. Hæc concluſio probatur, ex c. ſecundo Geneſis, vbi dicitur: Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum. Qui locus prædicto modo intelligendus videtur. Secundò probatur prima pars concluſionis. Si Deus omnia quæ ſunt in cælis & in terra, fecit in ſex primis diebus, vt probatum eſt in prima concluſione: ergo die ſeptimo ceſſauit ab omni opere nihilque operatus eſt. De qua re latius in articulo ſequenti dicendum erit. Secunda verò pars concluſionis explicatur notando, quòd Deus non dicitur dediſſe illam ſecundam perfectionem vniuerſo in die ſeptimo, quia non antea cauſauerit illam: niſi enim Deus res antea conſeruaſſet, & cum eis concurriſſet, nullum motum aut actionem habuiſſent: aliàs enim, neque Sol illuminaret, neque arbores produxiſſent fructus. Reſtat igitur, vt intelligatur quòd Deus dederit illam ſecundam perfectionem vniuerſo die ſeptimo, ſicut intelligit Abulenſis, quoniam ſeptimo die cæpit Deus exercere ſolam conſeruationē, & gubernationem, atque directionem rerum in ſuos fines. Etenim præcedentibus diebus erant productæ & conſeruatæ res, at ſeptimo die ceſſante productione manſit ſola conſeruatio & gubernatio & directio rerum, ac propterea illarum perfectio tribuitur diei ſeptimo, quaſi tunc cæperint habere ſuum complementum & operationem.

¶ Tertia concluſio. Perfectio vniuerſi, quæ prouenit illi ex donis ſupernaturalibus, non debet attribui diei ſeptimo. Hæc videtur expreſſa Diui Thomę ſententia hic in

in ſolutione ad primum, & in ſecundo ſen A tentiarum ad Annibaldum diſtin. quintadecima, articulo quarto, ad tertium, quod quidē argumentum erat huiuſmodi. Deus de nouo multa facit, videlicet, glorificat homines, & humanam naturam ſibi vnit, & Sacramenta inſtituit, & ſimilia multa facit: ergo non ceſſauit die ſeptimo. Ad quod argumentum ita reſpondet. Ad tertium dicendum, quod conſummatio operum, de qua hîc agitur, eſt ſecundum perfectionem naturæ: vnde nihil prohi- B bet ad perfectionem gratiæ vel gloriæ, alia de nouo poſtmodum Deum feciſſe. Hæc ille, Hanc concluſionem probant tertium argumentum & quartum, quæ ſecimus à principio. Confirmari etiam poteſt ex eo quod quidam, vt eſt Catherinus & alij intendunt ex Diui Auguſtini ſententia, quòd ideo in creatione hominis non dicitur de illo: Vidit Deus quod eſſet bonum: quia homo nondum erat perfectus in ſupernaturalibus, ſed poſtmodum erat perficien- C dus, vt oſtendemus articulo ſequenti.

¶ Aduerte tamen, quòd non negamus in hac concluſione ſupernaturales perfectiones vniuerſi aliquo modo præceſſiſſe in operibus ſex dierum, videlicet, ſecundum potentiam obedientialem creaturæ, vel ſecundum aliqualem ſimilitudinem, & participationem donorum quæ fuerunt in Angelis & protoparente Adam. Hoc enim ſic docet Diuus Thomas expreſsè in ſolutionibus argumentorum huius articuli. Quam- D obrem noſtra mens eſt oſtendere, quòd inchoato huiuſmodi donorum non ſuffiçit, vt perfectius complementum illorum attribuatur diei ſeptimo. Etenim poſt diem illum multa fecit Deus, quæ non continebantur in virtute efficaci præcedentium donorum. Huiuſmodi eſt vnio hypoſtatica humanitatis ad Verbum, inſtitutio Sacramẽtorum nouæ legis, poteſtas clauium collata Petro, & ſucceſſoribus. Ceterum ſpe- E cies rerum naturalium, quæ poſt illum diē ſeptimum apparuerunt, cōtinebantur in virtute naturalium præexiſtentium. At verò animalia, quæ facta ſunt in ſexta die, non præceſſerant ſecūdum ſpeciem ſuam, neque continebantur virtualiter in creaturis prius conditis, ipſa tamen ſua præceſſerat ſecundum ſpeciem ſuam in Adam.

¶ Ad argumenta vero in oppoſitum, ex præcedentibus concluſionibus manifeſta eſt ſolutio, præterquam ad vltimū, ad quod reſpondet Auguſtinus ibidem, quòd mane non ſolum ſignificat principium cōdendæ creaturæ, ſed etiam principium quietis quam habet creatura condita in Deo, &c.

¶ Circa ſolutionem ad tertium, quomodo miraculoſa opera præceſſerint aliquomodo in natura prius condita, explicant aliqua exempla, quæ adducit Auguſt. lib. j. de mirabil. Sacræ ſcripturę à cap. 16. vſque ad 24. & lib. 2. c. 31. Vbi multis argumentis probat miracula, quæ olim Deus faciebat eſſe conſona naturę rerum, in quibus Deus illa patrabat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Deus ſeptima die requieuerit ab omni opere ſuo?

AD SECVNDVM ſic procedi- 357
tur. Videtur, quòd Deus ſepti- 2. di. 15.
ma die non requieuerit ab om- q. 3. ar. j.
ni ſuo opere. Dicitur enim Io. 5. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.*

¶ 2 *Præterea, Requies motui opponitur, vel laberi qui interdum cauſatur ex motu: ſed Deus immobiliter & abſque labore ſua opera produxit: non ergo dicendum eſt ſeptima die à ſuo opere requieuiſſe.*

Si dicatur, quòd Deus requieuit die ſeptima, quia fecit hominem requieſcere: contrà, requies contraponitur eius operationi. Sed quod dicitur, Deus creauit vel fecit hoc vel illud, non exponitur, quòd Deus hominem fecit creare aut facere. Ergo nec conuenienter exponi poteſt, vt dicatur Deus requieuiſſe, quia fecit hominem requieſcere.

SED contra eſt, quod dicitur Geneſis 2. Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere quod patrauit.

RESPONDEO dicendum, q̃ quies proprie opponitur motui, & per conſequens laborí, qui ex motu conſurgit. Quamuis autem motus proprie acceptus ſit corporum, tamen nomen Motus etiam ad ſpiritualia derivatur dupliciter. Vno modo ſecundum quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis operatio motus dicitur. Sic enim & diuina bonitas quodammodo mouetur & procedit in res secundum quod se eis communicat, vt Diony. dicit 2.cap.de diui.nom. Alio modo, desiderium in aliud tendens, quòd motus dicitur. Vnde & requies dupliciter accipitur. Vno modo pro cessatione ab operibus. Alio modo pro impletione desiderij. Et vtroque modo dicitur Deus requieuisse die septima. Primo quidem, quia die septima cessauit nouas creaturas condere. Nihil enim postea fecit, quod non aliquo modo præcesserit in primis operibus, vt dictum est. * Alio modo secundū quod rebus conditis ipse non indigebat, sed seipso fruendo beatus est. Vnde post conditionem omnium operum non dicitur, quod in suis operibus requieuit, quasi eis ad suam beatitudinem indigens: sed ab eis requieuit, vtiq; in seipso, quia sufficit sibi, & impletè desiderium suū. Et quamuis ab æterno in seipso requieuerit, tamen quòd post opera condita in seipso requieuit, hoc pertinet ad septimum diem. Et hoc est ab operibus requiescere, vt Aug.* dicit super Genes. ad lit.*

A D primum ergo dicendum, quòd Deus vsque modo operatur conseruando & administrando creaturam conditam, non autem nouam creaturam condendo.

*A D secundum dicendum, quòd requies non opponitur labori siue motui, sed productioni nouarum rerum & desiderio in aliud tendendi, vt dictum est.**

A D tertium dicendum, quòd sicut Deus in solo se requieuit, & se fruendo beatus est: ita & nos per solam Dei fruitionem beati efficimur. Et sic etiam facit nos à suis & nostris operibus in seipso requiescere. Est ergo conueniens expositio, vt dicatur Deus requieuisse, quia nos requiescere facit. Sed non est hæc sola ponenda, sed alia expositio est principalior & prior.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Probatur, nam quiescere sumitur vel pro cessatione ab opere vel pro impletione desiderij: sed Deus die septimo cessauit nouas creaturas condere, & non fuit beatus ex conditione creaturarū sed fruendo seipso, quia ipse sibi sufficit, & implet suum desiderium, ergo &c.

¶ Secunda conclusio. Satiari Deū seipso non absolutè, sed post opera condita tribuitur diei septimo. Probatur, quoniam hoc significat illud, Requieuit ab omni opere, quod patrarat, vt docet Augustinus 4. de Genes. ad literam, cap. 15.

COMMENTARIVM.

CONtra primam conclusionem arguitur primò ex Hieronym. in quæstionibus Hebr. in Gen. super illud: Compleuit Deus die septima &c. Vbi ait: Arcē damus ergo Iudæos, qui de otio Sabbathi gloriantur, quia iam tunc in principio Sabbathum solutum est, dum Deus operatur in Sabbatho complēs in eo opera sua. Item Iunilius ait, Deū aliquid fecisse die septimo, in eo quod ipsum diem benedixit & sanctificauit. Neque enim (inquit) nullum opus est benedictio & sanctificatio, neque Salomon nihil operis fecisse dicendus est, cū templū quod fecerat dedicauit: imò eximium Dei opus est cum ea quæ fecit benedictione & sanctificatione æterna glorificat. Et tandē de hoc opere, quod in æterno die Sabbathi facit, dicit ipse Dominus: Amen dico vobis, q̄ præcinget se & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis. Qui.n. præcingit se, qui discubitum præparat, qui transit, qui ministrat, vtiq; operatur. Hæc ille. Et Theodoretus ait, q̄ ne hæc dies vilis & sine opificio proprio maneret, pro opificio diei septimæ benedictionem dedit. ¶ Secundò, q̄m Gen. 2. ca. dr̄: In ipso videlicet, die septimo requieuit Deus ab omni opere suo, quod creauit vt faceret: ergo post illum diem aliquid fecit: alias non diceretur: Vt faceret, nisi aliquid esset faciendum. ¶ Tertiò, quoniam diem septimum non creauit Deus, ergo in ipso non requieuit. Probatur consequentia, quoniam Deus non potest quiescere in die, quem ipse non creauerit. Antecedens autem patet, quoniam die septimo nihil noui fecit, siquidem sexto die omnia consummauit.

IN

IN explicatione huius articuli suppositis, quæ diximus articulo præcedenti, pauca sunt, quæ expositione indigent. Aduertēdū tamen est, q̄ Rupertus lib. 2. in Gen. ca. 16. 17. & 18. multò aliter explicat Deum quieuisse die septima. Ait.n. diē hanc nihil aliud esse quàm ipsum filium Dei. Propter quā causam (inquit) q̄ licèt exteræ dies habeāt mane & vespere; tamen hic dies non describitur habere mane vel vespere. Itē quoniā de die isto dr̄ Deus quieuisse ab omni opere quod expleuit vt faceret. Rursus dicitur: Istæ sunt generationes cœli & terræ, quādo creatæ sunt, in die quo creauit Deus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequā oriretur, & tamen nisi per hunc diem intelligamus filiū Dei, in quo Deus omnia creauerat, antequam in suis proprijs existentijs distinguerentur, non potest commode intelligi quod dicitur, In die quo creauit Deus cœlum & terram & omne virgultum agri antequam oriretur. Deinde quoniam de spiritu Dei dicitur, Et requiescet super eū spiritus Domini. At verò hæc intelligentia nō consonat cū explicatione D. Aug. & D. Th. & aliorum doctorum. Siquidem D. Tho. in 2. Sententiarum dist. 15. q. 3. art. 2. ad septimum docet, q̄ non dr̄ Deū requieuisse die septimo quasi in obiecto suæ quietis, at vero in filio complacet Deo, & quiescit in illo tanquam in obiecto suæ complacentiæ & quietis. Augustinus verò & glossa ordinaria & alij sancti docent, q̄ dies consurgit ex repetitione eiusdem lucis, quæ primò creata est. Aduertunt etiā, q̄ dies septimus habuit mane, hoc est, initium, at verò Dei filius initium habere non potest. Præterea communis Sanctorum intelligentia est, imò ex ipsa Scriptura videtur aperte colligi, q̄ per diem septimum intelligatur sabbathum. Dicitur enim Exodi cap. 20. sex diebus fecit Deus cœlum & terram mare & omnia quę in eis sunt, & requieuit die septimo, & ideirco benedixit diei sabbathi, & sanctificauit illum, vt in illo homines seruilia opera nō facerent. Ex quibus cōstat, quòd de die sabbathi intelligēdum est, quod dicitur, Benedixitque Deus diei septimo & sanctificauit illum; & nulla ratione possunt intelligi de vero filio Dei, sicut intelligit Rupertus. Qui etiam caueindus est vbi supra cap. 16. vbi de hoc die inepte ato, scilicet de filio explicat illud Psal. 117. Hæc dies quam fecit Dominus; & admittit filium factum esse, licèt aliter quàm alij dies. Constat autem ex symbolo Athanasij, quòd filius Dei genitus est non factus.

PRædicta ergo expositione reiecta notandum est, q̄ hoc nomen, quies, in primæua significatione acceptum opponitur motui. Sed quia (vt inquit Philosophus lib. 12. Metaphysi. tex. 51.) motus noster causa est laboris, idcirco consequenter quies opponitur labori. Quoniam autem res per prium motum & operationē adquirit suū finem in quo quiescit, ideo etiam quies accipitur pro consecutione finis vltimi, in quo res quiescit & eius desiderium completur. ¶ Aduertendum est secundò regulam esse satis communem ad intelligentiam sacræ scripturæ, quòd sæpe aliqua actio vel proprietas attribuitur Deo quatenus illam efficit in nobis. Ita docet Gregorius lib. 9. moral. cap. 29. & lib. 14. cap. 7. Et Diuus Augustinus lib. 2. de bono perseuerantiæ cap. 23. & in quæst. 68. in Genes. & in tractatu. 43. in Ioannem & in sermone primo super Psalmum. 33. & lib. 5. super Gene. ad literam c. 19. & alibi sæpe. Exēpla huius regulæ passim occurrunt in sacris literis, sed operæ pretium est vnum aut alterum non vulgare adducere. Canticorum cap. 2. dicitur, Ecce ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Qui locus quanuis multas possit habere explicationes, tamen elegans explicatio est, quòd sponsus dicatur post parietem stare, & respicere per fenestras, quatenus nos facit respicere ipsum atq; cognoscere in hac vita mortali, non quidem aperta visione sed imperfecta & ænigmatica, dum credimus Christum hominem esse filium Dei. Adiuuat, vt sic intelligamus locum istum, verbum ipsum Hebræum, quod in illo loco est tertiæ coniugationis, quæ apud Hebræos idem est atq; facere prospicere. Alter locus est Actorum cap. 1. vbi dicitur de Iuda proditore, Hic possedit agrum de mercede iniquitatis. Et tamen constat, quòd Iudas suspensus laqueo nunquam fuit dominus ipsius agri. Dicitur autem possedisse agrum de mercede iniquitatis, quoniam fuit causa, vt ager

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille eneretur, cuius dominium datum est peregrinis vt ibi sepelirentur. Ad hunc modum nituntur explicare Rupertus illud Apocalypsis ca. 1. Pax vobis, &c. & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Hoc est (inquit) à Spiritu sancto, qui efficit in nobis septem dona, quę dicuntur spiritus, & tribuit nobis, vt possimus subsistere in conspectu Dei stabiles. Etenim peccatores sicut fluit cera à facie ignis sic pereunt à facie Dei. ¶ Notandum est tertiò, quòd in sacris literis numerus septenarius sumitur pro vniuersitate propterea quòd constat ex primo numero impari, & primo numero pari diuisibili in numeros, videlicet, ex ternario, & quaternario; & ideirco sæpe in Scriptura vsurpatur hæc vox, septem, pro omnibus vel pro multis. Quale est illum Tobiæ cap. 12. Ego sum vnus ex septem, qui stamus ante Deum, hoc est, de vniuersis, vel de multis spiritibus, qui assistunt ante Deum. Similiter quod dicitur in Psalm. 118. septies in die laudem dixi tibi, idem significat atque quod alibi dicitur, Semper laus eius in ore meo. Sic etiam illud Lucę 17. si septies in die frater peccauerit in te, & septies in die ille conuersus fuerit, remitte illi, hoc est, quotiescũque. Eandem habet intelligentiam quod dicitur Matth. 18. sumit alios septem spiritus nequiores se, hoc est, multos. Doctrina est Theoph. Lucæ 17. & Marci 11. & Chrysostom. homil. 19. in Genes. & Euthimij in Psalm. 78. & Augustin. lib. 12. de Ciuitat. capit. 31.

His ita constitutis sit prima conclusio. Verè & merito dicitur, quòd requieuit Deus ab omnibus operibus suis siue requiescere accipiatur pro cessatione ab opere, siue pro adimpletione suæ voluntatis, siue pro hoc quod est, facere nos requiescere. Probatur ex prima conclusione nostra, quam in articulo præcedenti statuimus, vbi ostendimus quo pacto Deus complecterit actione positiua totam naturalem perfectionem vniuersi in die sexto; ergo die septimo cessauit ab huiusmodi operatione, ac proinde in illo sensu requieuit. Caterum secunda pars conclusionis, quòd Deus requieuit, hoc est, adimpleuit suam voluntatem & desiderium, explicatur à D. Tho. & Caietano ita q. illa adimpletio intelligatur in effectu operis creati, non autem ita quòd diuina voluntas non fuerit ab æterno satiata quantùm ad omne desiderium suum circa proprium obiectum. Adimpletio itaque rectum ipsarum & completio suarum perfectionum, quę facta est die sexto per diuinã operationem, dicitur adimpletio diuinæ voluntatis & desiderij, atque ita incipiente die septimo dicitur Deus requiescere, quoniam cessauit ab operatione cõpletiua perfectionum totius vniuersi, quantum ad totalitatem naturæ. Hęc intelligentia colligitur ex D. Augustin. lib. 4. in Genesim ad liter. capit. 15. Et probatur primò, quia numerus septenarius vniuersitatem designat, sed desiderium cuiuslibet voluntatis non satiatur nisi in bono, quod continet omne bonum, atque adeo cum hęc vniuersitas significetur per diem septimum, rationabiliter dicitur, quòd Deus requieuit die septimo. Ratio est D. Augustini lib. 11. de ciuitate capit. 31. Tertia verò pars conclusionis colligitur ex D. Augustin. libro 4. de Genes. ad liter. per multa capita, & epistol. 119. cap. 10. Nec verò tertium argumentum D. Thomæ conuincit oppositum, quoniam etiam in operibus creationis, quę nobis possunt competere, ea quę Deus dicitur facere, explicantur ita vt sit sensus, quòd faciat nos illa operari. Atque ita D. Augustinus libro 4. de Genes. ad literam cap. 10. explicat illud Genes. cap. 2. Complecuitque Deus, id est, fecit nos complere, idest, operando consumare. Et cõfirmatur hęc explicatio ex eo quod Deut. cap. 20. præcipiebatur Hebræis obseruantia sabbathi, quia Deus requieuit in illo, vbi requies inducitur vt causa, & non in eo sensu quasi Deus in seipso tunc incœperit quiescere. Consonat etiam numerus septenarius quieti, quoniam seruus apud Hebræos sex annis seruiebat, & anno septimo liber egrediebatur. Terra etiam septimo anno non colebatur sed quiescebat: & captiuitas populi septimo anno impleta est. Vide Hieronymum Amos. cap. 5.

¶ Secunda conclusio. Deus nunquam in propria natura quieuit à suis operibus, si quies accipiatur vt opponitur laboti, & est terminus illius. Probatur ex illo Eccles. 24. Cũ eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos

singulos dies ludens coram eo. Ex quo colligitur, quòd Deus non laborabat in operibus sex dierum sed delectabatur, non tamen intelligas quòd noua delectatione afficiebatur immutabilis Deus, sed prorsus eadem delectatione, quam habet in fruitione sui, delectatur, dum operatur ad extra: sic enim intelligendum est: Lætabitur Dominus in operibus suis. Deinde Augustinus libro 4. super Genes. ad literam cap. 14. sic ait: Denique ipse neque cum creauit defessus, neque cum cessauit, refectus est. Et cap. 8. inquit: Nunquid dici aut credi fas est Deum laborasse in operãdo cum omnia opera sua condidit, quando dicebat, Fiat & fiebant? Nimis absurdum est hoc Dei laborem putare. Et statim exeludit aliud simile deliramentum, quòd Deus laborauit cogitans rerum rationes; dicit enim quod ita sapere multum desipere est. Sed si quis obiiciat illud, Laborare fecistis Dominum, Malach. 2. & illud Isai. 1. Laborani sustinens; Respondetur, quòd iste locutiones metaphoricæ sunt, & significant odium, Quod Deus habet erga peccata quatenus sibi displicent.

AD argumenta verò quæ in principio sunt posita respondetur. Ad primum quidem, quòd quia illa nõ erant noua creatura, quę in operibus sex dierum præcessissent, ideo dicitur Deus quieuisse à condendis nouis operibus. Similiter etiam benedictio & sanctificatio diei septimi virtualiter præcesserat (vt ait Caietanus) in creatione vniuersi, quandoquidem vniuersa propter semetipsum operatus est, & operibus suis prius benedixerat.

¶ Ad secundum respondetur, quòd particula illa, vt faceret, determinatio est ipsius effectus Dei: ac si diceretur, Requieuit ab omni opere, quod creauit ad faciendũ. Quę phrasis Hebræa est. Cui veritati consonat quod Philosophi dicunt. Vnumquodque est propter suam operationem. Deus enim non creauit res, vt essent otiosę, sed vt operarentur. Fortasse etiam posset dici, quòd illud; Creauit vt faceret, significat quàm liberè Deus res produxerit, nõ quia illis indigebat vel aliquid vtilitatis accederet ipsi Deo, sed quia ita placuit illi creare solùm vt faceret, & communicaret creaturis aliquam bonitatem. Deinde fortassis etiam potest illud ita intelligi, quòd cum sit duplex opus Dei, videlicet, creationis, & restaurationis mundi, dicatur Deus tunc quieuisse ab opere creationis, non tamen ab opere restaurandi mundum, sed ab opere faciendi conditionem creaturę, & propterea additum est; Quod creauit vt faceret. ¶ Ad tertium iam dictum est, quomodo verificetur, quòd ante septimum diem consummauerit Deus omnia opera sua, & tamẽ in die septimo, quem ipse produxit, requieuerit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm benedictio & sanctificatio debeatur diei septimæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q benedictio & sanctificatio non debeatur diei septimæ. Tempus n. aliquod consuescit dici benedictum aut sanctum propter aliquod bonum quod in illo tempore euenit, aut propter hoc quod aliquod malum vitatur. 358 2. di. 15. q. 3. art. 3.

Sed Deo nihil accrescit aut deperit, siue operetur, siue ab operando cesset. Non ergo specialis benedictio & sanctificatio debetur diei septimæ.

¶ 2 Præterea, Benedictio à bonitate dicitur. Sed bonum est diffusiuum & communicatiuum sui secundum Diony. Ergo magis deberent benedici dies in quibus creaturas produxit, quàm ille dies in quo à producendis creaturis cessauit.

¶ 3 Præterea, In singulis creaturis quędam benedictio commemorata est, dum in singulis operibus dictum est: Vidit Deus quòd esset bonum. Non oportuit igitur quòd posset omnium productionem dies septima benediceretur.

SED contra est, quòd dicitur Gen. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in illo cessauerat ab omni opere suo.

*RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, * requies Dei in die septima dupliciter accipitur. Primò quidẽ quia tum* Ar. pcc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad hoc quòd cessauit à nouis operibus cõ A
dendis, ita tamen quòd creaturam conditam
conseruat & administrat. Alio modo secun-
dũ quòd post opera requieuit in seipso. Quan-
tum ergo ad primum competit septimo diei
q.72.ad argum. *benedictio: quia sicut supra dictum est, *be-*
nedictio ad multiplicationem pertinet. Vnde
dictum est creaturis quas benedixit. Crescite &
multiplicamini. Multiplicatio autem re-
rum fit per administrationem creaturę, secũ-
dum quam ex similibus similia generantur.
Quantum verò ad secundum competit septi- B
mo diei sanctificatio. Maximè enim sanctifi-
catio cuiuslibet attenditur in hoc, q̃ in Deo
requiescit. Vnde & res Deo dedicatę, sanctę
dicuntur.

AD primum ergo dicendum, quòd non
propter hoc dies septimus sanctificatur: quia
Deo possit aliquid accrescere, vel decrescere,
sed quia creaturis aliquid accrescit per mul-
tiplicationem & quietem in Deo.

AD secundum dicendum, quod in primis
sex diebus producta sunt res in suis primis cau- C
sis. Sed postea ex illis primis causis res multi-
plicantur & conseruantur: quod etiam ad
bonitatem diuinam pertinet. Cuius etiã per-
fectio in hoc maximè ostenditur, quòd in ipsa
sola & ipse requieuit, & nos requiescere pos-
sumus, ea fruentes.

AD tertium dicendum, quòd bonum
quod in singulis diebus commemoratur, per-
tinet ad primam naturę institutionem, bene-
dictio autem diei septimo pertinet ad natura
propagationem.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Probatur. Benedictio pertinet ad mul tiplicationem, sed multiplicatio fit per administrationem rerum, quã Deus seorsum cœpit facere die septi mo, ergo benedictio diei debetur. Quod sanctificatio eidem cõpetat, probatur. Sanctificatio maximè cõ petit alicui quatenus in Deo requie scit, sed die septimo fecit Deus, vt in illo homines vacarent Deo & quie scerent ad cultum Dei, ergo sanctifi catio maximè cõpetit diei septimo, E

COMMENTARIVM.

DVbitatur primò. Vtrùm conclusio D. Thomæ sit vera? Arguitur primo con tra illam. Benedictio, quæ pertinet ad mul tiplicationem, data est singulis creaturis in diebus, in quibus creatæ sunt, vt patet in operibus quinti & sexti diei, in quibus etiã inditæ sunt animalibus virtutes generatiuæ, & die tertia collatum est semen plantis, quod et est instrumentum virtutis ge neratiuæ, vnde dictum est illis: Crescite & multiplicamini; ergo benedictio creatu rarum non debet reseruari ad septimum diem. Confirmatur, quoniam ista benedi ctio vel significat collationẽ virtualis pro pagationis vel actualis; non primum, quia dictum est, quòd illa collatio fuit in diebus ornatus; neque secundum, quia homo tunc non generauit, nondum enim erat eiectus de paradiso. ¶ Secundò. Benedictio (vt ait Ambro. in libro de benedictionibus Patriar charum cap. 2) significat collationem diui norum donorum, sed paria vel maiora do na collata sunt creaturis in diebus sex; quã in die septimo; ergo benedictio non magis pertinet ad septimum diem quàm ad reli quos. Tertiò. Quod à Deo institutum est in prima rerum conditione, perpetuo durat in rebus; vt inductiuè probari potest, & etiam quia Deus instituit quod erat rebus natura les; at verò sanctificatio diei septimi modò nõ persenerat. (Nõ enim fideles seruamus sabbathum, sed diem dominicum) ergo be D nedictio non speciali ratione pertinet ad diem septimum.

PRo intelligentia huius difficultatis ad uertendum est diẽ sabbathi apud He bræos celeberrimum semper fuisse atque sanctificatum, ita vt in suo Thalmud dice rent, quòd siquis in die sabbathi tet come disset, proculdubio vitam æternam conse queretur; & (vt inquit Lyra. Exodi. 20.) Iu dęi, qui veste pretiosam vel aliquid aliud si mile adquirebant, non vtebãtur illa, donec primùm in die sabbathi ornarentur huiusmodi pretiosis. Ratio autem quare Deus diem sabbathi sanctificauerit, non eadem ab omnibus assignabatur. Quidã enim Rab binorum aiunt diem sabbathi à Deo sanctificatum, & sub præcepto coatinẽri, ne quis in illa operaretur, quia dies illa subio-

cta est influentiæ Saturni; quæ noctua est, A
neque expedit saluti hominum eo die labo rem exercere. Itaque Deus prospiciens ho minum saluti tale preceptum imposuit, quemadmodum eadem ratione multa ci borum genera prohibuit, vt docet D. Tho. 1.2. quæst. 102. art. 6. ad primum.

¶ At verò huiusmodi Rabbini vehemẽ ter errant nõ intelligentes scripturas neq; virtutem earum. Etenim ratio huius obser uantiæ assignatur in Genes. 1. cap. vbi pro pterea dicitur Deus sanctificasse sabbathũ B
diem septimum, quia in eo cessauit ab vni uerso opere, quod patrarat. Eademque ra tio assignatur Exodi cap. 20. Præterea Deus maximè curauit excludere idololatriã ab illo populo, & ne adorarent militiam cęli, & hac ratione inter alia dicitur Hieremiæ ca. 10. A signis cæli nolite metuere. Et Deu tero. capit. 4. admonentur Iudæi, ne eleuatis oculis in cælum solem videãt & Lunam & stellas, & colant ea. Si autem illa Rabbino rum ratio aliquid veritatis haberet potiùs C
occasionem Iudæi acciperẽt, vt Saturnum colerẽt, ne cum posset nocere eis, sicut Ro mani coluerũt tãquam Deam quartanam, timorem ato; pallorẽ, quod ostium habuit Tullio Hostilio tertio rege Romanor. Alij alias rationes huiusmodi obseruantiæ pro ferunt, veruntamen scriptura legitimã cau sam docuit, videlicet, quia Deus cessauit in illa die ab omnibus operibus suis.

¶ Aduertendum est secundò, quòd nu merus septenarius multum sacer est conse- D
cratusque Deo. Obseruant hoc Hieronymus Amos c. 4. & Zach. 4. & Matt. 15. Item Basilius homi. 11. Exameron, & Gregorius lib. 1. Morali. c. 7. & Ambrosius lib. 6. epistolarum epist. 39. Hinc est, quòd septimus ab Adam Enoc cum Deo ambulauit, & translatus est ne videret mortem. Hoc idẽ obseruãt Ambrosius, & Hieronymus in Moy se, qui fuit septim⁹ ab Abrahã, quiq; fuit à Deo specialiter segregatus, vt esset populo suo dux & legislator. Septimus etiam mensis fere totus festiuus erat, & Deo per solennitates varias consecratus. Septem etiã Ebdomades complent numerum sanctum penthecostes. Propter huius numeri sancti tatem (inquit Basilius) quòd cum Petrus interrogaret Christum, quoties dimitteret fratri peccanti adiecit. Vsque septies? cum tamen potuisset dicere vsque octies vel de cies. Rursus cum Christus posset respondere, vsque millies, respondit per numerum septenarium multiplicatum dicens, Non ti bi dico septies, sed septuagies septies. Propter eandem rationem cum plures generas tiones sint ab Adam vsque ad Christum, ali quæ tamen omittuntur à Luca, vt genealo giam Christi eodem numero generationũ, scilicet 77. texeret, vt notat idem Basilius. E Et similiter vt numero septenario multipli cato generationẽ Christi texeret Matthęus, generationem aliquorum regũ præter mis sit. Tanta est sanctitas huius numeri.

His suppositis sit conclusio. Optimo iure benedictio & sanctificatio ap plicatur diei septimo. Probatur, cum Deus posset quemlibet diem sanctificare, eius sanctificatio bene accommodatur nume ro, qui de se sacer est. Secũdò. sanctificatio & benedictio debetur bonitati, sed boni tas desumitur ex ordine ad finem; ergo cu septimo die res permittantur agere suas o perationes, per quas tendunt in finem, ille dies præ aliis debuit benedici & sanctifica ri. Tertiò. vita contẽplatiua præfertur actiuę iuxta illud Lucæ 10. Optimam partem elegit sibi Maria; sed senarius dierum attri buitur actioni, qua Deus produxit res, septe narius autem quieti diuinæ contemplatio nis, qua seipso Deus perficitur, ergo sanctifi catio & benedictio specialiter debetur D
diei septimo. Rationes sunt D. Thom. in se cundo dist. 15. quæst. 3. art. 3. Quartò proba tur. Nam hoc quod dicitur, benedixit & sanctificauit, potest explicari iuxta regu lam positam in articulo præcedenti, idest, in eo sibi benedictiones & laudes fieri vo luit, sibique consecrauit, sed cæteros dies rerum exercitio deputauit, ergo consonum est vt vltimum, vel septimum suo cultui manciper, & in eo laudes deposcat, pater cõ sequentia, quia consonum est vt post acce- E
pta beneficia statim in laudem Dei prorum pamus, & vnum diem eius seruitio mancipemus, qui illum & cæteros nostro cõmodo, cõditioni, scilicet rerum, & gubernatio ni deputauit. Alia mysteria propter quæ in betur obseruari sabbathum, refert Philo. lib. de Abraham.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD argumenta. Ad primum respondetur, ꝙ benedictio, quæ in cæteris diebus facta est, fertur in ipsas res, quę tũc producuntur; benedictio verò septimi diei in ipsum diem, quatenus ipsum sanctificauit, & suo cultui deputauit. Et sic intelligunt alij qui illud; Benedixit & sanctificauit; quod illa vox; &, significat idẽ quod, idest, quasi dicat; Benedixit, idest, sanctificauit. Sic.n. solet ista dictio; &; accipi aliquando, vt ad Colossen. Per philosophiam & inanem fallaciam. Et Matth. 13. Colliget scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Quibus in locis coniunctio; &; significat, idest. Secundò respondetur, vt colligitur ex D. Tho. in secundo vbi supra, quòd in primis diebus benedicuntur secũdum perfectionem, quam habent vt sunt quædam particulares essentiæ & naturæ, die autem septimo benedicuntur ut ad finem vniuersi & perfectionẽ ipsius ordinatæ sunt & ad participandum esse diuinum secũdum omnes modos, quib⁹ à creaturis potest participari. Et quia hęc perfectio est maior, quàm quodlibet donũ particulare collatũ singulis speciebus, ideo potius benedicitur septimus dies, quàm ęteri. Et per hęc patet ad secundum.

AD tertium verò argumentum vt respondeamus, oportet examinare difficultatem illam; vtrum obseruatio diei sabbathi fuerit in præcepto ab initio seculi: an verò hoc præceptum cœperit tẽpore Moysi? Arguitur primò, & probatur quod ab initio fuerit in præcepto talis obseruantia. Sãctificatio sabbathi significat deputationem illius diei ad cultum diuinum; sed Deus ab initio sanctificauit sabbathum, ergo eo ipso præcepit obseruandum, & in illo à seruilibus operibus esse vacandum.

¶ Secundò. Iudæi ante legem scriptam seruabant sabbathum, vt patet Exodi. c. 16. ergo obseruantia illius diei ante legem scriptam erat in præcepto.

¶ Tertiò. Nam & gentiles qui Mosaica lege astricti non erant, septimum diem ranquam sacrum colebant, ergo certissimum signum est talem obseruantiam esse antiquam traditionem. Antecedens probatur quia ita canit Hesiod. lib. 2. dierum.

Quarta dies suprema, lux, & septima sacra.

¶ Et Præterea Exodi. 20. inter præcepta decalogi, quę naturalia sunt, numeratur sãctificatio sabbathi.

PRo explicatione huius difficultatis aduertendum est varias esse sententias de tempore institutionis diei sabbathi obseruandi. Caietanus enim Exodi capite. 16. ait esse incertum, quando instituta fuerit talis obseruantia. Philo. lib. 3. de vita Moysi ait, ꝙ dies sabbathi habet ex natura sua hoc priuilegium ante mundum visibilem cõditum, vt obseruetur; & ideo à principio mũdi putat obseruari cœpisse. Cui subscribunt quantum ad hoc secundum Catherinus in Genes. & Lyranus numer. cap. 15. Arbitrantur enim statim à principio Mundi ita sanctificatum fuisse diem sabbathi, vt homines sacris operibus dedicatum susciperent. Contrariam sententiam sequitur Abulensis hic & Burgen. in additione ad cap. 15. numerorum, atque pro hac sententia est prima ratio. Quoniam præceptum obseruãdi diem festum, quatenus continet determinationem septimi diei, connumeratur inter cæremonialia, vt inquit D. Tho. 1. 2. quæst. 100. art. 7. ad secundum & quintũ, & in 2. 2. quæst. 122. artic. 4. Quapropter post passionem Domini non obligat christianos; ergo olim non fuit institutum sabbathum ita vt sub præcepto illius obseruantia homines adstringeret. Probatur cõsequẽtia, quia in statu legis naturæ nullum præceptum erat positum à Deo nisi tantum præcepta decalogi, quæ homines semper obligant. Secũda ratio, quoniam aliàs olim omnes gẽtes tenerentur naturali præcepto vel diuino positiuo obseruare diem sabbathi, sed non est hominum memoria proditum, quòd aliqua gens aut natio diem sabbathi obseruaret; ergo illud præceptũ non erat antiquius Moyse. Et confirmatur, quoniam non legimus Abraham aut alios Patriarchas sabbathum obseruasse; imò verò tanquam nouum institutum videtur commemorari. Exod. c. 16. & c. 20. Alioquin non oportuisset illud præceptum toties & cum tot circũstantiis replicare. Tertia ratio est, quoniam aliàs etiam nunc Christiani teneremur diẽ illum sabbathi obseruare, siquidem post mortem Christi sola iudicialia & cæremonialia cessauerunt. Et confirmatur, quoniã

niam Apostulus ad Colossenses capit. 2. inquit; Nemo vos iudicet in cibo & potu aut in parte diei festi, aut Neomenię, aut sabbathorum quæ sunt vmbra futurorum. Ecce vbi Apostolus obseruantiam sabbathi numerat inter figuratiua & vmbratica, quę adueniente veritate abolita sunt. Propter has rationes prædicta sententia à nobis eligitur. De qua latius disputatur in. 2. 2. quæstio. 122.

AD primum argumentum in oppositum respondit Abulensis, quòd obseruantia & sanctificatio sabbathi non pertinet ad illud tempus creationis, ita vt septima dies tunc diuino cultui fuerit dedicata: sed expectat ad tempus, quo Moyses illud scripsit, ac propterea ea quæ de sabbathi obseruatione legimus scripta, antequã lex data esset, dicta sunt per anticipationem, vt sæpe contingit in sacris literis multa narrari. Exemplum huius sit quod legimus Genc. capi. 7. vbi tempore Noe fit mẽtio animalium mundorum & immundorum; non quia tunc temporis quædam animalia reputarẽtur immunda, quædam mũda, cum nondum esset lex quæ talem discretionem faceret, sed dicuntur talia per anticipationem Scripturæ, quia talia erant quo tempore Moyses Pentateuchum scribebat. ¶ Ad secundum potest responderi, quòd quanuis tunc temporis Deus nondũ præcepisset obseruantiam sabbathi, tamen patres illi antiqui scientes esse de lege naturæ colere Deum & vacare illi in aliquo tẽpore; fortassis elegerunt septimum diem in memoriam beneficij creationis, quæ cæremonia perseuerauit tanto tempore, vt posset contingere quod Iudæi ante legem latam diem sabbathi aliqualiter obseruarent. Huic consonat quod Abulensis ait Leuit. capit. 23. quæstione 30. nume. 9. obseruantiam sabbathi iniunctam fuisse præcepto Moysi ante legem datam, cum populus versaretur in deserto Helim, tribus videlicet mansionibus ante desertum Synai, vbi lex danda erat. Lyra etiam & Caietanus & Burgen. & alij aiunt, Exod. cap. 15. super illa verba, Constituit eis præcepta; quòd tunc fuerit datum præceptum de obseruantia sabbathi: vnde statim cap. 16. fit illius expressior mẽtio. Huius doctri-

næ exemplum esse potest, quòd Caietanus & alij explicantes illud quod adduximus ex Genes. cap. 7. de animalibus mundis, & immũdis aiunt, quòd ex antiqua Patrum traditione aliqua animalia determinata ante legem Moysi erant offerenda & sacrificanda Deo, & alia nullatenus erant Deo sacrificanda. Quam traditionẽ postea Deus approbãuit in lege Moysi. Est etiam simile, ꝙ lex illa, vt frater defuncti suscitaret semen fratris mortui fuit in vsu ante legem, vt manifestum est Genes. c. 38. & tamen postea ab ipso Deo approbata fuit. Similiter ergo dicunt de obseruãtia sabbathi, quæ religio quia forte permanauit ad gentes ideirco vocabatur septima dies sacra.

¶ Ad tertium argumentum respõdetur, ꝙ præceptum de sanctificatione sabbathi, quantùm ad vacandum Deo aliquo tempore, continetur inter præcepta moralia & naturalia decalogi: sed quantum ad temporis determinationem, erat cæremoniale legis Moysi. Vel fortè ex humana institutione & reipublicę fidelis beneplacito erat præceptum institutum, vel consuetudine obseruatum. Verum est tamen quòd Damas. lib. 4. de fide orthod. ca. 24. ait, quando non erat nec Scriptura diuinitus inspirata, nec sabbathum Deo sactabatur: at quando Scriptura diuinitus inspirata per Moysem data est, sacratum est Deo sabbathum, vt circa Scripturæ meditationem in ipso exercitarentur. De qua re vide latius differentem Tertullianum in princ. libri contra Iudæos.

DVbitatur secũdò principaliter. An dies septima habuerit vesperum? Arguitur primò pro parte affirmatiua. Dies sexta habuit occasum solis & crepusculum vespertinum, aliàs continuata fuisset cum die septima, ergo etiam sabbathum habuit vesperum. Probatur consequentia, quia dies apud Hebræos incipiebant à vespere præcedentis diei, ita vt sequenti die non haberit aliud vesperum. Sic docet Augustinus lib. 4. super Genes. ad literam capit. 22. & Di. Hierony. Ionæ capit. 2. Contrarium tamen sentit Damasceu. libro 2. fidei orthod. cap. 2. Veruntamen sententia Augustini & Hieronymi confirmatur Leuit. capitu. 23. A vespera in vesperam computabitis sabbatha vestra. ¶ Arguitur secundò. Quoniam

aliàs

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliàs sequeretur quòd dies septima diceretur dies æquinoctè respectu aliarum dierũ. Probatur sequela, quia reliqui dies constant tanquam ex partibus mensurantibus & integrantibus vespere & mane; ergo si sabbathum non habet vesperum non vniuocè dicetur dies, si quidem non est eadem ratio mensuræ quæ nomine diei intelligitur, in sabbatho & alijs diebus.

¶ Arguitur tertiò. Post diem septimum sequitur dies octauus, nam & in multis titulis psalmorũ dicitur, (Psalmus pro octaua,) ergo etiam si vesperum sabbathi intelligatur esse vesperum sequens lucem ipsius sabbathi, dicendum est, quòd dies septima habuit proprium vesperum. Confirmatur, quoniam alias dies septima si non terminaretur vespere esset perpetua.

¶ Arguitur quartò. Si qua ratione diceretur sabbathum non habere vesperum, ea esset, quia tale vesperum nõ refertur in Scriptura, vel quia res significata per sabbathũ, videlicet ipsa requies Dei nõ habet finem, sed neutrum istorum sufficit, vt negetur vesperum diei septimo conuenire, ergo habet vesperum. Probatur minor quãtum ad priorem partem, quoniam pari ratione negaretur, quòd sabbathum haberet propriũ mane, siquidem de illo nulla fit mentio in Scriptura. Iam verò secunda pars probatur, quoniam per lucem prima die factam significatur naturæ Angelicæ illuminatio per visionem beatificam, quæ nõ habet terminum, & nihilominus dies illa prima habet suum vesperum, ergo quòd requies Dei non habeat finem nõ infert sabbathum, per quod ipsa requies significatur carere vesperę.

Decisio quæstionis.

IN decisione huius dubij sciendum est, q̃ Rupert. lib. 2. in Genes. c. 13. putat hunc septimum diem neque habere mane neq; vesperum. Augustinus vero epistola. 119. c. 9. & 4. de Genes. ad literam cap. 18. & gloss. ordin. Genes. 2. & alij dicunt, quòd dies septimus habet mane sed non vesperum. Sed pro expositione nota ex eodem, quod in Scriptura id dicitur nõ esse quod non refertur. Exemplũ huius habetur in Melchisedech, de quo dicit Paulus, quòd est sine patre & sine matre, neque initium dierum habens neque finem: quia scilicet in Scriptura nihil horum de illo refertur. Secundò, non tam quòd de die septimo possumus loqui dupliciter, aut secundùm se, aut de ratione eius quod significat. Significat autẽ & quietem diei in seipso à creaturis conditis, vt habetur Hebræ. 4. Et quietem Christi in sepulchro, & ipsum vnigenitum filiũ Dei, vt exponit Rupert. ibidem & lib. 7. de processione Spiritus sancti ca. 10.

¶ His suppositis sit prima conclusio. Si dies septimus accipiatur pro illo spatio temporis, quod constituit septimam reuolutionem cæli, qualiter vna circulatio quotidie peragitur; sic certum est, septimum diem secundum se habere vesperũ. Probatur, quia hęc est sententia expressa Aug. & gl. Gen. 7. Et hoc probãt argumenta facta à principio.

¶ Secunda conclusio loquendo de die septimo etiam vt est spacium temporis naturalis, potest dici aliquo modo, quòd non habet vesperum, quia illud nõ refertur in Scriptura. Patet hoc ex primo notabili, non tamen potest dici, quod non habeat mane. Probatur ex Augustino vbi suprà, nam refertur vesperũ sexti diei, & post illud refertur dies septimus; ergo sufficienter refert mane eius. Patet consequentia, quia euidẽs est, q̃ si post vesperum vnius diei sequitur altera dies, debet præcedere mane quo sol paulatim iterum appropinquat hemisphęrio quod debet illustrare.

¶ Tertia conclusio. Si loquamur de septimo die figuratè vt significat quietem Christi in sepulchro; sic potest dici, quòd habuit vespere & terminum, quia non semper mãsit in sepulchro.

¶ Quarta conclusio. Si autem accipiatur pro quiete qua Deus à rebus conditis quieuit in seipso, aut pro illa qua facit nos post bona opera nostra in seipso requiescere; sic ille dies non habet terminum. Ista conclusio sic explicata est Gloss. Augustin. & Bedæ. Et probatur. Nam beatitudo Dei aut Sancto rum, quam significat dies septimus non habet finem; ergo. Confirmatur. Nam contra rationem primi principij est, quòd habeat principium; ergo similiter contra rationem vltimi finis est, quòd habeat finẽ; Sed dies septimus significat finem vltimum, in quo Deus & nos quiescimus, ergo &c. Habet tamen mane dies ille in hac significatione, quia & Deus post res conditas & nos in illo incipimus requiescere. ¶ Vltima conclusio. Si dies septimus accipiatur figuratiuè pro filio Dei, sic nec mane nec vesperum debet habere. Probatur quia Filius Dei est æternus, & hinc patet, quare Rupertus (qui per sabbathum aut significari Filium Dei) dixerit, quòd non habet mane neque vesperum.

¶ Ad argumenta patet ex dictis.

QVAESTIO LXXIIII.
De omnibus septem diebus in communi.

DEINDE quęritur de omnibus septem diebus in communi.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm sufficienter isti dies enumerentur.

359 Veri. q. 6. ar. 16. cor. & po. q. 4. art. 1. & 2. & Hebr. 4. l. col. 2. & 3. & Iob 40. l. 2. co. 1. fi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sufficiẽter isti dies enumerentur. Non minus enim distinguitur opus creationis ab operibus distinctionis et ornatus, quã hęc duo opera abinuicem. Sed alij dies deputantur distinctioni, & alij ornatui. Ergo etiam alij dies debent assignari creationi.

¶ 2 Præterea. Aer & ignis sunt nobiliora elementa, quàm terra & aqua. Sed vnus deputatur distinctioni aquæ, & alius distinctioni terræ. Ergo alij dies debent deputari distinctioni ignis & aeris.

¶ 3 Præterea. Non minus distant volucres & pisces quam volucres & terrestria animalia. Homo etiam plus distat ab alijs animalibus quam alia quæcunque animalia ab inuicem. Sed alius dies deputatur productioni piscium maris, & alius productioni animalium terræ. Ergo & alius dies debet deputari productioni auium cæli, & alius productioni hominis.

SED contra videtur, quod aliqui dies superflue assignentur. Lumen enim ad luminaria se habet vt accidens ad subiectum. Simul autem producitur subiectum cum proprio accidente. Non ergo alia die debuit produci lux, & alia luminaria.

¶ 5 Præterea. Dies isti deputantur primæ institutioni mundi: sed in septima die nihil penitus est institutum: ergo septima dies non debet aliis connumerari.

RESPONDEO dicendum, quod ratio distinctionis horum dierum ex præmissis Q. 70. & 71. & 72. *potest esse manifesta. *. Oportuit enim primo distinguere partes mundi: & postmodum singulas partes ornari per hoc q̃ quæ sunt habitatoribus replentur. Secundum ergo alios sanctos in creatura corporali tres partes designatur. Prima, quæ significatur nomine cæli. Media, quæ significatur nomine aquæ. Infima quę significatur nomine terræ. Vnde & secundum Pythagoricos, perfectio in tribus ponitur, principio, medio, & fine: vt dicitur in 1. de cælo *.* Li. 1. de cę. text. to. 2. *Prima ergo pars distinguitur prima die, & ornatur quarta. Media distinguitur secunda die, & ornatur quinta. Infima distinguitur tertia die, & ornatur sexta. Aug. verò conuenit quidè cum eis in vltimis tribus diebus, differt autem in tribus primis. Quia secundum eum 1 primo die formatur creatura spiritualis, in duobus alias creatura corporalis: ita q̃ in secundo corpora superiora, in tertio corpora inferiora: & sic perfectio diuinorum operũ respondet perfectioni senarii numeri, qui cõsurgit ex suis partibus aliquotis connumeris, quę quidem partes sunt vnum, duo, tria. Vna enim dies deputatur formationi creaturæ spiritualis, duę formationi creaturæ corporalis, & tres ornatui.*

AD primum ergo dicendum, quòd secundum Augusti. opus creationis pertinet ad productionem materiæ informis, & naturæ spiritualis informis. Quæ quidem duo sunt extra tempus, vt ipse dicit in 12. confess. Et ideo* Lib. 12 cõfes. c. 12. & 7. to. 2. *creatio vtriusque ponitur ante omnem diem. Sed secundum alios sanctos potest dici, quòd opus distinctionis & ornatus attenditur secundum aliquam mutationem creaturæ quæ tempore mensuratur. Opus autem creationis consistit in sola diuina actione in instanti rerum substantiam producentis. Et ideo quodlibet opus distinctionis & ornatus dicitur factũ in die, creatio autem dicitur facta in principio quod sonat aliquid indiuisibile.*

AD secundum dicendum, quòd ignis & aer, quia nõ distinguuntur à vulgo, inter partes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes mundi non sunt expresse nominata à Moy sed: se computantur cũ medio, scilicet, aqua, maximè quantum ad inferiorem aeris partẽ. Quantum verò ad superiorem computantur
lib. 2. su per Ge. c. 13. to. 3. *tum calo· vt Augustin. dicit.**

AD tertium dicendum, quòd productio animalium recitatur secundum quòd sunt in ornatum partium mundi. Et ideo dies productionis animalium distinguuntur, vel vniuntur, secundum hanc conuenientiam, vel differentiam, qua conueniunt vel differunt in ornando aliquam partem mundi.

*AD quartum dicendum, quòd prima die facta est natura lucis in aliquo subiecto. Sed quarto die facta sunt luminaria: non quia eorum substantia sit de nouo producta, sed quia sunt in aliquo modo formata quod prius non erant, vt supra dictum est.**
Qõ. 70. *Lib. 4. sup Ge. c. 15. to. 3. *AD quintum dicendum, quòd septima dici secundùm Augustin.* deputatur aliquid post omnia quę sex diebus attribuuntur, s. q Deus à suis operibus in seipso requieuit. Et ideo oportuit post sex dies facere mentionem de septimo. Secundum verò alios potest dici, q in septimo die mundus habuit quendam nouum statum, vt, s. ei nihil adderetur de nouo. Et ideo post sex dies ponitur septima, deputata cessationi ab opere.*

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmatiua. Ratio eſt, quoniam cum ſint tres partes mundi, ſuperior, media, & infima, quęlibet iſtarum vel vno die diſtinguitur & altero ornatur, vel ſecundum Auguſtinum primus dies deputatur diſtinctioni & formationi Angelorũ, in ſecundo diſtinguuntur corpora ſuperiora, in tertio inferiora, in ſequentibus verò ornantur hæc corpora.

COMMENTARIVM.

Dvbitatur de veritate concluſionis. Arguitur contra illam primo argumento Diu. Thom· eius enim ſolutio non videtur ſufficere, quoniam etiam creatio lucis, & cæterarum rerum facta eſt in inſtanti: & tamen per huiuſmodi creationem diſtinguuntur dies; ergo pari ratione cæli & terræ creatio diem habet diſtinctum. Confirmatur primò. In principio temporis facta ſunt omnia corpora ſimplicia, vt ſupra dictum eſt, inter quæ numerantur elementa, quæ cùm ſint mutabilia & corruptibilia tẽpore menſurantur; ergo ſi hæc producantur extra diem, quia illorum productio eſt inſtantanea, colligitur, quòd etiam opus diſtinctionis & ornatus non debeant conſtituere diuerſos dies. Confirmatur ſecundò quoniam Geneſ. 2. ca. productio cæli & terræ attribuitur diei, cùm dicitur die qua creauit Dominus cælum & terram.

¶Secundò. Totus ornatus elemẽti aquæ perfectus fuit vnico die, igitur & tota diſtinctio illius die vnico debuit perfici, ac proinde duo dies non fuerunt neceſſarij, alter in quo inferiores aquæ diſtinguerent à ſuperioribus, & alter in quo à terra diſtingueretur aqua. Confirmatur. Terra non requirit pro ſui diſtinctione dies duos, alterum quo diſtingueretur ab aquis, & alterum quo diſtingueretur à cælis; ergo pari ratione neque ipſa aqua duobus diebus debuit diſtingui. ¶ Tertiò. Dies productionum animalium diſtinguuntur vel etiam vniuntur iuxta conuenientiam aut differentiam qua ipſa animalia cõueniunt aut differunt in adornatione alicuius partis Mundi, ſed aliqua animalia ſunt, quæ ornant duplicem partem Mundi, videlicet, Terram & aquam, v. gra. cocrodilli, qui in terra & aqua mouentur, & alia ſunt quę aquam & aerem habitant, vt ſunt multæ aues quæ in palludibus natant & per aera volant; ergo alius dies pro huiuſmodi animalibus erat aſſignandus. ¶Quartò. Conſeruatio & gubernatio vniuerſi requirit plures dies, ergo nõ ſufficit illam tribuere diei ſeptimo. Antecedens probatur, quoniã conſeruatio & gubernatio extenditur ad ſuperna & media & infima corpora: at verò reliqua opera Dei, quæ requirunt aliquã mutationem in creatura, qualis eſt diſtinctio & ornatus, poſtulant plures dies, ergo conſeruatio & gubernatio plures dies exigunt.

¶Quintò. Elementum ignis poterat ornari ſicut cætera elementa: & tamen nõ ornatur vel diſtinguitur in aliquo prædictorum dierum, ergo non ſufficiunt illi ſeptẽ dies. Probatur maior: quoniam multa ſunt corpora mixta quæ in igne conſeruari poſſunt, vt natrat Auguſtin. libro, 1. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ capit. 16. & Diu. Hieronym. ſuper Ezechielem capit. 41. eſſe naturam cuiuſdam virgulti coloris lilei, quàlis (inquit Auguſtin.) erat rubus, de quo dicitur Exodi capit. 3. quòd dum arderet non comburebatur, imò quantò plùs ardebat, purior erat. Hoc ipſum docent Beda, & gloſſa ordinaria Exodi. 27. in illud, ſubter atrolam, & Lyra in principio illius capitis. Et de huiuſmodi lignis, quæ, ex ſententia Hieronymi putantur eſſe de lignis paradiſi, cenſetur eſſe conſtructum altare holocauſti, ne à vicino igne eius ſtructura concremaretur. Imò dicunt eſſe aliud genus ligni, quod dicitur Anchitont quod quidem quanto plus arſerit, tantò mundius euadit. Quotidiana etiam experientia docet aurum igne non conſumi, ſed potius purificari. Salamandra etiam non ſolùm ab igne non lędi tur, ſed etiam ipſum extinguit, ſicut docet Nazianzenus. Et Pierius libro. 16. capit. de Salamandra titulo Amoris conſtantia, citat autores multos dicentes eſſe in rerum natura beſtiolam quandam paulò maiorẽ grandi muſca, quam alij Pyraſtim, alij Pyraſtam, alij Flamidem, alij Nitedulam, Græci Lampridem vocauerunt: quæ in medio igne nata, per ignem ſalit & inambulat, quod in Cypro inſula tradunt videri in fornacibus æratijs, vbi Calchites lapis diebus pluribus concrematur. Et illud maximè admirandum, quod cum primum volatu paululum à flammis abſceſſerit, emoritur. Ergo cùm huiuſmodi animalia poſſint in igne viuere, & ipſum ornare: oportebat, vt dies peculiaris huic ornatui deſignaretur.

¶ Sextò, & probatur, quòd pauciores dies magis decebant opera Dei. Idem enim dies ſufficit ad tribuendum appetitum comedendi omnibus animalibus aereis, aquaticis, terreſtribus: ergo ille dies ſufficiebat ad tribuendas eis omnibus ſimul reliquas proprietates: imò ad creandum illa. Probatur conſequentia, quoniam ſi diſtinctio corporum non impedit quò minùs idem dies deputetur perfectioni diuerſorum animalium, nec impediret quod idem dies deputetur etiam creationi eorundem. Antecedẽs probatur, quoniam die ſexta dictum eſt illud Geneſ. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam &c. vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli & viuentibus quæ mouentur in terra & in quibus eſt anima viuens: & tamen tunc impreſſus eſt omnibus animalibus ædendi appetitus, vt ait Rupertus ſuper illum locum Geneſ. & nos ſuprà diximus ex Ambroſio in libro de Helia capit. 4. quòd vbi facultas ædendi cœpit, mundus deſijt augeri: ſed deſijt augeri ſexta die, ergo tunc animalibus data eſt facultas ædendi. Arguitur ſeptimo. Dies primus non eſt integer & completus dies, quia vt inquit Diuus Thom. ſuprà quæſtio. 73 articul. 6. ad quartum. & in 2. Sentent. diſtinctio. 12. articu. 3. ad ſeptimum. Et de Potentia quæſtio. 4. artic. 2. ad 13. & 15. & de veritate quæſti. 8. artic. 16. ad octauum. Prima dies non habuit mane ſed tantùm veſperum, dies autẽ cõſtat ex mane & veſpere; ergo prima dies non fuit integra & completa.

AD hæc argumenta ſtatim oportet reſpondere, quoniam pro concluſione articuli non poſſumus meliora aut fortiora argumenta proferre, quàm ſint ea quę habentur in litera huius articuli. ¶ Ad primum igitur argumentum & confirmationes eius vt reſpondeamus, ſciendum eſt, diſputationem eſſe inter doctores, vtrum Deus opera ſingulorum dierum in inſtanti produxerit, an potius in formandis ſingulis totum diem deputauerit atque conſumpſerit. Hugo de Sancto Victore libro. 1. de Sacramentis. capit. 15. vtrumque modum dicendi tanquam vero ſimile complectitur. Videlicet, quòd Deus illis ſex diebus operationem ſuam ita continuè exercebat vt nullo temporis interuallo ab operatione ceſſauerit. Rurſus etiam deſendi poſſe ait, quòd quamuis illis ſex diebus continuis aliquid produxerit: tamen in eiſdem diebus per multa temporis ſpatia ab operatione ceſsabat. Quòd ſi contra priorem modum dicendi quis obijciat, lucem in inſtanti productam fuiſſe neque aliter produci poſſe, Reſpondet q opus primæ diei non fuit ſola productio lucis ſed etiam directio illius vt ſuo curſu diem noctenq; cõpleret, quod quidẽ toto die fiebat. Huic doctrinæ conſonat quod Auguſti. Eugubinus in ſua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cosmopœia asserit, q̃ sex dies distinguuntur, non quia in singulis eorum produxerit Deus tantùm illa quæ in ipsis producta referuntur, sed quia illo die perfecta & consummata sunt ea quæ antea cœperant fieri. Cæterùm dicere, quòd Deus consumpserit integros dies in condendis creaturis quę ibidem referuntur non admittit Diuus Augustinus lib. de Genes. imperfecto capi. 7. & 11. & lib. 1. de Genes. ad literam capite 10. Neque etiam D. Thom. hoc in loco articulo 2. ad quartum. Et ratio est, quia Deus omnia fecit verbo & imperio suo, quod instantanee operatur: sic enim ostenditur Dei omnipotentia quæ nescit tarda molimina. Qua etiam ratione docent Theologi animam Christi & eius resurrectionem in instanti fuisse perfectam, quia fuerunt opera diuinæ omnipotentiæ. Sic ergo cùm prædicta rerum productio sit opus diuinæ omnipotentiæ, in instanti complebatur. Dicendum igitur est, quòd dies illi nõ referuntur quasi mensuræ operum quæ in singulis diebus fiebant: sed potius commemorantur quasi mensura durationis, qua Deus cessabat à condendis nouis operibus quę sequenti die futura erant. Et quoniam Deus tantum cessauit à creatione mundi facta in principio vsq; ad primam distinctionem eius: ideo illi operi non deputatur aliquis dies. Respondetur secundò differentiam esse inter ornatum aut distinctionem mundi, & eius primæuam creationem; quia creatio cùm sit totius productio, nil præsupponit cuius ratione quod creatur possit moueri. at ornatus & distinctio præsupponit rei substantiam iam esse productam, quę per additionem superuenientis perfectionis potest variari. Cùm igitur dies sit temporis pars quæ mensurantur solùm ea quæ sunt mutabilia; idcirco dumtaxat poterit accommodari rebus quæ iam habẽt talem dispositionem vt mutari possint. At verò quando res totaliter producitur non habet talem dispositionem, quia cum nihil eius fuerit prius, non potest nunc aliter se habere quàm antea. Cæterùm quando res distinguitur & ornatur, iam aliquid ius præsupponitur, & ideo potest huiusmodi mutationi secundum ornatum & distinctionem dies peculiaris accommodari. Ad locum autem ex Genesi dicemus infrà. Ad secundum argumentum negatur consequentia. Est enim differentia inter distinctionem & ornatum: etenim distinctio dicit relationem ad illa à quibus distinguitur, & quoniam aqua, cùm sit corpus medium tenens, respicit superiora & inferiora: qua propter differenti die distinguitur quatenus respicit superiora, ab alio die vt respicit inferiora. At ornatus non respicit aliquod corpus extrinsecum, & idcirco cõuenienter vno die perficitur. Ad confirmationem ex eadem doctrina patet solutio. Quoniam terra aut cælum non habent situm medium in vniuerso, neque duplicem respectum ad superiora & inferiora corpora; sed vnicum: cælum quidem ad inferiora, terra verò ad superiora. Hinc est, quòd conuenienter vnico die distinguuntur. Ad tertium argumentum respondet Di. Thom. in 8. senten. distinct. 15. quæstio. 2. articu. secundo. ad quintum, & in hac prima parte quæstione 71. ad quartum. Quod illa animalia media habent maiorem conuenientiam cum altero extremo, & ideo cum illo computantur, cuius naturam magis participant. Ad quartum negatur consequentia. Et ratio discriminis est, quòd opera sex dierum poterant se consequenter habere, ita vt cùm vnum esset, nondum esset aliud. At verò omnia illa opera iam producta necesse est vt simul gubernentur, sicut simul conseruantur à Deo. Hinc est, vt vnus dies conuenienter deputetur conseruationi, & gubernationi rerum omnium. Ad quintum argumentum respondetur, q̃ ornatus ignis includitur in ornatu mediorum corporũ, scilicet, aquæ vel aeris; imò vero ipsius aeris non fit expressa mentio in Scriptura sed omne quod est super aquam sursum uersum communi nomine vocatur Samaim, quod nos dicimus cælum. Deinde respondetur quod ignis non est locus naturalis alicuius rei, quamuis per breue tempus possit aliquid in illo conseruari. Ita docet Thomas in secunda sententiarum vbi suprà ad primum: & probat ex Galeno in libro de simplicibus medicinis, & ex Aristotele libro quinto de historia animalium capi. decimonono. circa finem. Ad sextum argumẽtum respondetur, quòd appetitus ædendi datus est aquaticis & aereis animalibus die quinta. At vero Rupert. dicit, quòd die sexta talis appetitus iam omnibus dabatur. Et eodem modo explicandus est Ambrosius cum inquit, quòd vbi cepit facultas ædendi (videlicet explicari) ibi factus est finis mundi. Non autem negat, quin facultas ædendi antea cœperit. Ad septimum argumentum respondetur satis esse quòd præcesserit aliquid diei primi, vt dicantur septem dies præcessisse: quemadmodum sufficit vt verificetur, quòd Christus Dominus fuerit tribus diebus in sepulchro, quamuis solùm in aliqua parte primi & tertij diei fuerit in sepulchro. Cæterùm difficultas quam tangit argumentum dissoluenda erit in articulo tertio.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm omnes isti dies sint vnus dies.

360 Locis suprà ar. j. inductis. & 2. dis. 12. q. 1. art. 2. & 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̃ omnes isti dies sint vnus dies. Dicitur enim Genes. 2. *Iste sunt generationes cæli & terræ, quando creata sunt in die quo fecit dominus cælum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra. Vnus ergo est dies in quo fecit cælum & terram, & omne virgultum agri. Sed cælum & terram fecit in prima die. vel potius ante omnem diem: virgultum autem agri tertia die. Ergo vnus est primus dies & tertius: & pari ratione omnes alij.*

¶ 2 *Præterea. Eccle. 18. dicitur. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Sed hoc non esset, si dies horum operum essent plures, quia plures dies non sunt simul. Ergo nõ sunt plures dies, sed vnus tantum.*

¶ 3 *Præterea. Die septimo cessauit Deus à nouis operibus condendis. Si ergo septima dies est alia ab aliis diebus, sequitur quòd illam diem non fecerit. Quod est inconueniens.*

¶ 4 *Præterea. Totum opus quòd vni diei assignatur, in instanti perfecit, cùm in singulis operibus dicatur. Dixit, & factum est. Si igitur sequens opus in diem alium reseruasset, sequeretur q̃ in vltima parte illius diei cessasset ab opere. Quod esset superfluum. Nõ*

igitur est alius dies sequentis operis à die operis præcedentis.

SED contra est, q̃ Gene. 1. dicitur: Factum est vespere & mane dies secundus, & dies tertius, & sic de aliis. Secundum autem & tertium dies non potest vbi est vnum tantum. Ergo non fuit vnus dies tantum.

RESPONDEO dicendum, q̃ in hac quæstione Augustin. ab aliis expositoribus dissentit. Augustin. enim vult, q̃ super Gene. ad lit. & 11. de Ciuitat. Dei, & ad Orosiũ, q̃ omnes qui dicuntur septem dies, sunt vnus dies, septempliciter rebus præsentatus. Alij verò expositores sentiunt q̃ fuerunt septem dies diuersi, & non vnus tantum. Hæ autem duæ opiniones si referantur ad expositionem literæ Genes. magnam diuersitatem habent. Nam secundum Augustin. per diem intelligi contingit cognitionem angelicę, vt sic primus dies sit cognitio primi diurni operis: secundus dies, cognitio secundi operis: & sic de aliis. Et dicitur vnumquodque opus esse factũ in aliqua die: quia nihil Deus produxit in rerum natura quod non impresserit menti angelicæ. Quę quidem multa simul potest cognoscere, præcipuè in verbo, in quo omnis angelorum cognitio perficitur & terminatur. Et sic distinguitur dies secundum naturalem ordinẽ rerum cognitarum: non secundum successionem cognitionis, aut secundum successionem productionis rerum. Cognitio autem angelica proprie & vere dies nominari potest, cum lux quæ est causa diei, proprie in spiritualibus secundum Augustin. † inueniatur. Secundum verò alios per istos dies & successio dierum temporalium ostenditur, & successio productionis verò. Sed si ista duæ opiniones referantur ad modum productionis rerum, non inuenitur magna differentia. Et hoc propter duo in quibus exponendo diuersificatur Augustin. ab aliis, vt ex supradictis × *patet. Primò quidem, quia Augustin. per terram & aquam prius creatam intelligit materiam totaliter informem. Per factionem autem firmamenti, & congregationem aquarum, & apparitionẽ oridę intelligit impressionem formarum in materiam corporalem. Alij verò sancti per terram & aquam primo creatas, intelligunt ipsa elementa mundi sub propriis formis existentia. Per sequentia autem opera, aliquam distinctionem in corporibus prius existenti-*

Li. 4. super Gene. c. 22. & 34. to. 3. † lib. 11. de ciuit. Dei c. 9. 7. to. 5. In dialo. 90. q. 65 ad Otosium c. 26. to. 4. li. 4. sup Gen. ca. 28. to. 3. Qõ. 66. arti. 2. & 69. ar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qu. 96. ins. vt supra dictum est.* Secundo autem dif
ar. 1. & ferunt quantum ad productionem plantarum
4. & 96. & animalium, quæ alij ponunt in opere sex
69. ar. 1. dierum esse productiua in actu. Augustinus ve-
† Aug. l. rò potentialiter tantum.) In hoc ergo, quòd
5. super Augustinus ponit opera sex dierum esse simul
Ge. c. 5. facta, sequitur idem modus productionis re-
93. rum. Nam secundum vtrosque, in prima re-
rũ productione materia erat sub formis sub-
stantialibus elementorum. & secundum
vtrosque in prima rerum institutione nõ fue
runt animalia & plantæ in actu. Sed remanet differentia quantum ad quatuor. Quia se
cundum alios sanctos post primam productio
nem creaturæ fuit aliquod tempus in quo
non erat lux. Item in quo non erat firma-
mentum formatum. Item in quo non erat ter
ra discooperta aquis. Et in quo non erant
formata cæli luminaria: quod est quartum.
Quæ non oportet ponere secundum expo-
sitionem Augustini. Vtigitur neutri sententiæ
præiudicetur, vtriusque rationibus respondẽ
dum est.

AD primum ergo dicendum, quòd in die in quo creauit Deus cælum & terram, creauit etiam omne virgultum agri non in actu, sed antequam oriretur super terram, id est potentialiter, quod Augustin. ascribit tertiæ diei: alij verò primæ rerum institutioni.

AD secundum dicendum, quòd Deus creauit omnia simul quantum ad rerum substantiam quodammodo informem; sed quantum ad formationem quæ facta est per distinctionem & ornatum non simul. Vnde significatur vtitur uerbo creationis.

AD tertium dicendum, quòd in die septimo cessauit Deus à nouis operibus condendis, non autẽ à propagandis quibusdam alijs. Ad quam propagationem pertinet, quòd post primum diem alij succedant.

AD quartum dicendum, quòd non est ex impotentia Dei quasi indigentis tempore ad operandum, quòd omnia non sunt simul distincta & ornata: sed vt ordo seruaretur in rerũ institutione. Et ideo oportuit vt diuersis statibus mundi diuersi dies deseruirent. Semper autem per sequens opus, nouus perfectionis status mundo est additus.

AD quintum dicendum, quòd secundũ In locis *Augustinum* * *ille ordo dierum referendus est ad naturalem ordinem operum, qui diebus distinctis attribuitur.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio in explicatione horum dierum diuersitas est inter Augustinum & alios sanctos. Augustinus enim intelligit nomine diei Angelicam cognitionem, ita vt quilibet dies sit cognitio cuiuslibet diuini operis. Et quoniam hæc omnia simul cognoscuntur in verbo, ideo omnes dies qui numerantur dicuntur vnus dies. Alij vero sancti pluralitatem horum dierum planè intelligunt successione temporali diffiniri.

¶ Secunda conclusio. Inter has sententias non est magna differentia. Ratio est, quia secundùm vtramque in prima rerum constitutione erat materia sub formis substantialibus elementorum, & tunc non erant actu viuentia: sed solùm reliqua est differentia, quòd secundùm Diuum Augustinum nunquam fuit tempus in quo non esset lux, & firmamentum & terra discooperta, & luminaria formata. At verò secundùm alteram sententiam, hæc prædicta non simul sed distinctis diebus asseruntur esse facta.

COMMENTARIVM.

DVbitatur principaliter, vtra istarum sententiarum sit amplectenda tanquam verosimilior & sacrarum literarum contextui magis consona.

¶ Arguitur primò in fauorem sententiæ Diui Augustini ex illo Genes. capite secundo. Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt in die quando fecit Dominus Deus cælum & terram & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquàm germinaret. Ecce vnus dies profertur, in quo fecit cælum & terram & omne virgultum; sed etiam cælum narratur factum in principio, & virgulta in die tertio; ergo vt hæc dicta consonent necesse est asserere quòd dies primus & dies tertius sint vnus dies; quanuis diuersa ratione primus dies appelletur tertius. Confirmatur. Quoniam in antiqua translatione eiusdem loci, quam citat Augustinus lib. 5. de Genesi ad literam capite. 1. sic habetur, Hic est liber creaturæ cæli & terræ. Cum factus est dies, fecit Deus cælum & terram, & omne virtide agri, antequam esset super terram, & omne fœnum agri antequam exortum esset. Hinc infert D. Augustinus. Nunc certe firmior illa sententia sit, quæ intelligit, vnum diem fecisse Deum, ex quo omnia createntur: quia, inquit, quod hæc omnia condidit cum factus est dies. Si autem expectaret ad productionem herbæ vsque ad tertium diem; nõ hæc produxisset cum factus esset dies.

¶ Arguitur secundò. Ex illo Ecclesiastici. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul: hoc autem non verificabitur si diuersis diebus creata sunt; ergo vnico die creata sunt omnia. ¶ Arguitur tertiò. Ex illo Iob. capit. 40. Ecce, Behemoth quem feci tecum. Ex quo sic argumentor, Angeli creati sunt prima die, vt patet ex superioribus, homo autem refertur conditus sexta die; ergo primus dies & sextus dies idem est. Probatur consequentia, quoniam alias homo & Behemoth, quo significatur diabolus, vt in superioribus diximus, non potuissent simul creari. Et confirmatur ex eodem li. Iob c. 38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, &c. cum me laudarent simul astra matutina & iubilarent omnes filij Dei? Hinc argumentor, Astra narrantur producta die quarta, terra vero fundata est in principio; ergo quartus dies & primus idem dies est. Confirmatur secundò, si ponamus dies illos esse vnum eundemque diem, optimè verificatur titulus Psal. 92. Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra. Hoc enim verificaret congruè si dies prima & dies ante sabbathum & sabbathum ipsum sint vna dies.

A ¶ Arguitur quartò. Secundum sententiam Augustini conuenienter verificatur quomodo lux prima die facta sit, & tamen sol die quarta productus narratur: etenim prima & quarta dies vna dies intelligitur; Cæterum secundum alteram sententiam vix & ægre potest explicari, quomodo lux illa fuerit absque subiecto proprio, quod est ipse Sol, vel quod non fuerit aliud subiectum lucis illius. Similiter non posset verificari quo nam pacto secundo die factũ sit firmamentum, cum tamen in primo die fecerit Deus terram, quæ infimum & maximè ignobile corpus est. ¶ Arguitur quintò. Angeli pertinent ad ornatum cæli, qui primo die producti sunt quantum ad substantiam & quantum ad omnem eorum intrinsecam perfectionem, ergo idem videtur dicendum de cæteris omnibus creaturis, quæ ad ornatum pertinent & distinctionem cæterorum corporum. Maior probatur, quoniam angeli sunt entia ab ipso cælo distincta, & erga cælum motum efficiũt prout requiritur ad opus ornatus alicuius corporis. Minor vero manifesta est ex dictis in materia de angelis. Cõfirmatur quoniã plus distat creatura spiritualis à corporali; quã ipsæ corporales distãt inter se: sed creatura corporalis & spiritualis simul fuit producta, ergo & omnes corporales simul productæ & perfectæ sunt. ¶ Arguitur sextò, quoniam vix possunt illi septem dies intelligi secundum eandem rationem vniuocam diei & noctis & mensuræ eiusdem rationis. Probatur quoniam differentia diei & noctis consequitur motum cælestium luminarium, vt etiam Genesis 1. dicitur, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem & noctem; ergo si hæc luminaria facta sunt ita die quarta, vt illa dies sit distincta ab his tribus quæ præcesserũt, non potest intelligi, quo pacto tres illi dies constituerentur & distinguerentur secundum eandem rationem per quam cæteri dies constituendi erant & distinguendi: ac proinde non omnes dies essent eiusdem rationis vniuocè.

¶ Arguitur septimò. Opera incarnationis & resurrectionis dominicæ, imò & vniuersalis resurrectionis mortuorum in instanti fiunt secundùm communem sententiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam Theologorum & rei veritatem. Ergo A opera creationis & distinctionis & ornatus mundi simul fieri debuerunt. Probatur consequentia, quia tam ista quã illa opera sunt effectus omnipotentiæ Dei infinitæ, cuius perfecta sunt opera. Confirmatur. Quoniã verbũ Dei per quod omnia facta sunt, quãuis sæpè repetatur cùm scriptum sit, dixit Deus, fiat lux, Dixitque Deus, fiat firmamẽtum &c. tamen vnicum verbum est & vnica dictio Dei, siue vnum dicere, quãuis sæpè narretur repetita: Ergo similiter, quãuis dies in quibus creaturæ factæ sunt narrentur plures, tamen pro eodem die sæpius commemorato verificari possunt. ¶ Arguitur octauò. De opere quinti diei sic dicit Scriptura secundùm translationem, quam legit Aug. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et sic factum est ante vesperе aduentum. Ex hoc loco arguit Augu. in lib. imperfecto in Genesim cap. 15. Hæc multiplicatio ex natura sua requirit multũ tem- C poris spatium, quare non potuit fieri naturaliter die quinta ante aduentum vespere materialis, ergo per illam vesperam non intelligitur nisi angelica cognitio rerũ in propria specie: & cũ hæc omnia creata possint simul ab intellectu angelico cognosci, sequit, quòd omnes illi dies sint simul vnus dies. Arguitur nonò argumento eiusdem Augustini lib. 4. super Genesim ad literam cap. 18. Si dies isti accipiantur materialiter multiplicati, non apparet aliqua ratio pro- D pter quam dies septimus careat vespere, & non cæteri dies: cum igitur non dicatur ꝙ dies septimus habeat vesperum, oportet intelligere dictum multiplicationem nõ materialiter, sed pro vno die qui in plures distinguitur secundum variam cognitionem quidem angelicam. Arguitur decimo. Possibile fuit, quòd Deus simul totum vniuersum conderet: sed ex hoc quòd asseramus simul omnia esse condita, nullum sequitur inconueniens: at verò ex oppositа sententia E quæ dies illos materialiter multiplicat, sequuntur plurima inconuenientia, ergo sententia August. potius eligenda est. Probatur minor quoniam opposita sententia debet admittere in rerum creatione multa miraculosa. v. g. quòd Deus priùs produxerit Solẽ, & stellas & postea indiderit proprias earum passiones. Et alia similia, quæ præcedentibus argumentis retulimus.

HVius difficultatis decisio difficillima est & quæ sanctos patres plurimùm vexauit. Mihi sanè quæstio hæc de illarum numero videtur de quibus ipse August. dicit, ꝙ in rebus difficilimis magis debemus præstare diligentiam requirendi, quàm temeritatem affirmandi. Consistit huius difficultatis intelligentia in explicatione. 1. ex. B Geneseos, quæ difficilima est. Atq; ita apud Hebræos nemo ante trigesimum annum ea put illud legere permittebatur, vt aduertit D. Hieronymus in prologo in Ezechielem, & Origenes homilia. 4. super cap. sextum Isaiæ, fatetur se scire, quòd in principio creauit Deus cœlum & terram, & cætera quæ narrãtur Geneseos cap. 1. quomodo verò ista facta sint, inquit, nescio: velantur enim à Seraphin priora operum Dei. Igitur ex diuersa explicatione illius capitis in varias sen- C tentias Doctores diuiduntur. Philo Iudæus lib. 1. Allegoriarum legis. enarrans illud Geneseos cap. 2. Cõpleuit Deus die septimo &c. inquit, Rusticanæ simplicitatis esse, putare per sex dies distinctos mundum esse conditum. Hoc idem est, quòd vbique docet D. August. lib. 11. de ciuit. cap. 7. & 9. & 31. & idem insinuat cap. 30. Et in dialogo ad Orosium. q. 26. & lib. 4. super Genes. ad liter. ca. 26. & 33. & 34. & super Genesim in imperfecto. Hoc ipsum tenet Origines lib. 4. Pe- D rihr. siue de principijs. Eandem sententiam tenent Procopius, Caietanus, Geneseos cap. 1. Ioannes Arboreus lib. 3. Theosophiæ cap. 1. & D. Thom. in 2. sentent. distinctio. 12. quæstio. 1. art. 3. & super epistolam ad Ephesios capit. 3. lect. 3. Alexander Alen. 3. par. quæst. 44. memb. 3.

PRO altera parte non desunt Doctores qui illam defendant, asserentes, ꝙ sex diebus naturalibus Deus produxerit mundum. Huius factionis est in primis D. Chrysostomus homil. 10. in Genesim, & D. Basilius in Examer. cap. 5 & D. Ambrosius lib. 1. Examer. cap. 7. & lib. 2. de Cain. cap. 6. & lib. 6. epistolarum epist. 30. & D. Grego. lib. 32. Morali. cap. 10. & D. Damascenus libro. 2. fidei orthodoxæ. capit. 7. & Greg. Nazianzen. sermone de Spiritu Sancto, & in oratione

tione in nonam dominicam, & Rupert. lib. A 1. in Genesim cap. 37. & lib. 2. cap. 18. & D. Gregorius Nissenus oratione. 1. in sanctam resurrectionem, & Hugo de Sancto Victore. lib. 1. de Sacramentis cap. 2. & 3. Imò vero ipse D. Augu. in lib. quæstionum ex vtroque testamento quæst. 106. circa finẽ hanc sententiam (quamuis non libẽter) defendit. Magister etiam sententiarum in lib. 2. dist. 12. & 13. citat Hieronymum in hanc sentẽtiam, potuissetque citare Bedam, & Strabonem. Eandem sententiam sequitur glosa or B dinaria & Lyra, & August. Eugubin. & Abulen. & Burgen. D. etiam Bonauentura in 2. sentent. distinct. 12. quæst. 2. & Palud. quæst. 6. Sunt alij qui in neutram partem volunt inclinare, sed prudenter in re tam difficili, & inter viros grauissimos controuersa, sententiam cohibent. Ita videtur D. Thom. se habere in hoc articulo propter reuerentiã saltem D. Augustini (tanti enim illum æstimabat vt nisi vbi oppositum ratio conuinceret nunquam ab eius sentẽtia discesserit.) C Similiter se habet de potentia quæst. 4. arti. 2. Ita se gerit Albert. Magnus in lib. de quatuor coæuis quæst. 12. art. 5. & 6. & in 2. sentent. distinct. 12. articu. 1. & Henricus Gandauen. quodl. 6. quæst. 36. Nostris autem tẽpotibus non desunt ex modernis, qui alterã partem huius contradictionis non sine alterius partis grauis censura asseueranter amplectantur & doceant.

Iudicium Autoris.

EGo sanè in hac parte potiùs stupeo & miror diuinæ sapientiæ profunditatẽ, arbitrorq; plurima esse in sacris literis, quibus humiliter fides est adhibenda, eorũ verò intelligentia in alteram vitam reseruatur. Nihilominus quomodo in hac difficilli ma quæstione scholastico Theologo sit procedendum secundum ingenij mei pauperta tem explicare tentabo.

¶ Meminisse oportet ante omnia illius E sententiæ, quam protulit Augustinus in epistola. 157. ad Optatum dicens: Si res naturaliter obscura nostrum modũ vincit, & aliud de sacra scriptura apertè non subuenit; ibi humana coniectura aliquid temerè definire non præsumat. Est & aliud Origenis documentum libro. 1. de principijs capite. 5. vbi ait, quòd in re difficili illud sequamur, quod magis veritati proximũ sit; vel quod secundum veritatis regulas opinandum visum fuerit. Quapropter visum est mihi non modicum opere pretium me facturum esse si in hoc loco singulas sententias exactiùs explicarem.

¶ Augustini itaque sententia est, quòd Dominus omnia corpora simplicia simul in principio temporis fecit. Hinc vltra proceſſit & dixit, quòd illi dies qui numerantur in productione rerum non debent distingui à nobis pro diebus materialibus sed pro distincto ordine, quem habent res cognitæ in principio creatæ ad cognitionem Angelicam. Atqui vt se explicet aduertit, & quia lux propriè in spiritualibus reperitur; & rursus apud nos lucis illustratio est dies; idcirco angelica cognitio dies meritò nuncupatur, nõ quidem materialis sed spiritualis dies. Cùm igitur angelica natura in prin- C cipio accepit cognitionem rerum omnium duplicem, alteram in Verbo, alteram per proprias rerum species, ideo quatenus diuersa rerum genera intellectui angelico repræsentabantur tam in Verbo quàm per proprias species, diuersos dies numerat Scriptura. Ita sanè quòd quando repræsentabatur intellectui angelico ipsa angelica natura, dicerẽt vnus dies: quando verò cœlum, distinguebatur dies secundus, & sic de singulis. Vespere autem & mane distinguũtur sicut cogni- D tio vespertina & matutina. Quatenus enim rerum genera repræsentantur intellectui angelico per proprias species, dicitur factum esse vesperum; quatenus verò in cognitione Verbi repræsentabantur, factum est mane. Itaque vtraque cognitio diem constituebat. Alij aliter hanc Augustini sententiam intelligunt.

¶ Caietanus qui cum Augustino consentit, ita sententiam eius explicat. Dicit quidem omnia simul esse facta, sed sex illos E dies qui referuntur in Genesi capite. 1. esse naturales dies constantes ex viginti quatuor horis asserit, & nihilominus omnes illos numeratos esse vnum & eundem diem sexies repetitum in ordine ad illa rerum genera, quæ illic referuntur sex diebus condita aut perfecta. Neque propterea (inquit)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moyses finxit illos dies, sed accommodauit A sex dies ordinatè se habentes, cum sex perfectionibus vniuersi, vt significaret, quòd res vniuersi sunt ordinate & dispositæ ab ipso Deo, vt consequenter se habentes assimilarentur similitudini proportionalitatis sex diebus naturalibus consequenter se habentibus vsque ad septimum. Quoniam igitur opera Dei in sex gradus distributa ita se habent inter se atq; si gradus singuli facti essent singulis diebus; ideo absque omni fictione Moyses motione Spiritus Sancti nō B sine mysterio omnia, quę in omni instanti Deus creauit secundùm quandam proportionalitatem accommodauit sex diebus naturalibus. Neque profectò dissonat modus loquendi Scripturæ, cùm illa opera narrantur facta. Non enim dicitur, quòd in tali, vel tali die fiebant singula opera, sed quando iam facta esse narrantur subiungitur, Factum est vespere & mane dies vnus, vel secundus, vel tertius, vel quartus. Itaque non fit mentio dierum tanquam C mensuræ in qua fiebant illa opera, sed solummodo subiungitur talis vel talis dies per coniunctionem, &, ac si diceretur, & etiam factum est vespere, & mane dies tertius. Et fortassis secundùm istum modum procedendi non oportet confugere ad vespere & mane cognitionis angelicæ, neque etiam necesse est dicere, quòd illi sex dies sunt vnus dies sexies repetitus, sed quòd verè sunt sex dies naturales distincti, qui concomitanter commemorantur cum D sex rerum generibus non tanquam mensuræ productionis illarum, sed tanquam correspondentes ordine suo ordini illarum perfectionum.

¶ Quidam alius ex modernis Theologis vir doctissimus, quem honoris gratia nominatum esse volo, Frater Melchior Cano magister nostri ordinis præceptorq; meus, qui primariam Theologorum Cathedram ante annos quadraginta gloriosè obtinuit, is in suis commentarijs Scholasticis, quæ E super istum articulum dictabat, Ita procedebat. Aiebat quidem Deum omnia simplicia corpora in primo instanti simul produxisse: mixta verò eodem die quo mundus cœpit. Deinde admittit dies, qui commemorantur in principio Geneſis, esse prius naturales dies, & nihilominus quòd omnes illi dies, licèt sint vnus, tamen referuntur vt multi, eo quod ibi Moyses vsus est locutione absoluta pro cōditionali. Quia si Moyses dixisset, si Deus instar humanorum artificum successiuè operaretur, perfecisseq; opus suum; vtique sex diebus naturalibus fecisset opera quę Genes. 1. narrantur facta. Hanc intelligentiam insinuat Magister Sentētiarum in 2. distinctione. 15. cap. 5. Causam verò, quare Moyses ita conditionaliter fuerit locutus, talem assignabat ipse Magister Cano. Aiebat enim, quòd lex ordinabatur ad colendum Deum & instituendum homines in vita politica & religiosa; ad quem finem conueniens erat, vt homines per sex dies operarentur, & septimum diem diuino cultui dedicarent, omnium creatori, ideoque sex vniuersi perfectiones à Deo factæ quasi sex diebus recitantur, dieque septimo introducitur Deus requiescens: quo exemplo homines alliceretur, vt sex diebus laborarent & septimo Deo vacarent. Confirmat autem hunc modum dicendi ipse Magister Cano ex eo q locutio absoluta pro conditionali inuenitur in sacris literis, verbi gratia, Lucæ capite vigesimo primo. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ac si diceret. Etiam si transiret cœlum & terra, non tamen verborum meorum veritas deficiet. Item Psalmo. 101. dicitur de cœlis, Ipsi peribunt: tu autem permanebis, hoc est, etiam si cœlt pereant, anni tui nunquam deficient. Imò etiam Aristoteles hoc modo loquendi vtitur libro. 2. de cœlo capite. 1. vbi ait, quòd motus primi mobilis incepit ab oriente. Cùm autem Aristoteles mundum æternum esse opinatus fuerit, necesse est, quòd neque motus inceperit: quapropter locutio illius conditionalis est, acsi diceret: si motus inciperet, proculdubio ab oriente inciperet. Similiter libro quarto Physicorum dicit, quòd nunc fluens facit tempus, & Mathematici dicunt, quòd punctum fluens facit lineam. Quæ locutiones conditionales sunt: aliàs aliena essent à veritate, neque enim, nunc fluit neque punctus mouetur vt lineam faciat, sed imaginamur tale esse tempus atque se nunc flueret: & talem esse lineam atque si ex ductu puncti efficeretur. Alij, inter A quos numeratur Procopius, dixerunt: numerum dierum non temporis gratia assumptum esse à Moyse, sed causa eruditi nostri imbecillis intellectus, qui rerum creatarum ordinem propter illarum multitudinem aliter comprehendere non valeret. Alij sex dierum prædictorum, talem rationem proferunt. Aiunt enim, propterea sex dierum mentionem fieri, quia diebus sex illa opera manifestata sunt hominibus. Frequens enim est in sacris literis, vt tunc B aliquid fieri dicatur, cum manifestatur. Exemplum est Matth. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hoc est, nunc manifestatur talis mihi data potestas. Iuxta quem sensum Glossa ordinaria desumpta ex Di. Augusti. & glossa interlin. explicat illud Exodi capit septimo. Ego indurabo cor Pharaonis. Hoc est, signis & portentis, durissimisque plagis, quibus non emolietur Pharao, ostendam quàm duro corde sit affectus. Aliam in- C telligentiam tribuit Augustino Magister Sentent. vbi suprà. Videlicet, quòd ideo Moyses diuisim per diuersos dies refert opera Dei, quia nō poterant simul ab homine dici, neq; percipi; quamuis simul à Deo potuerint perfici. Hactenus de intelligētia varia eorum qui dicūt ōia simul esse facta.

¶ Rursus etiam illi, qui contendunt septem diebus successiue opera Dei esse facta atque consummata, non conueniunt in modo quo hisce diebus Dei opera fa- D cta vel perfecta dicuntur. Quidam enim aiunt Deum quolibet die in vnico instanti fecisse opus quod illi diei attribuitur: reliquo verò spatio illius diei quieuisse. Alij verò dicunt totum diem cōsummari dum fabricabat Deus opus illud quod illi diei accommodatur. Alij verò, vt Augustinus Eugubinus, dicunt Deum simul omnia opera incepisse, sed paulatim diuersis diebus perfecisse. Quando itaque consummabat singula opera, tunc dicitur quod factus E est talis vel talis dies, verbi gratia, quando consummauit ornatum cœli tunc factus est dies quartus, Quando verò consummauit ornatum aquæ, tūc factus est dies quintus. Nihilominus terra illis eisdem diebus paulatim ornabatur suis animalibus: sed

quia iste ornatus perfectus est die sexta, id circo tunc dicitur, & factum est vespere & mane dies sextus. Alij asserunt quòd quinquis corpora inferiora ornata & perfecta sint; non tamen cœlestia corpora. Ita sentiunt sancti, quos citauimus sup. q. 66. arti. 1. conclu. 5. & 6.

Autoris censura.

INter tot grauissimorum doctorum sententias interponere temerarium videretur, nisi officium præceptoris nos cogeret aliquid ex prædictis verosimilius eligere, ne discipulorum animi suspensi maneant, vel quod peius est eligant. Sit igitur prodecisione grauissimæ difficultatis prima conclusio. Dies qui narrantur Genes. capite primo esse propriè naturales dies atque distinctos, in quibus Deus successiuè vniuersi machinam fecerit atque perfecerit, probabilissimum est, & ipsi sacræ scripturæ atque Sanctorum patrum sententiis, communique modo concipiendi ecclesiæ catholicæ maximè conforme. Hæc conclusio asseritur à Magistro Sententiarum in libro secundo. distinctione duodecima. & distinctione 15. capite quinto. Vbi asserit, quod hæc sententia magis approbatur ab Ecclesia Catholica. Ratio prima & vniuersalis est, quoniam in explicatione sacrarum literarum illa intelligentia approbanda est maximè, quæ cum maiore proprietate verborum (vbi oppositum ratio non conuincit) explicat sensum illarum: sed contextus primi capitis Geneseos potest optime verificari, si dicamus dies illos vt contextus sonat, esse proprios & naturales dies, & rursus competenter argumenta in oppositum dissoluuntur: ergo hæc intelligentia tenenda est. Minor huius rationis sequentibus argumentis comprobatur. ¶ Arguitur ergo secundo pro ista conclusione. Deus requieuit die septima, vt conuincitur ex Genes. capite 1. & Exod. 20. ergo non est operatus omnia simul vno die. Hæc consequentia probatur, quoniam Deus cœpit omnia producere die quæ modo dicitur Dominica, ergo si ipso die omnia consummauit, non requieuit die sabbathi, sed die sequenti, quæ dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies lunæ vel feria secunda, ac proinde potius induceretur populus ad obseruantiam diei lunæ quam sabbathi. Quòd autem in die quæ nunc dicitur, Dominica, experit Deus producere mundum; asseritur in primis à Leone primo Pontifice in epistol. 79. ad Dioscorum, & refertur. 75. d. capit. quod die Dominico. Asseritur etiam à Basilio homil. 2. Examer. in fine. & à Gregorio Nazianzeno in oratione in nouã Dominicã. Imò hoc ipsum docet Augusti. in sermone. 251. de tempore, & in quæstionibus ex nouo testamento quæst. 95. & hoc ipsum insinuat in quæstionibus ex vtroque testamento mixtim quæst. 106. Hoc ipsum cõfirmat quod in antiquo carmine ecclesia canit.

Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus,
Vel quo resurgens conditor, nos morte victa liberat.

At vero constat quod die dominica resurrexit, ergo eodem die extat mundus conditus. Sedulius etiam antiquus & Christianus Poeta sic cecinit lib. 4. carminum.

Cæperat interea, post tristia sabbata, felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti,
A Domino dominante trahit, primusque videre.
Promeruit nasci mundum, atque resurgere Christum.

¶ Arguitur tertio. Quoniam Exod. c. 20. sex diebus concedebatur Hebræis operari, & die septimo scilicet sabbatho præcipiebatur eis vt quiescerẽt: cuius præcepti talis proponebatur ratio, quia Deus sex diebus operatus est mundum, & die septimo requieuit, hæc autem ratio prorsus nulla est, si Deus omnia simul operatus est, sic enim non die septimo, sed secundo die vel etiam in parte primi diei requieuit.

¶ Arguitur quartò. Ex sacris literis cõstat qđ tenebræ fuerunt super vniuersam faciẽ abyssi, & quod terra fuit inanis & vacua, & quod erat cooperta aquis, quæ Dei imperio congregatæ sunt in locum vnum, vt appareret arida: hæc autem omnia verificari nequaquam possunt, nisi dicamus Deũ successiuè mũdum perfecisse. ¶ Arguitur quintò. Quoniam nisi ponatur successio temporis in operibus Dei, non poterit verificari, qđ animalia & plantæ ex terra producerentur, sed potius ex nihilo simul cum ipsa terra. Similiter pisces & volatilia non dicerentur produci ex aqua, sed ex nihilo, si in eodem instanti hæc condita sunt cum ipsis elementis. Nec enim est intelligibile, terram esse terminum à quo vel ex quo talia fiebant, si cum illis simul producta est. Eadem est ratio de homine, non enim factus fuisset de limo terræ, si terra prius non fuisset creata. Hæc omnia confirmantur ex Cõcilio Lateran. & refertur, cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, vbi definitur, qđ Deus ab initio temporis simul vtramque de nihilo condidit creaturã, spiritualem & corporalem, angelicam & mũdanam, ac deinde hominem quasi communem ex spiritu & corpore constitutum. Ex quo planè colligitur, quòd non in eodem instanti produxit Deus Angelos & hominem. ¶ Arguitur sextò ex illo Iudith. cap. 2. Tu fecisti priora, & illa post illa cogitasti, ergo inter illa fuit ordo prioris & posterioris ex parte rerum factarum (non enim ex parte actus diuinæ cogitationis potuit esse talis ordo) ergo non simul omnia facta sunt. ¶ Arguitur septimò ex illo Gene. cap. 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ in die quo fecit Dominus cælum & terram & omne virgultum agri antequã oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquã germinaret; non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur eam. Ex hoc sic argumentor. Si à principio quo creauit Dominus cælum, & terram, nondum erat homo qui operaretur terram, planè constat, quòd non omnia simul creata sunt. Confirmatur, ex eo quod subiungitur, Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio. In quibus verbis apertè insinuatur, nõ omnia simul condita esse, sed quòd Deus plantauerit Paradisum ante alia multa. Arguitur octauo cum ipsomet Diuo Augustino quæstione 106. iam citata. Vbi ait, quòd si omnia simul cœpissent non inesset eis sensus suæ infirmitatis, sed putarent se non cœpisse, ne ergo illud quod primo factum est putet se non cepisse neque factum esse: ideo maiora post se facta cernit, vt qđ videt in alio, credat in se. Eadem ratio inuenitur

nitur apud Ambrosium libro. 1. Examer. c. 7. quæ profecto ratio obscura videtur. Etenim solus Angelus & homo potest habere sensum suæ infirmitatis, at verò neque homo maiora post se facta cernit. Nam etsi Angelus cernit hominem post se factum non tamen homo est maior Angelo. Homo verò post se solam Euam factam cernit. Quapropter prædicta sententia impropria locutio videtur esse. Arguitur nono. Ex eo quod dicit Augustinus lib. 2. de Trinitate capite 8. Quòd ter dicitur factum esse firmamentum, videlicet, quia prius extiterat ratio eius in Verbo diuino, deinde produxit illud in mente angelica, atque produceret in proprio genere, & tandem fecit illud in proprio genere. Ex qua doctrina colligitur qđ prius facti sunt Angeli, quã firmamentum: siquidem in illorum mente erat antequam in se ipso existeret.

¶ Hæc omnia prædicta cõfirmãtur, quoniam si omnia quæ Genes. cap. 1 sex diebus facta vel perfecta narrantur, vnico die facta fuissent; nulla esset ratio connexionis, quare potius vni diei, quam alteri aliquod opus tribueretur.

¶ Explicatur hoc. Quoniam si omnia corpora simplicia & eorum qualitates primo die factæ sunt, non potest reddi ratio, quare lux dicatur producta die primo, & Sol & astra quarto die, præsertim, cùm sol & astra sint subiectum & principium lucis, similiter non erit ratio quare firmamentum in quo posita sunt astra, nõ dicatur productũ fuisse primo die.

¶ Secunda conclusio, Sententia D. Augustini probabilis est propter argumenta facta à principio, & propter autoritatem D. Augustini & aliorum doctorum, qui illam sequuntur, quos suprà citauimus. Ex quo sequitur, quam sint audaces moderni qui illam sententiam grauiori censura notant.

¶ Tertia conclusio, nihilominus sententia D. Augustini difficilis est ad intelligendum, quomodo consonet, cum ijs quæ in scriptura sacra dicuntur. Primò quide, quia non videtur verosimile vt Moyses qui de nullo incorporeo expresse mentionem fecit Genes. cap. 1. propter rudiratem & tarditatem populi Hebraici, nihilominus explicaret rerum creationem per dies illos spirituales cognitionis angelicæ vespertinæ, & matutinæ. Secundò huiusmodi dierum distinctio nihil videbatur conferre ad obseruantiam sabbathi qui est dies septimus inter dies naturales temporales. Idem argumentum fit contra sententiam magistri Cano, qui aiebat illam locutionem esse conditionalem: nihil enim conducebat huiusmodi cõditionalis locutio, ad hoc qđ homines inducerentur ad cultum sabbathi. Tertiò, angelica cognitio non efficit illam distinctionem dierum, etenim vnica cognitione cognoscit angelus cælum, solem, & astra eorumque qualitates, vt patet ex his quæ suprà diximus, quòd per eandem speciem repræsentantur angelo subiectum & passiones illius, non ergo potuerunt distingui tot vespere & mane, quot commemorantur Gene. 1. ¶ Quartò diuersi respectus vel ordines, quos habent ipsa cognoscibilia ad intellectum angelicum, non competenter diuidunt sex dies, etenim plures respectus & ordines habent inter se ipsa cognoscibilia respectu cognitionis angelicæ quã possint comprehendi numero senario. Quod quidem probatur, quia sicut aqua & terra habent diuersos ordines, qui sunt distinctę speciei; ita corpora superiora distinguuntur specie inter se, ergo habebunt diuersos respectus & ordines ad intellectum angelicum ac proinde constituent plures dies. Confirmatur quoniam alium ordinem habent mixta. & alium elementa, alium viuentia, & alium non viuentia, & tamẽ ombus istis deputatur vnicus dies, s. tertius, ergo ex differenti ordine, nõ potest dierum numerus senarius colligi. ¶ Quintò arguitur. Isti diuersi ordines, & rationes diuersæ rerum creatarum ad intellectum angelicum considerantur secundum varias perfectiones essentiales, quas habent ipsę rerum naturæ in se, aut penes diuersas species intelligibiles quibus repræsentantur, sed non primum, quoniam animalia priora sunt perfectione quàm cælum, & plantæ: & rursus inter ipsa animalia priora sunt terrestria, inter quæ homo excellentissimum animal est. Præterea subiectum prius & perfectius est sua passione sicut cælum sua luce; ergo prius debuit produci in mente Angelica. Vnde constat quòd distinctio dierum non

con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consurgit ab isto ordine perfectionis terũ. A Patet enim, quod prius narrantur peculiares dies ignobilioribus animalibus: & luci primus dies assignatur quarto vero subiecto illius. Neque verò secundum dici potest, quoniam si ordo iste sumatur in ordine ad intelligibiles septies angeli supremi (cum sit valde probabile, quòd ille omnia hęc inferiora vnica specie intelligibili cognoscit) consequens est, quod non deberent distingui sex dies sub ista ratione. Quòd si quis dicat distingui in ordine ad B inferiores angelos, tunc etiam est manifestum inconueniens, quoniam in inferioribus angelis, qui sunt ferè innumerabiles, varia est intelligibilium specierum multiplicatio, quapropter non posset senatius numerus dierum ex huiusmodi respectu colligi. Sextò, Angeli in primo instanti sui esse, quod fuit simul cũ esse cæli & terræ, nõ fuerunt beati quanuis fuerint in gratia, ergo tunc non habuerunt cognitionem matutinam in verbo, ergo illi dies qui secun- C dum Augustinum integrantur ex vespere & mane, hoc est ex cognitione angelica rerũ in propria natura & cognitione earũdem in verbo, non fuerunt a principio: ergo non congruit explicatio Augustini, videlicet, quòd omnia creata sunt simul in vnico instanti: & quod dicuntur creata in sex diebus, quatenus habent diuersos respectus ad angelicam cognitionem ipsarum rerum in proprijs naturis & in verbo. Neque valet responsio, si quis dicat, quòd ange D li cognouerunt in verbo naturali cognitione rerum naturas, quatenus cognoscebant verbum non prout in se est, sed prout est ratio creaturarum; hęc inquam responsio nõ valet, quoniam huiusmodi cognitio impossibilis est, vrsæpe docet D. Thomas maximè in materia de prophetia. Implicat enim contradictionem, quòd aliquid videatur in verbo tanquam in obiecto cognito, & q̃ ipsum verbum non videatur. Septimò arguitur, quoniam si dies acciperiatur pro illumi- E natione intellectus angelici, non diceretur conuenienter, omnia corpora simplicia & æterna non esse producta in aliquo die, siquidem hæc etiam illuminãtur luce intellectus angelici, quod sufficit secundum Augustin. vt aliqua dicantur produci in aliquo die. ¶ Octauò. Arguitur, quoniam secundùm hanc expositionem nulla est ratio quę affertur à Domino Exod. 20. ad sanctificandum diem sabbathi, non enim videtur, q̃ debeãt Iudæi requiescere die septimo: quia ordines, quos dicunt res creatæ ad intellectum angelicum, sunt tantùm sex. & tamẽ sumendo dies secundum istam expositionem Augustini, hoc modo esset exponendũ illud præceptum Exodi. 20.

¶ Nonò. Arguitur, quoniam in ista explicatione non solùm non saluatur literaliter distinctio dierũ, sed neque proportionaliter & analogicè: dies enim materiales non multiplicantur ex hoc, quod diuersa illuminabilia diuersimode illustrentur à luce & ad illam referantur, eodem enim die hæc omnia illuminantur, ergo similiter dies spirituales non multiplicabuntur ex hoc, quòd eadem luce continuata diuersa clarescant, sed potius sicut dies materiales multiplicantur ex diuersis reuolutionibus eiusdem lucis, interpositis noctis tenebris; ita in spiritualibus distinguentur dies ex successiua lucis spiritualis & cognitionum repetitione. Confirmatur hoc penultima ratione facta pro prima conclusione.

¶ Tertia conclusio. Explicationes Caietani & magistri Cano & aliorum minus habent probabilitatis. Probatur, nam secundũ Caietanũ & Cano omnia simul facta sunt in actu: hoc autem est expressè contra illud, istæ sunt generationes cæli & terræ in die quo fecit Dominus cælum & terram, & omne virgultũ agri antequam oriretur &c. ergo virgulta & herbæ non fuerant exorta neque germinauerant quando Dominus fecit cælum & terrã, & sic non omnia simul producta sunt. Secundò est contra illud etiam, quod subditur, in die qua fecit Dominus cælum & terram &c. non erat homo qui operaretur &c. Huc accedunt rationes factæ pro prima conclusione. Quòd vero illi dies non consonè explicentur, probatur, quoniam nulla videtur ratio quare illi dies talibus operibus accomodarentur: aquæ enim bene poterant, imo & clarius, diuersimodè accomodari: vt scilicet primus dies accomodaretur firmamento, secundus astris, tertius luci, & sic de cæteris. Præterea, cum hoc, quòd Deus illa operetur

tur successiuè, non magis coniunctum est A operari illa in sex diebus, quàm in sex horis vel mensibus aut in pluribus. Potuisset enim Deus vno tempore cõgregare aquas, & alio tempore producere plantas, similiter in vno tempore producere pisces, & in alio volatilia, ergo vana videtur illa locutio conditionalis, quòd si Deus operaretur successiuè, produceret opera sua in sex diebus: vnde enim constat quod non in pluribus aut paucioribus vel in sex horis B vel instantibus illa produceret? Iam vero aliæ explicationes non bene consonant: etenim si Deus re vera non fecit res successiuè, ergo Moyses rudi populo occasionẽ errandi potius tribueret, quàm illum eruditet. Præterea falsum est, quod sex diebus hæc opera manifestauerit, siquidem angeli eodem die omnia cognouissent, si simul omnia facta fuissent. Homo etiam eodem die, qua conditus fuit, habuit claritatem scientiæ omnium naturalium, ita vt omni- C bus nomen imponeret: ac proinde eodem die omnia opera Dei illi manifesta fuissent. Denique intelligentia magistri non cogit, quanuis enim non potuerint omnia simul proferri; tamen successiuè dici potuit, q̃ omnia quæ successiuè narrantur, simul creata fuerint. Quemadmodum enim successiuè narratur creatio cæli & terræ, nihilominus dicitur quòd illa simul facta sunt, quanuis hoc dicatur successiua oratione, ergo simili ratione oportebat, quòd distincti D dies operibus Dei attribuerentur, si omnia simul creata fuissent.

¶ Vltima conclusio. In singulis diebus cœpit & consummauit Deus singula opera quæ ipsis diebus attributa narrantur. Imò vero addiderim, quòd in vno instanti illius dici singula opera consummata sunt. Hæc conclusio quantum ad vtranque partem sufficienter in superioribus confirmata est.

AD argumenta in principio huius dubij proposita in fauorem sententiæ Di E ui Augustini, iam respondere oportet.

¶ Ad primum argumentum Gregorius vbi supra, ait, omnia facta esse in die qua fecit Deus cælum & terram, non quidem, q̃ produxerit illa Deus distincta quantum ad suas species sed quantum ad materiã ex qua postea formata sunt omnia corruptibilia. ¶ Atq; in hunc ẽt modum explicat, qđ in tertio argumento inducit de Behemoth & homine qui simul facti narrantur, nimirũ quia hominis materia simul facta est in die qñ creatus est Angelus. Adducitq; exẽplum, mulier. n. facta est in die septimo in paradiso (quod etiam D. Th. affirmat qõne præceden.) & tamẽ Gen. c. 1. dicitur masculum & fœminam creauit eos. Et postea in fine capitis dicitur, Et factum est vespere & mane dies sextus. Quo igitur hæc duo simul consonant, q̃ mulier fuerit producta die septimo, vt potest colligi ex c. 2. Gen. & tamen quod die sexto masculũ & fœminã creauerit eos Dominus? Hanc consonantiã non aliter explicat Gregor. vbi sup. nisi quia die sexto factus est homo cùm illa, costa ex qua mulier facta est. Hoc ẽt pacto exponit hunc locum glo. ordi. Quanuis sortassis congruentius diceretur, q̃ Gene. 2. ca. maximè ab illo loco, Istæ sunt generationes cæli & terræ, Epilogus & recapitularia est eorum quæ dicta sunt, in c. 1. Imò verò aliqua explicatius referuntur quam in 1. c. circa ipsa opera sex dierum, v. g quòd fons ascendebat ex terra, quod homo sit factus ex limo terræ, q̃ plantauerat Deus paradisum voluptatis, q̃ fecerit lignum vitæ in medio Paradisi, & lignum scientiæ boni & mali, & reliqua quæ sequuntur vsq; ad formationem Euę, de quibus constat q̃ eorũ productio intra sex illos dies includitur: ergo non videtur necessarium ad sacrum cõtextum, quòd Eua fuerit producta die septimo, quando oportet verificari, quòd cessauit Deus ab opere quod patrarat: aliàs. n. ẽt diceretur, quòd die sexto, imo aliis diebus præter primum requieuit Deus: quoniam omnia faciebat ex materia iam præiacente. Scio solutionem proferri posse, quòd Eua non erat alterius speciei quàm Adam, qui factus fuerat sexta die, sicut animalia erãt alterius speciei quàm ea quæ facta fuerant ante ipsa: ac propterea die septimo quieuit Deus à nouis speciebus rerum producẽdis: cui non contrariatur quòd septimo die ex costa Adæ mulierem fecerit, qua in re magnum mysterium continebatur coniunctionis Christi cum Ecclesia. ¶ Respondetur secundò ad argumentum ex Rabbano & Glossa ordinaria, quòd sicut dictum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est quæst.69.art. 2.ad primum, illic accipi A tur dies pro tempore indefinito: cuius rei quamuis multa exempla habeantur vbi supra, adducamus aliud. Exodi 5. dicitur, vt eamus viam trium dierum. Hoc ab aliquibus explicatur, id est: quia mense tertio ab exitu de Ægypto sacrificauerunt filij Israel in monte Syna, vt habetur Exodi 19. Propterea etiam Ezechiel. 4. dicitur, Diem pro anno dedi tibi. Et ad Hebræos 4. Termi nat quandam diem in Dauid dicendo: Ho die si vocem eius audieritis. Hoc est tem- B pus gratiæ. Item Isaiæ 26. & sæpe aliàs in Prophetis fit mentio de illa die, hoc est de tempore gratiæ. Tertiò potest explicari locus ille, non vt ita intelligatur quòd in vno die fecerit Deus cælum & terram, in quo etiam fecerit omne virgultum agri &c. Sed ita debet construi oratio illa, Istæ sunt generationes cæli & terræ, in die quo fecit Dominus cælum & terram & omne virgultũ agri antequam oriretur &c. hoc est, & ante quam omne virgultum agri oriretur, & an C tequam terra herbam germinaret. Est enim hic consuetus modus dicendi Scripturæ, vt verba ante posita debeant adaptari post verba subsequentia. Exemplum est 2. ad Corinthios 4. In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium: Vbi particula, huius seculi, non est determinatiua illius vocis, Deus, sed illius, infidelium: acsi diceretur, In quibus Deus excæcauit mentes infidelium huius seculi. Est & aliud exemplum Ioannes cap. 11. Gaudeo propter vos D vt credatis quia non eram ibi. Acsi diceret, gaudeo, quia non eram ibi, propter vos vt credatis. Similiter ad Hebræos 1. Et cùm iterum introducit primogenitum in orbẽ terræ. Acsi diceret: Et iterum (supple Scitptura dicit) cùm introducit primogenitũ, &c. Rursus in Psalmo 30. Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Hoc est, Obliuioni datus sum a corde, tanquam mortuus, & Psalmo 44. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimico- E rum regis. Acsi diceret, Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum Regis, & populi sub te cadent. Sunt & alia plurima exempla, sed dicta sufficiant. Si itaque in proposito particula: Antequam, anteponatur secundum mentem illi particulæ, Omne virgultum, acsi diceret: Et ante quam omne virgultum: Constabit sensus consonus & apertus secundùm nostram conclusionem.

¶ Ad confirmationem primi argumẽti, Eugubinus super illa verba, Spernit antiquam illã translationẽ, quoniam secundũ textum Hebraicum vulgata editio legitime transtulerit. Nihilominus si quis velit admittere illam lectionem sicut legit Augustinus, poterit explicare locũ illũ: ita scilicet cum factus est dies fecit Deus cælum & terrã, & omne viridẽ agri antequam esset, Vbi dies potest accipi pro quacunque dura tione & mensura. Vel tandem ita legatur & construatur oratio, Cum factus est dies, & antequam omne viride agri esset super terrã fecit Deus cælum & terram. ¶ Ad argumentum Diuus Gregorius vbi suprà, inquit, quòd Deus dicitur omnia simul creasse quantum ad materiam, ex qua postea producta sunt alia, quæ nondum erant actualiter secundum proprias formas. Eadẽ intelligentia habetur in glossa ord. ibidem. Alij aiunt, quòd simul significat idẽ quod communiter & promiscuè, referturque nõ ad vnitatem temporis & diei sed rerum, ac si diceretur, coniunctim atque continuo ita cuncta sint creata, vt alia ex alijs penderent & orirentur quodam ordine causarum & effectuum. v.g. Congregatis aquis in locum vnum consequenter terra apparuit, ex qua plantæ productæ sunt. Et per D hunc modum dicitur Deus simul cuncta creasse, hoc est, non multo interuallo temporis, sed quodam dierum ordinato successu breui omnia sunt creata atque perfecta, ita vt deinceps non oporteret res nouas facere. ¶ Ad tertium argumentum diximus in solutione ad primum. Sed & aliter solet explicari locus ille, videlicet, quod, Behemoth, per quem intelligitur angelus qui peccauit, dicitur factus cum homine, hoc est, ac si diceret, Ecce Behemoth quem fe ci sicut & te, aut certè quem feci tecum, id est, habentem similitudinem tecum, eo quod est naturæ intellectualis, in qua suo modo communicat homo. Alia intelligentia videtur esse magis literalis, vt per Behemoth intelligatur Elephas, per quem significetur etiam Dæmon, sed ipse Elephans

phans factus est die sexto sicut & homo. A Ad confirmationẽ iam diximus in superioribus quomodo astra die quarta secundum suas virtutes ornata sunt, & nihilominus secundùm substantiam condita sint in principio temporis, atque ita potuerunt iam tunc laudare Deum cum primum terra fuit data est. Ad secundam confirmationem iã in superioribus dictum est quomodo titulus ille psalmi debeat intelligi. Cæterùm etiam secundum opinionem Diui Augustini difficultatem habet litera illius tituli, B non enim potest verificari quomodo cum mundus cœperit die Dominica, vt iam probatum est, & Sabbathum sit die septima; fieri potuit mundus die ante Sabbathum. Sed fortassis respondebit aliquis q̃ dies Dominica fuit ante Sabbathum non immediatè, sed mediate, at vero modus ille loquendi in die ante Sabbathum inmediationem significat. ¶ Ad quartum argumentum iam patet ex superioribus quoniã pacto lux primo die sit producta quantum C ad communẽ rationem lucis: at vero in die quarta producuntur Sol & astra quantum ad alias qualitates. Dictum est etiam quòd firmamentum sit aer, qui dicitur productus secunda die ratione peculiaris virtutis tunc productæ, vt superius explicatum est.

¶ Ad quintum negatur consequentia, & ratio discriminis est quia quemadmodum Deus produxit cælum extra diem, scilicet, initio temporis, quia eius substantia est supra tempus: ita etiam quia omnes angelicæ mutationes ex naturâ suâ supra nostrum tempus sunt: non oportuit angelos fieri in diebus nostris. D

¶ Deinde quoniam Deus (vt dicemus ad septimum) successiuè operabatur propter nostram instructionem, quam tamen ex modo perfectionis angelorum quæ à nostris sensibus remota est accipere non poteramus. De qua re vide quæ suprà diximus quæst. 67 art. 4 dub. 1 ad tertiũ. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd creatu E ra corporalis & spiritualis mundum perficiunt & integrant quantum ad eius præcipuas partes: & ideireo vt vniuersum sit simul productum & perfectum quo ad huiusmodi partes oportuit vt corpora & spiritus simul crearentur. ¶ Reliquo verò creaturæ corporales quantum ad suas species non sunt ita præcipuæ partes vniuersi, ac propterea non conueniebat illas simul produci. Hæc solutio est Diui Thomæ de potẽtia quæst. 4 art. 2. ad quartum, eorum quæ secundo loco proponuntur. ¶ Ad sextum iam dictum est quomodo dies ille primus à luminaribus cæli consequeretur, nam iam tunc luminaria; quantum ad communem rationem lucis officium habebãt distinguẽ di diem & noctem. Ad septimum negatur consequentia quoniam illa opera incarnationis & resurrectionis non sunt facta vt nos instruamur sic operari, opus autẽ creationis destinatum est, vt nos in modo operandi Deum imitemur, vt sicut ipse successiuè res produxit & ornauit: ita nos successiuè exerceamus & ornemus mores nostros. Ratio est D. Ambrosij vbi supra citatus est.

¶ Aliam rationem profert D. Augustinus in quæstione suprà citata, videlicet, vt per singulos distinctos dies sex, figuraretur quod futurum erat in sex ætatibus mũdi futuris. Vel etiam ita factum est vt ostenderetur quod creatura non à se sed ab alio perfectionem haberet, siquidem illam nõ statim atque producta est accepit. Quẽ admodum non fuit producta ab æterno, sed in principio temporis, vt ostenderetur quod a se ipso non habet esse, quod accipit post non esse. Et tandem sic ostenditur ordo diuinæ sapientiæ, quæ prius tempore producit ea quæ sunt priora natura.

¶ Imò vero neque omnia opera supernaturalia facta sunt instantaneè, etenim in suscitatione Lazari aliquam successionem inuenimus, & Marci 8. quidam cæcus à Domino illuminatus paulatim & successione quadam perfectum visum recepit. De qua re latius diximus quæst. 66. artic. 1. Ad confirmationem respondetur, quòd non est eadem ratio de Verbo Dei & nostris diebus, quoniam illud immutabile æternumq; est, nostri autẽ dies deficiunt & multiplicantur. Ad octauũ respõdetur admissa illa lectione quam legit Augustinus, quòd id quod dicitur factum ante vesperè aduentum, re vera fuit productio principium, & autem & non multiplicatio & incrementũ quæ postea facta est postquam acceperunt virtutẽ multiplicandi & crescẽdi. Ad hoc iam diximus

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quæst. præcedenti, quare dies septimus non scribatur habere vesperum.

¶ Ad decimum iam satis responsum est cum ostenderimus multo maiora inconuenientia, & minus consona sacræ scripturæ, & plura argumenta ad soluendum difficiliora ex opposita sententia consequi, quam ex ea quæ nobis probabilior visa est. Ostensum etiam est in superioribus quòd in prima rerum creatione quando ex diuina ordinatione nondum erant inditæ rebus tales proprietates, non fuit miraculum, vt Deus eas ita conseruaret absque passionibus proprijs: quia ita oportebat vt fierent à principio vt autoris sui omnipotentiam testarentur. Ad argumentum vero Magistri Cano, videlicet quòd Scriptura soleat vti absolutis locutionibus pro conditionalibus, respondetur quòd non semper, sed vbi aliter non potest conuenienter explicari Scriptura, recurrendū est ad illum modum interpretandi. Cæterum in præsenti loco Scripturæ non est necessaria, imò videtur inconueniens huiusmodi interpretatio.

¶ Hactenus de difficilima quæstione probabiliter dicta sufficiant. Mihi sanè nō fuit in animo firmam, & indubitatam decisionem de rebus tā abstrusis scribere memor illius quòd dicitur Eccl. 3. Vidi afflictionē quam dedit Dominus filijs hominū. vt distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsq; ad finem. Ante oculos etiam habeo quod Augu. dixit lib. 10. de ciuit. Dei. c. 12. Quemadmodum ipse qui mundum fecit, ita & modus quo fecit, occultus est & incomprehensibilis. Sectandum igitur est eiusdem D. Aug. consilium lib. 1. super Gen. ad literam c. 18. In rebus obscuris & à nostris sensibus remotissimis, si qua diuina scripta legerimus, quę possint (salua fide qua imbuimur) alijs atque alijs patere sententijs, in nullam earum nos præcipiti affirmatione proijciamus: vt si fortè diligentius discussa veritas eam rectè labefactauerit corruamus non pro sententia diuinarum Scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, vt eam velimus scripturarum esse quæ nostra est: cùm potius eam quę scripturarum est nostram esse velle de-

A beamus. ¶ Fateor certè, q̄ si p̄ meo exiguo
iudicio & ingenio in prædicta difficultate
dissoluenda versarer & alijs quæstionibus,
quæ in hac materia se offerunt, visis variis
sententijs, multò aliter procederem. Video
enim plurimum difficultatis & obscuritatis accedere ad simplicem intelligentiā hi-
storiæ, in principio Geneseos enarratæ, q̄
fortassis plus nimio Philosophorum auc-
toritatis & rationum obseruantes sumus. Ego
verò mihi illud fundamentum ob oculos
B ponerem, Quod Deus in creatione vniuersi
omnipotentiam suam maximè voluit osten-
dere; & quantum ipse non pendeat à creaturis, vt homines ad diuinum cultum indu-
ceret, voluit palam facere. Quo supposito,
quod nam, rogo, inconueniens sequeretur,
si diceremus, quod vniuersa quæ narrantur
facta singulis diebus, facta fuerint de nouo
vel ex nihilo. Sicut in primo die dicit Deus
creasse cœlum & terram, vbi nomine terræ
C etiam aquas superpositas intelligamus fac-
tas. Nomine autem cœli aerem istum, &
sursum versum corpora cœlestia, siue sint
vnum corpus continuatione siue dicuntur
cœli propter immensum magnitudinem &
variam dispositionem secundum maiorem
aut minorem subtilitatē, siue cœlum sit cor-
ruptibile siue incorruptibile ex natura sua?
Hæc enim Philosophorum disputationibus
subiacent, non tamen fidei Catholicæ syn-
ceritati eorum determinatio necessaria est.
Deinde quod nam inconueniens esset, dice
D re quòd statim post tenebras fecerit Deus
lucem in toto Hemispherio absque alia cau-
sa media producente lucem, sed solus ipse
Deus talem lucē produxerit qualem sol ip-
se si tunc creatus fuisset producere posset?
Et hanc lucem Hemispherij appellauit die
& tenebras oppositas è regione, scilicet vm-
bram terræ appellauit noctem. Consequen-
ter autem lux illa quæ in Emispherio dia-
phano producta fuerat paulatim procede-
bat per circuitum cœli & terræ donec rever-
E teretur ad initium Emispherij, vnde cœpe-
rat proficisci. Quemadmodum enim nunc
motu præsentis solis lux procedit per cir-
cuitum terræ & regionis aereæ, cur non ad
imperium Dei suam omnipotentiam osten-
dere volentis similiter procedere potuisset?
Nec enim hoc miraculum debet appellari non-

nondum perfecto ordine vniuersi: fiebat. n. A
tunc vniuersum ab eo qui est supra vniuer-
sum prout sibi placebat ad manifestandam
gloriā omnipotentiæ, & sapientiæ suæ, &
quòd ipse esset qui constituebat ordinem
vniuersi non pendens ab ipso ordine nec ab
aliqua eā efficiente lucem. Illa itaq; lux cē-
pit procedere factumq; est vespere paula-
tim per totum illud Emispherium antea lu-
cidum & factū est mane per appropinqua-
tionē lucis ad initiū Emispherij primū illu-
minati, completusque est dies vnus qui fuit B
primus dies. ¶ Deinde secūdo die fecit De⁹
firmamentum ad diuisionem aquarum si-
ue firmando partem aliquam cæli creati
prout opus erat ad illam diuisionem, siue
aliter iuxta superius prædictas intelligen-
tias de substātia firmamenti. Nihilominus
hoc secundo die factum est. Deinceps vero
die tertio exornauit Deus terram congre-
gando aquas quæ sub cælo sunt in locum
vnum vt appareret arida, & terra præcipiē-
te Deo germinaret non ex influentia solis C
& lunæ, & Astrorum quæ nondum facta
erant, sed iussu omnipotentis Dei accepit
virtutem germinandi. Intendebat. n. Moy-
ses per huius verissimam & simplicissimā
narrationem abducere populum ab idolo-
latria ne Solem aut Lunam aut stellas cole
rent tanquam necessaria principia ad fru-
ctificationem terrę hominibus necessariā:
quin potius verum Deum colerent, cuius
voluntati & omnipotentiæ omnia subie-
cta sunt. Iam vero die quarto fecit Deus D
luminaria, scilicet Solem & Lunam & Stel
las, & omnia dicuntur esse posita in firma-
mento cæli, hoc est in firmissima parte re-
gionis superioris quæ maximam habet fir-
mitudinem & constantiam: quæq; nō cōsistit in iudmisibili, sed potius totum cælum
visibile luminaribusque exornatum firma-
mentum dicitur: quod quidem secundum
quandā intelligentiam in superioribus in-
troductam diuidit aquas ab aquis, aquas,
inquam, quæ sunt supra cælum visibile si- E
ue illæ sint elementales siue sint cēlū quod
dicitur crystalinum inuisibile nobis: qui-
bus luminaribus factis ex materia præexi-
stenti, siue illa esset materia cæli siue alia:
atque in suo vnumquodque loco collocā-
tis, officiusque distinctis factus est dies

quartus, non solum motu lucis præfatę,
sed etiam ipsius solis prosequētis officium
suum, dum lucem illam quam Deus pri-
mum produxerat, & conseruarat iam ipse
Sol tanquam secunda causa Deo subordinā
ta non solum conseruaret, sed etiam suo
motu successiuè per circuitum orbis produ
ceret distingueretq̄ue effectiuè diem & no-
ctem. Lux enim ipsa est quæ recepta in
aere formaliter constituit nobis sua presen
tia diem & sua absentia noctem. Iam tan-
dem ab hoc quarto die absque difficulta-
te distingui possunt consequentes dies.
Ego sanè non video quod nam inconue-
niens sequatur ex prædicto discursu quod
non etiam sequatur ex aliis modis dicen-
di. Nam qui dicunt quarto die propterea
luminaria dici facta, quia tunc receperunt
specialem virtutem aliquam non effugiūt
inconueniens si tamen inconueniens est,
quod cōtra p̄dictū discursum obiiciunt. Si-
militer. n. argumentabor & ego quod po-
nunt miraculū, videlicet, q̄ creauerit Deus
Solem & reliqua luminaria absque illa vir
tute & proprietate quę illorū erat naturā-
lis proprietas. Nam dicere q̄ erat supernā-
turalis & virtus maius miraculum esset, q̄
Sol & reliqua luminaria non naturali virtu
te & proprietate officiū exerceant. Terra ēt
germinauit præcipiente Deo absq; influen
tia luminarium saltē absq; illa virtute quā
dicunt esse superadditā quarto die. Si igit̄
salua fide cum omni proprietate sermonis
D p̄fat septem dies distingui, similiter quæ di-
cuntur fieri in illis diebus fieri potuerūt vt
ipsa verba sonant. Non video qua ratione
in tāta opinionum varietate hic modus di
cendi non admittatur, vt valde probabilis,
maximè cum pro se habeat tot documen-
ta sanctorum quę superius retulimus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum scriptura vtatur conuenientibus
E verbis ad exprimendum opera sex dierū?

AD TERTIVM *sic procedi-*
tur. Videtur, quod Scriptura nō 361
vtatur conuenientibus verbis ad 1. di. 13.
exprimendum opera sex dierū. q. 1. art.
Sicut enim lux, & firmamentum, & huiusmo 1. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di opera per Dei verbum sunt facta, ita cęlũ & terra: quia omnia per ipsum facta sunt, vt dicitur Ioan. 1. cap. Ergo in creatione cęli & terrę debuit fieri mẽtio de verbo Dei, sicut in alijs operibus.

¶ 2 Præterea, Aqua est creata à Deo, quę tamen creata non commemoratur. Insufficienter ergo rerum creatio describitur.

¶ 3 Præterea, Sicut dicitur Gene. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. In singulis ergo operibus debuit dici, Vidit Deus q̃ esset bonum. Inconuenienter ergo præ termittitur in opere creationis, & in opere secunda diei.

¶ 4 Præterea, Spiritus Dei est Deus. Deo autem non competit ferri, nec situm habere. Incõuenienter ergo dicitur q̃ spiritus Dei ferebatur super aquas.

¶ 5 Præterea, Nullus facit quod iam factum est. Inconuenienter ergo postquam dictum est, Dixit Deus, fiat firmamentũ, & factum est ita: subditur, Et fecit Deus firmamẽtum, Et similiter in aliis operibus.

¶ 6 Præterea, Vespere & mane non sufficienter dividunt diem, cùm sint plures partes diei. Ergo inconuenienter dicitur, q̃ factum est vespere & mane dies secundus vel tertius.

¶ 7 Præterea, Secundo & tertio non conuenienter correspondet vnum, sed primum. Debuit ergo dici, Factum est vespere & mane dies primus, vbi dicitur dies vnus.

RÆSPONDEO dicendum ad primũ, quòd secundum Augusti. persona filii commoratur tam in prima rerũ creatione, quàm in rerum distinctione & ornatu, aliter tamẽ & aliter. Distinctio enim & ornatus pertinet ad rerum formationẽ. Sicut autẽ formatio artificiatorum est per formam artis quæ est in mente artificis, quæ potest dici intelligibile verbũ ipsius: ita formatio totius creaturæ est per verbum Dei. Et ideo in opere distinctionis & ornatus fit mẽtio de verbo. In creatione autẽ cõmemoratur filius vt principiũ, cùm dicitur, In principio creauit Deus: quia per creationẽ intelligitur productio informis materiæ. Secundũ verò alios qui ponunt primo creata elementa sub propriis formis oportet aliter dici. Basilius enim dicit, * q̃ per hoc quod dicitur, Dixit Deus: importatur diuinum imperium. Prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quàm fieri mẽtionem de diuino imperio.

Ho. 3. Exame. post me dium.

AD secundum dicendum, q̃ secundum Aug.* per cælum intelligitur spiritualis natura informis, per terram autẽ materia informis omnium corporum. Et sic nulla creatura est prætermissa. Secundum Basilium verò ponuntur cælum & terra tanquã duo extrema, vt ex his intelligantur media: præcipuè quia † omnium mediorum motus vel est ad cælum, vt leuium: vel ad terram, vt grauium. Alij verò dicunt, q̃ sub nomine terræ comprehenditur omnis materia, sicut solet Scriptura. omnia quatuor elementa. Vnde in Psal. 148. postquam dictum est, Laudate dominum de terra, subditur, Ignis, grando, nix, glacies.

Lib. 11. de ciui. Dei ca. 33. circa fi. to. 5. † Hom. 1. sui Examer. post me dium illi⁹.

AD tertium dicendum, q̃ in opere creationis ponitur aliquid correspondens ei quod dicitur in opere distinctionis & ornatus: Vidit Deus hoc vel illud esse bonum.

Ad cuius euidentiam considerandum est, q̃ spiritussanct. amor est. Duo autem sunt, vt Augustin.* dicit primo super Gene. ad lite. propter quæ Deus amat creaturam suam. scilicet vt sit, & vt permaneat. Vt ergo esset & permaneret, dicitur q̃ spiritus Dei ferebatur super aquas, secundũ quod per aquam materia informis intelligitur: sicut amor artificis fertur super materiã aliquam, vt ex ea formet opus. Vt autem maneret quòd fecerat, dicitur, Vidit Deus q̃ esset bonũ. In hoc enim significatur quædam complacentia Dei opificis in re facta, non quòd alio modo cognosceret, aut placeret ei creatura iam facta, quæ antequam faceret. Et sic in vtroque opere creationis & formationis trinitas personarum insinuatur. In creatione quidem persona patris per Deum creantem: persona filij per principium, in quo creauit: spiritus sancti, qui superfertur aquis. In formatione verò persona patris in Deo dicente: persona verò filij in Verbo, quo dicitur: persona spiritussancti, in complacentia, qua vidit Deus esse bonum quod factum erat: in opere verò secundæ diei non ponitur, Vidit Deus quòd esset bonum: quia opus distinctionis aquarum tunc inchoatur, & in tertio die perficitur. Vnde quod ponitur in tertia die, refertur etiam ad secundam. Vel quia distinctio quæ ponitur secundæ die, est de his quæ non sunt manifesta populo, ideo huiusmodi approbatio Scripturæ non vtitur. Vel iterum propter hoc quòd firmamentum simpliciter intelligitur aer nubilosus, qui non est de partibus permanentibus in vniuerso, seu de partibus principalibus mundi. Et has tres rationes Rabbi Moyses ponit. Quidam autem assignant rationem mysticam ex parte numeri: quia binarius ab vnitate recedit. Vnde opus secundæ diei non approbatur. *

Li. 1. super Gene. ad lite. c. 1. circa fi. to. 3. † Basil. homi. 2. in Exame. à medio illius.

AD quartum dicendũ, quòd Rabbi Moyses per spiritum domini intelligit aerem vel ventum: sicut & Plato intellexit, & dicit q̃ dicitur spiritus domini secundum quod Scriptura consuevit vbiq̃ flatum ventorum Deo attribuere. Sed secundum Sanctos per spiritum Domini intelligitur spiritussanctus, qui dicitur superferri aquæ, ideò, materiæ informi secundùm Augustin.* ne faciendo opera sua propter indigentiã necessitatem putaretur Deus amare. Indigentia enim amor rebus quas diligit, subijcitur. Commodè autem factum est vt prius insinuaretur aliquid inchoatum, cui superferri diceretur. Non enim superfertur loco, sed præexcellente potentia, vt Augustin.* dicit 1. super Genes. ad litteram. Secundùm Basilium † vero superferebatur elemento aquæ, ideo fouebat & viuificabat naturam aquæ ad similitudinem gallina cubantis, vitalem virtutem his quæ fouentur infundens. Habet enim aqua præcipuè vitalem virtutem, quia plurima animalia generantur in aqua. Et omnium animalium semina sunt humida. Vitæ etiam spiritualis datur per aquam baptismi. Vnde dicitur Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto.

Li. 1. super Gene. ad lit. c. 1. to. 3. † Basil. homi. 2. in Exame. à medio illius.

AD quintum dicendum, quòd secundum Augustin.* per illa tria designatur triplex esse rerum. Primò quidem esse rerum in Verbo. per hoc quod dixit, fiat. Secundo esse rerum in mente angelica, per hoc quod dixit, factum est. Tertio esse rerum in propria natura, per hoc quod dixit, fecit. Et quia in primo die describitur formatio angelorum, non fuit necesse vt ibi adderetur, fecit. Secundum alios verò potest dici, q̃ in hoc quod dicit, dixit Deus, fiat, importatur imperium Dei de faciendo: per hoc autem quod dicit, factum est, importatur complementum operis. Oportuit autem vt subderetur quomodo factum fuit: præcipue propter illos qui dixerunt omnia visibilia per angelos facta. Et ideo ad hoc

remouendum subditur quòd ipse Deus fecit. Vnde in singulis operibus, postquam dicitur, & factum est, aliquis actus Dei subditur, vel fecit, vel distinxit, vel vocauit, vel aliquid huiusmodi.

AD sextum dicendum, quòd secundum Augu.* per vesperę & mane intelligitur vespertina & matutina cognitio in angelis: de quibus dictum est supra. Vel secundùm Basilium* totum tempus consuevit denominari à principaliori parte, scilicet à die: secundum quod dixit Iacob, Dies peregrinationis meæ: nulla mentione facta de nocte. Vesperę autem & mane ponuntur vt termini diei, cuius mane est principium, sed vesperę finis. Vel quia per vesperę designatur principium noctis, per mane principium diei. Congruum autem fuit vt vbi commemoratur prima distinctio rerum, sola principia temporum designarentur. Præmittitur autẽ vesperę: quia cùm à luce dies inceperit, prius occurrit terminus lucis, quod est vesperę, quàm terminus tenebrarum, & noctis, quod est mane. Vel secundùm Chrysost.* vt designetur quòd dies naturalis non terminatur in vesperę, sed in mane.

Li. 4. super Genc. c. 22. & 23. † Qu. 38 art. 6. & 7. * Basil. homil. 2. Exame. nõ multum remote à fine. Hom. 3 Gen. circa med. sed clarius homil. 5. à med. to. 1.

AD septimum dicendum, quòd dicitur vnus dies in prima diei institutione, ad designandum quòd viginti quatuor horarum spatia pertinent ad vnum diem. Vnde per quòd dicitur, Vnus, præfigitur mensura diei naturalis. Vel propter hoc, vt significaret diem cõsummari per reditum solis ad vnum & idem punctum. Vel quia completo septenario dierum, redditur ad primum diem, qui est vnus cum octauo. Et has tres rationes Basilius * assignat.

Basil. homil. 2. Exame. non remotè à fine.

COMMENTARIVM.

MOdus procedendi D. Tho. in hoc articulo singularis est, nulla enim præmissa conclusione vel doctrina solutionem argumentorum aggreditur, supponit nanque conclusionem affirmatiuam.

¶ Precipua intentio huius articuli est explicare caput primum Geneseos: quam quidem explicationem scholasticis argumentis inquiramus.

¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Statim initio capitis legimus, ¶ In principio creauit Deus. Vbi sancti intelligunt principium

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium temporis, sed in principio temporis non potest dici quod Deus aliquid creauerit, ergo &c. Probat minor, qa principiũ temporis est instans, quod respondet alicui mutato esse, sed quando Deus creauit non fuit aliquod mutatum esse, cum nec motus, nec mobile præcesserint, ergo initio temporis non potuit aliquid creari.

¶Secundò. In hoc capite oportuit conuincere philosophos, & ostendere quòd Deus non fecit mundum ex materia præiacente, sed ex nihilo, id autem non ostenditur per illud verbum, creauit, ergo. Probatur minor, quoniam vt docet Hier. Eph. 1. ibi, Ante mundi constitutionem, & August. lib. de fide & symb. capi. 4. & lib. 2. de moribus Manich. capi. 7. & Ruper. lib. 1. in Genes. cap. 3. Creare non significat producere aliquid de nihilo, quod probatur quoniam Genes. 1. dicitur, quod creauit Dominus cete grandia, quodque creauit hominem, quæ tamen non produxit de nihilo, & Sapien. 11. dicitur, Quod Deus creauit orbem terrarum ex materia inuisa, & nos dicimur ab Apostolo ad Ephes. 2. Creati in operibus bonis: quibus in locis creare non significat de nihilo producere. Confirmatur hoc primo argumento D. Thom. Confirmatur secundo, quoniam de cæteris rebus dicitur, ter, quod factæ sunt, cum dixit Deus, fiat firmamentum, & fecit Deus firmamentum, & factum est ita, ergo similiter debuit dici de cælo & terra. ¶Tertiò. Sicut in prima rerum creatione terra erat inanis & vacua omni distinctione & ornamento, ita & cælum, ergo sicut terræ informitas exprimitur per hoc quod dicitur: Inanis & vacua, ita debuit exprimi de cælo quod esset inane & sine ornatu.

¶Quarto. Spiritus Domini ita ferebatur super cælos, & non indigebat eis, sicut super aquas, & tamen de eo non dicitur, qd' spiritus Domini ferebatur super cælos, ergo minus id debuit dici de aquis.

¶Quinto. Non minus placuit Deo creatio cæli & terræ, quam productio lucis aut aliarum qualitatum, quæ in opere ornatus supra adduntur, imo vero magis, nam maior perfectio producitur per creationem, s. esse, quod est vltima actualitas, quam per quemlibet alium ornatum, ergo sicut de aliis dicitur, Vidit Deus quod esset bonum & ita debuit dici de ipso opere creationis. Confirmatur hoc tertio argumento D. Th.

¶Sexto, quoniam sicut lux in se erat bona, ita cætera opera Dei in se erãt bona, vn de de omnibus dicitur, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, ergo sicut de luce dicitur, Vidit Deus lucem quod esset bona &c. & non vidit Deus quòd esset bonum, s. producere ipsam, vbi bonitatem non tribuit herbæ sed productioni ipsius, ita etiam similiter de aliis rebus dicendum est. Confirmatur, nam prius vidit Deus ꝙ esset bona, & postea diuisit illam à tenebris, & eis nomina imposuit, ergo idem debuit fieri de firmamento, & non econtra postquam firmamentum vocatum est cælum, cum dicitur, Vidit Deus quod esset bonum. ¶Septimo. Sicut Deus diuisit lucẽ à tenebris, & ei indidit propria nomina, ita diuisit cætera omnia quæ produxit, vt elementa & cælos secundum locum & secundum essentiam. Item illis omnibus rebus indidit propria nomina, nam eius virtute homines cognouerunt earũ distinctã essentiam, & indiderunt nomina, quomodo à Deo imponitur nomen noctis & diei. Vel sicut dicit August. in lib. super Gene. ad literam imperfecto, hæc appellatio diuersa, significat distinctionem specificam essentiæ, nam omnes vocabulum ad distinctionem valet, sed sicut Deus distinxit lucem à tenebris secundum varias essentias & conditiones, ita cæteras res, & eius virtute imponuntur eis varia nomina, ergo: sicut hæc dicuntur de luce, & tenebris ita debent dici de cæteris rebus. ¶Octauo. Primus dies non habuit mane, vt docet Diu' Tho. sæpe, maximè de potentia, q. 4. arti. 2. ad 13. quod etiam patet ratione, quoniam mane significat approximationẽ lucis vbi tenebris lumen admiscetur, sed in primo die lux subito per verbum Dei refulsit, nec paulatim appropinquauit nostro hemisphærio, sed in instanti totum illud illustrauit, ergo malè dicitur, quòd factus est vespere & mane dies vnus. Et confirmatur septimo argumento Diu. Thom. Confirmatur secundo, quoniam mane præcedit vesperum, ergo prius debuit referri mane quàm vesperum.

¶Nonò.

¶Nonò. Diuisio aquarum & congregatio in locum vnum (etsi fiat mediante motu locali rerum iam præexistentium) tamen refertur vt opus peculiare Dei constituens specialem diem, ergo, similiter mane & vespere, quæ fiunt mediante motu locali lucis debent referri tanquam specialia opera Dei, quod tamen non fit. Confirmatur. Inter ea per quæ distingui specialiter possunt cælum & terra est motus localis, quia cælum mouetur, terra autẽ in æternum stat, ergo sicut refertur lux, quæ est qualitas distinctiua primi corporis, ita debet referri motus ipsius primi mobilis.

¶Decimo. Sicut firmamentum constitutum est vt diuidat aquas & luminaria vt lucẽant, ita herbæ constitutæ sunt in cibum animalium, & animalia propter hominem, & elementa propter mixta: sed in his omnibus non refertur eorum finis, ergo nec in creatione firmamenti & luminarium cælestium dicendum est referri fines eorum.

¶Vndecimo. Sicut aquas inferiores Deus congregauit in locum vnum, ita & superiores secundum omnium opinionem, quoniam vel aquæ veræ, & elementales quæ secundum aliquos Sanctos ibi reperiuntur sunt in loco vno, & ipsi docent ad temperandum calorem ignis, vel si per aquas significatur aliqua peculiaris sphæra, illa etiam est specialis distincta à cæteris & in distincto loco, vel si significantur aquæ pluuiales, illæ etiam habent peculiarem locum generalium aquarum, quoniam non generantur in suprema regione: ergo sicut de aquis inferioribus dicitur, quòd eõgregentur in locum vnum, ita debuit id dici, etiam de superioribus.

¶Duodecimo, quoniam vt dictum est supra quæstione lxviij. nomine firmamenti diuidentis aquas ab aquis intelligitur aer eleuans vapores & condensans illos in nubes & pluuias; sed has pluuias & nubes cæteraque metheora oportet semper durare, ergo sicut animalia benedicuntur, vt semper permaneant, ita oportuit hæc benedici vt semper permaneant ad irrigandam faciem terræ: quoniam benedictio Domini istam permanentiã & abundantiam tribuit.

¶Tertiodecimo. Plantæ non sunt perfectiores cæteris rebus quę à Deo producunt in illis sex diebus, sed de cæteris rebus tm̃ sermel dicitur, Vidit Deus quòd esset bonũ, & ait, Germinet &cę. Et secundo postquam productæ sunt, scilicet, Et vidit Deus quòd esset bonum, & factus est vespere & mane dies tertius.

¶Quartodecimo. Sicut terra producit plantas quæ pertinent ad distinctionem eius, quia non habent motum in terra, ita & firmamentum siue aer producit nubes, pluuias, & cætera metheora saltim materialiter, quomodo producit terra plantas & animalia: ergo sicut de terra dicitur, quòd producat plantas, ita de firmamento siue de aere debet dici non solum quòd diuidat aquas, sed etiam quòd producat hæc metheora, siue eleuando vapores, siue materiam ministrando, sed hoc non dicitur, ergo &cę. ¶Quintodecimo. Sicut animalibus terrestrib⁹ debetur suus cibus, ita piscibus, & hoc pertinet ad ornatum ipsiusmet aquæ, nam pisces inde sumunt cibum, ergo sicut die sexto tribuitur animalibus terrestribus suus cibus, ita die quinta debuit tribui piscibus suus cibus.

¶Sextodecimo. Sicut homo multiplicatur per commixtionem maris & fœminæ, ad quod necessariò requiritur diuersitas sexuum: ita in cęteris animalibus perfectis exigitur eadem diuersitas: ergo in formatione aliorum animalium debuit exprimi huiusmodi sexuum distinctio.

¶Plurima alia argumenta poterant hoc in loco commemorari, quę in superioribus sparsim proposita sunt.

Sed in oppositum est autoritas Scripturę quę tanta est, vt Diuus Hieronym. super illud ad Ephes. 3. Aliis generationibus non est agnitum, dicat quòd singuli sermones, syllabę, apices, puncta, in diuinis Scripturis plena sunt sensibus. Basilius etiam homilia decima Examer. ait, Ingens blasphemia est dicere verbum aliquod in Scriptura redundare. Chrisost. item homilia secunda, super illud Isaię, Factum est in anno quo mortuus est, &c. & homi. 11. in Genes. ait, Diligenter Scriptura interpretanda est, non enim dictionem paruam, neque syllabam in diuinis literis contenta in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenientemus esse prætereundam. ¶ Et idem homil.35.in Ioannem ait, Quemadmodū in auri metallis nec minimam quidem venam quispiam qui rem intelligant, omittere patitur, vtpote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat:ita in diuinis Scripturis neque vnum iota aut apex prætereundum est,sed omnia diligenter inuestiganda, nam ab Spiritu sancto proueniunt, neque in his quidquam superfluum aut non necessarium est.¶ Cyrillus etiā lib.2.super Ioannem c.192.ait,Nihil ita paruū in Scripturis inuenitur, quod magnam vtilitatem nobis nōn pariat: omnia enim ad nostram doctrinā à Sanctis viris scripta sunt. Augustinus etiam videndus est lib. 22. contra Faustum capit. 94.& 95.& lib.16.de ciuit. cap.7. & 9.in fine. Hæc sanctorum doctrina quanquam in reliquis sacrarum literarū libris sit obseruanda: maximè tamen congruit huic præsenti capiti Genes.1.Imo etiā 2. quoniam initium est sacrarum Scripturarum & nostræ fidei qua credimus Deum creatorem cæli & terræ,& magnorum gratiæ mysteriorum secretum fundamentum. Æquidem fateor me nūquam satiari in horum capitulorum repetita lectione: & quāto minus intelligo,tanto magis diuinam sapientiam veneror & ad scripins hæc ipsa legenda vehementius afficior. Nunc autem hoc solum negotij in presenti quæstione datum est, vt credentes firmiter veritatē Scripturarum, ad contrarias obiectiones dissoluendas nos diligenter paremus.

¶ Nihilominus obiter contraria argumenta dissolnentes mysteria plurima aperire conabimur.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur,quòd intelligentia illius particulæ,In principio,nō est vnica sed multiplex. Etenim Augustinus lib.11.de Trini.c.33.& lib. 11. Confessio. cap.9. & in libro imperfecto super Genes. ad literam. Et in præfatione Psal.115. & D. Hiero.in quæstionibus Hebraicis in Genes.& D.Basil. congressio. prima.Examer.& Ambrosius lib.1.Examer.c. 2.& Hilarius Psal.2. Alcuinus & Glo.ord. & alii communiter interpretantur,In principio,hoc est in Filio. Imo vero ipse Hilarius & Tertullianus arbitrantur vocem Hebraam, Beresith, significare non solum quod Latinè dicimus in principio, sed etiam in filio. De qua significatione in sequentibus dicemus,qua ratione Filius possit significari per dictionē illam Beresith. Altera intelligentia est quæ habetur in glo. interlin.quam approbat Theodoretus,imo & concilium Lateranense,& refertur in ca: firmiter. de summa Trinit. & fide catho. Est igitur sensus,In principio, hoc est,ante quam quidquam faceret: vt intelligamus nihil ante cælum esse conditum, Quæ intelligentia vt ab omnibus acceptetur catholicis tanquam doctrina fidei, oportet quòd per cælum & terram intelligamus cum D. Augustino creaturam spiritualem & temporalem: quoniam aliàs doctores illi catholici, de quibus supra diximus,negantes esse necessarium iuxta doctrinam fidei, angelos esse creatos simul cum creatura corporali, negabunt consequenter cælū & terram ante omnia esse creata, cum ipsi angeli ante cælum corporeum & terram ipsam secundùm illorum opinionem creati fuerint. Tertia explicatio est satis communis, vt cum dicitur,In principio,intelligatur in principio temporis. Has tres intelligentias asserit D. Thomas supra quæst. 46.articu.3.conuenientes esse ad excludendum triplicem errorem, primum asserentium mundum esse æternum,alterum dicentium a malo Deo corporalia processisse, tertium opinantium corporalia nō esse immediatè à Deo sed mediantibus aliquibus intelligentijs fuisse producta. Quarta intelligentia est, vt cum dicitur,In principio, idem sit ac si diceretur, summatim & in cuput redigendo cuncta, creauit Deus cælum & terram. Aquila transtulit in sapientia vel in capitulo. Basilius assignat alias quatuor explicationes quibus consentit Ambrosius, vbi infrà citabitur, ait enim quòd principium dicitur ipsa motio prima, quo pacto vitæ probe principium dicitur iusta agere. Secundo dicitur principium id vnde fit quidpiam cum habet causalitatem supra ipsum, sicuti fundamentū dicitur principium domus. Tertio dicitur principium rerum artificialium ipsa ars. Quarto dicitur principium finis propter quem omnia fiunt. His ergo quatuor modis(inquit)debet explicari illa particula,In principio,nam actio diuina incæpit à creatione cæli & terræ. Et hæc tanquam fundamenta cæterorum sunt iacta,ideo bene dicitur, In principio esse creata. Præterea,quoniam Deus produxit mediante arte & Idea mundum, & ad aliquem finem, vt scilicet ex visibilibus ad inuisibilia Dei cognoscenda perueniremus,ideo desumendo illā particulam, principium,pro arte & fine bene dicitur,In principio.Istæ sunt variæ explicationes quas ex Sanctis colligimus.Cæterum vt omnes eas ordinatè colligamus ex litera textus sciendum est, quòd principium dicitur relatione ad principiatum, ideo vbi in Scriptura legitur principium statim adiungitur aliud ratione cuius illud intelligatur esse principium,sicut infra Genes. 10. dicitur, Fiat vel fiet principium regni eius Babylon, vbi illa particula, Babylon, exprimit quòd principium ibi non sumitur pro principio temporis, sed pro prima ciuitate, in qua cæpit regnare, quod nisi explicaretur remaneret ignotum pro quo sumeretur illud principium.Huic ergo dictioni, In principio tria iunguntur, ex quibus potest determinari, scilicet, actus creationis qui significatur in illo verbo, creauit, causa eius quæ exprimitur per nomen Deus, terminus illius creationis significatus per cælum & terram. Oportet igitur videre quomodo singula determinent rationem principii. Et quidem creatio potest considerari secundum numerum quo multiplicatus ipsa actio, & secundùm terminum quem respicit,& secundùm mensuram qua existit. Deus autem ipse operans potest considerari & quatenus causa efficiens à proposito & deliberatione & in ratione exemplaris & artis quæ in ipso est, & secundùm rationem finis propter quem operatur. Cælum autem & terra possunt considerari quatenus sunt extrema, alterū supremum,alterum infimum, inter omnia creata corpora, in quibusque cæteta aliqualiter continentur. His ita suppositis, aduertendum est quòd si illa particula, In principio,determinetur per creationē quantum ad numerum,ita vt sit sensus quod prima omnium creationum cepit à cælo & terra, est prima expositio Basilii; si uero quantum ad terminum, sic resultat alia intelligentia, hoc est ante omnia, quoniam terminus per creationem primo productus fuit cælū & terra: in quo sensu videtur Virgilius dixisse lib.6. Æneid.

Principio cælum terram camposque liquentes
Lucentemq; Globum Lunæ Titaniaque astra spiritus intus alit.

Si autem consideretur creatio quantum ad durationem, sic resultat tertia intelligentia, In principio scilicet temporis. ¶ Rursus si Deus accipiatur in ratione principii; sic uel consideratur Deus, vt agens intellectuale quod operatur per verbum mediante Idea & arte, sic consurgunt illæ explicationes, videlicet, In principio, hoc est in filio, in sapientia, in arte. ¶ Vel consideratur vt agens propter aliquem finem, non solum vltimum qualis est diuina bonitas, sed etiam propter aliquem finem immediatum ad quem ordinatur creatio rerum ex parte termini. Facit enim Deus vnum esse propter aliud. Sic ergo si consideretur creatio vt ordinatur ad eruditionem hominum, consurgit quarta expositio Basilii. Si autem consideretur creatio vt ordinatur in vltimum finem ad manifestandam gloriam Dei sic bene exponitur, In principio hoc est in filio, quoniam cæli enarrant gloriam Dei: & alibi Gloria patris Filius sapiens. Quod si creatio consideretur prout determinatur per cælum & terram quatenus hęc sunt causa & fundamentum cæterarum rerum: tunc congruit illa expositio, In principio creauit Deus cælum & terram, hoc est in summa vel in capitulo. Similiter congruit illa quę secundo loco attributa est Basilio: etenim in cælo & terra continentur veluti summariè reliqua quæ postea explicatius commemorantur. Discursus hic desumptus est præcipuè ex Ambrosio lib. 1. Examer. capitu.4.& 5. & ex Abulen. in additione ad primum capitu. Geneſis. Chrisostomus autem arbitratur illam particulam In principio, referri ad omnes dies, quorum fit mentio in primo capitu. Geneseos. Atque ita congruit illa explicatio, In principio, hoc est in sex primis diebus fecit Deus cælum & terram & omnia quę in eis continentur. Hactenus de explicationibus in illud ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum, In principio, quas accepimus à sanctis Patribus.

¶ Nihilominus duo sunt, quæ nobis difficultatem possunt ingerere. Alterum est circa intelligentiam illam, In principio id est in Filio; cur enim nomine principij potius intelligemus filium, quàm patrem? Et ratio dubitandi est, quoniam ratio principij prius intelligitur competere Patri quàm Filio qui est principium de principio. Item difficultas est quomodo omnia sint creatà in Filio. Quod enim sint omnia in Filio indubitatum est omnibus; quomodo autē dicantur in illo creari obscurum est. Alterum difficultatem nobis ingerens est, quod tangitur & insinuatur in primo argumento à principio proposito. Respondetur ergo ad prædictas difficultates. Primo quidem quòd merito in illo loco nomen principij attribuitur & accommodatur potius Filio quam patri. Huius ratio habetur apud Rupertum libro 1. de glorificatione Trinitat. & processione Spiritus Sancti capit. 4. 5. & 6. Est itaque ratio, quia Filius non solum est principium efficiens rerum sicut Pater & Spiritus sanctus, sed etiam quatenus est Verbum procedens per intellectum diuinum & veluti principium formale ad cuius exemplar cætera fiunt. Quēadmodum etiam eo quòd Filius procedit per intellectum appropriatur illi, quòd sit Sapiētia, Ars, Idea, & causa exemplaris creaturarum, quę primo manifestatur in effectibus sicut in artificiatis ostendit artifex artem suam. Et hinc est quòd speciali ratione approprietur etiam Filio quòd sit terū creatarum finale principium.

¶ Altera ratio mystica est, quoniam quæ in lib. 1. Genes. maximè duobus primis capitulis scribuntur facta, non solum ordinantur vt ostendant hominibus diuinam sapiētiam per quam & propter quam omnia facta sunt: sed etiam mystiecē destinantur ad occultè figuranda mysteria gratiæ quę per Jesum Christum filium Dei consummata sunt. Huic consonat quod Genesis. 2. tulit Dominus vnam de costis Ade & ædificauit eam in mulierem. Cuius mysterij meminit Apostolus ad Ephesios capit. 5. dicens, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Sic ergo quoniam filius Dei futurus erat homo qui per passionem suam consummaret salutem hominum, qua via totum mundum erat dignificaturus: idcirco cum dicitur, In principio, merito speciali quadam ratione intelligimus Filiū, qui de sē dicit Ioannis 8. Ego sum principium qui & loquor vobis. Hoc enim nomen principij maximè explicat Christi filij Dei dignitatem. Etenim nomē Filij alijs communicatur iuxta illud Psal. 81. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Alij etiam appellantur Christi. Psalm. 104. Nolite tangere Christos meos: at verò nomen principij non inuenimus alijs communicatum: imò ille, qui (vt habetur Ezechiel. 29.) dixit, Ego feci memetipsum, arrogans sibi nomen principij, vehementer ob hoc redarguitur. Hanc specialem rationem principij considerant Hebraicæ linguę periti in eo quod loco illius particulæ, In principio, dicitur, Beresith, in qua dictione litera B, est prima nominis Filij, quia apud Hebræos dicitur, Ben. Tertia ratio propter quam, In principio explicatur in Filio, ea est vt intelligamus, quòd Deus produxit mundum non vt agēs naturale, sed vt agēs à proposito sicut artifex producit artificialia, Qui modus producendi sicut explicatur per verbum illud, Dixit Deus fiat lux: ita in illa particula exprimitur per aliquid intellectuale qualis est Filius qui præintelligitur iam naturaliter productus, per diuinam intellectionē, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, de quo etiā dicitur Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt. Manet igitur certa & firma explicatio illa, In principio, idest in Filio, ad quam intelligentiam referunt aliqui quod dicitur in Psalm. 39. In capite libri scriptum est de me, hoc est, in principio Genesis, qui liber incipit Beresith, per literam B, intelligentes secundum, eo quod est secunda litera alphabeti, Re sint autem principium significat, ac si diceretur, secundum principium creauit cœlum & terram, non quia in Deo sint duo principia respectu creaturarum, sed quia Filius est principium de principio procedens sicut procedit à Patre, qui est principium primum diuinarum processionū. Frustra hoc in loco prolixius recitauimus quid Poetæ, quid Platonici dixerunt

runt de hoc principio quod est filius Dei, cum ipsi non intellexerint Trinitatis mysterium, & personarum æqualitatem.

¶ Iam verò vt respondeamus ad illam difficultatem quomodo ea in Filio creata esse dicatur. Aduertendum est ex Driedone lib. 3. de regul. & ornatib. Sacræ script. trac. 2. c. 1. quod illa præpositio, in, variè vsurpatur. Si enim Arist. eam octo modis dixit sumi in lib. Physi. nihil mirum si in Scriptura variis modis sumatur. Aliquando significat causam instrumentalem, vt Luc. 22. Domine si percutimus in gladio, & illud Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. & 1. Regū 17. Preualuit Dauid aduersus Philistheū in funda & lapide. Aliqñ vero significat formā, vt dicitur Eph. 1. Benedixit nos in omni bñdictione spirituali, benedictio autem donum & forma est, virtus est. Aliqñ significat causam efficientē vt ibidē, Sicut elegit nos in ipso, & gratificauit nos in dilecto Filio suo, & Gen 12. In semine tuo benedicētur oēs gētes. Et Hebr. 1. Deus loquutus est patribus in Prophetis, nouissimè loquutus est nobis in Filio, & Marc. vltim. In nomine meo dęmonia eijcient. Quibus omnibus in locis sensus est, elegit, gratificauit, benedixit, Loquutus est per Christū, por semen, per Filiū &c. Quomodo etiā explicatur illud Ac. 17. In ipso viuimus, mouemur & sumus, id est, per ipsum, & Eccli. 39. In verbo eius stetit aqua sicut congeries, idest, per verbum eius. Aliquando etiam denotat causam finalem, vt Rom. 11. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ex ipso, tāquā ex creatore, Per ipsum, tanquam per sapientiam non indigentem vlla causa media, In ipso, tanquam in fine, vt exponit Amb. lib. 2. de de Spiritu sancto. c. x. & Gene. 2. vbi dicitur: Requieuit Deus &c. dicimus, quòd Deus facit nos requiescere in seipso, vbi dictio, in, significat finem cuius est vt in eo quiescamus. Hic ergo quando dicitur, In principio, idest, in Filio creauit Deus cælū & terram &c. significatur, quòd per Filium tanquam per causam propter causam efficientem, & propter Filiū tanquā pp cām finalem omnia condiderit. Quomodo autē non creauit omnia per filium tanquam per causam ministerialem, vt docuit Origen. & alij Philosophi, vide apud Diuum Thomam, Ioan. 1. lectione 2. in principio, & apud Magistrum in 2. distinct. 13. circa finem. Vide etiam D. Thom. ibidem artic. 5. Ex his manet exposita prima difficultas circa primam illam explicationem.

Secunda verò difficultas circa tertiam explicationem quam procedit primum argumentum exponitur à Caietano, quòd Deus creando cœlum & terram non præsupposuit initium temporis, sed creando cælū & terram simul concreauit temporis initium mensuram ipsius creationis, ita quod effecit mensuram & mensuratam actionē simul, sic quòd actio mensuraretur illo tempore initio, quod simul effectū est, & hæc quidem vera sunt. Cæterum, quod subdit illud initium temporis principiare tempus quod causat motus primi mobilis, non videtur omnino verum, etenim si operationes angelorum mensurantur tempore discreto, quia sunt instantaneæ & discretæ, multo magis oportet vt operationes diuinę non depēdeant à motu primi mobilis, quia sunt magis instantaneæ & discretæ, si vera sunt quæ diximus supra, quòd in vno instanti cuiuslibet diei creauit opera illi diei accommodata, & per reliquum temporis quieuit. Catherinus explicat, quòd mensura illa de qua dicitur, In principio, significat principiū diei, sed vt patet supra ex. q. 10. id falsum est. Nā cuū non mensurāt res quæ desinunt esse, illa autem creatio non semper duravit. Dicendum ergo est, q̄ datur quoddā tēpus discretū superius & nobilius cæteris tēporibus quæ ponunt in q. 10. & in materia de angelis, & hoc debet mensurare has actiones diuinas, & initiū illius est prima operatio, quæ etiam est primū instans illius, sicut docemus de cæteris tēporibus discretis. Et sic nō oportet q̄ illud matū esse precedat aliquis motus, quia in discretis pōt dari primū instās & prima pars sine hoc quòd precesserit aliquis motus. Ex his patet ad confirmationem Ruperti, quoniam non est eadem ratio principij in instanti initiatiuo, & mensurante creationē, & in ipsa creatione, quæ est principium tāquam via. ¶ Ad secundum principale respondetur, quòd verbum creare ex primæua sua institutione non significat facere ex nihilo, nam & antiqui qui hoc nomen lati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

latinitati donarunt forte non cognouerunt A productionem alicuius ex nihilo, sed significat producere quomodocunque, vnde nos non conuincimus hoc ex significatione huius verbi, sed ex explicatione quam Ecclesia & Concilia tribuerunt. Dicitur enim in Concilio Lateranen. quasi in explicationem huius verbi, quòd Deus ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam &c. Item conuincimus hoc (vt ait Caietanus) ex natura actionis significatæ in tali materia, videlicet, efficere cœlos & terram, impossibile siquidem est aliter intelligi à sapientibus qui sciunt, quòd hæc non possunt aliter effici. Tum quia primo prima mundi elementa non possunt aliter effici, tum quia cæli vtpote secundum se totas & singulas partes ingenerabiles & incorruptibiles non possunt aliter produci, quòd si modo verbū, Creauit, sonat idem quod producere ex nihilo, id est, quia in hac significatione vsurpat à Theologis. Notandum est autem ex Hie B ronym. Ephes. 2. ibi, Creati in operibus bonis, quòd licèt verbum, Facere, accommodetur cuicunque operi, tamen creatio ad magna semper solet opera copulari, & hac ratione copulatur productioni cæli & terræ & hominis qui est quid maximum. Copulatur etiam productioni illorum pisciū, qui dicuntur cæte magna &c. quia hæc opera magna sunt, & quia animæ sensitiuæ, quæ ibi primo producta referūtur, est cognoscere seipsam, & seipsam mouere, & C hoc quid diuinum est, vniuersæ naturæ vires excedens, ideo ad hanc eminentiam significandam vtitur nomine creationis. Scio Augustin. Eugubin. in recognitione Genes. 1. ad Hebraicam veritatem docere, verbum, Creare, solum referri ad res animatas quæ per propagationem procreantur. Cæterum quam falsum sit hoc patet ex textu qui docet cœlum & terram creari à Deo. Ad confirmationem, præter eà quæ docet Diu. Thom. insinuat etiam rationem D. Am D brosij libro. de institutione virginis capit. 1. & Psalm. 118. Sermone. 6. versic. 8. & Glossa, Genes. in principio, quòd scilicet effectus verbi Dei est producere rem omnimodè ornatam & perfectam, vnde glosa Can. 5. ibi, Aperi mihi, ait, quòd sponsa est perfecta,

quia didicit verbum Dei. Quia ergo cœlum & terra producuntur informia & imperfecta, incongruum fuisset vt diceretur, Fiat, quia formam verbi non imitatur imperfectio. Si autem quæratur quibus verbis aut qua lingua Deus fuerit loquutus, & id dixerit? Dicendum est, quòd apud Hebræos dicere idem est quod cogitare & intelligere: vnde dant etiam verbum & dictionem cordi. Psalm. 13. Dixit insipiens in corde suo. Ecclesiast. 2. Dixi in corde meo vadam &c. 1. Reg. 1. Anna loquebatur in corde suo, & quia imperium est actus intellectus, ideo etiam verbum significat imperium, vnde Psalm. 147. dicitur, Emittet verbum suum & liquefaciet ea, idest imperium. Sapien. 18. Omnipotens Dei Verbum à regalibus sedibus venit &c. idest, virtus & imperium Dei in angelo vastatore. Ita ergò, quod hic dicitur, Dixit &c. significat intellectionem practicam quam habuit ab æterno de istis rebus fiendis, & impetij quo exequutus est suam voluntatem, iuxta quod explicatur in Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Theodoretus hoc aliter explicat, ait enim q̄ non ad quenquam loquitur, sed vocat ea quę non sunt. Quod si loquutus est, nō propter inanimata elementa loquebatur, sed propter angelos vt intelligerent eo iubente fieri quæ prius non erant. Hæc Theodoretus. Sic ergo dicendum esset cum Abulensi, quod lingua Hebraica loquutus est, quæ prima & mater est omnium linguarū, vt ait Hieron. Sopho c. 3. At vero quoniam omnes alij sancti, ut Basilius, Chrysostomus, & Aug. lib. imperfect. in Genesim ca. 5. & lib. 1. super Genesim ad literam c. 7. intelligunt de verbo cordis, excludunteque sonum vocis articulatæ quæ profecto angelis necessaria non erat: & ideo ita tenēdū est. Ad secundam confirmationē propter ea quæ dicit D. Tho. in solutione ad quintum, multæ difficultates emergunt ex vtraq; expositione. Contra priorem quidem quæ est E Augustini obijcitur, quòd cælum & terra, etiam facta sunt in mente angelica & in proprio genere, & eorum ratio præexistebat in mente diuina: ergo uerbū illud, Fiat, seu Fecit, seu Factum est repetendum erat in productione cęli & terrę. Deinde angeli

geli qui per lucem significantur: non solū A fuerunt facti secundum exemplar diuinæ Ideæ, & in proprio genere, sed etiam in mētibus ipsorum angelorum adinuicem se cognoscentium per species intelligibiles sibi ab autore naturæ inditas, ergo quemadmodum ratione huiusmodi specierum dicitur, quòd Deus alias fecit: ita de angelis ipsis & luce debuit dici per idem verbum quòd Deus fecit lucem. Accedit etiam quod D. August. lib. 2. super Genesim ad literam ca. 8. inquit quòd Deus prius ostendebat angelis quæ postea erat ipse creaturus: & deinde in proprio genere creabat, hoc aut consimul esse creata: etenim angeli prius creati essent cum omni cognitione eorum quæ Deus postea facturus erat. Quartò de operę tertiæ diei, videlicet de congregatione aquarum non apparet aliqua ratio quare non dicatur, ter factum esse, & tamen bis solum repetitur verbum, videlicet, Dixitq; Deus congregentur aquæ &c. factumque est ita. Quintò quoniam trina repetitio illius sententiæ, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem &c. non videtur prædictum sensum admittere. Etenim angelica plantarum cognitio nimis improprie potest intelligi per hoc quod dicitur, Germinet terra. Rursus contra alteram expositionem est vltima obiectio, quoniam Deus immediatè fecit cælum & lucem, aquarūque cōgregationem, ergo quemadmodum de alijs ea ratione dicitur, Fecit Deus: ita id ipsum oportebat dici de cælo, luce, congregationeq; aquarum, & tamen nihil tale dicitur, ergo ratio illa insufficiens est. ¶ Ad huiusmodi obiectiones multipliciter potest responderi. Augustinus quidem lib. 1. super Genesim ad literam, refert eorum sententias, qui dicunt in illa trina repetitione ver bi, Fiat, Fecit, Factumque est ita, significari mysterium Trinitatis diuinarum personarum efficientium & creantium res omnes. Et quidem quod dicitur, Fiat, conuenienter attribuitur Patri propter autoritatem principij, quod autem dicitur, Fecit, conuenien ter appropriatur Filio, per quem omnia facta sunt quasi per diuinam sapientiam & ideam. Quod verò dicitur, Factum est ita, conuenienter appropriatur Spiritui sancto, quia in illo modo loquendi significatur adimpletio diuinæ voluntatis & complacentia illius in rebus creatis & perfectis. Veruntamen adhuc manet eadem difficultas. Inquirimus enim quare hoc mysterium in quibusdam rebus producendis vel consumandis insinuetur, non autem in omnibus. Diuus August. in imperfecto in Genesim capitu. 8. ait; Propterea illam repetitionem fieri in aliquibus: quia in creatura spirituali factum est aliquid vnde imprimeretur species corporali creaturæ. Qua propter illud verbum primo loco positum significat rationem speciei existentem in Deo, secūdo vero loco virtutem collatam angelis ad producendam talem formam, tertio autem loco productionem ipsius rei formatæ in proprio genere. Huic intelligentiæ consonat Glossa interlin. super illud Genes. primo. Cæterum vtrum hæc sententia sit vera diximus suprà quæstio. 65. articu. 4. & 3. Nunc autem aduersus illam est obiectio. Quoniam proprietates rerum causare, ad solum naturæ autorem pertinet, sicut & incorruptibilia corpora producere, ergo angelis non potest attribui, quòd firmamentum & luminaria effecerint aut perfecerint influendo proprias formas vel proprietates ipsorum. Fortassis autem quis dicat quod angelis tribuitur illa causalitas non quia res producant & proprias passiones illarum, sed quoniam administrant, sicut diximus vbi suprà.

¶ Respondit enim Augustinus vbi supra capit. 9. quod illa varietas sermonis solum ponitur ad euitandum fastidium, & quòd alicubi non sit positum, quod alibi positum est non oportet omnia rimari.

¶ Hæc sententia consonat cum altera eiusdem August. lib. 1. de peccatorum meritis & remissionibus c. 35. vbi ait, Multa in scripturis haberi simpliciter & sine mysterio dicta, quibus ablatis nihil de essentia diminuitur, vt v.g. Ioannes 1. dicitur, Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod quidem idem est ac si diceret, illuminat omnem hominē. Nec dissonat

dissonat quod aliqui aiunt hanc verborum repetitionem deseruire solum, vt in mentibus legentium dicta vehementius figẽtur. Atque ita Chrysost. homil. 10. in Genesim ob hanc causam informatione hominis toties ait repetitum esse verbum, Fecit. Burgensis verò in additio. 1. ad primum caput Geneseos ait, quòd quia fieri aliquando significat dispositionem accidentalem, vt denotaretur firmamentum à Deo fuisse perfectum secundum omnes suas qualitates in prima sui productione, ideo de ipso ter fit repetitio verbi, Facere. Hoc ipsum dicit de luminaribus. Cæterum quia cælum & terra non statim producta fuerunt in statu perfecto: & lux adhuc erat formanda: idcirco de huiusmodi non fit illa repetitio: & proportionabiliter de cæteris loquit vbi fit & non fit illa repetitio. Veruntamen contra hanc sententiam est, quod firmamentum perfecit Deus die secundo quantum ad opus distinctionis, non quantum ad opus ornatus: & similiter lux non est primo perfecta quando primo die facta legitur: ergo non est sufficiens ratio differentiæ assignata à Burgensi. Nos igitur amplectentes argumentorum solutionem assignatam à Diuo Thoma obseruamus quod in Scriptura quando fit mentio rerum creatarum, bis, aut ter, repetitur verbum, Facere vel Fieri. Exemplum est Geneseos 2. In ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret, & Apocaly. 4. Tu creasti omnia & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Quibus in locis Glossa ordina. & interlinea. & Rupert. libr. 2. in Genesim capitu. 18. hanc duplicem productionis repetitionem referunt ad existentiam rerum in Verbo & in se ipsis. Per huno modum potest explicari illud, Ipse dixit & facta sunt, Ipse mandauit & creata sunt, ita vt non solum sit repititio eiusdem sententiæ qualis in Scriptura sæpe reperitur: sed vt prima vox significet esse rerum in Verbo, secunda vero in se ipsis. Potest etiam in eisdem locis significari quod sentit Diuus Thomas in secunda solutione, videlicet, quòd Deus fecerit immediatè & quòd ad effectum perduxerit: sicut enim voluntatis & intellectionis aut imperij diuini nullus fuit coadiutor, ita neque executionis talium operum.

¶ Ad argumenta igitur facta contra expositionem Diui Augustini respondetur, quòd quia nomine terræ cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram, datur intelligi materia informis, quæ secundum se neque habet artem neque ideam in mente diuina, neque speciem intelligibilem in mente angelica; ideo tunc non dicitur aliquod verbum per quod illa dicantur esse facta in verbo Dei aut angelorum intellectu.

¶ Ad secundum respondetur, quòd quia per lucem intelligit Augustinus angelos, & angeli siue in se, siue in mentibus aliorum habent eundem essendi modum spiritualem, non oportuit ter repetere verbum, Fecit, in eorum creatione, quia illa repetitio significat triplicem essendi modum, scilicet, increatum in mente diuina, spiritualem siue intellectualem & materialem, quo carent angeli & ideo solum petitur bis, vt exprimat existentiam in Verbo, & spiritualem creatam siue in se siue in aliorum mentibus. ¶ Ad tertium respõdetur, quòd poterit saluari illa contradictio in angelo si loquatur de prioritate naturæ & perfectionis. ¶ Ad quartum respondetur, quod quia per eandem speciem; cognoscitur aqua & eius congregatio, non oportuit nisi semel ponere illud verbum, Factum est, vt significet executionem operis, quia scilicet species repræsentans aquã & ideam eius, non pertinet ad opus secundæ diei, sed ad primam rerum creationem.

¶ Ad quintum respondetur, quòd quia eadem numero res licèt secundum diuersum modum essendi est à parte rei & in intellectu, eo modo quo saluamus fieri cæteras res in intellectu angelico, poterit hæc saluari. ¶ Ad argumẽta cõtra secundã expositionẽ respondetur, q̃ in productione & opere aliorum dierũ, in quibus nõ admiscetur aliquid de creatione poterat aliquis putare Deũ nõ ꝓduxisse res ĩmediatè, & iõ illis oportuit addere aliqd quo excluderet ille error. At verò in opere creationis, quia tũc nihil Deo coexistebat, aliàs nõ oſa tũc creasset, quia vt ex Theologia didicimus, nulla creatura ẽt instrumẽtaliter potest cõcurrere ad creãdum: ideo ibi non oportuit aliquid

aliquid addere, quo excluderetur error dicentium, Deum ad creationem rerum aduocasse aliquem adiuuantem, sed solum explicasse operis executionem per hoc quod dixit, Creauit &c. Quod attinet autem ad congregationes aquarum, sciendum est, q̃ Ambrosius lib. 3. Examer. cap. 5. ait, quòd licet in Hebræo aut cæteris interpretibus non sit additum, Congregata est aqua in collectiones suas & apparuit arida, quia sic tis putarunt vocem præcipientis Dei præcessisse vt effectus subsequutus intelligeretur, sed tamen ait, quòd quia in alijs creaturis id additur non est inconueniens hic illud addere. Multa enim (inquit) non occurrebant & adiuncta comperimus. ¶ Ad rertium principale diximus supra quæst. 66. ex Chrysostom. Basilio, Rupert. Iunilio, quòd exulum productum est ornatus & perfectum (quod intelligitur saltim quo ad cœlũ empyreum) & ideo quia aliquod corpus celeste non fuit productum sine sua perfectione: tota autem terra fuit imperfecta, ideo secundo ex Chrysostomo. quòd quia terra est mater & nutrix nostra, patria, & sepulchrũ nostrum, ne homines ob vsus necessitatem plusquam dignum est eã veneramur oportuit eius deformitatem primo ostendere, vt postea eius pulchritudo non ex sed eius autori tribuatur. Respondetur tertio ex D. Thom. supra quæstio. 66. artic. 1. quòd infor mitas cæli explicatur per id quod dicitur, Tenebræ erant super faciem abyssi, quia lux est qua distinguitur & ornatur corpus celeste, & ideo si ob defectum eius tenebræ erãt super faciem abyssi, corpus celeste manet informe. ¶ Ad quæstum vt respondeatur prætermittendum est, quia significetur nomine spiritus in hoc loco Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Hoc nomen variè sumitur in Scriptura, vt latè disputat Ioan. Driedo. lib. 3. de regulis & dogma. Sacræ scripturæ tract. 2. cap. 1. tamen in præsenti non potest sumi nomine omnibus illis significatis, vt non sumitur pro anima hominis, aut pro potentia distincta contra mentem, sed magis strictè. Aliqui ergo doctores volunt in præsenti loco nomine spiritus significari Spiritum sanctum: ita quod nihil aliud significetur. Ita docet Augustin. lib. 2. quæstionum ad Simp. quæst. 1. Probat primo, quia dicitur, Spiritus Domini. Secũdo, quoniam hæc est differentia inter hoc nomen spiritus cũ addito & sine addito, quod nomine illo semper sumitur pro Spiritu Sancto, cum illo autem pro alijs rebus secundum variam significationem determinationis, sed hic ponitur sine addito, ergo. Admittit hanc eãdem regulam Hieronym. ad Galat. 5. Mich. 2. Abach. 2. & Orig. in lib. 1. Periarchon cap. 3. Fuchetius. 1. Reg. cap. 16. & idem Augustin. lib. 2. de mirabilibus Sacræ scripturæ cap. 16. Imò verò Ambro. Cathar. 4. lib. aduersus Caietan. ait in hoc loco non intelligere Spiritum sanctum nomine Spiritus, sed aliquid aliud, est contra Sanctorum sensum, contra Pontificum decreta, contra Ecclesiæ auctoritatem. Idem sentit Burgen. additione prima in Genes. cuius argumenta infra afferemus. Alij autem intelligunt qui dem nomine spiritus ipsum ventum, taliter quòd nullo modo volunt Spiritum sanctũ significari. Ita docet Augustin. quæs. 106. ex quæstionibus ex vtroque testamẽto mixtim, & lib. 2. quæstionum ex veteri testamẽto quæst. 2. & probat quoniam Spiritus sanctus cum sit verus Deus super omnẽ creaturam fertur. Deinde de Deo dicitur quòd est in cælis & quod lucem habitat inaccessibilem, nõ ergo particulariter diceret, quòd fertur in aquas. ¶ Ad hanc difficultatem saluo meliori iudicio dicendũ videtur quod non est ratio quare hoc in loco nomine spiritus coarctemus sensum literæ ad vnicam intelligentiam cum illa possit pluribus deseruire. Dicam° ergo quòd nomine spiritus, hæc oſa possius intelligi. Primo quidem ipse Spiritus sanctus per quandam appropriationem. Item angelus mouens cælũ & quasi viuificans terram, Itẽ vẽtus vehemẽs. Itẽ amor Dei. Itẽ potentia, & efficientia illius. Deniq; spiritus sapiẽtiæ & intellectus diuini qui fundauit orbem. Explicemus prædictorũ singula. Primam explicationem habet Aug. in lib. quæstionum ad Orosium q. 22. & lib. 2. quæstio. ad Simpl. quæst. 1. & lib. imperfect. in Genes. cap. 4. & lib. 22. contra Faustum. cap. 11. & lib. 13. confes. c. 5. vsque ad decimum, aliàs sæpissimè. D. Hierony. in quæstionibus hebraicis ad Occanum. Basil. homil.

homil.2.Examer.& Ambr.lib.1.Examer.c. A
8. vbi ait hunc sensum cum Sanctorum & fidelium sententia congruere. Idem docent passim Hilarius, Gregorius, Ruper. Diodorus, Iunilius, Eucherius, & plurimi alij ex fidelibus. Imò & Mercurius Trismegistus de spiritu Dei similia dicit. Quinetiam aiunt literarum Hebraicarum scrutatores quòd in quodã libro vetustissimo apud Hebræos qui inscribitur sicut Genesis Beresith Bara contineri, hunc spiritum esse, spiritum Messiæ. Ambrosius verò vbi supra confirmat ex translatione Siriaca quòd nomine spiritus intelligatur Spiritus sanctus, haberur enim in translatione Siriaca, Spiritus Dei fouebat aquas, ideſt viuificabat, vt in nouas cogeret creaturas, & fotu suo animaret ad vitam: sed hoc proprium est Spiritus sancti iuxta illud Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Ergo &c. Item Ecclesia canit in prosa Pentecostes in laudem Spiritus sancti, Tu super aquas fotutus eas, numen tuum expãdisti domine. In quibus C
verbis fit allusio ad id quod dicitur Genesis. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. ¶ Quidam volunt (sequentes prædictum sensum) quod nomine aquarum intelligatur cælum Crystalinum vel omnia superiora corpora, vel aquę quæ sunt super firmamentum, atque ita verificant Spiritũ sanctum esse super omnia, & esse in cælis, & lucem inaccessibilem inhabitare.

¶ Sed hæc intelligentia neque necessaria, neque conueniens videtur. Primò quidem, quia cum textus facer inquit: Spiritus Domini ferebatur super aquas, nondum erant aquę ab aquis diuisę per firmamentũ, sed de eisdem aquis de quibus dicitur quòd tenebrę erant super vniuersam faciẽ abyssi dicitur, quod spiritus Domini ferebatur super aquas, de quibus etiam asseritur postea congregentur aquę in locum vnum. Neque oportet vt intelligamus spiritum Domini esse in cælis, & super omnia, negare illum posse ferri super aquas inferiores, quia cælum & terram ipse implet. Planissimus itaque sensus erit, si nomine aquarum intelligamus inferiores, quas specialiter spiritus Domini dicitur foucre: tum propter earum naturalem fœcunditatem ad viuentium generationem, tum etiam maximè propter mysterium, quod iam tunc in rerum creatione figurabatur, videlicet quod futurum erat, vt nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non posset introire regnum Dei: altera explicatio secundo loco à nobis exposita est, vt nomine spiritus intelligatur Angelus minister Dei, estque Augustini in lib. imperfect. Genes. c. 4. & Caietani Genesis. 1. & in Psalmum 17. & in Psalmũ 103. Et probat primo quoniam hoc series creaturarum videtur postulare. Dixerat enim B Scriptura cælos & terram creatos, dixerat in qua dispositione fuisset creata terra, oportebat ergo consequenter dicere conditionem cæli creati, hæc autem conditio est motus: ergo cælum circunferebatur super aquas. Probat secundo quoniam in Psalmo 113. Vbi Dauid ex operibus creationis diuinas laudes celebrat, cum dixit. Qui ambulas super pennas ventorum, quod ille legit, Deambulans super alas spiritus, & intelligit de spiritu angelico, nam Propheta statim subdit qui facis angelos tuos spiritus, vbi insinuat Moysen etiã in principio creationis nomine spiritus intellixisse spiritualem substantiam cui Deus contulit nomen nuntij. Hæc Caietanus. In qua doctrina præ supponit ille certam esse opinionem Philosophorum, quod cæli mouentur, cum tamẽ alij (quos suprà citauimus) dicant luminaria cæli circulariter moueri per cælos. Verũ etsi teneamus cælos moueri, non est necesse iuxta explicationem Caietani quòd ipse D
angelus moueatur cum ipso cælo quod mouet, sed sensus erit, spiritus Domini ferebatur super aquas, hoc est, angelus Domini faciebat ferri circulariter aquas, hoc est cælũ. Sed iam dixi, mihi hanc explicationem minimè placere. Tertia vero intelligentia, videlicet, quòd nomine spiritus intelligatur aer, seu potius ventus (Ruah enim Hebraica vox non aerem, sed uentum significat, aer enim non speciali nomine distinguitur à cælis, sed omnia quæ sunt super aquas sur E
sum versum samaim appellantur.) Attribuitur inquam illa tertia expositio Augustino in q. 106. ex vtroque testamento, & in q. 2. ex lib. imperfecto in Genesim ca. 4. Hanc tenet Basilius homil. 2. Exameron, & Diodorus Tarsensis Episcopus enarrans locũ illum Genesis, & Theodoretus q. 8. in Genesim

nesim, & est communis apud omnes Hebraicæ linguæ peritos. Verum est tamen, q Ambrosius vbi suprà refert & refellit prædictam sententiam. Nihilominus propter autoritatem sanctorum qui illam sequuntur meritò defendi potest, & ad argumentum in oppositum ex regula Augustini, q quando spiritus ponitur sine addito alieno semper intelligitur Spiritus sanctus, respondetur quòd illa regula non est vniuersalis, quod patet Lucæ 10. Spiritus subijciuntur vobis, & Zacharię 9. spiritus in alis &c. id- B
est potestas diaboli, & in Psalmo 147. Flauit spiritus eius & fluent aquæ, vbi nomine spiritus intelligitur ventus. Itẽ illud Io. 3. Spiritus vbi uult spirat, explicatur de vẽto a Chrysostomo à Cyrilo, & Theophilacto. Neque rursus illa determinatio Domini cum dicitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas, nos cogit vt præcise intelligamus nomine spiritus, Spiritum sanctũ, quo per aquas, nos cogit vt præcise intelligamus nomine spiritus, Spiritum sanctũ, quogit in sacris literis magnitudinem rei significat, vt cum dicitur. Montes Dei, intelligimus montes magnos, atque sensus erit, q C
ventus vehemẽter efficax motitabat aquas atque fouebat.

¶ Neque mirum (vt iam diximus) quod per hunc ventum Domini figuretur Spiritus sanctus, qui in die Pentecostes maiestatem suam repræsentauit, cum factus est de cęlo sonus tanquam spiritus vehementis. Aliter etiam potest intelligi illa determinatio Domini, vt significetur diuina potestas D
cui venti & mare obediunt. Quarta explicatio est, quòd nomine spiritus intelligatur illic amor Dei quo fertur in creaturas & est Augustini libro 1. super Genesim ad literam cap. 7. cui etiam antiquorum Philosophorũ dicta consonant. Efliodus enim, Parmenides, Empedocles, & alij amorem prima principia numerabant & carmine decantabant.

Cunctorumque Deorum primum quæsiuit amorem.

Atque ita significabant Amorem fuisse in- E
uentorem omnium rerum. Dicitur autem ferri super aquas, quia Deus voluit hæc omnia & condere & conseruare & multiplicare per amorẽ suum, quo diligit omnia quæ sunt & nihil odiuit eorum quæ fecit. Quoniam igitur ad res corruptibiles in specie A
sua cõseruandas aliquale & vniuersale principium est aqua, ideo specialiter dicitur, q spiritus Domini ferebatur super aquas. In eo autem, quod dicitur superferri datur intelligi puritas & liberalitas diuini amoris, quia Deus diligit omnia que sunt non ex indigentia vel subiectione aliqua ad res amatas, qualis noster amor solet esse. Quinta intelligentia Diodori est qui per spiritũ intelligit potentiam, & virtutẽ Dei ex aqua producentis viuentia. Idque probat, quoniam spiritus potentiam & virtutem solet B
in sacris literis significare. v. g. ad Moysen dictum est, Auferam de spiritu tuo, hoc est de virtute & potentia tua. Huic consonat Chrysostomus Homilia tertia in Genesim, vbi ait, quod per spiritum significetur vita lis quædam operatio aquis à Deo insita, ex qua non solum motionem, sed & vim animalia procreandi habuerint.

¶ Sexta tandem expositio quòd per spiritum intelligatur sapientia Dei est August. C
Eugu. in sua Cosmopeia, quam probat quoniam Exod. 31. & 28. dicitur de Beseleel, Et repleui eum spiritu domini: cum paulò ante dixisset, Repleuit eum spiritu sapientiæ. Et Numeri c. 11. dicitur ad Moysem, Auferam de spiritu tuo tradãq; eis. Et ipse Moyses inquit, Quis mihi tribuat vt omnis populus prophetet & det eis Dominus spiritum suum? Et Sapientiæ 7. est enim in illa spiritus intelligentiæ. De qua sapientia D
dicitur Prouerb. 8. Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, hoc est aquas. Ex quibus omnibus colligit ille quòd conuenienter per spiritũ Dñi intelligitur spiritus sapiẽtię cũ dr spiritus Dñi ferebatur super aquas. Colligamus &nos, q oẽs prædictæ sex intelligẽtię ad tres rẽdiguntur, videlicet, q spiritus Domini sit ipse Deus vel angelus vel ventus, nam prima expositio & quarta, & quinta & sexta, ad ipsum Deum refert quod di- E
citur, spiritus Domini, quanuis diuersis rationibus, uidelicet, quatenus ille effectus appropriatur Spiritui sancto vel diuino amori erga creaturas, vel diuinæ potentiæ vel diuinæ sapientiæ: quæ omnia in Deo sunt diuina essentia. Sed mihi prorsus, ea intelligentia plenior videtur, vt spiritũ Domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

muni ad literam accommodemus historicè ipsi vento excitato à Domino ad fouendũ aquas ad viuentium procreationem. At verò mysticè in hoc ipso intelligatur Spiritus Sanctus, cuius virtute ex aqua emerguntsi lij Dei. Atque hac via satisfacimus & historiæ & mysterio. Quemadmodum cum dicimus ad literam verificari quòd costa Adæ ædificata est in mulierem: & quod in mysterio significatur quòd Ecclesia educenda erat de latere Christi dormentis in cruce.

¶ Ad quintum principale respondet Augustinus. 1. de Genesi ad literam capite. 14. quòd de rebus in principio creans non dicitur, quòd erant bonæ, quia tunc erant informes & imperfectæ, & bonum & perfectum idem sunt, quod ergo non erat perfectum non erat absolutè bonum nisi subsistantialiter, quòd si de alijs imperfectis & operibus distinctionis dicitur, Vidit quia bonũ, idest (vt dicit glossa Bedæ super illud Gen. 1. Germinet &c.) quia laudat quasi perfecta, quæ adhuc in principio operis & perfectionis exordio sunt, quia perfectio operis non in consummatione est, sed in prædeterminatione voluntatis. Quia ergo in principio nulla erat perfectionis inchoatio, in opere verò distinctionis iam erat, ideo de illis dicit, Vidit quia bonum, & non de cæteris. Potest etiam dici cum Burgensi additione. 1. ad primum caput Gen. quòd lux solis quamuis nõ esset perfecta in primo die, habebat tamen perfectionem quæ sibi pertinebat quantum ad illud officium ad quod facta est, vt diuideret diem & noctem. Sed terra fuit facta, vt inhabitaretur ab hominibus, vt dicitur Isai. 48. Et quia hæc perfectio deerat illi in principio cum esset cooperta aquis, ideo de illa non dicitur, quòd erat bona. Similiter dicit de abyssо propter cõmixtionem suã, atque ita proportionabiliter de alijs. De hac re dicemus amplius in solutione ad sextũ. Respondetur secundò, quòd sicut in alijs operibus explicatur complacentia Dei super sua opera per hoc quod dicitur, vidit quia esset bonum, &c. ita hic explicatur hæc cõplacentia per hoc quòd dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas, iuxta quartam intelligentiam, quòd per aquas intelligatur totũ opus creationis. Quapropter nõ oportuit quidquam aliud adijcere. Vide August. in lib. 11. de ciuit. cap. 21. vsque 24. ¶ Ad confirmationem, quod attinet ad secundũ dictum quæritur quare tunc dicatur, Vidit Deus q̃ esset bonum: obseruandum est, q̃ septuaginta interpretes etiam in opere secunde diei legunt, Vidit Deus quod esset bonum. Quam lectionem sequuntur Chrysostomus, & Ambrosius lib. 2. Examer. cap. vltimo. Hoc ipsum affirmat Rupertus. Quod si in Hebræo non habetur illa particula: vt notat Hieronymus & idem Rupertus: hoc fuit propter rationes quas D. Thomas profert in hoc loco. Sit confirmatur quoniam vtilitas firmamenti non fuit nota quousque aquæ congregarentur & distinguerentur. Quemadmodum etiam, quia bonitas cæli non manifestabatur nisi per lucem, non dicitur de illo opere, Vidit Deus quod esset bonum, donec facta esset lux. Hæc solutio est Caietani in opere tertij diei. Alij dicunt opus secundi diei non esse finitum cum dicitur, factum est vespere & mane dies secundus: sed quando dicitur, Congregent aquæ &c. & tunc subijcitur, Vidit deus quod esset bonum: ac proinde dies secundus non caret approbatione. Obseruandum est autem q̃ Rupertus lib. 1. in Genesim ca. 30. aduertit, quod cum sint bis terni dies præter septimum, tam in tertio priorum trium quibus accommodatur rerum distinctio, quam in tertio posteriorum trium qui deputatur ornatui, bis dicitur, Vidit Deus quod esset bonum: vt sicut sunt dies septem sic etiam sint septem species bonitatis septiformem spiritum Dei mirabiliter ex semetipsis contestantes. Hinc iam patet quare die septimo, non dicitur, Vidit Deus quod esset bonũ. Quod autem docet Diuus Thomas de ignobilitate numeri binarij, hoc ipsum habet Hieronymus in quæstionibus Hebraicis in Genesim, & in li. 1. contra Iouinianum, & Aggei cap. 1. & Ezechielis cap. 11. & Rabanus Episcopus Maguntinus super Genesim, & Magister sentent. lib. 2. distinctio. 14. Pro cuius maiore intelligentia aduertendum, quòd in exposition mystica sacrarum literarum, eadem res secundum varias considerationes potest nunc in bonam, nunc in malam partẽ adaptari. Exemplum est. Leo enim, & pro Christo aliquando, & pro Diabolo iterum sumitur. Numerus itaq; binarius si consideretur prout

prout in illo ratio charitatis primo figuratur, sic laudabilis est in Scriptura: vnde & Lucæ 10. Misit Christus Dominus discipulos suos binos & binos in signum charitatis, vt aduertit Diuus Gregorius. Si autem consideretur, vt est ab vnitate discedens, erit signum & principium diuisionis, sumiturque in malam partem, & hac ratione dicitur infamis. Vnde patet, quòd Lyra Genesis. 1. immerito reprobauerit prędictam sententiam. Rationi Diui Hieronymi consonat, quod inquit Rupertus libr. 1. in Genesim capit. 31. Quod cum super aquas trinum creantis potentiæ opus manifestetur, videlicet, quod tenebręerant super faciem Abyssi, & spiritus Domini ferebatur super aquas, & quod diuisę sunt aquæ superiores ab inferioribus, & inferiores congregatæ sunt in locum vnum: sõlummodo in tertio opere dictum est, Vidit Deus quòd esset bonum; quia hic vnitas constituta est.

¶ Ad sextum argumentum respondet Rupertus libro. 1. in Genesim capit. 13. Propterea ita factum esse, quia cum sõlummodo Deus sit bonus bonitate morali & creatura rationalis quæ potest participare bonitatem huiusmodi nõ autem reliquę creaturæ: per lucem verò intelligatur natura angelica, ideo de illa dicitur quòd sit bona nõ autem de cæteris. Augustinus autem libro. 1. super Genesim ad literam capit. 17. aliam rationem assignat, videlicet, quia lux primo die perfecta fuit, ideo dicitur, quòd ipsa sit bona. Quia vero cætera adhuc erant perficienda ideo non dicitur, q̃ ipsa sint bona, sed quod bonum sit ea perficere. At vero idem Augustinus supra ca pit. 8. inquit, quod de luce dicitur, de omnibus vult intelligi: vnde de omnibus simul rebus dicitur, Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Ambrosius libr. 3. Examer. capit. 5. in opere tertij diei legit, Quòd uidit Dominus mare quod esset bonum. Ad confirmationem respondet Augustinus lib. imperfecto in Genesim, quod illa varietas aut fastidij vitandi causa facta est: aut vt cogat nos intelligere omnia simul creata. Et quamuis postea aliqua vno ordine, aliqua alio narrentur: hoc factum est vt intelligatur, non illum ordinem seruatum fuisse in rerum creatione, qui inuenitur in earum narratione.

¶ Ad septimum principale, quòd attinet ad diuisionem inter lucem & tenebras, præter illa quæ diximus supra in quæstio. 67. artic. 1. circa solutionem ad secundum argumentum illius, aduertẽdum est, quòd Basilius, Ambrosius, Augustinus, & Glossa ordin. aliam rationem videntur assignare, videlicet, quòd lux ita est contraria tenebris; vt cum illis nullo modo simul esse vel permisceri possit, iuxta illud Apostoli, Quę conuentio lucis ad tenebras? aliæ verò species à Deo creatæ non sic opponuntur, vt habitus & priuatio, ideo (aiunt) de luce dicitur, quòd diuisa est à tenebris: non autem inter alias creaturas notatur illa diuisio. Verumtamen non est contemnenda illa intelligentia de diuisione locali. Etenim propter similem diuisionem fit firmamentum, vt diuidat aquas ab aquis. Et secundum hanc intelligentiam potest explicari litera Genesis. 1. vt explicat Augustinus Eugubin. vt cum dicitur, Fiat lux & diuidat &cæt. non intelligamus, quòd Deus alia actione produxerit lucem, & alia diuiserit illam à tenebris: sed quòd talem fecerit lucem vt ipsa diuideret se à tenebris distingueritq; diem à nocte. Quoniam igitur distinctio noctis & diei resultat ex motu locali luminaris, ideo illa intelligentia legitima videtur. Scio D. Aug. lib. 11. de ciuit. c. 19. & 20. quem sequitur Rupert. explicare hanc diuisionem lucis à tenebris de bonis & malis angelis. At vero nunc inquirimus literalẽ sensum.

¶ Iam vero quod attinet ad id quod petit eodem argumẽto septimo circa nominum impositionẽ: duo inquirẽda sunt. Primũ est quibus nã rebus Deus nomina imposuerit & quare non oĩbus. Alterum est qũo & in qua lingua talia noĩa uocauerit. Quãtũ ad primũ sciendũ est, q̃ Deus operibus oĩbus distinctionis, ppria nomina dedit. Etenim in prima die nomina diei & noctis ipse adinuenit. Secunda uero die uocauit firmamentum, cælũ. Tertia uero die cõgregationes aquarũ appellauit maria, & aridã vocauit terrã: quanuis per anticipationẽ à sacro historiographo Moyse uocata sit terra cum dicit, In principio creauit Deus cælũ & terrã, terra autẽ erat inanis & vacua. At uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa terra prius fuit facta & nominata ab ipso Deo, q̃ à Moyse sub illo nomine narretur facta. Operibus autē ornatus non legimus, quòd nomina imposuerit: quāuis enim legatur in Psal. 146. Qui numerat multitudinē stellarum & omnibus eis nomina vocat, tamē non videtur inde colligi quòd nomina vocalia vel scripta omnium stellarum imposita sint ab ipso Deo. Rationes huius differētiæ variæ sunt apud doctores. Ambrosius Cather. sequens sententiam Rabbi Moysis, ait, q̃ quotiescunq; Scriptura dicit, Vocauit Deus, signū est, q̃ vna & eadem dictio variè accipi potest. Atque ita cōtingit in operibus distinctionis. Lux .n. vocatur ipsa lux solis & spatiū illud in quo lux lucet. Similiter nomen tenebrarū significat omnimodā obscuritatem qualis erat super faciē abyssi, & significat etiam noctē quod est tēpus quando Sol abest ab aliquo hemisphærio. Itē cœlū significat omnia suprema corpora cœlestia, & significat regionem aeris, vnde & dicuntur volucres cœli. Quia igitur terra vocabat materia illa informis, siue oīa inferiora, ideo postea aridā vocauit terram, vt ostenderetur huius nominis varia vsurpatio. Similiter quoniā aquarū nomine significabatur etiā cęlū superius & aquæ elemētares, propterea oportuit peculiare nomē illis imponere. Hactenus Cathernus. Quoniā igitur hæc varia acceptio non inuenit in operibus ornatus: ideo non imponunt talia nomina. Secunda ratio est Ruperti li. 1. in Gene. ca. 28. Quòd Deus solū imposuit nomina rebus in æternum duraturis: & quia huiusmodi sunt successio diei & noctis & firmamentū & terra & mare, ideo eis nomina imposuit sicut & stellis. At vero corruptibilibus animalibus ipse Adā nomina imposuit: Omne.n.quod vocauit Adā ipsum est nomen eius, vt dicitur Genes. cap. 2. Atque idem intelligendum est de cæteris corruptibilibus, quod Adam suis nominibus vniuersa compellauerit. Docet autem Rupertus super illum locum, quòd firmamētum Deus vocauerit cęlum vel quando dixit ad Noe, Arcū meū ponā in nubibus cęli, vel quando dixit ad Abraham, Numera cęli stellas si potes. Verumtamen quoniam cæteris rebus non postea, sed in primis diebus nomina indidit, ideo verosimilius dicitur, quòd tunc etiam firmamentum vocauerit cælū. Chrysostomus uero & Theodoretus super illud Gen. 2. Adduxit ea ad Adam vt uideret, quid vocaret ea, insinuant aliam rationē. Pro cuius expositione nota ex Chrysosto. super Genesis locum citatum & homilia de ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli, & homilia nona de laudibus Pauli, & Psal. 3. & Damascen. lib 2. de fide capit. 3. & Philonē in sua Cosinopeia, quod etiam insinuat Hierony. Daniel. 1. quòd nominis impositio dominium & possessionē denotat eius cui nomē imponitur, Vnde Nabuchodonosor tribus pueris quos captiuos duxerat nomina mutauit, & Pharao nomen etiam Iosepho imposuit. Vnde & Apostolis in signū dominij, quod Deꝰ habebat in eos nomina mutauit & imposuit, & nobis in baptismo & Iudæis in circuncisione nomina ēt imponebantur in signum seruitutis, quæ Deo in illo actu promittitur. Adam ergo quibusdam rebꝰ nomina imposuit, Deus cęteris. Huius autem ratio est, quia vt patet ex materia de dominio homo habet dominiū animalium terrestriū, cęlorum autem & aliorum huiusmodi, dominiū perfectum non est apud hominem, sed apud Deum, qui posset eorū substantia vti quomodo voluerit, ideo homo illis noīa imposuit, istis uero Deus, vt ostēderet quòd ipse solus erat perfectus dominus illorum. Quarta tō est Caietani, quā etiam insinuat Philo vbi suprà, q̃ quia sapientis est nomina quę naturam rei exprimant imponere, & homo habuit quidem perfectam scientiam animalium & ceterorum inferiorum, non autē habuit omnimodam, & consummatam scientiam cęlorum & cæterorū huiusmodi, Deus vero sic: ideo Deus cælos mare, & alia quæ perfectē nouerat nominibus dotauit, homo vero solum hæc inferiora, quæ eius perfectę cognitioni subiacebant.

¶Quo ad secundū verò, scilicet, qua lingua illa nomina imposuerit sciendū est, q̃ Augustinus Eugubi. putat Deum solitum esse loqui cum homine in paradiso, & tunc lingua Hebraica & nominasse hæc de quibus diximus à Domino nominibus exorna ta. Cæterum Augustinus libro. imperfecto in Genesi. capit. 6. & 10. & lib. 1. de Genesi ad

ad literam capit. 10. & libro. de Genesi contra Manichæos capit. 9. & Rupert. libro. primo in Genesi. capit. 19. docent, Non sono vocis dearticulatæ aut aliquo idiomate Græco aut Hebraico Deum hæc nomina imposuisse quia inquit Augustin. Tunc quando istis nominibus ea vocabat non, erat homo, propter quem sic loquerētur, & tamen illis diebus antequam esset homo videtur Scriptura significare Deum illa nomina imposuisse: nam dicitur quòd postquam lux appellata est dies, factus est dies primus, & sic de alijs. Aliter ergo intelligere oportet, scilicet, quòd hęc nominum impositio specialiter Deo tribuitur, quia ipse præcepit, inspirauit, vel ordinauit specialiter, quòd hæc sic vocarentur, tribuitur enim Deo tanquam autori, quod ipso inspirante vel ordinante fit. Et sic iuxta hunc sensum canit Ecclesia, Qui mane iunctum vesperi diem vocari præcipis, quod explicat appellationem Domini n esse nisi iussionem & statutum Domini, vt sic uocare tur. Ita explicat Iunilius, & Augustinus li. de Genesi contra Manichæos ca. 9. Vel dicatur secundo, q̃ hęc nominum appellatio nihil aliud significat quam distinctionem rerum sic nominatarum, nam nomina deseruiunt ad significandam & notandam rerum distinctionem. Hęc expositio est Augustini. Vnde quia lucem diuisit à tenebris terram ab aquis, & firmamentum etiam secit ad diuidendum ideo hęc nominauit, cætera uero non, quia non pertinebant ad distinctionem. Describitur autem, Deum hæc nomina imposuisse secundum Caietanum vt significetur, q̃ est autor rerū etiam artificialium, & cognoscit naturas rerum, quas sic nominat, non solum positiuas, vt lucem, sed priuatiuas vt tenebras, in quo distinguitur, non solum ab agente naturali, sed etiam ab agente à proposito non cognoscente naturam sui operis.

¶Ad octauum. Multi sunt qui docent, primum diem non habuisse mane, docet hoc Diu. Thoma. vbi suprà citatus est, & in hac parte quæstio. 63. articul. 6. ad 4. & in 2. distinctio. 12. articu. 3. ad 7. Idem habet Magister in 2. distinctio. 13. capit. 4. & Eugubin. etiam. Probant hoc, quia mane est finis præcedentis & initium sequentis diei, quod est aurora, quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet: sed primum diem nullus alius præcessit qui ibi finiretur, & à plena luce inchoauit, non à luce permixta tenebris, ergo. Sed Aloysius & Caietanus oppositum docent: quod probant, quoniam aliàs dies primus non esset vnus & integer, sed dies dimidius & mutilus. Et secundo, quia dies naturalis significat spatium viginti quatuor horarum: in tanto autem spatio necessariò debuit esse mane & vespere, ergo &c. Dicendum ergo ad Diuum Thom. dupliciter, Primo quòd si loquamur de istis diebus secundum expositionem Augustini, quia angeli aliquando habuerunt esse & cognitionem naturalem sui, & non cognitionem in Verbo, & primus dies significat cognitionem sui: ideo isto modo sumendo mane primus dies non habuit mane. Sumendo autem diem pro die materiali, dicendum est cum Diu. Thom. in 2. distinctio. 13. in expositio ne textus, quòd primus dies nō habuit mane, quia primæ illi illuminationi tenebræ commixtæ non erant, sicut modo commiscentur, eo quod mane est principium diei & finis noctis, quòd tunc non contingebat, bene autem dici potest habuisse mane, quia lux illa quæ motu suo diem faciebat in oriente creata est. Ad primam confirmationem præter ea quæ dicit Diuus Thom. in solutione ad septimum, Rupertus libro. 1. in Genesi. capit. 20. ait, ideo id dictum esse, quia dies ille significat Filium Dei, qui non est de ordine cæterorum, & ideo non dicitur primus vel secundus quasi faciens ordinem cum cæteris. Aliam rationem insinuat Augustinus 11. de ciuita. capit. 9. & 12. contra Faustum capi. 16. & Eucherius, quòd scilicet, quia ille dies significat creationem angelorum, in quibus est maxima vnitas & Pax, ideo vt hæc melius significetur dicitur dies vnus, quo non significatur ordo ad aliquid distinctum quā dies primus, quo insinuatur distinctio secundi vel tertij. Tertiam rationem subdit etiam Basilius homil. 2. Examer. quòd scilicet, ideo dictus est vnus, quia ille dies figura est futuri seculi, in quā nullus numerus dierum & temporum vicissitudo, sed vnitas & immutabilitas saluabitur. Sed

hæc mystica sunt, ratio vero literalis à nobis inquiritur. Orig. ait, ideo sic dici, quia tempus nondum erat antequam esset mundus, tempus enim incepit cum mundo. Sed hoc non explicat difficultatem. Sensus ergo literalis est, & Hebræi vtuntur nominibus cardinalibus pro ordinalibus verbi gratia. Vna Sabbathorum, idest prima. Et apud Aggeum, vbi nos legimus, Anno tertio Darij, dicunt Hebræi anno tria Darij. Et Apocaly. 6. vbi dicitur cum aperuisset sigillum vnum intelligimus primum. Sic in præsenti, dies vnus intelligitur primus. Ad secundam confirmationem præter illa quæ habentur in Diuo Thoma in fine solutionis ad sextum, mirum est quam variè respondeant doctores. Quidam dicunt, quòd quia lux creata fuit in hemisphærio opposito nobis, respectu cuius Moyses loquebatur, ideo respectu illius dicitur præcedere vesperi. Ita ait Catherinus. At vero hoc non videtur consonum veritati: quoniam vespere est terminus diei artificialis, at vero si non præcesserat dies artificialis in nostro hemisphærio, non poterat in illo esse primum vespere. Alij respondent quòd quia lux creata erat in meridie respectu terræ Palestinæ, & tunc sole tendente ad Occasum factum est vespere: & rursus oriente sole respectu eiusdem terræ Palestinæ & ascendēte vsque ad meridiem completum est totum mane; idcirco prius dicitur factum esse vespere & deinde factum est mane dies vnus. Sed hic modus dicendi non videtur consonare cum Hebræorum more qui computant diem integrum nō à meridie in meridiem, sed ab occasu solis & principio noctis. Item Di. Thom. vt diximus in solutio. ad. 8. sentit lucem creatam esse in oriente respectu nostri hemisphærij. Tertio respondēt alij vt est Abulensis quòd ante primum diem mundus māsit per duodecim horarum spacium in tenebris, & postea lux creata medietatem cælestis circuli per horas duodecim pertransiuit & tunc fuit dies naturalis integer & completus ex vespere & mane, hoc est, ex illa duratione tenebrarum per horas duodecim & ex motu lucis per totidem. Sed neque iste modus dicendi satisfacit. Primo quidem quia illæ duodecim tenebrarum horæ sunt fictitiæ & imaginariæ, cum enim tunc non esset motus, non poterat esse verum tempus qđ est numerus motus, secundum prius & posterius. Deinde non præcedente luce, non videtur propriè dici fuisse vespere, quemadmodum in aliis diebus, vesper non sumitur prædicto modo sed pro termino lucis iam in occasu vel ad occasum properantis. Quarto dicunt alij vt est Augustinus Eugubinus quòd vesper dicitur præcedere, quia primus dies non habuit mane aliud quàm sequentis diei. Hunc modum dicendi approbat Glossa ordinaria in illud Genes. primo. Factus est vespere & mane dies vnus. Nos autem iam supra diximus quo pacto dies primus habuerit mane. Quinto respondet Caietanus, quòd ideo præmittitur vespere quia est terminus diei artificialis: vt per hoc intelligeremus nullam præcessisse noctem sed omnia in luce fuisse condita, siquidem nox terminatur in mane, dies vero terminatur in vesperam. Nos autem suprà diximus, quomodo omnia primo sine luce creata sint. Sextò respondet D. Aug. lib. 1. super Genesim ad lit. c. 11. Quòd forte ipse Deus in ea parte Solem fecit, quę respiciebat locum in quo facturus erat hominem. Atque vt ostenderetur qꝺ primus esset actus motus solaris erat vt discedens causa esset ipsius vespere ex quo rursus per eundē motum consequebatur mane. Septimo respondet Idem August. in imperfecto super Genesim quòd prius commemoratur vespere quàm mane vt ostenderetur qꝺ lux continuo cursu cælum circuibat. Etenim si diceretur factū est mane & vespere dies vnus; ęstimaretur sol absconditus perire, & rursum mane iterato resurgere. Nunc autem cum dicitur factum est vespere & mane, melius intelligitur continuus circulus quo die noctuque circunfertur. Et deinde (inquit) quia decebat vt opera eius qui est lux vera inciperent à luce, & quia dies totus, qui integratur viginti & quatuor horis terminatur ibi vbi incœpit; constat necessario, quòd incœpit ex luce matutina: siquidem completur in illa. In eo .n. quod dicitur: Factum est vespere, iam intelligitur lux orta ad occasum peruenisse, & rursus in eo quod dī postea, Factum est mane, intelligitur ipsa lux ad locum vnde cœpit

pit moueri peruenisse atque ita dies perfecto circulo præintelligitur completus. Hāc etiam rationem videtur Ambrosius insinuare libro. 1. Examer. capit. 10. Octauo est alia ratio eiusdem Ambrosij ibidem, quòd Deus prius præmisit lucem & diem quam obscuritatem cùm dixerit textus sacer Genesi. 1. Vocauit Deus diem lucem, & tenebras noctem. Quapropter non oportet inquirere quare postea præmiserit vespere. Nono respondet idem Ambrosius, quòd ideo dicitur Factum est vespere, & mane, vt prærogatiua & primatus daretur diei: quia vespere est finis diei artificialis; mane verò finis est noctis & initium diei, & idcirco dies præfertur cum finis & termi nus eius explicatur. Huic etiam rationi consonat Burgensis, qui ait quòd quia res denominatur à termino ad quem: ideo dies artificialis significatur præmitti cum eius terminus, scilicet, vespere præmittatur ante. Huic etiam concinit quod Augustinus ait libro. de Genesi contra Manichæos capit. 10. Quòd dies non incœpit à vespere, co quod vespere ponitur vt terminus eius. Decimo respondet D. Thom. Ioann. capit. 13. lectione. 1. quòd quia Moyses instituebat populum de his quæ pertinent ad religionem temporis & festiuitatum quæ præcipiebatur obseruari à vespere vsque ad vesperam, ideo exordium mundi enarrans prius fecit mentionem de vespere quàm de mane. Vndecimo potest responderi iuxta sententiam illam Diui Augustini asserentis quòd dies & vesper & mane referuntur ad cognitionem angelicam, potest, inquam, consequenter dici quòd prius ponitur vespere quam mane quia prius fuit in angelo cognitio naturalis rerum in propria specie, quàm in visione Verbi. Duodecimo potest reddi ratio mixtica: videlicet quòd prius oportet præcedat in nobis obscura fidei cognitio quàm aperta visio Dei. Vel etiam cum Augustino libro. 4. de Trinitat. capit. 6. & D. Dhoma. 3. part. quæstio. 51. articul. 1. & 4. ideo prius commoratur vespere quàm mane quia per vespere significabatur hominis lapsus à luce in tenebras, & per mane significabatur lapsus per Christum futura. Cæterùm quare non fiat noctis mentio dum narratur dies ex suis partibus completus, Respondet Augustinus. in quæstio. 107. ex vtroque testamento mixtum & Dia. Ambrosius vbi suprà, quòd secundum Scripturæ consuetudinem in die includitur nox. Deinde possumus respondere quòd si Scriptura diceret factum est nox & factum est mane, non ita plene explicaretur integritas diei sicut cum dicitur Factum est vespere & mane, vespere enim intelligitur lucis motus vsque ad occasum: & cum rursus dicitur Factum est mane intelligitur alius semicirculus motus lucis ab occasu vsque mane. Ecce obscuritas vnius loci quantam occasionem nobis dederit inquirendi tot tanque vtiles sancto rum Patruum intelligentias, ex quibus omnibus adiutus sic intelligo factum esse vespere, & factum esse mane, ac si diceretur: quòd lux creata suum circulum compleuit per hoc quod per totum orbem factum est vespere, & per totum orbem factum est mane. Pro cuius maiori intelligentia supponendum nobis est quod in quolibet instanti totius diei naturalis respectu diuersorum locorum inuenietur omnis differentia totius diei. Itaque nunc alicubi est mane, alicubi meridies, alicubi occasus, alicubi media nox, alicubi tertia pars noctis, alicubi hora tertia diei, alicubi vndecima, & sic de reliquis differentijs intelligendum quæ inueniuntur respectu diuersorum locorum in terra. Transit enim mane à loco in locum motu continuo, facitque suum circulum donec reuertatur ad locum vbi cauſabat ipsum mane. Similiter etiam reliquæ differentiæ diei transeunt, & iterum redeunt perfecto circulo motus. Conuenienter ergo videtur dici factum est vespere, hoc est cōpletum est vespere quod est tempus vmbre per totum circulum orbis, & similiter factū est mane non solùm hic, aut illic, sed lux oriebatur successiuè per totum circulum orbis donec reuerteretur ad locum vnde cœpit moueri, atque hoc pacto factum est vespere & mane dies vnus. Huic intelligentiæ multum iubat phrasis hæbraica quæ sic habet, fuit vespere & fuit mane dies vnus; sic si diceret quòd vespere non fuit hic aut illic sed fuit per totum orbem successiuè cōpleus circulum suum, & simul etiam successiuè complebatur mane vbique terrarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& compleuit circulum suum. Quæ dicimus manifesta sunt non solum Astrologis sed etiam in tractatu de Sphæra mundi patitis. Dies enim integratur & completur ab ortu solis vsque ad ortum solis, quo circulo peracto simul necesse est intelligere per actum esse circulum vmbræ terræ, quæ semper fugit aspectum.

¶ Ad nonum argumentum principale August. Eugubi. putat fieri mentionem de productione diei per hoc quod dicitur, Et diuisit lucem à tenebris. Sed quidquid sit de hoc respondetur, vel quòd dies & lux idem sunt, nã lucem vocauit diem, vel qd dies maneque & vespere sunt effectus per se consequentes ad lucem solarem circulariter motam, quæ sit primo die; Congregatio verò aquarum non consequitur per se ad effectũ & opus alterius diei, & ideo non est simile. Ad confirmationem negatur cõsequentia, vel quia motus cæli per se non est sensibilis sed per lucem, & ideo cum Moyses de rebus sensibilibus rudi populo principaliter loqueretur, illius non meminit. Vel quia vt suprà dictum est, motus inter primo creata debet computari, cum ibi sit tempus quod est numerus motus.

¶ Ad decimum respondetur quod regula est Scripturæ, vt id qđ in vna parte subticetur in alia explicetur, & ideo licet nõ explicetur finis herbarum, animalũ aut terræ ibi, explicatur tamen, vel cum dicitur Isa. 48. Datam eẽ terram vt inhabitaretur, vel cum dicitur Genes. primo. Omnes herbæ dantur animalibus in cibum, & homini quòd dominetur in omnibus animalibus terræ. Respondetur secundo, quòd finis firmamenti explicatur, quia videtur aer habere maiorem densitatem quàm sua natura requirat. Vt ergo explicetur ꝙ illa dispositio non sit consona naturæ particulari eius, est tamen propter bonum vniuersi, ideo explicatur, sicut exprimitur etiã quare aqua sit congreganda in locum vnum, vt scilicet, appareat terra, vt per hoc, intelligatur, quòd licet illa congregatio non sit secundum naturam aquæ, est tamen secundum ordinem vniuersi. De stellis vero explicatur ad quem finem sint constitutæ, vt tolleretur occasio idololatrię Iudęis, dum viderent illas conditas in suum ministeriũ vt dicitur Deuteron. 4.

¶ Ad vndecimum negatur consequentia, disparitas est, quoniam cum suprà dixerimus per aquas superiores intelligi pluuiales, & illæ non habeant vnum locum, in quo per continuos meatus fint adunatæ sicut aquæ inferiores; ideo ad explicandum hoc dicitur de istis, Cõgregentur &c. non de stellis. Si autem intelligantur nomine aquarum superiores sphęræ, id manifestius patet, nam non habent vnum locũ ex superioribus determinatum, sed omnẽ occupant. Hugo vero libro primo. de Sacramentis capi. 23. aliam rationem mysticam tribuit, quia scilicet aquæ superiores significant angelos, quorum charitas non congregatur aut coarctatur ad aliquos sed ad omnes diffunditur. Inferiores vero significãt homines, qui certis limitibus suat coarctandi, vt terra cordis nostri germina & plantas virtutum producat.

¶ Ad duodecimũ patet ex superioribus, ꝙ, s. ea ratione qua plantæ nou benedicuntur, multo minus debent benedici metheora, nam ad eorum permanentiam continuam satis fuit præceptum diuinum hunc ordinem in rebus statuens, sicut etiã idem præceptum satis fuit in arboribus.

¶ Ad tertiumdecimum dictum est superius, quòd illa propositio primo loco posita, Vidit Deus quòd esset bonum, referenda est ad opus secundæ diei, vel ad præcedentium, ita quòd ibi fiat punctus, & statim sequatur aliud opus, quod exprimitur per hoc quod dicit, Germinet terra, &cet. quod postea approbatur per clausulam sub sequentem & secundo loco positam, s. Vidit Deus quod esset bonum, & sic patet, quomodo etiam placent postquam sunt productę. Et forte eodem modo potest intelligi illa particula, Vidit Deus ꝙ esset bonum, quę prefigitur formationi hominis, vt, s. referatur ad opera precedentia, s. creationem animalium, non ad formationem hominis, nam multi doctorum propter ea sum futurum, vel alias rationes dicũt Deũ temperasse à benedictione illius. Ita Aug. 3. super Genes. ad literam c. vlti. & Rup. in Genes. lib. 2. cap. 11. & alij.

¶ Ad quartumdecimum respondetur, quod id non dicitur de firmamento, quia potentia actiua metheororum potius resident in sole, materialis vero ex aqua & terra maiori ex parte eleuatur, & ideo non debuit illi tribui, quod aliorum præcipuè est.

¶ Ad quintumdecimum sciendum est secundùm Rupertum lib. 2. in Gene. ca. 10. quòd sicut per anticipationem dicitur, Masculum & fœminam fecit eos, ita per recapitulationem simul in opere sexti diei remanebus suis diebus. Quare autem hoc in diem sextum reseruauit explicat Ambros. (vt diximus suprà) de ieiunio & Elya cap. 4. Quòd quia per cibum mundus debet destrui, idcirco cibi mentionem non fecit vsque ad vltimum diem quãdo mundus desinet augeri, vt hæc escarum conditio explicaretur.

¶ Ad sextum decimum respõdetur cum Caietano super illud Gene. 1. Masculum & fœminam fecit eos, quòd propterea in productione hominis sit specialis mentio maris & fœminę; vt iam tunc matrimonij institutio à Deo facta in principio mundi intelligeretur, quod humanæ naturæ proptium est. Deinde est alia cõueniens ratio, videlicet, vt insinuaretur differentia coniunctionis maris & fœminę in specie humana à cæteris animantibus. In eo enim quod dicitur Genes. primo. Ad imaginem Dei creauit illum, Masculum & fœminam creauit eos satis insinuatur quòd contortium maris & fœminæ, secundum rationem exerceri debet ad gloriam eius ad cuius imaginem creati sunt, & non ex sola motione concupiscibilis sicut in reliquis animalibus contingit.

DVbitatur secundo, an in ptincipio Genesis vel toto capi. 1. Trinitatis mysterium insinuetur, maximè in illis verbis; In principio creauit Deus cælum & terrã, vbi in litera Hebraica ponitur nomen Elohim, quod est nomen pluralis numeri: ac si diceretur; In principio creauit Dij sue iudices cœlum & terram. Vtrum ille numerus pluralis adiunctus verbo singulari infinuet mysterium Trinitatis personarum in vnitate essentiæ. Arguitur primo pro parte negatiua, quoniam vt dictum est, Moyses inter opera creationis propter populi ruditatem de inuisibilibus mentionem non fecit: at rudi populo occasio daretur erroris; putarẽt enim plures esse Deos, si vox illa Elohim pluraliter dicta accipere tur, & non potius singulariter, sicut latinus interpres transtulit, ergo.

¶ Secundo. Si illa vox Elohim pluraliter dicta accipiatur non potest accommodari tribus personis: ergo ibi non latet mysterium Trinitatis. Probatur antecedens quia nomina substantiua non verificantur pluraliter in diuinis, non enim sunt plures Dij, aut plures Domini vel plures iudices sed Elohim nomen est substantiuum: ergo quanuis habeat formam pluralis, non tamen pluraliter accipitur.

¶ Tertiò. Ratio propter quam potest dici mysterium Trinitatis in illis verbis latere, ea est, quia verbũ singularis numeri, videlicet, creauit, respondet nomini pluralis numeri Elohim, sed hæc ratio non est sufficiens, siquidem apud Hebręos sępè reperitur illa mutatio numeri absque insinuatione mysterij, vt patet, Isa. 18. vbi dicitur, Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, habetur in Hebręo, in manu dominorum crudelis. Similiter Iosue c. 2. vbi nos legimus de exploratoribus Hierico, Tollẽs mulier viros absconditeos, habetur in Hebręo, Abscondit eum. Vbi dictio eum refert viros pluralis numeri. Similiter Gene. 42. in Hebręo dicitur de solo Ioseph, loquutus est Domini terræ. Et Oseæ 10. dicitur, Vaccas Bethanem habitatores Samariæ, quia luxit super eum, cum deberet dicere, super eas, in plurali. Et c. 12. Vbi nos dicimus, Iudas autem descendit cum Deo & cum sanctis fidelibus, quod exponunt de Moyse, & Aaron habetur in Hebræo, Cum sanctis fideli. Similiter Psalm. 9. legit Caietanus apud Hebrę. haberi, Cadit in fortibus eius contriti, pro cadent. Item Genes. 1. Vbi nos habemus, Fiant luminaria, &cę. habetur in Hebræo, Erit luminaria, &c. vt notat idem Caietanus. Et tamen hæc numerorum mutatio non arguit aliquam pluralitatem suppositorum vnitate essentiæ; ergo neque in loco citato. Item 2. Regum 28. mulier Phythonissa dixit de solo Samuele, Vidi Elohim ascendentes & sequitur in numero singulari, qualis est forma eius. Itẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ezech.46.dicitur, In die Kalendarum vitu A uersum, quæ tamen pluralitas bene stat
lum de armento immaculatum &c. in He cum vnitate personæ in diuinis.
bræo habetur immaculatos. Confirmatur.
Quia si numerus pluralis adiunctus verbo singulari significat hanc pluralitatem suppositorum in vnitate essentiæ; ergo numerus pluralis suppositorum, cùm numero etiam plurali verbi significabit pluralitatem suppositorum cum pluralitate essentiæ, Et sic in locis vbi hoc repertum fuerit significabitur esse plures Deos, habereque plures essentias. v.g. 2.Reg.7. dicitur, quæ B est gens vt populus Israel? propter quam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populũ, Vbi in Hebræo habetur, Propter quam ierunt Dij. Item aliquando verbo plurali iũgitur numerus singularis. v. gr. Ecclesiastici.2. Quis est homo qui possit sequi regem factorem suum? in Hebræo habetur, Regẽ qui fecerunt eum, & tamen tunc non denotatur pluralitas essentiæ in vnitate suppositi, ergo hic econtra non significatur pluralitas personarum in vnitate essentiæ. Sed con C tra est Magister in 1.dist.2.

¶ Hoc dubium aliqualiter tetigimus sup̃rà in materia de Trinitate quæst.32.artic. 2. Sed hic latius aliquantulum examinabitur iste locus. Sciendũ est ergo, quòd Abulen. in peculiari quodam tractatu de beata Trinitate, quem sequitur Caietan. in principio Genes. asserunt ibi nullam fieri mentionem Trinitatis: & ad coniecturam allatam ex coniunctione illa diuersorum numerorum, dicunt id fieri, vel quia Elohim D caret numero singulari & sic accipitur pro singulari, vel quia consuetudo erat apud antiquos venerabiles personas alloqui in numero plurali. In cuius signum Moyses aliquando Dcũ vocat, Adonai, in numero plurali: Gen. 15. cum tamen illud nomen ẽt habeat singulare. Vt patet Psal. 114. Quod etiam notat Augustinus Eugubi. & idem Caietanus Iosue c.24. Alij verò ex Hebræis, volunt quidem ibi significari pluralitatem personarũ, sed nõ in diuinis, sed pluralitatẽ E virtutum aut potentiarum à Deo procedentium, quæ aliquando vocantur Dij, vt Exod.22. Dijs non detrahes. Tandem alij volunt quidem ibi significari aliquam pluralitatem, sed non personarum sed ideaꝝ quas habuit Deus ad formandum vni

¶ Nihilominus sit prima cõclusio. In primo cap. Genes. demonstratur sæpe mysterium Trinitatis. Hæc conclusio est communis sanctorum patrum, maximè docet eam Augustinus 12. de ciui. cap. 23. & 24. & lib. de fide ad Petrum cap. 3. & 2. super Genesim ad liter. cap. 6. & Ruper. libro 1. in Genesim, capi. 9. Hiero. Iob 33. in principio, Hilarius. 3. de Trinitat. circa finem & lib. 4. Ante medium, & alij sæpè qui multiplicant loca vbi hoc abditum Trinitatis mysteriũ hominibus insinuatur in isto. 1. capi. Geneseos. ¶ Secunda cõclusio. Hoc secretissimũ Trinitatis sacramentum aliquo modo aperitur fidelibus in loco adducto, quando dicitur; In principio creauit Dij. Hanc conclusionem Magister vbi suprà, Lyra in disputatione contra Iudæos, Galatinus lib. 2. ca. 9. Eugubinus & Catherinus & Aloysius in principio Geneseos, Burgen. additione prima in 1. cap. Gen. & in victoria cõtra Iudæos. Sanctus Pagninus, Ioannes Reuclinus & alij, inter quos etiam citat Catherinus Beatum Thomam in principio Genes. Et probatur primo, quoniam hoc nomẽ Elohim habet singulare, Eloha, per quod posset Moyses excludere omnem rationẽ errãdi & dubitandi; ergo non poneret nomen in numero plurali nisi voluisset subindicare aliquod mysterium. ¶ Secundo quoniam si hæc pluralitas non significatur, vt dicit Caietanus, eo est quòd Elohim etiam si habeat singulare tamen quando accipitur pro vero Deo sumitur plurale pro singulari. Sed hæc ratio nulla est, & falsum supponit; ergo. Probatur minor, nam Iosue vltimo accipitur in plurali pro Deo vero, coniungitur enim adiectiuo cum dicitur, Non poteritis seruire Domino quia Dij sancti ipse, Vbi ponitur Elohim. Item 2. Reg. 7. dicitur de vero Deo: Propter quam ierunt Elohim, vbi Elohim iungitur cum verbo pluralis numeri. Præterea Hieremię. 23. dicitur. Peruertistis verba Elohim viuentium Domini exercituum Dei vestri. Et Genes. capitu. 20. vbi nos legimus, Postquam eduxit me Deus de domo patris mei: dicitur in Hebræo, Postquam adduxerunt me Elohim. Et capit. 35. Apparuerunt ei Elohim.

Confir-

Confirmatur ratione. Quando hoc nomen A hoc enim, significat diuisionem Deitatis, il-
Elohim accipitur pro angelis & iudicibus, lud verò, significat quòd suppositа in qui-
sumitur in numero plurali; ergo & quan- bus reperitur Deitas multiplicantur. Verũ-
do pro vero Deo vsurpatur debet accipi in tamen Catherinus periculosè arbitratur,
eodem numero ad insinuandam pluralita- etenim si est vnicus Deus non potest veti-
tem suppositorum. Antecedens patet Exo. ficari quòd sunt dij, nam numerus plura-
c.22. Dus non detrahes, & Deutero. capi. 4. lis substantiuè sumptus requirit pluralita-
Quæ est tam grandis natio q̃ habeat Deos tem formæ significatæ. Et confirmatur, nã
appropinquantes sibi? & Psalm. 18. Minui- si sunt Dij; ergo duo vel tres Dij, sed nul-
sti eum paulominus ab angelis, vbi poni- lo modo appolito verificat quòd sint Dij;
tur Elohim. Consequentia verò non aliter ergo neque, verificabitur in plurali quod
probatur, nisi quia ille qui vocem aliquam B sunt Dij, nam pluralis numerus non est
defendit esse anomalam debet proferre contentus vnitate significati. Melius igi-
testimonium vnde id possit constare, eo vel tur dicendum erit quòd in vnaquaque lin-
maximè si forma vocis contrarium atte- gua sunt suæ phrases, & proprietates sig-
statur. ¶ Tertiò. Hoc mysterium Trinitatis nificationum, quales in alia non est facile
videtur in creationis opere à sanctis Pro- inuenire. Vnde dicimus quòd quamuis
phetis communiter figurari, v Isaiæ. 42. apud Hebræos non sint adiectiua, tamen
& extendentes terram, sic enim habetur in substantiua supplent vicem adiectiuorum,
Hebræo vbi coniungitur singulare nomen atque ita nomen Elohim in plurale, po-
adiectiuo pluralis numeri, vt vnitas efficn- test dici de vnico Deo, propter pluralita-
tiæ & personarum Trinitas insinuaretur. C tem suppositorum.
Item Psalm 49. Vbi legimus, Deus deorũ ¶ Ad tertium respondetur, quòd vbi il-
Dominus, dicitur in Hebræo Elohim Ie- la mutatio numerorum sit, vt implurimum significatur vnitas in multitudine,
houah, vbi quæritur à Glossa: quare ter vel multitudo in vnitate. Id quod potest
nominetur Deus ī principio illius psalmi, aduerti in Psalmum 86. vbi dicitur, Ece
& respondet quòd quia Deus in tribus pro alienigenæ & Tyrus, & populus Æ-
prietatibus creauit seculum. Vbi non intel- tyopum, Hi fuerunt illic, vbi in Hebræo di
ligas quòd ratio creandi seculũ sint tres pro citur, Iste natus est ibi, quo in loco nume-
prietates, etenim ratio operandi extra vni- rus singularis, Iste natus est, respondet plu-
tas diuinæ essentiæ est: sed quòd ipse vnus ralitati Alienigenarum: quia licèt in eis sit
Deus qui mundum creauit est existens in multitudo, tñ propter vnitatẽ fidei, de qua
tribus proprietatibus. Confirmatur ex eo D ibi loquitur Prophera, dr, Iste natus est ibi.
quod in Chaldaica translatione in eodem Simile ergo iudiciũ erit de exemplis in ar-
loco ponitur nomen Dei quod constat ex gumento inductis. Explicemus aũt vnum
triplici Iod, quod quidem non vacat myste- aut alterum. Cum itaq; dr, Erit luminaria,
rio: quoniam, Iod, secundùm Hieronymum in Prologo lamentationum significat principium. Cum igitur in vno eodem- significatur vnitas lucis in pluribus ab eadẽ luce participantibus. Similiter cum dr, Tra
dã Ægyptum in manu Dominorum crude
que nomine Dei triplicatur, Iod, sufficien- lis, significatur, qđ ad torquendũ & affligẽ
ter insinuatur, quòd ratio Principij respe- dum populum Ægypti, omnes illi dñi con
ctu creaturarum, est in triplici suppositо. ueniant in vna crudelitate: vel quia illorũ
AD argumenta in oppositum respondetur. ¶ Ad primum dicimus, quòd il- E crudelitas prouentura erat ex nutu vnius
la occasio erroris sufficienter tollitur per Dei viuentis, in cuius manus incidere hor-
hoc, quod verbum singularis numeri, Crea rendum est. Quod autem de Ioseph dr, q̃
uit, respondet nomini numeri pluralis, loquutus est Dñi terræ, fortassis ita dictum
Elohim. ¶ Ad secundũ argumentũ Catheri est quia intelligitur ibi Pharao qui potestа-
nus in principio Genesis arbitratur diuinas tem dederat Ioseph. De reliquis verò exem
personas posse dici Deos, sed nõ tres Deos: plis vide Lyram vbi sup. Ad confirmationẽ
negatur consequentia, & ratio est cum in

verbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo seu nomine adiectiuo significetur forma & includatur suppositum ; quando nomen substantiuum pluralificatur, & adiectiuum est in singulari , datur intelligi , q̃ pluribus suppositis nominis substãtiui correspondet vna forma vel actio. Rursus qñ adiectiuum fuerit in plurali , non oportet q̃ pluralificet formas, sed suppositа , in quibus vna forma reperitur, v.g.cum dicitur, Regem qui fecerunt eum , nomine regis vnitas potestatis,per verbum autem,Fecerunt pluralitas suppositorum denotatur.

AD obiectiones verò quibus aliqui conantur excludere mysterium Trinitatis, illic insiuuatum esse, respondendũ est. Ad primã dicimus falsum esse , q̃ Elohim careat numero singulari , imò reperitur in sacris literis,Eloha,vt patet Iob 3. cap. vbi nos legimus. Non requirat eum Deus desuper,habetur in Hebræo Eloha.Nec vox ista à Chaldæis vsurpata est, sed ab Hebræis originem ducit,habetur namq; in Ps.114.vbi nos legimus è facie Dei Iacob : At licet in aliquibus Scripturæ locis,vox hæc Eloha in singulari reperiatur , non tamen,ita in vsu venit apud Hebræos sicut sũũ plurale Elohim.Ad alteram verò obiectionem respondetur quòd in singulari solent Prophetæ loqui ad dominum , vel si loquuntur in numero plurali adiungunt verbum singularis numeri , vt constat ex contextu sacrarũ literarum. Ad tertiam obiectionem respondetur, hereticum esse asserere quòd Deus cooperatione angelorum creauerit mundũ ex nihilo vt aliàs dictum est, cæterum pluralitas idearum non est sufficiens ratio , vt Deus pluraliter significetur , quemadmodum humanis non sufficit vt artifex significetur pluraliter & appelletur artifices qđ habeat plures ideas, præsertim si habet vnicam artem & rationem operandi. Cum igitur in Deo sit vnica ars & ratio operandi , non erit illa ratio sufficiens vt pluraliter significetur nomen Dei cum dicit Scriptura; In principio creauit Deus cælum & terrã . Optima ergo & vnica ratio est quare illic positum est nomen Elohim , quod est pluralis numeri cum verbo, Bara, idest, Creauit, quod est singularis numeri , quoniam illic insinuabatur personarum Trinitas in vnitate essentiæ, cui sit gloria & imperium per infinita seculorum secula.

QVÆSTIO

DE HOMINE, ET PRIMO DE HIS, QVAE PERtinent ad essentiam Animæ.

POST considerationem creaturæ spiritualis & corporalis , considerandum est de homine , qui ex spirituali & corporali substantia componitur. Et primò de natura ipsius hominis. Secundò, de eius productione . Naturam autem hominis considerare , pertinet ad Theologum ex parte animæ, non autem ex parte corporis , nisi secundum habitudinem quam habet corpus ad animam . Et ideo prima considerationis circa animam versabitur . Et quia secundum Diony. 2. cap. angelicæ hierarc. tria inueniuntur in substantiis spiritualibus, s.essentia, virtus,& operatio.Primò considerabimus ea quæ pertinent ad essentiam animæ.Secundò, ea quæ pertinẽt ad virtutẽ siue potentias eius. Tertiò, ea quæ pertinẽt ad operationẽ eius.

Circa primum duplex occurrit consideratio.Quarum prima est de ipsa anima secundũ se. Secũda, de vnione eius ad corpus.

ADHVC versatur D.Tho.in expositione v.arti.fidei nostræ eorũ qui ad diuinitatem pertinent.Incæpit.n.in q.44.vsq; ad 49. de processione creaturarum à Deo differere in cõi : deinceps verò à q. 50.vsq; ad 64.de creatura spirituali,s.natura angelica, oĩa quæ ad Theologũ spectare poterant in hac vita disputauit.Consequẽter ẽt à q.65.de opere creationis creaturæ corporalis Theologicũ sermonẽ instituit:& oĩa quæ de operibus sex dierũ dubitari poterãt absoluit vsq; ad q.74. Verum.n.verò qm̃ potissimũ opus vniuersi visibilis est hó , qui sexta die est factus,seorsum de illo Theologicã doctrinã ab hac q.75.vsq; ad q.102.latissimè disponit,suisq; numeris absolutam reddit. Quæ quidẽ doctrina Theologis pernecessaria est , non solùm ad speculatiuas & Theologicas veritates penetrãdas,sed ẽt ad Christianã praxim valde vtilis est. Cũ.n.in cognitione Dei & sui,vitæ Christianæ ædificatio fundetur,necesse est,vt sui ipsius ignorãtia multa incõmoda in vitæ Christianæ exercitatiõe pariat.Sicut igitur dicit Augu.c.15.soliloquiorũ prius ipsa anima cognoscẽda est, per quã alia cognosci possunt.Quin ẽt & ipse Arist.lib.1.de anima statim in principio ad omnẽ veritatem hmõi cognitionẽ plurimũ conferre asserit. Hoc sanè experietur qui tractatũ hũc de hoie prout à D.Th. disputat attẽtè perlegerit, intellexeritq;.

ARTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm anima sit corpus.

382 2. contrag. 64. & 80. Et de anima arti. 19.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, quòd anima sit corpus. Anima enim est motor corporis, non autem est mouens non motum. Tum quia uidetur, quòd nihil possit mouere nisi moueatur: quia nihil dat alteri quod non habet, sicut quod non est calidum, non calefacit. Tum quia si aliquid est mouens non motum, causat motum sempiternũ, & eodem modo se habentem, vt probatur in 8. Physic. * Quod non apparet in motu animalis, qui est ab anima. Ergo anima est mouens motum. Sed omne mouens motũ est corpus, ergo anima est corpus.

Lib. 8. Physi. à tex. 45. vsq; ad 53. to. 2.

¶ 2 Præterea. Omnis cognitio fit per aliquam similitudinem. Non potest autem esse similitudo corporis ad rem incorpoream. Si igitur anima, non esset corpus, non posset cognoscere res corporeas.

¶ 3 Præterea. Mouentis ad motum oportet esse aliquem contactum. Contactus autẽ nõ est nisi corporum. Cùm igitur anima moueat corpus, videtur q̃ anima sit corpus.

Li. 6. de Tri. c. 6. circa à mediũ.

SED contra est, quod Augusti.* dicit 6. de Trinita. q̃ anima simpliciter dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci.

to. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd ad inquirendum de natura animę, oportet præsupponere, quòd anima dicitur esse primum principium vitæ, in his quę apud nos viuunt. Animata enim viuentia dicimus, res verò inanimatas vita carentes. Vita autem maximè manifestatur duplici opere, scilicet cognitionis & motus. Horum autem principium antiqui philosophi imaginationem transcendere non valentes, aliquod corpus ponebant, sola corpora res esse dicentes, & quòd non est corpus nihil esse. Et secundum hoc animam aliquod corpus esse dicebant. Huius autem opinionis falsitas, licèt multipliciter ostendi possit, tamen uno utemur: quo etiam communius & certius patet animam corpus nõ esse. Manifestum est enim quòd non quodcunque vitalis operationis principium est anima, sic enim oculus esset anima, cum sit quod dã principiũ visionis. Et idem esset dicendum de aliis animæ instrumentis. Sed primum principium vitæ dicimus esse animam. Quamuis autem aliquod corpus possit esse quoddam principiũ vitæ, sicut cor est principium vitæ in animalibus, tamen non potest esse primum principium vitæ aliquod corpus. Manifestum est enim quòd esse principium vitæ vel viuens, non conuenit corpori ex hoc quòd est corpus: alioquin omne corpus esset viuens aut principiũ vitæ. Conuenit igitur alicui corpori quòd sit viues, vel etiam principium vitæ, per hoc quòd est tale corpus. Quod autem est actu tale habet hoc ab aliquo principio, quod dicitur actus viui. Anima igitur, quę est primum principium vitæ non est corpus, sed corporis actus: sicut calor qui est principium calefactionis, non est corpus, sed quidam corporis actus.

Aug. lib. 10. de Ciu. Dei cap. 31.

AD primum ergo dicendum, quòd cùm omne quod mouetur, ab alio moueatur, quod non potest in infinitum procedere, necesse est dicere, quòd nõ omne mouens mouetur. Cùm enim moueri sit exire de potentia in actum, mouens dat id quod habet mobili, inquantũ facit ipsum esse in actu. Sed sicut obiicitur in 8. Physic.* est quoddam mouens penitus immobile, quod nec per se, nec per accidens mouetur: & tale mouens potest mouere motum semper uniformem. Est autem aliud mouens, quod nõ mouetur per se, sed mouetur per accidens. Et propter hoc non mouet motum semper uniformẽ. Et tale mouens est anima. Est autem aliud mouens, quòd per se mouetur, scilicet corpus. Et quia antiqui naturales nihil esse credebant nisi corpora, posuerunt, q̃ omne mouens mouetur, & quòd anima per se mouetur, & est corpus.

Locis à tergo in argu.

AD secundum dicendum, quòd non est necessarium quòd similitudo rei cognitæ sit actu in natura cognoscentis. Sed si aliquid sit quod prius est cognoscens in potentia, & postea in actu, oportet quòd similitudo cogniti non sit actu in natura cognoscentis, sed in potentia tantum. Sicut color non est actu in pupilla, sed in potentia tantum. Vnde non oportet quòd in natura animæ sit similitudo rerũ corporearum in actu, sed quòd sit in potentia ad huiusmodi similitudines. Sed quia antiqui naturales nesciebant distinguere inter actũ & potentiam, ponebant animam esse corpus ad hoc q̃ cognosceret omnia corpora: & quòd esset composita ex principijs omniũ corporũ.

AD

AD tertium dicendum, quòd est duplex contactus, quantitatis & virtutis. Primo modo corpus non tangitur nisi à corpore. Secundo modo corpus potest tangi à re incorporea quæ mouet corpus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima non potest esse corpus, sicut multi Philosophorum opinati sunt. Hanc probat vnica ratione. Anima est principium vitæ; ergo non potest esse corpus. Hanc consequentiam bonam esse, apertè ostendit D. Thomas.

¶ Secunda conclusio. Anima est actus corporis. Hęc sequitur ex eadem ratione qua prior conclusio probatur.

COMMENTARIVM.

SVperuacaneum esset hoc in loco plurima Philosophorum deliramenta referre, quæ Aristoteles narrat lib. 3. de anima ca pite 2. & sequentibus. Contra quos etiam Di. Thom. libro secundo. cont. gen. cap. 65. plurima colligit efficacissima argumenta. Idipsum præstat Gregorius Nisenus lib. secundo suæ philosophiæ. Et quod attinet ad hominis animam egregie probat eandem conclusionem Di. Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa cap. 12. lib. 3. capi. 16. Nec te moueat quòd D. Augusti. lib. 22. de ciuitate capi. 11. dicit Aristotelem asseruisse animam esse quintum corpus, Platonem verò nullum. Etenim Di. Augusti. vel hoc legit in aliquo exemplari vitiato, vel certè nullibi legerat, sed ad aures eius falsò a sic opinantibus peruenerat. Nihil enim est in doctrina Aristot. apertius dictum, quàm animam esse corpus, sed actum corporis. Ipse etiam Augustinus ita docet libro secundo retractationum capit. 56. vbi ait, se scire animam nõ esse corpus, sed spiritum. Fatetur autem ipse in lib. 4. confessionum capit. 15. quòd olim dum erroribus Manichęorum teneretur, non poterat intelligere quo pacto anima non esset aliquid corporeum.

¶ Circa eandem primam conclusionem obseruandum est quòd nomine corporis, cum dicitur animam non esse corpus, non est intelligendum aliquid præcisè distinctum contra spiritum. Certum est enim, quòd conclusio vniuersalis est, sicut & ratio illius, & verificatur de omni anima etiã vegetatiua, quæ corporea est & extensa: quamuis non sit corpus, vt explicabitur. q. 76. art. 8. ¶ Aduerte etiam pro intelligentia literæ articuli, quòd cùm Di. Thom. ait, q̃ vita maximè manifestatur cognitione & motu, non de quolibet motu intelligendũ est, sed de motu qui est ab intimo principio cum aliqua differentia motus. Nec tamen intelligas, quòd in omni viuente oporteat esse cognitionem: sunt enim plantæ viuentes, nec tamen cognoscunt, quoniam earum vita imperfecta est, & solo motu augmenti, ad omnem differentiam situs earum vita manifestatur.

¶ Circa secundam conclusionem aduerte, q̃ Di. Thomas non assignauit in hoc articulo completam animæ definitionem in communi, sed solùm intendit demonstrare ex illa communi animæ ratione, quod non sit corpus, sed corporis actus, & quàm alienũ sit ab anima rationali esse corpus, quamuis secundum communem rationem anima sit actus corporis. Nihilominus hoc in loco consueuerunt Theologi exactam definitionem animæ examinare, quam ponit Aristotel. libro secundo. de anima statim à principio. Anima est actus primus corporis physici organici in potentia vitam habentis. Aliam animæ definitionem ponit Aristote. in eodem libro capi. 2. text. 24. dicens, quòd anima est id quo primò viuimus & sentimus & mouemur & intelligimus. Et vt morem sequamur Theologorum has duas animæ definitiones explicabimus & examinabimus.

¶ Circa primam aduertendum est q̃ Aristo. loco citato ad inuestigandum genus ponendũ in illa priori definitione animę, præmittit definitioni tres diuisiones, quarũ prima est. Eorum quæ sunt aliud est substãtia aliud accidens. Quæ diuisio magis est à philosopho insinuata quàm explicata, supponitur. n. ex ante prædicamentis. Secunda diuisio est. Substãtia aut est materia aut forma, aut compositum; ex his autem materia est potẽtia ens, forma autẽ entelechia, i. actus.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed actus est duplex(& hæc est tertia diuisio)alter qui est principium operandi,sicut scientia:alter qui est ipsamet operatio,sicut vsus vel consideratio scientiæ: & iste vocatur actus secundus, ille actus primus. Ex his diuisionibus colligit Arist.genus ponendum in definitione animæ per locũ à sufficienti diuisione,scilicet,quòd anima non est accidens sed substantia; non quæcunque substantia(non enim materia nec compositum) sed forma & actus: & quidem non actus secundus, sed actus primus. Ex quibus diuisionibus restat, quòd genus huius definitionis sit actus primus.

DVbitatur ergo primò ad exactam intelligentiam prædictæ definitionis. Vtrum ad assignandum genus huius definitionis,rectè processerit Aristot.Quod idem est,atque quærere,an id quod D.Thom.dicit in secunda conclusione, Animam esse actum se habeat ad animam vt genus?

¶ Pro parte negatiua arguitur primo. Anima non pertinet ad genus substantiæ, ergo anima non est actus substantialis propriè.Probatur antecedẽs, primò quia quidquid pertinet ad prædicamentũ substantię aut est prima aut secunda substantia, vt docet Aristot.in prædicamento substantię,sed anima nec est prima substantia, cùm non sit suppositũ:nec secunda,cũ non sit genus aut species.Secundò probatur antecedens. Nam substãtia est quæ per se subsistit:anima autem non per se subsistit; imò est aliquid rei subsistentis. Tertio probatur idem antecedens. Nam Aristot. loco citato text. 4.docet, quòd anima est in subiecto, ergo potius est accidens quàm substantia.Probatur consequentia,quoniam in prædicamento substantiæ in text.5.docet esse proprietatem substantiæ, non esse in subiecto.Quã proprietatem docet ibi Aristot. non solùm substantiæ,quæ ponitur in recta linea, sed etiam differentijs conuenire.

¶Arguitur secundò.Dato quòd anima sit substãtia,probatur quòd non sit actus.Anima est corpus, ergo non est actus. Consequentia euidens est: quia vnum corpus nõ potest esse actus alterius corporis, vt demõstrat. D. Thomas in articulo. Antecedens probatur primò quia in Concilio Niceno. 2.& in 7.Synodo generali, refertur sententia cuiusdam episcopi doctissimi asserentis animam & angelos esse præditos corpore, idest,habere corpus.Et tamen illa sententia non reprobatur ibi,imò videtur approbari. Secundò idem probatur, nam anima vegetatiua & animę reptilium habent trinam dimensionem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, & possunt diuidi secundum trinam dimensionem; ergo sunt corpus: nam hæc trina dimensio est proprietas corporis. Tertiò, quia anima est mouens mota, (non est primum mouens omnino immotum) sed omne mouens motum est corpus: quia in 6. Physico.text. 32.docet Aristotel.quòd omne mouens motum est diuisibile & corpus.Quartò probatur idem antecedens, quoniã cùm anima sit mouens corpus, oportet,q̃ sit cõtactus inter animam & corpus,ex doctrina Arist.7.Physico. sed contactus non est nisi duorum corporum; ergo. Tertiò probatur antecedens,quia si anima non esset corpus non posset cognoscere res corporeas, sit.n. cognitio per assimilationem: incorporeum autem rei corporeæ assimilari non potest; ergo anima non est actus corporis sed corpus. ¶Arguitur tertiò. Si anima est actus, aut est actus purus aut compositus includens in se actum & potentiam: non primum, quia solus Deus est actus purus, vt D. Thomas sæpè demonstrat, neque secũdum, quoniam falsò diceretur,quòd anima sit actus; pars enim non prædicatur de toto. Et eadem ratione diceretur quòd anima esset potentia, quoniam est composita sicut ex actu,ita & potentia. Tandem probatur illud antecedẽs,quoniam si est actus admixtus potentiæ, ergo componitur ex actu & potentia. Rursus de illo actu, qui intrat hanc compositionem animæ, quæritur an sit actus purus vel compositus? & fit idem argumentum procedendo vsque in infinitum.Confirmatur. Actus dicit aliquid transcendens, ergo non est de definitione animæ. Probatur consequentia, quia transcedẽtia non pertinẽt ad rerũ definitiõnẽ. ¶Quartò arguit principaliter. Oẽ illud in quo inueniunt proprietates materię cõponit ex materia & forma:sed in anima inueniunt proprietates materiæ, scilicet esse in potẽtia,recipere, & pati,&c.ergo anima componitur ex materia & forma,ergo non est actus sed compositum. Confirmatur. Nam forma non terminat actionem agentis,sed compositum, at anima terminat actionem agentis, saltim anima humana quæ terminat creationem Dei; ergo anima non est actus.

¶ Pro decisione huius difficultatis sit prima conclusio.Anima non est accidens, sed substantia. Pro explicatione huius conclusionis nota, quòd substantia dupliciter accipitur, vno modo strictè pro eo quod ponitur in recta linea illius prædicamenti: & sic diuiditur in primam & secundam.Alio mõ accipitur largè prout se extendit ad oẽ illud quod nõ est accidens,siue sit pars siue totũ.Prima vocatur substantia completa secunda verò incompleta. Et in hac secunda acceptione dicimus, quòd anima est substantia.Quæ conclusio statuitur contra Galenum qui lib.3 .de locis affectis capit.6. & alijs multis locis,docuit animam esse complexionem & temperamentum primarum qualitatum. Est etiam contra omnes philosophos quos refert Aristot.1.de anima tex. 54.& sequentibus,dicetes, quòd anima est armonia:non armoniã musicæ, sed qualitatum corporalium conuenientiam intellige bant: vt ibi explicat Aristo.Et sic tam Galenus quàm isti philosophi ponebant animam esse aliquod accidẽs. De quo nos plura diximus in 1. de generatione cap. 10. q. 3.conclu.5.Hęc conclusio asseritur à Commentatore in secundò de anima commento. 1. vt per se nota.Quam tamen aliqualiter probat:quia anima est nobilior accidentibus, ergo non est accidens. Et eam asserit Auicenna in lib.de anima cap.3.& probat, quia anima est susceptiua contrariorum,ergo est substantia. Probatur consequentia, quia hæc est proprietas maximè attributa substantiæ in text.10.prædicamenti substãtiæ.Sed probationes istæ non videntur multùm efficaces: quia ad primam posset responderi,quòd anima non est nobilior omni accidente, sed solum accidentibus alijs præter ipsam. Ad rationem autem Auicennæ dici posset,quod susçipere contraria nõ conuenit animę vt subiecto quod, sed vt quo, saltim animabus brutorum.Sic autẽ, etiam accidentia susçipiunt contraria: vt pater de superficie,quæ modo susçipit albedinem modo autem nigredinem.Quare efficatius probatur eadem cõclusio primò.Viuentia per animam constituuntur in tali specie, & differunt specie à non viuẽtibus, ergo anima non est accidens substantia.Antecedens est notum & probatur consequentia.Viuentia non sunt accidentia,ergo id qđ constituit illa in tali esse substantiali,necessario est substantia, & non accidens.

¶ Secundò probatur conclusio. Anima est primum principium motuum qui reperiuntur in viuentibus: sed hoc principium non potest esse accidens,ergo. Probatur minor. Accidens nunquam operatur in virtute propria, sed semper vt instrumentum & virtus alicuius prioris principij,vt patet inductiuè in calore ignis, grauitate lapidis. Item quia accidens sicut non habet per se esse sed à substantia: ita etiam nec operari, ergo accidens non potest esse primum principium operandi,& per consequens non potest esse anima.

¶ Vltimò probatur. Quoniam si anima esset accidens, maximè esset armonia vel temperatura qualitatum,vt dicebant autores citati,sed hoc est impossibile,ergo, &c. Probatur min. Anima in animalibus est principium motus progressiui: sed complexio primarũ qualitatum nõ potest esse principium talis motus,ergo &c.Probatur min. nam motus qui fieret virtute talis complexionis,sequeretur naturam qualitatis prædominantis sicut in alijs mixtis insensibilibus quorum omnia ferè mouentur deorsum propter prædominantem terram,ergo anima non est armonia.

¶ Secunda conclusio.Anima non est materia neque corpus aliquod neque compositum.Quòd anima non sit materia manifestissimum est:quia anima ab omnibus supponitur esse principium motus & operationum vitæ,materiam autẽ de se nullius esse actiuitatis, etiam omnes concedunt:quare nullus philosophorum dixit animam esse materiam.Quòd verò anima nõ sit corpus aut aliquid ex materia compositum,nõ ita manifestũ est.Imò omnes ferè antiqui philosophi quorum placita retulit Aristot. in lib.de anima capit.2.conueniebant in hoc, quòd anima esset corpus, licèt dissentirent

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in assignando quodnam corpus esset, quibusdam asserentibus animam esse ignem, alijs aerem, alijs corpus cœleste, & Auicembron in lib. fontis vitæ, docuit animam esse compositam ex materia & forma, cuius sententiam refert D. Thom. in q. de anima art. 6. quare ibi contra omnes prædictas opiniones probat, quòd anima non possit esse corpus, nec aliquid ex materia compositũ. Hoc probat D. Thom. 1. ratione Arist. 2. de anima text. 4. Corpus non est in subiecto, anima est in subiecto, ergo anima non est corpus. Consequentia est euidens, & maiorem probat, quia potius conuenit corpori, quòd sit subiectum & materia, quàm esse in subiecto & in materia.

¶ Secundo probatur concl. Anima dum viuificat corpus est in eodem loco corporis, ergo anima non est corpus. Antecedens est manifestum: quia si forma esset loco separata à materia, non posset illam intimè actuare, sicut necesse est. Et consequentia probatur, quia duo corpora esse simul in eodem loco impossibile est sine penetratione corporum: quæ naturaliter non est possibilis.

¶ Tertio probatur ratione efficacissima D. Thomæ in articulo, cuius summa breuissima est, quoniam anima est primum principium totius vitæ, sed corpus non potest esse primum principium totius vitæ, ergo. Min. probatur. Corpus nõ est primum principium totius vitæ in quãtum corpus: aliàs omne corpus esset primum principium vitæ; si autem conuenit illi in quantum tale corpus est, iã non ipsum corpus, sed actus ille à quo habet, quòd sit tale, erit primum principium & prima causa totius vitæ, ergo ille actus erit anima. Quartò probatur vniuersaliter, quòd anima non possit esse ex materia composita. Anima est forma viuentis corporis, ergo si est composita, aut est forma secundum se totam, aut secundũ aliquam partem sui. Non primum, quia secundum materiam nihil potest informare; materia enim non dicit actualitatem sed potentialitatem. Si autem informat secundum aliquam sui partem: iam illa pars erit primus actus & primum principium vitæ & non totum compositum. De anima intellectiua sunt specialiores rationes ad ostendendum quòd non sit corpus nec ex materia composita: quæ adducentur suis proprijs locis.

¶ Tertia conclusio. Anima est actus & forma. Hæc conclusio probatur ex præcedentibus per locum à sufficienti diuisione. Nam si anima est substantia, & non est materia nec compositum, erit actus & forma. Sed videtur quòd hæc probatio, quę est Aristo. loco cit. non conuincat, quia diuisio illa substantiæ in materiam formam & compositum est insufficiens. Probatur. Diuisio ista est substantiæ corporeę solius: posset autem aliquis dicere, quòd anima est substantia spiritualis, ergo. Respondetur quòd probatio Aristotel. supponit animam esse principium vitæ in rebus corporalibus & aliquid earum (quod ab omnibus concedebatur) & per consequens anima debet esse actus corporis & non separatus. Secundò respondetur, quòd substantiæ spirituales sunt actus & formæ: & sic diuisio est sufficientissima includens omnes formas substãtiales tam corporeas quam incorporeas, tam eas quæ sunt actus corporum, quã eas quæ sunt separatæ. Et hæc videtur fuisse mens Arist. qui antequam diuideret substãtiam incorpoream, diuiserat illam in materiam formam & compositum, ergo diuisio ista iuxta mentem Arist. intelligitur de substantia in communi. Ex qua diuisione nos concedimus solum colligi, quòd anima sit forma substantialis, siue actuans corpus siue non, & hoc solum intendimus in nostra conclusione. Quòd autẽ vere & de facto sit actus à corpore non separatus sed informans illud; manifestabitur in sequenti dubio.

¶ Secundò probatur nostra conclusio. Omne ens naturale cõponitur ex materia & forma, sed viuentia sunt entia naturalia, ergo componuntur ex materia & forma. Rursus, ea ex quibus componuntur viuentia, sunt corpus & anima, ergo anima est forma. Patet consequentia, quia corpus nõ potest esse forma, cum sit pars materialis & passiua, ergo anima est forma viuentis.

¶ Tertiò specialiter probatur de anima humana, quòd sit forma. Intelligere est propria actio huius animæ, sed intelligere nõ potest esse actio alicuius compositi, sed solius

lius formæ (vt infrà demonstrabimus) ergo anima humana est forma & actus.

¶ Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum nego antecedens. Ad primam probationem, respondetur, quòd licèt anima non sit prima nec secunda substantia: pertinet tamen ad illud genus tanquam pars substantiæ. Diuisio autem substantiæ in primam & secundam, est diuisio substantiæ completæ. Ad secundam probationem, dico non solùm esse substantiã, quæ per se subsistit vt totum, sed omne illud quod non est accidens siue sit totum siue sit pars. Ad tertiam probationem respõdetur, quòd esse in aliquo contingit multipliciter. (Aristoteles quidem 4. Phys. text. 23. connumerat octo modos) sed quantũ ad præsens attinet, esse in subiecto, contingit dupliciter. Vno modo recipiendo esse ab ipso subiecto, & nõ tanquam pars eius, sed supponendo illud constitutum. Et iste modus existendi in subiecto solùm conuenit accidentibus, secundùm Aristotelem, & interpretes illius in anteprædicamentis, capitu. secundo. & hoc modo est proprietas cuiuscunque substantiæ, siue talis, siue partialis non esse in subiecto. Alio modo potest aliquid esse in alio tanquam pars illius dando illi esse, nec supponendo rem constitutam in actu, sed constituendo & componendo illam. Et hoc modo formæ substantiales sunt in subiecto, imo & ipsum esse omnium rerum substantialium, dicitur esse in subiecto, s. io essentia actuando illam. Et in hoc sensu docet Arist. loco citato, q[d] anima est in subiecto. Ex quo nullo modo sequitur q[ꝑ] sit accidens.

¶ Ad secundum principale nego q[ꝑ] anima sit corpus. Ad primam & secundã probationem specialiter dicemus articulo sequenti. Sed pronunc respondetur breuiter negando consequentiam quando antecedẽs esset verum, s. animam rationalem esse corpoream. Instãtia est manifesta in formis vegetatiuis. Et itidem respondetur, ad secundum probationem quòd ex eo quòd illæ animæ sint diuisibiles secundum triam dimensionem, tantum colligitur, q[ꝑ] illæ animę sint corporeę & materiales: non autem quòd sint corpora: quia de ratione corporis est quòd sit diuisibilis per se.

A At illæ animę non sunt diuisibiles per se, sed condiuiduntur secundùm diuisionem corporis in quo sunt. Aliquid vero corporeum potest esse actus corporis.

¶ Ad tertiam probationem respondetur, q[ꝑ] anima mouet mota est autem mota per accidens, non per se, loquẽdo de motu physico, de quo procedit argumentum. At vero id quod mouetur per accidens, non est necesse quòd sit corpus diuisibile: vt patet in puncto, q[ꝑ] est indiuisibile: & tamen mouetur ad motum totius. Et sic anima mouetur, imo & angelus posset hoc modo mouere, verbi gratia, quando defert lapidem, sicut dictum est supra quæstio. 53. Ad quartam probationem antecedentis, respondetur, quòd contactus quantitatiuus non potest fieri nisi inter duo corpora, contactus vero virtutis potest esse inter duas res incorporeas: quia non consistit in approximatione quantitatis, sed in actione, & participatione similitudinis; qualiter etiã corpora loco valde distantia dicuntur se tangere, sicut corpora cælestia tangunt hęc inferiora. Hoc igitur contactu virtutis anima licèt non sit corpus, potest tangere corpora & mouere illa. Videantur tres insignes differentiæ quas D. Thom. in 2. cont. gent. assignat inter prædictos contactus.

¶ Ad vltimam probationem respondetur, quòd similitudo rei cognitæ non debet esse in cognoscente secundum esse naturale, imo si ita esset impediretur cognitio, quia intus existens prohibet extraneũ. Sed sufficit, q[ꝑ] sit secundum esse intentionale. Et hoc quidem semper in actu, sed prius in potentia, & postea in actu. Nam species coloris non est semper actu in oculo, sed solum quando videmus actu. Antiqui philosophi quia non distinguebant istos modos essendi in cognoscente, nec separabant potentiam ab actu; ad saluãdam assimilationem, posuerunt animam esse semper ipsa corpora quæ cognoscit secundum esse naturale.

¶ Ad tertium respondetur, q[ꝑ] anima non est actus purus: quælibet enim creatura habet aliquid ad mixtum potentialitatis. Nec est actus simpliciter: nam hoc est propriũ actus essendi, quòd sit actus respectu cuiuscunque, & sic actus simpliciter re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spectu omnium : quia recipitur ab omnibus, & ipsum esse nihil recipit. Omnis enim essentia & omnis perfectio quantuncunque actualis, relata ad actum essendi est potentialis: vt docet Diuus Thomas suprà quæstio.4.artic.2. & quæstio.8. artic.1 anima verò est actus determinatus respectu corporis, vt in sequentibus explicabimus. Itaque sicut esse hominis non est actus vniuersalis, sed determinatus ad hominem: ita anima est actus determinatus ad corpus physicum & includens aliquid potentialitatis. Ad huius tamen primam improbationem respondetur: quòd vt colligitur ex doctrina domini Caietan. cap.5. de ente & essentia, hæc est differentia inter compositionem physicam & compositionem ex actu & potentia, siue quod idem est ex esse & essentia, quòd in compositione physica componentia sunt verè partes, & sic nulla illarum prædicatur de toto; in compositione autem ex actu & potentia non est compositio tanquam ex partibus, nam esse non est pars alicuius creaturæ, sed componitur veluti ex aliquo toto, scilicet, ex ipsa essentia, & esse veluti ex modo determinante & cõplente essentiam vt sit. Vnde cùm non sit verè pars sed totum, potest prædicari de re. Nec eadem ratione potest anima dici potentia quamuis in ordine ad esse & alia multa comparetur vt potentia ad actum. Cuius ratio est, Quoniam anima cum essentialiter sit pars, & solummodò ad materiã & ad compositum dicat ordinem essentialem, non autem ad esse nel ad aliquã aliã formam, hinc est quòd anima simpliciter, imò & essentialiter dicitur actus & forma compositi & materiæ, non autem potentia. Ad alteram improbationem respondetur, quòd in anima non possumus distinguere alteram partem quæ sit actus, & alteram quæ sit in potentia, sicut in composito: sed ipsa anima secundum se totam est actus corporis & est in potentia ad esse & ad vnionem & alia multa. Quare negatur, quòd detur processus in infinitum. Ad confirmationem respondetur, quòd actus non est omnino transcendens, cum non de omnibus prædicetur, non enim dicitur de materia nec de composito, maximè quòd actus hic non accipitur in tota latitudine sua, sed pro actu substantiali, vt declarat Aristot. in text.4. citato. Et sic optimè potest poni in definitione animæ.

¶ Ad quartum negatur minor: quia esse in potentia, recipere & pati, aliter conuenit animæ quàm materiæ. Recipit enim anima transmutationes intentionales, & non physicas, quarum materia est principium; & sic in anima proprietates materiæ non inueniuntur. Ad confirmationem respondetur, quòd nulla anima terminat actionem agentis, nisi anima intellectiua, quæ à solo Deo producitur. Cùm enim agentia corporalia non producant aliquid nisi ex materia, non potest eorum actio terminari, nisi ad compositum ex materia. Actio autem Dei, qui rem sine materia aliquando operatur, ad solam formam potest terminari.

¶ Deinceps explicanda est prædicta diffinitio quo ad singulas partes, quas Aristoteles posuit ad assignandam differentiam animæ à reliquis formis substantialibus. Vbi aduertendum est, quòd Aristot. ad inuestigandum differentiam propriam animæ, alias tres diuisiones præmittit diffinitioni prædictæ. Prima diuisio est, substantiarum, inquit, quædam sunt corpora, quædã non. Secunda diuisio, corpora quædam sunt physica, idest, naturalia: quædam non naturalia, vt domus. Horum potissima sunt naturalia: quia habent formas substantiales. Tertia diuisio. Corporum physicorum quædam habent vitam, quædam non habent. Illud dicitur habere vitam, quod per seipsum alimentum & augmentum suscipit. Quæ descriptio de solis viuentibus corporeis intelligenda est. His diuisionibus statutis, docet Arist. text.4. citato, quòd anima non est corpus quia corpus non est in subiecto, anima aũt in subiecto est. Est autem actus corporis, non artificialis sed naturalis quia est actus substantialis & non cuiuscunque corporis naturalis, sed potentia vitam habentis. Et quia omne tale corpus est organicum: anima est actus corporis organici. Et sic integra & perfecta animæ definitio colligitur, quòd est actus primus corporis physici organici, potentia vitam habentis.

DVbitatur ergo secundo principaliter circa prædictam diffinitionem. Verũ in assignãda dria illius, rectè ¶ peccarit Ari-

¶ Pro parte negatiua arguitur primò. Diffinitio debet esse vniuoca respectu diffinitorum, sed animæ rationali & reliquis non potest dari vniuoca diffinitio communis omni animæ: ergo. Probatur minor, quia vt docet Aristotel. 10. Metaphysicor. text.26. corruptibili & incorruptibili nihil potest esse commune vniuocum: sed anima intellectualis est incorruptibilis, cæteræ verò corruptibiles, ergo.

¶ Secundò arguitur. Differentia constitutiua alicuius rei conuenire debet omni contento sub illa: sed esse actum corporis physici, &cæter. non conuenit omni animæ, ergo. Probatur min. Tum ex Aristotel. text. 11. libro secundo de anima. Vbi ait expresse, quòd aliquæ partes animæ nullius corporis sunt actus, quòd propter animam intellectiuam dictum est: tum ratione, quia omnis anima vnitur corpori vt actus eius, ergo extenditur per totum corpus, & sic erit diuisibilis ad diuisionẽ corporis: quod quidem est falsum saltum quantum ad animam humanam, ergo illa particula, scilicet, esse actum corporis, non conuenit omni animæ. Confirmatur, esse actũ corporis per quandam solam assistentiam, sicut nauta assistit naui, non est esse veram formam, sed aliqua anima, verbi gratia rationalis, solùm est assistens corpori, Aristotel. enim in eodem textu. 11. dicit, inmanifestum esse, an anima sit corporis actus sicut nauta, ergo definitio propriè non conuenit omni animæ.

¶ Tertiò arguitur. Anima nunquam cessat ab operatione, ergo non est actus primus, nec actus potentia vitam habentis. Antecedens patet tam in motu cordis, qui nunquam cessat, quam etiam in motu nutritionis, de quo dicitur in primo de generatione. text.41. quòd animal tamdiu nutritur, quandiu saluatur. Et probatur consequentia: quia actus primus est ille qui est separabilis ab operatione, vt explicat Caietan. in 2. de anima cap.1.

¶ Quartò. Anima est potissima perfectio animantis, ergo est actus secundus, & non primus. Probatur consequentia: quia actus secundus perfectior est, quàm actus primus, est enim finis illius: sicut habere scientiam ordinatur ad actualem considerationem. Vnde secundo de cœlo text.17. dicitur, quòd vnumquodque est propter suam operationem. Et propter eandem rationem Aristotel. 1. Ethicor. capit. 12. & lib.10. capit. 6. & 7. docet, quòd fœlicitas, quæ est maxima omnium perfectionum, non consistit in habitu, sed in actu & operatione.

¶ Quintò aguitur sic. Anima coniuncta & separata est eadem anima & eiusdẽ ordinis & rationis, & habet eandem definitionem & essentiam: sed anima separata non est actus corporis, nam in actu separationis nullum actuat corpus, ergo non est de eius essentia esse actum corporis.

¶ Sextò arguitur contra illam particulam physici siue naturalis & organici. Anima facit, quòd corpus sit physicum & organicum, & corpus habet esse physicum, & organicum per hoc, quòd includit animam, ergo non bene definitur anima per ordinem ad corpus physicum & organicum. Antecedens est notum: nam vt infrà. quæstio.76. articul. 3. & 4. ostendemus tantum est vna forma substantialis, quæ dat esse viuentis, & esse corporeum &cæt. Consequentia verò probatur, nam anima non est actus corporis compositi ex corpore & anima. Confirmatur. Anima est actus carnis & sanguinis: sed caro & sanguis & os non sunt corpora organica, ergo anima non est actus corporis organici. Maior demonstrabitur locis citatis. Minor vero probatur: nam corpus organicum est illud quod habet partes diuersæ rationis, at caro, sanguis, & os non habent partes diuersæ rationis, quælibet enim pars sanguinis est sanguis, & carnis caro, ergo.

¶ Septimò contra illam particulam organici. Corpus esse organicum, posterius quid est, quàm anima: ergo illa particula, organici, male ponitur in animæ definitione. Antecedens patet, quia esse organicũ est effectus animæ. Et probatur consequentia, quia diffinitio si quidditatiua est, debet dari per priora definito. ¶ Vltimò arguitur contra illam particulam, potentia vitã habentis. Anima vegetatiua semper hẽt actũ vitæ, ergo non est actus corporis potentia vitam habentis. Huic consonat, quod dicit Cicero li.1. Tusculanarum quæstionum de

Universidad de Deusto
Biblioteca

siniens animam ex Arist. & Platone, q̃ anima sit perennis & perpetua motio. Et D. Augustin. lib. de spiritu & anima c. 17. ait, q̃ anima est spiritus rõnalis semper in motu boni & mali. Et Gen. c. 2. Anima vocatur spiraculum vitæ. Vbi apertè significatur q̃ anima sit quidam spiritus qui de se semp producit vitam actu, ergo male ait Arist. q̃ anima sit actus corporis potentia vitam habẽtis, idest, quæ non exercet actu operationem vitæ.

¶ Confirmatur, sub organico continetur potestas ad opera vitæ exercenda, ergo superflue additur illa vltima particula, potentia vitam habentis. ¶ In contrarium est autoritas Aristo. & omnium Philosophorũ vnanimiter prædictam diffinitionem accẽptantium. Et non indiget alia probatione q̃ vt singulas definitionis particulas explicemus, quomodo. c. intelligantur, & qua ratione conueniant animæ: vt argumentis fiat satis. Maximè quòd Aristo. ipse in 2. de anima cap. 2. explicat hac definitionem vt dubio sequenti videbimus.

PRima itaq; particula definitionis est, actus primus. Circa quam particulam aduertendum est, q̃ quamuis uerum sit, animam esse actum primum, idest, actum primæ potentiæ; tamen, nõ sumitur hic actus primus ab Aristo. in hac acceptione, sed vt distinguitur ab actu secundo qui est operatio. Et in hoc sensu adhuc dupliciter potest explicari prædicta particula. Primò vt actus primus vocetur forma, prout distinguitur contra operationem: actus uero secundus sit ipsa operatio. Et sic anima dicitur actus primus ad differẽtiam operationis: siue anima cesset ab operatione siue non, quia ipsa essentialiter non est operatio, sed principiũ operationis. Ita Themistius in lib. 2. de anima c. 4. & Albertus tract. 1. c. 2. ¶ Secundò potest explicari prædicta particula iuxta mentem Caietani loco citato Aristo. q. 2. q̃ actus primus hic non solùm denotat essentialem differentiam inter formam & operationem, sed etiã separationem ipsius ab actu secundo qui est operatio. Et sic anima dr actus primus, non vt ab operatione distingueret (hoc. n. per se notũ erat nec erat necessarium, vt ab Arist. tam solicitè probaret) sed vt denoteť differentia inter formas A pryè naturales & inter aĩam. Illæ. n. quantum est de se nunquam cessant ab actu secundo, si non impediatur, vt patet in ascensu & descensu leuium & grauium, & calefactione ignis qui si habeat materiam, non cessat à calefactione. Aĩa autem vel per libertãtem in hoĩbus, vel per apprehentionẽ in brutis, vel alio aliquo modo in plantis potest ab operatione cessare. Et hanc fuisse mentem phylosophi patet, tum ex eo q̃ in tex. 5. comparauit actum primum scientiæ habituali & somno, actum vero secundum vigiliæ & considerationi. Et somnum dixit esse cessationem ab actu, & q̃ dum anima est in corpore aliquando vigilia est, aliquãdo vero somnus. Patet etiam ex D. Tho. qui super eundem textum dicit expresse, quòd Arist. vocauit animam actum primũ, non solum vt distinguat illam ab actu secundo qui est operatio, sed etiam vt distinguat eã a formis elementorum quæ semper habẽt operari nisi impediantur. Prima harum expositionum facilis est, & clara. Secũda vero profundior & magis ad mentem Arist.

¶ Sed aduersus eam sunt tres obiectiones. Prima. Anima per illam particulam, organici, differt à formis naturalibus elementorum: quia istæ formæ non actuant corpus organicum, ergo anima non differt ab illis per istam particulam, primus: aliàs altera illarum esset superflua. Secũda obiectio est quæ tangitur in tertio argumento, principali de anima vegetatiua, quę nunquam cessat ab operatione, & sic non esset actus primus iuxta expositionem prædictam. Tertia. Quando dicitur, q̃ anima est actus primus, idest separabilis ab actu secũdo: uel intelligitur, quòd positis omnibus requisitis ad operandum, anima potest operari & non operari; & hoc non est verum nisi de anima intellectiua quantum ad operationes uoluntarias: in anima enim sensitiua patet, q̃ posita motione potentiæ visuæ per species, non potest non sequi actio videndi. Vel intelligitur, quod anima potest cessare ab actu secundo propter defectum alicuius requisiti. Et si ita est, nihil speciale attribuitur animæ: nam etiam formæ naturales cessant aliquando à suis actibus propter defectum requisitorum.

¶ Ad primam harum obiectionũ facilè respondetur, quòd anima in duobus differt à formis elemẽtorum & non viuentium. Primò in eo quod diximus de cessatione ab actu secundo: deinde in diuersitate corporis quod quælibet harum formarum requirit: nam anima requirit corpus organicum, formæ verò naturales nequaquam. Prima igitur differentia explicatur, per illam particulam primus, secunda verò per illam, organici. Vnde sic neutra particula superflua est. Ad secundam obiectionem dicit Commentator in tex. 5. loci citati, posse dici fortè, quòd etiam anima vegetatiua separetur aliquando ab actu secundo, videlicet in ranis maguis, serpentibus, vesis, & alijs huiusmodi animalibus, quæ in hyeme cibum non sumunt. Sed hoc excluditur ab Alberto, quia etiam in istis potentia vegetatiua non est ociosa, sed consumit humiditatem indigestam, quam acquisierant hæc animalia: & ita post illud tempus macilenta valdè apparent. Nec ipse Auerrois approbat prædictam solutionem, sed potius inclinat in sententiam Alberti citatam. Caietanus verò huic difficultati tripliciter respondet. Primò quòd sufficit, definitionem conuenire animæ vegetatiuæ per non repugnantiam, idest, quòd in quantum anima non repugnat illi cessare ab operatione: quamuis positiuè non sit separabilis ab actu secundo. Sed hic modus applicandi definitiones nunquam mihi placuit, nam eadem ratione definitio hominis posset accommodari equo, quia secundum rationem animalis non repugnat equo esse rationale. Et in proposito eadem ratione anima posset definiri per actum secundum quia animæ vt sic non repugnat semper esse in actuali operatione, vt puta animæ vegetatiuæ. Secunda solutio Caietan. est quòd ad hoc vt anima dicatur actus primus & separabilis ab operatione, satis est quòd cesset ab aliquo actu, quamuis non cesset ab omnibus sibi propriis. Et hoc certè conuenit animæ vegetatiuæ, nam cum tres sint actus illius, scilicet, nutrire, augere, & generare sibi simile; à duobus vltimis cessat sæpissimè quamuis non cesset à primo. Hæc solutio acceptatur à Ianduno in quæstio. 5. 2. de anima. Et certè sufficiens est ad explicandam mentem philo-

sophi & assignandum discrimen inter animam & formas naturales: quia istæ formæ à nulla operatione cessant nisi impediantur, aut non adsint requisita ad operãdum.

¶ Hanc solutionem impugnant aliqui, eo quòd prædictæ actiones licèt fiant ab mediante calore & alijs qualitatibus elementorum, conueniunt tamen illi in quantum est anima: Nihilominus solutio est optima, & ad impugnationem respondetur, quòd anima in quantum anima intelligit & secundum ea quæ specialiter sibi vendicat; sic autem non cõueniunt illi operationes elementorum, sed quatenus continet reliquas formas, sicut perfectum continet illud quod minus perfectum est. Vnde actiones illæ à quibus viuens cessare nõ potest, non sunt animæ in quantum animæ, sed in quantum continet vel supponit in ipso viuente formas naturales.

¶ Ad tertiam obiectionem respondetur, quòd quantum ad animam intellectiuam & sensitiuam, verum est, quod positis omnibus ab extrinseco requisitis, manet in ipsa potestas vtendi vel non vtendi illis, vt patet dum species absque vsu reseruantur in memoria sensitiua. Sed vt vniuersaliter loquamur de oĩ anima, neutro illorum modorum qui explicant in argumento intelligitur, q̃ sit separabilis ab operatione, sed in hoc sensu q̃ anima ab intrinseco & ex propria rõne habet, q̃ aliquando cesset ab opere sibi proprio. Quod etiam in anima vegetatiua verificatur, quia ex propria natura habent viuentia q̃ non semper generent sibi simile, nec in quolibet instanti nutriant, nec per totam vitam incessanter augeantur. Et sic est terminus & ratio augmenti illorum. Formæ vero naturales quantum est ex se semper operantur. Et si aliquando vacant ab opere, ab extrinseco hoc illis accidit: nam lapis semper descendit nisi ab extrinseco impediatur. Et sic definit Aristo. in 2. physicorum quod ignis & reliqua non viuentia quantum est ex se nullum habent terminum sui augmenti.

¶ Secundo loco explicandum erit quo modo aĩa sit actus corporis, & si hoc conuenit omni animæ simpliciter & vniuocè. Et quidem quantum ad animam sensitiuã & vegetatiuam omnes philosophi connes

niunt, quòd est actus corporis tanquam vera forma illius, & non tantum vt motor assistens illi. Sed de anima intellectiua non itamam Plato existimauit animam humanam non informare corpus, sed solum vti illo sicut aliquis vtitur baculo. Commentator verò dixit esse quendam intellectum separatum æternum in omnibus hominibus per quem omnes homines intelligerent. Et alij aliter de hac opinati sunt. De quibus latiùs in sequentibus dicendum erit. Quare ipse commentator. 2. de anima text. 7. dicit, quòd hęc definitio non cõuenit vniuocè omni animæ; quia esse actũ corporis secundum diuersas rationes conuenit animæ humanæ, & cæteris animabus. Cui subscribit Iandunus loco citat. q. 3. Et ob hanc causam dicunt Aristotelem in text. 7. conditionaliter loquutum & non assertiuè quantùm ad communitatem huius definitionis. Inquit enim. Si autem aliquid commune &c. insinuans in rei veritate, esse corporis actum, non conuenire cõmuniter & uniuocè omni animæ. Sed Diu. Thom. in quæstione sequenti 76. & in 2. cõtra. gent. capit. 69. & sequentibus, oppositum demonstrat esse verum, & ad mentem Philosophi: & quòd hæc definitio vniuocè conuenit omni animæ. Cuius sententiam omnes Philosophi & Theologi iam sequũtur. in capit. 2. libri 2. de anima text. 24. demonstrat Philosophus, animam esse formam dantem esse corpori. Quam demonstrationem de omni anima procedere in sequenti dubio explicabimus. Non multum differunt à positione Platonis qui dicunt, q̃ anima est tota forma viuentis; & sic nõ distinguunt inter formas totius & partis. Dicũt verò, quòd in homine idem est anima & humanitas. Materiam enim putant non esse partem quidditatis: & ita secundũ hãc opinionẽ homo esset sua anima. Quę erat sententia Platonis. Huius opinionis autor fuit Auctrois. 7. Metap. tex. 4. & 6. ex eo q̃ Aristo. in illis textibus sic videtur asserere. Et ratio fauet: quia materia magis pertinet ad principium indiuiduationis quàm ad essentiam & speciem rei, ergo nõ est pars essentiæ & quidditatis. Nihilominus D. Tho. 7. metap. tex. 34. & art. 4. sequenti, constanter asserit cũ Auicẽna, q̃ materia in omnibus rebus naturalibus est vera pars quidditatis essentiæ. Et q̃ homo non est anima, sed compositum quoddã ex anima & corpore. Et sic anima non est tota essentia viuentis, sed pars formalis actũs materiam illius. Ratio huius est, quoniam essentia rei est illud quod per eius definitionem significatur. At in definitione physica non importatur sola forma, sed etiam materia, vt notum est, ergo de essentia rei naturalis nõ est sola forma, sed etiam materia: non autẽ materia signata quæ est principium indiuiduationis, sed materia cõiter concepta. Nã sicut de rõne huius hominis sunt hæ carnes cũ istis ossibus, ita de rõne hoĩs est habere carnes & ossa. Item. Quod necessariò conuenit oĩ indiuiduo, est de essentia speciei: sed materia conuenit oĩ indiuiduo viuenti; ergo est de essentia illius. Nec Arist. vnquàm oppositum huius docuit, sed si quã materiam à quidditate rei naturalis vt excludere, de materia signata, & non de materia communi glosłandus est. Et eodem modo respondetur ad rõnem adductam in fauorem Commentatoris. De qua controuersia latiùs Caiet. ca. 2. de ente & essentia. q. 4. & Sonzinas. 7. metap. q. 26. qui circa finem quæstionis dicit, opinionem Cõmentatoris defensabilem esse: & in obsequium tanti viri conat̃ argumentis factis pro opinione D. Tho. & Auicẽnæ satisfacere. Sed frustra errorẽ alienum tam in Philosophia quàm Metaphysica tuetur.

¶ Tertia particula est, physici seu naturalis, & ponitur ad dr̃iam tam corporis mathematici quã artificialis, vt colligitur ex Arist. loco cit. tex. 3. & D. Tho. ibi. Pro cuius intellectu nota, q̃ corpus accipit̃ multipliciter. vno modo mathematicè: & sic nihil aliud est quàm spẽs quædam quãtitatis cõtinuæ diuisibilis secundum trinã dimẽsionem, vel ut propriùs loquamur est ipsa trina dimẽsio, q̃ participat quælibet corporea substãtia, & p quã est taliter diuisibilis. Est n. formalis effectus quantitatis continuæ facere substãtiã extensam & diuisibilem: sicut albedinis facere albũ. Sed ò accipit̃ corpus artificialiter; sm q̃ dicimus cathedrã esse corpus. Et sic corpus de materiali dicit substantiã, de formali accidẽs, s. figurã. Tertiò accipit̃ corpus naturaliter seu physicè pro materia, non quidem nudè considerata, sed vt subsłat formę & qualitatibus sensibilibus: seu pro ipso cõposito naturali, q̃d ex principiis naturalibus, i. materia & forma, constat. Quo aũt differant naturalia ab artificialibus & mathematicis explicatur in 2. Phys. (de quo videatur magister frater Dom. Soto ibi. q. 1.) Quia naturalia vt sic habent in se principiũ sui motus, artificialia verò aut mathematica nequaquã. Si n. cathedra mouetur motu locali aut alterationis, hoc habet quatenus lignũ est; rõne verò figuræ luæ est prorsus immobilis. Accipitur quarto modo corpus metaphysicè, p genere quodã intermedio seu subalterno, quod in recta linea ponitur prædicamenti substantiæ, & prædicatur tãquam quoddã totum metaphysicũ de omnibus rebus corporalibus. Quæ acceptio est omittenda pro nunc, quia non est ad præsens propositum. Dr̃ autẽ anima actus corporis naturalis, & non mathematici aut artificialis: nam corpus mathematicum, vt diximus, est quoddã accidens, q̃ non potest informari forma substantiali, qualis est anima, imò ipsum corpus mathematicum informat subiecta naturalia tanquam accidens proprium illorum. Corporis ẽt artificialis vt sic, nõ potest anima esse actus: quia artificialia in quantum artificialia cõstituuntur per figuram, quę est forma accidentalis: anima autem est substantia, vt probatum est dub. p̃cedẽti. Relinquitur ergo, q̃ anima est actus corporis naturalis in quantum est naturale. Anima enim est quę dat corpori motum & sensum, quẽ forma artificialis dare non potest. Vnde formalissimè anima definitur per corpus physicũ & naturale tanquam p proprium subiectum & materiam. Consonum enim est physicæ definitioni, vt cadat in ea materia sensibilis, vt docet Aristot. in lib. 1. de anima tex. 16. Et in definitione formæ debet poni proprium subiectum, vt dicitur 7. metaphy. text. 2. Vtrum autem corpus physicum, prout ponitur in ista definitione, includat ipsam animam vel aliam formã, vel dicat solam materiã, dicetur in explicatione sequentis particulę. ¶ Quarta igitur particula huius definitionis est organici, Quæ ponitur ad distinguendam animã ab omnibus formis naturalibus: q̃ quidẽ conueniunt in hoc, q̃ sunt actus corporis physici, sed non organici. Organum n. in rebus artificialibus significat instrumentũ quoddam partium varietate cõfectum, vt serra aut dolabra. Vnde musicũ quoddã instrm, satis notum, organũ quasi p anthonomasiam appellatur: eo q̃ mira partium varietate dispositioneque constat. Hinc fit vt in rebus naturalibus illud corpus dicatur organicum, quod constat pluribus, situ, fabrica, & complexione distinctis. Sicut manum videmus esse compositam ex ossibus carne nervis &cęt. Inter animam ergo & formas naturales hoc est discrimen, q̃ anima propter sui eminentiam varias & innumeras operationes elicit, & quanto perfectior est anima, tanto plures elicit. Et sic animalia habẽt operationes plantarum, & alias plures: & præter has omnes, aliæ superadduntur in homine. Vnde anima requirit in proprio corpore varia organa & instrumenta, quibus suas operationes exerceat. Quod etiam in plantis, quæ infimum gradum vitę participant habere verum, docet Philosophus in loco cita. 2. de an. tex. 6. Reperiuntur enim in arbore folia, fructus, rami, radices, &c. Formæ vero naturales propter sui imperfectionem non habent prædictam operum multiplicitatem, & per cõsequens non requirunt in corpore organorum diuersitatem, sed sunt in corporibus homogeneis, eandemque virtutem & operationem habent in toto & partibus, vt patet in igne, qui sicut totus ascendit & comburit, ita quælibet pars eius est ignis. Forma q̃dẽ naturalis, actus est corporis physici: sed simplicis & homogenei, anima verò est forma corporis organici etærogenei.

Sed circa istam particulam & præcedentem in quibus proprium animæ subiectum continetur, sciendum est. Primò ex D. Thom. de potentia quæst. 7. arti. 2. ad 9. & in aliis multis locis, quòd cum forma & actus dicant ordinem intrinsecum ad id quod actuant, & inde specificentur; inde est quòd in definitione formæ & actus debet poni & cõstitui subiectũ quod actuat, tanquam specificans ipsam formam & actum. Quoniam forma & actus specificantur per ordinem ad illud. Et sic D. Thabi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem dicit ꝙ esse humanum differt specie ab esse equi per ordinem ad essentiam humanam quam actuat. Vnde optimè in definitione animæ ponitur corpus: quoniam anima actuat ipsum corpus, & corpus est certa & subiectum in quo recipitur anima. Secundò notādum est quòd dupliciter forma per subiectum definitur. Vno modo per subiectum informe, idest per proprium susceptiuum talis formæ, non tamen includens illam. Sicut si dicamus, quòd albedo est actus corporis mixti: corpus enim mixtum vt sic, non includit albedinem. Et hoc modo Aristo. definiuit motum 3. Physi. tex. 6. dicens, quòd motus est actus entis in potentia. Ens autem in potentia non includit in se motum in actu, sed est proprium susceptiuum motus illius. Alio modo potest definiri forma per subiectum formatum, i. per proprium susceptiuum secūdum quòd in eo includitur ipsa forma vel effectus formalis illius: vt si dicas albedinem esse formam albi, Album dicitur subiectum albedinis, non informe sed formatum per albedinē ipsam. Et hoc ēt modo Arist. 2. de anim. tex. 69. definiuit lumen dicens, ꝙ est actus perspicui in actu, i. diaphani in actu. Perspicuum aūt in actu idē est qđ lucidum: quia aer tenebrosus non transparet actu. Et ideo prędicta definitio tm̄ valet, acsi diceret Aristo. ꝙ lumē est actus luci. & manifestè definit lumen per subiectum formatum.

HOc supposito, difficultas sese offert. Vtrum anima definiatur hīc per subiectum formatum aut informe. Vel vtrū corpus Physicum accipiatur pro sola materia prout supponitur formæ substantiali, siue cum dispositionibus accidentalibus siue sine illis; An verò dicat corpus includens ipsam formam & effectū illius? Multi existimant illas particulas corpus physicum, organicum, designate subiectum informe. Et ita asserēre videtur D. Tho. in quęs. 1. de spiritualibus creaturis art. 3. ad 2. Et tunc sensus definitionis est. Anima est actus corporis, &c. i. est actus materiæ quatenus per dispositiones aliquas accidentales fit capax, & immediatè susceptiua ipsius animę, quę substāntialiter & actualiter dat esse physicū, organicū, &c. Et iuxta hanc explicationem existimant facilè saluari prioritas eorū per quę anima definitur: quia materia cum ois bus suis dispositionibus prior est quam forma (saltim prioritate naturæ.) Et ꝙ ita debeat intelligi definitio dupliciter probatur. Primo, nam alias nō daretur per priora definitio quia forma præsupponit subiectum informe, subiectum verò formatum minimè presupponitur, sed causat illud. Et sic ipsa forma nec qdē natura est posterior illo. ¶ Secundò quia subiectum formatum est totum compositū, forma verò essentialiter non respicit totum compositum sed alterā partem, scilicet materiam. (Vnde sic dicimus ꝙ forma & materia se mutuo respiciūt & sunt correlatiuæ, sicut in vniuersum actus & potentia mutuò se respiciunt) ergo forma, non per subiectum formatum, quod est compositum, sed per materiam q̄ est subiectum informe debet definiri. Oppositum huius opinionis docent alij, & videtur expressa sententia D. Tho. q. sequenti. 76. arti. 4. ad 1. & in q. 1. de anima arti. v. ad. 15. Caietanus in secundo de anima. q. 4. vtranque sustinet vt probabilem, secūdum dicit esse magis consonam textui Arist. Secundùm quam explicationem per corpus physicum, organicum, intelligitur totum compositum habens in se animam & effectum formalem illius, scilicet substantialem vitam, quæ est principium & radix tertius accidentalis organizationis & potentiarum quibus proximè elicimus opera vitalia. Quo circa idem est dicere, anima est actus corporis phyſici organici, ac si diceremus: anima est forma viuentis vel forma corporis animati, vbi manifestè anima definitur per subiectum formatum: sicut qñ lumen definitur per lucidum. Et secundum hanc expositionem Caietanus nō esset inconueniens, ꝙ definitio ista nō detur per priora, sed dicit, ꝙ vtimur his effectibus in diffinitione formatum ad circunloquendum occultam naturam illarum vel conditionem subiecti priorem ipso definito. Sicut loco differentiarum consueimus vti proprietatibus rerum. Sed certè etiam si definitio detur per effectum animæ, potest optimè saluari, quòd sit a priori secundum doctrinam ipsius Caietani, vt explicabimus in solutione ad septimum principale. Ad aliud quod obiiciebatur, formam esse tialiter

tualiter non respicere compositum, sed materiam, falsum est, imo vtrumque respicit: vt patet in albedine, quæ est actus corporis & actus albi. Mihi vero dicendum videtur in hac controuersia, ꝙ nec particula Corporis physici, neque illa, organici, denotat subiectum informe omnino secundum doctrinam D. Thomę etiam in illo loco de spiritualibus creaturis ab aduersariis citato. Sed non eodem modo de prædictis est iudicandum: nam corpus physicum denotat, non materiam solam, nec materiam cū accidentibus naturalibus, sed materiā formam forma corporeitatis, quod est ipsum compositum naturale, siue forma corporeitatis sit realiter distincta ab anima, siue solùm distinguatur secundùm rationem, de quo in sequentibus disputabimus. Illud ergo compositum physicum absolutè subiectum est formatū in ordine ad animam informe: quia non includit in se animam aut effectum animæ in quantum anima est. Quare particula, corporis physici, denotat proprium & immediatum susceptiuum animæ vt anima est, quod est subiectum informe respectu animæ. At vero per corpus organicum, iam intelligitur subiectum formatū, non solū per corporeitatē sed etiam per animam vt sic, quia vera organizatio siue substantialis sit siue accidentalis à nulla alia forma potest haberi nisi ab anima. Dispositiones.n. quæ tēpore præcedunt animam in semine, non possunt dici organizatio nisi æquiuocè: sicut varietas membrorum quæ apparet in homine mortuo, non est vera organizatio. Vnde Arist. loco sępè citato tex. 9 docet, ꝙ si potentia visiua esset forma substantialis oculi, sicut anima totius animantis est forma, ꝙ deficiente ipsa visiua potentia, non maneret oculus nisi æquiuocè, sicut lapideus aut depictus. Quare statim infert, quòd illud quod est potentia vitam habens, eo modo quo hæc particula ponitur in animæ definitione, non est abiiciens animam, sed habēs illam. Cum autem paulò ante dixisset, quòd organicum & potentia vitam habens sunt idem, manifestè sequitur, ꝙ per corpus organicum intelle xit corpus formatum. Nec sufficit dicere, quòd organizatio dicit dispositiones animę proprias præcedentes il lam, non tempore sed natura in genere causæ materialis, quæ verè sunt ab anima, & æquiuocè sed vniuocè dicuntur organizatio. Et ita saluatur quòd anima diffiniatur per priora & per veram organizationem: non inquam sufficit, quia existimo (secundum quòd ex Di. Thoma in principio de generatione colligitur, vbi dicit ꝙ quemadmodum ante formam substantialem vt sic, nullæ accidentales dispositiones possunt in materia præintelligi, ita nullę possunt præintelligi ante illum gradum ad quem consequuntur) quod accidentalis organizatio, quæ est dispositio consequens gradum vitæ, in nullo genere causæ præcedit animam. Nec dicta Di. Thomę, quę pro diuersis sententiis sunt citata, sibi repugnant. Nam cùm in articulo tertio, de spiritualibus creaturis dicat, animæ definitionem dari de subiecto quatenus præcedit animam & non includit illam, loquitur manifestè de corpore physico non organico, quòd patet legenti illam solutionem. Cum vero in quæstione de anima asserit, animam diffiniri per subiectum formatum, loquitur de corpore organico quatenus organicum est, quod vt diximus includit animam.

¶ Quinta & vltima particula definitionis est, Potentia vitam habentis. Circa quam particulam aduerte, quòd in doctrina Aristotelis, & D. Thomæ vita quandoque significat coniunctionem illam animę cum corpore cui opponitur mors, quę est priuatio uitę per separationem animæ a corpore. Aliquando etiam vita accipitur pro ipsamet operatione vitali, quę est exercitium vitę & effectus illius. Ex quo sequitur, quòd dupliciter possit explicari hęc particula, vno modo, quòd anima dicatur actus corporis potentia vitam habentis, i. carentis vita, quę est principium operationis, & secundo sic, vt potentia illa non referatur ad vitam quę dicitur principiū operationis, sed ad operationem ipsam. Et ita sensus erit, potentia vitam habentis, i. non habentis actum vitę, sed solùm principium actus. Eadem ergo difficultas posset esse de hac particula sicut de precedenti, an scilicet, cum dicitur potentia vitam habēs, intelligat corpus non habens actu ipsum sub

stantiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantiale principium vitæ, an verò intelliga A tur corpus includens animã actu, in potentia tamen ad opera vitæ. Et quanuis Diu. Thom. 2. de anima super text. 4. antequàm ex professo declararet hanc particulam definitionis, dicat intelligi solam materiam & non ipsum compositum: postea tamen super text. 10. ibidem coactus verbis Arist. dicit, corpus potentia vitam habens, actu habere animam, esse autem in potenna ad opera vitæ. Quare idem dico de hac particula, quod de organizatione dictum est. Nam B in rei veritate, per organicum, & per potentia vitam habens, idem omnino significatur, vt docet Gaieta. 2. de anima. quæst. 4. & D. Tho. super text. 7 inquit, non esse necessarium in definitione animæ addere istã vltimam particulam, potentia vitam habentis, sed loco eius ponere, organici. Vnde Aristot. licèt ad explicandam animæ naturam sæpè in capite citato. 2. de anima meminerit huius particulæ, potẽtia vitam habentis, tamen cum in text. 7. voluit ex di- C ctis omnibus integram animæ definitionẽ colligere, illam particulam non adiecit, sed dixit, eit vtique anima primus actus corporis physici organici Ponitur autem cõmuniter à recitantibus animæ definitionem prædicta particula, non necessitatis, sed matioris explicationis gratia: qa organizatiõ p illam potentiam ad opera vitæ declaratur.

¶Hanc diffinitionem Arist. quæ est communis ad omnem animam tam rationalẽ quàm sensitiuam, quàm etiam vegetatiuã, D determinat & accommodat ad animam rationalem, de qua præcipuè est nostra disputatio, propriam illius rationem & differentiam assignans Prophetа Moyses. Gene. capite secundo. Vbi animam dicit esse spiraculum vitæ, per quod homo factus est in animam viuentem. Et quòd hæc sit diffinitio animæ, asserunt a sanctis patribus & ab omnibus interprætibus sacrarum literarũ super illum locum. Ita enim docet Chryso. hom. 2. in Genes. Ambro. in lib. de Noe cap. E 25. D. Aug. lib. 13. de Trinit. c. 24. Eucherius & Lyranus super illum locũ: & omnes alij interpretes. De quo vide Alfonsum de Castro lib. de hæresibus. verbo. Anima hæresi. 2. In illa verò definitione multa mysteria includuntur. Primum est, quòd anima rationalis veniat de foris, & creetur ab ipso Deo immediatè. Hoc enim significatur in hoc quod dicitur, inspirauit Deus: & consequenter significatur, quòd anima nõ educitur de potentia materiæ, nec in illa continetur. Secũdum est, quòd anima est forma substantialis hominis: nam constituit hominem viuum. Et sic dicitur ibidem, quòd per hoc spiraculum factus est homo in animam viuentem. Tãdem significatur, quòd anima sit substantia spiritualis, in hoc quod dicitur spiraculũ Dei vbi spiritualitas omnimoda significatur. Alias diuersas definitiones animę adducit Diuus Augustin. lib. de spiritu & anima cap. 6. & 13. quæ prædictis facile accommodari possunt.

¶Ad argumenta in principio quæstionis proposita respõdetur. Ad primum dicimus, quòd quando asseritur corruptibile & incorruptibile differre genere, nec conuenire in aliquo vniuoco; intelligendũ est de differentia physica & vniuocatione physica. Atque ita corpora cælestia apud Peripateticos, genere differunt à corporibus inferioribus ex parte materiæ, quæ in corporibus cælestibus non est in potẽtia ad aliam formã, sicut est in inferioribus. At verò si corruptibile & incorruptibile logicè & metaphisicè considerentur sub vno genere vniuocè continentur. Substantia enim vniuocè dicitur de homine & angelo: & corpus de cælesti & inferiori. Ita docet D. Thom. suprà q. 66. art. 2. ad 2. & infrà quæst. 88. art. 2. ad 4. At vero Commentator lib. 2. de anima, cõmento. 7. negat prædictam animæ definitionem vniuocè cuilibet animæ conuenire. Idem sentit Themistius lib. 1. de anima. cap. 23. vt refert Ferr. 2. contra gen. cap. 61. Quam sententiam sequuntur illi qui Commentatoris doctrinam profitentur cõuicti argumento. 1. Nihilominus vera sententia est, quam docet D. Thom. 2. contra gen. ca. 61. Et est communis Theologorum & Philosophorum sententia, qui aiunt, animam intellectiuam esse verè actum corporis, vt dicemus quæst. 76. art. 1.

¶Ad secundum respondetur negando minor. Ad probationem ex Arist. respondetur in illo textu non loqui Philosophum de partibus subiectiuis, quasi sit aliqua anima quæ non sit vera forma corporis: sicut explicuit

plicuit Philoponus; sed fit sermo (secundũ A D. Tho. & alios quàm plurimos) de partibus potestatiuis. Et dicitur, q aliqua pars animę nullius corporis actus est. Nam potentia intellectiua nõ est forma alicuius organi corporalis. Fit enim actio intelligendi absque aliquo corporeo instrumento, nihilominus ipsa substantia animę intellectiuæ, forma est corporis humani. Et si quis arguat, quòd saltim dum est separata, non est actus corporis; ad hoc respõdebimus circa solutionem quinti argumenti. Ad ratio- B nem verò, qua probatur illa minor, Respõdetur, quòd bene stat, animam esse formã corporis, & tamen non esse extẽsam neque diuisibilem ad diuisionem corporis. Quod non solum in anima humana, sed etiam in formis aliquorum irrationabilium habere verum suo loco explicabimus. Ad confirmationem negatur minor. Cum autem Aristo. loco citato, dicit adhuc immanifestum esse, an anima sit corporis actus sicut nauta; non dubitat, an omnis anima & forma C vera dans illi esse, imò hoc in toto illo capite docuerat & suppoſuerat; sed dicit esse immanifestum: quia nondum satis probatum & declaratum vsque ad sequens caput, vbi in text. 24. plenior demõstratione ostensurus erat hanc veritatem.

¶Ad tertium, quod attinet ad operationem animæ vegetatiuæ, satis patet solutio ex declaratione primæ particulæ definitionis posita in hoc dubio. Ad illud de motu cordis, qui videtur nunquam cessare; respõ D detur, quòd fortè motus ille attribuitur generanti magis quam principio intrinseco, vt dicit sapientissimus Magister Soto q. 3. lib. 8. Physicorum in responsione ad tertiũ argum. Alij dicũt, quòd motus cordis non est proprius animæ sensitiuę, vel quia non conuenit omnibus animalibus, solus enim sensus tactus, sine quo anima sensitiua reperiri non potest, est proprius animæ sensitiuæ. Vel quia eius perpetuitas non ratione animæ, sed ratione alicuius virtutis elemen- E taris consequitur. Sed hæc solutio non satis probatur a Diuo Thoma Opusculo 35. Denique respondetur, quòd cum motus cordis componatur ex cursu & recursu quodã, dabitur quies in puncto reflexionis, vel saltim dabitur instans in quo non mouebatur quanuis etiam nõ quiesceat, quoniam de ratione quietis est, quòd sic se habeat nunc sicut prius & posterius, quod in præsenti non cõtingit. Sicut etiam est de ratione motus, q aliter se habeat nunc quàm prius & posterius, vt latè explicauimus suprà qu. 53. articu. 3. Et hoc satis erit ad nostrum propositum. Hæc solutio videtur iuxta mentem Aristo. 8. physic. à text. 64. vsque ad 70.

¶Sed adhuc melius potest respõderi ad argumentum de vtraque operatione & motu, scilicet, animæ vegetatiuæ & cordis, q Arist. quando in definitione animæ dixit. Animam esse actum qui est principium vitę, explicare nobis voluit, quòd anima in illo genere vitæ nõ est actus vltimus: sed est actus admixtus potentiæ. Et ideo dixit, q est actus primus habens in potentia operationes vitæ. Nam operatio vitalis est vltimus actus in genere vitæ. Diximus enim suprà quæst. 54. artic. 1. quòd essentia angelica non est suum intelligere, sicut non est suum esse. Nam proprium est Dei quòd sit suum esse & in esse entitatiuo & in esse intelligibili, & in esse vitæ &c. Essentia enim diuina in esse entitatiuo est suum eẽ: & in gradu vitę est sua vitalis operatio: & ex omni parte est suum esse & actus purus. Creatura verò nec à esse entitatiuo est suũ esse, nec in esse intelligibili est suum intelligere, nec in gradu vitæ est sua vitalis operatio: quoniam creatura vndique est finita & actus admixtus potentiæ. In nostro ergo proposito ad significandum Arist. quòd anima quæ est actus & principium vitæ, non est sua operatio vitalis: ideo dicit, quòd anima est actus, & taliter actus, quod est in potentia æspectu operationis vitalis, quæ est vltimum complementum & actus in suo genere. Et licèt anima vegetatiua semper habeat coniunctam operationem vitalem, est tamen in potentia ad illam secundum essentiam suã: sicut materia cæli semper habet coniunctum actum, est tamen in potentia ad formam secundùm essentiam suam: quia forma ipsa non est de essentia materiæ. Similiter intellectus angelicus semper est coniunctus cum ipsis speciebus naturaliter sibi inditis: sicut supra q. 55. ostẽdimus. Imo etiam est idem cum actu intelligẽdi se ipsum & Deum, sicut etiam q. 56.

dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum est:& tamen est in potentia ad ipsas species & ad ipsum actum,in hoc sensu quod species intelligibilis & actus intelligendi non sunt de essentia intellectus angelici.Hæc solutio est ad mentem Alberti Magni loco citato.

¶ Ad quartum argumentum respondetur.Primo, quòd actus primus est duplex: alius eiusdem ordinis & rationis cum actu secundo, vt potentia & habitus qui immediatè dicunt ordinem ad operationem,quæ est actus secundus.Et in his habet verum, quòd actus secundus perfectior est quàm actus primus. Et de his loquitur Arist.locis citatis.Alius vero est actus primus,qui non est eiusdem ordinis & rationis cum actu secundo: nec immediatum dicit ordinem ad illū, sed mediante aliqua potentia vel habitu. Et hmõi actus prim" pfectior est quàm actus secundus. Et talis actus primus est anima. Nam anima non dicit immediatũ ordinem ad actum,sed mediante potentia: cùm anima sit primum principium operationis non immediatum.

¶Secundo respondetur,quòd actus secũdus dupliciter potest considerari. Vno modo præcisè & secundùm se, alio modo quatenus coniungitur cum actu primo & facit vnum cum illo. Primo modo non est perfectior suo principio, id est actu primo, nec est finis illius,sed secundo modo.Et sic Caietanus 1.2.quæst.3.art.2. declarat dictum Arist. vnumquodque est propter suam operationem,debere intelligi,non ita, q̃ substantia habeat pro fine operationem suam præcisè sumptã:sed seipsam actuatam peralem operationem. Cui consonat D. Tho. 3.contra gen.cap.17.ratione septima,dicẽs quòd cuiuscunq; operationis finis est ipsemet operãs.Nam omne operans opera sua ad proprium bonum dirigit.Atque ita nobilior est anima actu intelligens, quàm nõ intelligens.Vnde secundùm quid actus secundus potest dici pfectior,quàm primus substantialis.Videatur Caietanus 1.2.quæstione 71.articu.1. vbi explicat,quomodo habitus, cum sit causa actus, non sit nobilior ipso habitu.Docet enim Diu.Thom. ibi advertium, q̃ actus secundus est causa finalis actus primi:& propterea melior est illo.Videatur etiam Caietanus locis cit.libro 2. de anima. Vbi huius argumenti solutionem optimè explicat.

¶ Ad quintum argumentum respondetur, q̃ anima in corpore & extra corpus, imo & quando non est, dicitur esse actus corporis,est enim eius essentia. Illa tamen particula,actus corporis,non dicit, q̃ actua liter exerceat rationem actus respectu corporis,sed dicit virtutem & potentiã, vt possit exercere illũ actũ.Anima vero extra corpus, virtutem habet vt possit actuare corpus in exercitio, & dicere ordinẽ ad illud, imo & extra corpus dicit ordinem intrinsecum & essentialem ad ipsum corpus: sicut accidens ad subiectum,cui est aptum inhærere:licèt actualis inhærentia possit ab accidenti separari per Dei potentiam. An vero anima sit perfectior separata à corpore, q̃ corpori coniuncta, & per quid anima induatur,non est præsentis loci disputare.

¶Ad sextum argumentum negatur cõsequentia.Ad probationem,qui opinantur, q̃ per corpus physicum,atque etiam per organicum denotatur subiectum informe,materia prima prout cum aliquibus dispositionibus præintelligitur ante formam substantialem,consequenter dicunt, q̃ anima nõ dicitur actus corporis naturalis seu physici, quasi supponens aliquod esse substantiale,sed solam supponit materiam, quam denotant illæ particulæ. Et sic non aduenienti in actu,sed in pura potentia. Sed quoniam hæc expositio non est ad mentem Diui Thomæ, nec Arist. vt iam ostendimus; exponere oportet iuxta nostram declarationem, quomodo anima inquantum anima, supponat(saltim per intellectum) materiã formatam gradu substantiali corporeitatis, & non sit forma accidentalis. Nam supponere ens in actu, solius accidentis videtur esse proprium. Hæc difficultas in sequenti quæstione magis elucidabitur.Sed pro nũc dico, q̃ anima secundum rem nullum esse substantiale supponit: quia ipsamet tribuit omnes gradus.Per intellectum vero inquatũ anima est,supponit aliquos gradus substantiales,imperfectos tamen,& non dãtes esse specificum,nec hoc aliquid,ex quo nõ sequitur, q̃ sit accidens.Proprium enim accidentis,est, q̃ supponat gradum substantialem completum,imo q̃ supponat primã

substantiam iam constitutam vsque ad esse individuale. Ad confirmationem respondetur, q̃ anima primo & per se actuat totum corpus quod est physicum & organicum, & habet partes diuersarum rationũ: & hoc quod actuat primo & per se, organicum est, licèt secundario actuet partes.

Vnde ad argumentum neganda est consequentia: vel distinguenda maior. Si enim intelligatur quòd est actus primarius cartilaginis & sanguinis,maior negatur: si vero intelligatur, quòd est actus secundarius transfcar,sed nihil infertur.

¶ Ad septimum argumentum respondetur, quòd si corpus organicum denotaret subiectum informe, satis constat animam diffiniri per priora, quia susceptiuum formæ præsupponitur ad ipsam formam in suo genere, scilicet in ratione causæ materialis.Sed tenendo, quòd corpus organicũ denotat totum compositum & effectum formalem animæ: dupliciter ad argumentum respondetur. Primo, quòd non est inconueniens definitionem quidditatiuam dari per posteriora quantum ad aliquam particulam, maximè quando diffinitum non est completa substantia & omnino absoluta, quę in sua diffinitione nihil extrinsecum,nihil posterius exigit. Sed cum diffinitur accidens, vel aliqua substantia inquantum causa:necessario per effectum posteriorem diffinienda est. Et hoc quidem à priori & quidditatiuè. Nam Aristot. in 2. Physicorum diffiniuit naturam per motum qui est effectus eius & posterior ipsa,& nihilominus diffinitio est quidditatiua & exacta, vt ibi docet Diuus Thomas cõtra Philoponum. Dico ergo, q̃ anima hic diffinitur in ratione formæ, & non sicut aliquid completum. In hoc enim conuenit aliquo modo cum accidentibus, vt docet Diuus Thomas secundo de anima. text.2.Et ideo ad modum accidentium potuit quidditatiuè diffiniri per suum formalem effectum. Secundo respondetur ex doctrina Caietani infrà quæst.77.art.3. quòd effectus formalis animæ, scilicet ipsum compositum, licèt in ratione effectus sit posterior anima, potest tamen considerari quatenus est eius finis(nam forma ordinatur ad totũ compositũ tanquam ad suum finẽ) & sic cõpositũ est simpliciter prius ipsa forma: quia eã finalis prior est oĩb" causis.Ponitur ergo subiectũ formatũ vel ipsum cõpositum in animę diffinitione, nõ in rõne effectus,sed in rõne causę finalis.Et sic diffinito. ¶Ad vltimum argumentũ satis constat ex supra dictis. Quòd verò attinet ad ista Ciceronis:respondetur q̃ vbi nos legimus cũ Argiropilo, & alijs, Entelechia, i.forma & actus,ipse legit,perennis & perpetua motio. Ita ẽt legunt Angel. Politianus, Rodolph. Agricola,& alij.Cęterũ Budęus lib.1.de asse,expressè docet, q̃ est dicendum & vertẽdum,forma substantialis siue actus prim". Et q̃ hęc sentẽtia sit vera probatur,primo. Nam Arist. antequam diffiniat animam diuidit substantiã in materiam, formã,& cõpositum: & probat, q̃ anima non sit compositum,nec materia,sed forma:ergo loquitur de forma substantiali. Secundo probatur, nam si anima esset perẽnis & perpetua motio, vt vult Cicero,ergo malè dicit Arist. q̃ sit actus corporis in potentia vitam habentis: nam est de eius essentia secundùm Ciceronem, q̃ sit actualis motio & operatio, ergo non habet vitalem operationẽ in potentia.Tertio probatur,nã Arist. vbi nos legimus actum, ipse habet in Greco sermone, Entelechia,vt constat ex 3.Physicorum vbi nos legimus, q̃ motus est actus,grxcè habetur hoc idem vocabulum,ergo in hac diffinitione dicendũ est, q̃ est actus,& nõ perennis & perpetua motio. Ex quo sequitur, q̃ anima est forma substantialis, quæ constituit corpus viuum. Et hoc significat illa particula, actus primus. Vnde per illã particulã, excluditur cor & oculus & alia hmõi, quæ licèt sint actus & principium vitæ, non tamen sunt primum principium vitæ, sed sunt veluti instrumenta animæ. Et sicut dicimus q̃ natura est primum principium motus, non proximum, sic anima est primum principium vitæ.Ad confirmationem patet solutio ex declaratione vltimæ particulæ definitionis, vbi concessimus,quòd illa particula,potẽtia vitam habentis, idem denotat,quod organicum,poniturque secundùm mentem Aristo. & Diui Thomæ non necessitatis,sed maioris declarationis gratia.

¶Aliam diffinitionem animæ assignat Arist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arist.in loco citato.2. de anima tex.24.di- A
cens, ꝙ anima est quo viuimus, sentimus
mouemur & intelligimus.

DVbitatur circa istam diffinitionem, an
bona, & prioris diffinitionis demon-
stratiua? Pro parte negatiua arguitur pri-
mo. Diffinitio hæc solùm conuenit animæ
humanæ, ergo non est bona. Consequentia
patet, quia ibi Arist. intendit diffinire ani-
mam in communi, sicut etiam in priori dif
finitione diffinierat. Antecedens autem est
manifestum. Secũdo. In quatuor prædictis B
particulis diffinitionis, vel intendit Aristo.
enumerare gradus animatorum, vel genera
potentiarum quæ animę insunt. Non pri-
mum, quia gradus viuentium sunt tantum
tres, s. vegetatiuum, sensitiuum, & intelle-
ctiuum. Etenim loco motiuum, non consti
tuit specialem gradum, sed clauditur sub
sensitiuo: vnde D. Thom. suprà quæst. 18.
artic. 3. enumerans sigillatim omnes gra-
dus vitæ, nullam mentionem fecit huius
gradus vitæ qui est secundùm motum loca C
lem. Nec secundum potest dici, quia gene-
ra potẽtiarum quarum principium est ani
ma, non sunt quatuor, sed quinque vt in se
quentibus explicabimus, ergo.

¶ Tertio arguitur ad probãdum, quòd
prior diffinitio per hanc secundam non de-
monstratur, nam vel demonstratur à prio-
ri, vel à posteriori: neutro modo, ergo.
Probatur minor, quòd non sit à priori, ex
ipso Philosopho qui in text. 12. loco cita-
to, inquit, se velle ex incertis secundum D
naturam, illud quod certius est manifestare.
Qui modus procedendi non potest esse
à priori, quia demonstratio à priori ex cer-
tioribus est & notioribus secundùm natu-
ram. Quòd autem hæc non sit demonstra-
tio à posteriori, ex eodem Philosopho colli
gitur ibidem, vbi rationem reddit, quare
aliam animæ diffinitionem vellet assigna-
re, scilicet, quia oportet, vt diffinitio non so
lùm dicat quia: sed etiam propter quid. Er
go secundùm Arist. secunda diffinitio tradi E
tur ad assignandam causam prioris, & per
consequens demonstratio non est à poste-
riori sed à priori. Certè hæc duo dicta Ari-
stot. quæ in hoc argumento citata sunt, ma-
nifestam videntur habere inter se repu-
gnantiam. Et ideo in fauorem oppositarũ
opinionũ solet vnus & idẽ textus adduci.

¶ In hac quæstione duo breuiter sunt exa-
minanda. Primum est de bonitate diffinitio
nis. Secundum de qualitate demonstratio-
nis. Circa primum Ægidius Romanus exi-
stimat, prædictam definitionem non vnã,
sed quatuor esse definitiones breuitatis cau
sa sub illo tenore collectas. Alij vt Simpli-
cius, vtiam fatentur esse, sed soli animæ hu
manæ conuenire conclusi primò argumen
to. Nihilominus tamen certissimè tenendũ
est, quòd tantum est vna diffinitio omniũ
animæ conueniens.

¶ Pro cuius intelligentia nota primo, ꝙ
cum dicitur in diffinitione, animam esse id
quo viuimus, sentimus & intelligimus, nõ
sic intelligitur, vt excludat id quod vitæ
nam anima intellectiua non solùm est qua
intelligimus, sed etiã est quæ intelligit, vt
infrà dicetur. Accipitur ergo id quo, pro
eo quod est ratio essendi & ratio agendi: si-
ue sit id quod est siue id quod agit siue nõ.

¶ Secundo notandum est, quòd quamuis
illa particula, viuimus, secũdum Caietanũ
ibidem accipiatur prout viuere est commu
ne ad vegetatiuum, sensitiuum, & intelle-
ctiuum: quia (inquit) hæc est formalis signi
ficatio huius vocis viuere, termini autem
in definitione sunt formaliter accipiendi.
Nihilominus mihi videtur necessario di-
cendum ꝙ verbum, viuimus, dicit speciale
gradũ vitæ sicut sentimus & intelligimus:
dicit inquam gradum vitæ vegetatiuæ, li-
cèt neuter gradus dicat præcisionem alio-
rum. Probatur primo, quia in text. 18. cum
poneret Arist. eandem diffinitionem, dixit:
quòd anima sit primum principium vege-
tandi, sentiendi, ergo idem intelligit per vi-
uimus, quod intellexerat per vegetãdi. Præ
terea est ratio manifesta, quia si viuimus,
accipitur, vt est commune ad omnes gra-
dus vitæ, deberet gradus vegetatiuus signã
ter explicari in definitione, sicut reliqui gra
dus explicantur, sed hoc non fit, ergo. Nec
argumentum Caietani conuincit: nam vi-
uere habet duplicem significationem, vnã
amplam, aliam strictam. Quare licèt acci-
piatur in diffinitione secundum strictiorẽ
significationem, non materialis sed forma
lis est acceptio: nam vtraque significatio
formalis est.

Tertio

¶ Tertio notandum est, quòd copula A
particularium diffinitionis non est accipien
da diuisim, vt æquipolleat disiunctiuæ, vt
aliqui dicũt, quia sic plures essent diffinitio
nes, & plura media demonstrationis: quod
est inconueniens. Nec è contra debet accipi
omnino cõiunctim, vt sit sensus, anima est
id quo viuimus sentimus &c. id est, anima
est id quo habemus omnia illa simul. Sic
enim soli animæ humanæ illa diffinitio cõ
ueniret. Sed debet explicari, vt sit sensus, ani
ma est quo viuimus & sentimus: id est ani- B
ma est id quo operamur vnũquodque ope
rum vitæ, siue sit viuere tantum, siue sit sen
tire, siue moueri secundum locum, siue in-
telligere. Hęc expositio consentanea est Di
uo Thomæ quæstione seq. art. 1. Aliam ex-
positionem huius particulæ reperies infrà
quæst. 78. art. 2. dub. 4. ad primum argu.

¶ Denique notandum est, quòd particu
la, primò, idem valet quod vniuersaliter si-
ue secundum quod ipsum. De quo Arist. 1.
Poster. text. 11. docet, quòd addit supra per C
se, immediationem quandam. Illud enim
conuenit homini vniuersaliter, vel secundũ
ꝙ ipsum, quod conuenit illi non solum per
se, sed per se primo, hoc est, immediatè ra-
tione sui ipsius, & non ratione alterius. Si-
cut sensibilitas conuenit homini per se, &
quidem in primo modo dicendi per se, sed
non conuenit illi uniuersaliter vel secundũ
quod ipsum. Et ratio est, quia conuenit me
diatè ratione alterius, scilicet ratione ani-
malis, quare anima est id quo viuimus pri- D
mo, quia esse principium viuendi conuenit
illi immediatè & ratione sui, non alterius,
imo ratione animæ conuenit alijs. Nam &
corpus est etiam id quo viuimus, sed nõ pri
mo, quia totum quod habet vitalitatis, con
uenit illi ratione animæ. Ex istis declaratio
nibus sequitur bonitas diffinitionis. Est enim
vnica definitio animæ, quia illæ particulæ
non disiunctim intelliguntur, sed explica-
tiuè, vt diximus in tertio notabili, conue-
nitque omni animæ secundum explicatio- E
nem ibi traditam. Nam etiam anima plan-
getatiuæ &c. Et est optima definitio, quia
explicat animæ propriam naturam, scili-
cet esse primam rationem & primam cau-
sam vitæ. Vtrum autem per viuere, intelli-
gatur ipsa substantialis vita, an operationes A
vitales, dicemus in articulo secundo.

¶ Ad duo priora argumenta, quę proce-
debant cõtra istam primam partem, statim
respondendum est. Ad primum quidem ne
go antecedens. Ad probationem, iam expli
cuimus in tertio notab. quomodo particulę
definitionis sint intelligendæ, vt diffinitio
conueniat omni animæ. Ad secundum re-
spondetur, quòd Arist. in loco citato nondũ
tractauerat ex professo de potentijs animę:
sed ibi gradus vitę constituere voluit. Qui B
certè sunt quatuor, ut etiam docet D. Tho.
quæst. 78. sequenti artic. 1. Nec est uerum,
quòd non meminerit gradus vitæ, qui est
motiuum secundum locum, Diuus Thо-
ma in loco citato in argumento, imo ex-
pressè distinguit inter animalia imperfe-
cta, quæ nõ habent nisi sensum tactus, quæ
animalia solùm mouentur motu dilatatio
nis & constrictionis, ut conchilia parum ex
cedentia motum plantæ, & inter perfectio C
ra animalia quæ cognoscunt res distantes
& mouent se in remotum motu progressi-
uo: quæ quidem animalia alios sensus par-
ticipant.

IN secunda parte huius dubij consideran
dum est, qualis sit demonstratio Arist. po
sita in tex. 24. Et an sit efficax ad intentam
propositionem inferendam. In qua re etiam
sunt uariæ sententiæ. D. Tho. ibi super tex.
12. existimat esse demonstrationem à po-
steriori, nempe ꝙ operationes animæ, quæ
D sunt effectus illius. Vnde in fine illius tex-
tus inquit, quòd exemplum illud ex qui-
busdam mathematicis demonstrationibus
est simile demonstrationi illi Aristo. quan-
tum ad aliquid, scilicet, quantum ad hoc ꝙ
demonstretur diffinitio animæ, non autem
quantum ad hoc, quòd demonstretur de-
monstratione propter quid. Certè prima
uerba illius text. 12. maximè fauent huic
sententiæ. Inquit enim Arist. iuxta omnium
interpretationem, quomodo ex incertis se-
E cundum naturam, notioribus tamen quo
ad nos, illud quod secundum se notius est,
solet certificari & notificari: tentandum est
sic procedere circa animæ naturam. Secun-
dò probatur eadem sententia. Anima diffi-
nitur ibi per vegetari sentire &c. quæ sunt
operationes posteriores illa, ergo &c. Ter-
tio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio,si diffinitio huius eap.explicetur in sen- A
su quidditatiuo, ut accipiantur vegetari &
sentire, non pro ipsis operationibus,sed pro
radice illarum ; tunc illa diffinitio non de-
monstraret priorem,sed esset idem cum il-
la.Nam esse actum vluificantem corpus,&
esse radicem operationum vitæ, idem est
omnino. Idem autem per idem demonstra
ri non potest.Quartò,si potentia intellecti
ua diffiniretur: esse id quo intelligimus, eē
definitio à posteriori ergo similiter in pūti.

¶Sed Albertus Magnus.2.de anima tra-
cta.3.c.5.& Themistius,Philoponus,& alij
existimant demonstrationem esse propter
quid.Caietanus autem licèt non reijciat Di
ui Thomæ expositionem,in sententiam ta
men Alberti declinat, quæ in secunda par-
te tex.12.videtur ab Arist.expresse tradita.
Et exemplum ex mathematicis hoc osten-
dit. Quoniam Arist. non solum adducit il-
lud ad ostendendum, quòd prior definitio
demonstretur per secundam, sicut Diuus
Th.explicuit, sed etiam ad manifestādum C
modū & qualitatem demonstrationis,quæ
debet reddere causam eius quod demonstra
tur.Et hoc patet intuēti textum.Nam diffi-
nitio quadrationis quadrāguli data per cau
sam seu per rationem formalem demōstra-
tur per aliam diffinitionem dicentem qua-
si causam effectiuam,scilicet acceptionem
mediæ lineæ,quæ est demonstratio à prio-
ri. Quantum ad efficaciam etiam demon-
strationis non desunt rationes dubitandi,
quæ possiuut videri apud Caietanum 2. de D
anima quæst. 3. & 4. Certè Commentator,
qui tenet quòd anima intellectiua non est
actus corporis nisi æquiuocè, ut in sequen-
tibus dicemus,vim huius rationis eūcruat.

PRo decisione sit prima conclusio. Vtra
que opinio de qualitate demonstration-
nis est probabilis. Opinio Diui Thomæ sa-
tis superque sua autoritate & rationibus ,p
illa adductis probabilis redditur. Præterea
modus iste procedendi conformis est ordi-
ni à Philosopho assignato 1.Phys.tex.2.f.p E
à notioribus nobis procedamus, qui ordo
specialiter in physicis habet verum (nam
Physica circa sensibilia versatur) sed ope-
rationes aīę sunt maximè sensibiles & no-
bis notę,ergo ex illis ,pcedit Arist.& p con-
sequēs à posteriori.Sed qm̄, vt ait Caietan,
sensus iste est cōior & planior:expositio au
tem Alberti obscura est & profundior,Pro
eius intelligentia notādum est,quòd senti-
re,intelligere & huiusmodi dupliciter pos-
sunt accipi , vno modo pro operationibus,
alio modo pro ipso esse:dicitur enim cōmu
niter,ꝙ viuere est sentire,ideſt,habere natu
rā ad sentiendū. Quamuis ergo in toto pro-
cessu huius capitis sentire uel intelligere
possint accipi pro operationibus,& tunc de
monstratio esset à posteriori,tamen multò
B melius dicitur(concedente ipso Diuo Tho-
ma superius quæst.18.ar.2 .ad primum.vbi
meminit huius doctrinæ) ꝙ viuere & intel
ligere accipiuntur pro substantialiter ope
rante,vel pro substantiali & radicali princi
pio talium operationum cum ordine tamē
ad ipsas operationes.Et sic manifestè patet
ꝙ hæc secunda diffinitio est quidditatiua p
ordinem ad causam finalem,& demonstra
tio est à ptiori.Nam ex hoc ꝙ anima est ra
dix taliū operationū,vel est principium se-
cundum se naturæ sic operanti,habet ꝙ sit
actus talis corporis & requirit talē naturā.
Nec sequitur ex hoc,ꝙ prior diffinitio non
sit quidditatiua:nā eadem res duplicem ha
bet diffinitionem essentialem & quidditat
uā secundùm diuersa genera causarum, ex
quibus res habet diffiniri:maximè in phys
icis,vbi per omnia genera causarum contin
git diffinire,ut dicit Arist. 1.de anima tex.
18.& 2.Physic.tex.70.Nec circulus in diffi
nitionibus & demonstrationibus proceden
bus per diuersa genera causarū superfluus
est,vt docet Dominicus de Soto 1.Poste.q.
2.ad decimū.Nam ipse Arist.diffinitionem
demonstrationis quidditatiuam materialē
tamen,demonstrauit à priori per aliā diffi-
nitionem quidditatiuam datā per causam
finalē. Eodem modo Arist. ex eo ꝙ anima
causat naturam sic operantem, vel est radi
cale principium operationum quæ sunt ne
getare, sentire &c. probat à priori quòd sit
actus talis corporis, & ꝙ requirat tale sub-
E iectum,quale est necessarium ad tales ope-
rationes. Nam ut docet Diuus Thom.in 2.
dist.9.quæst.1.artic.1. ad primum, finis est
causa causarum. Et ideo diffinitio quæ su-
mitur ex fine formalior est inter omnes dif
finitiones,& medium demōstrationis alia-
rum. Cum ergo hæc secunda animæ diffini

tio importet ordinem ad proprias operatio A
nes,quæ sunt fines rei (iuxta illud 2.de cę-
lo text. 17. Vnumquodque est propter
suam operationem) prior est diffinitione
propter quid & idcirco probat priorem de-
finitionem. Quid autem ad argumenta
vtriusque opinionis respondendum sit , ad
sustinendam probabilitatem illarum pate-
bit in solutione ad 3.principale.

¶Secunda conclusio. Siue demonstra-
tio sit à priori siue à posteriori , efficaciss-
ma est ad probandum,quòd omnis anima B
est actus & vera forma corporis dans illi
esse. Certè si locus iste Aristotelis insuffi-
ciens est ad hoc propositum , nullus con-
gruentior reperitur alicubi. Vnde Diuus
Thom. loco citato ad demonstrandum , ꝙ
anima humana quæ est principium intel-
lectiuum (de qua videbatur maior diffi-
cultas) sit vera forma corporis dans illi
esse , probatione Aristotelica loco citato
vsus est , tanquam demonstratiua contra
Auerroim & Platonem & aduersus omnes C
oppositum sentientes. Demonstratio est
hæc. Id quo primò viuimus sentimus, &c.
est actus corporis talis. Anima est id quo
primo viuimus &c. ergo. Maior sic expli-
catur. Illud quo primo aliquid operatur
est forma eius cui attribuitur operatio : nā
vnumquodque agit secundum quòd est in
actu , id est, per illam formam per quam
est actu & per quam habet esse. Ex quo ma
nifestè patet , quòd illud quo ego operor
primo debet esse forma dans mihi esse. D
Quemadmodum ex hoc quòd sanitas est
id quo primo sanatur corpus , & scientia est
id quo primo anima est sciens , apertè col-
ligitur,quòd sanitas est forma corporis dās
illi esse , & scientia est forma animæ dans
illi esse. Quod autem anima sit,id quo pri-
mo viuimus & sentimus &c. manifestatur
ab Aristot. ex hoc quòd duobus principiis
operamur opera vitæ, scilicet, corpore &
anima, tanquam potentia & actu.Sed ani-
ma non potest esse corpus,nec subiectum , E
nec potentia , vt manifestum est,ergo est ,
actus ipsius corporis , & ratio operandi.

¶ Sed vt magis manifestetur efficacia
demonstrationis Aristotelicæ : Arguitur
tripliciter contra illam . Primo illa vniuer-
salis propositio in qua videtur totus discur
sus fundari, scilicet. Quoties aliqua actio
attribuitur alicui propter duo , vnum co-
rum habet se vt materia, & alterum vt for
ma : videtur habere multas instantias. Pri-
mo . Nam lingua & pulmone loquimur,
corpore & medicina sanamur , locati su-
mus corpore & loco, viuimus corde & ca-
pite. In his autem neuter est forma alte-
rius , ergo &c.

¶ Secundo. Moueri conuenit nobis pri-
mo ratione corporis , vt patet ex Physico-
rum 6.text.32.ergo anima non est , id quo
primo mouemur .

¶ Tertio arguitur. Loquendo de ope-
ratione intellectiua falsum est , quòd ani-
ma & corpore intelligimus : imo intelle-
ctio sola anima fit, non enim exercetur or-
gano corporeo , vt dicitur in 3.de anima.
ergo quantum ad principium intellectiuū
demonstratio non habet vim.

¶Ad primum respondetur,quòd vis hu
ius processus non fundatur in illa proposi-
tione vniuersali adducta,quæ certe non ha
bet verum, vt probant instantiæ allatæ,ni-
si restringatur ad partes essentiales:& tunc
ineptè assumeretur ad probandum , ꝙ ani-
ma est forma corporis , quia minor subsu-
menda, scilicet , quòd anima est pars essen
tialis , tam dubia est & tam obscura , sicut
conclusio quæ deberet inferri.Vnde nec A-
rist. illam propositionē vniuersalem assu
psit , nec Diuus Thom. dum rationem ex-
poneret meminit illius , sed Commentator
illam supponendam dixit . Dico igitur ꝙ
in nostra demonstratione explicatur , ani-
mam esse id quo primo viuimus . Et pro-
batur efficaciter ex proportione ad sanatio
nem & ad scire.Nam sicut se habet sanitas
ad sanum , & scientia ad scientem : ita se
habet anima ad viuens : sed sanitas est qua
primo sumus sani , licèt corpore etiam di-
camur sanari : & scientia est id quo primo
scimus , licèt sciamus etiam anima , ergo
cum viuam° anima & corpore , anima erit
id quo primo viuimus . ¶ Hæc solutio est
Caietani super secundum de anima.Sed re
spondetur secundo ad mentem D.Thomę,
quòd maior demonstrationis, scilicet , Il-
lud quo primo operamur opera vitę,est for
ma & species corporis viuentis ; probatur
ab Aristo. inductiuè in scientia, & scientes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec proceditur ex particularibus, quia eadē prorsus est rō de omnibus primis principiis mouendi. Minor autem, s. anima est quo primo viuimus, non probatur à priori, sed supponitur ex experientia: & etiam manifestatur ex eo, quòd ratione animæ conuenit corpori operari opera vitæ. Ideo enim supponitur in tex. 13. lib. secundo de anima, ꝙ animatum corpus ab inanimato distinguitur in viuendo, vt sciamus, quòd corpus non ratione sui, sed ratione animæ habet viuere. Et sic ex istis duobus, quibus dicimur viuere, scilicet, corpore & anima ipsa aīa est quo primò viuimus. Quare ad probandam hanc veritatem, non est opus illa propositione vniuersali cuius instāt iæ adducuntur in obiectione. ¶ Ad secundam obiectionem facilè respondetur, quòd corpus est prima ratio mouendi absolutè. At vero loquendo de motu progressiuo, cuius anima est principium, ipsa anima & non corpus est prima ratio mouendi.

¶ Ad tertiam quæ difficilior est respondetur, quòd anima intellectiua secundum doctrinam Aristo. loco citato, text. 31. continet etiam sensitiuam & nutritiuam, sicut tetragonum continet trigonum. Quare licèt de ipsa quantum ad operationem intellectiuam non verificetur, ꝙ anima & corpore operamur: tamen propter identitatem eius cum imperfectiorib⁹ gradibus, secundum quos est necessarium, ꝙ vniatur corpori, & verificatur quòd anima & corpore operamur: sequitur quòd ipsa anima intellectiua secundum substantiam est corpori vnita: quamuis ex actione intelligendi præcisè hoc non colligatur. Secundo dico ꝙ etiam propter operationem intellectiuam, necesse est animam humanam corpori vniri, quia intellectio humana licèt non fiat organo corporeo, indiget tamen corporis adminiculo quatenus ex sensibus corporalibus exhibetur animæ phantasmata ad intelligendum: quod ministerium nullo alio modo fieri posset, nisi per substantialem vnionem. Quare etiam suo modo verificatur, quòd corpore & anima intelligimus, anima quidem tanquam forma quæ intelligit, corpore autem tanquam ministrante species intellectiuas. Qui modus efficaciter probat quòd anima intellectiua est corporis forma dans illi esse, vt amplius manifestabit inferius. Patet igitur ex omnibus dictis contra Commentatorem, quòd nec maior extremitas demonstrationis Aristotelicæ, scilicet, actus corporis, accipitur analogicè, sed vniuocè pro actu intrinseco & dante esse: neque minor extremitas, scilicet, anima, accipitur particulariter, sed vniuersaliter pro omni anima etiam intellectiua. ¶ Ad tertium igitur argumentum principale respondetur, quòd Aristo. in illo textu non est sibi contrarius, sed dicta eius ad diuersa referuntur. At vero secundum dupliceм opinionem probabilem declaratam in prima conclusione, diuersimodè intelliguntur. Tenendo enim sententiam Diui Thomæ, ꝙ secunda diffinitio datur per operationes animæ prout actu egrediuntur ab ipsa, & sunt effectus illius: est diffinitio dicens, quia & non propter quid. Respondetur etiā ex eodem Diuo Thoma, ꝙ Aristot. in illis verbis & exemplo tetragoni, non intendebat docere modum diffinitionis, & demonstrationis proponendæ in isto capite, sed solùm substantiam, scilicet, ꝙ sicut ibi vna diffinitio demonstratur per aliam: ita hic, sed non eodem genere demonstrationis. Vel respondetur cum Laurelo secundo de anima, quæstione 8. quòd licèt hæc demōstratio sit ab effectu, dicit tamen propter quid & causam, non essendi, sed cognoscendi, quia etiam in demōstratione, quia, præmissæ sunt causæ cognoscendi conclusionem, non autem essendi. Sustinendo autem opinionem Alberti & Caietani respondetur, quòd cum Aristo. ait, se velle procedere ex notioribus quo ad nos, non loquitur de qualitate demonstrationis aut diffinitionis assignandæ: sed de ordine à se seruando in inuestiganda animæ diffinitione: qui ordo est contrarius ordini seruato in priori definitione. Nam ibi per viam diuisionis, qui est ordo naturæ, hic autem per viam compositionis, qui est ordo nobis consentaneus processit. Sed per vtranque viam ad quidditatiuam diffinitionem peruenitur. ¶ Ad secundam probationem positam in secundo articulo pro sententia Diui Thomæ facilè respondetur, ꝙ vegetari, sentire &cę. non accipiuntur pro operationibus,

nibus, sed pro natura taliter operatiua, vt explicatum est. Secundo respondetur, ꝙ etiam si vegetari & sentire significent operationes, adhuc diffinitio est à priori: quia operationes istæ non ponuntur in diffinitione, vt sunt effectus animæ, & actualiter egredientur ab illa, sed vt sunt fines ipsius animæ, secundum illud, Vnumquodque est propter suam operationem. Et sic ad tertiam obiectionem: nego quòd secunda diffinitio explicata in sensu quidditatiuo, sit eadem cum priori: imo quælibet continet diuersam habitudinem. Nam prior datur per habitudinem ad subiectum siue formatum siue informe, nihil enim refert ad propositum. Altera datur per habitudinem ad finem, quę habitudines licèt non distinguantur in re, sed sint ipsamet animę substantia (non enim sunt relationes prædicamentales, sed transcendentales) distinguuntur tamen ratione, eo modo quo primo. Physicorum quæstione sexta. notter Soto docet, potentiam & appetitum & privationem materiæ esse respectus transcendentales sola ratione & inter se & à materia distincti. Quæ distinctio sufficit fundare diuersas diffinitiones, quarum vna per alteram à priori demonstretur. ¶ Ad quartam probationem nego antecedens, imo infra ostendemus, ꝙ potentiæ per actus nō à posteriori, sed à priori diffiniuntur & distinguuntur.

ARTICVLVS II.

363 Pos. qō. 63. ar. 8. 7. Et ar. 9. cor. col. 1. & arti. 11. cor. Et de ani. art. 3. Et Ro. 5. li. 3. col. 2. * Lib. 1. de ani. text. 64. to. 2.

¶ Vtrùm anima humana sit aliquid subsistens.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd anima humana non sit aliquid subsistens. Quod enim est subsistens, dicitur hoc aliquid, anima autem nō est hoc aliquid, sed cōpositum ex anima & corpore, ergo anima non est aliquid subsistens.

¶ 2 Præterea, Omne quod est subsistens, potest dici operari. Sed anima non dicitur operari, quia vt dicitur in * 1. de anima, dicere animam sentire, aut intelligere simile est, ac si dicat eam aliquis texere uel ędificare. Ergo anima non est aliquid subsistens.

A ¶ 3 Præterea, Si anima esset aliquid subsistens, esset aliqua eius operatio sine corpore. Sed nulla est eius operatio sine corpore, nec etiam intelligere. Quia non contingit intelligere sine phantasmate. Phantasma autem nō est sine corpore. Ergo anima humana non est aliquid subsistens.

SED contra est, quod Aug. * dicit 10. de Trinit. Quisquis videt mentis naturā & esse substantiam, & non esse corpoream, videt eos qui opinantur eam esse corpoream, ob hoc erB rare, quòd adiungunt ei ea, sine quibus nullā possint cogitare naturam, scilicet, corporum phantasias. Natura ergo mentis humana non solum est incorporea, sed etiam est substantia, scilicet aliquid subsistens.

Lib. 10. de Trin. ca. 7. pa. tū à me dio, t. 4.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere id quod est principium intellectualis operationis, quod dicimus animam hominis esse quoddam principium incorporeum & subsistens. Manifestum est enim, ꝙ homo per intellectum cognoscere potest naturas omnium corporum. Quod autem potest cognoscere aliqua, oportet, vt nihil eorum habeat in sua natura: quia illud quod ineesset ei naturaliter, impediret cognitionem aliorū. Sicut uidemus ꝙ lingua infirmi, quę infecta est cholerico & amaro humore nō potest percipere aliquid dulce, sed omnia videntur ei amara. Si igitur principium intellectuale haberet in se naturam alicuius corporis, non posset omnia corpora cognoscere. Omne autē corpus habet aliquam naturā determinatā. D Impossibile est igitur, quòd principium intellectuale sit corpus. Et similiter impossibile est ꝙ intelligat per organum corporeum: quia si esset natura determinata illius organi corporei, prohiberet cognitionem omnīū corporū. Sicut si aliquis determinatus color sit non solum in pupilla, sed etiam in vase vitreo, liquor infusus eiusdem coloris videtur. Ipsum igitur intellectuale principium quod dicitur mens, vel intellectus, habet operationē per se, E cui non communicat corpus. Nihil autem potest per se operari, nisi quod per se subsistit. Nā enim est operari nisi entis in actu. Vnde eo modo aliquid operatur quo est. Propter quod non dicimus quòd calor calefacit, sed calidū. Relinquitur igitur, animam humanam quę dicitur intellectus vel mens, esse aliquid incorporeum & subsistens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD primum ergo dicendum, quòd hoc A *aliquid potest accipi dupliciter. Vno modo p quocunque subsistente. Alio modo pro subsistente cõpleto in natura alicuius speciei. Primo modo excludit inhærentiam accidentis & formę materialis. Secũdo modo excludit etiã imperfectionem partis. Vnde manus posset dici hoc aliquid primo modo, sed non secundo modo. Sic igitur cùm anima humana sit pars speciei humanę, potest dici hoc aliquid primo modo quasi subsistens, sed non secundo modo. Sic enim compositum ex anima & corpore di* B *citur hoc aliquid.*

AD secundum dicendum, q verba illa Ari. dicit non secundum propriam sententiã, sed secundum opinionem illorum, qui dicebant, quòd intelligere est moueri, vt patet ex iis quæ ibi præmittit. Vel dicendum, quòd per se agere conuenit per se existenti. Sed per se existens quandoq; potest dici aliquid si nõ sit inhærens, vt accidens, vel vt forma materialis, etiam si sit pars. Sed propriè & per se subsi C *stens dicitur quod neque est predicto modo inhærens, neque est pars. Secundum quem modum oculus aut manus non posset dici per se subsistens: & per consequens nec per se operatus. Vnde & operationes partium attribuuntur toti per partes. Dicimus enim q homo videt per oculum, & palpat per manum, aliter quàm calidũ calefacit per calorem: quia calor nullo modo calefacit, propriè loquendo. Potest igitur dici quòd anima intelligit, sicut oculus videt: sed magis propriè dicitur quòd homo intelligat per animam.*

AD tertium dicendum, quòd corpus requiritur ad actionem intellectus non sicut organum quo talis actio exerceatur, sed ratione obiecti. Phantasma enim comparatur ad intellectum sicut color ad visum. Sic autem indigere corpore non remouet intellectum esse subsistentem. Alioquin animal non esset ali D *quid subsistens: cùm indigeat exterioribus sensibilibus ad sentiendum.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima humana est incorporea & spiritualis. Ratio huius est, quia homo per intellectum potest cognoscere naturas om nium corporum.

¶ Secunda conclusio. Impossibile est quòd anima intelligat per organum corporeum. Hęc probatur eadem ratione.

¶ Tertia conclusio. Anima humana est aliquid subsistens. Ratio huius est, quia anima per intellectũ habet operationem per se, cui nõ communicat corpus, sed nihil potest per se operari nisi quod per se subsistit, ergo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primò in hoc articulo circa primam conclusionem: an sit certum secundum fidem, quòd anima rationalis est incorporea & spiritualis? Pro parte negatiua arguitur primo. Nam Genes. 2. vbi agitur de creatione hominis dicitur. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ & inspirauit in faciem eius spiraculum vitę. Sed nomine spiraculi in scriptura sacra significatur res corporea, sicut Iob 41. Vna vni cõiungitur, & nec spiraculum cædit per eas, ergo anima res corporea est. Confirmatur ex illo Sapient. 2. Fumus enim afflatus est vita nostra & spiritus diffundit quasi mollis aer. ergo anima est spiritus aereus.

¶ Secundo. Non est certum secundum fidem, quod angelus sit spiritus incorporeus, ergo nec quòd anima. Antecedens constat ex dictis supra quæstione 51. artic. 1. Consequentia probatur. Quoniã in scriptura sacra & doctrina Sanctorum angelus etiam vocatur spiritus sicut & anima.

¶ Tertio. Ratio propter quam isti patres asserũt, animam esse incorpoream est, qa illa est tota in toto & tota ꝗualiber pars: sed ista ratio est nulla, ergo. Maior patet expresè ex Diuo Augustino Epistola 28. ad Diuum Hieronymum circa principiũ, & ex Diuo Chrysost. homil. 5. de incompre E hensibili Dei natura. Minor verò probatur quoniam sicut apertè ostendemus quæst. 76. articu. 8. animæ etiam brutorum multę hoc habent, quæ tamen sunt corporeæ & non spirituales.

¶ Quartò arguitur. Si vera est conclusio S. Thom. sequitur, quòd ex corpore & anima non cõstruitur vnum per se, sed per ac A cidens. Probatur sequela, quia propterea ex corpore & albedine non fit vnum per se, quia albedo aduenit enti in actu, s. corpori, cuius esse non prouenit ex albedine, sed potius communicatur albedini ab ipso corpore, ergo pari ratione si animæ per se subsistenti vnitur aliquid à quo non dependet, & cui potius communicat esse ipsamet anima: sequitur quòd est vnum per accidens.

¶ Quinto arguitur, à quo res dependet in esse indiuiduationis, dependet in esse sicut B albedo, sed anima dependet à materia in esse hanc, ergo in esse simpliciter, nam esse nõ reperitur in vniuersali, sed in singulari. Probatur minor, quoniam aliàs si anima per se indiuiduaretur, non esset eiusdem speciei cum alia anima sicut neque vnus angelus cum alio, vt definit D. Th. supra quæstione 50. artic. 4.

¶ In hoc dubio præter errores Philoso C phorum asserentium animam esse corpus, fuit error Tertulliani lib. de resurrectione carnis asserentis animam rationalem esse corpoream licèt sit immortalis. Quem errorem illi tribuit D. August. lib. 1. super Genesi ad liter. cap. 25. Et in lib. de hæresi. cap. 86. Et epistola 157. ad Optatum, non esse mirum Tertullianum hũc errorem habuisse, qui in tantum erravit, vt assereret etiam ipsum Deum esse corporeum. Diuus Hieronymus in epistola ad Pamachium contra errores Origenis refert etiam istum errorem, & dicit esse contra fidem. Sed quòd D Origenes docuerit, animam nostram esse corpoream, non est credibile. Nam in lib. septimo contra Celsum expresè docet, q anima nostra suaptè natura est incompositam & inuisibilis. Et lib. 4. de princi. ca. 2. docet hominem constare ex corpore, & anima, & spiritu. Et sunt alia plura loca, quæ in hunc modum possunt adduci.

PRo decisione sit conclusio. Certum est secundum fidem, animam rationalem esse incorpoream, & oppositum asserere est E hæresis aut certè error contra fidem. Probatur primo, quoniam Sancti patres Ecclesiæ affirmant expresè, esse errorem contra fidem. Et præter sanctos iam citatos, D. Ambrosi. lib. de Isaac & anima cap. 2. impugnat & damnat illum tanquam errorem

A antiquorum Philosophorum, & Gratianus 24. quæstione 3. capit. quidam autem hæretici, refert istum errorem inter hæreses, & tribuit illum Tertulliano.

¶ Secundo probatur, ex diffinitione sexti Cõcilij Constantinopolitani, actione 11. vbi expresè dicitur, quòd verbum diuinum assumpsit carnem & animam rationalem atque incorpoream. Et in Concilio Lugdunensi, quod refertur in Clementina vnica, de summa Trinitate, dicitur quòd B verbum diuinum assumpsit corpus & animam intellectiuam. Præterea in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. capi. 1. dicitur, quòd natura humana constituitur ex corpore & spiritu. ¶ Tertio probatur, ex Scriptura sacra, sæpè enim anima rationalis vocatur spiritus: vt Psalm. 145. Exibit spiritus eius &c. Et Ecclesiastici 12. Reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad eum qui dedit illum. Et ad Rom. 8. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui C nostro: Sed in Scriptura sacra spiritus hominis condistinguitur contra carnem siue corpus, vt patet Lucæ 24. Spiritus carnem & ossa non habet. Et ad Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum & c. ergo docet animam rationalem esse spiritum. Et confirmatur. Nam quod ad Galat. 5. dicitur, Caro concupiscit aduersus spiritum, dicitur 1. Petri 2. q carnalia desideria militant aduersus animam. Quarto probatur ex communi consensu sanctorum. Nã præter citatos, D Basil. homi. de Paradiso expresè dicit, animam esse incorpoream. Et D. Ambr. lib. de Noe & arca. cap. 25. dicit, animam nostram non esse ignem aut sanguinẽ, vt aliqui voluerunt, sed spiritum à Deo creatum. Et D. Chrysost. homil. 3. imperfecti supra Matth. dicit, quòd anima est spiritus: & propterea spirituales pœnas timet, corporales verò non timet. Et D. Greg. lib. 4. dialogo. c. 5. definit animam nostram esse inuisibilẽ & incorpoream, quod etiam antea dixerat libro 2. mor. cap. 2. Vltimo probatur ratione D. Tho. in arti. Et præterea plures alias adducemus arti. 6. sequenti ad probandũ animam nostrã esse immortalẽ & subsistere p se separatã à corpore. Videatur D. Aug. lib. 7. de Gen. ad lit. c 14. & 15. Ad primum argumentum respondetur 1. q sicuti refert

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castro li.2.aduersus hæreses verbo, anima, hæresi. 2. Phylaster in cathalogo hæreticorum computat inter hæreses explicare istũ locum de productione & infusione animę rationalis: sed iste est gratis errorinam pre terquam, quòd ex ipso scripturæ sacræ cõ textu constat; illa est communis explicatio & intelligentia sanctorũ. Videatur D. Chrysostom. homil. 11. super Gen. & D. Aug. li. 13. de ciuitat. cap. 23. & D. Grego. libro. 23. moral. capit. 15. super illa verba Iob. 33. Spiraculum omnipotentis vinificauit me. Et est communis explicatio aliorum Sanctorum. Respondetur ergo ad argumẽtum ꝙ nomine inspirationis illo loco, significatur creatio & infusio animæ spiritualis per quã homo constitutus est. De qua re legendus est D. Aug. lib. 2. de Genesi. contra Manich. c. 8. Verum est tamen, ꝙ in sacra scriptura ista nomina, spiritus & spiraculum, æquiuocè solent vsurpari. Aliquando enim pro re incorporea, aliquãdo vero pro corporea accipiuntur. Sed tamen hoc loco accipiuntur pro re incorporea secundum communem intelligentiam Sanctorum. Ad confirmationem respondetur. 1. ꝙ illa verba quã uis contineantur in sacra scriptura, tamen referuntur asserta ab insipientibus & impijs. Quapropter nullam fidem faciunt, neque habent vim contra nostram conclusionem: est. n. regula celebris D. Augustin. in lib. ad Orosium contra Priscilianistas. ca. 9. Quod non omnia, quæ in Scriptura continentur vera censenda sunt propterea ꝙ in illa continetur? Multa enim referuntur tãquam asserta ab impijs & insipientibus, quæ tamen nullo modo vera sunt. Quemadmodum Ioan. 8. dicebatur Christo, dæmonium habes, nec tamen idcirco Christus dæmonium habebat. Secũdo respondetur, ꝙ in illo testimonio Sapientiæ, sermo erat illorum insipientium de vita nostra breui, non autem erat sermo de ipsa anima secundum se. Quod videtur colligi ex ipso contextu. Quod si sermo esset de ipsa anima ẽt secundum se, respondetur, ꝙ postea. cap. 5. ipsimet impij & insipiẽtes affirmabãt se errasse; & aĩas hoĩum manere post mortem, impiorum quidem in inferno, bonorũ aũt inter sanctos. Ad ſm argumentum, rñdetur negando consequentiam, qm̃ de angelis neque concilia neq; Sancti definierunt esse certum ſm fidẽ est incorporeos: de aĩa vero rõnali ex professo definiunt, & contrarium damnant erroris: ꝙ si forte aliqua testimonia Sanctorum reperiãtur, quibus affirment aĩam rõnalem esse corpoream: illa testimonia refert & explicat facile Sixtus Senen. lib. 6. Annota. 35. Ad tertium rñdet, ꝙ si illa loca Sanctorum attentius legant, solum intendũt probare illa rõne ꝙ aĩa nõ est corpus, propterea ꝙ corpus, cum sit extensum, non põt esse totum in toto, & totũ in qualibet parte. Neq; in hoc faciũt discrimen inter aĩam rõnalem & aĩas aliorũ animalium perfectorum. Cæterum potissima rõ, propter quam asseritur aĩam rõnalem esse incorpoream, illa est quam D. Th. apponit hic & art. 3. & 6. Vbi hæc veritas amplius explicabitur. Ad quartum respondet, ꝙ rõ quare ex corpore & albedine non fit vnum per se, est quia ex duobus entibus in actu aut ex duobus actibus seu formis non componit esse simpliciter. Et quia albedo est forma, ideo adueniens corpori non cõstituit cum illo vnum per se; materia autẽ prima est pura potentia, & ideo rõ non concludit. Quintum argumentum longam & prolixam nimis disputationẽ tãgit de principio indiuiduationis. Qua de re diximus lib. 1. de gen. q. 5. Nunc autem breuiter notandum ex D. Th. q. vnica de aĩa ar. 3. in fine. Hanc esse dñam mtr animam hominis & alias formas, ꝙ anima hominis sicut in suo esse non depẽdet à corpore, ita neq; esse indiuiduatum eius à corpore depẽdet, verum est tñ, ꝙ distinctio numerica animarum non sumitur ex ipsis animis absolute consideratis, sed per respectum ad materiã signatam, non quatenus actus est in illa, sed quatenus habet aptitudinem vt vniatur illi. Et hoc est quod ait D. Th. eadem q. art. 1. ad 2. & si indiuiduatio animæ aliquam relationem habeat ad corpus non tamen perit pereunte corpore. Vnde patet ad vltimum argumentum.

DVbitatur. 2. circa illam propositionem D. Th. qua probat. 1. & 2. conclusionẽ, ꝙ si anima esset corpus, non posset intelligere alia corpora: quoniam intus existens prohibet cognitionem extranei. Quæ propositio est doctrina Arist. 2. de anima tex. 104. & 108. & lib. 3. text. 4. & 5. Arguitur ergo primò, & probatur ꝙ hæc propositio sit falsa. Sensus tactus habet in se qualitates tangibiles, vt infra. q. 78. ar. 3. circa fine dicemus. Et nihilominus percipit similes qualitates, ergo. Secundò. Potentia visiua percipit diaphanum & lucẽ, sed pupilla habet in se diaphanum, & lux immediatè coniungit oculo, ergo. Tertiò. Potentia quæ dr̃ cogitatiua apprehendit res corporeas & singularium quidditates, & tñ ipsa est corporea, ergo. Ad cuius dubij explicationem notandum est. 1. quòd licèt quælibet res sit determinatæ naturæ quantum ad suum esse naturale, & specificum, siue sit corporalis siue spiritualis; tñ ꝙ attinet ad cognitionẽ per quã vnum fit quodammodo alia multa; est distinctum ꝙ sunt res quædam ita determinatæ naturæ, ꝙ per cognitionem non possunt fieri alia: quædam vero res sunt indeterminatæ, quæ per cogitionem & susceptionẽ specierum possunt fieri alia multa. v. g. color est quædam natura ita determinata, ꝙ non potest susc̃ipere species aliorum colorum, & ex consequenti non potest fieri alia per cognitionem. è contra vero anima vel intellectus est natura quædam indeterminata quantum ad susceptionem specierum siue substantiæ ſme accidentis: quamuis ipsa anima sit substantia; & intellectus sit accidens. Secundò notandum est, ꝙ ista indeterminatio habet quãdam latitudinem: nã quælibet potentia corporalis, quamuis possit cognoscere quædam alia corpora: tamẽ eo ipso ꝙ est potentia corporalis, sic est determinata, quòd non potest fieri vniuersalis per cognitionem vniuersalium: quod tamen potest potentia intellectiua. Et propterea Arist. sæpe dicit, quòd intellectus est vniuersalium, sensus verò singulariũ. Quapropter rectè dicitur & colligitur, quòd si anima hominis esset corporea, & vteretur organo corporeo, non posset cognoscere omnia alia corpora quantum ad rationem communem, & differentias earum: quoniã illa natura corporea intus existens, prohiberet necessario istam cognitionem. Et iux ta istum modum intelligitur propositio D. Thomæ quæ sic intellecta concludit id quòd intenditur, quòd anima nostra non esset intellectiua si esset corporea.

¶ Notandum est tamen tertiò, Id quod aduertit Ferr. lib. 2. contra gent. c. 98. ꝙ illa propositio, intus existens prohibet extraneum, debet intelligi de prohibitione cognitionis perfectæ ipsius extranei, non aũt de cognitione imperfecta & indistincta. Constat enim, quòd per vitrum viride videntur alia colorata, quorum species recipiuntur in ipso vitro; tanquam medio in quo est color secũdum esse reale. Videntur autem non perfectè & secundum propriũ colorem, sed indistinctè propterea quòd species recipiunt illam conditionem medij in quo recipiuntur: quod etiam D. Thom. insinuat in articul.

¶ Ad primum respondetur, quòd in sensu tactus sunt quidem qualitates tãgibiles sed redactæ ad quandam temperiem & mediocritatem & certum temperamentũ, rõne cuius potest ille sensus determinari ab eisdẽ qualitatibus qñ sunt excedentes istud temperamentum pp maiorem intensionẽ. Et propterea dicimus, quòd sensus tactus percipit excedentes qualitates, quæ doctrina est Arist. 2. de anima. c. 11. text. 118.

¶ Ad secundum respondetur, quòd lux & similiter diaphanum est naturæ indeterminatæ quãtum ad receptionem specierũ: & propterea non impedit cognitionẽ aliorum sicut impediret albedo vel aliud accidens huiusmodi si ibi esset.

¶ Ad tertium respõdetur primo sicut ad secundum, quòd potentia cogitatiua quamuis sit corporea, est tamen determinabilis per species rerum singulariũ, & propterea non impedit illorũ cognitionẽ. Respondetur secundo, quòd cogitatiua hoĩs, si cognoscit singularia ẽt quantum ad illorũ quidditates, (de quo disputandum est q. 78. art. 4.) idcirco ea cognoscit, qm̃ habet affinitatem cũ aĩa intellectiua, ex cuius consortio eleuatur ad hmõi cognitionem, vt D. Tho. docet in illo ar. 4. ad quintum. Est. n. natura le potentijs inferioribus, ex coniunctione superioris eleuari ad aliquid excellentius: sicut cogitatiua ipsa ex coniunctione ad intellectum, habet quẽdam discursum. Et appetitus sensitiuus ex coniunctione ad voluntatem habet quandam libertatẽ. Et hac rõne potentia sensitiua brutorum non põt percipere singularia quantum ad eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidditates, sed solùm quantum ad illorũ accidentia: quoniam non eleuatur ab aliqua potentia superiori. Et consequenter si anima intellectiua esset corporea, non posset percipere quidditates singularũ, sed sola accidentia: quoniã non esset coniuncta alicui potentiæ spirituali superiori. ¶Circa tertiam conclusionem D.Tho. nota, illam esse certàm secundum fidem in hoc sensu, ꝙ anima rationalis non dependet à corpore in suo esse. Et consequenter est certum secundum fidem. ꝙ est immortalis & perpetua, vt art.6.ostendetur. Cæterum si quis roget, an anima rationalis ita per se subsistat, ꝙ subsistentia sit propria passio ipsius animæ & ab ea redundet in totum compositum: an verò è conuerso subsistentia sit totius compositi propria, & ab illo communi cetur animæ, sicut cõtingit in aliis formis: hoc disputandum est ex professo q. 76. ar. 1. ad quintum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm animæ brutorum animalium sint subsistentes.

364 2.co.ca. 80. &. 82. Et.l. 4. c. 39. *Articu. præce.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd animæ brutorum animaliũ sint subsistentes. Homo enim conuenit in genere cum aliis animalibus. Sed anima hominis est aliquid subsistens, vt ostensum est. * Ergo & anima aliorum animalium sunt subsistentes.

¶ 2 Præterea. Similiter se habet sensitiuũ ad sensibilia sicut intellectiuum ad intelligibilia. Sed intellectus intelligit intelligibilia sine corpore. Ergo & sensus apprehendit sensibilia sine corpore. Animæ autem brutorum animalium sunt sensitiuæ. Ergo sunt subsistentes pari ratione, qua & anima hominis qua est intellectiua.

¶ 3 Præterea. Brutorum animalium anima mouet corpus. Corpus autem non mouet, sed mouetur. Anima ergo bruti habet aliquã operationem sine corpore.

c. 16. in pri. to. 3. inter opera Auguſt.

SED contra est, quod dicitur in li. de Eccle. * dogmatibus. Solum hominem credimus habere animam subsistentiam: animalium verò animæ non sunt subsistentes.

RESPONDEO dicendum, quòd antiqui philosophi nullam distinctionem ponebant inter sensum & intellectũ & vtrumque corporeo principio attribuebant, vt dictũ est. * Plato autem distinxit inter intellectum & sensum, vtrunque tamen attribuit principio incorporeo, ponens quòd sicut intelligere, ita & sentire conuenit animæ secundum seipsam. Et ex hoc sequebatur, quòd etiam animæ brutorum animalium sint subsistentes. Sed Aristoteles * posuit, quòd solum intelligere inter opera animæ sine organo corporeo exercetur. Sentire verò & consequentes operationes animæ sensitiuæ manifestũ accidunt cum aliqua corporis immutatione. Sicut in videndo immutatur pupilla per speciem coloris. Et idem apparet in aliis. Et sic manifestum est, quòd anima sensitiua non habet aliquam operationem propriam per seipsam, sed omnis operatio sensitiua animæ est coniuncti. Ex quo relinquitur, ꝙ cum anima brutorum animalium per se non operentur, non sit subsistentes. Similiter enim vnumquodque habet esse & operationem.

AD primum ergo dicendum, quòd homo etsi conueniat in genere cum aliis animalibus, specie tamen differt. Differentia autem speciei attẽditur secundum differentiam formæ. Nec oportet ꝙ omnis differentia formæ faciat generis diuersitatem.

AD secundum dicendum, quòd sensitiuũ quodammodo se habet ad sensibilia, sicut intellectiuum ad intelligibilia, inquantum scilicet vtrumque est in potentia ad sua obiecta. Sed quodammodo dissimiliter se habent inquantum sensitiuum patitur à sensibili cum corporis immutatione. Vnde excellentia sensibilium corrumpit sensum. Quod in intellectu non contingit. Nam intellectus intelligens maxima intelligibilium, magis potest postmodum intelligere minora. Si verò intelligendo fatigetur corpus, hoc est per accidens, inquantum intellectus indiget operatione virium sensitiuarum, per quas ei phantasmata præparantur.

AD tertium dicendum, ꝙ vis motiua est duplex. Vna quæ imperat motum, scilicet appetitiua. Et huius operatio in anima sensitiua non est sine corpore, sed ira & gaudium, & huiusmodi passiones sunt cũ aliqua corporis immutatione. Alia vis motiua est exequens motum per quam membra redduntur habilia ad obediendum appetitui: cuius actus non est mouere, sed moueri. Vnde patet, ꝙ mouere non est actus animæ sensitiuæ sine corpore.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Hanc probat D. Thomas. Quoniam anima sensitiua non habet operationẽ propriam per se ipsam, sed omnis operatio animę sensitiuę est coniuncti, ergo cum animæ brutorum animalium per se non operentur, non sunt subsistentes. Probatur cõsequẽtia. Quia vnumquodque operatur sicut habet esse.

COMMENTARIVM.

DE veritate conclusionis huius articuli vide D.Tho. & Ferr. 2. contra gent. c.28. Circa solutiones ad 2. nota ꝙ Aristot. lib.3 de Anima tex.7 assignant hanc differentiam inter sensum & intellectum: ꝙ excellens sensibile corrumpit sensum, excellens autem intelligibile non corrumpit intellectum, imò perficit illum. Et li. 2. de Anima tex.123. & li.3.tex.143. assignat rationem, quare excellens sensibile corrumpit sensum, quam in hac solutione ponit D.Tho. De quo vide Albertum li.2.de Anima tract.4.c.9. & Caietanum in.2. de Anima c.13. & Ferr.2.contra gen.c.55.circa nouam rationem D.Thom.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm anima sit homo?

365 3.d.5.q. 2.art.2. Et d.22.q. 1.arti.1. cor. Et 2.cõtra gent.ca. 56. & 90.q.5. articu. 10.cor. h.19.de ciu.Dei

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ anima sit homo. Dicitur enim 2.ad Cor. 4. Licet is qui foris est noster homo, corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Sed id quod est intus in homine, est anima. Ergo anima est homo interior.

¶ 2 Præterea. Anima humana est substãtia quædam. Non autem est substantia vniuersalis. Ergo est substantia particularis. Ergo est hypostasis, vel persona, sed non nisi humana. Ergo anima est homo. Nam persona humana est homo.

SED contra est, quod Aug.* 19. de ciui. Dei commendat Varronem, ꝙ hominem nec per to animam solam, nec solum corpus, sed animam simul & corpus esse arbitrabatur.

tum re mo. 5.

RESPONDEO dicendum, ꝙ animã esse hominem, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ homo sit anima, sed hic homo non sit anima, sed compositum ex anima & corpore, puta. Socrat. Quod ideo dico, quia quidam posuerunt solam formã esse de ratione speciei, materiam verò esse partem individui, & non speciei. Quod quidem non potest esse verum. Nam ad naturam speciei pertinet id quod significat diffinitio. autem in rebus naturalibus non significat formam tantum, sed formam & materiã. Vnde materia est pars speciei in rebus naturalibus: non quidem materia signata, quæ est principiũ individuationis, sed materia communis. Sicut enim de ratione huius hominis est, ꝙ sit ex hac anima, & his carnibus, & his ossibus: ita de ratione hominis est, ꝙ sit ex anima, & carnibus & ossibus. oportet enim de substãtia speciei quicquid est communiter de substantia omniũ individuorũ sub specie contentorũ. Alio verò modo potest intelligi sic, ꝙ etiam hęc anima sit hic homo. Et hoc quidẽ sustineri posset, si poneretur ꝙ animę sensitiuæ operatio esset eius propria sine corpore, quia omnes operationes, quæ attribuuntur homini conuenirent soli animę. Illud autem est vnaquæque res, quod operatur operationes illius rei. Vnde illud est homo qđ operatur operationes hominis. Ostensũ est autẽ, * ꝙ sentire nõ est operatio aiæ tantũ. Cum igitur sentire sit quędã operatio hominis, licèt non propria, manifestũ est ꝙ homo nõ est anima tantũ, sed aliquid compositũ ex anima & corpore. Plato verò ponens sentire esse proprium animę, ponere potuit ꝙ homo esset anima vtens corpore.

*Ar.præced.

li. 9. Et hic cap. 4. ante mediũ, &c. 8. à medio. Et h.10. c.v.& 7. tom. 5.

AD primum ergo dicendum, quòd secundum Philosophum in 9. Ethi. * illud potissimè videtur esse vnumquodque, quod est principale in ipso. Sicut quod facit rectorem ciuitatis, dicitur ciuitas facere. Et hoc modo aliquando quod est principale in homine, dicitur homo. Aliquando quidem pars intellectiua secundum rei veritatem, quæ dicitur homo interior. Aliquando verò pars sensitiua cum corpore secundum æstimationem quorũdam, qui solum circa sensibilia detinentur. Et hic dicitur homo exterior.

AD secundum dicendum, quòd non quælibet substãtia particularis est hypostasis, vel personæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

persona: sed quæ habet completam naturam speciei, Vnde manus vel pes non potest dici hypostasis vel persona. Et similiter nec anima, cùm sit pars speciei humanæ.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Homo non est anima tantum, sed compositum ex anima & corpore. Hanc conclusionem probat D. Thom. quia illud est homo quod habet operationes hominis, sed anima sola non habet operationes hominis, ergo. Maior est manifesta, & probatur minor. Nam sentire est operatio hominis, non autem est operatio animę tantum, sed animę simul cum corpore, ergò homo non est anima tantum, sed compositum ex anima & corpore.

COMMENTARIVM.

CONclusionem huius articuli statuit D. Aug. 19. de ciuitat. cap. 3. contra Platonem. Et similiter stamenda est à nobis cõtra hæreticum Vvicleff. cõtra quem illam defendit Vvaldensis li. 1. Doctrinalis antiquæ fidei capit. 33. in qua re & alios etiam errasse refert Sixtus Senensis lib. 5. annotatione. 26. & lib. 6. annotatione. 48.

¶ Dubitari poterat in hoc articulo, vtrũ materia sit pars quidditatis specificæ in rebus corporalibus. Sed hęc disputatio est clarissima, & eam eleganter definiunt Caietanus in lib. de ente & essentia. ca. 2. quæstio. 4. & Ferr. 1. contra gent. capit. 21. circa finem, & inter metaphysicos Sonzinas libr. 7. quæstio. 26.

ARTICVLVS QVINTVS.

¶ Vtrùm anima sit composita ex materia & forma?

3366 Inf. d. 8. q. 5. art. 2. Et 1. di. 17. q. 1. art. 2. & 2. cõ. c. 49. Et

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima sit composita ex materia & forma: potentia enim contra actum dividitur. Sed omnia quæcunque sunt in actu, participant primum actum, qui Deus est. per cuius participationem omnia sunt & bona, & entia, & viuentia: vt patet per doctrinam Diony.* in lib. de di. no. Ergo quęcunq; sunt quod. 3. in potentia, participant primam potentiam. q. 8. & Sed prima potentia est materia prima. Cum quo. 2. ergo anima humana sit quodammodo in po- q. 1. ar. 3 tentia, quod apparet ex hoc, q̃ homo quando- & ſpiri- cunque est intelligens in potentia, videtur q̃ tu am. 1 anima humana participet materiam primã & de a- tanquam partem sui. nima a

¶ 2 Præterea. In quocunque inueniuntur tic. 6. & proprietates materię, ibi inuenitur materia. opuſcu Sed in anima inueniuntur proprietates mate- lib. 6. B ria, qua sunt subijci & transmutari. Subijci- * cap. 5. tur enim scientię & virtuti: & mutatur de ignorantia ad scientiam & de vitio ad virtutem. Ergo in anima est materia.

¶ 3 Præterea. Illa quæ non habent materiam, nõ habent causam sui esse, vt dicitur in 8. Metap.* Sed anima habet causam sui esse: li. 8. tex. quia creatur à Deo. Ergo anima habet mate- 16. to. 3 riam.

¶ 4 Præterea: Quod non habet materiã, sed est forma tantum, est actus purus & infi- C nitus. Hoc autem solius Dei est. Ergo anima habet materiam.

SED contra est, q̃ Augustin.* probat in 7. li. 7. super Ge. ad lit. q̃ anima non est facta nec ex 8. & 9 materia corporali, nec ex materia spirituali. 10. 3

RESPONDEO dicendum, quòd anima non habet materiam. Et hoc potest considerari dupliciter: Primò quidem ex ratione animę in communi. Est enim de ratione animæ, q̃ sit forma alicuius corporis. Aut igitur est forma secundam se totam, aut secundum D aliquam partem sui. Si secundum se totã, impossibile est q̃ pars eius sit materia, si dicatur materia aliquod ens in potentia tantũ: quia forma inquantum forma est actus. Id autem quod est in potentia tantum, non potest esse pars actus, cùm potentia repugnet actui: vpote cõtra actũ diuisa. Si autem sit forma secũdum aliquam partem sui, illam partem dicemus esse animam, & illam materiã, cuius primo est actus, dicemus esse primum animatũ. Secũdò specialiter ex ratione humanæ animę E inquantum est intellectiua. Manifestum est enim, q̃ omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modũ recipientis. Sic autẽ cognoscitur vnumquodq; sicut forma eius est in cognoscente. Anima autem intellectiua cognoscit rem aliquã in sua natura absolutè, puta lapidem inquantum est lapis absolutè. Est igitur forma lapidis absolutè secundum propriam rationem formalẽ in anima intellectiua. Anima igitur intellectiua est forma absoluta, non autem aliquid compositum ex materia & forma. Si enim anima intellectiua esset composita ex materia & forma, formę rerum recperentur in ea vt indiuiduales. Et sic non cognosceret nisi singulare, sicut accidit in potentijs sensitiuis, quæ recipiunt formas rerũ in organo corporali. Materia enim est principium indiuiduationis formarum. Relinquitur ergo, quòd anima intellectiua & omnis intellectualis substantia, cognoscens formas absolutè, caret compositione formæ & materię.

AD primum ergo dicendum, quòd primus actus est vniuersale principium omniũ actuum, quia est infinitum virtualiter in se omnia prahabens, vt dicit Diony. Vnde participatur à rebus non sicut purs, sed secundum diffusionem & processionẽ ipsius. Potentia autem, cùm sit receptiua actus, oportet q̃ actui proportionetur. Actus verò recepti, qui procedunt à primo actu infinito, & sunt quędã participationes eius, sunt diuersi. Vnde non potest esse potentia vna, quæ recipiat omnes actus, sicut est vnus actus influẽs in omnes actus participatos. Alioquin potentia receptiua adæquaret potentiam actiuam primi actus. Est autem alia potentia receptiua in anima intellectiua à potentia receptiua materiæ primæ, vt patet ex diuersitate receptorum. Nam materia prima recipit formas indiuiduales, intellectus autem recipit formas absolutas. Vn- D de talis potentia in anima intellectiua existens, non ostendit quòd anima sit composita ex materia & forma.

AD secundum dicendum, q̃ subijci & transmutari cõuenit materiæ, secundũ quod est in potentia. Sicut ergo est alia potentia intellectus, & alia potentia materiæ primæ: ita est alia ratio subijciendi & transmutandi. Secundum hoc enim intellectus subijcitur scientię, & transmutatur de ignorantia ad scientiam: secundum quod est in potentia ad E ſpecies intelligibiles.

AD tertium dicendum, q̃ forma est causa essendi materiæ & agens. Vnde agens inquantum reducit materiam in actum formæ, transmutando est ei causa essendi. Si quid autem est forma subsistens, nõ habet esse per ali-

A quod formale principium, nec habet causam transmutantem de potentia in actum. Vnde post verba præmissa Philosophus* concludit, li. 8. Me quòd in his quæ sunt composita ex materia & rap. tex. forma: nulla est alia causa nisi mouens ex po- 16. to. 3. testate ad actum. Quęcunque verò nõ habent materiam, omnia simpliciter sunt quasi verè entia aliquid.

AD quartum dicendum, quòd omne participatum comparatur ad participans, vt actus eius. Quæcunque autem forma creata B per se subsistens ponatur, oportet q̃ participet esse: quia etiam ipsa vita: vel quicquid sic diceretur, participat ipsum esse: vt dicit Diony. 5. c. de diuin. nom.* Esse autem participatũ c. 5. 1ect finitur ad capacitatem participantis. Vnde principi solus Deus, qui est ipsum suum esse, est actus um & purus & infinitus. In substantijs verò intellectualibus est compositio ex actu & potentia, mediũ non quidem ex materia & forma, sed ex forma & esse participato. Vnde à quibusdam dicuntur componi ex quo est, & quod est. Ipsum C enim esse est quo aliquid est.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima non est composita ex materia & forma. Ratio. Anima est forma corporis, ergo aut secundum se totam, aut secũdum aliquid sui. Si primo modo, ergo non est composita, quia potentia tantum nõ potest esse actus alterius etiam partialis, vt patet. Repugnat enim potentiæ esse partem actus. Si secundo, illud aliquid vocamus animam, & reliquum primum animatum, & sic habetur intentum.

¶ Secunda conclusio. Anima intellectiua non est composita ex materia & forma. Ratio prima. Lapis cognoscitur ab anima intellectiua absolute, ergo est in ea absolute, ergo anima intellectiua est forma absoluta. Prima consequentia probatur. Quia vnumquodque eo modo, quo cognoscitur, est in cognoscente, & ècõuerso. Secunda verò consequentia probatur. Quia vnumquodque recipitur in aliquo secundũ modum recipientis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipientis. Ratio secunda. Si anima intellectiua esset composita ex materia & forma, non reciperet formas, nisi vt individuales, & consequenter nō cognosceret nisi singularia, quod est falsissimum.

COMMENTARIVM.

CIrca doctrinam huius articuli sunt legenda supradicta q. 50. art. ex quibus intelligere licet, q̄ sicut in Angelis alia quæstio fuit, An angelus sit corpus, alia verò, An angelus componatur ex materia & forma: sic in præsenti quanuis in art. 1. diffinitum sit, animam non esse corpus, meritò in hoc articulo ostenditur, illam non esse compositam ex materia & forma: quanuis illa materia non sit capax quantitatis, ad confutandum illum errorem, q̄ quanuis anima non sit corpus, tamen componitur ex materia & forma. De quo errore vide D. Tho. & Ferr. 3. contra gent. c. 49. & 50.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm anima humana sit corruptibilis.

367 11. quæ. 85. ar. 6. & 2. dis. 19. ar. 1. & 2. con trag. ca. 78. & 79. & 8. & quol. 10. q. 3. art. 2. & de anima. art. 54.

AD SEXTVM sic proceditur. *Videtur quòd anima humana sit corruptibilis. Quorum enim est simile principium, & similis processus, videtur esse similis finis. Sed simile est principium generationis hominum & iumentorum, quia de terra facta sunt: similis est etiam vita processus in vtrisque. quia similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, vt dicitur Ecclesiast. 3. Ergo vt ibidem concluditur, vnus est interitus hominis & iumentorum, & equa vtriusque conditio, Sed anima brutorum animalium est corruptibilis, Ergo & anima humana est corruptibilis.*

¶ 2 *Præterea. Omne quod est ex nihilo, vertibile est in nihilum: quia finis debet respondere principio. Sed sicut dicitur Sapien. 2. Ex nihilo nati sumus. Quod verum est non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam. Ergo, vt ibidem concluditur, post hoc erimus tanquam non fuerimus: etiam secundum animam.*

¶ 2 *Præterea, Nulla res est sine propria operatione. Sed propria operatio animę, qua est intelligere cum phantasmate: non potest esse sine corpore. Nihil enim sine phantasmate intelligit anima. phantasma autem non est sine corpore, vt dicitur in libro. de anima.*

† *Ergo anima non potest remanere destructo corpore.* li. 2. tex. 161.

SED contra est, quòd Diony. dicit 4. ca. de diui. nom. *quòd anima humana habent ex bonitate diuina, quòd sint intellectuales;* * Cap. aliquam tulum. & *quòd habeant substantialem vitam incorruptibilem.*

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere animam humanam, quam dicimus intellectiuum principium, esse incorruptibilem. Dupliciter enim aliquid corrumpitur. Vno modo per se, alio modo per accidens. Impossibile est autem aliquid subsistens generari, aut corrumpi per accidens, id est, aliquo generato vel corrupto. Sic enim competit alicui generari & corrumpi, sicut & esse, quod per generationem acquiritur, & per corruptionem amittitur. Vnde quod per se habet esse, non potest generari vel corrumpi nisi per se. Quæ verò non subsistunt vt accidentia & formæ materiales, dicuntur fieri & corrumpi per generationem & corruptionem compositorum. Ostensum est autem suprà, * *quòd anima brutorum non sunt per se subsistentes, sed sola anima humana. Vnde anima brutorum corrumpuntur corruptis corporibus, anima autem humana non posset corrumpi, nisi per se corrumperetur. Quod quidem omnino est impossibile non solum de ipsa, sed de quolibet subsistente: quod est forma tantum. Manifestum est enim, quòd id, quod secundum se conuenit alicui, est inseparabile ab ipso. Esse autem per se conuenit formę, qua est actus. Vnde materia secundùm hoc acquirit esse in actu, quòd acquirit formam: secundùm hoc autem accidit in ea corruptio: quòd separatur forma ab ea. Impossibile est autem quòd forma separetur à seipsa. Vnde impossibile est, quòd forma subsistens desinat esse. Dato etiam, quòd anima esset ex materia & forma cōposita, vt quidā dicūt, adhuc oporteret ponere eā incorruptibilem. Non.n. inuenitur corruptio nisi vbi inuenitur contrarietas. Generationes.n. & corruptiones ex cōtrarijs & in cōtraria sunt. Vnde* Ar. 3. de ius que

Vnde corpora cælestia, quia non habent materiam contrarietati subiectam, incorruptibilia sunt. In anima autem intellectiua non potest esse aliqua contrarietas: Recipit enim secundum modum sui esse. Ea vero, quę in ipsa recipiuntur, sunt absque contrarietate, quia etiam rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariæ, sed est vna scientia cōtrariorum. Impossibile est ergo q̄ anima intellectiua sit corruptibilis. Potest etiam huius rei accipi signum ex hoc, q̄ vnumquodq; naturaliter suo modo esse desiderat. Desiderium autem in rebus cognoscentibus sequitur cognitionem. Sensus autem non cognoscit esse nisi sub hic & nunc: sed intellectus apprehendit esse absolutè, & secundum omne tempus. Vnde omne habēs intellectum naturaliter desiderat esse semper. Naturale autem desiderium non potest esse inane. Omnis igitur intellectualis substantia est incorruptibilis.

AD primum ergo dicendum, q̄ Salomon inducit rationem illam ex persona insipientium, vt exprimitur Sapi. 2. Quòd ergo dicitur q̄ homo & alia animalia habent simile generationis principium: verum est quātum ad corpus, similiter enim de terra facta sunt omnia animalia: nō autem quantum ad animam. Nam anima brutorum producitur ex virtute aliqua corporea, anima verò humana à Deo. Et ad hoc significandum dicitur Gen. 1. quantum ad alia animalia. Producat terra animam viuentem. Quantum verò ad hominem dicitur, q̄ inspirauit in faciem eius spiraculum vitę. Et ideo concluditur Ecc. vlt. Reuertatur pulvis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Similiter processus vitæ est similis quantum ad cortum. Ad quod pertinet, quod dicitur in Eccl. Similiter spirant omnia, & Sap. 2. Fumus & flatus est in naribus nostris, etc. Sed non est similis processus quantum ad animam: quia homo intelligit, non autem animalia bruta. Vnde falsum est quod dicitur. Nihil habet homo iumento amplius. Et ideo similis est interitus, quantum ad corpus: sed non quantum ad animam.

AD secundum dicendum, quòd sicut posse creari dicitur aliquid non per potentiam passiuam, sed solùm per potentiam actiuam creantis, qui ex nihilo potest aliquid producere: ita cùm dicitur aliquid vertibile in nihil, non importatur in creatura potentia ad non esse, sed in creatore potentia ad hoc quod esse non influat. Dicitur autem aliquid corruptibile per hoc q̄ inest ei potentia ad non esse.

AD tertium dicendum, quòd intelligere cum phantasmate est propria operatio animę secundum quod corpori est vnita. Separata autē à corpore habebit alium modum intelligendi similem aliis substantiis à corpore separatis: vt infrà melius patebit.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Prima ratio pro hac conclusione est supposita distinctione, dupliciter scilicet quicquam corrumpi. Vno modo per se; altero modo per accidens ad corruptionem alterius. Hoc supposito. Rō est. Anima humana est actus per se subsistens, ergo corrumpi nō potest. Antecedens probatum est artic. 2. Consequentia probatur. Quia si per se subsistit non corrumpitur per accidens ad corruptionem suppositi. Præterea. Si actus est non potes corrumpi per se, ergo nullo modo. Prior pars antecedentis patet ex suppositā distinctione. Secūda pars probatur tali syllogismo. Id quod alicui per se conuenit est inseparabile ab eo, sed esse per se cōuenit formę, ergo est inseparabile ab ea. Probatur minor. Quia materia secūdū hoc acquirit esse in actu quatenus acquirit formam, & eatenus amittit tale esse quatenus forma separat, ergo ipsa forma est rō ipsius esse. Nunc patet cōsequentia illa. Ergo esse est inseparabile ab ea, quia ipsa à seipsa separari nō pōt. Vnde colligit D. Th. cōclusionē intētā, q̄ si semel detur forma subsistens nō pōt definere esse, quia ipse actus essendi sequitur ad ipsam formā. Secunda ratio. Id quod per se subsistit, corrumpi non potest nisi habeat contrarium, vt patet inductiuè; sed anima rationalis non est subiectum contrariorum; ergo nō pōt

cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrũpi. Probatur minor, quia ea q̃ extra animam contraria sunt recipit sine contrarietate, vt album & nigrum. Est enim vna scientia contrariorum. Et hæc ratio efficit vt etiam si composita esset ex materia & forma non corrũperetur sicut nec sol. Tertia ratio est veluti à signo. Anima desiderat naturaliter esse perpetuum; sed naturale desiderium non frustratur, ergo est perpetua. Maiorem probat D. Thom. quia desiderium sequitur cognitionem, sed cognoscit non solum esse hic & nunc vt bruta, sed esse perpetuum, ergo desiderat amplius, quàm esse hic & nunc, scilicet, ipsum esse semper.

COMMENTARIVM.

HÆc disputatio molestior facta est atque intricatior ex hominum malitia partim, partim ignorantia, qui omnia sensibus corporis metientes induxerunt animum nihil percipere nisi quod sub illis caderet. Isti autem nimis crasse de rebus statuunt. Si enim solis sensibus adhibetur fides & intra illorum limites concluduntur omnia, nec animas tribuemus mutis animantibus, quippè quas nec cernimus nec sensu vllo percipimus, nec Angelos siue intelligentias quæ formæ spirituales sũt existere censebimus, nihil denique præter molem hanc quam aspicimus & attrectamus, quod est disciplinæ contrarium, & ab omni iudicio humanę mentis vehementer alienum, ac abhorrens, religioni verò & pietati nostræ è diametro repugnans. Sed nos, quando locus hic in vniuersa & vita & pietate, imò in hominum beatitudine aut extrema miseria, tanti est momenti, fusius paulò cum prosequemur. Nec enim leuiter est attingendum, quod periculosum est non perfici.

¶Sed pro maiori totius quæstionis dilucidatione disputationem hanc totã in tres partes diuidam. In prima, quoniam Theologi munere præcipuè fungimur, disputabitur; Quid nam sit circa hoc tenendum secundum fidem. In secunda, quoniam à Philosophia non abhorremus, disputabitur; Vtrum ratione naturali euidenter demonstrari possit veritas de animarum nostrarũ immortalitate? Denique in tertia parte explicabimus quid circa hoc Aristoteles senserit. ¶ Sed ante omnia supponendum est pro intelligentia tituli quæstionis & totius disputationis, quòd sicuti mortale & corruptibile dupliciter dicitur, ita immortale & incorruptibile. Dicitur enim aliquid vno modo corruptibile & mortale, quia in se principium aliquod habet per quod ad corruptionem tendit, sicut equus, lapis cætera que id genus. Et hoc propriè dicitur corruptibile. Per oppositum verò dicitur aliquid incorruptibile, quod nullum tale principiũ habet sibi intrinsecum, vt cælum & intelligentię. Alio modo dicitur aliquid corruptibile & mortale, non quia intrinsecum aliquod principium habeat per quod ad corruptionem tẽdat, sed quia per aliqđ agens extrinsecum aut agendo aut ab actione cessando desinere potest, sicut secundum fidẽ catholicam cęlum & intelligentię. Per oppositum vero incorruptibile & immortale dicitur quod à nullo etiam extrinseco agẽte ad nõ esse deduci potest, sicuti Deus gloriosus. Non quæritur ergo hic, an anima intellectiua sit immortalis secũdo modo, sed tantum an primo modo sit incorruptibilis & immortalis tanquam videlicet nullum in se principium habens, per quod tendat ad non esse.

¶Sed attendendum est, quòd licet id q̃ est hoc modo incorruptibile, per se desinere esse non possit, eorum tamen aliqua forma per accidens potest desinere, scilicet, ad sui subiecti corruptionem. Nam omnis forma, quæ de potentia materiæ educitur & secundum suum esse à materia dependet, licet per se corrumpi non possit, cum esse per se cõsequatur formam; per accidens tamen ad totius compositi corruptionem desinit esse. Quæritur ergo, vtrum anima rationalis ita sit immortalis & incorruptibilis, quòd nec per se nec per accidens desinere possit?

¶ De qua quæstione D. Augustin. multa disseruit in libro suo de immortalitate animæ & in multis alijs doctrinæ suæ locis. Inter scholasticos eam accuratissimè tractarunt

sunt Dominus Caiet. tom. 3. opusc. tract. 1. oratione 4. & Ferr. 2. contra gen. cap. 79. & 81. Et præceptor noster Cano libro 12 de locis capitu. 15. Et sapientissimus Magister Soto in 4. distinct. 43. quæst. 1. articu. 1. sed ad rem accedamus.

DVbitatur ergo primo. Vtrum secundum fidem Catholicam anima rationalis sit immortalis?

¶Et videtur quòd non, imo quòd sit mortalis ex illo Ecclesiastes 3. Vnus est interitus hominis & iumẽtorum & æqua vtriusque conditio, sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. De terra facta sunt & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Ergo iam animæ hominum sunt corruptibiles sicut iumentorum.

¶ Secundo arguitur ex illo Iob 14. Lignum habet spem si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquę germinabit & faciet comam quasi cũ primum plantatum est. Homo vero cum emortuus fuerit & nudatus atque consumptus, vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari & fluuius vacuefactus arescat, sic homo cum dormierit nõ resurget, donec atteratur cælum non euigilabit, nec consurget de somno suo, ergo anima mortalis est. ¶ Tertio, Genes. 1. dicitur, q̃ Deus fecit hominem ex limo terræ, sed anima est pars hominis sicut & corpus; imo pars præcipua, ergo etiam anima est corruptibilis sicut & corpus.

¶ Quartò, Nam primæ ad Timoth. 6. dicitur: Rex regum & Dominus dominantiũ qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: ergo solus Deus est immortalis. Confirmatur, quia in Concilio Constantinop. 6. actione 11. diffinitur, q̃ inuisibilia & intellectualia non habent naturam immortalem. Sed per gratia à morte coercentur, ergo.

¶ Vltimo. Nam sæpenumero D. August. asserit non esse certum secundum fidẽ, an anima sit ex traductione an per generationem, ideſt, an educatur de potentia materiæ, an potius fiat per creationem. Asserit hoc libr. 10. super Genes. ad liter. capitu. 21. 22. & 23. in retract. cap. 1. & lib. 3. de baptismo paruulorum capit. 10. ergo non est certum secundum fidem, quod anima sit immortalis. Si enim est generabilis, certè est corruptibilis.

¶In oppositum est quod dicitur Sapien. 2. Deus fecit hominem inexterminabilem; ad imaginem suæ similitudinis fecit illum. Ex quo potest colligi, quòd homo est inexterminabilis, ideſt, immortalis & incorruptibilis secundum illam partem, qua est factus ad imaginem Dei. Est autem ad imaginem Dei secundum animam, vt Diuus Augustinus docet sæpenumero, specialiter in libris de Trinitate, ergo anima humana est incorruptibilis.

IN hac quæstione varias fuisse controuersias apud veteres autores docet D. Basilius super Isaiam ca. 2. circa illa verba: Nõ leuabit gens contra gẽtem gladium. Et Lactantius lib. 7. diuinarum institutionum c. 8. & sequentibus. Fuit enim olim ante Christi aduentum hæresis Saducæorum dicentium animam simul cum corpore interire, & exinde negabant mortuorum resurrectionem, vt habetur. Matth. 22. & Actorũ cap. 23. His consenserunt illi hæretici, quos refert Dinus Damascenus in catalogo, hæresi. 90. qui dicebant animas hominum interire simul cũ corpore sicut & animas pecorum. Eundem errorem tribuit D. Augu. lib. de spiritu & litera cap. 48. Arato & Zenoni. Eundem suscitauit in Holandia hæreticus quidam nomine Hermanus, vt refert Castro lib. de hæresibus verbo, anima hæresi. 7. Alij verò hæretici, vt refert Castro ibidem asseruerunt animas hominum interire quidem cum corpore, sed tamen reparari diuina virtute per resurrectionem cũ ipsis corporibus. Istos vocant Arabicos Eusebius lib. 6. cap. 27. & D. August. lib. de hæresibus capit. 83 & Isidorus lib. 8. Etymologiarum capit. 5. quod refertur 24. quæst. 3. c. quidam autem hæretici. Aduersus istos omnes hæreticos sit.

¶Prima conclusio. Certum est secundũ fidem animam intellectiuam non interire cum corpore, sed manere separatã in æternum duraturam. Hanc conclusionem probat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat optimè. Magister Soto vbi supra. conclusione 1. Nihilominus probatur breuiter ex illo Exodi 3. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob &c. Quod testimonium adducens Christus contra Saduceos Mat. 22. subsumit. Non est autē Deus mortuorum. sed viuentium, ergo tunc viuebant illi patres, etsi in corporibus decessissent. Huius loci efficaciam extollit Chrysost. homil. 71. in Math. Caietanus etiam & Theophilactus videantur super hunc locum. ¶ Præterea Psal. 15. dicitur: Quoniam non derelinques animam meam in inferno: & Ecclesiastes. Reuertatur puluis in puluerem &c. & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Præterea Sapien. 2. dicitur, Nescierunt sacramenta Dei, nec mercedem sperauerunt iustitiæ & nescierunt honorē animarum sanctarum. Et cap. 3. subditur: Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Et infra subditur: Spes illorū immortalitate plena est. & capitu. 5. dicitur: Iusti autem in perpetuum viuent. Quare nescio cur Diuus Augustin. lib. 4. quæstionum super Numeros quæst. 33. dixit difficilè inueniri in libris legis aliquid euidens de statu animæ post mortem. Nam hæc testimonia manifestè ostendunt immortalitatem animæ post mortem.

¶ Secundo probatur conclusio testimonijs noui testamenti. In primis Math. 10. dicitur. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quo testimonio vniuersi sancti, quos postea citabimus, probant hanc veritatem tāquam de fide. Et inter illos Athanasius in quæstionibus ad Antiochum principem q. 3. Præterea Lucæ 23. dixit Christus latroni Hodie mecum eris in paradiso. Quo testimonio confirmat hanc conclusionem Iustinus martyr lib. de quæstionibus gentium quæstione 76. Præterea secundæ ad Corint. 4. dicit Paulus: Licèt is, qui foris est noster homo, corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Quo testimonio cōfirmat hanc veritatem Claudianus lib. 1. de statu animæ capit. 3. Denique. 1. ad Corinth. c. 15. inferebat Apostolus tanquam quid absurdissimum: ergo qui dormierunt in Christo perierunt. Hæc veritas adeo per omnes libros sacros asseritur, vt superuacaneum sit plura loca ad eā stabiliendam adducere.

¶ Tertiò probatur hæc conclusio ex definitione cōcilij Later. vltimi sub Leone. 10. sessione. 8. vbi definitur nostra cōclusio his verbis. Damnamus & reprobamus sacro approbante concilio omnes asserentes animā intellectiuam esse mortalē. Et subdit hoc manifestè constare ex Euangelio, cum Dominus dicat Math. 10. Animam autem nō possunt occidere, & ca. 16. Qui odit animā suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Definitur etiam hæc veritas in Concilio Vienn. sub. Clemēte 5 & refertur in Clementina 2. de summa Trinitate & fide catholica §. Porro.

¶ Quartò probatur ratione: quoniā alias incarnatio Christi nihil profuisset nobis, nec resurrectio mortuorum sperāda foret, nec peccata punirētur, nec merita præmiarentur, sed miserabiliores essent sancti omnibus hominibus, vt dicit Paulus, vt potè qui in hac solummodo vita ipsis laboriosa & misera sperantes essent. Quinto probatur ex communi consensu Ecclesiæ & fidelium, qui omnes tanquam veritatem catholicam recipiunt hanc conclusionē, sic adeo vt D. August. dixerit in epistola. 3. ad Volusianum; quis nunc est extremus idiota, uel quæ abiecta muliercula quæ non credat animę immortalitatem? Probatur etiam ex cōmuni doctrina omnium sanctorum Ecclesiæ, qui hanc conclusionem affirmant tanquam de fide D. Aug. super Ioannem trac. 23. & 47. D. Ambro. lib. de bono mortis. ca. 9. & 10. vbi adducit optima loca scripturæ sacræ D. Chrysost. hom. 4. de prouidentia & fato. D. Isiodorus lib. 1. de summo bono. ca. 14. & vniuersi alij patres. Quapropter sicut placet viris sapientissimis & pijs hæc cōclusio non solum est habenda tanquam de fide sed est computāda inter articulos fidei, qm̄ secluſa animæ immortalitate nō possumus credere duos vltimos articulos qui continentur in symbolo, scilicet carnis resurrectionem & vitam æternam.

¶ Secunda conclusio. Certum est etiam secundum fidem, quòd anima rationalis ex natura sua habet quòd sit immortalis, & huius

huius oppositum censemus erroneum. Hanc conclusionem docet præceptor noster Cano loco citat. conclusione. 2. & addit, quòd damnaretur vt hæretica si ad summum Pontificem deferretur. Probatur nostra conclusio. 1. prædicta definitione Concilij Lateranen. in illa sessione. 8. vbi expressè definitur, quòd anima humana non solùm per se & essentialiter est forma corporis, sed etiam immortalis.

¶ Secundò probatur ex illo sapientię. 2. Deus fecit hominem inexterminabilem, ad imaginem suę similitudinis fecit illum. Illa autem inexterminabilitas intelligenda est ratione aīæ, quæ est ad imaginē Dei.

¶ Tertiò probatur ex illo Matthæi. 10. Animam autem non possunt occidere, Cuius loci sensus est, quòd anima intellectiua per nullas vires naturales potest destrui. Ex quo sequitur, quòd ex natura sua sit incorruptibilis. Confirmat ex Diu. Gregor. libro quarto moralium capit. 7. vbi dicit, quòd anima nostra nec per vitium nec per supplicium amittit essentialiter viuere. Vbi docet quòd anima nostra ex sua intrinseca natura habet perpetuo uiuere.

¶ Quartò probatur optima ratione, nam manifestum est quam plures philosophos gentiles docuisse, & etiam demonstrasse animæ nostræ immortalitatem, ergo immortalitas conuenit ex natura sua animæ nostræ, & non ex gratuito dono Dei. Probatur consequentia, nam ea quæ Deus per dona gratuita vult facere non innotuere philosophis, sed solum per diuinam reuelationem cognoscuntur, iuxta illud Sapientiæ. 9. Quis hominum scire poterit consilium Dei, aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Et confirmatur. Veritas de immortalitate corporum nostrorum post uniuersalem resurrectionem non modo non fuit demonstrata à philosophis, sed nec somniata, quia illa immortalitas est ex gratuita voluntate Dei præter corporum nostrorum naturam, ergo si animæ nostræ immortalitas fuit demonstrata à philosophis est naturalis illi, & non ex gratuito dono Dei. ¶ Quinto probatur cōclusio nā in uniuerso populo Christiano receptum iam est tanquam de fide animam rationalem non produci ex semine, sed immediatè creari à solo Deo. Ex quo sequitur euidenter, q̄ anima est per se subsistens, & per consequens est forma spiritualis & independens à corpore, ergo eadem certitudine est certum, q̄ anima secundum suam naturam est incorruptibilitas, nam quod ex natura sua est subsistēs & incorporeum, ex natura sua est incorruptibile. Denique Sapientiæ. 2. qui negant animæ immortalitatem vocantur stulti & insipientes, quod non esset dictum, si anima sm̄ suam naturā esset corruptibilis.

¶ Tertia conclusio erroneum videtur dicere animas brutorū esse immortales. Probatur conclusio ex illo quod dicitur Gene. 9. Anima enim ipsorum in sanguine est, ergo brutorum animæ pereunt cum eorū vita & sanguine. ¶ Secundo ex illo Gen. 1. vbi imperauit Deus terræ, vt produceret animam viuentem, id est, omnem animam viuentem præter rationalem, in quo insinuatur nobis, q̄ omnes animæ præter rationalem sint eductæ de potentia materiæ terrę, ac per consequens q̄ sint corruptibiles.

¶ Tertiò probatur ex differentia productionis animarum brutorum. De illis enim dicitur: Producat terra animam viuentem. De formatione autem hominis dicitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et cap. 2. dicitur: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Tandem ecclesiastici. 3. ex persōna iniquorum dicitur: Vnus est interitus hominum & iumentorum & æqua vtriusque conditio &c. ergo spiritus sanctus intendit maximum discrimen inter mortem hominum & iumentorū. Vide de hac conclusione D. Th. 2. cont. gēt. c. 82. ¶ Ad argumenta in oppositum respondet. Ad primū dicimus primo ex sua D. Greg. lib. 4. dialog. c. 4 (quæ plurimū est notanda pro intelligentia illius libri) sepenumero Ecclesiastē concionatoris more nō protulisse illa verba affirmādo sed quasi aliorū noīe, qui illo tenebant errore. ¶ Secundò rñdet, hic concionatorem explicasse quandam hoīum & brutorū conuenientiam quantum ad corpus, cum tamen propter mentis magnam differentiam non sit æqua vtriusque conditio. Has duas solutiones insinuat D. Th. in solutione ad i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertiò possunt explicari illa verba ex antecedentibus in eodem cap. 3. quia præmiserat ibi : vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Nota quam rectè iutulit futurum iudicium ex præsenti iniquitate. Deinde autem considerans vnde homines ad iniquitatem conuerterentur addit, Dixi in corde meo de filiis hominũ, vt probaret eos Deus, & ostenderet illos similes esse bestijs; hoc est, ex iusto iudicio Dei accidit, qui permisit eos ire in reprobum sensum & in desideria cordis eorum, quoniam homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis : id circo vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio, ideſt, inde prouenit vt homines ita viuant, ac si vnus esset interitus hominum & iumẽtorum : sanè quia excæcauit illos malitia peccati. Vnde concludit conquerens hominũ ruditatem, quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscant ? Hoc est, difficile credunt futuram aliam vitam qui se bonis præsentibus tradiderunt. Est ergo sensus. Deus probare nititur homines, dum eos bestiarum more per tractat in ortu, & interitu & huius vitæ processu, vt vix credere valeant ad æternitatis possessionem esse creatos, quia paucis contingit ex lumine naturali animæ durationem intelligere. ¶ Ad secundum respondetur, quòd postquàm anima semel per mortem est separata à corpore quamuis maneat immortalis, & æterna, non est aliqua potentia naturalis, quæ illam iterũ cum corpore reunire possit, & hoc tantum intendit beatus Iob in illo loco, cæterum per supernaturalem Dei omnipotentiam id fieri potest, & tandem in fine mundi fiet. Quod & ibi indicauit Iob, dum dixit: Donec atteratur cælũ, non euigilabit. Cuius sententiæ sensus est secundùm D. Gregorium ibi : Vsque dum veniat consummatio sæculi, quando cæli atterentur siue peribunt (id est, transibunt, immutabũtur, & innouabuntur ad statum alterum, quod erit in fœculi consummatione) non expergiscetur homo à morte ad vitam, nec de somno mortis, in quo interim dormit in puluere, resurget ad vitam. Tunc vero sonitum dante tuba illa horribili, de qua fit mentio Ioan. 5. & primo Corint. 15. Ex visione & virtute Dei & resumptis corporibus suis apparebunt iudicandi pro suis quisque operibus, quæ in vita gessit, siue bonis siue malis. ¶ Ad tertium dicimus ex Diuo Augustino lib. 13. de Ciuita. Dei capit. 24. q̃ homo factus est ex puluere terræ secundũ corpus, non secundum animam rationalem, factus est iste homo in animam viuentem, id est, formatus iste puluis factus est in animam viuentem. Et ad probationem dicimus, quòd verum est, quòd non totus homo sed pars melior anima est, nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est : sed cum vtrumque est coniunctũ, simul habet hominis nomen, quod tamen singula non amittunt, etiam cum de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibetur, homo ille defunctus est, & nunc in requie est vel in pœnis, cum de aïa sola possit hoc dici, & illo aut illo loco homo ille sepultus est, cũ hoc nisi de solo corpore non possit intelligi ? An dicemus sic loqui scripturã nõ solere diuinã? imo vero illa ita nobis attestatur in hoc, vt ẽt cũ duo ista coniuncta sunt & viuit homo, tũ ẽt singula hominis vocabulo appellet animam, interiorẽ hominẽ, corpus vero exteriorẽ hominem vocans, tanquam duo sint hoĩes, ac simul vtrunque sit homo vnus: sed intelligẽdum est secundum quid hõ dicatur ad imaginem Dei, & hõ de terra, atq; iturus in terram, illud.n. secundum anima rationalem dicitur, qualem Deus inspirando indidit homini, i. hominis corpori : hoc autem secundum corpus, qualem hominem Deus finxit ex puluere cui data est anima vt fieret corpus animale, id est homo in animam viuentem, verba sunt Di. Aug. ¶ Ad quartũ rñdetur 1. ex D. Th. q. vnica de anima artic. 14. ad 3. q̃ immortalitas sumit̃ ibi pro immutabilitate operationis de bona in malã, qualẽ consequentur animę beatæ. Secundò respondetur, q̃ ex se solus Deus habet immortalitatẽ tanquã prima radix illius iuxta illud Christi Domini. Nemo bonus nisi solus Deus. Et ex hoc respondetur 2. ad confirmationem. Secundo respondetur ad eandem confirmationem, quòd quando dicitur in illa epistola Sophronij, q̃ anima nõ per naturam sed per gratiã est immortalis, intelligitur de gratia nõ supernaturali, sed sicut ea quæ ex vi creationis nobis conueniunt dicuntur beneficia Dei, vt q̃ viuamus, Dei donũ est. Nam cum solus Deus habeat esse omnino independens, & ipse possit omnia in nihilum vertere, dicuntur omnia creata esse & durare per gratiã eius, vt constat in quadam epistola missa ad Innocentium, quæ habetur to. 1. conciliorum ante acta concilij Mileuitani. Ad quintum rñdetur, q̃ Augus. in illis locis procedit disputatiuè & secundũ opinionẽ aliorũ, sed ipse postea in li. de immortalitate animæ, & in infinitis aliis suę doctrinæ locis, q̃bat multis rõnibus immortalitatẽ animæ rõnalis. De hoc vide Magistrum in 1. d. 18. c. vlt. vbi adducit plures autoritates Sãctorũ.

Dvbitatur secundò principaliter, Vtrũ ratione naturali euidẽter cognosci possit hæc veritas de animarũ immortalitate. ¶ Et videtur q̃ non, Primò. Forma, quę ad sui existentiam determinatas dispositiones requirit, est corruptibilis, illis enim corruptis desinet esse, sed anima est huiusmodi, ergo. Probat̃ minor forma determinata requirit determinatam materiam per dispositiones determinantes, sed forma humana est determinata, ergo requirit materiã determinatam per dispositiones. Ex se.n. est illimitata & indeterminata.

¶ Secundo. Si anima est immortalis, sequitur quòd corruptio hominis sit accidentalis non substantialis, consequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Quia principia eius essentialia incorruptibilia sunt, nã & materia prima, vt dicitur in 1. Physic. incorruptibilis est. ¶ Tertiò. Quod conuenit alicui secundum se eius oppositum nec per se, nec per accidens potest cõuenire, sed forma substantiali, qualis ponitur anima intellectiua, secundum se cõuenit esse in materia, ergo nõ potest esse nisi in materia, & per consequens separata manere non põt. ¶ Quarto. Anima rationalis sicut quælibet alia forma substantialis essentialiter habet quòd sit id quo totum existit, ergo quandiu non est id quo totum existit, non existit, sed separata à materia non est id, quo homo est, ergo ipsa non est, ergo est mortalis:

Et confirmatur. Quæcunque conueniunt ad vnum esse ita se habent, quòd corrupto vno corrumpitur aliud, sed anima & corpus conueniunt ad vnum esse, scilicet, ad ad esse hominis, ergo & rationalis.

¶ Quinto. Vnio animæ intellectiuæ ad materiam vel est ipsa forma aut aliquod accidens eius vel separabile aut inseparabile. Si est ipsa anima, ergo tandiu durat vnio quantum anima, si est eius accidens inseparabile, itidem arguitur. Nam non poterit inueniri anima non vnita. Quòd autem sit eius accidens separabile, videtur falsum. Nam non est intelligibile, qua ratione accidens separabile possit duas distinctas substantias vnire & eas manu tenere, ergo anima rationalis est corruptibilis. ¶ Sextò. Anima rationalis & sensitiua sunt vnum secũdum substãtiam in homine, sed anima sensitiua in homine est corruptibilis, ergo & rationalis. Cõfirmatur. Corruptibile & incorruptibile secundum sententiam Aristo. in 1. physi. differunt genere. Sed anima hominis & reliquorum animalium non differunt genere, ergo non differunt secundũ corruptibile & incorruptibile. ¶ Septimo. Impossibile est, quòd anima existat absq; operatione aliqua; sed separata nullam operationem potest habere, ergo separata non potest existere, ac per consequens est corruptibilis : Min. probatur quod attinet ad intelligere. Nam intelligere nostrũ est dependenter à phantasmate; phantasmata autem non sunt nisi in corpore, ergo extra corpus non intelligit. Et confirmatur, nam D. Thom. infrà quæstio. 89. artic. 1. dicit, quòd est præter naturam animæ à corpore esse separatam, sicut intelligere sine conuersione ad phantasmata, ergo non potest demonstrari immortalitas animæ.

¶ Octauo. Si anima rationalis esset immortalis & æterna, eius essentia esset infinita : consequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Sicut se habet virtus mouendi ad motum, ita virtus essendi ad esse; sed ex perpetuitate motus arguit philosophus. 8. Physic. & 12. Meth. infinitatem virtutis in primo motore, ergo ex perpetuitate essendi infinitas virtutis argui potest. Sed virtus infinita essentiam infinitam requirit, ergo.

¶ Vltimo. Nam si posset demonstrari

Universidad de Deusto
Biblioteca

maxime rationibus D.Thomæ hic, sed ille non sunt demonstrationes, ergo. Maior est manifesta & minor. Probatur primo. Nam prima ratio D. Thomæ procedit supposito quod anima humana sit per se subsistens. Sed hoc non est primum principium, nec demonstratum per aliud primum principium, ergo ratio non est demonstratio, Patet consequentia ex Aristotel. 1. post. capit. 2. nam demonstratio procedit ex primis, aut ex his quæ ex primis fidem acceperunt. Secundo probatur eadem min. Quia Caietan. Scotus & multi alij clarissimi philosophi expenderunt has, & omnes alias rõnes naturales ex philosophia acceptas, & tamen concluserunt hanc veritatem esse creditam, non demonstratam, ergo. Veritas maioris constat ex Caietan. Ecclesiastes ca. 3. & Scoto in 4. dist. 43. quæst. 2.

¶ Sed contra est autoritas Chrysostomi in Homilia. 4. de prouidentia sic clamãtis. Qui philosophi de animæ immortalitate dubitẽt, eos dubitare arbitramur an in meridie sit dies. Et D. Aug. lib. 13. de Trinitate c. 9. id ipsum asserit.

PRo intelligentia huius quæstionis primo est aduertendum, multos philosophos fuisse, qui existimauerunt animã esse mortalem. Horum princeps fuit Alexander. Epicurus etiam huius sententiæ acerrimus defensor extitit. Sed nostris temporibus quidam plus nimio rationibus sophisticis & nullius momenti adhærentes licèt non dixerint animam esse mortalem vt isti autores prænominati, tamen nescio quæ indigna non dico viris Christianis & religiosis, sed & triuialibus philosophis protulerunt, ac maximo conamine in suis libris defendunt; nimirum vt Aristotelici apparent. Autores ergo isti his tribus dictis explicant suam sententiam. Primum est. Animam esse immortalem, & corrupto corpore permanere, fide tenendum est & sola reuelatione scitur, & non via naturali. Nullus enim philosophus (inquiunt isti) hactenus demonstrauit animam hominis esse immortalem, sed fide hoc credimus, & rationibus probabilibus constat. Dicunt. 2. In philosophia naturali non habemus animæ immortalitatem. Dicunt. 3. Anima non est immortalis in via philosophorum. Sed quam turpiter, ne dicam temerarie isti autores fallantur, ex his quæ dicemus infra, patebit. ¶ Secundò notandum est multo plures philosophos fuisse. qui animæ immortalitatem totis viribus conati sunt defendere. Horum princeps est diuin⁹ Plato, Socrates, & Pythagoras, quos secuti sunt Themistius, Seneca, Cicero, Simplicius, Philopponus & multi alij præstantissimi philosophi; qui omnes vna voce asseruerunt animas nostras esse immortales. Et licèt hanc veritatem vtcunque assecuti fuerint, quia tamen Deus permisit eos ire in reprobum sensum propter sua peccata (vt elegantissimè docet Lactantius lib. 3. per totum) illam defendere nescierunt. Vnde & de loco earum post corporis informationem in varios errores inciderunt. Quare Pythagoras incidit in illam insaniam, quod transmigrabant animæ de corpore in corpus. Alij vero asseruerunt, quod proficiscebantur ad stellas, quæ eis dominabantur prius. Alij autem voluerunt eas conuenire in campis Elisæis, vt refert Plutharcus in lib. de placitis philosophorum cap. 7. Omnes tamen asserebant animam esse immortalem. ¶ Tertiò notandum est, quod medium, quo vtebantur ad hanc conclusionẽ asserendam, diuersum fuit. Plato in Phædro (qui intitulatur de pulchro) & Cato inductus à Cicerone in libro de senectute id probare conati sunt ex hoc quod anima rationalis seipsam mouet. Quia cum se ipsam moueat, & se deserere nunquam possit, consequenter nunquam cessat moueri, propterea que erit immortalis. Archelaus vsus est via beatitudinis, qa anima nostra est capax beatitudinis, quæ in cognitione abstractorum consistit. Orphæus via virtutis, quia si anima esset mortalis tunc nulla prorsus esset virtus, nullaque fortitudo, & in nullo casu quantuncunque vrgentissimo mors subeunda esset. Speusippus via remunerationis, quandoquidem nullum bonum irremuneratũ relinquitur, neque malum aliquod impunitum. Apuleius via vindictæ, quoniam naturale est hominibus appetere vindictam tyrannorum; & naturalis appetitus frustari non potest, oportet ergo vt debeantur eis pœnæ se cundum sensum, q̃ multoties in vita ista non sentiunt. apparent

Porphirius via apparentiæ, apparent enim multoties animæ defunctorum nobis qui viuimus non tantum in cœmiterijs, in quibus sepulta sunt earum corpora, sed etiam in proprijs domibus. Non autem apparerent si destructo corpore destruerentur. Iãblicus. 1. de anima tex. 12. via simplicitatis, quia corruptio fit per hoc quòd forma separatur à materia. Anima autem rationalis, cum sit substantia simplicissima per se subsistens non composita ex materia & forma non potest corrumpi.

IN hac re sit prima conclusio. Dicere animæ immortalitatem non esse demonstrabilem per rationem naturalem erroneum est. Hanc conclusionem ponimus ꝓpter Iandunum, Scotum & Caietanum locis citatis. Iandunus enim dicit se nullã scire demonstrationem. Scotus vero ait, quòd licèt ad hoc probandum sint rationes probabiles, non tamen sunt demonstratiuæ, imo nec necessariæ. Caietanus vero dicit quod nulla apparet ratio demonstratiua; quem tamen non possum non miran, quia in commentarijs huius quæstionis artic. 2. cum esset iunior, demonstrationem indicat, quam adducit D. Thomas ibi, & reprehendit Scotum eo quod non penetret vel dissimulet se penetrare vim medij illius rationis, & postea Ecclesiastes, 3. anno ætatis suæ sexagesimo sexto quasi sui oblitus, inquit nullum philosophorum animę immortalitatem hactenus demõstrasse. Nihilominus possunt prædicti autores excusari. Non enim dicunt demonstrari nõ posse, sed hactenus non fuisse demonstratam (quod etiam vt probabimus, non caret aliqua temerirate) vel quod hæc vel illa ratio non est demonstratiua, vel si est sibi nõ videri efficacem nec conuincere intellectũ suum. Sed probatur nostra conclusio. Anima humana ex natura sua est immortalis, vt dubio præcedenti definiuimus, ergo est aliqua ratio naturalis per quam possit probari. Patet consequentia, quia omne prædicatum, quod cõuenit alicui ex natura sua habet medium naturale, per quod possit probari vel à priori vel à posteriori, vt patet inductiue. Si enim est propria passio demonstrabitur media definitione, si autem est prædicatum essentiale, probabitur saltim à posteriori per effectus naturales, qui sunt nobis notiores. ¶ Secundo D. Tho. in locis citatis dicit esse manifeste necessarium, quod anima sit subsistens & incorruptibilis. Et D. Chrysostomus sermone 4. de prouidentia ait: Philosophos qui de animæ immortalitate dubitant, posse etiam dubitare an in meridie sit dies, ergo viri isti sancti & doctissimi euidentiam habebant de hac veritate. Nec ex eo quod alicui euidentia hæc non apparet, posset sine temeritate negari esse veram euidentiam, quam tot tantæque autoritatis viri affirmant.

¶ Tãdem efficaciter probatur nostra cõclusio, Deus nõ defecit in necessarijs ad vitam rectè instituẽdam; sed ad hoc est summè necessarium, q̃ homines sint certi de hac veritate. Nam qui de illa dubitarũt tradiderunt se omnibus flagitijs, vt patet Sapientiæ 2. & ex D. Aug. in lib. 6. conf. ca. vltimo vbi sic ait: Nisi credidissem restare post mortem animæ vitam (quod Epicurus credere noluit) Epicurus palmã in animo meo accepisset, ergo scientiam naturalem dedit Deus hominibus prædictæ veritatis & oppositum dicere impium est & temerarium. Quæ autem sint prædictæ demõstrationes videbimus conclusione sequenti.

¶ Secunda cõclusio. Certissimum est secundum veram philosophiam aĩam esse incorruptibilem & immortalem. Hæc veritas demonstratur à D. Tho. multis in locis, præcipuè in ar. 2. præcedenti & in hoc. 6. & 2. cõtra gent. ca. 79. quibus in locis videndi sunt Caie. & Ferrar. qui innumeras huius rei probationes multiplicant, sed nos tres tantum vel quatuor ex doctrina Diu. Thomæ locis citatis collectas proponemus, atq; etiam rationes, quas in hoc articulo adducit, declarabimus & examinabimus. Primo ergo probatur ex consensu omnium nationum etiam barbararum ab initio mundi vsque nunc. Nam semper fuit notissima hæc veritas in mundo, vt patet ex libro Mercurij Trismegisti antiquissimi sacerdotis Ægyptiorum, & ex Valerio Maximo lib 2. cap. 1. & ex omnibus historiographis. Plures etiam homines antiquitus adeo cõperta habebant hanc veritatẽ, vt se motti traderẽt, vt aĩæ immortalitatem possent experiri vt referunt Cicero. in lib. 1. Tusculan. quæstio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& D.Auguſt.1.de ciui.ca.22.& Lactantius A
lib.3.diuinarum inſt.cap.18. Denique tota
illa gentilitas in ore habebat campos Eli-
ſios vbi præmiabantur boni & puniebán-
tur iniqui, vt Virgilius.6.lib.Æneid.Et nũc
non ſolum apud Mauros ſed & apud Indos
tam orientales quam occidentales commu
niſſima eſt notitia huius veritatis. Et apud
antiquos malè audiuit Epicurus qui hanc
veritatem negauit, & ſectatores illius vt
beſtiales homines habebantur iuxta illud
Horatij lib.1.epiſtolarum. Cum ridere vo-
les Epicuri de grege porcum, &c. Ex quibus
omnibus patet hoc dogma conforme eſſe
principijs naturalibus, & ex illis euidenter
colligi; fuiſſeque euidens apud proceres il
larum nationum quos reliquum vulgus ſe
quebatur. Videatur Cicero in lib.de ſenec-
tute in fine, & Lactantius lib.7.capi. 8.&
ſequen.& Auguſt.Eugubinus lib. 9. de pe-
tenni philoſophia per triginta capita.

¶ Secundò probatur ratione deſumpta
ex D.Thom.2.contra gent.cap.55. Omnis C
ſubſtantia intellectualis eſt incorruptibi-
lis, aĩa humana eſt hmõi, ergo anima hu-
mana eſt incorruptibilis. Minor huius de-
monſtrationis ſupponitur tanquam euidẽs
ex manifeſta experientia. Maior autem de
monſtratur à D.Thoma loco cita.tredecim
rationibus. Sed probatur nunc breuiter. Nul
la ſubſtantia intellectualis eſt compoſita
ex materia & forma, ſed ſolum poteſt com
poni ex eſſe & eſſentia. Sed talis ſubſtantia
impoſſibile eſt quòd corrumpatur, ergo. Mi D
nor probatur & declaratur ex principijs
phyſicis, nam res per corruptionem non ce
dit in nihilum, quia hæc nõ eſſet corruptio
ſed annihillatio quam natura non nouit, ſi
cut nec productionem ex nihilo, ſed opor-
tet vt vnum deſtruatur & aliud maneat, ſi-
cut videmus contingere in omnibus rebus
naturalibus quæ corrumpuntur. At infor-
mis intellectualibus non poteſt vnum ma-
nere alio corrupto, quia in illa (vt dicebá-
mus) nihil reperitur niſi eſſe quod ſe habet E
vt actus & eſſentia q̃ ſe habet vt potentia:
ſed neutrum horum poteſt manere altero
deſtructo, vt notiſſimum eſt, ergo. Nec po
teſt dici quòd eſſentia manet ſub alio eſſe,
quia nunquam mutatur eſſe niſi ad muta-
tionem eſſentiæ. Ad hanc rationem poſſet
aliquis dicere quòd procedit de formis quę
ſunt per ſe ſubſiſtentes & non vniuntur cor
poribus, & conuincit de corruptione per ſe,
ſecundum quam, oporteret corrumpi tales
formas ſi corruptibiles eſſent; anima verò
dependet à corpore, & ideo corrũpitur per
accidens ad corruptionem compoſiti cuius
aliquid manet ſcilicet materia prima. Sed
replicatur contra hanc ſolutionem & pro-
batur quòd anima humana non ſit corru-
ptibilis per accidens, ideſt, ad corruptionẽ
B corporis. Anima humana eſt incorporea &
ſubſiſtens, ergo non corrumpitur ad corru-
ptionem corporis. Conſequẽtia eſt euidẽs,
quia illud dicitur ſubſiſtens, quod per ſe ha
bet eſſe independenter à quocunque alio;
ſicut individua dicuntur per ſe ſubſiſtentia
quia in ſe habent ſuum eſſe nec dependent
in eſſe ab alijs individuis. Vnde nullum in-
diuiduum corrumpitur ad corruptionẽ al-
terius ſed corrumpitur per ſe per actionem
corruptiuam, quæ ad ipſum terminetur. Ac
cidentia verò aut aliæ formæ ſubſtantiales
præter humanam non ſubſiſtũt per ſe, quia
nec producuntur per ſe, nec corrumpuntur
per ſe, ſed producuntur & corrumpũtur ad
productionem & corruptionem compoſiti
in quo ſunt, ergo ſi anima humana eſt for-
ma per ſe ſubſiſtens; euidenter ſequitur nõ eſ
ſe corruptibilẽ ad corruptionẽ corporis. Sed
antequam probemus antecedens huius de
monſtrationis præſupponere oportet quòd
hic non intendimus probare q̃ anima hu-
mana ſit incorporea, ideſt, non compoſita
ex materia & forma, iam enim hoc demõ-
ſtrauimus de omni aĩa. Nec p̃ incorporeũ
intelligimus illud, quod eſt inextenſum ad
extenſionẽ corporis de prædicamento quan
titatis. Nam ſecundum D.Thomam nõ ſo-
lùm anima humana, ſed aliæ multæ formę
corruptibiles ſunt inextenſæ, indiuiſibiles
& incorporeæ ſecundum hanc ſignificatio
nem. Sed vocamus incorporeum illud, qđ
excedit corporis facultatem, ita quòd nec
educitur de potẽtia materiæ corporalis, nec
eſt ab agente corporeo, nec dependet in ſuo
eſſe à conditionibus corporis; & tale incor-
poreum neceſſario debet eſſe ſubſiſtens. Va
de Di. Thom.hic art.2. quærens in titulo,
Vtrum anima humana ſit aliquid ſubſiſtẽs,
reſpondet, quòd eſt incorporea, & ſubſi
ſtens,

ſtens, quia vnum cum alio neceſſario con-
iungitur. Probatur ergo antecedens de-
monſtrationis duplici via, & vtraque effi-
caciſſima. Primò ex natura intellectus no-
ſtri, ſecundo ex operatione intellectus. Pro
batur ergo primo ſic. Intellectus noſter eſt
incorporeus & immaterialis, ergo anima
humana quæ eſt principium ſubſtantiale
intelligẽdi eſt incorporea & immaterialis.
Conſequẽtia eſt euidens, quia anima in om
ni opinione vel eſt ipſemet intellectus vel
primum principium & ſubiectum ipſius B
excellentiori modo præhabens in ſe omnẽ
perfectionem intellectus. Probatur antece-
dens. Id quod ex natura ſua eſt potens co-
gnoſcere omnia corporea, non habet in ſe
aliquam naturam corporalem, ſed eſt ab
omni corpore denudatum. Sed anima per
intellectum poteſt cognoſcere omnia cor-
pora, vt notiſſimum eſt (nulla enim eſt res
naturalis quæ lateat humanum intellectũ)
ergo intellectus noſter eſt incorporeus om
nino excedens omnes res materiales. Ma- C
ior probatur ex illo axiomate Ariſt. in 3.de
anima text.4. intus exiſtens prohibet ex-
traneum, quod vt explicuimus in art.2. eſt
euidentiſſimum. Quia ſi intellectus eſſet
naturaliter determinatus ad aliquam natu
ram corporalem, non poſſet formas aliorũ
corporum recipere in ſe. Sicut ſi oculus ha-
beret ex ſe aliquem colorẽ nõ poſſet alios
colores percipere, & ſicut ſi materia prima
haberet ſibi connaturalem aliquam for-
mã, non poſſet alias formas recipere. Quod D
etiam in guſtu experientia docet. Nam ſi
lingua infirmi eſſet infecta cholera, nõ poſ
ſet alios ſapores percipere, ſed omnia ei vi
derẽtur amara. Vnde ſi Geometria ſola aut
eius obiectum eſſet de eſſentia intellectus
noſtri, ſequeretur quòd omnis cognitio no
ſtra eſſet geometrica, & quòd mens nõ eſ-
ſet aliorum diſcretiua, & ſic impediretur
ab alijs cognoſcendis. Nihil enim poteſt
ſubterfugere id quod ſibi connaturale eſt
& eſſentiale, quin in omni operatione ſua E
exprimat illud, & quin omnis eius opera-
tio recipiat à tali forma ſpecificationem.
Vnde optimè inquit Caiet. quod Ariſto. ſu-
per illam propoſitionem, intus exiſtẽs, &c.
fundauit totam doctrinam de anima, & q̃
fundamentum hoc habet teſtimonium ex
ratione & ſenſu, ita vt vtrinque reſoluatur
in per ſe nota. Secundò probatur idem ante
cedens ex actione intelligendi. Aĩa huma-
na hẽt operationẽ per ſe in qua non cõicat
corpus nẽpe actione intelligendi, ergo ip-
ſa anima eſt per ſe ſubſiſtens. Conſequentia
eſt manifeſta, quia nihil per ſe operatur ni
ſi per ſe habeat eſſe, & modus operandi ſe-
quitur modum eſſendi. Vnde quia calor nõ
ſubſiſtit, nec habet eſſe per ſe, nõ calefacit;
ſed calidum calefacit per calorem. Illius
enim eſt operari cuius eſt eſſe. Sed anima
humana eſt quæ operatur, ergo eſt ſubſi-
ſtens, ita vt non ſolum ſit id quo homo ha-
bet eſſe ſed ipſa ſit habens eſſe vt quod. An
tecedens probatur non ſolum ex modo lo-
quendi (qui deſpiciendus non eſt) ſecundũ
quem modum negamus, quod anima am-
bulet aut comedat aut videat, concedimus
autem quòd anima intelligit, iuxta illud
Ariſtot.3.de anima text.1. de parte autem
animæ qua cognoſcit anima & ſapit, &cę.
ſed potiſſimè probatur quia actio intelligẽ
di eſt impoſſibile, q̃ exerceatur organo cor
poreo, aut ſit recepta in ſubiecto corporeo,
ſaperet enim naturam talis corporis. Sicut
ſi aliquis liquor ſit infuſus in vaſe vitreo
determinati coloris, liquor apparebit eiuſ-
dem coloris. Ita quælibet intellectio ſpeci-
ficaretur ab illa natura corporali, in qua re
ciperetur aut per quam exerceretur. Eadẽ
quippè demonſtratio, quæ conuincit quòd
intellectus eſt potentia impermixta & ele-
uata ſuper totam naturam corporalem, cõ
uincit etiam quòd actio intelligendi ſit abſ
que organo corporeo, & non recipiatur in
ſubiecto corporeo. Alias enim ipſa intel-
lectio eſſet determinata ad naturam ſui or
gani aut ſui ſubiecti, & non poſſet de a-
liis naturis diiudicare. Vnde nec Scotus
nec alij negant, quòd anima humana per
ſe operetur, & ſine corpore in prædicto
ſenſu, id eſt, ſine corpore vt receptiuo, &
vt organo; ſed conantur eludere eiuſmo-
di demonſtrationem dicentes ex prædicto
ſenſu non ſequi animam eſſe ſubſiſtentem
& poſſe à corpore ſeparari, quia actio in-
telligendi dependet à corpore dupliciter.
Primò obiectiuè quatenus phantaſmata
ſunt propria obiecta intellectus ſine qui-
bus anima non poteſt habere operatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem sicut nec visus sine colore. Secundò A
ſuppositaliter, quia anima est ratio, qua totum ſuppositum intelligit. Non enim anima potest habere operationem, quæ non sit hominis, vt finxit Commentator. Vnde patet, quòd anima non habet operationem sine corpore vt obiecto, & vt supposito eliciente talem operationem, & per cõsequens probatio hæc quæ sumitur ex hoc quòd anima habeat operationem per se, nihil probat de eius subsistentia & separabilitate. Sed hæc solutio est omnino inualida. Nam quòd anima indigeat corpore vt obiecto ad suam operationem, non tollit intellectum esse subsistentem; alioquin animal non esset subsistens, cum indigeat exterioribus sensibilibus ad operationem.

Quòd autem anima humana possit habere operationem etiam absque præsentia phantasmatis dicemus in solutione ad septimum, & fusius ostendemus quæstione 84. articu. septimo. Item quòd anima sit id quo homo intelligit, non remouet eius sub C
sistentiam. Non enim ita intelligendum est, quòd homo intelligit quasi intellectio recipiatur in toto cõposito aut supposito, vel quòd exerceatur per totum corpus. Nã in hoc eadem est ratio de toto & parte, & sicut repugnat, q̃ intellectio recipiatur in aliqua parte corporis, vel quòd exerceatur aliquo organo corporali, propterea, q̃ esset determinatæ complexionis & naturæ corporalis, ita repugnat quòd sit recepta in toto corpore aut fiat per totum corpus, quia D
totum etiam est determinatæ complexionis & naturæ corporeæ. Sed dicimus quod homo intelligit quia aliqua eius pars intelligit. Et ideo animæ conuenit vtrumque, scilicet, quòd intelligit, & quòd est ratio qua homo intelligit, quòd sit subsistens, & quòd sit pars & forma dans esse & subsistere homini. Hæc conclusio demonstratur efficacissimè à Di. Thom. in hoc articulo. Eius demonstrationes examinabimus atq; expendemus circa solutionem ad vltimum E
argumentum, vbi efficacius demonstrabitur hæc conclusio rationibus Metaphysicis atque philosophicis. Videatur specialiter Di. Thom. 2. contra gent. capit. 55. & 51. 79. vbi non minus quam quindecim rationibus probat hanc conclusionem.

¶Quæ quoniam Metaphysicæ sunt, opere pretium erit aliquot rationes morales egregias sanè adiicere ad nostræ conclusionis confirmationem. Prima est, quam facit Chrysostomus sermone quarto, de prouidentia vel fato. to. 5. Si nihil, inquit, est post hanc vitam, neque Deus erit. Probat consequentiam vt optimus Dialecticus ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis. Nam si Deus est, iustus est; si iustus est, iuxta merita vnicuique distribuit. B
Si autem nihil est post hanc vitam, vbi nã accipiunt singuli pro suis meritis? Sed qa posset aliquis dicere, quòd in hac vita distribuit singulis iuxta merita, adiecit statim confirmationem & replicam. Multi in hac vita bene habent & in honore habentur, licèt mali; alij autem affliguntur, licèt iustè viuant. Si igitur posthac nihil est, emigrabunt iusti affecti iniuria, & iniusti immerito felicitate potiti. Hanc eandem rationem adduxit Socrates apud Platonem in Phędone vel de anima, vbi post rationes Physicas similes harum, quas nos attulimus, addidit vltimam veluti colophonem hisce verbis. Graue periculum fore putandum est: si quis neglexerit animam. Si enim mors totius dissolutio esset, minorũ improbi lucrarentur, cum & à corpore & ab eorum prauitate cum anima liberarentur. Nunc autem cum anima immortalis appareat, nulla supereſt malorum declinatio, nulla salus, nisi vt optima & prudentissima fiat. Hæc ille naturali lumine demonstrabat. Scotus tamen in quarta distin. 43. quæst. secunda minus probare dicit quam aliæ: quia non est probatum ratione naturali Deum esse remuneratorem, & videtur hoc probari ex illo sapientiæ 2. vbi de his qui huiusmodi retributionem negarunt, sic loquitur Spiritus Sanctus: Nescierunt sacramenta Dei, nec mercedem speculati sunt iustitię, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Et clarius ad Hebræos 11. dicitur. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est & quòd inquirentibus se remunerator est. Vbi etiam Caietanus asserit per fidem accipiendum esse Deum remuneratorem esse, quia per nullam sententiam speculatiuam acquiritur. Hanc exillationem potest hæc ratio pati in lumine

ne naturali, in pietate vero nostra & reli- A
gione, (in qua certissimè credimus Deum esse remuneratorem) euidenter nostram conclusionem probat. Nihilominus assetimus quòd etiam in lumine naturali sit demonstratio à philosopho morali facta.

Et ad primam improbationem huius rationis ex loco Sapientiæ capit. 2. dicimus. 1. quòd sacramenta Dei vocantur ibi mysterium incarnationis & mortis Christi: de quo etiam sit sermo ibi, vt etiam exponit Hugo de Sancto Charo. Secundo dici po- B
test, quod etiam aliquę veritates naturales, quæ non sunt omnibus manifestæ, sed solum sapientibus, vocantur sacramẽta Dei, quia sunt secreta naturæ, cuius Deus est autor, & talis est immortalitas animarum & infallibilitas diuinæ prouidentiæ. Ad secundam improbationem ex D. Paulo respondetur, quòd dupliciter diuina remuneratio cognosci potest, vno modo in communi & in confuso, alio modo distinctè, & in particulari, vt quòd supplicium æter- C
num sit & in loco inferni; quòd beatitudo sit perpetua, & quod consistat in visione vel fruitione Dei. Hoc secundo modo remuneratio bonorum operum & punitio malorũ sola reuelatione diuina haberi potest. At primo modo naturalis ratio cognoscere potest præmia bonorum operum, & similiter punitionẽ malorum. Quòd enim Deus sit iustus bonorum & malorum operum retributor, quis poterit negare, etiam ignarus luminis naturalis? nisi dicat Deum D
esse ignorantem aut impotentem aut negligentem aut iniustum, aut talem hominum rempublicam condidisse, vt nullus sit in ea supplicij timor, nullaque expectatio præmij quæ omnia non solum de Deo, sed de homine sapiente & probo sentire impiũ esset & stultum. ¶Est secunda ratio Ciceronis libro 1. Tusculan. Consensio omnium gentium lex naturæ putanda est: obidque nulla gens tam fera tam barbara est, cuius mentem non imbuerit Deus. Sed om- E
nes nationes hoc existimarunt, aliquid esse post vitam quod ad hominem pertineret, ergo ita putandum est esse hoc a natura iudicium deriuatum.

¶Tertia ratio est eiusdem ibi. Specimen cuiuscunque naturæ ex optimo illius capi

A debet: sunt autem illi optimi, qui se natos arbitrantur ad homines tutandos & conseruandos. Sed nemo vnquam sine maxima spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem, ergo cũ optimi hominum ita iudicant, ita esse oportet. Confirmare possumus & nos hanc rationem. Naturale est homini viuere secũdum virtutem, ergo ea cognitio sine qua vnquam nemo rectè vixit, certa & naturalis est. Experti autẽ sumus, eos qui se nihil iumento amplius post hãc B
vitam habituros putarunt, fuisse sceleratissimos repletos omni iniquitate, ergo falsa est opinio, ex qua statim ipsius rationalis naturæ mores corrumpuntur. Patet hoc quod dicimus Sapientiæ 2. Dixerunt impij cogitantes apud semetipsos, &c. & cum tedio est tẽpus vitæ nostræ, &c. Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullũ pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, &c. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excæcauit. n. illos malitia eorum. Atque ex C
hoc loco exponit D. Tho. hic ad primum, quod dicitur Ecclesiastes 3. Nihil habet homo iumento amplius, scilicet, ex persona iniquorum dictum fuisse, vt dicebamus dubio superiori ad primum. Hæ sunt rationes naturales, quibus animæ immortalitas probatur, quæ profecto quanuis non conuincerent, tamen à quocunque essent amplectẽdæ, etiam fide supernaturali carenti. Est. n. maximum operepretium, solatium & leuamen ad molestias huius vitæ æquo animo D
ferendas, futurum bonũ sperare: itẽ ad pseuerãtiã in omni virtutis officio. Quòd si vera est opinio (vt est) magni refert cognouisse, ne futurum bonũ amitteretur. Si autẽ falsa esset, certè nihil mali sequeret post mortem ob talem ignorantiam. Alias plurimas rõnes ad hanc conclusionẽ probandam vide apud magistrum Soto vbi supra.

SVpereſt vt respondeamus ad argumenta in principio proposita. Ad primum dicimus, quòd formam ad sui existentiam E
requirere determinatas dispositiones, dupliciter intelligi potest: vno modo absolute, quia, videlicet, nullo modo nec in principio neque post, sine illis existere potest. Et tunc cõcessa maiori negatur minor. Alio modo in fieri tantum & quo ad initium sui esse. Et tunc negatur maior. Pro quo sciẽdũ

secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum doctrinam Diu.Thomæ, q̃ licèt anima in initio sui esse corpore indigeat, non tamen sicut aliæ formę secundum suũ esse dependet à corpore, vt scilicet, sine corpore esse non possit. Nam non obstante, q̃ in corpore dum producitur, indiuiduationem recipiat: quia tamen est per se subsistens suam indiuiduationem & commensurationem ad corpus, quod informabat, etiã separata à corpore retinet & suum esse indiuiduale. Secundò respondetur, q̃ anima intellectiua ad sui existentiam absolute nõ requirit determinatas dispositiones, sed tantum ad hoc, vt sit in materia. Ideo nõ sequitur q̃ illis desinentibus anima desinat absolute, sed tantum, quòd in materia esse desinat.

¶ Ad secundum negatur consequentia, quia hominis substãtia, quæ ex vnione materiæ & formæ resultat, dissoluitur p vtriusque partis separationem.

¶ Ad tertium, q̃ de illo redibit sermo infra quæstio. 89. articu. 1. vbi ait D. Thom. quòd est præter naturam animę à corpore esse separatã. Nihilominus respondetur, quod animæ naturale est esse in corpore: Ex hoc autem non sequitur quod separata non possit permanere. De quo ibi latiùs disputabimus.

¶ Ad quartum respondetur, q̃ duplex est forma: vna quæ à materia secũdum esse & secundum omnem suam operationem dependet, & de tali forma conceditur totum, scilicet, q̃ remoto ab ea quod nõ sit id quo aliquid est, ipsa amplius nõ est. Talis enim forma, quia totum eius esse est in concretione ad materiam, magis est quo aliquid existit, quam ipsa dicatur existere. Alia est, quæ neque secundum esse nec secundum omnem sui operationem à materia dependet; & de hac etiam negatur minor, quãdo dicitur q̃ non est id quo homo est etiam separata à materia. Quia quamuis actu non habeat præstare esse homini, tamen etiam separata habet, q̃ sit rõ existendi homini, & ex alia parte cum habeat per se esse separatum à materia & operationem independentem ab illa, potest per se subsistere. Ad confirmat. respondetur, q̃ licèt materia, & forma rõnalis conueniant advnum esse hominis, tamen illud communicatur corpori ab anima, ita quòd ãa humana esse suum, in quo subsistit, corpori cõmunicat. Et ideo remoto corpore adhuc remanet anima.

¶ Ad quintum respondetur, quòd talis vnio est accidens separabile. Ad improbationem dicitur, quòd per aliquid formam vniri materiæ stat dupliciter: vno modo tã quam per medium causans vnionem per se. Et hoc modo forma non vnitur materiæ per vnionem quæ sit accidens separabile, sed per esse substantiale. Alio modo tanquam per medium, ideſt, tanquam per causam, & conditionem sine qua non. Et hoc modo non inconuenit animam vniri materiæ per accidens aliquod separabile, vnitur. n. per vnionem, quæ est relatio, formã (secundum quòd per esse suum est vnita materiæ) consequentem.

¶ Ad sextum dico, quòd anima sensibilis in brutis corruptibilis est. Sed in homine cum sit eadem substantialiter cum anima rõnali veluti per accidens ex coniunctione ad illam est incorruptibilis. Ad confirmat. respondetur, quòd quando Aristo. dixit corruptibile & incorruptibile differre genere, loquitur de genere physico non logico. Et in hoc sensu nullum est inconueniẽs asserere, quòd forma hominis & equi differant genere.

¶ Ad septimum respondetur, quòd qã dixit Aristot. quòd non est intelligere sine phantasmate, intelligitur quantum ad statum præsentis vitæ in quo homo intelligit per phantasmata. Alium autem modum intelligendi absque conuersione ad phantasmata habebit anima separata. De quo infrà q. 89. Ad confirmationem similiter ibi respondebimus.

¶ Ad octauum, respondetur, quòd esse comparatur ad formam sicut per se consequens ipsam, non autem sicut effectus ad virtutem agentis, vt puta motus ad virtutem mouetis. Licèt ergo quòd aliquid possit moueri tempore infinito demonstraret infinitatem virtutis in mouente, tamen q̃ aliquid possit esse tempore infinito nõ demonstrat infinitatem formæ, per quam aliquid est. Magis autem quod quòd est tempore infinito demonstrat virtutem infinitam eius, quod est causa essendi.

¶ Vltimum argumentum petit, vt explicemus, plicemus & examinemus rationes D. Thomæ in hoc articulo.

Dvbitatur ergo vtrum rationes D. Thomæ sint bonæ & an sint demonstrationes. Pro parte negatiua arguitur. 1. Demonstratio debet esse clara, vt quæ scientiã generare debet. Sed istæ sunt obscurissimę, ergo. Et confirmatur. Ratio prima D. Thomæ procedit suppositò quòd anima humana sit per se subsistens, sed hoc non est primum principium, ergo ratio illa non est de monstratio. Patet consequentia ex Arist. 1. post. cap. 2. nam demonstratio procedit ex primis; aut ex his quæ ex primis fidem acceperunt. Arguitur secundò etiam contra primã rationem. Illa enim supponit quòd dupliciter tantum possit quicquam corrũpi. Arguitur sic, Frigiditas desinit esse, non per se, siquidem est accidens: neque per accidens scilicet ad corruptionem subiecti, quoniam manet idem subiectum caloris, ergo. Confirmatur ex eodem D. Thoma. 1. 2. quæst. 53. art. 1. vbi ait, quòd secundum se aliqua forma corrumpitur per contrariũ subiecti. Vnde sic arguitur. Ergo illud fundamentum, sicut res habet esse ita & corrumpi, falsum est, siquidem forma accidentalis non habet esse per se, & tamen per se corrumpitur.

¶ Tertiò. Lumen corrumpitur non per accidẽs, scilicet ad corruptionem subiecti, neque per se, siquidẽ neque per se subsistit, nec habet contrarium, ergo.

¶ Quarto arguitur contra illam consequentiam: est actus per se subsistens, ergo nõ potest corrumpi per se nec per accidẽs. Materia prima non potest corrũpi nec per se nec per accidens, vt Arist. demonstrat in 1. physi. & tamen est pura potentia & de se nullum habet actum, ergo ratio incorruptibilis non consistit in eo quòd sit actus per se aut participans actum.

¶ Quinto arguitur contra illud: esse per se conuenit formæ: Ex Arist. 7. Metha. text. 27. & 1. physi. tex. 79. quibus locis dicit, q̃ esse per se conuenit composito. Cuius ratio est, quia compositum est terminus per se primus generationis, ergo ei per se primo conuenit esse. Cõfirmatur quia alias sequeretur quòd si forma prius esset quam compositũ, posset omnis forma p se subsistere.

¶ Sexto contra illud fundamẽrum: quod per se conuenit alicui non est separabile ab eo. Instantia est manifesta in formis brutorum, quibus per se conuenit esse. Item homini per se conuenit subsistere & alijs suppositis; & tamen separatur ab illis. Item de facto anima Christi Domini non habet esse proprium, sed trahitur ad esse diuini verbi, ergo. ¶ Septimò arguitur contra secundam rationem D. Thom. In anima reperitur contrarietas opinionum, vt patet. Et similiter anima successiuè recipit errorem & scientiam contrariam, ergo est susceptiua contrariorum. Et confirmatur. Materia prima est susceptiua formarum contrariarũ, & compatibilium in illa, tamen est incorruptibilis, ergo etiam si anima esset susceptiua contrariorum esset incorruptibilis; ergo quod sit susceptiua vel non susceptiua contrariorum nihil refert ad corruptibilitatem vel incorruptibilitatem animæ rationalis. ¶ Octauo arguitur contra tertiam rationem D. Thom. Nam D. Thomas colligit quòd anima est incorruptibilis ex eo q̃ apprehendit esse æternum & appetit illud. Contra nam etiam ipse homo apprehẽdit & appetit esse perpetuum vt bonum & desiderabile ipsi supposito: tamen ex hoc non sequitur quod sit incorruptibilis, ergo.

PRo solutione huius dubij notandum est ex Arist. 1. Ethi. c. 2. Certum non similiter in omnibus sermonibns quærendũ est, sed est disciplinati ingenij in tantũ certitudinem quærere, in quantum rei natura recipit. Illud etiam non prętercundũ, quod in Platonis Phędone prudenter Socrates admonuit quosdam, quibus rationes quas attulerat minus firmæ videbantur, animi ægritudinem miserabilem esse, si cũ ratio aliqua vera, firmaque sit comprehendique vasat, postea tamen auditis sophisticis rationibus, quæ modo afferre vera modo falsa videntur, aliquis hinc in ambiguitatem ductus non suam ipsius inertiam ob id accusẽt, sed tandem velut æger culpam omnẽ à se ipso in ipsas rationes transferat. Ne igitur longum faciam.

¶ Sit prima conclusio. Ratio D. Thomæ primia, est demonstratio, si quæ est in scientia physica. Probatur, quia procedit ex principiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipijs physicis. Prior quidem ex hoc quòd corruptio est amittere esse, & generatio est acquirere esse, quæ sunt definitiones. Deinde statim sequitur vt corrumpatur per se id tantum, quod per se existit, quia quomodo res est, ita & generatur aut corrumpitur id quod etiam in alijs motibus conceditur, vt, scilicet, id moueatur per se secundum locum, quod per se est in loco, id per se albefiat, quod per se est album. Hinc ergo colligitur illa maior. Omne quod per se subsistit, non corrumpitur per accidens, sed anima humana per se subsistit. Quæ minor demonstratur à posteriori in art. 2. quia per se habet operationem, ergo & esse. Quæ consequentia probatur ex principio metaphysico, quod habetur 2. Meth. text. 4. vnaquæque res declaratur ex sua operatione & virtute, ergó si habet virtutẽ operandi sine materia, sequitur quòd ipsa essentia cuius est virtus, non habeat existentiam depẽdentem à materia, Illud autẽ principium scilicet rei perfectionẽ declarari ex operatione inductiuè patet. Ex fructu enim arbor cognoscitur, & ex eo quod quis se mouet cognoscitur anima, &c. Quòd autem animæ rationalis operationes aliquæ non sint in organo corporeo, demonstratum est ex illo; quia omnia corpora cognoscit, scilicet, naturam corporum in cõmuni, quod experimur intra nos. Sed quòd inde sequatur ipsum intellectum non esse virtutem corporis; sufficienter à nobis explicatum est in artic. 2. tametsi nonnullam habeat obscuritatem, quam tamen ipsa inductionis claritas abiecit. Sed præter illam rationem est mihi alia certè multo clarior. Experimur enim in nobis colluctationem & bellum inter appetitum sensitiuum & appetitum rationalem, ita vt si affecti simus ad bonum aliquod delectabile prosequendum, nihilominus contineamus nos passione & affectu sensibili perseuerante. Vnde videtur colligi ipsum appetitum continentem:, non esse organi corporei, aliàs enim similiter afficeretur delectatione ex commotione sanguinis interiùs; quare nec imperare nec vincere posset aut detinere. Semper enim id quod agit, aliter effectum est quam id quod vincitur. Necesse est igitur ipsum appetitum superiorem non esse in organo corporeo, vt possit imperare gaudio & iræ, passionibus sensitiui appetitus. Confirmatur, quia ex eadem experientia colligitur, ipsam rationem, quam sequitur voluntas, nõ esse iudicium sensus. Sic enim sequeretur, quòd duo iudicia contraria essent in eadem potentia, vel quòd voluntas non repugnaret appetitui inferiori, siquidẽ eadem ratio boni sibi ostenditur per vnum idemque iudicium, quare nullam in nobis repugnantiam sentiremus, sed omne quod sensui bonum aut malum appareret, statim vt pecora amplecteremur aut fugeremus. Est igitur in nobis lumen quoddã spirituale, quod signatum est super nos, vt ostenderet nobis bonum verum, cõueniẽsque naturæ rationali. Ex quo sequitur magis dignos esse Platonicos venia, qui animam rationalem in corpore tanquam nautam in naui collocauerunt, non vt formã, quam illos qui intelligere & sentire idem putarunt. Hi nanque nimium sensibus credentes, nihil hominem iumento amplius æstimauerunt. Illi vero vt vim rationis extollerent, sensitiuam & vegetatiuam animã distinctas ab ea quæ intelligit, asseruerunt. Iam vero ex his quæ nunc dicebamus supereſt animam per se subsistentiam habere, ideſt, à corpore independentem. Et illud etiam probatũ esse videtur, vt si per se subsistit, per se corrumpatur, si corruptibilis est. At hoc magis clarum & certũ nobis est, corruptionem fieri per separationẽ alicuius formæ, vt inductione colligimus, ergo anima quæ solũ est forma quædã simplex, corrumpi non potest per se. Est itaque prima ratio D. Thom. demonstratio, si quis eam attentè consideret.

¶Secunda conclusio. Etiam secunda ratio D. Tho. est demonstratio physica. Hæc conclusio explicatur & probatur. Procedit enim ex principio physico, Omne qđ corrũpitur per se, est subiectum contrarijs qualitatibus, quod certe inductione patet, neq; nos experti sumus alitũ modum corruptionis. At minorem illam, scilicet, non esse subiectum contrariorum, probare poterat D. Thomas; ex eo quòd non est corpus, nõ est extensa, qualitates autẽ sensibiles sunt passiones corporis. Maluit tamen D. Tho. probare à signo, in quo ostenditur quam sit à

contrarietate remota, siquidem ea quæ in re contratia sunt, in ipsa anima sunt consormia & amica, quia vna eademque est scia contrariorum, quia vnũ per aliud cognoscitur. Quã rationẽ explicatius habet D. Tho. 2. cont. gen. c. 55. vbi ponit tredecim rõnes quibus demonstrat omnem sũbstantiã intellectualem esse incorruptibilem. A nobis ẽt in solutione 7. argumenti amplius explicabitur. ¶Tertia conclusio. Tertia ratio D. Tho. quæ procedit naturali appetitu ipsius animæ, nõ est demonstratio, sed quædã ratio satis congrue, secundum naturas rerum persuadens. Probatur primo ex modo proponendi, quem seruauit D. Tho. videlicet; Potest etiam huius rei accipi signum. Dein de quia ipsa ratio non conuincit, quia multa bona statim vt proponuntur rapiunt affectum nostrum, & desideramus ea ignorantes, an sint possibilia, quæ tamen impossibilia sunt. Item multa, quæ scimus esse impossibilia, desideramus, vt viuere semper, non mori, iuxta illud Pauli 2. Corin. 5. Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati eo qp nolumus spoliari, sed superuestiri. Vbi vt explicare affectum naturalem, vt ipse D. Th. illo loco dicit, qp, si anima, habet naturale desiderium, vt semper esset vnita corpori, & tamen hoc non contingit. Quã rationẽ explicatius habet D. Tho. 2. cont. gen. c. 55. vbi ponit tredecim rõnes quibus demonstrat omnem sũbstantiã intellectualem esse incorruptibilem. A nobis ẽt in solutione 7. argumenti amplius explicabitur. ¶Tertia conclusio. Tertia ratio D. Tho. quæ procedit naturali appetitu ipsius animæ, nõ est demonstratio, sed quædã ratio satis congrue, secundum naturas rerum persuadens. Probatur primo ex modo proponendi, quem seruauit D. Tho. videlicet; Potest etiam huius rei accipi signum. Deinde quia ipsa ratio non conuincit, quia multa bona statim vt proponuntur rapiunt affectum nostrum, & desideramus ea ignorantes, an sint possibilia, quæ tamen impossibilia sunt. Item multa, quæ scimus esse impossibilia, desideramus, vt viuere semper, non mori, iuxta illud Pauli 2. Corin. 5. Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati eo qp nolumus spoliari, sed superuestiri. Vbi vt explicare affectum naturalem, vt ipse D. Th. illo loco dicit, qp, si anima, habet naturale desiderium, vt semper esset vnita corpori, & tamen hoc non contingit. ¶Sed tamen vt appareat huius rationis conuenientia, notandum est primo, quòd appetitus naturalis dupliciter dicitur, scilicet, absolutus & conditionalis, v.g. appetitus conseruandi speciem, appetitus ad felicitatem humanam est absolutus, & huiusmodi non est frustra in omnibus, ẽt si in aliquibus non consequatur finem. At vero appetitus imperfectus & conditionatus non consequitur id quod desiderat, sed non est frustra, quia simpliciter non intendit illud bonum, & ideo satis est vt quantum potest consequatur. Vnde ex illo affectu consequitur, vt homo propriam vitam seruet quantum põt. Non ergo est frustra naturalis appetitus. ¶Nota secundo, qp cõuenientia rationis in hoc est sanè, qp quemadmodum res quæ dicuntur naturaliter aliquid appetere sine cognitione, sunt in duplici differentia. Quædam enim habent appetitum ad esse limitatum tempore secundum esse indiuidui, quia virtus earũ cõsernatiua non se extendit semper ad esse huius indiuidui, v.g. ignis & planta, quædam naturaliter habent appetitum ad esse perpetuum non solum speciei sed huius indiuidui, quia virtus suorum principiorũ se extendit ad conseruãdum esse perpetuũ. v.g. cælum. Ita in viuentibus quę per cognitionẽ appetunt, decet vt appetitus ad esse, sit secundum modum cognoscendi ipsum eẽ, nempè vt quæ cognoscunt esse hic & nũc, appetant esse hic & nunc, quæ aũt cognoscunt eẽ absolutè & perpetuũ, appetant eẽ perpetuum naturaliter, & nõ frustrẽtur, sicut appetitus eorum, quę cognitione carẽt, non frustrantur. Sic exponit se D. Thom. 2. contra gen. cap. 55. ratione. 12.

¶Ex dictis patet ad primum argumentum huius dubij cum sua confirmatione. ¶Ad secundum respondetur. Et pro eius solutione notandum est, multiplicem æquiuocationem latere in isto modo loquendi per se, & per accidens. Aliquando. n. inter alias acceptiones accipitur per se, vt distinguitur contra per accidens; aliquando vero vt distinguitur contra per aliud. Vnde alio modo vtitur hic D. Thom. cum ait, sic alicui competit generari, & corrũpi sicuti eẽ, & alio, eũ dixit; Formam p se corrũpi à suo cõtrario. Sed vt hoc intelligatur nota qp sicut terminus per se generationis est cõpositum. v.gr. in generatione hominis, &c. ita terminus per se alterationis est ipsum quale, non qualitas. v.gr. calefactio terminatur ad eẽ calidũ. Nota 2. qp forma. v.g. calor dependet in existentia a subiecto, sed ipsum subiectum eẽ calidum est effectus formalis caloris, & in hoc ipsum subiectum depẽdet à calore. Hinc, ergo est, qp dupliciter dicatur ipsum per se corrumpi aut fieri: vno modo, quia est terminus p se ipsius mutationis. v.g. calidum per se est terminus calefactionis, equus generationis: alio modo p se dicitur fieri aut corrumpi aliquid, quia eius effectus formalis per se fit aut corrumpitur, v. gr. calefactio per se terminatur ad calorem, quia ad calidum, qui est formalis effectus caloris, terminat. Iuxta quẽ modũ loquendi dixit Aris. Physi. Cãm finalẽ generationis non esse secundũ rẽ distincta à forma, & tamen certum est finẽ potissimũ eẽ cõpositũ. v.g. equũ: sed qa est equus per

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam, ideo ipsa forma solet dici finis generationis. Respondetur ergo ad argumentum, quòd D.Thom. accipit hic corrumpi per se primo modo, & ideò albedo per accidens corrumpitur quomodocunque corrúpatur. Nec obstat quod ait, per accidens corrumpuntur ad corruptionẽ compositorũ. Non enim intellexit per compositum subiectum formatum, sed pro eo quod est tale per formam, scilicet, vt equus, vt calidum. At in 1.2. loqt̃ de per se corrũpi secũdo modo. Et ita per accidens dicetur corrumpi aliqua forma accidentaria, quando ipsa mutatio non tendebat ad non esse tale per illam formam, sed ad non esse subiecti. Et ita corrumpitur calor corrupta aqua per calefactionem: sed frigiditas aquæ per se corrumpitur quia calefactio est etiam recessio à frigido. Ad 3. argumẽtum Resp. quòd secundum doctrinam D.Tho. 2. cont gent. c. 79. ratiõe. 8. tripliciter forma corrumpitur, scilicet, per actionem contrarij, per corruptionem subiecti, per defectũ suæ causæ. Et hoc sedo & tertio mõ res semper corrũpitur p accidẽs. In nostro ergo proposito dicimus, q̃ lumen corrumpitur per accidens simpliciter. Non enim est vnus modus corruptionis per accidens, scilicet, ad corruptionem subiecti, sed exempli gratia positus est hic modus à D.Thom. 1.2.q.53.ar.1. Est enim corrumpi per accidens ex defectu conseruantis causæ, scilicet, efficientis. Et ideò non solum lumen ipsum, sed ipsum illuminatum per accidẽs corrumpitur; quia sicut nõ est motus, qui terminetur ad lucidũ, ita nec contrarius motus qui terminetur per se ad tenebrosum. Imo vero ex hoc ipso sumitur optimum exemplum, si sol non posset impediri per interpositionem opaci, & lumen ipsum non dependeret ex subiecti existentia. v.g. aeris; ita prorsus anima dependet à solo Deo, siquidem est forma subsistens, & ideo non habet quomodo desinat esse, nisi ipse Deus subtrahat suã actionem qua conseruat omnia. Ab alio namq; impediri non potest. Hæc autem potentia Dei, quatenus scilicet potest subtrahere hunc generalem concursum, non satis esse debet, vt quidquam dicatur corruptibile; quia res dicuntur necessariæ aut corruptiles secundum potentiam, quæ in eis est, & non secundum potentiam Dei, vt elegãter probat D.Thom. 2. cont. gent. cap. 30. Ad 4. respondetur, Et pro eius solutione nota, q̃ tripliciter dicitur aliquid incorruptibile. Cum enim corruptio sit separatio formæ à materia, sicut ex triplici causa non fit eiusmodi separatio, ita dicitur aliquid incorruptibile, scilicet, quia caret materia ut angeli, vel quia materiam habens non est subiectum contrariorũ vt cælũ: uel quia est pura potentia non habens aliquem actũ, qui ab illa separari possit, vt est materia prima. Ex quo sequitur quòd esse incorruptibile primo, & secũdo mõ est perfectio, non ité tertio. Nam perfectio attẽditur secundum formam & actum. Materia autem dicitur incorruptibilis ex natura sua, quia nullum actum includit in sua essentia, vnde neque amittere potest, quare perfectior est equus, qui corruptibilis est, quam materia quę est incorruptibilis tertio mõ. Ad argumentum ergo respondetur, q̃ ratio incorruptibilis, vt dicit perfectionem & esse, consistit in eo q̃ sit actus per se subsistens, aut habens actum, quem non potest amittere. Materia verò quia in sua essentia non includit esse intrinsecè, ideo secundum se dicitur incorruptibilis. At verò si consideretur eo modo, quo habet esse, scilicet, per formam qui, quæ non est de eius essentia, ita etiam corrumpitur multum per accidens, quatenus scilicet, amittit tale esse specificum & desinit esse materia equi. Hocq; insinuit D.Thom. in hoc ar. cum dixit. Vnde materia secundum hoc acquirit esse in actu q̃ acquirit formam. Et secundum hoc accidit in ea corruptio q̃ separetur forma ab ea. Ad 5. argumẽtum respondetur ex his, quæ latissimè diximus suprà. q. 3. art. 4. dubio. 4. & q. 50 art. 5. vbi explicuimus quomodo esse per se conueniat & sequatur formã, quare ne eadẽ repetamus, in præsentiarum nihil est dicẽdum. Ad 6. respondetur illã particulam, per se: accipi non solum vt distinguitur contra per accidens, sed vt distinguitur contra per partem, idest, non per se primo. Itẽ q̃ D. Tho. loquitur de separatione ab aliquo manẽte secundum se aut secũdũ aliquid sui, aliàs non est proprie separatio sed annihilatio. Ad primam ergo instantiã negatur, q̃ homini per se conueniat esse, ita

ita vt ly per dicat causam formalẽ, sed per animam; & in hoc conuenit cum alijs suppositis corruptibilibus. Sed si dicatur aliqua forma subsistens per se, in illa non potest signari aliquid distinctum, ex quo dimanet esse. Bene, ergo intulit D.Thom. ex hoc illã esse incorruptibilem siquidẽ corruptio est per separationẽ formæ ab aliquo manente. Posita autem forma statim sequitur esse, ergo si ipsa à se ipsa separari non potest, neque corrumpi põt. Ad secundã instantiam tndetur, tametsi formis brutorũ tribuatur esse, sicut effectus formalis, sed non tribuitur sicut actus ipsarum primus; sed prius conuenit compositis, quibus conuenit generari, & a quorum existentia dependent propter sui imperfectionem. Dictum autẽ D.Tho. est intelligendum de vtroque modo conueniendi. Respondetur. 2. q̃ ab ipsis formis nunquam separatur esse, sed per accidens separatur, scilicet, ad corruptionem totius, sicut non acquirunt ipsum esse nisi ad generationem totius. At si detur forma per se subsistens, intelligi non potest, quomodo corrumpatur, siquidem omnis corruptio separatio est. Ad tertiam instantiam respõdetur, satis esse ad intentionem D. Thom. quòd à nullo agente particulari possit tale esse separari a forma. Nihil enim dicitur corruptibile respectu primę causæ solius, aliàs & cælum esset corruptibile. Notandum tamen ex D.Tho. suprà q. 3. art. 4. quòd est impossibile, vt id, cuius esse est aliud ab essentia sua, habeat tale esse causatum à solis suis principijs essentialibus, sed requiritur causa efficiens distincta ab essentia rei. Et ratio huius assignari potest, quia talis essentia habet se vt potentia respectu esse ipsius; quare non potest à se sola reduci in actum, sed reducitur à primo efficiente, cuius esse non est causatum, sed est eius essentia. Hinc est, quòd posita essentia animæ, possit Deus impedire ipsius propriam existentiam, dummodo communicet ei aliquod esse, alias enim implicaret, animam esse & nullum esse habere. Sed de hoc in 3. parte disputatur vberius. Ad septimũ respõdet Caiet. ex Cõmẽt. 3. de anima text. 5. q̃ opiniones & vniuersaliter ea quæ sunt in anima dupliciter possunt considerari. Vno modo comparatione ad subiectum, alio modo respectu obiecti. Priori modo nullã habens cõtrarietatẽ, quod probat Caiet. qa ab eo q̃ res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Sed contrarietas opinionum sumitur secundum verum & falsum, ergo respectu obiecti sumẽda est, & non respectu subiecti. Et affert signum huius esse, q̃ eadẽ oratio sine mutatione sui neq; subiecti transit ex vera in falsam. Sed hęc solutio primũ est contra D.Th. 12. q. 64. ar. 3. ad 3. vbi sic inquit. Res contrariæ non habent cõtrarietatem in anima, quia vnum est ratio cognoscendi alterum, & tamen in intellectu est contrarietas affirmationis & negationis, quæ sunt contraria. Quanuis enim esse & non esse non sint contraria, sed contradictoriè opposita, si considerẽtur ipsa significata prout sunt in rebus, quia alterum est ens, alterum pure non ens; tamen si respectu ad actum animę vtrunque ponit aliquid esse. Vnde opinio, qua opinamur, q̃ bonum est bonum, est contraria opinioni qua opinamur, quod bonum nõ est bonũ. Hactenus D.Thom. Vnde manifestè colligo, secundum sententiam D.Thom. contrarietatem opinionum tealem non sumi ex obiecto, scilicet, ex contrarietate obiecti, sed etiam quia repugnat ex parte subiecti, à quo mutuo se expellunt. Deinde quia si ratio contrarietatis sumeretur ex obiecto, tunc sequeretur q̃ species albi & species nigri, non essent in intellectu simul, siquidẽ significant res cõtrarias. Tandem & in hoc deficit illa solutio, quòd putauit contrarietatem opinionum inde eẽ, quia vna est vera & alia falsa, quod patet esse falsum multipliciter. Primo, quia eadem oratio transit in veram ex falsa, & tamen nunquam Petrum currere, est sibi contraria, qui enim dicit Petrum currere, cum Petrus currit, & cum non currit, non dicit contrarium, sed idem asserit. Item duæ opiniones falsæ sũt sibi contrariæ, vt omne animal habet cor, nullum animal habet cor, ergo contrarietas iudicij & opinionis est in hoc, quòd destruitur vno iudicio, quod alio ponitur, scilicet, negatione & affirmatione, quæ sibi in subiecto repugnant, & muto se expellunt. ¶ Notandum ergo pro explicatione illius secundæ rationis D.Tho. quòd non est sufficiens signum ostendens rem esse corruptibilem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilem, quia contrariorum susceptiua est, A quia materia suscipit ad sui dispositionem contrarias qualitates, & tamen non est corruptibilis; sed requiritur vt res illa sit subsistens, vt corrumpi possit. Et ratio est, quia corrumpi est esse amittere, quod ergo non habet esse non potest illud amittere. Nota secundò, q̃ non habere contrarium, aut nõ subire contrarias qualitates, sufficiens signum est concludens rem non esse corruptibilem. Quod probatur, quia propterea cælum non est corruptibile, etiam si habet B esse compositum ex materia & forma; quia saltè non subest contrarietati. Ad argume. ergo septimum cõtra secundam rationem factum respondetur, quòd D.Thom. loquitur de contrarietate physica sensibiliũ qualitatum, secundum quas fit alteratio, quæ motus est ad generationem & corruptionẽ destinatus. Et ideo optimè concluditur non esse corruptibilẽ animam, quia recipit eas qualitates contrarias secundum se in rebus ad extra sine contrarietate in ipso intelle- C ctu, idest, non repugnantes sibi in intellectu, sed potius se iuuantes, quia vnum per aliud cognoscitur. Et ita se explicat D. Th. 1.2. vbi supra. Per ea quæ modo dicebamus patet ad confirmationem. 7. argum. Ad vltimum argumentum respondetur, ex doctrina 3. conclusionis. Sed qui voluerit defendere illam rationem esse demonstrationẽ à posteriori, videat dominum Caiet. hic, & Ferra. 2. contra gent. ca. 55. circa rationem 12. Ex resolutione huius dubij manet solu- D tum vltimum argumentum dubij. 2.

DVbitatur tertiò in hoc articulo circa solutionem ad 3. D.Thom. Vtrum secundum mentem Aristot. dicendum sit animã rationalem esse immortalem?

¶ Pro parte negatiua arguitur primò. Arist. 1. de anima tex. 12. ait, quòd intellectus si est phantasia, aut non sine phantasia, non contingit ipsum separari. At tertiò de anima text. 39. dicit. Necesse intelligentem phantasmata speculari, ergo secundũ E illum non contingit animam separari.

¶ Secundò Arist. 1. de cælo text. 126. docet omne generabile esse corruptibile; & omne quod habet principium habere finẽ. Sed lib. 12. metha. tex. 16. docet, quòd anima intellectiua cum sit forma corporis incipit esse in ipso corpore, & non potest esse ante ipsum, ergo cum anima intellectiua habeat principium, sentit etiam quòd habet finem.

¶ Tertiò. Nam 3. de anima text. 2. dicit Arist. q̃ intellectus passiuus moritur, & 1. Ethic. c. 10. definit contra Solonem, quòd felicitas hoĩs non est post hanc vitam. Et 12. metha. text. 39. laudat fælicitatem Dei, quæ non est vt fælicitas hominis, quæ peritura est. Vnde Arist. dicit ad fælicitatem hominis esse necessarias diuitias.

¶ Quartò Arist. 8. physic. c. 1. & 2. & 12. metha. statuit mundum fuisse ab æterno. Et 3. physi. c. 5. nõ esse possibile infinitũ sm. multitudinẽ, ergo sm Arist. anima est mortalis. Probat cõsequẽtia, quia cũ sint transactæ secũdũ illũ infinitæ generationis, multitudo animarum esset infinita.

¶ Quintò Arist. docet in 3. Ethic. c. 6. q̃ vir fortis in articulo mortis timet, quoniam omnium terribilium vltimum est mors, & C mortuo nihil boni aut mali accidere videtur, ergo sensit animam non manere post mortem. Hæc omnia confirmantur quia in omnibus operibus Arist. nullum est verbũ de statu animæ post mortem. Præter hæc argumenta vide alia plurima apud D. Thom. 2. con. gẽt. c. 80. & 81. & Ferr. ibi. Vide etiã modernos interpretes Arist. in 3. de anima. Quæstio hæc magis curiosa est quam vtilis, ideo breuiter nos expedimus ab ea. In qua quæstione sunt multi autores & graues, qui affirmant illum sensisse, q̃ sit mortalis. In primis Gregorius Nisenus, vt refert D. Thom. 2. contra gent. c. 79. imponit Arist. q̃ senserit animam esse mortalẽ. Videatur lib. 2. Philosophiæ. c. 4. & 6. vbi dicit q̃ Arist. sensit animam esse qualitatẽ. Theodoretus etiam in lib. de curandis græcorũ affectionibus sermone. 8. dicit, q̃ immortalitatis animæ crebra mentio sit apud Platonem & apud Ciceronem, quam Arist. nunquam satis concoxit. Et inter recentiores Caiet. 3. de anima super capi. 2. expresse tenet, q̃ secundum mentem Arist. dicendum esset, q̃ anima intellectiua est mortalis. Alij verò autores existimant, q̃ dubie locutus est de hac re, & neutram partem apertè docuit, quanuis magis videatur declinare in eã sententiam, q̃ sit mortalis. Ita sentit Scotus in 3. distinctio. 27. quæstio vnica articul. 3. & in 3. distinct. 44. quæstio. 2. articul. 2. Augustinus Nimphus in Commentarijs super. 3. de anima tex. 5. prope finem, & in tractatu de immortalitate animæ. capit. 1. dicit vanum esse inquirere, quid Aristotæ. senserit de immortalitate animę, quoniam nullibi per se hanc quæstionem diffinuit, sed tantùm obiter locutus est. Cæterum D. Thom. 2. contra gent. capit. 79. & super. 8. physic. lect. 12. & 12 metaphysic. text. 17. & quodlib. 10. quæstio. 3. articul. 1. expresse docet quòd Aristotel. sensit animam intellectiuam esse immortalem. Consentit etiam cum D. Thom. Duran. in 2. distinctio. 18. quæstio. 3. & Themistius libro. 1. de anima. capi. 5. & 6. consentiunt etiam plurimi alij autores tam antiqui quam moderni. Maximè tamen in schola D. Tho. est hæc sententia tenenda, de qua fusè loquitur clus. respondua quæstioni.

PRobabilius est Aristot. certò determinasse animæ nostræ immortalitatem, quàm de illa hæsitasse, aut oppositum sensisse. Probatur conclusio, Quoniam sunt in Aristot. expressa testimonia, quibus assentur animam nostram esse immortalem. Videantur Diu. Thom. & Ferrar. in loco allegato. & 2. contra gent. Videatur etiam Ferrarien. 3. de anima. quæstio. 10. Probatur præterea ex eo quod diximus dubio superiori, quòd ratio prima allata à D. Thoma in hoc articul. est Aristot. ergo ipse sensit animam nostram esse immortalem. Præterea etiam probatur conclusio ex alijs temionijs eiusdem Aristotel. Quoniam ipse libr. 1. de anima text. 6. dicit, quòd amare & cogitare destruuntur corrupto corpore, intellectus autem quid diuinum & impassibile est. Et 1. de anima text. 22. dicit, quòd intellectus sepatatus ab alijs partibus animæ sicut perpetuum à corruptibili. Præterea 3. de anima tex. 6. dicit, quòd cum intellectus debeat esse aliquid immateriale, oporæt ut corpori non misceatur, & postea in tex. 19. & 20. dicit intellectũ esse separatum & immortalem atque perpetuum. Præterea in 2. metha. tex. 16. & 17. docet, quòd anima intellectiua, cum sit forma corporis, non potest esse ante ipsum corpus. Non est autem inconueniens eã manere postea, propterea q̃ habet operationem sine corpore, videlicet, contemplationem. Et in 1. de partibus animalium. c. 1. docet non pertinere ad Physicum disputare de anima intellectiua, quoniam illa separata est. Et in 2. li. de generatione animalium. c. 3. & 4. docet, q̃ corpus non communicat cum operatione intellectus, propterea, q̃ talis operatio põt esse sine corpore. Et eodem loco docet, q̃ anima vegetatiua & sensitiua educuntur B de potentia materiæ, intellectum vero venire de foris. Ad hęc tamen testimonia conabatur respondere Commentator, q̃ non sunt intelligẽda de ipsa aĩa intellectiua sm se, sed tm̃ de intellectu agente, quẽ ipse existimabat esse separatum & esse vnũ in omnibus hominibus. Sed contra hunc errorem Commentatoris agit D. T. Th. 2. cont. gen. c. 75. & sequẽtibus & agendum est postea. q. 76. arti. 1. & 2. Dñs etiam Caiet. conatus est explicare illud vltimum testimoniũ ex. C 2. li. de generatione aĩalium nõ de ipsa anima sm se, sed de intellectu agente'. Cæterũ maximè decipitur Caie. quoniam Arist. in illo loco assignabat discrimen inter aĩam sensitiuam & uegetatiuam & intellectiuã, sub quæ est propria hoĩs; & de hac intellectiua subdit quòd venit à foris. Et Ferrar. 2. contra gent. cap. 79. impugnat diffuse explicationem Domini Caiet.

AD primum argumẽtum rñdet D. Th. latissimè. 2. con. gent. c. 81. ad 5. rõnẽ. D Rñdetur tñ q̃ conditionalis illa est absolutè vera, minor aũt non asseritur ab Aris. absolutè, sed tantũ pro hac vita; in qua verissimum est, q̃ aĩa nihil intelligit sine phantasmate. Sed vr̃, q̃ ista tm̃sio nulla sit. Nõ. n. inuenitur, q̃ Aris. aliũ modo intelligẽdi posuerit, q̃ cũ phãtasmate. Vnde rñdetur negãdo, q̃ Aris. nõ posuerit aliũ modũ intelligẽdi; posuit. n. aliũ esse modũ intelligendi aĩæ separatæ, licèt illũ modũ nõ explicuerit in libris q ad nos puenerũt: nã neq; de E substãtijs separatis. 12. meth. tex. 36. id expressit p̃ter primã substantiam, cuius intelligere dixit esse suam essentiam. Patet autem hoc, ex eo quod dicit, nos post mortẽ non reminisci accipiendo reminiscentiam, quæ per organum corporeum exerceretur. De qua Philosophus in lib. de memoria &

Universidad de Deusto
Biblioteca

remininiſcentia dixit. Si.n.poſt mortẽ non A
reminiſcimur; anima autem coniuncta re-
miniſcendo & cogitando intelligit, relinq-
tur aliqm eſſe modũ intelligendi animæ ſe
paratæ quam coniunctę. De quo ibi D.Th.
& Ferr. Ad ſm reſpondetur, ex doctrina D.
Tho. ſup. q. 46. ar 1. ad 3. q Ariſt. in illo lo-
co loquebatur de rebus, quæ habent eſſe p
generationem phyſicam ex materia, de qui
bus certum eſt, q ſunt corruptibiles & ha-
bent finem. Agebat.n. Ariſ. contra Platonẽ,
qui aſſerebat mundum genitum fuiſſe ex B
materia, & cælum ex elementis. Ex qua po
ſitione optimè collegit Ariſt. q eſſet corru-
ptibile & haberet finem. At vero anima in-
tellectiua non producitur per generationẽ,
ſed per creationẽ immediatè à Deo, vt inf.
oſtendetur. Quapropter hoc argumentum
nullum eſt contra Ariſt. contra immortali-
tatem animæ. Maximè vero qm̃ ſunt diſci-
puli D. Tho. viri graues & docti qui opinã-
tur q Ariſ. cognouit & docuit animam ra-
tionalem creari à Deo, quando vtitur cor- C
pori. Inter quos autores vnus eſt Sonz. 12.
meth. q. 15. & ſequitur illum Ianelus codẽ
lib. q. 5. Ad tertiũ & ad primã autoritatem
reſpondetur, q nomine intellectus paſſiui
intelligit Ariſt. cogitatiuam. Sic interpretan
tur illum locum D. Tho. Auerrois & The-
miſtius. Secundo rñdetur, (& periſtã ſolu-
tionẽ poſſunt multa loca apud Ariſtot. aliàs
difficilia explicari) q intelligere ſuppoſitis
tranſmutationibus ſeu paſſionibus ſenſibi-
libus non contingit niſi quando anima eſt D
coniuncta corpori, qa tũc neceſſe eſt, vt ſpe
cies intelligibiles à ſenſibilibus abſtrahant
media operatione ſenſuũ interiorum. Quã
pp in aĩa ſeparata nõ permanet hic modus
intelligendi, ſed corrupto corrũpitur & de-
finit eſſe. In quo ſenſus intelligẽdus eſt Ari
ſto. qñ inquit, q intellectus paſſiuus corrũ-
pit. Alia teſtimonia explicat elegantiſſimè
D. Th. ſuis quibuſq; locis. Vide in illo. ¶ Ad
quartũ reſpondet. 1. cum Durando in illa.
q. 3. citata, q cum Ariſt. fuerit purus homo, E
nihil mirandum eſt, neq; obſtat, qd dixerit
diſſonantia ſibi ipſi. Similiter Herueus in j.
quodli. q. 11. & alij recentiores rñdet, q for
taſſis Ariſ. nõ cõſideratit hãc repugnãtiã in
ſuis aſſertionibus, vel ſi conſideratit, tacuit
illã. Nihilominus exiſtimo, q Ariſ. optimè

cognouerit animæ immortalitatẽ, nihil tñ
de illa expreſſe diſputauit qm̃ cõſequẽter
differere debuiſſet de modo intelligẽdi aĩæ
ſeparatæ, de animarũ ſtatu & loco, quæ oĩa
ipſe rõne naturali intelligere non valebat.
Quapropter rñdetur 2. q quamuis Ariſt. in
hac re locutus ſit lubricè & perplexè, tamẽ
diſſonantia non eſt attendenda ex ea parte,
qua ponit animã eſſe immortalem, ſed ex
ea parte, qua errauit affirmans mũdum &
generationes horum fuiſſe ab æterno. Quã
pp quamuis ex eius doctrina ſequatur dari
infinitas animas actu, non tñ ſequitur re-
rẽ, q de facto dentur, qm̃ illud conſequens
ſequitur ex vnõ impoſſibili, quod Ariſ. po-
ſuit per errorẽ. Hanc ſolutionem inſinuat
D. Tho. 2. cont. gen. c. 81. rñdens ad 3. tõnẽ,
vbi dicit, q contra ſectatorẽ Chriſtianæ fi-
dei nullam vim habet rõ illa, quia nos ne-
gamus mundi æternitatẽ de facto, imò &
de poſſibili quantũ ad res corruptibiles ſe-
cũdum modũ, quẽ ſup. explicuimus. q. 46.
art. 2. Eſt etiã hæc ſolutio Magiſ. Soto li. 3.
phyſ. q. 3. ad 2. & in 8. li. 2. circa 4. concluſio
nẽ. Rñdetur 3. cum Ferr. 2. contra gen. c. 81.
Vbi dicit ſe non audere tanto philoſophio,
& in re tam famoſa tribuere quod non vi-
deric iſtam contradictionẽ ſequi ex ſua opi
nione. Et pp æa reſpondet cum D. Tho. ibi-
dem ad tertiã rõnẽ, q quamuis nõ conſtet
aperte, quid Ariſt. ſenſerit in hac re; tamen
iſta ſolutio nõ repugnat principiis eius, q
Ariſt. negauerit infinitum quidẽ in actu in
rebus materialibus, non tñ negauit illud in
ſubſtantiis immaterialibus. Et quòd iſta ſo
lutio habeat apparentiam in Ariſt. probat
ex 3. Phyſ. tex. 39. vbi ſic dicit Ariſt. Quæ-
ſtio eſt magis vniuerſalis, an detur infinitũ
in mathematicis, & in intelligibilibus, &
in illis, quæ nullam hñt magnitudinẽ, nos
autẽ conſideramus de ſenſibilibus. Hãc ſo-
lutionẽ eligit inter alias multas Aug. Nim
phus in 3. de anima text. 5 cir. fin. & in lib.
de immortalitate animæ. c. 67. & ex diſci-
pulis D. Th. Sonz. 12. metaph. q. 30. ad 2. &
Ianellus ibid. q. 14. ad 2. & in 3. de anima. q.
3. ad 1. Quod ſi quis obiiciat, q Ariſt. in lib.
3. Phyſ. tex. 36. & 37. expreſſe dicit, eſſe im-
poſſibile dari infinitum ſeparatum à ſenſi-
bilibus. Reſpondetur, q ſicut conſtat ex ip-
ſo contextu Ariſt. ibi non loquitur de ſubſ-
tantijs

ſtantiis ſeparatis cuiuſmodi ſunt anima & A
angelus, ſed ſolum loquitur de illo infini-
to ſeparato à ſenſibilibus, quod ponebant
Pytagoras & Plato, videlicet, ſi finitũ quod-
dam ad modum ideæ ſeparatum à ſingula
ribus, quod dicebant eſſe principium om-
nium rerum ſenſibilium. Et hoc infinitum
ſeparatum dicit Ariſt. impoſſibile eſſe poſ-
ſe dari. Ad quintum argumentum rñdet,
q Ariſt. in illo loco ſolum voluit docere, q
vir fortis propterea timet in periculo mor-
tis, qm̃ poſt mortem nihil boni aut mali B
accidere videtur, circa quod poſſit ille exer
cere operationes fortitudinis, nullo autem
modo voluit docere animam illius interi-
re ſimul cum corpore. Nam in j. lib. Ethi. c.
11. expreſſe docet poſt mortẽ viros præſtã-
tiſſimos obtinere beatitudinẽ: in ordine ad
quos dicit, q mala quæ accidunt in præſen
ti vita, non ſufficiunt eos facere ex beatis
non beatos. Eſſe etiam quoſdã alios in ordi
ne ad quos bona huius vitæ non ſufficiunt
eos facere ex non beatis beatos. De qua re C
legendus eſt Aug. Nimphus lib. de immor-
talitate animæ ca. 54. Ad confirmationem
iam diximus Ariſ. nihil locutum fuiſſe de
ſtam animæ poſt mortem quia ipſe nihil
de hoc cognoſcere poterat, imo qa de hoc
& aliis differere cogebatur, nihil clare de
aqrose immortalitate diſſeruit.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtùm anima & Angelus ſint vnius ſpeciei.

368 2.d.3.q. 1.art.6. & d.17. q.3.art. 3.& 2.cõ tra c.92. & 93.fi. Et lib.4. c.32. & de aĩa. art.7.

AD SEPTIMVM ſic procedi-
tur. Videtur, quòd anima & angelus ſint vnius ſpeciei. Vnũquodque enim ordinatur ad pro prium finem per naturam ſuæ ſpeciei, per quã habet inclinationem ad finem. Sed idem eſt fi nis animæ & angeli, ſcilicet beatitudo æterna. Ergo ſunt vnius ſpeciei.

¶ 2 Præterea, Vltima differentia ſpecifi- E
ca eſt nobiliſſima: quia complet rationem ſpe-
ciei. Sed nihil eſt nobilius in angelo et anima,
quã intellectuale eſſe. Ergo conueniunt ani-
ma & angelus in vltima differentia ſpecifi-
ca. Ergo ſunt vnius ſpeciei.

¶ 3 Præterea, Anima ab angelo differre
non videtur, niſi per hoc quòd eſt corpori vni
ta. Corpus autem cùm ſit extra eſſentiam ani
mæ, non videtur ad eius ſpeciem pertinere. Er
go anima & angelus ſunt vnius ſpeciei.

SED contra. Quorum ſunt diuerſæ opera
tiones naturales, ipſa differunt ſpecie. Sed
anima & angeli ſunt diuerſæ operationes na-
turales, quia vt dicit Diony. * 7. c. de di. no. Ca. 7. in
Mentes angelicæ ſimplices & bonos itelle ctus ter prin
habẽt non de viſibilibus congregantes diuinã ci. & ma
cognitionem. Cuius contrarium poſtmodum dium.
de anima dicit. Anima igitur & angelus non
ſunt vnius ſpeciei.

RESPONDEO dicendum, quòd Ori.
* poſuit, omnes animas humanas & angelos Lib. j. Pe
eſſe vnius ſpeciei. Et hoc ideo, quia poſuit di riar. ex
uerſitatem gradus in huiuſmodi ſubſtantiis c. 5. & t.
inuentam. accidentalem, vtpote ex libero 4.
arb. prouenientẽ. vt ſupra dictum eſt *. Quod Q. 47. ar
non poteſt eſſe diuerſitas ſecundum numerum ti. 2.
abſq; diuerſitate ſecundum ſpeciem, & abſque
naturali inæqualitate. Quia cùm non ſint
compoſitę ex materia & forma, ſed ſint forma
ſubſiſtentes: manifeſtum eſt quòd neceſſe erit
in eis eſſe diuerſitatem in ſpecie. Nõ enim po-
teſt intelligi, quòd aliqua forma ſeparata ſit,
niſi vna vnius ſpeciei. Sicut ſi eſſet albedo ſe-
parata, non poſſet eſſe niſi vna tantum. Hæc
enim albedo non differt ab illa niſi per hoc,
quòd eſt huius vel illius. Diuerſitas autem ſe
cundum ſpeciem, ſemper habet diuerſitatem
naturalem commitantem. Sicut in ſpeciebus
colorũ vnus eſt perfectior altero. Et ſimiliter D
in aliis. Et hoc ideo: quia differentia diuiden-
tes genus, ſunt contrariæ. Contraria autem
ſe habent ſecundum perfectum & imperfe-
ctum: quia principium contrarietatis eſt pri-
uatio & habitus, vt dicitur in 10. Met.* Idẽ Lib. 10.
etiam ſequeretur, ſi huiuſmodi ſubſtantiæ eſ- Met. te.
ſent compoſitæ ex materia & forma. Si enim 15. & 16
materia huius diſtinguitur à materia illius, to. 3.
neceſſe eſt quòd vel forma ſit principium di-
ſtinctionis materiæ: vt ſcilicet materiæ ſint di
uerſæ propter habitudinem ad diuerſas for- E
mas: & tunc ſequitur adhuc diuerſitas ſecun
dum ſpeciem, et inæqualitas naturalis vel ma
teria erit principium diſtinctionis formarũ.
Nec poteſt dici materia hęc alia ab illa, niſi
ſecundum diſtinctionem quantitatiuam: qua
non habet locum in ſubſtantijs incorporeis,
cuiuſmodi ſunt angelus & anima. Vnde non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q. seq. art. 2. ad 1. arg.

potest esse quòd angelus & anima sint vnius A *speciei. Quomodo autem sint plures anima vnius speciei, infra ostendetur.**

AD primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de fine proximo & naturali. Beatitudo autẽ aeterna est finis vltimus & supernaturalis.

AD secundum dicendum, quòd differentia specifica vltima est nobilissima, inquantum est maximè determinata, per modum, quo actus est nobilior potentia. Sic autem intellectuale non est nobilissimum: quia est inde B *terminatum & commune ad multos intellectualitatis gradus: sicut sensibile ad multos gradus in esse sensibili. Vnde sicut non omnia sensibilia sunt vnius speciei, ita nec omnia intellectualia.*

Ad tertium dicendum, quòd corpus non est de essentia animæ, sed anima ex natura sua essentia habet quod sit corpori vnibilis. Vnde nec propriè anima est in specie, sed compositum. Et hoc ipsum quòd anima quodammodo indiget corpore ad suam operationẽ ostendit, quòd anima tenet infimum gradum in C *intellectualitatis, quam angelus, qui corpori nõ vnitur.*

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Hanc cõclusionem probat D. Tho. quoniam huiusmodi formæ subsistentes, si non habent materiam, per quã numero differant, quando differunt D numero, necesse est q̃ etiam differãt secundum speciem. Sicut non est intelligibile, quòd detur albedo separata & differens solo numero, sed anima & angelus differunt numero, ergo & specie. Qualiter autem differant animæ inter se solo numero, promittit D. Tho. se inferius ostensurum.

COMMENTARIVM.

CONclusionem huius articuli dicit Di. Tho. se proponere contra errorẽ Origenis, qui in 1. lib. de principiis cap. 8. & li. 8. habet doctrinam, quam D. Thom. refert in hoc articu. quòd omnes animæ & angeli sunt productæ simul à principio & propter diuersa peccata plures ex ipsis detrusi sunt in diuersa corpora. Sed contra hunc errorem suprà copiosissimè actum est. Probatum est etiam q̃ angelus ex sua natura, & etiam ex donis supernaturalibus multo præstantior est quam anima. Videatur de hoc Ioannes Arboreus lib. 1. suæ Theosophiæ. cap. 2. ¶Sed circa rationem D. Thomæ & solutionem ad 3. notandum, q̃ Scotus in 2. distinct. 1. quæst. 6. impugnat Di. Thom. existimans illum noluisse docere, quòd prima radix distinctionis inter angelum & animam constituatur ab ipso penes vnibile ad materiam & nõ vnibile; sed absque vllo fundamento & ratione illum impugnat. Nam quanuis Di. Thom. doceat angelum & animam distingui penes vnibile ad materiam & non vnibile, nunquam tamen docet hanc esse primam radicem distinctionis, imo vero sicut adnotauit Ferr. 1. contra gent. ca. 94. ex sententia ipsius Di. Thom. in secunda distinct. 3. quæst. 1. articu. 1. lti. hæc distinctio supponit alterã, quæ est essentialis & radicalis. Sed quoniã hæc est nobis ignota, designat eam D. Tho. per hanc secundam, quæ est quasi accidentalis & à posteriori. Ad eum modum quo solemus definire aut distinguere res per proprias passiones siue per effectus, aut demõstrare causam per effectum. In quo sensu nulla argumenta Scoti habent locum. Cæterum quomodo anima rationalis sumat individuationem ex vnione ad corpus nos latè disputauimus lib. 1. de generat. c. 5. q. 3.

¶ Circa illam propositionem D. Tho. si daretur albedo separata, esset vna tantum; notandum est q̃ D. Thom. manifestè intelligit de albedine ita separata à corpore, q̃ neque vnquam fuerit in corpore, nec dicat ordinem ad corpus, sed tantum contineat illud, quod pertinet ad speciem albedinis. Et quòd ista sit legitima mens eius, probatur. Nam in sacramento Eucharistiæ albedo ast separata à subiecto, & tamen multiplicatur secundum numerum penes ordinem ad diuersa subiecta, vt ipse docet in tertia parte. quæstione 73. articulo primo. ad tertium. Similiter casu quod Deus sua virtute separaret albedinem a diuersis subiectis,

iectis, tunc essent plures albedines separatæ & distinctæ secundum numerum & penes ordinem ad diuersa subiecta. Cæterum illa albedo separata, quæ nullum ordinem diceret ad aliquod subiectum, non posset esse nisi vna tantum, & hac ratione dicitur quod hæc albedo separata haberet omnem perfectionem albedinis. de quo vide Ferr. lib. 1. contra gent. cap. 28. Dicitur etiam, q̃ hæc albedo separata esset infimã secũdum quid, siue negatiue, propterea q̃ non haberet, vnde sumat limitationem. De qua re multa dicit Capreolus in 1. dist. 44. q. vnica circa secundam conclusionem.

DVbitatur secundo in hoc articu. vtrum intellectus angeli & animæ sint eiusdem speciei in ratione potentiæ intellectiuæ, an vero distinguantur specie etiam ex parte obiecti. ¶In hoc dubio Caietan. absolute affirmat, quòd omnino differunt specie. Alij vero autores existimant, quòd si comparentur ad obiectum formale, non differunt specie. Si vero considerentur secundum quod sunt proprietates quædam, quæ oriuntur ex naturis diuersarum specie rum, sic distinguntur specie. Et hunc modum dicendi approbat Scot. in 2. distin. 1. q. 6. ad primum principale, tanquã satis probabilem, & multi graues viri ita philosophantur de potentiis sensitiuis, v. gr. hominis & leonis, quod ex parte obiecti nõ differunt specie, quanuis differant secundum quod sunt proprietates naturarum diuersæ speciei: de qua re dicemus infra quæst. 77. articu. 3. Et hunc modum dicendi videtur confirmare D. Thomas infra q. 79. artic. 8. ad tertium, vbi dicit, q̃ vis cognoscitiua angelorum nõ est alterius generis à vi cognoscitiua rationis, sed comparantur ad ipsam sicut perfectum & imperfectum. Neque obstat huic doctrinæ q̃ D. Th. in q. de anima arti. 7. ad primum & secundum dicit, quòd intelligere animæ & angeli differunt specie. Nam aperte loquitur de actu intellectionis non ex parte obiecti, sed ex parte speciei intelligibilis, quæ in angelis est alterius rationis à specie intelligibili, quæ est in anima per abstractionẽ intellectus agẽtis. Vnde postea ad quintum subdit, quòd intelligere angeli superioris, & inferioris differunt specie, propterea q̃ angelus superior intelligit per pauciores & vniuersaliores species, angelus verò inferior intelligit per species minus vniuersales. Neq; hactenus vidi locum D. Tho. vbi apertè doceat, q̃ intellectus angeli & animæ differãt specie per comparationem ad obiectum. Neque vero ab omnibus recipitur tãquam verum id quod Caietanus docet, q̃ potentiæ distinguantur specie non per obiecta mouentia, sed per obiecta terminatiua, quanuis non sit præsentis loci hoc differere. Satis ergo nobis fuerit in presenti asserere, q̃ intellectus angeli & animæ differunt specie ex diuerso modo tendendi in obiectum, an vero simpliciter differant specie ex parte obiecti, alia quæstio est.

QVAESTIO LXXVI.
De vnione animæ ad corpus.

DEINDE considerandum est de vnione animæ ad corpus.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrùm intellectiuum principium vniatur corpori vt forma.

*AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectiuum principium nõ vnitur corpori vt forma. Dicit enim Philosophus in 3. de anima, * q̃ intellectus est separatus, & quòd nullius corporis est actus. Non ergo vnitur corpori vt forma.*

2. cont. 56. 58. & 69. 70. quæst. 12. arti. 10. Et Spiritu art. 2. Et de anim. arti. 19. & opus. 3. c. 80. * Text. 6. & 7. to. 2. Qu. p. ec. ar. 2 & 5.

¶2 *Præterea, Omnis forma determinatur secundum naturam materiæ cuius est forma. Alioquin non requireretur proportio inter materiam & formam. Si ergo intellectus vniretur corpori vt forma: cum omne corpus habeat determinatam naturam, sequeretur quòd intellectus haberet determinatam naturam: et sic non esset omnium cognoscitiuus: vt ex superioribus patet.* ¶Quod est contra rationem intellectus. *Non ergo intellectus vnitur corpori vt forma.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 3 Præterea, Quicunque potentia receptiua est actus alicuius corporis, recipit formam materialiter & indiuidualiter: quia receptū est in recipiente secundum modū recipientis. Sed forma rei intellectę non recipitur in intellectu materialiter & indiuidualiter: sed magis immaterialiter & vniuersaliter. Alioquin intellectus non esset cognoscitiuus immaterialium & vniuersalium, sed singularium tantum: sicut & sensus. Intellectus ergo non vnitur corpori vt forma.

¶ 4 Præterea, Eiusdem est potentia & actio. Idè enim est quod potest agere, & quod agit. Sed actio intellectualis non est alicuius corporis: vt ex superioribus patet.* Ergo nec potentia intellectiua est alicuius corporis potentia. Sed virtus siue potentia non potest esse abstractior vel simplicior quàm essentia à quia virtus vel potentia deriuatur. Ergo nec substantia intellectus est corporis forma.

Q. præc. art. 2.

¶ 5 Præterea, Id quod secundum se habet esse, non vnitur corpori vt forma, quia forma est quo aliquid est: & sic ipsum esse formæ est ipsius formæ secundum se. Sed intellectiuum principium habet secundum se esse, & est subsistens, vt supra dictum est*. Non ergo vnitur corpori vt forma.

Q. 75. art. 2.

¶ 6 Præterea. Id quod inest alicui rei secundum se, semper inest ei. Sed formæ secundum se inest vniri materiæ. Non enim per accidens aliquod, sed per essentiam suam est actus materiæ. Alioquin ex materia & forma non fieret vnum substantialiter, sed accidentaliter. Forma ergo nō potest esse sine propria materia. Sed intellectiuum principium, cùm sit incorruptibile, vt supra ostensum est, Q. 75. art. 6. * remanet corpori non vnitum corpore corrupto. Ergo intellectiuum principium non vnitur corpori vt forma.

SED contra, secundum Philosophum in Li. 8. Met. tap. tex. 6. to. 2. 8. Metaphy.* differentia sumitur à forma rei. Sed differentia constitutiua hominis est rationale: quod dicitur de homine ratione intellectui principij. Intellectiuum ergo principium est forma hominis.

RESPONDEO dicendum, quòd nec esse est dicere quòd intellectus, qui est intellectualis operationis principiū, sit humani corporis forma. Illud enim, quo primo aliquid operatur, est forma eius, cui operatio attribuitur. Sicut quo primo sanatur corpus, est sanitas: & quo primo scit anima, est scientia. Vnde sanitas est forma corporis, & scientia anima. Et huius ratio est: quia nihil agit, nisi secundū quod est actu. Vnde quo aliquid est actu, eo agit. Manifestum est autem, q primū, quo corpus viuit, est anima. Et cùm vita manifestetur secundum diuersas operationes in diuersis gradibus viuentium, id, quo primo operamur vnumquodque bonū operū vitę, est anima. Anima enim est primum, quo nutrimur, & sentimus, & mouemur secundum locum: & similiter quo primo intelligimus. Hoc ergo principium, quo primo intelligimus, siue dicatur intellectus, siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hęc est demonstratio Aristo. in. 2. de Anima.* Si quis autem velit dicere animam intellectiuam non esse corpori formam, oportet q inueniat modum quo ista actio, quę est intelligere, sit huius hominis actio. Experitur enim vnusquisque seipsū esse, qui intelligit. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter, vt patet per Philosophum. 5. Physi.* Dicitur enim mouere aliquid aut agere vel secundum se totum, sicut medicus sanat: aut secundum partem, sicut homo videt per oculum: aut per accidēs, sicut dicitur, q albū ædificat: quia accidit ædificatori esse album. Cùm igitur dicimus Sortem, aut Platonem intelligere, manifestū est q non attribuitur ei per accidens. Attribuitur enim ei inquantum est homo, quòd essentialiter prædicatur de ipso. Aut ergo oportet dicere, quòd Sortes intelligit secundum se totum, sicut Plato posuit,* dicens hominem esse animā intellectiuam: aut oportet dicere, q intellectus sit aliqua pars Sortis. Et primum quidē stare nō potest, vt supra ostensum est: † propter hoc q ipse idem homo est qui percipit se intelligere & sentire. Sentire autem non est sine corpore. Vnde oportet corpus aliquam esse hominis partem. Relinquitur ergo, quòd intellectus quo Sortes intelligit, est aliqua pars Sortis: ita q intellectus aliquo modo corpori Sortis vniatur. Hanc autem vnionem Commentator in 3. de Anima* dicit esse per speciem intelligibilem. Quę quidem habet duplex subiectum vnum scilicet intellectum possibilem, & alium ipsa phantasmata, quę sunt in organis corporeis. Et sic per speciem intelligibilem æstimantur intellectus possibilis corpori huius vel illius hominis. Sed ista continuatio vel vnio non

A

B

C

D

E

Li. 3. de anima, tex. 24. tom. 2.

lib. 5. Phy. to. 2.

li. 5. de anima, tex. 18. tom. 2.

li. 3. de anima, tex. 5. & 36.

non sufficit ad hoc q actio intellectus sit actio Sortis. Et hoc patet per similitudinem in sensu ex quo Aristotel. procedit ad considerandum en, quæ sunt intellectus. Sic enim se habent phantasmata ad intellectum, vt dicitur in 3. de anima,* sicut colores ad visum. Sicut ergo species colorum sunt in visu, ita species phantasmatum sunt in intellectu possibili. Patet autē, quòd ex hoc quòd colores sunt in pariete, quorū similitudines sunt in visu, actio visus non attribuitur pariete. Non enim dicimus quòd paries videat, sed magis quod videatur. Ex hoc ergo, quòd species phantasmatū sunt in intellectu possibili nō sequitur quòd Sortes, in quo sunt phantasmata intelligat: sed quòd ipse, vel eius phantasmata intelligātur. Quidam autem dicere voluerunt, q intellectus vnitur corpori vt motor, & sic ex intellectu & corpore fit vnum, vt actio intellectus toti attribui possit. Sed hoc est multiplici modo corpus nisi per appetitum, cuius motus præsupponit operationem intellectus. Non ergo, quia mouetur Sortes ab intellectu, ideo intelligit: sed potius è conuerso, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur Sortes. Secundo, quia cùm Sortes sit quoddam indiuiduum in natura, cuius essentia est vna cōposita ex materia & forma: si intellectus non sit forma eius, sequitur q sit præter essentiā eius, & sic intellectus comparabitur ad totum Sortem, sicut motor ad motum. Intelligere autem est actio quiescens in agente, nō autem transiens in alterum, sicut calefactio. Non ergo intelligere potest attribui Sorti propter hoc quòd est motus ab intellectu. Tertio, quia actio motoris vnquam attribuitur moto, nisi sicut instrumento, sicut actio carpentarij serræ. Si igitur intelligere attribuitur Sorti, quia est actio eius instrumento. Quod est cōtra Philosophū, * qui vult q intelligere non sit per instrumentum corporeum. Quarto, quia licèt actio partium tamē attribuitur toti, vt actio oculi homini nunquam tamē attribuitur alij parti, nisi fortè q accidens. Non enim dicimus, quòd manus videat, propter hoc q oculus videt. Si ergo ex intellectu & Sorte fit vnum, actio intellectus nō potest attribui Sorti. Si verò Sortes est totum quod componitur ex vnione intellectus ad res liquas quæ sunt Sortis: & tamē intellectus nō

A

B

C

D

E

li. 1. de anima, tex. 12. to. 2.

vnitur alijs, quæ sunt Sortis, nisi sicut motor: sequitur q Sortes non sit vnū simpliciter, & per consequens nec ens simpliciter. Sic enī aliquid est ens quomodo & vnū. Relinquitur ergo solus modus, quem Aristo.* ponit, q hic homo intelligit, quia principiū intellectiuū est forma ipsius. Sic ergo ex ipsa operatione intellectus apparet, q intellectiuū principiū unitur corpori, vt forma. Potest etiā ide manifestari ex ratione speciei humanæ. Natura enī vnius cuiusque rei ex eius operatione ostenditur. Propria autē operatio hominis inquantū est homo est intelligere. Per hanc enim omnia animalia trāscendit. Vnde & Arist.* in lib. Eth. in hac operatione sicut in propria hominis, vltima felicitatē constituit. Oportet ergo, q homo secundū illud speciem sortiatur, quod est huius operationis principium. Sortitur autem vnumquodque speciem per propriam formam. Relinquitur ergo, quòd intellectiuum principium sit propria hominis forma.

lib. 1. de anima, tex. 29. to. 2.

lib. 10. Eth. c. 7. tom. 5.

Sed considerandum est, quòd quanto forma est nobilior, tanto magis dominatur materiæ corporali: & minus ei immergitur, & magis suæ operationē vel virtute excedit eā. Vnde videmus quòd forma mixti corporis habet aliam operationē, quā non causatur ex qualitatibus elementaribus. Et quanto magis proceditur in nobilitate formarum, tanto magis inuenitur virtus formæ materiam elementarem excedere. Sicut anima vegetabilis plus quā forma elementaris: & anima sensibilis plus quàm anima vegetabilis. Anima autem humana est vltima in nobilitate formarum. Vnde intantum suā virtute excedit materiā corporalē, q habet aliquā operationē & virtutem, in qua nullo modo communicat materia corporalis. Et hęc virtus dicit intellectus.

Est autem attendendum, quòd si quis poneret animam cōponi ex materia & forma, nullo modo posset dicere animam esse formā corporis. Cum enim forma sit actus, & materia verò sit ens in potentia tantum: nullo modo id, quod est ex materia & forma compositū, potest esse alterius forma secundū se totum, lib. 2. Phy. to. 29. to. 2. Si autem secundum aliquid sui sit forma, id, quod est forma, dicimus animam: & id, cuius est forma, dicimus primum animatum, vt supra dictum est.*

Q. 75. art. 5.

AD primum ergo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in secundo Phys.* vltima

Universidad de Deusto
Biblioteca

formarum naturalium, ad quem terminatur A *consideratio Philosophi naturalis, scilicet anima humana, est quidem separata, sed tamen in materia. Quod ex hoc probat: quia homo ex materia generat hominem, & sol. Separata quidem est secundū virtutem intellectiuā: quia virtus intellectiua non est virtus alicuius organi corporalis: sicut virtus visiua est actus oculi. Intelligere enim est actus, qui non potest exerceri per organum corporale, sicut exercetur visio. Sed in materia est inquantū ipsa anima, cuius est hęc virtus, est corporis* B *forma: & terminus generationis humanæ. Sic ergo Philosophus dicit in 3. de anima,* * *ꝙ intellectus est separatus: quia non est virtus alicuius organi corporalis.*

tex. citato in argum.

Et per hoc patet responsio ad secundum & tertium. Sufficit enim ad hoc ꝙ homo possit intelligere omnia per intellectum: & ad hoc ꝙ intellectus intelligat omnia immaterialia & vniuersalia, quod virtus intellectiua non est corporis actus.

AD quartum dicendum, quòd humana C *anima non est forma in materia corporali immersa, vel ab ea totaliter cōprehensa propter suam perfectionem. Et ideo nihil prohibet aliquam eius virtutem non esse corporis actum: quamuis anima secundum suam essētiam sit corporis forma.*

AD quintum dicendū, quòd anima illud esse in quo subsistit communicat materiæ corporali: ex qua & anima intellectiua fit vnū: ita quòd illud esse quod est totius cōpositi, est etiam ipsius animæ. Quod non accidit in aliis formis quæ non sunt subsistentes. Et propter D *hoc anima humana remanet in suo esse destructo corpore: non autem alia forma.*

AD sextum dicendum, quòd secundū seconuenit anima corpori viri, sicut secundum se conuenit corpori leui esse sursum. Et sicut corpus leue manet quidem leue eùm à loco proprio fuerit separatum, cùm aptitudine tamen & inclinatione ad proprium locum: ita anima humana manet in suo esse, cùm fuerit E *à corpore separata habens aptitudinem & inclinationem naturalē ad corporis vnionem.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. Ratio est. Quo primo operamur, est forma eius cui operatio attribuit, sicut quo primo sanatur corpus, est sanitas, & quo primo scit anima est scientia, vnde sanitas est forma corporis & scientia animę, sed anima intellectiua est quo primo homo viuit, ergo anima intellectiua est forma hominis.

¶ Secunda conclusio. Anima humana habet aliquam operationem & virtutem in qua nullo modo cōmunicat materia corporalis. Hanc probat D. Tho. graduando formas penes eleuationem supra materiam in tantum quod ascēditur vsq; ad formam, ita excedentem materiam, ꝙ habet aliquam virtutem & operationem in qua nō communicat sibi omnino materia & talis est anima intellectiua, quia est suprema omniū.

¶ Tertia conclusio. Qui ponunt animam componi ex materia & forma, nullo modo possunt dicere animam esse formam corporis. Ratio. Quia vel secundum se totam deberet esse forma vel secundum aliquid sui; nō primo modo, quia forma est actus, materia autē ens in potentia, atque adeo id quod est ex materia & forma compositum non potest esse alterius forma secundum se totum. Nec secūdo modo quia tunc sua materia esset primum animatum.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem, nota ꝙ ratio quam adducit D. Tho. est Arist. de anima text. 24. & 25. vbi videndi sunt de ea interpretes Aristo. Nos etiam quæst. præceden. articu. primo. circa eam multa E diximus. Circa opinionem vero Auerrois, quam hic adducit Di. Thom. multa poterant dici, sed ea hisce temporibus inutilia sunt & nullius ponderis. Qui tamen de illa voluerit multa videre, legat interpretes Aristot. 3. de anima circa tex. 5. & 8. præcipuè vero Fer. ibidem. & Augustinum Nimphum

phum ibidem. & text. 36. qui de hac re A copiosissime loquitur. Caiet. etiam breuiter sed optimè hanc rem tractat. Vide etiam Sonzin. 12. metaphys. quæstio. 23. 24. & 25. Contra Auerroem vero D. Tho. frequentissimè disputat, præcipuè vero in 2. cont. gen. à ca. 56. vsque ad caput. 71. Vbi mirabiliter confutat per fidam sententiam huius autoris & aliorum etiam philosophorum opiniones erroneas, quæ in hac parte versantur, copiosissime refert & impugnat. Lege etiam Albertum Magnum in 3. de anima vbi supra, qui refert opinionē Amonij, Simplicij, B & Philoponi. Contra quos omnes & alios diuerso modo ponentes animam rōnalem esse substantiam separatam aut nō esse formam corporis, statuit D. Tho. in præsenti hanc primam conclusionem, quæ est certa secundum fidem & diffinita in Cōcilio Vienensi sub Clemente V. cuius definitio habetur in Clementina vnica de summa Trinitate. & fide catholica. Porrò vbi sic dicitur. Porrò omnem doctrinam seu positionem temerè asserentem seu vertentem in dubium, ꝙ substantia animæ rationalis seu intellectiuæ, verè C ac per se & essentialiter non sit forma humani corporis, tāquam erroneam & inimicam veritati & catholicæ fidei, sacro approbante Concilio, reprobamus. Et postea subdit, ꝙ qui oppositum defendere vel tenere pertinaciter præsumpserit, tanquam hæreticus censeatur. Similiter in Concilio Lateranēsi sub Leone X. Sessione. 8. refertur hęc definitio & approbatur, & iterum definitur, quòd anima intellectiua per se & essen- D tialiter est forma humani corporis. Secundò probatur ratione sumpta ex Concil. Lateranensi sub Innocentio III. cap. 1. vbi habetur quòd natura humana constituitur ex corpore & spiritu, & ex symbolo Athanasij vbi dicitur, quòd anima & caro vnus est homo', ergo anima unitur essentialiter humano corpori. Probat consequētia, qm euidens est, quòd compositio substantialis ex materia & forma ex qua resultat vnum per E se, nunquam fit nisi qn forma vnitur materiæ. Tertiò probatur ex illo Genes. 2. Formauit Deus hoiem de limo terræ, & inspirauit in faciē eius spiraculū vitæ, & factus est hō in aīam viuentē. Ex quo testimonio apertè colligitur, quòd anima hominis illi intrinsecè vnitur viuificando ipsum. Nam quòd istud testimonium sit explicandum de vnione animæ rōnalis ad corpus, iam probatum est. q. præced. ar. 2. dub. 1. testimonijs Sanctorum, quibus poteramus addere Damasc. lib. 2. de fide orth. c. 12. & Cyril. super Ioan. lib. 1. c. 15. qui eodem modo inter prætantur hunc locum.

DVbitatur primò circa hanc conclusionem. Vtrum rōne naturali possit demonstrari, animam rōnalem esse formam corporis intrinsecam. Rō dubij est quoniā multi philosophi asseruerunt doctrinā cōtrariam. D. Th. hic refert sniam Commentatoris. 3. de aīa conclu. 5. asserentis, intellectum esse aliquid separatū ab homine. Refert etiam sententiam Platonis affirmātis, aīam nō vniri corpori vt formā, sed vt motorem mobili, cuius sniæ meminit Arist. 2. de anima tex. 11. Habet autem illam sniam Plato dialogo. 5. qui est de natura hominis. Et quod multò magis mirandum est, Nisse- C nus lib. 2. philos. c. 4. & 6. reprehendit Arist. quòd affirmauerit, aīam intellectiuam esse formam corporis. Et postea c. 10. 11. & 12. tractans ipse de vnione aīæ ad corpus, procedit multo magis Platonice, quam Aristotelicè. Argumenta in fauorem huius sentētiæ refert multa D. Th. 2. cont. gen. ca. 59. & 62. & alij doctores Schola. in 3. d. 16. potissimū Ariminē. q. 1. ar. 1. Et Sonzi. 12. meta. c. 25. Quapropter breuiter in gratiam huius sententiæ procedemus. ¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Aristo. 2. de anima text. 11. docet esse quasdam animæ partes quæ nullo modo sunt actus corporis, & libro. 3. tex. 6. & 7. & 19. docet quòd intellectus est permixtus & separatus à corpore sed ista nō possunt affirmari de anima quæ sit forma corporis, ergo. Confir. Arist. 8. physi. ca. 10. tex. 78. & sequentibus docet, quòd oīs virtus quæ est in magnitudine, est extensa & diuisibilis, & propterea subdit, non esse possibile, ꝙ in magnitudine sit virtꝰ infinita, ergo si aīa vnitur intrinsecè corpori, erit extēsa & diuisibilis. ¶ Secūdò. Potētiæ quæ procedūt ad aliqua essentia sequuntur conditionem ipsius essentiæ a qua dimanant, ergo si anima intellectiua vnitur corpori vt forma; sequitur quòd intellectus qui dimanat ab aīa sit etiam in corpore, & indigeat

organo

Universidad de Deusto
Biblioteca

organo corporeo ad intelligendum: consequens est contra Arist. & contra ea quæ diximus præced.q.art.2. & 6. ergo.

¶ Tertiò sequitur ex opposita sententia q̃ anima simul moueretur in corpore & quiesceret, consequens est falsum, ergo. Probatur minor. Quoniã motus & quies sunt contraria, vt habetur.2.Physi.text.54.& ex consequenti non possunt simul eidem conuenire. Sequela vero probatur. Anima rationalis informat totum corpus, ita vt sit tota in toto, & tota in qualibet parte, vt artic.8. ostendetur, ergo ad motũ vnius partis mouebitur, & alijs partibus quiescentibus quiesceret.

PRo decisione huius dubij sit prima conclusio. Certum est, q̃ rõne naturali põt ostendi aĩam intellectiuam esse formã corporis. Hæc conclusio adeo est certa, vt oppositum sit erroneum. Probatur. Secundum fidem est certum, q̃ aĩa intellectiua ex sua natura & essentialiter est formã corporis, ergo certum est illud posse ostendi rõne naturali. Probatur consequentia. Quoniã euidens est, illud quod conuenit alicui ex sua natura, posse demõstrari de illo, siue à priori, siue à posteriori. Antecedens vero patet ex definitionibus Concil. Vienensis & Late ra. suprà cita. Quod vero oppositum, huius conclusionis sit erroneum præter hanc rõnem probatur, quoniam secundum cõmunem doctrinam Theologorum, ex antecedenti de fide per consequentiam euidentem sequitur conclusio adeo certa vt oppositum sit erroneum in fide.

¶ Secunda conclusio. De facto demõstratur rõne naturali, animam rõnalem esse formam corporis. Hæc propositio est habenda tanquam verissima, & sicuti q. præced. art.6.dub.2.diximus, falsissimum esse asserere q̃ non demonstratur rõne naturali; animam intellectiuam esse immortalem, eodẽ modo dicimus hic. Hæc conclusio probatur à D.Th. multis demonstrationibus, hic & cont.gent.ca.68. & ex quibus tantũ vnã sumimus, quæ est hmõi. Anima rõnalis cõponit hominem physicè, & cõstituit illum in specie hois, ergo est forma illius intrinseca. Antecedens est euidens: & probatur consequentia. Quoniam euidens est, etiam lumine naturali, q̃ forma physica, per quam compositum cõstituitur in specie est illi intrinseca & essentialis. Propter quam demõstrationẽ Gab.in 2.d.16.q.vnica art.3.dub. 3. conuincitur ad asserendum hanc propositionem: & subdit, eandem sententiam docuisse suum Ocham quodl.1.q.10.

¶ Tertia cõclusio. Arist. absque dubio docuit, animam intellectiuam esse formam intrinsecam corporis. Hæc conclusio constat apertè ex.12.metaph.tex.16.17.& alijs multis locis quæ refert D.Th.2.contra gent. cap.61.& 70. Et manifestabitur amplius in articulis sequentibus.

AD argumenta respondetur. Ad primũ respondet D.Th.2 contra gent.c.61. & 69. Et tota vis solutionis eius consistit in his quæ docet hic ad primum, videlicet, q̃ potentia intellectiua animæ recipitur immediatè in ipsa anima, & est separata à corpore: quoniam non est potentia alicuius organi corporei, neque habet operationẽ mediante organo corporeo: sicut dicebamus, quæstio. præceden. articu. 2. & 6. Nihilominus tamen ipsa anima est forma corporis physici, Imo uero subdit D. Thom. q̃ non solùm est forma corporis, imo est terminus ipsius generationis hominis, non terminus quod, sed terminus quo. Pro cuius intelligẽtia nota, q̃ anima intellectiua potest considerari duplicitèr. Primò secundum suã entitatem & suum esse, & in hac consideratione solùm habet q̃ sit terminus creationis, & nullo modo attingitur à generante. Secũdo modo põt considerari, quantum ad informationem corporis, secundũ q̃ est quædam forma substantialis, quæ vnita materiæ dat illi esse, & secundum hanc considerationem est terminus quo gerationis & attingitur à generante: Quanuis enim homo qui generat hominem non attingat ipsam animam secundum se, tamen attingit vnionem animæ cum corpore, ex qua vnione resultat homo, qui est terminus quod, ipsius generationis. Hanc doctrinam habet Caietan. infrà quæstio. 118. artic. 2. ad quartum. Et tradit eam diffusè Ferrar. 2. contra gent. capit. 89. Itaque quanuis Deus solus creat animam, quia homo non potest concurrere ad creationem, tamen non solum ipse vult animam cum corpore, sed generans simul cum concursu Dei & aliarum

rum naturalium causarum disponit materiam, ad vnionem animæ cum ipsa, & ex consequenti ad productionem hominis: & propterea dicitur quòd Deus & homo generant hominem.

¶ Ad confirmationem respondetur primò, q̃ Aristot.8. Physic. errauit in quibusdam assertionibus, potissimum in illis rationibus, quibus nititur probare, q̃ virtus infinita non potest esse in magnitudine; de qua re actum est suprà quæstio. 7.& quæst. 25. Respondetur.2.q̃ Aristotel. in illo.cap. 10. non loquebatur de formis substantialibus quæ informant corpus; nam istæ bene possunt esse in corpore & simul esse indiuisibiles, vt ex doctrina ipsius Aristot. ostenditur infrà artic.8. sed loquebatur de virtute quadam accidentali & vigore ad mouendum corpus: & de hac virtute docet, quòd si esset in corpore esset extensa, & quòd potest esse infinita virtus in magnitudine finita. Quæ doctrina nihil attinet, ad nostrum propositum.

¶ Ad secundum respondetur, quòd anima intellectiua propter suam excellẽtiam hoc habet, quod quamuis sit vera forma materiæ, non tamen est omnino immersa materiæ, & dependens ab ipsa: sed magna ex parte manet libera à conditionibus materiæ, sicut bene explicat Ferr.2.cont.gent. cap 67. Et D. Thom. de spiritualibus creaturis. artic.2. & in hoc artic. id etiam docet D.Thom. Hæc autem libertas à conditionibus materiæ potissimum reperitur in potẽtia intellectiua, quæ nec recipitur in organo corporeo, nec operatur medio instrumento corporeo. Vnde ad argumentum respondetur negando consequentiam. Quãuis enim anima sit in corpore, non inde sequitur q̃ intellectus subiectetur in corpore. ¶ Ad tertium respondetur primo. Nullum esse inconueniens, quòd idem simul moueatur & quiescat, respectu diuersorũ quando mouetur per accidens: sicut non inconuenit quòd idem mobile moueatur simul motibus contrarijs quando mouetur per accidens. Vt cœli inferiores proprio motu mouentur ab Oriente in occidens, & simul mouentur per accidens ab occidente in orientem: quia rapiuntur motu primi mobilis. Solutio est expressa D.Thom. quæsti. de anima. articu. 10. ad 12. Et adhibet aliud exemplum, sicuti quando quis in naui existens, ambulat proprio motu versus orientem, & simul motu nauis fertur versus occidentem, tunc simul mouetur contrarijs motibus, quanuis per accidens. Eodem modo inquit D. Thom. q̃ non est incõueniens animam moueri per accidens, & quiescere, vel moueri contrarijs motibus. Et eo pacto quo admittimus Christum moueri per accidens in Eucharistia, concedit Durand. Palud. in 4.di.10.q.3.q̃ simul mouetur contrarijs motibus, vel q̃ simul mouetur, & quiescit per accidens. Respondetur secundo, q̃ anima non dicitur moueri etiam per accidens, quandocunque aliqua pars corporis mouetur: sed quando mouetur totum. Et ratio huius est, quam assignat D. Tho. in 1.di.37.q.4. art.1.ad quartum. Quia vt aliquid dicatur moueri per accidens, oportet, quod moueatur ad motũ illius in quo est diffinitiuè: sicut ait D. Thom. suprà q. 51.art.3.ad tertium, q̃ quando angelus assumit corpus, in quo est diffinitiue, mouetur per accidens ad motum illius. Anima vero rationalis, nõ est diffinitiue in aliqua parte corporis, sed in toto corpore: vt ostendetur arti.8. Et propterea, quanuis aliqua pars corporis moueatur, non mouetur ipsa per accidens: sed solum quando totum mouetur. Eandem solutionem assignat D. Benauentura distinct.37.arti.1.quæstio. 2. ad argumenta.

¶ Sed contra hanc solutionem est argumentum. Christus in Eucharistia mouetur per accidens ad motum specierum vt docet D.Thom.3.part.q.76.ar.6.& tamen nõ non est in illis diffinitiuè, ergo. Ad hoc respondetur, q̃ sicut Christus proprie loquendo non est diffinitiuè in illis speciebus, sed modo quodam altiori, & sacramentali, ita etiam non mouetur per accidens proprie loquendo ad motum specierum: sicut D.Thom. dicit ibi, & Cap. in quarta distinctio. 10. quæstio. 3. Sed adhuc est argumentũ. Angelus qui mouet orbẽ cęleste est in illo diffinitiuè, & tñ nõ mouetur per accidẽs ad motũ illius, ergo. Ad hoc tndetur, q̃ ẽt si admitteremus, Angelum esse diffinitiuè in toto orbe cęlesti, cui assistit, non sequitur, quòd moueatur per accidens ad motum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum illius. Ratio est, quam adhibet D.Tho, A
suprà q.51.art.3.ad tertium. Quoniam cælum nunquam mouetur mutando locum secundum se totum, sed tantum secundũ partes. Quapropter cùm in nulla parte angelus sit diffinitiuè, nunquam mouetur per accidens ad motum illius, sicut de anima dictum est. Respondetur secundo ex doctrina D.Thom. quam habet.8.physic. lectio. 13. ꝙ quanuis anima moueatur per accidẽs ad motum corporis cui vnitur tanquam forma, non inde sequitur, ꝙ angelus mo- B
ueatur per accidens ad motum cæli: quoniam solum unitur cælo per intellectum & voluntatem, quæ vnio sufficit ad mouendum illud. Et hæc solutio videtur expressa doctrina Arist.8.physi.tex. 53. vbi admittit ꝙ anima mouetur per accidẽs ad motum corporis, & negat angelum moueri etiam per accidens ad motum cæli. Respondetur tertio, quòd angelus qui mouet cælum, non est diffinitiuè in toto cælo, sed vt ipse Arist. docet.8 Physic. tex. 84. virtus ipsius applicatur alicui parti cæli, quantum sufficiens C
est ad mouendum ipsum. Ex quo apertius constat, ꝙ non mouetur per accidẽs ad motum cæli, sicut figulus non mouetur per accidens ad motum rotæ. Quod si quis obijciat in contrarium, testimonium Arist. eodem lib.9.nbi text. 52. Vbi apertè concedit angelos motores orbium moueri per accidens ad motum illorum. Respondetur ꝙ Arist.tex.51. negauit illos moueri per accidens ad motum illum quo singuli mouent D
suos orbes. Postea vero intendit docere, ꝙ mouentur per accidens ad motum suorum orbium quo mouentur motu raptus primi mobilis. Cæterum non intelligit moueri per accidens propriè, sed tantum abusiuè & impropriè & denominatione quadã extrinseca. Nam propterea quòd ipsi orbes quibus præsunt mouentur per accidens ad motum primi mobilis, ipsi etiam angeli motores denominantur extrinsecè moueri per accidens.

DVbitatur secundò. Vtrùm anima intellectiua, etiam secundum ꝙ est intellectiua sit dicenda forma corporis. ¶Arguitur primo pro parte negatiua. Anima intellectiua secundùm gradum intellectiuum habet quòd sit separata à corpore, ergo vt sic non est forma corporis. Probatur antecedens ex q.præced.art.2.& 6. Quoniam anima intellectiua ut sic, habet ꝙ sit p se subsistens & independens à corpore, & ꝙ maneat separata a corpore.

¶Secundò. Anima rõnalis non dat corpori esse intellectiuum, ergo inquantũ intellectiua nõn est actus corporis. Antecedens patet ex supradictis. Nam intelligere semper est sine organo corporeo. Consequẽtia probat, nam aĩa sensitiua & vegetatiua, ex eo ꝙ est forma corporis dat illi esse sensitiuum & vegetatiuum, ergo si aĩa rõnalis non dat corpori esse intellectiuum, non est forma corporis inquantum intellectiua.

¶Tertiò. Anima intellectiua vt sic, supergreditur capacitatem materiæ, & ita nõ est ei immersa, vt ait hic S.Th. ergo ut sic nõn est corporis forma. Cõfirmatur. Aĩa nostra habet quòd per se subsistat quatenus intellectiua & spiritualis est: sed vt subsistens non est forma, ergo neque quatenus intellectiua. Probatur minor. Quia vt sic est perfecta vltima perfectione: & ita non dicit ordinem ad aliud per quod perficiatur, sed subsistentia & esse est vltima rei perfectio, ergo quatenus subsistit nõ est corporis forma: ac p cõsequẽs nec quatenꝰ intellectiua.

¶Quartò. Nam si anima quatenus intellectiua, est forma corporis; sequitur quòd operationes quæ cõueniunt ei quatenus intellectiua dependeant a corpore. v.g. quòd aĩa in intellectione & volitione dependeat à corpore. Consequens autem est falsissimum, ergo. Probatur sequela. Quia propterea anima sensitiua dependet in suis operationibus, à corpore & organo corporeo, ꝙ est forma corporis, ergo si anima intellectiua ut intellectiua est forma corporis, in operationibus quæ conueniunt ei, vt intellectiua, dependebit à corpore. Confirmatur. Operationes debent proportionari cũ principio ipsarum, ergo si anima vt intellectiua est forma corporis operationes ipsius dependebunt à corpore. ¶ Propter hæc argumenta aliqui doctores non indocti, opinantur partem negatiuam huius dubij: & quibusdam visum est, quòd Caietan. hic circa solutionem ad primum, fuerit eiusdem sententiæ, propterea ꝙ dixit aĩam intellectiuam esse formam corporis non formaliter sed

sed identicè, quod est dicere, quòd res quę A
est anima intellectiua est forma corporis: sed non inquantum intellectiua: sicut album est quod ædificat, sed non inquantum album.

PRo huius dubij solutione. Notandum est, quòd intellectiuũ potest accipi dupliciter. Vno modo pro intellectiuo simpliciter & omnibus modis, quod quidem nullum naturale commercium habet cum corpore, neque in esse neque in operari, neq; aliqua alia ratione, & hoc modo dicimus B
angelos esse intellectiuos, & immateriales & spirituales. Secundo modo, intellectiuũ dicitur illud quod quidẽ in sua intellectione non dependet à corpore tanquam ab organo & instrumento mediante quo intelligit; nihilominus talis intellectio fieri non potest nisi in corpore, quia aliqualem habet dependentiam ab eo, saltem tanquam ab obiecto sibi coniuncto & proportionato. Et intellectiuum hoc modo idem est ꝙ esse intellectiuum. Circa hanc distinctionem aliqua diximus suprà q.50.art.j. & 2. C

¶Prima conclusio. Si illa dictio, inquantum reduplicet intellectiuum primo modo, anima inquantum intellectiua non est forma corporis. Hæc conclusio est certa. Nam alias omne intellectiuum esset forma corporis, quod est falsum. Nam angeli sunt intellectiui, & nullo modo informant corpus.

¶ Secunda conclusio. Si verò illa dictio, D
inquantum, reduplicet intellectiuum secũdo modo, absque dubio anima inquantum intellectiua est forma corporis. Hęc conclusio est D. Tho. qui propterea in titulo articuli vsus est hoc nomine intellectiuũ principium, vt insinuaret, quòd anima inquantum intellectiua est forma corporis, & nõ solum inquantũ sensitiua. Vnde huic quæstioni respondet, quòd ex ipsa operatione intellectus apparet quòd intellectiuũ principium vnitur corpori vt forma. Et ad quar E
tum subdit, ꝙ quanuis intellectus non sit actus corporis, ipsa tamen anima secundũ suam essentiam est forma corporis. Et sup. quæst. præcedenti artic.7. ad tertium expresse dicit, ꝙ anima ex ratione suæ essentię habet, ꝙ sit corpori vnibilis, & propterea differt ab angelis. Caiet. ẽt est eiusdem sententiæ, quicquid alij dicant. Nam in dubio cum Scoto, circa secundam partem articuli docet, ꝙ in doctrina D.Thom. asserendum est, ꝙ anima nostra secundum omnem suũ gradum est forma corporis. Et lib.1.de anima ca.1.dubio vltimo docet, ꝙ differentia constitutiua animæ nostræ, pertinet simpliciter ad philosophum naturalem: ad metaphysicum vero secundum quid. Et rationẽ assignat, quoniam etiam secundum vltimã sui differentiam concernit materiam. Neque vero in hoc articulo circa solutionem ad primum docet contrarium: sed tantum docet, quòd anima intellectiua secũdum quod intellectiua est, habet quòd non dependeat à corpore, sed subsistat separata à corpore. Quod etiam D. Tho. docet quæstio. præcedenti artic. 2. Deinde probatur hæc sententia ratione. Primo, quia homo habet aliquam formam intrinsecam, per quam constituatur in esse hominis, sed non C
constituitur per animam rationalem vt vegetatiua vel sensitiua est, ergo vt intellectiua est: & ex consequenti etiam vt est intellectualis est forma corporis. Confirmatur. Anima præbet homini esse rationale, sed non præbet illud nisi in genere causæ formalis, ergo vt sic est forma corporis. Secundo confirmatur. Quia anima rationalis dat esse specificum supremũ inter omnia corpora, sed hoc specificum confert inquantum est forma corporis, ergo inquantum D
intellectiua est forma corporis.

¶ Secundò probatur conclusio. Concilium Viennense & Lateranense docent, ꝙ anima intellectiua secundum naturam suã & essentialiter est forma corporis, sed propria essentia animæ rationalis est quòd sit intellectiua, ergo ẽt vt anima intellectiua est forma corporis. Confirmat. Animę aliorum animalium habent, ꝙ sint formę corporis, non tm̃ secundum communem rationẽ animæ, sed etiam m̃ quod sunt tales aĩę. Alias.n.nõ constituerent sua suppositã in particulari specie, ergo similiter anima intellectiua, inquantũ talis est forma corporis. ¶Vltimò. Nam anima rationalis habet medium locũ inter substantias separatas & formas corporeas, ideoq; participat naturã vtriusque, nam habet aliquid commune cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum formis corporeis aliquid vero cũ sub A stantijs separatis. Cum formis quidem corporeis hoc habet, quòd constituat cum materia viuentem naturam: cum substantijs separatis habet, quòd non dependeat in esse neque in operatione à materia, & vtrunq; horum habet in quantum intellectiua, vt docet Di. Thom. 1. contra gentem capi. 68. Quando verò idem D. Th. hic ad primam dicit, virtutem intellectiuam non esse actũ corporis; loquitur manifestè non de ipsa essentia animæ, sed de potentia intellectiua ipsius: sicut expresse statim se explicuit ad quartum. Vbi docet, quòd virtus intellectiua animæ nõ est actus corporis, quamuis ipsa anima sit actus corporis.

AD argumenta respondetur. ¶ Ad primum dicitur, quòd anima intellectiua non est pure separata à corpore sicut angelus, ut patet ex quæst. præcedenti arti. 7. sed dicitur separata à corpore, quoniam potest habere operationes aliquas in quibus non dependet ab organo corporeo, quamuis ipsa sit forma corporis. Itaq; cũ anima intellectiua sit media inter angelos, & res materiales, ex vna parte habet quòd sit forma corporis quamuis altiori modo quam animæ vegetatiua & sensitiua, ex alia verò parte habet, quòd potentia intellectiua, & operatio illius non dependeat ab organo corporeo, vt suprà dictum est.

¶ Ad secundum respondetur, quod vt anima intellectiua sit forma corporis, satis est quòd præbeat homini esse intellectiuũ, D quamuis corpus ipsum non dicatur habere esse intellectiuum. Nam si propriè loquamur, sicut homo dicitur intellectiuus, & nõ corpus, ita etiam animal dicitur sensitiuũ, & non corpus ipsum.

¶ Pro solutione tertij & quarti notandũ est primo, q̃ non est de ratione formæ absolutè loquendo, quòd ad suum esse materia indigeat: sed secundum diuersitatẽ formarum sic est diuersa habitudo formæ ad materiam: forma enim quæ per se non subE sistit, indiget materia ad suum esse: sed forma per se subsistens, ad suum esse non indiget materia. Cùm igitur anima intellectiua sit per se subsistens non indiget materia, ad hoc vt sit in facto esse, id est, postquam est producta, licèt in fieri & in principio sui esse materia indigeat, cum omne quod producitur sit singulare & indiuiduum, anima autem non possit indiuiduari nisi per corpus (eo quòd animæ per corpora distinguãtur) oportet quòd anima intellectiua creetur in corpore, licèt creata corporis capacitatem excedat, à materiaque non comprehendatur totaliter.

¶ Secundò est notandum ex D. Thom. hic, & contra gent. lib. 2. cap 65. & alibi sæpè, quòd inter formas est talis ordo, quòd B quanto forma est nobilior, tantò magis materiæ corporali dominatur, & magis sua virtute illam excedit. Videmus enim, quòd forma mixti ex elementis habet virtutem quæ non est alicuius elementaris corporis, sed ex aliquo alio principio, puta, ex corpore cælesti formæ conuenit. Sicut magnes habet virtutem attrahendi ferrum, & Iaspis restringendi sanguinem, & sic partim ascendendo quanto formæ sunt nobiliores, tanto virtutes excellentiores suprà C materiam habent. Quia ergo anima intellectiua est nobilior quacumque alia forma existenti in materia. & non dependet à materia secundum esse, ideò etiam habet virtutem totaliter supergredientem materiam corporalem, & hæc virtus dicitur intellectus, qui licèt sit virtus & accidens formæ existentis in materia, ipsius tamen esse alicui parti materiæ non communicat.

¶ Tertiò est notandum, quòd quemadmodum tota anima est in pede, & tamen D non est totaliter ibi, hoc est, non exercet totam suam virtutem ibi, quia neque videt per pedem, neque audit; sed hanc virtutem videndi exercet per quasdam proprias potẽtias ad hoc institutas, ita quamuis tota anima sit in materia & in toto corpore, tamen non est totaliter (hoc est non exhauritur tota eius virtus per operationem quam exercet in materia) sed adhuc manet potens vt exerceat nobilissimas quasdam operationes sine commercio ipsius materiæ & corE poris tanquam organo. Atque ita sicut ipsa essentia animæ est actus materiæ non illi immersus, sed partim potens operari sine illius instrumentis, ita quædam potentiæ sunt corporeæ, sicut visiua; quædam incorporeæ, & quæ non habent quidquam de materia, sicut intellectus & voluntas. Et sic ambæ

ambæ potentiæ sequuntur naturam formæ: A nam pro illa parte, qua anima est actus corporis, habet potẽtias quasdam materiales: pro illa verò parte qua non totaliter immiscetur materiæ, habet potentias elevatas, quæ operantur, sine medio corpore vt instrumento, huiusmodi est intellectus. Etsi dicas, Ergo saltem intellectus partim erit immersus materiæ & operabitur per materiam, & partim non sicut ipsa anima; Respondetur, q̃ si tota virtus animæ & potentia eius esset intellectus concluderet argumentum. Cæterum, quoniam non est tota eius virtus, sed habet alias virtutes & potẽtias sensitiuas, sat fuerit, quòd istæ sint mixtæ materiæ. Vocamus autem mixtas materiæ, etiam eas quæ non possunt operari nisi per organum corporeum. Ex his patet quomodo licèt sit forma corporis & existat in materia, habeat tamen virtutem, cui non communicet corpus.

¶ Ex his patet ad tertium & quartum. Etenim ad tertium dicitur, q̃ anima rationalis, etiam quatenus subsistens, est corporis forma; quia animæ subsistentia perficitur sicut essentia animæ corpori coniungitur. Ad quartum vero iam patet, quomodo quamuis anima secundum essentiam suam sit forma corporis; operatio tamen eius nõ dependet à corpore. Argumentum tamen probat operationem animæ etiam intellectiuam, dependere quodammodo à corpore, saltem tanquam ab obiecto. Vnde hac ratione intellectus obiectum pro isto statu D est quidditas rei materialis, & non potest intelligere nisi per conuersionem ad phantasmata. De quo infra erit copiosior sermo.

DVbitatur tertiò circa solutionẽ ad primum. Vtrum disputare de anima pertineat ad physicum, an verò ad metaphysicum. ¶ Hoc dubium maxime iuuat ad intelligentiam præcedentium. Arguitur primo, quòd non pertineat ad physicum. Nã Aristotel. lib. 1. de partibus animalium cap. 1. prope finem, vbi ex professo quæstionem E hanc eãdem in proprijs terminis mouet, duos dicit, Verum de anima omni docere, naturalis scientiæ interest, an de aliqua vna determinat nõ oportere physicum de omni anima disserere, quandoquidem non omnis anima natura est, sed aliqua eius pars vna aut etiam plures. Et secundo de generatione animalium capi. 3. inquit, Animam aduenire de foris & non esse de capacitate materiæ ortam, vt cæteras animæ. Et 12. metaphy. text. 13. sic in posterum pollicetur de anima intellectiua habiturum sermonem. Et 6. metaphy. text. 2. præscribens naturalem considerationem physici tantũ esse inquit, de formis illis tradere, quæ non possunt reperiri sine materia. & 2. lib. de cælo text. 1. in eadem perstat sententia. Cũ igitur anima intellectiua separabilis sit à materia, eius consideratio non attinet ad physicum. Imo vero primo de partibus animalium loco citato facit hanc consequentiã, si physica tractaret de intellectu, tractaret de omni ente, sed non tractat de omni ente, ergo non tractat de intellectu.

¶ Secundò. Idem Arist. 2. physicorũ text. 3. 4. & 5. docet tria circa quæ versatur physicus, naturam, Ens naturale, Ens secundum naturam; sed anima nullum est horum, ergo. Probatur minor, & quòd non sit ens secundum naturam, nec ens naturale, patet. Quòd verò nõ sit natura. Probatur, Nã anima intellectiua vt sic, non est principium motus & quietis, quia tantum est principiũ intellectionis, intellectio verò non est motus physicus.

¶ Tertiò. Physicus agit de formis generalibus, & corruptibilibus, vt dicitur 1. physic. text. 83. sed anima rationalis est incorruptibilis, vt dicitur 3. de anima text. 65. & in generabilis, vt dicitur 2. de generat. anim. c. 3. non. n. educitur de potentia materiæ, ergo. Cõfirmatur. Omnis forma sensibilis & physica communicat materiæ & composito, sed intellectus nullo modo communicat materiæ, ergo.

IN hac re sunt variæ sententiæ. Prima est Themistij in præfatione ad lib. Physic. & Simplicij ibid. & Philoponi in 3. lib. de Generat. qui dicunt animæ considerationẽ esse mathematicam. Isti autores triplices formas distinguunt. Quasdam quidem materiæ & motui coniunctas, vt formam ignis, aquæ, &c. Has, inquiunt, physicus contemplatur. Alias ponunt materiam & motum omnino transcendentes, vt substantias separatas. Has metaphysicus contemplatur. Alias medias aiunt esse, quæ ex parte iungun-

guntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

guntur materiæ, & ex parte illam transcendunt, vt anima rationalis. Has Mathematicus, censent isti autores, quòd contẽplatur. Etenim Mathematicalia partim cõcernũt materiam sensibilem & physicã, puta in re (semper enim coniunguntur cum materia sensibili) partim abstrahunt ab ea, quia secundũ considerationẽ nullam materiã physicam concernunt. Sed certe hæc sunt omnino irrationabilis vr. Etenim Mathematici de accidẽtibus tractant, de figuris, de numeris, de cõsonantijs, &c. Enumera, Mathematicas disciplinas Geometriã, Arithmeticã, Musicã, Perspectiuam, Astrologiam & nullibi inuenies inquisitionem de anima. Nisi quis vellit asserere cum philosophis quibusdam antiquissimis, quos refert Aristot. 1. lib. de anima & S. Thom. 2. contra gent. cap. 64. quòd anima est numerus, aut harmonia. Et tunc dices ad Musicum pertinere tractationem de anima. Quod tamen non est ascribendum tantis philosophis, qui tenent hanc sententiam primam. Quapropter existimo non sensisse hos autores, ꝙ tractatio de anima pertineat ad Geometriam, aut Musicam: sed ꝙ anima habeat abstractionẽ ad modum Mathematicarũ, scilicet, mediam inter physicam & Metaphysicam. Sicuti enim Mathematicalia partim abstrahunt à materia, partim illam cõcernunt: ita etiam anima partim abstrahit à materia; partim est separata ab illa.

¶ Secunda sententia est S. Thom. 2. physic. lectione 4. circa tex. 26. & lib. 6. Meteor. lect. 1. quòd physicus tractat de anima intellectiua, & ꝙ ipse est vltimum & supremũ quod cõsiderat physicus inclusiue. Est enim anima rationalis media inter intelligentias & formas corporales. Huius etiam sententiæ est Auerroes 2. physic. commento 26. & 1. de partibus animalium. capit. 1. Alexander 1. Meteor. commen. 1. Auicena, Albertus Magnus, & ferè est communis sẽtentia omnium latinorum quam sequitur etiam Iandunus q. 2. & Soto. 1. physi. supra text. 26.

¶ Tertia sententia est aliorum, qui dicũt animam intellectiuam secundum quod est in corpore pertinere ad considerationem physicam: at vero quantum ad quidditatẽ suam & essentiam pertinere ad Metaphysicam. Hanc opinionem tenẽt multi ex iunioribus sequuti sententiam Appollinaris lib. 1. de anima quæst. 2. Alij fere cum his sentientes dicunt, quod anima secundum substantiam pertinet ad physicum, sed secundum potentiam intellectiuam, & secundum operationem intellectiuam, pertinet ad metaphysicum. Quidã Francis. Bragadenus patricius Venetus lib. de partibus anim. c. 3. putat sciam de anima ad solã Metaphysicã ptinere. Quidã alius modernus distinguit de duplici intellectione aĩę in corpore existentis. Altera, inquit, est phpysica, altera contemplatiua. Physica est qua intelligit res à sensibus abstractas, tam physicas quàm mathematicas, ob id intellectio concreta dicitur in qua anima dependet à sensu: ab ipso enim abstrahit quæ intelligenda sunt. Contemplatiua vero est, qua intelligit res à materia semotas, puta substantias separatas & immateriales: & in hac nullo modo à sensũ depẽdet, sed per se intelligit licèt imperfectè, id quod etiam aliqui philosophi & theologi admittunt. Qua distinctione posita.

¶ Ad tertium inquit, quod anima quatenus habet hanc operationem contemplatiuam, non pertinet ad physicum. Cæterum id quod ille autor dicit, animam intelligere substantias separatas per se, est contra S. Tho. infrà quæst. 88. arti. 1. & 2. Vbi de hac re disputabimus, & contraria argumenta soluemus.

PRo decisione sit prima conclusio. Physici est tractare de anima sensitiua & vegetatiua. Hæc conclusio est communis omnium & est expressa Arist. lib. 1. de partibus animalium cap. 1. vbi inquit. Physici est tractare de anima, licèt non de omni, sed de illa quæ à materia dependet. Huiusmodi autem sunt vegetatiua, & sensitiua, quæ ex potentia materiæ educuntur. Vt dicitur 2. de generat. animalium capit. 3. ꝙ etiam docet Arist. 6. Metaphy. tex. 2. Probatur secundo. Physici est tractare de formis in materia sensibili existentibus generabilibus & corruptibilibus, vt dicitur 1. physic. tex. 83. at tales sunt animæ sensitiuæ & vegetatiuæ, ergo.

¶ Secunda conclusio. Anima intellectiua etiam inquantum intellectiua pertinet ad consi-

derationem physicam. Hæc conclusio est expressa Aristot. in multis locis, præcipuè vero 2. physic. cap. 2. tex. 26. Vbi secundum S. Thom. docet, ꝙ supremum quod attingit physicus est anima rationalis. Quod etiam videtur asserere. 1. de anima text. 15. Quin potius lib. 1. de partibus animalium. cap. 1. (cui loco maximè innituntur autores oppositum sentientes) maximè fauet conclusioni huic, soluit enim quæstionem ibi propositam, dicens physicum non agere de omni anima: alioquin de vniuersis formis etiam separatis ageret, sed de his agit formis quæ principium sunt motus: sed anima rationalis est principium motus, ergo secundum Aristot. anima rationalis ad considerationem physicam pertinet. Et ita Aristot. 3. lib. de anima capit. 7. intellectum & appetitum principium motus ponit: ac per consequens anima erit natura, quia natura est principium motus & quietis. Ex quo cui denter sequitur, ꝙ anima est physicæ speculationis: quia vt idemmet Aristo. dicit. 6. metaphysic. textu. 2. Ea sunt physica, quæ sunt principia motus & quietis. Deinde probatur conclusio ratione. Primo. Homo compositus ex anima rationali, & corpore pertinet simpliciter & proprie ad considerationem physicam, ergo & anima rationalis pertinebit ad eandem. Probatur consequentia. Quia ad eandem scientiam pertinet agere de toto & de partibus eius. Antecedens autem, à nullo hucusque est negatum. Secundò. Anima intellectiua etiam inquantum intellectiua, est forma, & perfectio substantialis corporis humani: ergo pertinet ad considerationem physicam. Patet consequentia ex locis citatis ex Aristotel. in quibus asserit, quòd physicus tractat deformis quæ perficiunt materiam, huiusmodi est anima rationalis. Vnde quamuis possit esse sine corpore, tamen tunc est imperfecta & desiderat corpus, vt ei vniatur, & eius vnio cum corpore est naturalis, & melius secundum proportionem propriæ speciei intelligit in corpore, quàm extra corpus, quæ omnia in sequentibus copiosè explicabuntur. Ex hac conclusione sumitur varium argumentum contra Auerroem, vel, quod ipse sibi non constet, vel quod falsus est, dicens, tertio de anima comment. 5. animam intellectiuam substantiam esse separatam, non informantẽ. Quod si ita est, anima non pertinet ad physicum, vtpote qui tractat tantum de formis materiam informantibus, non autem deformis separatis. Quod tamen est contra ipsum Auerroem asserentem in locis suprà citatis, quod anima pertinet ad considerationem physicam.

¶ Tertia conclusio. Omnes operationes animæ intellectiuæ, etiam intellectiones, & volitiones, pertinent ad physicam considerationem. Hæc conclusio sequitur ex præcedẽti. Præterea probatur. Nam omnes operationes animæ intellectiuæ ex natura sua dependent ex corpore, saltem tanquam ex obiecto. Vnde necessario fiunt cum aliqua transmutatione corporali, saltem antecedenter, quia necesse est intelligentem phãtasmata speculari, ergo tractare de his operationibus ad physicum pertinet.

AD primum argumentum rñdetur, ꝙ ille primus locus Arist. (vt patet ex dictis in prima conclusione) non solum non est contra nos, quin potius fauet nobis. Ibi .n. non negat, ꝙ tractare de anima rõnali pertineat ad physicum, sed tractare de omnibus formis separatis, quod etiam nos cõcedimus, quia physicus non agit de intelligentijs. Ad alia tria loca rñdetur, ꝙ quamuis uera sint quæ ibi dicuntur, nihilominus anima rõnalis pertinet ad physicum, quia ex alia parte est secundum suam substantiam forma corporis, ipsum substantialiter perficiens. Ad vltimum locum respondet, ꝙ nomine intellectus intelligit ibi Aristoteles intellectum prout est communis ad angelos, & animam rationalem, etsi intellectus sic pertineret ad physicum Aristotelis consequentia optima est, quæ tamẽ nullam vim habet, ex eo ꝙ intellectus humanus pertineat ad physicam considerationẽ.

¶ Ad secundum argumentum respondetur Simplicium in 2. physic. text. 18. existimare animam non esse naturam: sed hoc est expresse contra Aristotelem. 1. de partibus animali. ca. 1. Vbi bis eam naturam vocat & 8. physic. tex. 24. dicit animalia se ipsa mouere secundum naturam, constat autem quòd ab anima mouentur. Quare anima rõnalis etiam secundum ꝙ intellectiua, est

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura; tum quia vt sic est forma substan- A tialis corporis, tum quia operationes eius etiam inquantum intellectiua, sunt saltim antecedenter cum transmutatione corporali, vt diximus in 3. conclusione. Præterea, quia anima rationalis secundum suam substantiam est principium augmentationis &c. quę sunt motus physici. ¶ Ad tertium respondetur, ꝙ quãuis anima rationalis secundum suam substantiam non sit generabilis, & corruptibilis, neque educatur de potentia materię, nihilominus tamẽ pertinet ad physicum agere de ea, quia est terminus generationis & ab agẽte naturali attingitur, saltim quantùm ad vnionem cum corpore, vt explicabitur infrà.

CIrca solutionem ad quartũ est dissidiũ quoddam inter Caietanum & Ferrariensem. Nam Caietanus contendit, ꝙ intellectus non sit abstractior & simplicior, quàm ipsa anima intellectiua, imò vero ẽcontra ipsa anima est abstractior & simplicior ipso intellectu, propterea ꝙ anima habet esse substantiale independens à materia & per se subsistens, ex quo tanquàm ex causa consequitur, quòd ipse intellectus habeat illam abstractionem, quam habet, videlicet, vt sit virtus non recepta in organo corporeo, neque sit actus corporis. Quam doctrinam habet etiam Caietan. li. 3. de anima. c. 2. dubio vltimo ad quintum. Sed hæc doctrina Caieta. non placet Ferr. 2. contra gent. c. 69. Vbi docet, ꝙ intellectus est abstractior & simplicior quàm anima. Et ratio illius est, quoniam anima est abstracta à materia secundum independentiam tantum, intellectus verò & secundũ independentiam & secundum separationem, sed maior est abstractio hęc secunda, quàm illa prima; ergo stat optimè, quòd anima intellectiua sic abstracta, sit perfectior quàm ipse intellectus, qui non est substantia per se subsistens, sed accidens inhærens ipsi animæ. Opinatur ergo Ferrariensis, quòd secũ dum mentem D. Tho. hic ad 4 asserendum E est, quòd intellectus est abstractior & simplicior ipsa anima, ita tamen quòd inde nõ sequatur, quòd intellectus sit nobilior anima simpliciter, sed tantum secundũ quid. Nam vt D. Tho. docet in 4. q. 2. articu. 1. ad primum. Simplicitas per se non est causa nobilitatis, & maioris perfectionis, quę propositio solet disputari & explicari suprà. q. 3. ar. 7. ad. 2. maximè ex doctrina Caiet. de ente. c. 2. post tertiam quæstionem. & Ferr. li. 1. contra gent. c. 18. circa quintam rationem. Imò verò in hoc apparet maximè perfectio animæ intellectiuæ, ꝙ quanuis sit forma vnita materiæ, habet tamen tantam independentiam, & excellentiã suprà materiam, ꝙ ex ea nascitur virtus intellectiua, quę nõ sit actus organi corporei, neque B in sua operatione dependet ab illo. Et confirmat hanc sententiam Ferrariensis ex D. Tho. q. de anima art. 2. ad 4. Vbi respõdens eidem argumento dicit, ꝙ per hoc ꝙ intellectus non sit actus organi corporei, nõ excedit totaliter essentiam animæ, sed est supremum in ipsa anima. Vbi illa dictio, tota liter, insinuat, ꝙ intellectus quamuis non excedat animam simpliciter, excedit tamẽ illam secundum quid, in hoc, ꝙ est abstractior à materia, quàm ipsa anima. Igitur se- C cundum hanc doctrinam Ferrariensis, dicẽ dum est, ꝙ illud argumentum. 4. D. Tho. conuincit intellectum esse abstractiorem anima, nihilominus tamẽ est imperfectior ipsa simpliciter, perfectior verò secundum quid: ad cuius modum quo sæpè concedit D. Tho. ꝙ quanuis substantia sit perfectior accidente simpliciter, accidens est perfectior substantia secundũ quid, inquantum comparãtur sicut actus & potentia, propterea quòd accidens actuat ipsam substantiã, D quę est subiectum ipsius. At verò secundũ doctrinam Caietani illud argumentũ quatum conuincit non ꝙ intellectus sit abstractior quàm anima, sed quòd habeat alium modum abstractionis, nam intellectus sic est abstractus à corpore, quòd nullo modo est actus corporis, anima verò quanuis sit actus corporis habet tamen talem modum abstractionis, quòd per se subsistit independenter à materia, & iste secundus modus abstractionis est causa, idest, & multo nobilior ipso, sicut causa est præstantior suo effectu.

¶ Istæ duæ sententiæ quanuis inter se sint oppositę, sunt tamen satis probabiles & satis consonę cum doctrina Diui Thomæ. Nihilominus tamẽ mihi sentẽtia Caietani probabilior apparet, scilicet, quòd intellectus nullo

nullo modo est abstractior quàm anima. A Pro quo notandum est primo, quòd omnis propria passio, & virtus alicuius essentiæ habet dignitatem & excellentiam ab essentia à qua dimanat, quapropter cũ intellectus sit propria virtus & potentia animæ rationalis, omnem independentiam & immaterialitatem quam habet, sortitur ab anima. Quare nunquam est asserendum, quòd intellectus sit perfectior secundum immaterialitatem, quàm ipsamet anima. ¶ Secundo est notandum, quòd hac ratione intellectus est potentia spiritualis, & immaterialis, quia est virtus alicuius essentiæ, quæ non habet esse à materia dependens. Vnde etiam si à posteriori concludatur immaterialitas animæ ex immateriali operatione intellectus & voluntatis, à priori tamen concluditur immaterialitas virtutis & operationis ex independentia animæ secundum esse à materia.

¶ Tertio notandum, quòd tam ex parte animæ, quàm ex parte intellectus, repe- C ritur proportionabilis ordo ad corpus. Anima quidem refertur ad corpus tanquam ad proprium subiectum, cuius est actus & perfectio, intellectus vero refertur ad corpũ isto statu oportet intelligentem phantasmata speculari, tum quoniam nostri intellectus obiectum, est quidditas rei materialis. Vnde ordo animæ ad corpus tanquam ad subiectum proportionatur ordini intellectiuæ potentiæ, ad corpus tanquam D ad obiectum. Quare etiam respectu huius ordinis ad corpus semper est maior perfectio ex parte animæ.

¶ Quarto notandum est, quòd hac ratione non est inconueniens, quòd animæ essentia sit corporis actus, cum tamen sit maximum inconueniens, quòd intellectus sit actus alicuius organi corporei, quia anima vnitur substantialiter corpori, quare corpus trahitur ad esse animæ, intellectus uero, cum sit accidens, traheretur ad es- E se sui subiecti, si esset actus alicuius partis organicæ, esseturque diuisibilis ad diuisionem illius.

¶ In solutione ad quintum asserit Diuus Thomas duo quæ habent difficultatem; primum quòd ipsum esse animæ rationalis est esse compositi, quod in aliis formis non contingit. Secundum, quòd propterea anima rationalis est incorruptibilis, aliæ vero formæ sunt corruptibiles. Quæ doctrina non placet Scoto in quodlibet. quæst. 9. & in quar. dist. 43. quæst. 1. articu. 1. Quapropter circa eam.

DVbitatur quarto. Vtrum animæ intellectiuæ sit idem, quo subsistit anima, & subsistit totum compositum.

¶ Videtur quòd non. Primo. Omne ens habet aliquod esse sibi proprium, sed homo est aliquid distinctum realiter ab anima intellectiua, ergo habet esse distinctum.

¶ Secundo. Ipse D. Thom. docet in 4. distinctione 43. quæstione 1. articulo primo. quæstiuncula 1. ad quartum, quòd anima habet imperfectius esse, quando est separata à corpore, propterea quòd est pars compositi, & omnis pars est materialis respectu sui compositi. Tunc est argumentum. Illud quod habet esse sibi proprium nõ est imperfectius ex eo quòd non communicat illud alteri, ergo si anima habet esse sibi proprium, non erit imperfectior ex eo, quòd sit separata & non communicet illud esse corpori. Consequens tamen est contra Di. Thom. loco citato & etiam 3. parte. quæst. 89. artic. primo, ergo.

¶ Tertio. Sequitur ex sententia D. Tho. quòd anima non sit imperfectior homine, consequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Quoniam illa quæ habent idem esse, sunt æquè perfecta.

¶ Quarto. Esse totius compositi destruitur per mortem, sed esse animæ manet perpetuum etiam post mortem, ergo non est idem esse.

¶ Quinto D. Thom. semper docet, quòd in composito substantiali per idem esse subsistit compositum primum, deinde forma, deinde materia, ergo falsum est id, quod hic dicit in hoc esse discrimẽ inter formam rationalem, & alias.

¶ Sexto. Si est idem esse animę intellectiuę, & compositi; sequitur animam intellectiuam esse corruptibilem. Probatur sequela. Quoniam corruptio est ab esse compositi ad non esse illius, atque adeo si est idem esse, erit etiam corruptio ab esse animæ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse illius. Secũdo quoniam si est idem esse vtriusque si anima separatur ab ipso composito, separabitur etiam ab esse illius compositi, & ex consequenti à suo proprio esse atque adeo erit mortalis.

¶Septimo. D.Tho. dicit, ꝙ in aliis compositis non est idem esse formæ & compositi, ergo illa forma poterit manere cũ suo proprio esse etiam si destruatur esse compositi, & ex consequenti erit corruptibilis, cuius contrarium intendit probare D.Tho. De hac quæst. tractat diffusè Caietanus in hoc articulo circa solutionem ad quintum, & in de ente & essentia capite 5. dub. post q. 11. & Ferr. 2. contra gen. ca. 68.

¶Ad cuius explicationem notandum est primo, quòd hoc interest inter animam intellectiuam per se subsistentem, & angelum, vt patet ex quæst. 75. articu. septimo. quòd angelus cum sit substantia completa in sua specie, non potest communicare alteri suam subsistentiam, propterea quòd illa iam habet essentiam completam, quam terminat & actuat; anima vero intellectiua nõ est aliquid completum & perfectum in specie, sed potius est pars compositi. Quapropter secundum suam essentiam dicit ordinem ad materiam quam non potest actuare nisi communicando illi suum esse existentiæ. Vnde habetur, quòd sit imperfectior angelo, qui nulli alteri communicat suam subsistentiam. Cæterum quoniam anima vnitur materiæ sicut proprius actus proprię potentiæ, inde fit quòd ex illa vnione non resultat nisi vnicum tantum esse, & vnum habens illud esse quod communicatur sibi à forma substantiali.

¶Secundo notandum est, quòd anima intellectiua ex vna parte habet, quòd sit forma materiæ, & ex altera parte habet, quòd non educatur de potentia materiæ, sicut educuntur aliæ formæ inferioris gradus. Ex quo sequitur, quòd in quibusdam conditionibus conuenit cum aliis formis, in quibusdam maximè differt ab illis. Primo conuenit in hoc, quòd per vnionem formæ cum materia constituitur compositum habens essentiam completam in specie, quæ essentia suscipit ipsam subsistentiam, tanquam nouum susceptiuum illius.

¶Secundo conuenit in hoc, quòd vtraque forma dat esse toti composito, & etiã ipsi materiæ, quæ est altera pars compositi.

¶Tertio conuenit cum formis materialibus in hoc, quod vnum & idem esse est, per quod existit materia, forma & compositum, nam vnius rei vna tantum est forma substantialis, vt postea ostendemus, & ex consequenti vnum tantum esse substantiale, quod dimanat ab illa forma. Ex altera vero parte est maximum discrimen inter animam intellectiuam, & formas materiales. Primo, quod aliæ formæ non subsistunt in suo esse, sed habent esse dependens à materia de cuius potentia educuntur, anima vero intellectiua est per se subsistens in suo esse, propterea quod fit per creationem & sine dependẽtia a materia. Vnde etiam prouenit, quòd manet separata à materia. Hoc discrimen adnotauit D. Thom. infrà quæst. 90. articulo secundo. & colligitur ex dictis quæstione præcedenti articu. 2. & 6. Secundo differt, quòd esse, quod dat forma materialis, cum sit esse materiale sicut & ipsa forma, conuenit primo & per se ipsi composito tanquam id quod existit, & deinde cõmunicatur formæ tanquam quo existit cõpositum; esse autem, quod dat anima rationalis, cum sit immateriale, sicut & ipsa forma primo & per se conuenit ipsi animæ, & deinde conuenit composito tanquam rei, quæ eleuatur per animam ad aliquid immateriale. Ex quo sequitur tertium discrimẽ, quòd cum esse rerum materialium, quod dat forma materialis, conueniat primo & per se ipsi composito, non potest remanere corrupto composito. At vero esse animæ intellectiuæ, quoniam conuenit primo & per se ipsi animæ, propterea etiam corrupto composito manet illud esse cum ipsa anima, quamuis non communicet corpori. Et hæc est legitima intelligentia D. Thomæ in illis duabus propositionibus, quas habet in solutione ad quintum. Ad cuius tamen maiorem solutionem sit

PRima conclusio. In omni composito substantiali est vnum & idem esse ipsius compositi & formæ. Hęc conclusio est communis doctrina apud Di. Thomæ discipulos. Et probatur primo. Esse existentiæ est effectus formæ substantialis, ergo ab vna forma substantiali vnum tantum esse procedit, & ex consequenti per illud esse existit compositum & etiam forma. Secundò. Ex materia, & forma substantiali semper fit vnum per se, ergo resultat etiam vnum tantum esse. Probatur consequentia, quoniam vbi est duplex esse non potest esse vnum per se. Nam ex duobus entibus in actu nunquam fit vnum per se. Antecedens verò docet Aristoteles tanquam certum. 2. de anima text. septimo, & libro octauo metaphysicæ capit. sexto. Vbi Sonzin. in quæstione. 28. dicit hanc propositionem non probari sed esse per se notam. Confirmatur. Quoniam hac ratione Diuus Thomas tertiu parte quæstione. 17. articulo secundo docet, quòd in Christo quantuis sint duæ naturæ vnum tamen esse existentiæ & subsistentiæ ponitur, quod est esse Verbi; alias enim si in Christo esset duplex esse existentiæ, non esset vnum, sed to substantiali, si esset duplex, non esset vnum per se.

¶ Secunda conclusio. In solo homine istud esse primo & per se conuenit animæ & deinde communicatur ipsi composito. Hanc conclusionem docet Diuus Thomas non solùm hic ad quintum, sed etiam in primo distinctione. 8. quæstione quinta articulo secundo ad secundum, & in quæstione de spiritualibus creaturis articulo secundo ad tertium. Vbi docet, quòd anima habet esse subsistens, & ad communicationem illius esse recipit corpus, & sic fit vnum esse animę & corporis. Sed probatur ratione. Primo, secundum ea, quæ diximus quæstione præcedenti articulo secundo & sexto sola anima intellectiua est per se subsistens & manet esse sibi proprium & inseparabile; sed in homine non potest esse duplex esse, vt probatum est conclusione prima, ergo illud esse quod est proprium animæ communicatur composito. Secundo probatur. Sola anima intellectiua non educitur de potentia materiæ, sed producitur immediatè à Deo per creationem, ita quòd est proprius termi-

nus creationis, vt ostenditur quæstione. 90. articulo. 2. sed creatio terminatur semper ad esse, ergo illa anima habet proprium esse, & ex consequenti illud communicat composito. Et confirmatur. Aliæ formæ, quæ educuntur de porentia materiæ, non fiunt per se, sed comproducuntur ad productionem compositi, sicut Aristoteles docet lib. 7. metaphysi. tex. 27. ergo in istis formis non communicatur esse formæ ipsi composito, sed potius è contra esse ipsius compositi, quòd primo generatur communicatur formæ, & hoc est discrimen quod D. Thom. voluit assignare inter animam intellectiuam & alias formas.

SEd tunc insurgit grauis difficultas. An supposito quòd anima intellectiua differt in hoc ab alijs formis, ꝙ ipsa est per se subsistens in ipso composito, aliæ vero non sunt per se subsistentes, dicendum sit, quòd anima intellectiua per se subsistit in corpore non solùm tanquam quo, sed etiam tanquam quod. ¶Et ratio dubitandi est, quoniam Caietanus in hoc dubio circa solutionem ad quintum, & infrà quæstione 90. arti. 2. circa explicationem rationis D. Thomæ expresè dicit, non solùm subsistit tanquam quo sed etiam quod: & alij etiam ex discipulis Di. Tho. hoc discrimen assignãt inter animam intellectiuã & alias animas. Et Magister Soto in 1. physicorum q. 3. in secundo argumento hoc videtur prę supponere tanquam certum. Et ratio huius sententiæ est. In productione animę est duplex mutatio, videlicet, ipsa creatio animę, quæ fit immediatè à Deo, & ipsa generatio hominis, quæ fit ab homine, sed generatio terminatur ad esse hominis tanquã quod; ergo etiam creatio animę terminatur ad esse animæ tanquam quod. Probatur consequentia, quoniam sicut homo est qui generatur, ita etiam anima est quæ creatur.

¶ Nihilominus tamen altera sententia est huic opposita, quòd neque secundum Diuum Thomam neque secundum veritatem oportet asserere, quòd anima intellectiua existat in corpore tãquam quod. Quæ sententia probatur primo, quoniam ad rectè saluandam differentiam inter aĩam intellectiuam & alias formas satis est, ꝙ anima intellectiua subsistat tanquam quo, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen absque vlla dependentia à materia ita ut possit manere separata ab ipsa: ille verò formæ quamvis subsistant vt quo, nõ habent hanc independentiam à materiâ, neque possunt separari ab ipsa. Et quòd ista sit mens Diui Thomæ, videtur colligi ex his q̃ dicit quæstione præcedenti arti. 2. ad primum. Vbi dicit, quòd anima intellectiua potest dici hoc aliquid, & quasi subsistens secundum quod excludit inhærentiã accidentis, & formę materialis. Et ad secundum dicit, quòd per se subsistens dicitur aliquid si non inhæreat vt accidens vel vt forma materialis, quanuis sit pars compositi. Et postea subdit, quòd anima intellectiua hóc modo est subsistens. Et postea addit, q̃ quannis possit dici, quòd anima intelligit sicut oculus videt, tamen melius dicitur, q̃ homo intelligit per animam. Et hunc modum intelligendi subsistentiam animæ, sequitur Ferrariensis in illo cap. 68. Nam dicit, quòd secundum mentem D. Tho. accipitur per se subsistens prout excludit inhærentiam accidẽtis & formæ materialis, qui modus subsistendi, potest optimè competere animæ quæ sit materiæ principium formale essendi, quoniam nihil aliud importat, quàm habere independentiam à materia & non educi de potentia illius. Eandem sententiam sequitur Magister Soto lib. 1. physicorum q. 7. art. 2. Vbi hanc solam differentiam agnoscit inter animam intellectiuam & alias formas, quòd intelligentia quæ vocatur per se subsistens, habet independentiam à materia, & non educitur de potentia illius, aliæ vero formæ educuntur de potentia materiæ.

¶ Et quoniam ista sententia est nobis tenenda tanquam vera & ad mentem D. Th. Probatur secundo ratione. Sequeretur secũdum sententiam Caietani ponendum esse in Christo miraculum non necessarium, ergo illa est falsa. Probatur antecedens & explicatur. Anima Christi, secundum doctrinam Theologorũ & etiã ipsius Caietani, nõ habet propriam subsistentiam, sed subsistit p subsistentiã Verbi, ergo speciale miraculũ erit priuari eã illa subsistentia vt quod, quã habent aliæ animæ in cæteris hominibus. Quod si quis respõdeat, quòd in omni opinione ponitur miraculum in hoc mysterio incarnationis in ordine ab subsistentiã humanitatis Christi. Respondetur, quòd in omni opinione ponitur miraculum quantum ad hoc, quod humanitas Christi nõ habet propriam subsistentiam creatam, sed præuenta est per subsistentiam Verbi, per quam ille homo subsistit tanquam quod: cæterum ipsam humanitatem ex anima & corpore eodem modo assignant in Christo & i alijs hominibus. Quapropter si anima in alijs hominibus subsistit etiam vt quod, & in Christo non subsistit hoc pacto, iam ponitur illud speciale miraculũ in anima Christi. Hoc argumentum non est tam euidens sicut quibusdam videtur. Nam si quis vellet tenere illam primam sententiam Caietani posset respondere, quòd cum subsistentia & existentia Verbi suppleat in Christo totum, quod faceret subsistentia & existentia creata, per illam subsistentiam Verbi subsistit compositum tanquam quod eo modo quo subsistunt alij homines, & præterea subsistit etiam ipsa anima tanquam quod suo modo eo pacto quo subsistit in alijs hominibus. Itaq; vnico miraculo factum est, vt ille homo subsisteret tanquam totum, & anima intellectiua tanquã pars, sicut vnico miraculo factũ est, vt esse Verbi terminaret & generationem illius hominis, & creationem illius animæ. Nihilominus tamen hoc argumentum est adeo vrgens, quòd Caietanus 3. part. quæstione 6. articulo 3. reliquerit illam primam sententiam & tenet hanc secundam, & anima intellectiua quando creatur & vnitur corpori, vnitur illi non tanquam semipersona, sed tanquam seminatura. Itaque non subsistit in illo corpore tanquam quod, sed tanquam quo, neque terminatur termino proprio, sed termino ipsius compositi; & inde colligit, quòd anima Christi, non subsistit in illo tanquam quod, sed tanquam quo. Subdit tamen Caietanus vnum, quod multis displicet, videlicet, quòd cum anima ita à corpore separata, subsistat etiam vt quod, quando iterum per resurrectionem vnitur corpori, retinet sibi illud subsistere tanquã quod. Quapropter anima intellectiua in corpore glorioso habebit subsistentiam tanquam quod, quam habuit quando erat separata. Excipit tamẽ Caietanus animam Christi, quæ licèt fuerit separata à corpore per mortem, nunquam tamen fuit separata à subsistentia Verbi, & propterea etiam post resurrectionẽ semper subsistit vt quo. Sed hæc doctrina Caietani non videtur ita certa, quin potius videtur dicendum, quòd anima intellectiua eo ipso, quòd est vnita corpori tanquam forma propria hominis habet subsistere vt quo & non vt quod, sicut ipse fatetur de anima Christi. Nam sicut anima intellectiua ex eo quòd separatur à corpore, accipit modum subsistendi tanquam quod & terminatur proprio termino: ita etiam ex eo, quòd vnitur corpori & fit pars compositi, amittit illum modum subsistendi & incipit subsistere vt quo sicut subsistebat ante separationem.

¶ Ad argumenta verò in principio huius dubij contra sententiam Caieta. secundam, & pro prima respõdetur. Primò. Quòd sm doctrinã in ista solutione ad quintum nõ comincit, quod intendit. Nam Diuus Thomas expresè docet, quod in homine est tãtum vnicum esse, quod anima communicatur composito, neque admittit Diuus Thomas duplex esse quod, alterum animę & alterum compositi. Respondetur secundo, quòd vt anima dicatur creari & esse terminus creationis, satis est quòd producatur de nihilo ad extra & ad aliquod esse, quod non habebat, siue illud esse sit promptus sibi, siue alienum, & huius rei habemus manifestum exemplum. Anima Christi in instanti incarnationis creata fuit à Deo, & tamen illa nõ acquisiuit proprium esse tanquam quod, sed ipsum esse verbi cõmunicatum est humanitati, per quod illa habet esse tanquam quo, & humanitas tãquam quod. Eodem modo in alijs hominibus, quoniã creatur anima vt vniatur materiæ, & fiat compositum, ipsi composito communicatur esse tanquam quod & per illud esse subsistit anima tanquam quo.

¶ Sed contra hanc solutionem & doctrinam est primum argumentum. Quoniam intellectus, non exactè percipit quo pacto anima intellectiua communicet illud esse composito, & ipsa non habeat ipsum esse tanquam quod, nam communicare secundum esse tãquam quo, conuenit etiam omnibus alijs animabus & formis. Ad hoc respondetur, quòd secundum doctrinam Diui Thomæ infrà quæstione 45. articulo 4. proprium est cuicunque formæ siue subsubstantiali siue accidentali ita communicare suum esse toti cõposito, vt ipsum denominetur vt quod secũdum illud esse; forma verò solum accipiat denominationem vt quo. v. g. albedo dat composito vt sit albũ, & disgregatiuũ uisus, ipsa verò forma nec est alba, neque disgregat visum, sed solùm est id quo corpus disgregat visum. Eodem pacto anima intellectiua dat homini vt existat tanquam quod, ipsa verò non existit vt quod, sed est illud quo homo existit, quanuis sit maxima differentia inter animam intellectiuam & alias formas in modo dandi esse composito, vt suprà explicatum est.

¶ Alterum argumentum est. Anima intellectiua quando est separata à corpore, habet subsistere vt quod, ergo etiam quando est in corpore. Probatur consequentia, quoniam illud esse est proprium animæ & inseparabile ab ipsa, vt dicit Diuus Thomas. Ad hoc respondetur negando consequentiam. Nam ex eo quòd anima separatur à corpore, consequitur vt illa quæ habebat esse tanquam quo, & (sicut Caietanus dicit) tanquam seminatura, iam incipiat esse tanquam quod & vt semipersona. Sicut quantitas in sacramento Eucharistiæ ex vi miraculi trãssubstantiationis, per quã separatur à subiecto, consequenter habet existere tanquam quod, quæ tamen dum erat in subiecto, solùm existebat tanquam quo. Eodem pacto dicendum est de anima intellectiua, consequitur enim ex vi separationis, vt forma, quæ antea subsistebat vt quo, postea subsistat tanquam quod, siue separatio fiat naturaliter, vt in anima intellectus, siue miraculosè, vt in quantitate Eucharistiæ.

AD primum in principio respondetur, quod illa maior est vera, si intelligatur de ente completo non autem de forma vel materia, quin potiùs vt probatum est, per idem esse, per quod existit totum, existunt etiam partes, & illud esse est commune toti & partibus, & in hoc sensu non est alienum esse siue extraneum.

¶ Ad secundum negatur maior, imò ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro anima intellectiua multas perfectiones habet, quando est vnita corpori, quas non habet dum est separata, sicut ostendit diffusè Ferrarien. capite sexto, sexagesimooctauo. ad secundum Scoti; potissimum verò acquirit hanc perfectionem, quòd cum sua natura sit pars speciei, si separatur à corpore, iam caret integritate suæ naturæ specificæ, quam tamen integritatem acquirit vnita corpori. Et ad probationem respondetur, quòd quamvis communicare suum esse effectiuè non necessario præstet perfectionem, vt patet in Deo qui nullam perfectionem acquirit per hoc quod communicet nobis suum esse; tamen communicare suum esse formaliter maximam perfectionem præstat, quoniam per illam communicationem acquirit anima integritatem suæ speciei. Verum est tamen, quòd anima separata perfectior est quantum ad actum intelligendi, & liberior quantum ad operationes spirituales, quoniam non retardatur à corpore corruptibili, de quo dicitur Sapient. nono quòd aggranat animam, &c. et. Sed ista duo non repugnant inter se, imo vero stant simul; sicut Diuus Thomas docet infrà quæstione octuagesimanona, articulo secundo. ad primum.

¶ Ad tertium respondetur, quòd anima imperfectior est in essendo, quàm homo quantum ad esse essentiale, non tamen quantum ad esse existentiæ, quod est idem animæ, & hominis, quamuis in modo essendi sit differentia; quoniam homo existit vt quod, anima verò vt quo, licèt sine dependentia à materia.

¶ Ad quartum respondetur, quòd in morte hominis non corrumpitur illud esse, quod communicatum est illi ab anima, sed solum desinit communicari. Aut respondetur secundo, quòd in morte non remanet esse hominis vt sic, sed remanet esse animæ, non enim dicitur esse hominis formaliter, nisi quando communicatur illi ab anima, ita vt homo existat.

¶ Ad quintum respondetur, quòd procedit ex praua intelligentia Di. Thomæ. Nam Diuus Thomas nunquam negauit, quòd in omni composito substantiali sit vnum & idem esse formæ, & compositi, sed docuit quòd habere esse sibi proprium & communicare illud composito, soli animæ intellectiuæ competit, propterea quod habet esse per creationem & non educitur de materia.

¶ Ad sextum respondetur primo, quòd corruptio est ab esse hominis ad non esse hominis, secundum quod illud esse est hominis formaliter, quia iam anima cessat communicare illud esse homini. Ex quo tamen non sequitur, quòd corruptio attingat illud esse secundum quod est esse animæ. Respondetur secundo, quòd illud esse animæ quamvis separatum à composito, non tamen separatur ab ipsa anima, cui est proprium, & non communicatum ab alio.

¶ Ad septimum respondetur, quòd etiam procedit ex praua intelligentia Di. Thom. Nam ipse nunquam dicit, quòd in aliis formis non sit idem esse formæ & compositi, sed docet quòd non contingit in aliis formis, quòd illud esse, quod habet compositum, sit proprium formæ & à forma communicatum ipsi composito. Hoc enim soli animæ intellectiuæ competit, vt explicatum est, & propterea sola anima intellectiua est incorruptibilis.

DVbitatur quinto circa solutionem ad sextum. Vtrùm anima separata habeat naturalem inclinationem ad corpus.

¶ Videtur quòd non. Primo. Anima intellectiua iam separata nullam perfectionem suscepit ex vnione ad corpus, ergo nó habet inclinationem naturalem ad illud. Probatur consequentia. Quoniam omnis inclinatio in rem aliquam est propter perfectionem, quæ ab ipsa prouenit. Antecedens verò probatur. Quoniam anima separata non suscipit esse à corpore, quin potius illa communicat suum esse corpori. Item non suscipit operationem à corpore, nam operationem intellectiuam habet perfectissimam sine corpore. Nam anima separata habet secum species, quas acquisiuit in corpore, & alias etiam, quas suscipit ex infusione diuina, vt ostendemus in quæstione lxxxix. Confirmatur. Anima intellectiua perfectior est ad intelligendum quando est separata, quàm vnita corpori, ergo non habet inclinationem. Probatur

batur consequentia, quoniam ille appetitus animæ non est nisi propter perfectionem operationem.

¶ Secundò. Sequeretur ex doctrina Di. Thom. quòd anima separata detineretur extra corpus, & ex consequenti detineretur per violentiam, sicut leue per violentiam detinetur extra locum sursum, consequens autem est falsum, ergo. Minor probatur, quoniam secundum doctrinam Aristotelis lib. 2. de cælo text. 17. Nullum violentum potest esse perpetuum, anima autem separata quantum est ex natura rei manet perpetua sine corpore.

¶ Tertiò. Si anima haberet naturalem inclinationem ad corpus, sequeretur resurrectionem mortuorum posse cognosci naturali lumine; consequens est falsum, ergo. Probatur minor. Quoniam resurrectio mortuorum est articulus fidei, & qui interdum homines credunt difficilior fuit apud sapientes. Vnde Actorum 17. dicitur, quòd prædicante Paulo resurrectionem mortuorum quidam Athenienses illum irridebant. Sequela verò probatur, quoniam si inclinatio animæ separatæ ad corpus est naturalis, ipsa etiam vnio est naturalis & ex consequenti potest cognosci lumine naturali. Confirmatur primo. Nam si ista vnio est naturalis, ergo per principia naturalia, ergo per illa potest demonstrari. Confirmatur secundo. Illa inclinatio est natutalis, ergo aliquando complebitur, quoniam nulla inclinatio naturalis est frustranea, & ex consequenti facile potest constare lumine naturali illa vnio animæ separatę cum corpore.

¶ Quarto. Inclinatio naturalis non potest esse ad aliquid impossibile naturaliter, sed est impossibile toti naturæ, quòd anima separata vniatur corpori, ergo. Minor probatur ex communi regula Aristotelis in post prædicamentis ca. 10. quòd à priuatione ad habitum non est regressio; quam regulam explicat optimè Sonz. 10. metaph. quæstio. 19. Probatur secundo, quoniam in tota natura nullum est principium naturale, quod possit disponere materiam ad vnionem animæ separatæ cum corpore.

DIuus Tho in hac solutione & alibi expresse pro comperto habet, q̃ vnio animę intellectiuæ est naturalis cum corpore, & q̃ anima separata habet naturalem inclinationem ad corpus. Quam doctrinam non omnino approbat Scot. in 4. Sententiarum distinct. 43. quæstio. 2. artic. 3. circa tertium propositionem. Aliqui verò alij sunt, qui existimant vnionem animæ ad corpus sic esse naturalem propter colligendas species intelligibiles, quas anima non potest colligere nisi medio sensu sicut dicitur, q. de anima articu. 7. vt post acquisitas species iam non inclinetur ad vnionem cum corpore, à quo naturaliter separatur, sicut homo à principio naturaliter habet recondi in vtero matris, at verò postquam secundum ordinem naturæ semel fuerit egressus ex vtero, iam non amplius desiderat, neque potest redire in ventrem matris, sicut etiam Ioan. 3. dicitur. Quomodo homo potest nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci? At verò Diuus Thomas non solum in ista solutione ad sextum. Sed etiam in 1. 2. quæstio. 5. art. 4. docet animam separatam naturaliter inclinari ad vnionem cum corpore, & adducit locum D. Augus. lib. 12. super Genes. ad literam capit. 35. vbi expresse dicit, quòd animæ separatæ inest naturalis quidam appetitus administrandi corpus.

IN hac re sit prima conclusio. Vnio animę rationalis ad materiam est simpliciter & absolutè naturalis. Hæc conclusio est Di. Tho. hic & 2. contra gent. capi. 68. & 83. & alibi sæpè, & probatur primo. Nam omnis pars inclinatur in bonum totius, sed bonum totius promouetur per hoc quòd anima vniatur corpori, ergo est talis naturalis inclinatio in anima. Secundo. Omnis perfectio cuiuslibet rei in hoc sita est, quòd omnis eius virtus reducatur in actum, sed anima intellectiua eminenter cõtinet quicquid perfectionis est in vegetatiua & sensitiua, ergo naturaliter inclinatur in corpus, per quod munia vegetatiuæ, & sensitiuæ animæ exerceat. Tertiò. Anima est vera forma hominis, ergo quando est separata inclinatur ad suam formalem causalitatem, quæ est dare esse substantiale toti composito, ergo separata naturaliter inclinatur ad totum. Vltimo. Forma indigens ad suam operationem potentiis per corporalia organa operantibus, naturaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter vnitur corpori; anima intellectiua est huiusmodi, (indiget enim imaginatione & sensu exteriori) ergo naturaliter vnitur corpori ad complendam speciem humanã. Ad euidentiam huius rationis, quæ desumpta est ex Diuo Thoma 2. contra gentes vbi suprà, considerandum est ex Ferra. ibidem, quòd naturæ vniuscuiusq; congruit, vt habeat id quod necessarium est ad suam operationem propriam; cum vnaquæque res sit propter suam operationem, & ad ipsam naturaliter inclinetur. Ad propriam autem operationem animæ intellectiuæ (eo q̃ sit infima in genere intellectualium; sicut materia prima in genere rerum sensibilium, & idcirco in sui natura non habeat species intelligibiles) exigitur, vt fiat in actu per species intelligibiles acquirendo eas per sensitiuas potentias à sensibilibus, vt dicitur in quæstione de anima articu. 7. Hoc autem fieri non potest nisi corpori cõplexionato vniatur, cum operatio sensus non fiat nisi per organum corporale, ideo naturaliter cõuenit animæ, vt corpori vniatur; & hoc est huius rationis fundamentũ.

¶Sed occurrit dubium, quia quod naturaliter alicui conuenit, separari ab eo non potest. Conuenit enim omne tale rei secundũ se; ergo si vniri corpori est animæ naturale, nunquam poterit esse anima non vnita corpori, & per consequens corrupto corpore oportebit & ipsam corrumpi.

¶ Pro solutione huius dubij explicandũ à nobis esset, quomodo vnio animæ ad corpus sit naturalis, nisi de hac re optimè & satis clare ageret Ferr. in 2. contra gent. ca. 68. & cap. 83. circa quartam rationem D. Thom. de qua re etiam agit Caietanus hic, & copiosius infrà quæst. 89. articu. 1. vbi & nos etiam plura dabimus, ad hanc rem pertinentia.

¶Secunda conclusio. Vnio animæ rationalis semel separatæ à corpore ad materiã est naturalis ex parte termini & supernaturalis ex parte principii. Pro expositione & probatione huius conclusionis notandũ est ex doctrina D. Thom. in 4. dist. 43. q. 1. art. 2. q. 3. q̃ naturale dicitur aliquid dupliciter & similiter supernaturale. Primo modo absolutè & simpliciter, videlicet, quando est naturale non solum ex parte termini, qui producitur, sed etiã ex parte principij producentis, sicut naturale est homini generare, aut potentiæ visiuæ videre colorem. Similiter illud est supernaturale absolutè & simpliciter, quod ex parte termini & ex parte principij excedit totam naturam, sicut visio beatifica animæ, aut gloria corporis est simpliciter supernaturalis. Secundo modo dicitur aliquid naturale ex parte termini, qui producitur, quanuis ex parte principij producentis sit supernaturale. v. g. quando Christus Dominus Ioan. 2. ex aqua fecit vinum, & Ioan. 9. dedit visum cæco; illa operatio ex parte termini producti dicitur naturalis, quoniam forma producta secundum suam entitatem erat verum ens naturale, & in ordine ad verum naturale; cætera ex parte principij producẽtis fuit operatio supernaturalis & miraculosa. Eodem modo dicimus de vnione animæ separatæ cum corpore per resurrectionem mortuorum, quòd si illa vnio cõsideretur ex parte termini naturalis, naturalis est & naturaliter potest cognosci, at verò si consideretur ex parte principij, supernaturalis est & miraculosa, nec potest fieri neque cognosci per vires naturę. Hanc doctrinam etiam habet magister Soto in 4. distinct. 43. quæstione 1. artic. 3. circa secundam & tertiam conclusionem. ¶Tertia conclusio. Ad hanc vnionem naturaliter inclinatur anima separata. Conclusio est S. Tho. in ista solutione ad sextum. & probatur, quia quælibet pars naturaliter inclinatur in totum. Itaque quemadmodum lapis vbicunque sit naturaliter appetit centrum, & ibi quiescit; ita anima appetit in quocunque statu sit vniri corpori. Nomine autem naturalis inclinationis non intelligimus aliquem actum elicitum ipsius animæ separatæ, quoniam impossibile est naturaliter habere animam istũ actũ, sicut impossibile est naturaliter eam habere cognitionem, q̃ huiusmodi vnio sit factibilis, sed nomine inclinationis intelligimus propensionem quandam animæ separatæ ad suum corpus, quæ non sit actus elicitus. Ex hac tamen propensione naturali nunquam licet inferre, quòd in ipso corpore siue materia sit aliqua naturalis potentia ad huiusmodi vnionem cum anima, quæ semel separata est ab ipsa, sicut diffuse ostendit

dit Ferrariensis 2. contra gent. cap. 60. & lib. 4. cap. 81. Et ratio est, quoniam potentia naturalis materię secundum veram philosophiam illa dicitur, quæ est in ordine ad agens naturale, quod potest sua virtute vnire formam cum materia. Cum ergo nullũ sit agens naturale, quod possit vnire animã separatam cum corpore, consequens est, q̃ in ipsa materia non sit potẽtia naturalis ad animam separatam, sed vocatur potentia obedientialis in ordine ad agens supernaturale. Itaque sicut opinabatur Magister Soto in 4. dist. 49 q. 2. art. 1. (quanuis falsò) q̃ in anima intellectiua est inclinatio & propensio naturalis ad visionem beatificam, & simul negabat, sicut negandum est, quòd sit in illa potentia naturalis ad talem visionẽ, propterea quòd per nullum principium naturale potest anima obtinere illam visionem, sicut fides docet: eodem pacto nos hic dicimus, quòd in anima est inclinatio naturalis ad talẽ vnionem; cum hoc tamen stat, quod in ea non sit naturalis potentia, sed solã obedientialis in ordine ad virtutem diuinam. Vnde quando S. Thom. hic, & nos in conclusionibus diximus, quòd in anima separata est inclinatio naturalis ad vnionem cum corpore; intelligendum est, quòd illa inclinatio est naturalis ex parte termini & quasi materialiter, nam si loquamur formaliùs, cum illa vnio sit supernaturalis ex parte modi, & à sola supernaturali causa possit reduci in actũ, non est naturalis simpliciter. Quemadmodum idem Ferr. docet in contra gent. cap. 60. circa 13. rationem, q̃ in materia prima respectu formæ quam semel amisit, non est naturalis inclinatio nec potentia naturalis, aut priuatio naturalis, nisi loquamur materialiter & ex parte termini. Nam formaliùs loquendo, illa potentia & priuatio est supernaturalis: Quoniam à solo agente supernaturali potest reduci in actum.

¶ Tertia conlusio. Anima separata naturaliter appetit istam vnionem, appetitu elicito conditionato, non tamen absoluto, scilicet, si esset possibile naturaliter. Prima pars, probatur. Quia naturaliter cognoscit quando est separata, suum bonum consiste re in hoc q̃ vniatur corpori, ergo appetitu elicito appetit hanc vnionem. Secunda pars sequitur ex dictis in præcedenti conclusione. Nam anima cognoscit talem vnionem naturaliter esse impossibilem: sed appetitus absolutus sequitur cognitionem boni possibilis, ergo.

¶Quarta conclusio. Anima separata (supposita fide de resurrectione mortuorum) appetit vnionem absolutè. Itaque si attendamus ad illud quod appetitur, potest dici talis appetitus quodãmodo naturalis, vt iã explicatum est. Si verò attendamus ad modum, quo debet consequi, simpliciter est supernaturalis: quia natura non habet vim qua possit facere istam vnionem. Et ideo absolutè loquendo, reputandus est iste appetitus supernaturalis: quia sequitur cognitionem supernaturalem. Probatur ergo conclusio. Quia ista vnio est bonum ipsius animæ separatæ, & cognoscit esse possibile supernaturaliter, ergo.

AD primum argumentum respõdetur, q̃ anima intellectiua eo ipso quòd est imperfecta & non completa in sua specie, habet naturalẽ inclinationẽ ad vnionẽ cum corpore, per quam vnionem efficit ipsa quandam perfectionem substantialẽ, & specificam cõpletã, videlicet hominem qui constet ex anima & corpore. Cum ergo omnis perfectio effectus redundet etiam in suam causam, maximè in causam formalẽ: inde est q̃ ipsa anima perficitur valde ex ipsa vnione ad corpus, maximè verò quoniam ex illa vnione acquirit etiã alias perfectiones, quas recensẽt Ferr. 2. cont. gent. ca. 68. ad secundum Scoti. Et præterea habet anima in corpore acquirere species rerum naturalium, propter quas acquirendas vnitur etiam corpori à principio. Et ita D. Th. docet infrà q. 84. art. 4. Quæ species semel acquisitæ, quo pacto remaneant in anima separata explicandum est postea. quæstio. 89. articu. 5.

¶Ad confirmationem respondetur, quòd probat, animam esse perfectiorem secundum quid quãdo est separata à corpore corruptibili, videlicet, quantum ad actum & modum intelligendi: sed non probat; q̃ sit perfectior simpliciter: maximè vero quia cum anima vnita fuerit corpori incorrupti bili, habebit etiam illum modum intelligẽdi sine conuersione ad phantasmata. Vt D. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thom.docet in 3.par.q.11.arti.2.

¶ Ad secundum respondetur notando cum Caietan.hic & Ferr.4.contra gent. ca. 79.quòd violentum dicitur dupliciter. Primò ex parte termini tantum, secundò. Non solum ex parte termini, sed etiam ex parte principij, quod potest producere illum terminum. Primo modo violentum vocamus illud, quod caret aliquo bono ad quod habet naturalem inclinationem, sed in tota natura non est aliquod principium cuius virtute possit obtinere illud bonum. in quo sensu dicitur, quòd exeus violenter detinetur sine potentia vitiua, & anima separata detinetur sine corpore. Et hoc violentum semper est perpetuum quantum est ex parte ipsius naturæ. Secundo modo dicitur violentum illud, quod caret aliquo bono ad quod habet naturalem inclinationem, & simul est in ipsa natura aliquod principium per quod potest obtinere illud bonum, ad quod inclinatur. Sicut quando ignis per violentiam detinetur deorsum, aut lapis detinetur sursum. Et de isto genere violenti docet Aristotel. quòd nũquam potest esse perpetuum, quæ doctrina est expressa D. Thom. quæstione 24.de veritate articu.10. ad primum.

¶ Ad tertium patet ex dictis in tertia cõclusione. Vbi explicatum est, in quo sensu vnio animæ separatæ cum corpore sit naturalis aut supernaturalis.

¶ Ad quartum respondetur, quòd vt aliquid dicatur habere naturalem inclinationem ad rem aliquam, nõ est sufficiens impedimentum, quod illa sit impossibilis ex suppositione. Nam si fuerit possibilis per se & absolutè, nihil vetat q̃ habeat naturalem inclinationem. Cuius ratio est, quia appetitus naturalis debet esse in bonum secundùm se proportionatum ipsi appetenti, quòd si ex aliquo accidenti fiat improportionatum, hoc non impedit quominus appetitus naturalis in illud feratur, v.g. sitienti naturale est appetere potum, etsi fingas non esse possibile inuenire aquam, non propterea appetitus desinit esse naturalis: quia est in bonum proportionatum naturæ. Ita similiter vnio animæ cum corpore absolute loquendo possibilis est, imo vero de facto præcessit, & ita non est mirum, si in ipsa anima maneat inclinatio naturalis ad ipsum corpus, quæ inclinatio non desinit esse naturalis per hoc quòd illa vnio per accidens & aliunde per vires naturæ fieri nõ possit: quod prouenit, quoniam per vires naturę non potest fieri regressus à priuatione ad habitum, quod bene explicuit Ferr. 4.contra gen.ca.81. Et legatur etiam Sonzi. 10.Meta.q.19. Est exemplum. Nam materia prima manet inclinata ad formam quã semel habuit & amisit: quamuis per totam naturam non possit fieri vnio illius formæ cum materia. Quod si quis dicat, illam inclinationem esse frustraneam, si quidem ad actum reduci non potest, Respondetur id esse falsum. Primo. Quoniam iam de facto illa inclinatio sortita est suum effectum, sufficit autem ad hoc quòd aliqua inclinatio sit naturalis, quòd in aliquo tempore aut in aliquo individuo reducatur ad actũ, sicut in exeo est inclinatio naturalis & aptitudo ad visum, quæ licèt in ipso non possit reduci ad actum, non propterea est frustranea: quia in aliquo individuo eiusdem speciei reduci potest ad actum. Secundò. Quia anima ideo dicitur inclinata naturaliter ad corpus, quia manet apta nata ad illam vnionem, siue talis vni fiat per potentiam naturalem siue per aliam altiorem potentiam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm intellectiuum principium multiplicetur secundum multiplicationem corporum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectiuum principium non multiplicetur secundum multiplicationem corporum, sed sit vnus intellectus in omnibus hominibus: Nulla enim substantia immaterialis multiplicatur secundum numerum in vna specie. Anima autem humana est substantia immaterialis. Non enim est composita ex materia & forma, vt supra ostensum est. Non ergo sunt multa in vna specie, sed omnes homines sunt vnius speciei. Est ergo vnus intellectus omnium hominum.

¶ 2 *Praterea. Remota causa remouetur effectus. Si ergo secundum multiplicationem corporum multiplicarentur animę humanæ, consequens videretur q̃ remotis corporibus multitudo animarum non remaneret, sed ex omnibus animalibus remaneret aliquod vnũ solum. Quod est hæreticum. Periret enim differentia præmiorum & pœnarum.*

¶ 3 *Præterea. Si intellectus meus est alius ab intellectu tuo intellectus meus est quoddã individuũ. & similiter intellectus tuus. Particularia enim sunt quæ differunt numero: & conueniunt in vna specie. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Ergo species rerum in intellectu meo & tuo reciperentur individualiter. Quod est cõtra rationẽ intellectus, qui est cognoscitiuus vniuersalium.*

¶ 4 *Præterea. Intellectum est in intellectu intelligente. Si ergo intellectus meus est alius ab intellectu tuo, oportet q̃ aliud sit intellectum à me, & aliud sit intellectum à te: & ita erit individualiter numeratum & intellectum in potentia tantum, & oportebit abstrahere intentionem communem ab vtroque: quia à quibuslibet diuersis contingit abstrahere aliquod commune intelligibile. Quod est contra rationem intellectus: quia sic non videretur distingui intellectus à virtute imaginatiua. Videtur ergo relinqui, q̃ sit vnus intellectus omnium hominum.*

¶ 5 *Præterea. Cùm discipulus accipit sciẽtiam à magistro, nõ potest dici q̃ scientia magistri generet scientiam in discipulo: quia sic etiam scientia esset forma actiua, sicut calor: quod patet esse falsum. Videtur ergo q̃ eadem numero scientia, quę est in magistro communicetur discipulo. Quod esse non potest, nisi sit vnus intellectus vtriusq;. Videtur ergo quòd sit vnus intellectus discipuli & magistri, & per consequens omnium hominum.*

¶ 6 *Præterea. Aug.* dicit in li. de quantitate animæ. Si plures tantum animas humanas dixerim, ipse me videbo. Sed maximè videtur anima esse vna quantum ad intellectum. Ergo est vnus intellectus omnium hominum.*

SED contra est, quòd Philosophus dicit in secundo Phys. quòd sicut se habent causa vniuersales ad vniuersalia, ita se habent causa particulares ad particularia. Sed impossibile est quòd vna anima secundum speciem sit diuersorum animalium secundum speciem. Ergo impossibile est, quòd anima intellectiua vna numero sit diuersorum secundum numerum.*

*RESPONDEO dicendum, quòd intellectum esse vnũ omnium hominũ omnino est impossibile. Et hoc quidem patet, si secundum Platonis sententiam homo sit ipse intellectus. Sequeretur enim, si Sortis & Platonis est vnus intellectus tantum, quod Sortes & Plato sint vnus homo: & quòd non distinguantur ab inuicẽ, nisi per hoc quòd est extra essentiã vtriusq;: & erit tunc distinctio Sortis & Platonis nõ alia, quàm hominis tunicati & cappati, quod est omnino absurdũ. Similiter etiã patet hoc esse impossibile, si secundum sententiam Aristotelis † intellectus ponatur pars seu potẽtia animæ, quę est hominis forma. Impossibile est enim plurium numero diuersorum, esse vnã formã: sicut impossibile est quòd eorũ sit vnũ esse. Nam forma est essendi principiũ. Similiter etiam patet hoc esse impossibile, quocunque modo quis ponat vnionem intellectus ad hunc & ad illum hominem. Manifestũ est enim, quòd si sit vnũ principale agens & duo instrumenta, dici poterit vnum agens simpliciter, sed plures actiones. Sicut si vnus homo tangat diuersa duabus manibus, erit vnus tãgens, sed duo tactus. Si verò è cõuerso instrumẽtum sit vnum, & principales agentes diuersi, dicentur quidè plures agentes, sed vna actio. Sicut si multi vno fune trahant nauẽ, erunt multi trahentes, & vnus tractus. Si vero agens principale sit vnũ, & instrumẽtũ vnũ, dicetur vnum agens & vna actio. Sicut cũ faber vno martello percutit: est vnus percutiens, & vna percussio. Manifestũ est autẽ, q̃ qualitercunque intellectus seu vniatur seu coputetur huic vel illi homini, intellectui inter cetera, quæ ad huminẽ pertinent, principalitatẽ habet. Obediunt enim vires sensitiuæ intellectui, & ei deseruiũt. Si ergo poneretur quòd essent plures intellectus, & sensus vnus duorũ hominũ, puta si duo homines haberent vnum oculũ, essent quidem plures videntes, sed vna visio. Si uero intellectus est vnus (quantũcunque diuersificentur alia, quibus omnibus intellectus vtitur, quasi instrumentis) nullo modo Sortes & Plato poterunt dici nisi vnus intelligens. Et si addamus, quòd ipsum intelligere, quod est actio intellectus, non fit per aliquod aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud organum, nisi per ipsum intellectum, sequitur vlterius, quòd sit agens vnum & actio vna, id est, quòd omnes homines sint vnus intelligens, & vnum intelligere. Dico autem respectu eiusdem intelligibilis. Posset aũt diuersificari actio intellectualis mea & tua per diuersitatẽ phantasmatum: quia scilicet aliud est phantasma lapidis in me, & aliud in te: si ipsum phãtasma secundum quod est aliud in me, & aliud in te, esset forma intellectus possibilis: quia idem agens secundum diuersas formas producit diuersas actiones, sicut secundũ diuersas formas rerum respectu eiusdem oculi sunt diuersæ visiones. Sed ipsum phantasma nõ est forma intellectus possibilis, sed species intelligibilis, quę à phantasmatibus abstrahitur. In vno autẽ intellectu à phantasmatibus diuersis eiusdem speciei non abstrahitur, nisi vna species intelligibilis. Sicut in vno homine apparet, in quo possunt eẽ diuersa phãtasmata lapidis: & tamen ab omnibus eis abstrahitur vna species intelligibilis lapidis: per quã intellectus vnius hominis operatione vna intelligit naturam lapidis non obstante diuersitate phantasmatum. Si ergo vnus intellectus esset omniũ hominũ: diuersitates phantasmatum, quæ sunt in hoc & in illo, nõ possent causare diuersitatem intellectualis operationis huius, & illius hominis, vt Comment. fingit in tertio, de anima. Relinquitur ergo q̃ omnino impossibile & inconueniens est, ponere vnũ intellectum omnium hominum.*

li. 3. tex. 5. & 36.

AD primum ergo dicendum, quòd licet anima intellectiua non habeat materiam ex qua sit, sicut nec angelus: tamẽ est forma materia alterius, quod angelo nõ cõuenit. Et ideo secundũ diuisionem materiæ sunt multa anima vnius speciei: multi autem angeli vnius speciei omnino esse non possunt.

AD secundum dicendũ, quòd vnumquodque hoc modo habet vnitatem, quo habet esse: & per consequens idem est iudicium de multiplicatione rei, & de esse ipsius. Manifestum est autem, quòd anima intellectualis secundum suum esse vnitur corpori vt forma: & tamen destructo corpore remanet anima intellectualis in suo esse. Et eadẽ ratione multitudo animarum est secundum multitudinẽ corporum, & tamen destructis corporibus remanens anima in suo esse multiplicata.

AD tertium dicendum, quòd individuatio intelligentis, aut speciei, per quam intelligit, non excludit intelligentiam vniuersalis, alioquin, cum intellectus separati sint quędã substãtiæ subsistentes & perconsequens particulares, non possunt vniuersalia intelligere. Sed materialitas cognoscẽtis & speciei, per q̃ cognoscitur vniuersalis cognitionem impedit. Sicut enim omnis actio est secundum modum formę, qua agens agit, vt calefactio secũdum modum caloris, ita cognitio est secundum modum speciei, qua cognoscens cognoscit. Manifestum est autem, quòd natura communis distinguitur, & multiplicatur secundũ principia individuantia, quę sunt ex parte materiæ. Si ergo forma, per quam fit cognitio, sit materialis, non abstracta à cõditionibus materiæ, erit similitudo naturæ speciei, aut generis secundũ quod est distincta & multiplicata per principia individuantia. Et ita non poterit cognosci natura rei in sua communitate. Si verò species sit abstracta à conditionibus materiæ individualis, erit similitudo naturæ abstractæ ab his quæ ipsam distinguunt & multiplicant. Et ita cognoscetur vniuersale. Nec refert quãtũ ad hoc vtrum sit vnus intellectus vel plures: quia si etiam esset vnus tãtũ, oporteret ipsum esse aliquem quendam, & speciem per quam intelligit esse aliquam quandam.

AD quartum dicendum, quòd siue intellectus sit vnus, siue plures, id, qđ intelligitur, est vnum. Id enim, quod intelligitur, nõ est in intellectu secundum se, sed secundum suam similitudinẽ. Lapis enim non est in anima: sed species lapidis, vt dicitur in 3. de Anima. Et tamen lapis est id quod intelligitur, non autẽ species lapidis, nisi per reflexionem intellectus supra seipsum: alioquin scientię nõ essent de rebus, sed de speciebus intelligibilibus. Contingit enim eidem rei diuersa secundũ diuersas formas assimilari. Et quia cognitio fit secũdũ assimilationem cognoscentis ad rem cognitam: sequitur quòd idem à diuersis cognoscentibus cognosci contingit, vt patet in sensu. Nam plures vident eundem colorem secundũ diuersas similitudines. Et similiter plures intellectus intelligũt vnam rem intellectã. Sed hoc tantum interest inter sensum & intellectũ secundũ sententiam Aristot.* qđ res sentitur secundum illam dispositionem, quã extra animam habet in sua particularitate: natura aũt rei, qua intelligitur est quidẽ extra animam, sed non habet illum modum essendi extra animam, secundum quem intelligitur. Intelligitur enim natura communis secluso principio individuante: non autem hunc modum essendi habet extra animam. Sed secundum sententiam Platonis res intellecta eo modo est extra animam, quo intelligitur. Posuit enim naturas rerũ à materia separatas.

*AD quintum dicendum, quòd scientia alia est in discipulo, & alia in magistro. Quomodo autem causetur, in sequentibus ostenditur.**

Q. 117. art. 1.

AD sextum dicendum, quòd Augustinus intelligit animas non esse plures tantum, quin vniantur in vna ratione speciei.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmatiua, quam probat D.Thom. tripliciter. Primò in via Platonis, secundo in via Aristot. tertiò simpliciter, cuius rationes optime explicat Caietanus. Quare videantur apud ipsum.

COMMENTARIVM.

HÆc quæstio huius art. apud D. Augustinum fuit olim maximè dubia, quã non audebat expresse definire, vt patet in lib. de quantitate animæ cap. 32. Ipse etiam Augustin. in lib. 3. de libero arbitrio ca. 21. dicit nullum esse periculum in fide sic vel aliter loqui, dummodo nihil asseramus tanquam omnino certum. Verum est tamen, quòd postea idem Augustin. in epistola. 28. ad Hieronymum expresse affirmat singulas animas esse in singulis hominibus. Sed præter Augustinum apud multos, qui de hac re disseruerũt, inueniũtur varij errores. Primus error est, quem habuit Commen. 3. de anima cõm. 5. & 36. quem refert D. Th. in isto articulo, & in 2. contra gent. c. 73. q̃ in omnibus hominibus est tantùm vnus intellectus. Manichęi etiam asserebant vnam animam tantum esse in omnibus non solum hominibus, sed etiam pecoribus & plãtis. Ita refert D. Epiphanius lib. 2. contra hęreses, c. 66. & Greg. Nissenus lib. 2. philosophiæ c. 7. & 8. vbi multis eum impugnat. Secundus error fuit aliorum, qui dicebãt multiplicari quidem animas, non tamen secundum multiplicationem corporum sed dari transmigrationem, vel circulum animarũ in diuersa corpora. Hunc errorem tribuit Platoni Eusebius Cæsariensis lib. 14. de præparatione Euangelica. c. 10. & eundem tribuit illi Diu. August. lib. 10. de ciuitate. ca. 30. & lib. 12. cap. 20. vbi acriter illum impugnat. Eundem errorem tribuit August. Pythagoræ in sermone. 143. de tempore & D. Chrysost. in Ioannem Homil. 1. & 66. & D. Epiphanius lib. 1. contra hæreses. cap. 7. Eũdem errorem tribuit Manichæis D. Augu. in lib. de hæresibus cap. 46. & lib. 5. contra Faustum cap. 10. Eundem errorem etiam sequuti sunt alij hæretici iuniores, quos refert Castro lib. 2. contra hæreses, titulo. Anima; hæresi. 8. Tertius error est aliorum hæreticorum, quem insinuat D. Thom. in hoc articulo in argumento secundo, qui asserebant animas hac vita multiplicari secundũ multiplicationem corporum, cęterum post separationem à corporibus non manere distinctas, sed omnes confluere in vnam animam, sicut videmus plures riuulos confluere in vnum flumen.

¶Aduersus omnes istos errores conclusio D. Thom. est certa secundum fidem catholicam, quòd animę hominum multiplicentur secundum multiplicationem corporum, ita quod etiam separatæ à corporibus manent distinctæ. Ita conclusio habetur expresse in 6. synodo Constantinopolitana actione 10 & 11. & etiam est definita in cõcilio 3. Lateranensi sub Leone 10. sessione. 8. Vbi sic dicitur; Damnamus asserentes animam intellectiuã mortalem esse, aut vnã esse in omnibus hominibus. Sed probatur hæc veritas secundo ex sacris literis. Dicitur enim Ezechiel 18. Omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris ita & anima filij, &c. & sapient. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Et Apocalyp. 6. cum dixisset Ioannes; Vidi animas interfectorum propter verbum Dei, &c. subdit; Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Ex quo testimonio aperte colligitur, q̃ singulorum hominum beatorum sunt singulæ animæ. Tertiò probatur. Secundum fidem catholicam Christus habet animam distinctã ab animabus aliorum hominum, ergo secundum fidem non est vna anima in omnibus. Probatur ante-

Universidad de Deusto
Biblioteca

antecedens, quoniam secundum fidem est A certum, quòd sola anima Christi vnita Verbo personaliter. Quartò probatur. Secundũ fidem est certum, quòd omnes homines resurgẽt in corpore & anima, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum, vt dicitur 2. ad Corint. 5. sed est impossibile, quòd vna anima simul sit bona & mala, & accipiat præmium & supplicium, ergo. Cõfirmatur, quoniam secundum fidem etiam ante iudicium quædam animæ detinentur in inferno, quædã B verò sunt in requie, vt patet ex Luc. 16. de diuite & Lazaro, sed vt arguit Augustin. in locis à principio huius arti. citatis, impossibile est eandem animam simul esse beatam & damnatam, ergo, &c. Ex quo sequitur errasse etiam contra fidem valde, illos philosophos, quorum meminit D. Grego. lib. 2. epistolarum epistola. 65. ad quendam medicum, qui asserebat in duobus corporibus esse vnam animam, non affectus coniugentia duos, sed vnam animæ substantiam C patientia.

¶ Sequitur secundo quam turpiter errẽt Mirandulanus lib. 32. de euersione singularis certaminis, sectione. 1. & lib. 33. sectione. 2. & 6. & Achilinus lib. de intelligentijs quodlibet. 3. dub. 2. & 4. qui ponentes animam esse factum informantem, simul ponunt quòd secundum rationem naturalem tenendum est illum esse vnum. Cõtra quos grauiter loquitur D. Thom. opuscul. 16. circa finem, quòd docere secundum rationem D naturalem de necessitate esse tenendum intellectum esse vnum, vt isti dicunt, esse vel actum assistentem, vt dicit Iandunus de anima quæst. 5. licèt oppositum dicant pro fide se defendere, esse magnam temeritatẽ, aliàs, inquit, rationes naturales contra veritatem fidei concluderent, & fides esset de impossibili & falso. De errore autem Auerrois nolo in presenti plura dicere, quia nullus momenti sunt & peruia apud autores, & D. Thom. hic & 2. cont. gent. cap. 75. adducit & soluit omnes eius rationes; & Caietanus soluit alias, quas sectatores Commentatoris contra solutiones D. Thom. adinuenerunt. Ægidius etiam lib. de intellectu tracta. 3. capi. 24. adducit & soluit eius argumenta.

His positis dubium potissimum, quod in isto articulo differitur ab omnibus, est circa illam propositionem D. Tho. In vno homine possunt esse diuersa phantasmata diuersorum lapidum differentia numero. Et ratio communis dubitandi est, quoniam plura accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, sed phantasmata diuersorum lapidum solo numero distinguuntur, ergo non pũt esse in eodem hoie. Probatur min. Res, quæ D representantur per ipsa phantasmata, solo numero distinguuntur, ergo etiam ipsa phantasmata.

¶ Ad hoc dubium variè respondent autores tam discipuli D. Thomæ quàm alterius scholæ. In primis illi qui sectantur doctrinam Comentatoris, & Scoti respondent, q illa propositio. Duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, vera est absolutè loquendo de illis accidentibus quæ sunt naturalia & intrinseca, vt albedo, calor, &c. At vero de illis accidentibus, quæ sunt veluti aduentitia & extrinseca, sicut lumen in aere, & species sensibiles, plures relationes, non est vera illa propositio. Et fundamenta, quibus nituntur isti autores, sunt vel quòd intensio fit per additionem gradus ad gradum, vel quòd in vno homine sunt plures formę substantiales quæ tamen in doctrina Di. Thomæ sunt omnino falsa, vt postea ostendemus. ¶ Altera solutio est huic affinis discipulorum Diu. Thomæ, quod accidentia sunt in dupliei differentia. Quædam sunt absoluta & quæ nullum dicunt ordinẽ ad aliquid extrinsecum, vt albedo calor, &c. Et de his accidentibus certum est, quòd duo solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, quia hæc accidẽtia desumunt vnitatem & distinctionem numericam à solo subiecto, ergo quãdo sunt in eodem subiecto non habent per quid distinguãtur. Alia vero accidentia sunt, quę E dicunt ordinem non solum ad subiectum, sed etiam ad obiectum extrinsecum vel ad terminum, sicut phantasmata & aliæ species sensibiles aut notitiæ. Et hęc accidentia non desumunt vnitatem & distinctionem numericam ex solis subiectis, sed etiam ex obiecto, vel ex termino. Itaque notitia Pe-

tri & notitia Pauli differunt numero, quo- A niam sunt diuersorum obiectorum. Secundum hanc doctrinam propositio D. Thomę nullam habet difficultatem, quoniam phantasmata diuersorum lapidum distinguentur numero, quanuis sint in eodẽ subiecto ratione diuersorum obiectorũ. Hæc sententia apparet quibusdam probabilis, sed illa videtur contra D. Thom. & falsa. Probatur primo, quoniam D. Thom. in 3. part. q. 35. artic. 5. negat in vno homine esse plures paternitates distinctas numero in B ordine ad diuersos filios, propterea q plura accidentia solo numero distincta non possunt esse in eodem subiecto, sed relatio nex sunt accidentia, quę dicunt ordinem ad extrinsecum, ergo. Secundò probatur. Regula generalis habetur apud Arist. in 8. Methaphysic. tex. 12. & in 7. Methaphysic. tex. 28. quòd omnis distinctio numerica sumitur à materia vel à subiecto, ergo quæcunque accidentia sunt in eodem subiecto C non differunt numero etiam si dicant ordinem ad aliquid extrinsecum. Huic etiam secundæ solutioni videtur affinis doctrina, quam habet Sonzi. in 7. Methaph. nam in q. 4. absolutè & absque vlla distinctione respondet, q accidentia secundum doctrinam D. Tho. quæ solo numero distinguuntur, non possunt esse in eodem subiecto, quod probat multis argumẽtis. In qua quæstione sine dubio loquitur de his accidentibus, quæ habent esse reale in subiecto, quod probat etiam multis rationibus. D Nam postea q. 9. ar. 3. in solutione ad 2. docet, quòd illa accidentia, quæ solùm habẽt esse intentionale in medio, vt sunt species sensibiles, non sumunt vnitatem & distinctionem numericã ex subiecto in quo sunt sed ex causa vnde procedunt, & propterea possunt plures solo numero distinctæ esse in eadem parte subiecti. Sed ista doctrina an sit vera vel non examinabitur, infrà in quæstio. 78. artic. 3.

His ergo opinionibus omissis, quod at- E tinet ad explicationem propositionis D. Tho. Prima sententia est quorundã, quæ refertur à D. Caietano hic, quòd plura phantasmata eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto; intelligitur non simul sed successiue. Sed ista explicatio est expresse contra mentem D. Thomæ, qui intendebat probare contra Commentatorem, q ex diuersis phantasmatibus diuersorum lapidum eiusdem speciei non abstrahitur per intellectum agentem, nisi vna tantum species intelligibilis in intellectu passibili, representans naturam specificam lapidis, ergo supponit D. Thomas, q in phantasia sunt simul plures speciei diuersorum lapidum. ¶ Alia solutio est aliorum, quam etiam refert D. Caietanus. & Ferra. in 2. contra gentes capit. 73. circa quartam rationem, quę admittit diuersa phantasmata diuersorum lapidum simul esse in eadem potentia, sed negat illa subiectari in eadem parte subiecti, quin potius cum illa potentia sit corporea & extensa, diuersa phantasmata recipiuntur in diuersis partibus illius, quæ est extensa per cerebrum. Sed hæc solutio meritò reprobatur à D. Caietano. quoniam non potest assignari ratio propter quam vnum phantasma potius recipiatur in vna parte, quam in altera. Nulla enim est ratio diuersitaris, neque ex parte obiecti, neque ex parte subiecti. ¶ Alia ergo est solutio, quam D. Caietanus adhibet in hoc articulo, vbi docet, quòd phantasmata lapidis põssunt esse duplicia. Quædam enim possunt esse eiusdem numero lapidis, sed in diuersis hominibus; & hæc phantasmata sunt omnino eiusdem speciei tam in esse representatiuo, quàm in esse naturali. Et de istis non loquitur D. Thom. in articulo. Ratio est, quoniam hæc phantasmata non possunt esse simul in eodem subiecto; nam cum sint eiusdem omnino speciei non haberent per quid distinguerentur. Alia vero phantasmata possunt esse eiusdem speciei solum in esse representatiuo, non autem in esse naturali, quemadmodum sunt phantasmata diuersorum lapidum eiusdẽ speciei; quæ sunt in eodem homine: istam. phantasmata quamuis in esse naturali differant specie, tamen representãt lapides eiusdẽ speciei. Et de istis non loquitur D. Tho. in articulo. Vocat autem illa eiusdem speciei, quoniam agit de ipsis secũdum, quòd representatiua sunt, & ab illis vt sic abstrahitur species intelligibilis representans naturam specificam lapidis. Sed Ferr. in illo c. 73. referens istam solutionem D. Caietani,

Universidad de Deusto
Biblioteca

impugnat illam hoc argumento. Illa phantasmata sicut & species intelligibiles, quæ sunt in intellectu non desumunt speciem nisi tantùm ab obiecto, quod representant, ergo si representant res eiusdem speciei, erunt etiam ipsa phantasmata eiusdem speciei. Sed statim ostendemus sententiam D. Caietani esse veram, si rectè intelligatur, & eandem esse cum sententia Ferr.

¶Sit, ergo vltima solutio, quam adhibet Ferrar. in illo c. 73. & iterum 4. cont. gen. c. 26. q; phantasmata diuersorum lapidum quamuis sint eiusdem speciei materialiter in quantum representant indiuidua, quæ conueniunt in eadem specie; tamen loquendo formaliter differunt omnino secundum speciem. Ratio est, quoniam si accipiatur id, quod formaliter representat, vnum phantasma claudit in se aliquam proprietatem, quæ per aliud phantasma nullo modo pōt representari. v.g. phantasma vnius lapidis representat illud sub figura triangulari, & sub albedine, aliud verò phantasma sub figura quadranguli & sub nigredine: & hoc sufficit vt illa phantasmata differāt formaliter & specificè; quoniam distinctio sumitur ex proprietatibus, quæ differunt sm speciem in obiecto. Ex quo colligitur, q; si diuersa phantasmata representent idem formaliter secundum speciem in obiecto, illa non possunt distingui formaliter specificè. Hanc eandem solutionem adhibet D. Caietanus in 3. par. q. 35. art. 5. vbi docet, q; illa phantasmata lapidum differunt specie in esse representatiuo, & propterea possunt simul esse in eodē subiecto. Ratio illius est, quoniam per phantasma representatiuum Petri aliquid representat formaliter, quod non potest representari per phātasma Pauli, ergo illa phantasmata differunt specie. Probatur consequētia, quoniam alias quicquid representaretur formaliter per vnum, representaretur etiam per alterum sicut cōstat in phāntasmatibus eiusdem Petri, quæ sunt in diuersis hominibus. Itaque id quod Ferr. dixit esse eiusdem speciei materialiter non autem formaliter; D. Caieta. dixit esse eiusdem speciei in esse representatiuo, non autem in esse naturali. Sed loquebatur in hoc articulo de esse representatiuo non absolutè & simpliciter, sed inquantum representant indiuidua, quæ sunt eiusdē speciei. Cæterum loquendo de esse representatiuo absolutè, & simpliciter sic docuit in 3. par. q; illa phantasmata differunt specie in esse representatiuo, quoniam in illo esse aliqua cōditio indiuidualis representatur per vnū phantasma, quod non potest representari per alterum. Hæc solutio est omnino vera & legitima, per quam fit satis dubio proposito, & explicatur litera D. Thomæ.

¶Circa solutionem ad secundum potest disputari. Quomodo anima rationalis indiuiduetur per corpus; sed hanc quæstionem tractat optime Caieta. ca. 6. de ente & essentia quæst. 13. Ferr. 2. cont. gen. c. 75. & 81. Vide etiam Sonzin. 7. Metha. quæst. 34. & Iauellum. 3. de anima quæst. 5. ad secundum, & quæ nos diximus lib. 1. de generatione, & corruptione cap. 5. q. 3. ar. 9. ad secundum & tertium argumentum.

¶Circa solutionem ad quartum notandum est, quo pacto in doctrina D. Tho. sit certum, quòd species intelligibilis non est id, quod intelligitur, sed id quo intellectus intelligit res ad extra, quamuis per reflexionem supra se ipsum intelligat etiam ipsam speciem. Quam doctrinam tractat ex professo D. Tho. infrà q. 85. art. 2.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q; præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes, scilicet sensitiua, & nutritiua. Corruptibile enim & incorruptibile non sunt vnius generis. Sed anima intellectiua est incorruptibilis, aliæ verò animæ, scilicet sensitiua & nutritiua, sunt corruptibiles, vt ex superioribus patet. Ergo in homine non potest esse vna essentia animæ intellectiuæ, et sensitiuæ, & nutritiuæ.

¶ 2 Si dicatur quòd anima sensitiua & in homine est incorruptibilis, contrà. Corruptibile, & incorruptibile differunt secundum genus: vt dicitur decimo Metha.

Lib. 10. tha. * Sed anima sensitiua in equo & leomet. te. ne, & alijs brutis animalibus est corruptibilis. Si igitur in homine sit incorruptibilis, non erit eiusdem generis anima sensitiua in homine & bruto. Animal autem dicitur ex eo quod habet animam sensitiuam. Neque ergo animal erit vnum genus commune hominis & aliorum animalium. Quod est inconueniens.

li. 2. c. 3. to. 4. ¶ 3 Præterea, Philosophus dicit in libro de generatio. * animalium, quod embrio prius est animal quam homo. Sed hoc esse non posset, si esset eadem essentia anima sensitiuę & intellectiua. Est enim animal per animam sensitiuam, homo verò per animam intellectiuam. Non ergo in homine est vna essentia anima sensitiua & intellectiuę.

li. 8. metap. tex. 6. to. 3. ¶ 4 Præterea, Philosophus dicit in octauo Metha. * quòd genus sumitur à materia, differentia verò à forma. Sed rationale, quod est differentia constitutiua hominis, sumitur ab anima intellectiua, animal verò dicitur ex hoc quod habet corpus animatum anima sensitiua. Anima ergo intellectiua comparatur ad corpus animatum anima sensitiua sicut forma ad materiam. Non ergo anima intellectiua est eadem per essentiam cum anima sensitiua in homine: sed præsupponit eam sicut materiale suppositum.

li. de Ec. dog. ca. 15. in pun. to, 3. inter opera Aug. SED contra est, quod dicitur in libro de Ecclesia. * dogm. Neque duas animas esse dicimus in homine vno, sicut Iacobus, & alij Syrorum scribunt, vnam animalem qua animatur corpus, & immixta sit sanguini, & alteram spiritualem, quę rationi ministret. Sed dicimus vnam & eandem esse animam in homine, quę & corpus sua societate vnificat, & semetipsam sua ratione disponit.

RESPONDEO dicendum, quod Platone † posuit diuersas animas esse in corpore vno: etiam secundum organa diuersitatis, quibus diuersa opera vitæ attribuebat, dicens vim nutritiuam esse in hepate, concupiscibilem in corde, cognoscitiuam in cerebro. Quam quidem opinionem Aristot. * reprobat in lib. de Anima, quantum ad illas animas partes, quę corporeis organis in suis operibus vtuntur, ex hoc quod in animalibus, qua decisa viuunt, in qualibet parte inueniuntur diuersa operationes animæ, sicut sensus & appetitus. Hoc autem non esset, si diuersa principia & operationum anima tanquam per essentiam diuersę diuersis partibus corporis distributa essent. Sed de intellectiua sub dubio videtur relinquere, vtrum sit separata ab alijs partibus animæ sólum ratione, an etiam loco. Opinio autem Platonis sustineri vtique posset, si poneretur, q; anima vnitur corpori, non vt forma sed vt motor, vt posuit Plato Nihil. n. inconueniens sequitur si idem mobile à diuersis motoribus moueatur, præcipuè secundum diuersas partes. Sed si ponamus aiam corpori vniri sicut formam: omnino impossibile videtur, plures aias per essentiā differentes in vno corpore esse. Quod quidē triplici rōne manifestari potest. Primò quidem, quia animal non esset simpliciter vnum, cuius essent animæ plures. Nihil. n. est simpliciter vnum nisi per formā vnā, per quā habet res esse. Ab eadem n. habet res quòd sint ens & quòd sit vna. Et ideo ea quę denominantur à diuersis formis, non sunt vnum simpliciter, sicut homo albus. Si igitur homo ab alia forma haberet quòd sit vnum, s. ab anima vegetabili, & ab alia forma q; sit animal, s. ab anima sensibili, & ab alia quòd sit homo, scilicet ab anima rationali: sequeretur quòd homo non esset vnum simpliciter, sicut & Aristot. argumentatur contra Platonem in 3. Met † q; si alia esset idea animalis, & alia bipedis, non esset vnum simpliciter animal bipes. Et propter hoc in 1. de anima * contra ponentes diuersas animas in corpore, inquirit quid contineat illas, id est, quid faciat ex eis vnum. Et non pōt dici, quod vniantur, per corporis unitatem: quia magis anima continet corpus, & facit ipsum esse vnum, & econuerso. Secundo hoc apparet impossibile ex modo predicationis. Qua. n. simūtur à diuersis formis, predicantur ad inuicē: vel per accidens si formę non sint adinuicē ordinatę, puta cùm dicimus quod album est dulce: vel si formę sint ordinatę ad inuicem, erit predicatio per se in secundo modo dicendi per se: quia subiectum ponitur in diffinitione predicati, sicut superficies præambula est ad colorem. Si ergo dicamus, quod corpus superficiatum est coloratum, erit secūdus modus predicationis per se. Si ergo alia forma sit à qua aliquid dicitur aial, & à qua aliquid

* Lib. 2. tex. 41. tom. 2.

Li. 3. te. 20. to. 3. * Li. j. de anima, text. 90. tom. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid dicitur homo, sequetur, quod vel vnũ horum non possit predicari de altero, nisi per accidens: si ille due forme adinuicem ordinem non habent, vel q̃ sit ibi predicatio in secundo modo dicendi per se, si vna animarum sit ad aliam preambula. Vtrunque autem horum est manifestè falsum: quia animal per se de homine predicatur, non per accidens: homo autem non ponitur in diffinitione animalis, sed è conuerso. Ergo oportet eandem formam esse per quam aliquid est animal, & per quã aliquid est homo. Alioquin homo verò esset id quod est animal, vt sit animal per se de homine predicetur. Tertiò apparet hoc esse impossibile, per hoc quod vna operatio animę cum fuerit intensa, impedit aliam. Quod nullo modo contingeret, nisi principium actionũ esset per essentiam vnum.

Sic ergo dicendum, quòd eadem numero est anima in homine sensitiua, & intellectiua & nutritiua. Quomodo autem hoc contingat, de facili considerari potest. si quis differentias specierum, & formarum attendat. Inueniuntur enim rerum species, & forma differre adinuicem secundum perfectius & minus perfectum. Sicut in rerum ordine animata perfectiora sunt inanimatis, & animalia plantis, & homines animalibus brutis. Et in singulis horum generum sunt gradus diuersi. Et ideo

li.8. tex. 10.to. 3. *Arist. in 8. Meta.* assimilat species rerum numeris, qui differunt specie secundum additionem, vel subtractionem vnitatis. Et in 2. de*

†li. 2. de anima, tex. 30. & 31. to 110. 2. *anima,† comparat diuersas animas speciebus figurarum, quarum vna continet aliam: sicut pentagonum continet tetragonum, & excedit. Sic igitur anima intellectiua continet in sua virtute quicquid habet anima sensitiua brutorum, & nutritiua plantarum. Sicut ergo sine per aliam figuram est tetragona, & per aliã pentagona (quia superflueret figura tetragona, ex quo in pentagona continetur) ita nec per aliam animam Sortes est homo, & per aliam animal, sed per vnam & eandem.*

AD primum ergo dicendum, quòd anima sensitiua non habet incorruptibilitatem ex hoc quòd est sensitiua, sed ex hoc q̃ est intellectiua, ei incorruptibilitas debetur. Quando ergo anima est sensitiua tantum, corruptibilis est: quando vero cum sensitiua intellectiuum habet, est incorruptibilis. Licet enim sensitiua incorruptionem non det, tamen incorruptionem intellectiuo auferre non potest.

AD secundum dicendum, q̃ forma non collocantur in genere vel in specie, sed composita. Homo autè corruptibilis est, sicut et alia animalia. Vnde differentia secundum corruptibile & incorruptibile, qua est ex parte formarum, non facit hominem secundum genus ab alijs animalibus differre.

*AD tertium dicendum, q̃ prius embrio habet animam, quę est sensitiua tantum. Quo ablata aduenit perfectior anima, qua est simul sensitiua et intellectiua, vt infra planius ostenditur.**

AD quartum dicendum, q̃ non oportet secundum diuersas rationes vel intentiones logicas, quas consequuntur modum intelligendi, diuersitatem in rebus naturalibus accipere: quia rõ vnum & idem secundũ diuersos modos apprehendere potest. Quia igitur, vt dictum est, anima intellectiua virtute continet id, quod sensitiua habet, et adhuc amplius, põt seorsum rõ considerare quod pertinet ad virtutem sensitiuę, quasi quoddam imperfectum & materiale. Et quia hoc inuenit cõe homini & alijs animalibus: ex hac rõne genus format. Ad ultimo in quo anima intellectiua sensitiuam excedit, accipit quasi formale & completiuum, & ex eo format differentiam hominis.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si ponamus animam vniri corpori tãquam forma; impossibile quod in homine sint plures animæ per essentiã differentes. Hanc probat D. Thom. tribus rationibus, prima. Quia sic essent plures animæ in eodem, illud animal, cuius essent plures animæ, non esset simpliciter vnum. Probatur sequela, quia nihil est simpliciter vnũ nisi per vnam formam, per quam habet esse; propterea quòd ab eodem habet res & quòd sit ens, & quòd sit vna. Vnde ea quæ denominãtur à diuersis formis nõ sunt vnum simpliciter, sicut homo albus. Secũda rõ, quia sequitur, quòd hæc prædicatio. Homo

Homo est animal; aut sit vera per accidens, sicut hæc; album est dulce, aut quòd sit vera in secundo modo per se; quorũ vtrunque est falsum. Sequela autem probatur, quia vel illa forma, qua homo est homo, habet ordinem cum alia qua homo est animal, vel non. Si non, ergo illa erit per accidens, nam quando duę formæ non ordinatæ reperiuntur in eodẽ, talis prædicatio est per accidens, vt patuit in exemplo. Si verò habẽt ordinem, ergo illa propositio est in secundo modo per se, quia vna forma illatum ordinatè originatur ex alia. Tertia ratio. Intensa vna operatione animę impeditur alia; ergo principium earum est vnum per essentiã, alioquin vna non impediret aliam.

¶ Secunda conclusio. Anima intellectiua hominis in virtute continet animam sensitiuam brutorum, & vegetatiuam plantarum. Hanc probat D. Tho. ex ordine perfectionis, & ordine continentiæ. Perfectionis quidem, quia se habent sicut numeri, vt pat. 8. Metaph. textu. 10. continẽtię verò, quia se habent sicut figurę, ut pat. 2. de anima.

ARTICVLVS. IIII.

¶ Vtrùm in homine sit alia forma præter animam intellectiuam.

372 Locis supra ar. 3 citatis * l. 3. de anima. tex. 4. & 1. to. 2.

ADQVARTVM *sic proceditur. Videtur, quòd in homine sit alia forma prater animam intellectiuam. Dicit enim Philosophus in. 3. de Anima,* quòd anima est actus corporis Physici potentia vitam habentis. Comparatur igitur anima ad corpus, sicut forma ad materiam. Sed corpus habet aliquam formam substantialem, per quam est corpus. Ergo ante animam præcedit in corpore aliqua forma substantialis.*

¶ 2 Præterea, Homo & quodlibet animal est mouens seipsum. Omne autem mouens seipsum diuiditur in duas partes: quarũ vna est mouens, & alia est mota, vt probatur in. 8. Physi. Pars autẽ mouens est anima. Ergo oportet quòd alia pars sit talis quæ possit esse mota. Sed materia prima non potest moueri, vt dicitur in. 5. Physi. † cum sit ens solũ in potentia: quinimò omne quod mouetur est corpus. Ergo oportet, quòd in homine, & in quolibet animali sit alia forma substantialis per quam constituatur corpus.*

li. 8. Phy si. tex. 30. to. 2. li. 5. Phy si. tex. 30. to. 2.

¶ 3 Præterea, Ordo in formis attenditur secundum habitudinem ad materiam primã. Prius enim & posterius dicitur per comparationem ad aliquod principium. Si ergo non esset in homine aliqua forma substantialis præter animam rationalem, sed immediatè materię primę inhæreret: sequeretur quòd esset in ordine imperfectissimarum formarum, quæ immediatè inhærent materię.

¶ 4 Præterea, Corpus humanum est corpus mixtum. Mixtio autem non fit secundum materiam tantum, quia tunc esset corruptio sola. Oportet ergo quòd remaneant forma elementorum in corpore mixto, quæ sunt formę substantiales. Ergo in corpore humano sunt aliæ forma substantiales præter animam intellectiuam.

SED contra, Vnius rei est vnum esse substãtiale. Sed forma substantialis dat esse substantiale. Ergo vnius rei est vna tantum forma substantialis. Anima autẽ est forma substantialis hominis. Ergo impossibile est q̃ in homine sit aliqua alia forma substantialis, quàm anima intellectiua.

*RESPONDEO dicendum, quòd si poneretur anima intellectiua nõ vniri corpori vt forma, sed solum vt motor, vt Platonici posuerunt, necesse esset dicere, q̃ in homine esset alia forma substantialis, per quam corpus ab anima mobile in suo esse constitueretur. Sed si anima intellectiua vnitur corpori vt forma substantialis, sicut supra iam diximus: * impossibile est, quòd aliqua forma substantialis præter eam inueniatur in homine.* Ar. 1. huius q.

AD Cuius euidentiam cõsiderandũ est, quòd forma substantialis in hoc à forma accidentali differt: quia forma accidentalis non dat esse simpliciter, sed esse tale. Sicut calor facit suum subiectũ non simpliciter esse, sed esse calidum. Et ideo cùm aduenit forma accidẽtalis, nõ dicitur aliquid fieri vel generari simpliciter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter, sed fieri tale, aut aliquo modo se habens. Et similiter cùm recedit forma accidentalis, nõ dicitur aliquid corrumpi simpliciter, sed secundum quid. Forma autem substantialis dat esse simpliciter. Et ideo per eius aduentum dicitur aliquid simpliciter generari: & per eius recessum simpliciter corrũpi. Et propter hoc antiqui naturales, qui posuerũt materiã primã esse aliquod ens actu, puta ignẽ, aut aerẽ, aut aliquid huiusmodi: dixerunt q̃ nihil generatur aut corrumpitur simpliciter, sed omne fieri statuerunt alterari, vt dicitur

Lib. 1. Phys. tex. 33. to. 1.

in 1. Phy.* Si igitur ita esset, quòd præter animam intellectiuã præexisteret quæcũque alia forma substantialis in materia, per quam subiectũ anima esset ens actu, sequeretur quòd anima non daret esse simpliciter: & per consequens quòd non esset forma substantialis, & quòd per aduentum animæ, non esset generatio simpliciter, sed solum secundum quid. Quæ sunt manifestè falsa. Vnde dicendũ est, quòd nulla alia forma substantialis est in homine, nisi sola anima intellectiua, et quod ipsa sicut virtute cõtinet animam sensitiuam & nutritiuam, ita uirtute continet omnes inferiores formas: & facit ipsa sola quicquid imperfectiores formæ in aliis faciunt. Et similiter est dicendum de anima sensitiua in brutis, & de nutritiua in plantis: & vniuersaliter de omnibus perfectioribus respectu imperfectarum.

AD primum ergo dicendum, quòd Arist. non dicit animam esse actum corporis tantũ, sed actum corporis physici organici potentia vitam habentis, & q̃ talis potentia nõ abijcit animam. Vnde manifestum est, quòd in eo cuius anima dicitur actus, etiã anima incladitur: eo modo loquendi, quo calor est actus calidi, & lumen est actus lucidi: non q̃ secundum sit lucidum sine luce, sed quia est lucidũ per lucẽ. Et similiter dicitur, quòd anima est actus corporis, &c. quia per animã, & est corpus, & est organicum, & est potentia vitam habens. Sed actus primus dicitur respectu actus secundi, qui est operatio. Talis enim potentia est non abijciens, id est non excludens animam.

AD secundum dicendũ, quòd anima non mouet corpus per esse suum, secundum quòd unitur corpori vt forma: sed per potentiam motiuam, cuius actus presupponit iam corpus effectum in actu per animam: vt sit anima secundum vim motiuam sit pars mouens, et corpus animatum sit pars mota.

AD tertium dicendum, quòd in materia considerantur diuersi gradus perfectionis: scilicet esse, viuere, sentire, & intelligere. Semper autem secundum superueniens priori, perfectius est. Forma ergo, quæ dat solum primum gradum perfectionis materiæ, est imperfectissima, sed forma, quæ dat primum, & secundum, & tertium, & sic deinceps, est perfectissima: & tamen materiæ immediata.

AD quartum dicendũ, quòd Auic. posuit formas substantiales elementorũ integras remanere in mixto: mixtionem autẽ fieri secundum quod contrariæ qualitates elementorum reducuntur ad medium. Sed hoc est impossibile. Quia diuersæ formæ elementorum non possunt esse nisi in diuersis partibus materiæ. Ad quarum diuersitatẽ oportet intelligi dimensiones, sine quibus materia diuisibilis esse non potest. Materia autem dimensionata subiecta nõ inuenitur nisi in corpore. Diuersa autẽ corpora non possunt esse in eodem loco. Vnde sequitur, quòd elementa sint in mixto distincta secundum situm. Et ita non erit vera mixtio, quæ est secundũ totum: sed mixtio ad sensum, quæ est secundũ minima iuxta se posita. Aua. autem posuit in 3. de cælo,* quòd forma elementorum propter sui imperfectionem sunt media inter formas accidentales, & substantiales. Et ideo recipiunt magis & minus. Et ideo remittuntur in mixtione: & ad medium redeuntur, & cõflatur ex eis vna forma. Sed hoc est etiam magis impossibile. Nam esse substantiale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit: & omnis additio & subtractio variat speciẽ, sicut in numeris: vt dicitur in 8. Metaph.* Vnde impossibile est, quòd forma substantialis quæcunque recipiat magis & minus. Nec minus est impossibile aliquid esse medium inter substantiam & accidens. Et ideo dicendum est secundum Philosophum in primo de generatione, q̃ quòd formæ elementorũ manent in mixto non actu, sed virtute. Manent enim qualitates propriæ elementorum, licet remissæ, in quibus est virtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mixtionis est propria dispositio ad formam substantialem corporis mixti, puta formam lapidis vel animæ cuiuscunque.

Li. 3. de cælo, tex. 67.

Li. 8. met. tex. 10. to. 2.

Tex. 16. videtur habere

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Ratio est. Quia si præter animam intellectiuam præexisteret alia forma, anima non daret esse simpliciter, nec esset forma substantialis, nec per aduẽtum animæ esset generatio simpliciter. Sed hæc omnia falsa sunt, ergo. Sequela autem patet ex differentia formæ substantialis, & accidentalis, & errorum quorũdam philosophorum, quos recensет Arist. 1. Physi.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa primam conclusionem articuli tertii. An sit vera, & qua certitudine sit tenenda. Videt quod non. 1. ad Galat. 5. dicitur; Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Ex quo desumitur argumẽtum. Ille appetitus carnis est in anima, sed in eadem anima non possunt esse appetitus contrarii, ergo vnus est appetitus animæ sensitiuæ, & alter animæ intellectiuæ. Confirmatur. Primæ ad Thessalonicens. 5. dicitur; vt integer spiritus vester & anima & corpus in aduentu Domini nostri Iesu Christi conseruetur; vbi Apostolus discernit inter spiritum & animam & corpus; sed corpus, verè distinguitur ab anima, ergo anima verè distinguitur ab spiritu. Sed nomine spiritus intelligitur anima intellectiua, ergo nomine animæ intelligitur anima intellectiua, ergo nomine animæ intelligitur anima alia sensitiua. ¶ Secundò. Anima intellectiua est indiuisibilis & incorruptibilis, & non educta de potentia materiæ sicut probatum est quæst. 75. arti. 2. & 6. Anima verò sensitiua est diuisibilis & educta de potentia materiæ, ergo sunt diuersæ. Confirmatur. Anima intellectiua cum sit indiuisibilis non potest simul animare plures partes, quæ in homine sint discontinuę; sed re vera homo habet plures discontinuas vt ossa, neruos, & sanguinem, &c. ergo sunt plures animæ. ¶ Tertiò. Si in homine non essent aliæ animę præter intellectiuam, sequeretur quòd homo non generaret hominem. Consequens est falsum & contra dictum Aristotelis 2. Physic. tex. 20. fol. & homo generant hominem, ergo, &c. Probatur sequela, homo non potest attingere animam intellectiuam, & aliunde non producit materiam, ergo si non sit anima sensitiua quæ generet non potest dici, quòd homo generat hominem. ¶ Quartò. Si in homine est una tantùm anima intellectiua ideo esset quia hęc anima in virtute continet sensitiuam & uegetatiuam, ut dixit D. Tho. in. 2. conclusione, sed hoc non sufficit, ergo. Probatur mi. Homo formaliter & per se est sensitiuus, & vegetatiuus, sed illa continentia virtualis non sufficit ad istam denominationem formalem, ergo. Probatur min. Sol continet virtualiter formas rerum inferiorum, sed ista continentia virtualis non sufficit, vt sol denominetur formaliter igneus vel aqueus, ergo similiter non sufficeret in homine. Præter hæc argumenta, sunt alia multa, quæ D. Thomam obiicit & soluit non solum in hoc articulo, sed etiam in quæstione de anima articu. 11. vbi soluit. 20.

IN hoc dubio sunt variæ sententię. Prima est hæresis Manichæorum, qui sicut refert D. August. in lib. de hæresibus capitu. 46. & in lib. 6. contra Faustum capi. 3. & in ii. de duabus animabus contra Manicheos capitu. 12. dicebant in hominẽ esse duas animas, vnam bonam & à bono Deo, alteram verò malam à carne progenitam, quare vna trahit hominem ad bonum, altera verò ad malũ. ¶ Secunda sententia est, quę ponit in homine tres animas essentialiter distinctas, videlicet, intellectiuam, sensitiuam & vegetatiuam. Hanc sententiam, sicut refert D. Thom. in hoc articulo docuit Plato, & videtur haberi lib. 6. de republica & Aristote. refert eandem sententiam in lib. 1. de anima tex. 90. & lib. 3. tex. 41. Præterea Auicenna lib. 6. naturalium, vbi agit diffuse de anima par. 5. cap. 7. affirmat aliquos philosophos posuisse plures animas in homine, & inter catholicos Ocham refe rente Gabri. in. 2. dist. 16. quæstione vnica articulo. 1. docuit in homine esse duas animas distinctas intellectiuam & sensitiuam. Ita docet quodlib. 2. quæstio. 10. & 11. Eandem sententiam docet Paulus Venetus in summa de anima quę. 5. ¶ Tertia sententia est, quam docet D. Thomas

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc articulo, quod in homine est tantū A vna anima intellectiua, quæ in virtute cōtinet vegetatiuam, & sensitiuam. Quam sententiam tenent communiter vniuersi Theologi in 2.distinct.16.& Alex.Alensis in 2.par.quæst.62.membr. 2. & Henricus quodlib.2.quæst.2.& 3.Scotus in 4. distin. 11.quæstio.3.art. 2. quanuis iste autor conatur infirmare rationes D. Thom. in hoc artic.Cui tamen respondent D. Caietan. & Ferr.in 2.contra gent.cap. 58. ostendentes efficaciam rationum D. Th. Ad huius dubij explicationem sit.

PRima conclusio.Sententia Manichæorum est manifesta hæresis contra fidē. Probatur primo ex definitione,quæ habetur in 8.Synodo generali actione. 10. can. 11.vbi dicitur. Apparet quosdam in tantā impietatem venisse.vt homines duas habere animas dogmatizent impudenter.Tales ergo impietatis inuentores & similia sentientes, cum vetus & nouum testamentū, omnesque Ecclesiæ patres vnam animam C rationalem habere hominem asseruerint, sancta & vniuersalis Synod⁹ anatematizat.

¶Secunda conclusio.Sententia T. Tho. & aliorum asserentium vnam tantum esse animam in homine, est maximè consona cum sacra scriptura,doctrina Conciliorum & sanctorum,& cum philosophia naturali.Prob.Primò ex illo testimonio Genes.2. Formauit igitur Deus hominē &c. Quod testimonium intelligendum esse de infusione animæ rationalis,iam supra ostendimus,vbi vnum tantum spiraculum de vna anima asseritur. Et confirmatur quoniam in sacra scriptura vbicunque fit mentio de anima hominis semper asseritur vna anima,& nunquam plures,sicut Ezec.18.Omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris ita & anima filij.& in Psalm.21. Erue à framea meam Deus animam meam,& de manu canis unicam meam.Secundò probatur quoniam in Concilijs insinuatur etiam valde hæc sententia.Nam in Concilio Lateranen E si sub Inn.3.c.1.asseritur hominem constare ex natura spūali & corporali.Et in Cōci. Viennensi,quod refertur in Clem.vnica de summa Trinit. asseritur verbum assumpsisse partes humanę naturæ sibi vnitas, videlicet,aīam & corpus. Tertiò probatur testimonijs sanctorū. D.Aug.lib.10.super Gen. ad literam.c.12.& lib. de qualitate animæ. c.33.docet expresse,ꝙ in homine vna anima rōnalis dat corpori,ꝙ sentiat, & ꝙ augeatur:quod etiā apertissime docet D. Damas.li.2.fid.Orthod.c.12.Et Greg.Nisse.li. de creatione hominis.c.15.docet ꝙ quāuis sint tres differentiæ,animæ sunt quidē tres vires, sed nemo existimat esse tres animas cum uera & perfecta vna sit anima. Quartò probatur ex Aristo.Nam in 2.de anima B tex.18.& tex.24.expresse tribuit animæ ꝙ sit principium vegetandi,sentiendi & intelligendi;& prius in lib. 1. de anima tex. 90. & sequentibus reprehendit opinionem illorum qui asserebant plures animas in homine. Quintò probatur ratione. Si anima intellectiua esset distincta à sensitiua, sequeretur, ꝙ anima intellectiua non esset forma corporis; consequens est falsum vt art.1.ostensum est ergo.Probatur sequela, quoniam si intellectiuum excludit vegetatiuum,& sensitiuum,non vnitur corpori secundum se.Sextò probatur.In morte Christi anima separata est à corpore, ergo vel anima sensitiua Christi mortua est vel nō, si demus primum sequitur,ꝙ mors Christi fuit causa corruptionis alicuius animæ in ipso, & ꝙ dimiserit aliquando id quod semel assumpsit,quæ duo sunt absurda.Si vero demus secundum, tunc vel illa anima sensitiua mansit cum corpore, atque adeo esset corpus viuum in sepulchro; vel separata est à corpore simul cum anima rōnali, D atque adeo etiam anima sensitiua est separabilis à corpore,& ex consequenti est immortalis, quæ duo sunt maximè absurda.

TErtia conclusio. Sententia Ocham & aliorum,qui ponūt plures aīas distinctas,in homine, quanuis non sit hæretica aut manifeste erronea, est tamen maximè temeraria. Prima pars conclusionis ex eo probatur,quoniam nullum est testimoniū sacræ scripturæ aut conciliorum, quo expresse condemnetur illa sententia.Nam definitio adducta ex 7.Synodo generali aut posita est contra Manichæos,aut contra asserētes duas aīas rōnales in homine, Alia vero testimonia conciliorum adducta in secūda conclusione solum probant ex professo hoīem cōponi ex aīa & corpore, sed ad-

hoc explicandum vtuntur sīa vera & con A sona doctrinæ sanctorum de vnitate aīæ in quolibet homine, nisi aliquis velit dicere, ꝙ nomine corporis acceperunt concilia totum illud, ꝙ est in homine præter animā intellectiuam.Secunda vero pars conclusionis, ꝓbatur ex locis sacræ scripturæ,& sanctorum,& rationibus adductis ad probandam secundam conclusionem,quibus conuincitur oppositam sententiam esse manifeste temerariam, nisi quis dicat illam esse adhuc grauiori censura dignam, videtur B enim periculosa in fide.

¶Ad argumenta in principio.Ad primū resp.Primò ꝙ sicut docet D.Aug.li.10.sup Gen.ad literam.c. 13. pp istam repugnantiam carnis & spūs Manichæi posuerant illas duas aīas,de quibus supra diximus.Qd tū nec locus Pauli nec argumentum probat,quoniam noīe carnis intelligit Apostolus appetitum sensitiuum, qui solet esse rebellis contra rōnem,iuxta illud ad Rom.7. Video aliam legem in membris meis repu C gnantē legi mentis meæ. Quod explicat egregie D. Aug.li.de nat.& gra.c.53. & sequentibus.Secundo respondetur, ꝙ aīa intellectiua quanuis sit vna, tamen propter suam maximam perfectionem continet diuersas potentias in diuersis subiectis partibus;habet et diuersos appetitus,quorum vnus tendit in bonum sensibile, alter vero in bonum uniuersale, & propterea contingit illos esse contrarios. Sicut.n. sol pp suā eminentiam sm ꝙ cōiungitur diuersis causis secundis,producit diuersos effectus,etiā cōtrarios:eodem modo aīa intellectiua sm ꝙ vtitur diuersis potentijs causat in homine actiones diuersas & et contrarias.Ad cōfirmationem resp. ꝙ pp hoc testimonium Didimus in 3.lib.de Spū sancto docuit esse duas aīas in hoīe, alteram ,intellectiuam, quæ ibi uocatur Spiritus sanctus; & alterā sensitiuam,quæ vocatur aīa:imo vero Ioānes Vvichleph erranit maximè in hac distinctione aīæ & Spūs sancti, constituens E in hoīe duas aīas, alteram incorruptibilē, quæ dī spūs; alteram vero incorruptibilē, quæ uocatur aīa.Contra quē disputat Thomas Vualdensis lib.1.Doctrinalis antiquæ fidei.c.32. Respondetur ergo ad argumentum.1.ꝙ in illo testimonio Pauli sicut placeret multis sanctorum patrum,noīe animæ intelligitur ipsa aīa intellectiua, noīe vero spūs intelligitur ipse spūs sanctus, & eius dona,quæ cōferat animæ. Ita docet Ireneus li.5.cōtra Valentinum,& D.Chrys. homil. 11.super illum locum, & D.Hier.in epist. ad Hediuiam.q.12.& D.Aug.li.de ecclesiasticis dogmatibus.c.20.Secundo respondetur cum D.Th.super eundem locum lectione.2.quòd in illo testimonio eadem aīa intellectiua vocatur spūs & vocatur.aīa. Nā sm operationes mentis,quæ non exercentur organo corporeo, vocat spūs; sm uero operationes sensualitatis vocatur aīa.Quæ doctrina est et explicatio D. Aug. in lib.de spiritu & anima.c.9.Et eandem explicationem prosequitur diffusè & optimè D. Greg. Nissenus li.de creatione hominis.c.8.¶Ad secundum argumentum respondetur,communi solutione,quam et D. Tho. insinuat in hoc art.ad primum,quòd anima sensitiua,quando assumitur ipsa per se,est diuisibilis & mortalis & educta de potentia materiæ.At uero quando identificatur cū aīa intellectiua,et ipsa est indiuisibilis, & immortalis & non educta de potentia materiæ;maximè vero quia quod attinet ad indiuisibilitatem animæ,etiam ipsa aīa sensitiua per se sumpta in quibusdam animalibus perfectis est indiuisibilis,vt ostēdemus in ar.8.Ad confirmationem respōdetur, ꝙ in anima hoīa & nerui non sunt contingua,sed potius continua,& propterea una D tantum aīa informantur. De qua re agēdū est ex professo,art.4.& 8.¶Ad tertium prima solutio est,quam adhibet Greg.Ariminensis in 2.dist.16.q.2.ad 6. contra secundam conclusionem,quòd homo dī genera re hominem propterea quòd attingit aīam sensitiuam, quæ præcedit vnionem animæ rationalis,& vlterius apponit dispositiones sufficientes ad introductionem animæ rationalis recedente illa anima sensitiua. Sed hæc solutio non placet discipulis D. Tho. Ratio est, quoniam cum illæ dispositiones E sint accidentia,generatio hominis terminaretur ad aliquid accidentale, & ex consequenti non esset actio substantialis, neque generatio.Secunda ergo solutio est,secūdū quam negat sequela, & ad probationē respondetur,quòd homo dī generare hoīem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non propterea, quòd producit aliquam ex A partibus ipsius hominis, sed propterea, ꝙ producit totum compositum, quòd est terminus generationis, ad quod generandum satis est, ꝙ generans attingat sua virtute vnionem animæ cum corpore; vel (vt alijs verbis dici solet) ꝙ attingat ipsam animá secundum, ꝙ est forma corporis, quamuis non attingat ipsam secundum suum proprium esse & propriam substantiã. Quam doctrinam bene explicat Ferrar. in 2. contgent cap. 79. circa quartam conclusionem, B & Sonzinas lib. 8 Meta. q. 13. in solutione ad primum, & in q. 14. per totam, & D. Caiet. multò melius explicat infrà. q. 117. circa solutionem ad 4. vbi & D. Tho. insinuat eandem solutionem. ¶ Occasione quarti argumenti. Circa secundam conclusionem D. Thom. in ar. 3.

DVbitatur secundò. Vtrùm anima rõnalis contineat in virtute sensitiuam & vegetatiuam? ¶ Pro intelligentia huius dubij notandum est primo, ꝙ aliud est loC qui de gradibus, qui ponũtur in recta linea prædicamentali, vt de sensitiuo, vegetatiuo & cæteris huiusmodi genericis gradibus. Aliud est loqui de animabus ipsis secundũ quas hæc genera constituuntur, eo ꝙ habeant diuersas essentias & proprietates.

¶ Secundò notandum est, ꝙ rem aliquã continere aliam (vt ad propositũ spectat) fiat tripliciter. Vno modo formaliter præcise. Sicut materia prima continet formam. Alio modo virtualiter, seu eminenter tantum, & non formaliter. Sicut lux solis continet eminenter omnes effectus inferiores. Hæc autem continentia eminentiæ seu virtualis est duplex. Alia cõtinentia causæ effectiuę, vt patet in exemplo posito. Alia causæ formalis, quomodo anima rationalis continet eminenter esse corporeum. Est autem differentia inter hanc duplicem cõtinentiam virtualem, ꝙ eminentia effectiua, cum sit operantis, debet esse secundum aliquam perfectionem, quæ formaliter in E continente existat, & per quam operetur. Sicut sol eminenter continet calorem tanquam in causa instrumentali in luce, quam formaliter habet in propria vero forma rã quam in causa principali. Continentia vero virtualis causæ formalis, eo ꝙ non est

productio alicuius effectus per actionem, non est necesse, ꝙ contineat suos effectus sub aliqua perfectione formaliter in ea existente, sed dicitur cõtinere illos eminenter per hoc, ꝙ secundum vltimam differentiã suam tribuat omnes effectus, quos alia forma minus perfecta tribueret, & alios etiã perfectiores, quod est in hac parte maximè notãdum. Tertiò modo dicitur aliquid aliud continere formaliter & eminenter simul. Sicut sapientia est in Deo formaliter & eminenter simul. Formaliter quidẽ quatenus sapientia secundum propriam rationem importat cognitionem per causam altissimam. Eminenter vero; quia diuina sapientia non continetur in genere qualitatis & habitus, sed est ipsum esse diuinum, & causa æquiuoca totius creatæ sapientiæ, & efficiens, & exemplar superioris ordinis. Vide quæ de hac re diximus suprà. q. 4. art. 2. dub. 3. not. 2. & ad 4.

¶ Prima conclusio. Sensitiuum (loquẽdo de generibus respectu vegetatiui & aliorum graduum ita ordinatorum) continet ipsos formaliter & essentialiter, ita ꝙ hæc est formalis & essentialis predicatio, sensitiuum est vegetatiuum. Probatur hoc. Nã ista est predicatio quidditatiua superioris de inferiori, ergo est prædicatio formalis & non accidentalis. Antecedens patet ex definitione prædicationis quidditatiuę. Secundo probatur. Nam genus predicatur de sibi inferioribus quidditatiue & formaliter, & D essentialiter: sed vegetatiuum est genus respectu eorum, quę participant vegetabilẽ vitam, cuiusmodi est sensitiuum, ergo. Sed hic est notandum, quòd si fiat sensus precisus etiam in concreto, sensitiuum vt sensitiuum est, non est vegetatiuum. De quo vide Caiet. 2. de anima. c. 8. dub. 2.

¶ Secunda conclusio. Anima sensitiua est eminẽter vegetatiua: & intellectiua est eminenter sensitiua. Hæc conclusio probatur. 1. ex D. Th. hic vbi dicit quòd eadẽ numero anima est in homine intellectiua & sensitiua & nutritiua, quę continet in sua virtute quicquid habet sensitiua brutorum & vegetatiua plantarum, ergo iam secundum D. Tho. est eminenter sensitiua & vegetatiua, quia potest dare effectus quos tribuit anima sensitiua & vegetatiua. Et in ar. 4. dicit,

4. dicitur & nulla alia forma substãtialis est A in homine, nisi sola intellectua; & quòd ipsa sicut virtute continet ãiam sensitiuã & nutritiuam, ita continet omnes formas inferiores sine compositione, & facit ipsa sola quidquid imperfectiores in alijs faciũt, & idem est dicendum de perfectionibus respectu imperfectarum, ergo continet illas animas eminenter & in virtute. Et probatur rõne ex his autoritatibus desumpta. Ita anima rõnalis continet sensitiuam, & vegetatiuam, sicut corpoream: sed continet B formam corpoream in virtute, & eminenter, ergo & sensitiuam & vegetatiuam. Ita continetur vegetatiua anima à sensitiua: quia omnis forma perfecta ita se habet respectu imperfectioris vt asserit D. Tho.

¶ Tertia cõclusio. Aïa intellectiua & sensitiua nõ sunt duæ aïæ, quę realiter sint idẽ, formaliter tñ distinguantur, sicut solẽt dici de albedine & similitudine, ꝙ sunt idẽ realiter, formaliter tamen distinguuntur. Idẽ dicio de sensitiua & vegetatiua. Quam con C clusionem ponimus cõtra quosdam asserẽtes, quòd aïa sensitiua, est eadẽ realiter cũ vegetatiua licèt nõ formaliter, quin potiùs dicũt, quod formaliter distinguuntur sicut albedo & similitudo, aut actio & passio. Probatur conclusio. Nam hoc posito sequerentur eadem inconuenientia, quę sequuntur positis pluribus animabus realiter tamquam res a re distinctis, vt patet discurrenti per singula. Nam aïæ posteriores non essent actus primi, siquidem supponunt aliũ D actum formaliter distinctum. Item vegetatiuum nõ affirmaretur de animali, nec sensitiuum de homine; quia conuenirent eis hęc prędicata per diuersas formas, quę formaliter distinguerẽtur; sicut neque esse ad aliud affirmatur de albedine, cum quã idẽtificatur similitudo: & etiã quia essent plura esse in eodem composito, & consequenter essent ens per accidens, nam ad quamlibet formam suum esse consequitur. De quarte vide quæ nos diximus. qõ. 10. super pri- E mum de generatione. ¶ Vltima conclusio. Anima sensitiua continet vegetatiuã non solùm eminenter, sed eminenter & formaliter simul, & hoc est quod voluit dicere Arist. & D. Th. vbi suprà. Idem dicimus de anima rationali, quòd continet eminenter & formaliter vegetatiuam & sensitiuam. Et quidem ꝙ contineat eminenter, patet ex. 2. conclusione. Et præterea, nam tunc aliqua forma aliam dicitur continere in virtute, & eminenter, quando ratione suæ essentiæ & differentiæ vltimæ potest in omnes effectus, in quos alia potest, & adhuc in magis, sed huiusmodi est anima vegetatiua respectu sensitiuæ, ergo. Maior patet, & est simile in sapientia, quam dicimus secundum mentem D. Tho. continere habitum principiorum & scientiæ, non ꝙ ex illis cõfletur, quia non datur habitus, qui non sit simplex qualitas: sed quia facit assentire principijs: quod est munus intellectus: & conclusionibus propter principia, quod est proprium scientiæ, & sic eminenter vtrunque continet. Minor probatur. Nam anima equi dat esse vegetabile, & est causa potentiarum & operationum vegetabilium ratione suæ vltimæ differentiæ, & adhuc facit sensitiuum, quod non facit anima vegetabilis, ergo continet eminenter & in virtute. Quod uero anima sensitiua sit formaliter vegetatiua & sensitiua probatur. Primo quia anima sensitiua secundum propriam rationem importat vegetatiuam, & intellectiua vegetatiuam & sensitiuam, ergo. Secundò. Anima sensitiua habet definitionẽ animæ vegetabilis, & intellectiua sensitiuę vegetabilis, ergo sunt formaliter tales. Probatur antecedens. Nam anima vegetabilis est, quæ facit rem vegetabilem: huiusmodi est sensibilis, ergo est formaliter vegetabilis. Tertiò Passiones rei non possunt reperiri absque rei essentia; sed in homine sunt passiones animæ vegetabilis & sensitiuæ, ergo & essentia; & cum sint in ea passiones formaliter, erit anima formaliter talis. ¶ Ex dictis in hoc dubio patet ad quartum argumentum præcedentis dubij. Respondetur enim negando minorem, & ad probationem respondetur, quòd est maximum discrimen inter animam intellectiuam, quæ uirtute continet formas inferiores & inter formam solis, quæ virtute connet formas rerum inferiorum, quia forma solis continet in virtute formas rerum inferiorum in genere causæ efficientis, propterea quòd habet virtutem ad producendas illas extra suas causas. Sicut etiam dicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimus q essentia diuina continet virtualiter & eminenter omnes creaturas, non autem continet forma solis alias res inferiores in genere causæ formalis, & ea ratione qua forma comparatur ad materiam, quã informat. Qua propter non potest dari Soli esse & denominationem rerum formaliter. Ac verò anima intellectiua continet in virtute sensitiuam & uegetatiuam nõ in genere causę efficientis sed in genere causę formalis, & per ordinẽ ad materiam, quam informat, & hac ratione in eodem genere causæ formalis præbet composito esse sensitiuum & vegetatiuũ. Quapropter D.Tho. in hoc arti. confirmauit hanc veritatem exemplo Aristo. in. 2. de anima tex. 31. q anima intellectiua continet virtute sensitiuam & vegetatiuam, sicut cõtinet quadrangulus triangulum. Certum est enim, q quadrangulus continet triangulum per modũ causæ formalis, videlicet, in ordine ad subiectum cuius est figura.

¶ Circa rationes arti. tertii & conclusionẽ artic. 2. solent hic ab interpretibus D. Tho. multæ & graues quæstiones de pluralitate formarũ in eodem composito disputari. Prima est; Vtrum præter animam intellectiuã sit ponenda in homine altera forma, quę dicitur corporeitas. Secunda vtrum in homine sint diuersæ formæ substantiales saltim partiales in diuersis partibus organicis. v.g. an in ossibus sit diuersa forma substantialis distincta ab ea quæ est in carne & sic de aliis partibus. Tertia est, vtrum sanguis & reliqui tres humores informentur anima rationali. Sed has omnes quæstiones & alias multas ad hanc disputationem pertinentes copiosissimè disputatas habemus in commentariis nostris super primum li. de Generatione & corruptione. cap. 4. q. 8. per sex articulos.

¶ Circa solutionem ad quartum articu. 4. solet etiam hic disputari quomodo elementa maneant in mixto. Cęterum hanc etiã quæstionem habes iam a me disputatam in eodem primo lib. capitu. 10. quæstio. 2. & 3.

ARTICLVS V.

¶ Vtrùm anima intellectiua conuenientes tali corpori vniatur.

AD QVINTVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd anima intellectiua inconuenienter tali corpori vniatur. Materia enim debet esse proportionata formæ. Sed anima intellectiua est forma incorruptibilis. Non ergo conuenienter vnitur corpori corruptibili.

¶ 2 Præterea. anima intellectiua est forma maximè immaterialis. Cuius signum est, quòd habet operationẽ, in qua nõ cõmunicat materia corporalis. Sed quanto corpus est subtilius, tanto minus habet de materia. Ergo anima debuerat subtilissimo corpori vniri, puta igni, & non corpori mixto & magis terrestri.

¶ 3 Præterea. Cum forma sit principium speciei, ab vna forma non prouenient diuersæ species. Sed anima intellectiua est vna forma. Ergo non debet vniri corpori, quod componitur ex partibus dissimilium specierum.

¶ 4 Præterea. Perfectioris formæ debet esse perfectius susceptibile. Sed anima intellectiua est perfectissima animarũ. Cùm igitur aliorum animaliũ corpora habeant naturaliter insita tegumenta, puta pilorum loco vestium, & vnguium loco calciamentorum: habeant etiam arma naturaliter sibi data, sicut vngues, dentes, & cornua: ergo videtur, q anima intellectiua non debuerit vniri corpori imperfecto tanquã talibus auxilijs priuato.

SED cõtra est, quod dicit Philosophus in 3. de Anima, * q anima est actus corporis Physici, organici, potentia vitam habentis.

RESPONDEO dicendum, quòd cùm forma nõ sit propter materiam, sed potius materia propter formam. ex forma oportet ratio nẽ accipere quare materia sit talis: & nõ è conuerso. Anima autem intellectiua sicut supra habitum est, * secundũ naturæ ordinem instmum gradũ in substantiis intellectualibus tenet: instantum, quòd nõ habet naturaliter sibi inditã notitiã veritatis, sicut angeli: sed oportet, quòd eam colligat ex rebus diuisibilibus per viam sensus: vt Diony. * dicit. 7. ca. de diuinis nomi. Natura autẽ nulli deest in necessarijs. Vnde oportuit, quòd anima intellectiua & non solum haberet virtutem intelligendi: sed etiam

etiam virtutem sentiendi. Alio autẽ sensus non sit sine corporeo instrumento. Oportuit igitur animã intellectiuam corpori vniri, q possit esse conueniens organum sensus. Omnes autem alij sensus fundantur supra tactũ. Ad organum autem tactus requiritur, q sit medium inter contraria, quæ sunt calidũ & frigidum, humidum & siccum, et similia, quorũ est tactus apprehensiuus. Sic enim est in potentia ad cõtraria, & potest ea sẽtire. Vnde quãto organum tactus fuerit magis reductũ ad æqualitatem complexionis: tanto perceptibilior erit tactus. Anima autẽ intellectiua habet completissimè virtutem sensitiuam: quia quod est inferioris, præexistit perfectius in superiori: vt dicit Dionysius in li. de diuinis nomi. Vnde oportuit corpus, cui vnitur anima intellectiua, esse corpus mixtũ inter omnia alia magis reductũ ad æqualitatem complexionis. Et propter hoc homo inter omnia animalia melioris est tactus. Et inter ipsos homines, qui sunt melioris tactus, sunt melioris intellectus. Cuius signũ est, q molles carne bene apti mẽte sunt, vt dicitur in secundo de Anima.

AD primum ergo dicendũ, q hanc obiectionem aliquis forte vellet euadere per hoc, quòd diceret corpus hominis ante peccatũ intur sufficiens. Quia corpus hominis ante peccatum immortale fuit non per naturam, sed per gratiã diuinę donum: alioquin immortalitas eius per peccatum sublata nõ esset, sicut nec immortalitas dæmonis. Et ideo aliter dicẽdum est, quòd in materia duplex conditio inuenitur. Vna, quæ eligitur ad hoc quòd sit conueniens formæ, alia, quæ ex necessitate consequitur priorem dispositionem. Sicut artifex formã ferream eligit materiam ferream aptã ad secandum data. Sed quòd dentes ferrei hebetari possint, & rubiginem cõtrahere, sequitur ex necessitate materiæ. Sic igitur et anima intellectiuę debetur corpus, quod sit æqualis complexionis. Ex hoc autẽ de necessitate materiæ sequitur quòd sit corruptibile. Si quis verò dicat, q Deus potuit hanc necessitatem vitare, dicendum est, q in constitutione rerum naturaliũ non consideratur quid Deus facere possit: sed quid natura rerũ cõueniat, vt Augu. * dicit. 2. super Genes. ad lite. Prouidit tamen Deus adhibendo remedium cõtra mortem per gratiæ donum.

AD secundum dicendum, quòd anima intellectiua non debetur corpus propter ipsum intellectualem operationem secundũ se, sed propter sensitiuam virtutem, quæ requirit organum æqualiter complexionatum. Et ideo oportuit animã intellectiuã tali corpori vniri, & nõ simplici elemento vel corpori mixto in quo excederet ignis secundum quantitatem: quia non posset esse æqualitas complexionis propter excedentem ignis altiuam virtutem. Habet autem hoc corpus æqualiter complexionatum quandam dignitatem, per hoc quod est remotum à contrarijs. In quo quadammodo assimilatur corpori cælesti.

AD tertium dicendum, q partes animalis, vt oculus, manus, caro, & os, & huiusmodi, nõ sunt in specie sed totum. Et ideo nõ potest dici proprie loquẽdo, quod sint diuersarũ specierum, sed quod sint diuersarũ dispositionum. Et hoc competit animæ intellectiuæ: quia quamuis sit vna secundum essentiam, tamẽ propter sui perfectionem est multiplex in virtute. Et ideo ad diuersas operationes indiget diuersis dispositionibus in partibus corporis cui vnitur. Et propter hoc videmus, q maior est diuersitas partiũ in animalibus perfectis, quàm in imperfectis, et in his quæ in plantis.

AD quartum dicendum, q anima intellectiua, quia est vniuersalium cõprehensiua, habet virtutem ad infinita. Et ideo nõ potuerunt sibi determinari à natura vel determinatę existimatione naturales, vel etiã determinata auxilia, vel defensionum vel tegumẽtorũ sicut alijs animalibus, quorũ anima habent apprehensionem & virtutẽ ad aliqua particularia determinata. Sed loco horum omnium homo habet naturaliter rationem & manus: quę sunt organa organorũ: quia per ea homo potest sibi preparare instrumenta infinitorum modorum, & ad infinitos effectus.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Corpus cui vnitur anima intellectiua oportet quòd sit mixtum & maximè ad æqualitatem reductum. Quale est nostrum. Rationem huius conclusionis colligit optimè Caiet.

COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo circa ea, quę corolariè infert D.Tho. poterant disputari duę quæstiones. Prima vtrum homo inter omnia animalia habeat meliorem tactum. Secunda, vtrum inter ipsos homines illi, qui sunt melioris tactus, sint etiam melioris intellectus. Sed has quæstiones commodiori loco disputabimus infrà. q.78. agentes de sensu tactus. ¶ Circa solutionem ad tertium poterat disputari. An omnes partes animalis informentur eadem anima, & quomodo differant inter se, an specie, an accidentaliter? sed hanc quæstionem iam disputauimus in lib.1.de generatione.c.4.q.8. arti.4. ¶ Circa solutionem ad quartum, quam iterum repetit D. Thom.infrà.quæst. 91. arti. 3.ad secundum. Nota quam inutiliter Plinius lib. 7. naturalis historię. c.1. deplorat hominis calamitatem, propterea quòd inermis productus sit à natura, quæ cæteris animalibus arma & indumenta à principio ortus illorum, quasi comproduxit. Est enim ratio D.Tho. hic ægregia. De qua re multa tractat Arist.li.4. de partibus animalium.c.16.& D.Grego.Nisſenus in li.de hominis opificio cap.7. & D.Chryſo.Homil. 11.ad populum.

ARTICLVS VI.

¶ Vtrùm anima intellectiua vniatur corpori mediantibus dispositionibus accidentalibus.

374 2.cõtra. c.71.Et veri.q.3 13.ar.4. corin.Et mal.q. 4.arti.4. corin.Et spiritu ar.3.& de anima ar.9. & ar.10.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q̃ anima intellectiua vniatur corpori mediantibus aliquibus dispositionibus accidentalibus. Omnis enim forma est in materia sibi propria & disposita. Sed dispositiones accidentales sunt quędam. Ergo oportet præintelligi accidentia aliqua in materia ante formam substantialem: & ita ante animam, cum anima sit quędam substantialis forma.

¶ 2 Præterea. Diuersę formę vnius speciei requirunt diuersas materię partes. Diuersę autem partes non possunt intelligi nisi secundum diuisionem dimensiuarum quantitatum. Ergo oportet intelligere dimensiones in materia, ante formas substantiales, quas sunt multę vnius speciei.

¶ 3 Præterea: Spirituale applicatur corporali per contactum virtutis. Virtus autem animæ est eius potentia. Ergo videtur, quòd anima vnitur corpori mediante potẽtia, quæ est quoddam accidens.

SED contra est, quòd accidens est posterius substantia & tempore, & ratione, vt dicitur in* 7. Meta. Non ergo forma accidentalis aliqua potest intelligi in materia ante animam, quę est forma substantialis. * Lib. 7. Meta. text. 20.

RESPONDEO dicendum, quod si anima vniretur corpori solũ vt motor, nihil prohiberet, imò magis necessarium esset esse aliquas dispositiones medias inter animã & corpus: potentiam scilicet ex parte animæ, per quam mouetur corpus, & aliquam habilitatem ex parte corporis, per quam corpus esset ab anima mobile. Sed si anima intellectiua vnitur corpori vt forma substantialis, sicut iam supra dictum est: * impossibile est, q̃ aliqua dispositio accidentalis cadat mediũ inter corpus & animam: vel inter quãcunque formã substantialem & materiam suam. Et huius ratio est: quia cum materia sit in potẽtia ad omnes actus ordine quodã, oportet q̃ id quod est primum simpliciter in actibus primò in materia intelligatur. Primum autẽ inter omnes actus est esse. Impossibile est ergo intelligere materiam prius esse calidam vel quantam, quam esse in actu. Esse autem in actu habet per formam substantialem, quæ facit esse simpliciter: vt iam dictum est. * Vnde impossibile est, quòd quæcunque dispositiones accidentales præexistant in materia ante formam substantialem, et per consequens neque ante animam.

AD primum ergo dicendum, quòd sicut ex prędictis * patet, forma perfectior virtute continet quicquid est inferiorum formarum. Et ideo vna & eadem existens perfectis materiam secundum diuersos perfectionis gradus. Vna enim & eadem forma est per essentiam, per quam homo est ens actu, & per quam est corpus, & per quam est viuum, & per quam est animal, & per quam est homo. Manifestũ est autem, quòd vnumquodque genus constituuntur propria accidentia. Sicut ergo materia præintelligitur perfecta secundum esse ante intellectum corporeitatis, et sic de aliis cæteris præ-

præintelliguntur prędicta accidentia, quæ sunt propria eius ante corporeitatem. Et sic præintelliguntur dispositiones in materia ante formam, nõ quantum ad omnem eius effectum, sed quantum ad posteriorem.

AD secundum dicendum, quòd dimensiones quantitatiuæ sunt accidentia cõsequentia corporeitatem, qua toti materię conuenit. Vnde materia iam intellecta sub corporeitate & dimensionibus, potest intelligi vt distincta in diuersas partes: vt sic accipiat diuersas formas secundũ vlteriores perfectionis gradus. Quamuis enim eadem forma sit secundum essentiam, quæ diuersos per fectionis gradus materię attribuit, vt dictum est: * tamen secundum considerationem rationis differt.

Artic.4. huius quæst.

AD tertium dicendum, q̃ substantia spiritualis, quæ vnitur corpori solum vt motor, vnitur ei per potentiam vel virtutẽ. Sed anima intellectiua corpori vnitur, vt forma per suam essentiam. Administrat tamen ipsum & mouet per suam potentiam & virtutem.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Impossibile est, quòd dispositiones accidentales præstantiales, & consequenter ante animam intellectiuam. Ratio. Materia est in potentia ad omnes actus ordine quodam, ita vt primum in actibus prius debet intelligi in materia, sed primum inter omnes actus est esse substantiale, quod tribuit forma substantialis, ergo ante illam impossibile, est q̃ in materia præexistant aliquæ dispositiones, aut aliud quod uis accidens.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo disputari solet illa grauis quæstio physica. An accidentia recipiantur immediatè in materia prima, an potius in toto composito? Cui appendet altera quæstio. an eadem accidentia maneant in genito & in corrupto? Nam D.Tho. expresse docet hic, impossibile esse quòd immediatè recipiantur in materia prima, ex quo cõsequitur impossibile esse, quòd eadem accidentia maneant in genito & in corrupto. Sed de his quæstionibus iã copiosè egimus lib.1.de generatione.c.4.quæ.9.arti.1.& 2. q.10.arti.1. De qua re lege etiam Son.8.Meta.q.9.& 15.& Caiet. de ente. & essentia.c. 7.q.87. ¶ Circa conclusionem autem & solutionem ad primum magna etiam quæstio se se offerebat de dispositionibus accidentalibus, quomodo præcedant formam substantialem in materia. Sed de hac re copiosè etiam egimus in eodem lib. & c. q. 10.ar.2.& videnda sunt etiam quę, D.Caie. doctissimè tractat in hoc art.& Ferr. diffusius & clarius in 2.contra gentes cap.71.& Sonzinus lib.8.Meta. q.17. circa solutionẽ ad primum argumentum principale. ¶ Circa solutionem ad secundum poterat etiam disputari de natura dimensionum, & an subiectentur in materia, an in composito? Cæterum hanc etiam quæstionem iam disputaui in eodem lib. & c. q.9. ar.3.

ARTICVLVS. VII.

¶ Vtrùm anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore.

ADSEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore. Dicit enim Aug. * 3.super Genesim ad literam, q̃ anima per lucem, id est, ignem & aerem, quæ sunt similiora spiritui, corpus administrat. Ignis autẽ & aer sunt corpora. Ergo anima vnitur corpori humano mediante aliquo corpore. Locis supra art. 6. inductis. * Lib. 3. super Gen.c.5 to. 3.

¶ 2 Præterea. Id, quo subtracto, soluitur vnio aliquorum vnitorum, videtur esse medium inter ea. Sed deficiente spiritu, anima à corpore separatur. Ergo spiritus, qui est quoddam corpus subtile medium est in vnione corporis & animæ.

¶ 3 Præterea. Ea, quę sunt multũ distantia, nõ iunguntur nisi per medium. Sed anima intellectiua distat à corpore: et quia est incorporea, & quia est incorruptibilis. Ergo videtur q̃ vniatur ei mediãte aliquo, quod sit corpus incorruptibile. Et hoc videtur esse aliqua lux cælestis quę cõciliat elementa, & redigit in vnũ. Li. 2. de anima, tex. 7. to. 2.

SED contra est, quod Philosophus dicit * 2. de anima, quòd non oportet quærere si vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum est anima & corpus: sicut neque cerā & figuram. Sed figura vnitur cerę nullo corpore mediante. Ergo & anima corpori.

RESPONDEO dicendum, quòd si anima secundū Platonicos corpori vniretur solū vt motor, conueniens esset dicere, q̄ inter animā hominis vel cuiuscunque animalis & corpus, aliqua alia corpora media interuenirent. Conuenit enim motori aliquid distans per media magis propinqua mouere. Si verò anima vnitur corpori vt forma, sicut dictum* est: impossibile est q̄ vniatur ei aliquo corpore mediante. Cuius ratio est, quia sic dicitur aliquid vnū quomodo & ens. Forma autē per seipsam facit rē esse in actu, cùm per essentiam suam sit actus, nec dat esse per aliquod medium. Vnde vnitas rei compositæ ex materia, & forma est per ipsam formam, quæ secundum seipsam vnitur materię, vt actus eius. Nec est aliquid aliud vniens nisi agens, quod facit materiā esse in actu, vt dicitur in* octauo Metaphysic. Vnde patet esse falsas opiniones eorū, qui posuerunt aliqua corpora esse media inter animā & corpus hominis. Quorū quidā Platonici dixerunt, q̄ anima intellectiua habet corpus incorruptibile sibi naturaliter vnitū, à quo nunquā separatur, & eo mediante vnitur corpori hominis corruptibili. Quidam verò dixerunt, q̄ vnitur corpori mediante spiritu corporeo. Alij verò dixerunt, quòd vnitur corpori mediante luce, quā dicunt esse corpus, & de natura quintæ essentiæ: ita quod anima vegetabilis vnitur corpori mediante luce cæli syderei, anima verò sensibilis mediante luce cæli chrystalini: anima verò intellectualis mediante luce cæli empyrei. Quod fictitiū & deuisibile apparet. Tū quia lux non est corpus. Tum quia quinta essentia non venit materialiter in compositionem corporis mixti: cùm sit inalterabilis, sed virtualiter tantum. Tum etiam, quia anima immediatè corpori vnitur vt forma materię.

Art. præcedenti, & ar. 2. huius quæst.

Lib. 8. Metaph. tex. 15. in fi. to. 3.

AD primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de anima tantum quantum mouet corpus. Vnde utitur uerbo administrationis. Et verū est, quòd partes grossiores corporis per subtiliores mouet. Et primum instrumentum virtutis motiuæ est spiritus, ut dicit Philosophus in libro de causa motus* animalium.

In li. de motu

AD secundum dicendum, quòd substratio ipsa in tantum deficit vnire animæ ad corpus, non quia sit medium, sed quia tollitur dispositio, per quam corpus est dispositū ad talem vnionem. Est tamen spiritus medium in mouendo, sicut primum instrumentum motus.

anim. 4. 6. non remouet à fin. 2. com. 4.

AD tertium dicendum, quòd anima distat à corpore plurimum, si vtriusque conditiones seorsum considerentur. Vnde si vtrumque ipsorum separatim esse haberet, oporteret q̄ multa media interuenirent. Sed inquantum anima est forma corporis, nō habet esse seorsum ab esse corporis: sed per suum esse corpori vnitur immediatè. Sic enim & quælibet forma, si consideretur vt actus, habet magnam distantiam à materia, qua est ens in potentia tantum.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Impossibile est animā intellectiuam vniri corpori mediante alio corpore. Ratio forma seipsa immediatè facit formaliter cōpositū ex se & materia ens in actu, ergo & vnum. Antecedens probatur, quia forma per essentiam suam est actus. Consequentia probatur, quia vnumquodque eodem modo est ens & vnum.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo notandum est, q̄ tota ratio in qua consistit veritas conclusionis D. Thom. est, quòd cum anima vniatur corpori immediatè tanquam forma materiæ, sicut probatum est in articulo. 1. & 6. impossibile est eam vniri corpori medio alio corpore. Qua propter quando D. Augustin. lib. 3. super Gene. ad literam. c. 5. dicit, q̄ anima administrat corpus per ignem & aerem, quæ sunt similiora spiritui, D. Tho. in solutione ad primum exponit, q̄ loquitur de anima non secundùm q̄ informat corpus, sed secundùm q̄ mouet. Ratio autem D. Thom. desumpta est ex Aristote. in. 2. de anima tex. 7. & habet fundamentum in his, quæ docet ipsemet Aristote. 8. Metaphy. capi. 6. text. 10. & 15. vbi explicat, quomodo ex materia & forma fiat vnum per se, cū ipsa duo sint; & 7. Met. cap. 12. vbi explicat quomodo ex genere & differentia fiat vnum per se. Et vtrobique respondet, quia vnum est ut actus, alterā vt

vt potentia, ex actu autem & potentia natum est fieri vnum per se. ¶ Circa illud autem exemplum quod adducit D. Thom. ex Aristo. in argumento sed contra ad manifestandam vnitatem, quæ resultat ex anima & corpore, nota quòd non tenet quo ad omnia. Nam certè ex cera & figura non fit vnum simpliciter, sicut neque ex accidente & subiecto eius; ex anima autem & corpore imo ex quacunque forma substantiali & subiecto eius fit vnum simpliciter, vt ex. 8. Meta. vbi suprà patet, quo loco omnes Metaphysici hanc veritatem resoluunt. Similitudo ergo stat in hoc, quòd sicut ex cera & figura fit vnum non per contractum aut ligamentum, sed per hoc quòd figura est forma ceræ, ita ex anima & corpore fit vnum non per contactum aut ligamentū, vt existimabant aliqui ex antiquis philosophis, sed per hoc quòd anima est forma corporis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtùm anima sit tota in qualiber parte corporis.

372 1. d. 8. q. 5. art. 3. Et 2. cō. c. 72. & L. 4. c. 67 fi. & de spiritu, art. 4. & de ani. art. 10. Et opu. 61. c. 47.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit tota in qualibet parte corporis. Dicit enim Philosophus in* lib. de causa motus animalium. Non opus est in quadam principio corporis existente alia motum per naturam. ¶ 2 Præterea. Anima est in corpore cuius est actus. Sed est actus corporis organici. Ergo non est nisi in corpore organico. Sed non qualibet pars corporis hominis est corpus organicum. Ergo anima non est in qualibet parte corporis tota. ¶ 3 Præterea. In* 2. de anima dicitur, q̄ sicut se habet pars animæ ad partem corporis, ita anima tota ad totum corpus animalis. Si igitur tota anima est in qualibet parte corporis, sequitur q̄ quælibet pars corporis sit anima. ¶ 4 Præterea omnes potentiæ animæ in ipsa essentia animæ fundantur. Si igitur anima tota est in qualibet parte corporis, sequitur q̄ omnes potentiæ animæ sint in qualibet corporis parte: & ita visus erit in aure, et auditus in oculo. Quod est inconueniens. ¶ 5 Præterea. Si in qualibet parte corporis esset tota anima, qualibet pars corporis immediatè dependeret ab anima. Non ergo vna pars dependeret ab alia, nec vna pars esset principalior quàm alia. Quod est manifestè falsum. Non ergo anima est in qualibet parte corporis tota.

SED contra est, quod Augustin. dicit in* sexto de Trin. q̄ anima in quocunque corpore, & in toto est tota, & in qualibet eius parte tota est.

Li. 6. de tri. ca. 6. to. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut in alijs ità dictum* est: si anima vniretur corpori solum vt motor, posset dici quòd non esset in qualibet parte corporis, sed in vna tā tū, per quam alias moueret. Sed quia anima vnitur corpori vt forma, necesse est q̄ sit in toto, & in qualibet parte corporis. Non.n. est forma corporis accidētalis, sed substantialis. Substantialis autem forma nō solum est perfectio totius, sed cuiuslibet partis. Cum n. totum consistat ex partibus, forma totius, quę non dat esse singulis partibus corporis, est forma, qua est compositio & ordo, sicut forma domus, & talis forma est accidētalis. Anima vero est forma substantialis. Vnde oportet, quod sit forma & actus non solùm totius sed cuiuslibet partis. Et ideo recedente anima, sicut non dicitur animal, et hō nisi equiuocè, quēadmodum et animal pictum vel lapideū, ita est de manu & oculo, aut carne & osse, vt Philosophus* dicit Cuius signum est quod nul la pars corporis habet proprium opus anima recedente: cùm tamen omne quod retinet speciem, retineat operationem speciei. Actus autem est in eo cuius est actus. Vnde oportet animam esse in toto corpore, & in qualibet eius parte. Et quod tota sit in qualibet parte eius, hinc considerari potest. Quia cùm totum sit quod diuiditur in partes secundum triplicem diuisionem, est triplex totalitas. Est.n. quoddam totū quod diuiditur in partes quantitatiuas, sicut tota linea, vel totum corpus. Est et quoddam totum, quod diuiditur in partes rationis & essentię: sicut diffinitum in partes diffinitionis, & cōpositum resoluitur in materiam & formam. Tertium autem totū est potentiale, q̄ diuiditur in partes virtutis: pri-

Li. 2. de ani tex. 9. to. 2.

Art. præce.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vius autem totalitatis modus non conuenit formis, nisi forte per accidens: et illis solis formis, quæ habent indifferentem habitudinem ad totum quantitatiuum & partes eius. Sicut albedo quantum est de sui ratione, æqualiter se habet, vt sit in tota superficie, & in qualibet superficiei parte. Et ideo diuisa superficie diuiditur albedo per accidens. Sed forma, quæ requirit diuersitatē in partibus, sicut est anima: & præcipuè animaliū perfectiorum, nō æqualiter se habet ad totum, et partes. Vnde non diuiditur per accidens, sed per diuisionē quantitatis. Sic ergo totalitas quantitatiua non potest attribui anima, nec per se nec per accidens. Sed totalitas secunda, quę attenditur secundum rationis & essentiæ perfectionem, propriè & per se conuenit formis. Similiter autem & totalitas virtutis: quia forma est operationis principium. Si ergo quæreretur de albedine, vtrum esset tota in tota superficie, & in qualibet eius parte distinguere oporteret, quia si fiat mentio de totalitate quātitatiua, quā habet albedo per accidens, non tota esset in qualibet parte superficiei. Et similiter dicendum est de totalitate virtutis. Magis n. potest mouere visum albedo, quæ est in tota superficie, q̄ albedo, quæ est in aliqua eius particula. Sed si fiat mentio de totalitate speciei & essentiæ, tota albedo est in qualibet superficiei parte. Sed quia anima totalitatē quātitatiuā non habet, nec per se, nec per accidens, vt dictum est, & sufficit dicere, q̄ anima tota est in qualibet parte corporis secundū totalitatē perfectionis & essentiæ, non autē secundum totalitatem virtutis: quia non secundum quamlibet suam potentiā est in qualibet parte corporis sed secundū visum in oculo, secundum auditum in aure, & sic de alijs. Tamen attendendum est, quod quia anima requirit diuersitatem in partibus, non eodē modo comparatur ad totum, & ad partes: sed ad totum quidem primò & per se, sicut ad proprium et proportionatum perfectibile: ad partes autem per posterius secundum quod partes habent ordinem ad totum.

In isto art.

AD primum ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de potentia motiua animæ.

AD secundum dicendum, quòd anima est actus corporis organici, sicut proportionati & primi perfectibilis.

AD tertium dicendum, quòd animal est quod componitur ex anima & corpore toto, quod est primum & proportionatū eius perfectibile. Sic autem anima non est in parte. Vnde nō oportet q̄ pars animalis sit animal.

AD quartum dicendum, q̄ potentiarum animæ quædam sunt in ea secundum quòd excedit totam corporis capacitatem, scilicet intellectus & voluntas. Vnde huiusmodi potentię in nulla parte corporis esse dicuntur. Aliæ vero potentię sunt communes animę & corpori. Vnde talium potentiarum non oportet quòd qualibet sit in quocunque est anima, sed solum in illa parte corporis, quæ est proportionata ad talis potentię operationem.

AD quintum dicendum, q̄ vna pars corporis dicitur esse principalior quàm alia, propter potentias diuersas, quarum sunt organa partes corporis. Quæ enim est principalioris potētiæ organum, est principalior pars corporis: vel quæ etiam eidem potentiæ principalius deseruit.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si anima vniretur corpori vt motor, posset dici quòd non est tota in qualibet parte corporis, sed in vna tantum parte, per quas moueret cæteras.

¶Secunda conclusio. Cum anima habeat ex natura sua, q̄ sit forma corporis, illa est in qualibet parte ipsius corporis.

¶Tertia conclusio. Anima intellectiua secundum virtutem nō est tota in qualibet parte corporis.

¶Quinta conclusio. Anima non eodem modo comparatur ad totū, & ad partes, sed ad totum comparatur primò & per se, tanquàm ad proprium & proportionatum perfectibile, ad partes verò per posterius secundum quòd habent ordinem ad totum.

COMMENTARIVM.

QVæstio huius articuli grauissima est, & multitudine opinionum prolixa, q̄ solet etiam proponi sub alijs verbis;

bis, scilicet, vtrum omnis anima in vniuersum sit extensa & diuisibilis? Sed vtriusque est idem sensus. Nam formam esse totam in qualibet parte, est non habere partes extensas & correspondentes partibus subiecti, qd est animam esse indiuisibilem, quia diuisio debet esse in partes. Vnde illud qd partibus caret non potest diuidi. Quare idē est quærere, An omnis anima sit tota in qualibet parte, & An omnis anima sit habens partes, & An omnis anima sit indiuisibilis. Circa quam quæstionem.

DVbitatur primo. Qua certitudine sit tenendum, quòd anima rationalis sit tota in toto, & tota in qualibet parte? Quoniā multi ex doctoribus scholasticis, qui affirmant tanquam certum illam esse totam in qualibet parte corporis, non docent hanc veritatem vllo modo pertinere ad fidem, quemadmodum D. Bonauentura in 1. dist. 8. part. 2. quæst. 3. & Albertus Magnus ead. d. art. 26. & Gabriel. in 2. d. 16. q. vnica ar. 3. dub. 4. imo & D. Thom. neque in hoc articulo, neque in altero alio loco affirmat hāc veritatem pertinere ad fidem, & quòd hæc sententia sit vera. Probatur primo. Quoniā neque in sacra scriptura, neque in concilijs, neque in traditionibus Ecclesiæ aliquando diffinitum est hoc pertinere ad fidem.

¶ Secundò. Non est de fide angelum esse indiuisibilem, ergo neque est de fide, quòd anima rationalis sit indiuisibilis. Probatur consequentia, quoniam secundum omnium sententiam in genere rerum spiritualium perfectiorem locum obtinet angelus, quam anima rationalis, vt probatum est etiam in q. 75. ar. 7.

¶ Tertiò. Quoniam D. Augustin. in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 11. & 12. expresse docet, quòd anima rationalis est corporea, ex quo apertè consequitur quòd est diuisibilis, ergo.

NIhilominus tamen Durandus in 3. distin. 8. quæst. 3. docet, quòd eadem fide, qua tenemus animam intellectiuam esse immortalem, eadem etiam tenendum est illam non esse diuisibilem & extensam, ac per consequens esse totam in qualibet parte corporis. Quam opinionem aliqui ex discipulis D. Thom. existimant esse magis probabilem, saltim vt ita pertineat ad fidem, vt oppositum sit erroneum. Et probatur primo. Quando manus hominis abscinditur; aut ibi erat tota anima, aut pars animę; si demus primum, iam habetur intentum, si vero dicamus secundum, sequitur quòd illa anima est corruptibilis & partibilis ad corruptionem & diuisionem corporis; consequens est contra fidem, ergo. Secundo probatur. Quemadmodum ostensum est in artic. 1. Conciliis plurimis definitum est de fide, quòd anima intellectiua est forma corporis humani, vbi absque dubio concilia intendunt definire illam esse formam totius corporis humani, sed si anima non esset in qualibet parte corporis, non esset forma totius corporis humani, ergo. Tertiò probatur. In precedenti artic. 3. definitum est esse maximè affine ad doctrinam fidei & Sanctorum, quod in homine est tantum vna anima, quæ est anima intellectiua, ergo illa anima informat quamlibet partem corporis, ergo cum sit idiuisibilis est tota in qualibet parte. Quarto probatur. Quoniam hæc veritas est communis doctrina omnium Sanctorum Ecclesiæ Di. August. in epist. 28. ad Hieronymum inter assertiones, quas vir catholicus debet habere exploratas de anima nostra assignat hanc, quod illa est tota in toto corpore & tota in qualibet parte illius. Eandem veritatem docet August. in lib. contra epistolam fundamenti capi. 16. & in libro de immortalitate animæ cap. 17. & D. Ambros. in lib. de conditione dignitatis humanæ capi. 2. & D. Chrysost. homi. 5. de incomprehensibili Dei natura docet, quòd quanuis difficilè percipiamus, quo pacto anima intellectiua sit in corpore, tamen sine ratione asseritur illam esse corpus aut esse extensam & non esse totam in qualibet parte. Denique D. Gregor. homilia decimaseptima super Ezechi. & Damascenus libro primo de fide orthodoxa cap. 17. tanquam rem certam docent hanc sententiam, quæ sententia videtur probabilis, quanuis aliis ex discipulis D. Thom. videatur, quòd his verbis tradita; Anima intellectiua est tota in toto & tota in qualibet parte, habeat tantam certitudinem, vt oppositum sit maximè temerarium, non autem quòd sit erroneum aut hæreticum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD primum vero argumentum respō- A
detur, quòd quanuis hæc veritas non
reperiatur expresse aut in sacra scriptura
aut in conciliis, tamen consequitur per bo-
nam consequentiam ex his, quæ in conci-
liis, definita sunt. Nam cum sit definitio
fidei, quòd anima intellectiua est immor-
talis & quòd sua natura est forma corpo-
ris humani, consequitur apertè, quòd il-
la est indiuisibilis & tota in qualibet par-
te corporis.

¶Ad secundum argumentum respon- B
deo negando consequentiam. Primo quo-
niam de angelis multi sanctorum opinati
sunt illos habere corpora sibi vnita, vt con
stat ex supra dictis. quæstione 51. articulo
primo. De anima vero intellectiua oppositum docent, vt probatum est quæstione 75.
articulo secundo. Quapropter non est ea-
dem ratio de angelo & de anima intellecti
ua. Secundò. Quoniam secundum fidem
anima intellectiua est forma corporis hu-
mani, quapropter consequenter dicendum C
est illam non esse corpus. Quæ ratio non
potest militare de angelo qui non est for-
ma corporis cum sit totum quid comple-
tum in sua specie, vt dixit Di. Thom. quæ-
stione lxxv. articu. 7.

¶Ad tertium potest primo responderi,
quòd illud testimonium nō habet tantam
vim, vt possit manifestè conuincere. Nam
sicut docet D. Thom. quodlibet 12. articu.
11. & est receptum à Theologis, liber ille
non est D. Augu. sed est Gennadij, qui non D
habet tantam autoritatem. Secundo respon
detur, quòd autor ille ibi intendit docere
animam intellectiuam esse corpoream in
eo sensu, quo illud vocamus corporeum,
quod pendet à corpore, vel dicit ordinem
ad corpus. Ait enim; Nihil est incorporeum
nisi Deus, corporeas autem ideirco credi-
mus intellectuales creaturas, quia localiter
circunscribuntur, sicut & anima humana,
quæ carne clauditur. Non autem accepit
corporeum pro eo, quod est extensum & di E
uisibile per quantitatem. Nam in hoc sensu
D. August. pluribus locis docet animam in-
tellectiuam non esse corpus sed spiritum,
quæ loca adduximꝰ sup. q. 75. ar. 1. & 2. & 6.

DVbitatur secundo. Vtrum sola anima
intellectiua sit indiuisibilis, & tota in
qualibet parte, an vero hoc etiam habeat
anima sensitiua in animalibus perfectis.

¶In hac difficultate sunt quatuor sen-
tentiæ, duæ extremæ, & duæ mediæ. Pri-
ma extrema asserit omnem animam etiā
humanam & intellectiuam esse corporeā,
& diuisibilem. Hæc fuit Cleantis, & Chry-
sipi. Ratio Cleantis erat, quia filij non so-
lum corpore similitudinem patrum refe-
runt, sed & anima, ergo illa genita est ex
patre, & sic corporea. Rursum, anima si-
mul cum corpore patitur, nam congaudet
& contristatur; est autem corporis compa
ti corpori. Chrysippus autem sic argumen-
tabatur. Mors est separatio animæ à cor-
pore, ergo prius dum viuebatur, se tange-
bant; sed corpora tantum se tangunt, er-
go anima est corpus. Hæc argumenta re-
fert ex istis philosophis Di. Gregor. Nisse-
nus libro 2. de anima capite 2. Hanc eam-
dem sententiam sequitur Hierardus quī-
dam, & vt multi putant Iandunus nō mul-
tum dissentit ab hac sententia. Sed certè
Iandunus diuersissima via procedit non so
lum secūdum fidem, sed etiam secundum
philosophiam. Nam impugnauit in hoc
Alexandrum tenentem, quòd anima intel-
lectiua est recepta in ipsa materia tāquam
forma dans esse, & defendit Commentato-
ris sententiam de vnione in ratione moto-
ris, iuxta quam seutentiam intellectiuum
principium erat res omnino immaterialis,
& indiuisibilis. Hoc habet expresse Iandu-
nus 3. de anima quæstione quinta. & 2. de
anima quæst. 7. tenens, quòd omnis anima
est diuisibilis, expresse asserit se non loqui
de anima intellectiua, quam dicit genus, al
terum esse animarum. Hanc etiam senten-
tiam Aristoteles attribuit Platoni. Nam li.
1. de ani. tex. 41. refert illū in Thymeo asse-
rentē numeros esse principia rerum, & ani-
mam ex natura vnitatis, dualitatis, ternarij
& quaternarij, & esse quandam magnitudi
nem. Sed certe sua Platonis, vt placet do-
ctissimis viris, nō est ad literā sed allegori-
cè intelligenda. Vnde S. Thom. super illum
tex. in princip. lectionis 8. inquit, q̄ plerun
que Aristote. dum reprobat opiniones Pla-
tonis non eas impugnat quantum ad sen-
sum à Platone intētum, sed quo ad sonum
verborum. Multi ex sanctis & Ecclesiæ do-
ctoribus

ctoribus dixerunt tam angelos, quàm ani- A
mam rationalem esse corporea, & diuisibi
lia, quos refert Sixtus Senensis lib. 5. Bi-
blioth. Sanctæ; Annotatione 8. de quibus
nos etiam egimus suprà quæstio. 50. artic.
1. & 2. Quidam Pomponatius li. 1. de nutri
tione ca. 11. putat secundum philosophiam
animam omnem diuisibilem esse, solaq;
fide tenet rationalem esse indiuisibilem.

HÆc sententia probatur primo. Vnum-
quodque recipitur ad modū recipien
tis, sed anima hominis etiam rationalis re- B
cipitur in materia & corpore quanto; ergo
omnis anima est quanta & extensa.

¶Secundò. Si anima humana esset in-
diuisibilis, & tota in qualibet parte corpo-
tis, sequitur quòd in qualibet parte sint
omnes eius potentiæ. Nam potentiæ in ip-
sa animæ essentia fundantur, ergo vbicun-
que reperitur tota essentia animæ, repe-
riuntur omnes eius potentiæ, hoc autem
est falsum. Nam tunc in aure esset potē-
tia visiua, & in potentia visiua esset audi- C
tiua. Confirmatur. Vbi est totum subie-
ctum, sunt accidentia, quæ subiectantur
in illo; sed intellectus subiectatur imme-
diatè in ipsa essentia animæ, ergo vbicun-
que est tota essentia animæ est intellectus,
ergo in pede & in manu est intellectus.

¶Tertiò. Si tota anima est in qualiber
parte corporis, sequitur quòd anima mo-
uetur simul motibus contrariis, quod est
impossibile. Probatur sequela. Quando
manus eleuatur, ascendit anima, quia mo- D
ta mouentur omnia, quæ sunt in manu, &
cum pes descendit, eadem ratione anima
descendit: sed contingit, quòd in eodem
instanti & manus eleuatur & pes deprimi-
tur, anima ergo talis hominis simul ascen-
dit & descendit, qui sunt motus contrarij.

¶Quartò. Quantitas nec vllum acci-
dens recipitur in materia prima; vt osten-
dimus in primo de generatione, sed in to-
to compositō ex materia & forma, ergo
effectus formalis quantitatis, qui est ex- E
tensio & diuisibilitas, vtrique parti de-
bet conuenire, ergo omnis forma sub-
stantialis corporis quanti est diuisibilis &
extensa.

SEcunda sententia est in alio extremo,
quæ asserit omnem animam esse indiui
sibilem etiam in animalibus imperfectis &
in plantis, quæ sententia videtur doctrina
Simplicij lib. 1. de anima text. 89. & lib. 2.
tex. 20. & placuit multis aliis autoribus, si-
cut refert Marsilius Ficinus lib. 1. de Theo-
logia Platonis c. 3. & li. 8. c. 1. & aliis etiam
ex recentioribus videtur sententia probabi
lis, & probatur. ¶Primo ex D. Augu. lib. de
immortalitate animæ capi. vltimo vbi di-
cit; quòd si vermis pungitur in cauda, se
totum mouet; quoniam anima, quæ est in
cauda, eadem est in toto corpore, atque B
adeo talis anima est indiuisibilis: & in dia-
logo de animæ quantitate vtitur alio argu
mento Species, quibus sensus cuiuscunque
animalis etiam imperfecti apprehendit,
sunt indiuisibiles, id autem quod apprehen
dit indiuisibile, necesario est indiuisibile.
Confirmatur. Nam certe si quælibet pars la
certæ habet suam formā ex passione vnius
partis, non necessario reliquæ partes con-
dolerent, sicut quando vna pars tabulæ ca-
lefit, non necessario reliquæ partes calefi-
unt. Videmus autem quòd si lacerta in ali-
qua parte pungitur, tota dolet & constrin-
gitur, ergo est signum, quòd anima eius to
ta est in qualibet parte.

¶Secundo. Si anima alicuius viuentis est
diuisibilis & extensa, sequitur q̄ dum par-
tes viuentis resoluuntur in nutritionem, et
pars animæ corrumpatur: & similiter quā-
do viuens augetur, q̄ cum parte materiæ
additur noua pars formæ & noua virtus o-
perativa; consequens autem est falsum;
qua tale augmentum esset per iuxta posi-
tionem sicut augmentum non viuentium.
Nam ignis ex eo non propriè augetur, quia
cum noua parte materiæ additur illa noua
pars formæ, & noua virtus activa, vt dici-
tur 1. Physi. quæst. 4. & ex eadem causa po-
test crescere in infinitum, ergo similiter
planta poterit augeri in infinitum, & sic nō
erit discrimen inter augmentum viuētium
& non viuentium. Confirmatur. Nam Ari-
sto. 1. de generat. capi. 5. docet, q̄ augmen-
tum viuentium fit secundum omnem par-
tem, sed quælibet pars manet eadem secun
dum formam & non secundum materiam,
ergo forma viuentis inuariata manet toto
tempore augmenti & per consequens non
est indiuisibilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertiò probatur eadem sententia quã A tum ad animalia imperfecta. Si in parte lacertæ abscisæ manet vera anima, sequitur quòd illa pars abscisa sit animal, quia animal nihil aliud est, quàm compositum ex materia & anima sensitiua, consequens est falsum, nam illa pars non est in aliqua specie animalis, ergo non est animal. Confirmatur. Nam ramus ex arbore abscisus vere est arbor, & habet potestatem, vt si plantetur, fiat perfecta, ex eo quòd habet animam viuentem, ergo si in parte lacertæ abscisa B manet anima, erit verum animal & poterit fieri animal p nutritionẽ & augmẽtationẽ.

¶ Quarto. Si quando diuiditur lacerta, in qualibet parte manet anima cum suo sẽsu & motu locali; sequitur quòd manet ẽt phantasia & imaginatiua; Consequens est falsum ergo & antecedens. Sequela patet. Nam sensatio potissima motus localis, sine phantasia & appetitu esse non potest, vt docet Aristoteles lib. 2. de anima text. 20. Minor autem probatur. Nam phantasia & ima C ginatiua sunt potentiæ, quæ determinant certum organum & situm in corpore animalis. v.g. in cerebro, ergo non manet in qualibet parte abscisa.

TErtia sententia, quæ habet quosdã ex antiquis, sed plures ex neotericis defensores, docet solam animam rationalem esse indiuisibilem & totam in qualiber parte corporis, loquendo de totalitate quantitatiua, de qua est precipua difficultas, vt postea explicabimus, cæteras vero omnes animas etiam animalium perfectorum esse ex D tensas & diuisibiles, ita ꝙ anima equi. v. g. est tota in qualibet parte corporis, sed non est tota in toto corpore & pars in parte, sicut forma plantæ, aut quælibet alia forma naturalis extenditur per subiectum. Quando autẽ pars corporis abscinditur ab equo, pars formæ, quæ ibi erat, destruitur, sicut tota forma, cum moritur equus, desinit esse, Ratio vero, quare in illa parte abscisa nõ cõmalium imperfectorum, non est quia forfernatur formæ pars sicut in partibus ani E ma sit indiuisibilis, hoc. n. (inquiunt (priuilegium est solius animæ rationalis, quæ sola est spiritualis & subsistens, & sola non educitur de potentia materiæ, & per consequens ipsa sola est indiuisibilis & inextensa: sed ratio est duplex. Prima, quia talis forma exigit ad sui conseruationem, certam quandam organizationem, & dispositionẽ maiorem, quàm formæ animalium imperfectorum, quæ dispositio propter sui perfectionem non potest reperiri in qualicunq; parte, & sic pars animæ non potest conseruari in qualicunque parte, dum diuiditur ab alijs partibus, quãuis esset in illa coniuncta cum toto. Secundam causam huius rei desumũt ex compositione ipsorum animalium perfectorũ, in quibus vires necessariæ ad vitam habent certos situs in corpore. V.g. in corde, aut in stomacho, quare in parte abscisa, cum careat huiusmodi viribus, non potest conseruari. At vero in lacerta & præcipuè in plantis vires prædictæ sunt distinctæ per totum corpus. v. g. id ꝙ se habet vt cor reperitur per totam plantã extensum, ideo facta diuisione plantæ anima eius conseruatur in qualibet parte, facta autem diuisione animalis perfecti non in qualiber parte cõseruatur pars animæ, quæ ibi erat. Hanc opinionem tenent in primis illi, qui citati sunt pro prima opinione. Nã qui existimant animam rationalem esse diuisibilem, multo magis id asserent de animabus brutorum. Item eam tenet Commẽtator. 8. physic. text. 68. Scotus in 4. Sententiarum distinct. 44. quæst. 1. artic. 1. Durã. 1. Senten. distin. 8. par. 2. quæst. 3. Ægydius eadem distinct. part. 2. quæst. 3. Iandunus lib. 2. de anima q. 7. Appolinaris q. 6. Marsi. lib. 1. de gener. q. 10. Albertus de Saxonia idem quæstio. 12. & huic sententiæ videntur fauere Capreo. 2. d. 15. q. 1. ad vltimum totius quæstionis, & pro ea faciunt argumẽta primæ opinionis, sed specialiter.

PRobatur primo. Formę animalium brutorũ sunt corporeæ & materiales, sed de ratione rei corporeæ est diuisibilitas in partes quantitatiuas, ergo. Nec sufficit dicere ad rationem formæ corporeæ satis esse, quòd dependeat à corpore in suo esse. Nam si accidens aliquod spirituale esset in corpore receptum dependeret quidem in suo esse à corpore naturaliter loquendo, & tamẽ non esset forma corporea sed spiritualis, ex hoc ꝙ esset indiuisibilis, ergo repugnat, ꝙ sit forma indiuisibilis, & ꝙ sit corporea. Certè de anima ītellectiua vix est intelligibile,

bile, quòd informet materiam & sit inex- A tensa, quãto magis erit id in intelligibile de tot formis sensitiuis & corporeis? Cõfirmatur. Nam si anima sensitiua in animalibus perfectis esset indiuisibilis & tota in qualibet parte; sequitur quòd illa esset independens à materia, & ex consequenti immaterialis & immortalis; consequens est absurdum, ergo. Probatur sequela, quoniam ex eo colligimus à posteriori, animam intellectiuam esse immaterialem & immortalẽ, quoniam est indiuisibilis. B

¶ Secundo. Omnis forma educta de potentia materiæ quantæ, est quanta & diuisibilis per accidens; sed omnis anima præter rationalem est huiusmodi, ergo. Minor ex 1. physi. constat. Maior probatur dupliciter. Primo quia forma, quæ in suo esse depẽdet à materia, quales sunt omnes formæ quæ educuntur de potentia illius, debet in omnibus habere conditiones illius, scilicet in extendi & in operari; quia esse est fundamentum omnium aliarũ perfectionũ, quæ C repertuntur in rebus, & per consequẽs quale fuerit esse, tales debent esse conditiones formæ. Secũdo probatur eadem maior. Nã si forma, quę educitur de potentia materię, est indiuisibilis & tota in qualibet parte, ergo tota forma educit de potẽtia materię, ꝙ in intelligibile videtur. Nã albedo nõ educitur tota de qualibet parte subiecti, sed tota de toto, & pars de parte, ergo idem erit in omnibus alijs formis, quæ educuntur de potentia materiæ & per consequens, ꝙ habere debent partes. D

¶ Tertiò. Forma, quæ educitur de potentia materiæ, conseruari non potest nisi cũ illa materia, de cuius potentia est educta, quia hoc est formam educi de potentia materiæ produci dependenter à materia in esse fieri & conseruari; sed si anima equi est indiuisibilis sequitur, quòd conseruetur ali quando sine materia, de cuius potentia educta est. Probatur sequela, nam demus, ꝙ in aliquo equo per cõtinuam nutritionem sit E deperdita tota materia, de qua eductus est, & paulatim alia sit addita, tunc manebit eadem anima, quæ fuit à principio sic indiuisibilis & inuariabilis, & tamen non conseruatur in eadem materia, de cuius potentia est educta, ergo non est indiuisibilis. Cõfirmatur. Nam eadem ratione accidens posset migrare de subiecto in subiectum, sicut anima equi de materia in materiam. Confirmatur secundo. Nam ex opposita sententia sequitur, quòd materia aduenies in nutritione equi nõ habeat maiorem cam salitatem respectu formæ equi, quàm materia hominis respectu animæ rationalis; quod est absurdum. Probatur sequela, quia materia addita equo in casu posito non est causa productionis formæ secundum se, B sed solum est causa vnionis & informationis, & hoc idem habet materia respectu formæ humanæ.

¶ Quartò. Omnis anima præter rationalem producitur per actionem indiuisibilẽ, scilicet, per generationem, quæ est mutatio corporea & extensa per subiectũ quantum, ergo omnis talis anima est diuisibilis. Probatur consequentia. Quia motus identificatur cum suo termino formali, ergo si motus est extensus & diuisibilis etiam C forma erit diuisibilis.

¶ Quinto. Si anima bruti est indiuisibilis, sequitur ꝙ nõ sit in loco circunscriptiuè sed solum definitiuè; consequens est falsum, quia iste modus existendi in loco est proprius rerum spiritualium, vt docet M. Soto 4. physi. q. 2. Sequela probatur. Nã nihil est in loco circunscriptiuè nisi illud, qđ habet partes quantitatiuas, ratione quarum commensuretur partibus loci, ergo si anima bruti non habet partes, non erit in D loco circunscriptiuè sed solum definitiuè.

¶ Sexto. Inter formas indiuisibiles quanto aliqua forma est perfectior, tãto maius corpus potest informare aut in maiori loco operari, vnde angeli superiores in maiori loco sibi adæquato esse possunt; sed in animalibus videmus oppositum contingere. Nam formę brutorũ imperfectiores sunt, quàm anima humana, & tamen informãt multo maiora corpora, vt patet in bobus, & elephantibus, ergo tales animæ non sunt E indiuisibiles, sed habent maiores partes illæ, quæ maiora corpora informant.

¶ Septimo. Experiẽtia constat partes abscisas ab animalibus perfectis per aliquod tempus moueri, vt patet in capite pulli gallinacei, imo Commen. 7. phy. tex. 4. refert se vidisse taurum sine capite ambulantem &

Universidad de Deusto
Biblioteca

refert et Galenum asserentē, q̄ pōt animal abscisō corde aliquantulum ambulare, sed illi motus absq; vita & anima fieri nō pūt, ergo in partibus illis manet pars anime, & per consequens animæ illorū sunt diuisibiles. ¶Vltimo. Ratio qua D.Th. probat animā in perfectis animalibus esse indiuisibilē, est debilis, ergo. Probatur antecedēs. Ratio D.Th. est, q̄m anima in animalibus pfectis diuerso modo se habet in ordine ad totum & in ordine ad singulas partes, ex quo colligitur q̄ sit tota in qualibet parte, sed hæc rō non conuincit, ergo. Probatur min. Q̄m pari ratione anima etiā in animalibus imperfectis esset indiuisibilis & tota in qualibet parte, consequens est expresse contra Arist. lib. 1. de ani. tex. 93. & 94. & lib. 2. c. 2. tex. 20. & contra D. Aug. in lib. de quan. ani. c. 31. & 32. ergo. Probatur sequela: q̄m etiā anima in animalibus imperfectis diuerso modo se habet in ordine ad totum & in ordine ad partes, vt constat.

A quimur de perfectione, & imperfectione animaliū in hoc sensu, scil. plura sunt animalia imperfecta, quæ decisa viuunt, & quorum animæ sunt indiuisibiles, vt apes & colubri, sed animalia imperfecta vocamus illa, quorum partes decisæ viuunt, vt sunt lacertæ, formicæ, &c. siue habeant motum localem siue non; perfecta verò, quorum partes separatę à toto viuere nequeūt, vt equi, leones. Neque omnia animalia, q̄ viuunt decisa, dicuntur insecta, nec ita vo-
B cantur, quia decisa viuunt, sed appellata sic sunt, à decisuris quibus habet membra quasi diuisa & articulata ad modum annulorum, propter quod etiam dicuntur annulosa, vt formicæ & vespæ, de quibus tractat Plin. toto lib. 11. naturalis historiæ & Arist. lib. 2. de anima tex. 20. vocat hæc animalia Entoma, idest, incisa, quia habent caput ad vnam partem, & ventrem ad aliam, tenui aliqua alligatione coniuncta. Et in lib. de iuuentute & senectute ponit horum exempla

Qvarta sīa media, docet q̄ animæ plā tarum & animaliū imperfectorum sunt diuisibiles & extensæ, atq; adeo talis anima non est tota in qualibet parte, anima vero intellectiua, & anima perfectorū animaliū est indiuisibilis & tota in qualibet parte. Hanc docet D.Th. hic & 2. cōtra gent. c. 72. & alibi sæpè, & eā explicant Caie. & Ferr. locis citatis. Quā prius docuerat Alex. in 2. de ani. c. 10. & eam sequūtur oēs Thomistæ. Idē tenet Albertus Magn. lib. 1. de ani. c. vlt. & lib. 2. c. 7. & D. Bonauent. in
D 1. Sententiarum. di. 18. Herueus in 3. di. 8. q. 4. & alij multi. Hæc sententia est vera, & à nobis tenenda, prius tamen quam eam explicemus & probemus, sunt aliqua fundamenta iacienda. ¶ Primum est q̄ animalia solent dupliciter appellari perfecta & imperfecta. Nam in vna acceptione illa solent vocari animalia perfecta, in quibus reperiuntur omnes vires tā exteriores quàm interiores, vt sunt illa quæ habent motum localem, nam motus processiuus sequitur apprehensionem sensuum interiorum: illa uero imperfecta dicuntur, quæ solum habent sensum tactus aut gustus, & aliquam imperfectam phantasiam, carentq; memoria & motu locali processiuo, vt sunt ostrea, & conchilia. Sed in præsenti non lo-
C in vespis & apibus, & addit q̄ multa non insecta possunt viuere diuisa, propter nutrimentum, idest, quia pars abscisa habet habitudinem in seipsa, vt nutriatur, quod in lumbricis terræ est manifestum.

¶ Secundum fundamentum est ex Diui Tho. hic, q̄ cum diuisio debeat esse in partes, & totum dicatur per habitudinem ad partes, secundum triplicem modum partium est triplex diuisibilitas & totalitas. Primum totum est, quod diuiditur in par-
D tes quantitatiuas, sicut tota superficies aut linea. Aliud est totum, quod diuiditur in suas partes essentiales, sicut definitū in partes suæ definitionis; siue physicas, vt quando compositum diuiditur in materiam & formam, siue logicas, vt quando speciē resoluimus in genus & differentiam. Tertiū totum est potentiale, quod diuiditur in partes virtutis siue in potentias operatiuas, vt cum animam rationalem distinguimus in
E intellectum & voluntatem, aut in vires superiores & inferiores.

¶ Tertium fundamentum est, magnam esse differentiam inter has totalitates in ordine ad formas. Nam totalitas quantitatiua seu diuisibilitas, vt constat ex Aristot. 5. metaph. tex. 18. per se primo, soli conuenit quantitati, quæ est ratio extensionis & di-

uisibilitatis, sed ratione quantitatis conue-
A nit per se secundo & tanquam propria passio cuicunque substantiæ corporeæ compositæ ex materia & forma; nam corpus taliter compositum, est id, quod dicitur ratione quantitatis. Formis autem nō conuenit hæc totalitas aut diuisibilitas nisi forte per accidens siue per aliud, quia diuiduntur ad diuisionem subiecti in quo sunt, sicut moueri non conuenit formis nisi per accidens ratione corporis mobilis in quo sunt. At vero totalitas essentialis propriè & per se cō-
B uenit ipsis formis, non q̄ forma realiter sit composita ex partibus essentialibus physicis, sicut dicimus q̄ humanitas est natura composita ex corpore & anima rationali, hoc enim falsum est in omni forma substātiali & accidentali. Nam albedo non est natura realiter composita ex partibus, nec anima est hoc modo composita, vt ostēdimus sup. quæst. 75. artī. 5. sed dicitur totalitas essentiæ & perfectionis conuenire formis duplici ratione, vt dicit Caietanus in fi. huius
C articuli. Primo quia habent partes definitionis non realiter sed ratione differentes, scilicet; genus & differentiam, vel aliquid ad modum generis aut differentiæ. Secundo. Quia totum idem est quod perfectum, vnde totalitas essentialis sumitur pro perfectione essentiali, & quia forma est perfectio essentialis cuiuslibet rei, ideo formæ attribuitur totalitas essentialis, & dicitur q̄ est totum quoddam essentiale, idest, ipsa
D perfectio essentialis vel prima ratio perfectionis. Tertia autem totalitas, scilicet, virtualis etiam conuenit per se formis, nā forma per se ipsam est operationis principium, & ita distinguuntur diuersæ formæ secundum diuersitatem operationum, quę ab ipsis procedūt. Hæc omnia possunt explificari in albedine, quæ est in tabula. Nam si quæreret aliquis; An illa albedo sit diuisibilis in partes, an vero sit tota in qualibet parte tabulę; distinguēdum est, si fiat
E sermo de tota albedo est in qualibet parte tabulæ, & ita diuisa tabula in qualibet parte manebit pars albedinis: & idem est respondendum de totalitate virtutis. Magis enim potest disgregare visum albedo, quæ est in tota superficie, quàm quæ est in aliqua eius particula. Si autem sermo fiat de totalitate essentiæ, albedo non est diuisibilis cum subiecto, sed tota est in tota & in qualibet parte; nam in qualibet particula saluatur tota integra essentia albedinis; & est verus color disgregatiuus visus. His positis est

¶ Prima conclusio. Loquendo de totalitate essentiæ nulla anima est diuisibilis cū corpore, sed est tota in toto corpore, & in qualibet eius parte. Duo exempla sunt, quibus hoc explicari potest. Alterum est Di.
B Aug. epistola fundamenti contra Manich. capite 16. vbi assimilat Deum esse in mundo animę existenti in corpore quantum ad hoc. Deus enim totus in mundo est, & totus in qualibet parte. ita vt quod hic est, sit id quod illic est; ita anima in corpore. Alterum exemplum est S. Thom. quæstione de anima art. 10. ad 18. vbi dicit, quòd sicut angelus est in tanto loco, vt non possit dici, pars est in hac parte, sed in qualibet est totus; ita anima est in corpore, differen-
C ter tamen, quòd neque angelus neq; Deus informant, at vero anima informat corp", in quo est. Hæc conclusio his exemplis illustrata sequitur ex dictis artic. 1. & 2. quæstione præcedentis, & artic. 1. & 2. vbi circa definitionem animę explicuimus, quòd omnis anima est actus corporis organici, &c. & ex dictis in articu. primo, & 2. huius quæstionis vbi de anima rationali probauimus ipsam esse actum corporis. Ex quibus manifeste sequitur, quòd anima sit in cor-
D pore, alias non posset illi dare esse formaliter, sequitur etiam, quòd anima sit in omnibus partibus corporis, nam omnibus partibus dat esse, vnde recedente anima ab animali, sicut non manet totum animal nisi æquinocè, vt cadauer hominis est homo æquinocè: ita neque manet oculus nisi æquinocè, vt docet Arist. 5. Physi. tex. 9. ergo anima dat esse non solum toti sed omnibus partibus. Item patet hoc, nam si anima est forma corporis organici, ergo informat
E diuersas corporis partes, organicum enim est illud, quod ex diuersis partibus, & instrumentis componitur. Quòd autem anima tota sit in qualibet parte corporis ex positis fundamentis liquidum est. Nam in qualibet parte reperit integra essentia animę, sicut de albedine dictum est, q̄ in qua-

libet

Universidad de Deusto
Biblioteca

libet parte ſuperficiei ſaluatur vera & intrinſeca ratio albedinis. Sed inter albedinem & animam eſt hoc diſcrimen valde notandũ, ꝙ albedo eſt forma non requirens diuerſitatem partium in ſubiecto, quod etiam habent omnes formæ purè naturales, & ideo æqualiter reſpicit albedo totum & partes, & eundem effectum formalem cauſat in toto & parte, vnde ſicut tota tabula per albedinem eſt alba, ita etiam quælibet pars quantumuis parua eſt alba. At vero anima & maximè ſenſitiua requirit diuerſitatem non modicam in corpore, cuius eſt actus, & ideo licèt tota eius eſſentia ſaluetur in toto animali & in qualibet eius parte, tamen non eodem modo comparatur ad totum & partes. Ad totum enim comparatur primo & per ſe tanquam ad proportionatum perfectibile; ad partes autem per poſterius ſecundum quod partes habent ordinem ad totum, vnde non tribuit eundem effectum formalem, nec eandem denominationem partibus & toti. Totum enim eſt animal ratione animæ, nulla autem pars ſiue coniuncta ſit cum toto, ſiue ſeparata ab illo, eſt animal. ¶Sed contra hanc concluſionem ſunt aliquot argumenta. Primum eſt. Totum dicitur in ordine ad partes, ergo ſi datur tota anima ſecundum eſſentiam, ergo habet partes ſecundũ eſſentiam, ſed hoc eſt falſum, quia anima, vt dictum eſt quæſtione præcedenti articu. 5. non componitur ex materia & forma, ergo. Reſpondetur dupliciter. Primo, quòd licèt anima non habeat partes phyſicas eſſentiales, habet tamen metaphyſicas, ſcilicet, genus & differentiam, vel aliquid quod habet vicem horum, & totum eſſentiale reſpectu harum partium eſſentialium dicitur. Secundo reſpondetur, quòd vt patet ex tertio fundamento, anima dicitur totaſecundum eſſentiam, quia eſt perfecta ſecundum eſſentiam. Nam totum & perfectum idem ſunt. Quod enim eſt totum, eo modo quo eſt totum, eſt perfectum, ſicut dicimus, totus Deus eſt in creatura, hoc eſt, Deus perfectus & ſecundum omnem ſuam eſſentiam.

¶Secundum argumentum eſt. Nam corpus, quod coniungitur ſecundum ſe totum manui, non poteſt ſecundum ſe totum contingi pedi, ergo ſi anima ſecundum ſe tota eſt in manu, non erit in pede. Reſpondetur, quòd argumentum concludit de coniunctione corporum, quæ circunſcriptiuè ſunt ibidem; non vero de actu corporis, qui in manu & in pede non eſt circunſcriptiuè, nec diffinitiuè, ſed in toto corpore eſt diffinitiuè.

¶Tertium eſt. Nam ſequitur, quòd animæ animalium imperfectorum non ſint in uiſibiles, quia illud, quod diuiditur, debet habere partem extra partem, ergo ſi ſunt tota in toto, & in qualibet parte, non erunt diuiſibiles, quia non habebunt partem extra partem. Reſpondetur, quòd ſicut albedo ẽt ſi eſſentialiter ſit tota in toto, & in qualibet parte, quia tamen totam quantitatem non habet in eadem parte, eſt diuiſibilis per accidens; ita animæ imperfectorum animalium, quia totam quantitatem quam ſortiuntur, non habent in eadem parte, licèt habeant eſſentiam; ſunt diuiſibiles, quia habent per accidens partem extra partem quantitatis.

SEcunda concluſio. Loquendo de totalitate virtutis nulla anima eſt indiuiſibilis, nec tota in qualibet parte, ſed habet proportionatam diuerſitate partium corporis etiam diuerſitatem operationum & potentiarum. Nam viſus non eſt in aure, neque auditus in oculo, ſed quælibet potentia eſt in organo ſibi proportionato. Hanc concluſionem quæ certiſſima eſt, quidam reuocant in dubiũ, vt refert Iandunus lib. 2. de anima quæſt. 7. quorum opinioni licèt ipſe non omnino aſſentiatur, dicit tamen in ea nullum eſſe inconueniens, ſed non eſſe ita communem & famoſam ſicut alteram. Et ſi arguatur contra illum, quòd actio videndi non poteſt eſſe in pede, ergo non eſt ibi potentia viſiua. Reſpondet negando conſequentiam, quia ratio, quare pes non videt, non eſt, quia nõ habet potentiam viſiuam, ſed quia nõ habet neceſſariam diſpoſitionem, & complexionem ad exercitium talis operationis, ſcilicet, quia in pede non eſt diaphanitas requiſita ad hoc quod obiectum imprimat in illo ſpecies viſibiles ſicut in oculo, in quo eſt illa diaphanitas. Etſi rurſus inſtes, quòd illa potentia erit fruſtra, cùm nunquam ſit reducenda ad actum, & per conſequens nõ eſt aſſerenda, quia natura nihil dat fruſtra.

Reſpon-

Reſpondet dupliciter. Primo, quòd non eſt fruſtrà illud, quod alicubi aptum eſt habere ſuam operationem, quamuis non ſemper illam habeat propter defectum materiæ, & ita potentia viſiua non eſt fruſtrà in pede. Nam cùm eadem numero ſit potentia viſiua, quæ eſt in oculo & in pede, ſicut eſt eadem anima, ſufficit quòd in oculo poſſit habere ſuam operationem. Quòd autem in pede non habeat, per accidens eſt ratione ſubiecti, quia in pede non reperitur debita diſpoſitio, vt explicuimus. Secundo reſpondet, quòd duplici de cauſa poteſt aliquid eſſe in aliquo; primo propter aliquem finem proprium, ſicut duricies in dentibus propter maſticationem, & calor in ſtomacho propter digeſtionem. Secũdo. Non propter aliquem finem proprium, ſed quia conſequitur aliud, quod habet ibi ſuum finem, ſicut piloſitates, quæ ſunt in aliquibus partibus corporis, non habent aliquem proprium finem, ſed ſunt ibi, quia conſequuntur humiditatem & complexionem talis partis, quæ complexio eſt ibi propter aliquem finem; & neutro iſtorum modorum res dicitur fruſtrà eſſe, & ſine cauſa. Potentia ergo viſiua, licèt non ſit in pede propter primã rationẽ, ſcilicet, propter operationem propriam, quam ibi habeat, eſt tamen propter ſecundam, ſcilicet, quia conſequitur neceſſario ad eſſentiam animæ, quæ eſt ibi propter aliquem finem, nempè ad ambulationem vel huiuſmodi. His reſponſionibus rẽ incredibilem conatur Iandunus aliquo modo facere credibilem. Nihilominus noſtra concluſio eſt D. Thom. & omnium philoſophorum, & probatur primo. Nam potentiæ animæ ex propria natura & eſſentia ſũt propter operationem, ergo non ſunt ponendæ, vbi nunquam poſſunt habere operationem, & ita Ariſtotel. docet lib. 4. de generatione animalium c. 1. poſt medium, ꝙ natura non dat alicui facultatem aliquid faciendi, niſi det inſtrumentum & alia requiſita, & quòd ſimul dat facultatem & organum, ſed manui v.g. natura non dedit inſtrumenta & alia requiſita ad videndum, ergo non eſt ibi potentia viſiua. Secũdo. Potentiæ iſtæ ſenſitiuæ aut vegetatiuæ, nõ ſubiectantur immediatè in eſſentia animæ, vt oſtendemus quæſtione ſequẽti, ſed ſubiectantur in corpore, ergo non ſunt niſi vbi poſſunt eſſe earum operationes. Probatur conſequentia. Nam potentia eſt eiuſdẽ ordinis cum ſua operatione, ergo requirit in ſubiecto eandem diſpoſitionem & complexionem, quam ipſa operatio: ergo ſolum ſunt in illa parte, in qua poteſt eſſe operatio. Confirmatur. Quia aliquæ ex prædictis potentijs non ſolùm ſunt elicitiuæ, ſed etiã paſſiuæ talium operationum: ergo in ſubiecto in quo eſt potentia debet eſſe ipſa operatio. Tertio. Intellectus & voluntas licèt ſint potentiæ conſequentes eſſentiam animæ, tamen non ſunt in aliqua parte corporis, vbi eſt anima: quia tales partes corporis ſunt incapaces operationum, quæ procedunt ab illis potentijs, ergo neque in pede poterit eſſe potentia viſiua, cum pes ſit incapax actionis videndi, quæ procedit ex tali potentia.

TErtia concluſio. Loquendo de totalitate quantitatiua anima rationalis nullo modo eſt diuiſibilis neque extenſa, nec conuenit illi huiuſmodi totalitas nec per ſe nec per accidens. Hæc concluſio eſt contra primam opinionem ſupra citatam, & colligitur ex dictis ſupra q. 75. art. 1. & 2. vbi declaratum eſt, quo modo anima intellectiua eſt ſubſiſtens, ſpiritualis & incorporea, ſed pro nunc ſupponatur vt certa non ſolùm ſecundum phyſicam ſed etiam ſecundum fidem. Qua enim fide tenemus, quòd anima eſt immortalis, tenẽdum videtur, quòd eſt ſpiritualis & incorporea. Vnde in 3 Synodo generali Lateranenſi definitur, quòd humana natura eſt compoſita ex ſpiritu & corpore, ergo anima ſpiritus eſt & per conſequens incorporea & indiuiſibilis. Habetur prædicta definitio in cap. firmiter de ſumma Trinitate & fide. Item Ioan. 4. ad Roma. 8. & Pſalm. 145. & alibi ſæpè vocatur anima noſtra ſpiritus. Præterea probatur ratiõe manifeſta. Si anima hominis eſt diuiſibilis & extẽſa per partes corporis humani, abſciſa manu, vel manet ibi pars animæ vel non. Quòd maneat dici nõ poteſt, quia tunc manus viueret, quod eſt manifeſte falſum: & præterea quia iam ex vno homine egrederentur & ſcinderentur plures animæ, ſi plures partes corporis diuidantur, quod eſt abſurdum. Si autem dicas, quòd in

parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte abscisa non manet pars animæ, quæ ibi erat, sequitur quòd anima humana sit corruptibilis, quod est contra fidem & veram philosophiam. Probatur sequela. Pars animæ, quæ erat in manu ante abscisionē, nullibi manet post abscisionem, ergo corrupta est. Consequentia patet, & probatur antecedens. Non manet in manu abscisa, neque potuit retrahi ad alias partes, quia talis regressio dicit motum localem qui formis non conuenit nisi per accidens ratione corporis; sed tunc nulla pars corporis retrahitur, ergo nec ipsa forma. Et hæc ratio sufficiat pro hac conclusione, quia rationes, quibus cōclusione quinta probabimus animas bruitorum & animalium perfectorum esse indiuisibiles, multo potiori iure conuincunt de anima humana.

AD argumenta primæ opinionis, quæ procedebant contra hanc conclusionē respondetur. Ad primum dico, quòd forma recepta debet habere modum recipientis & illi proportionari in his, quæ non repugnant propriæ naturæ; at vero diuisibilitas quantitatiua repugnat animæ rationali, & animalium perfectorum, quare non proportionatur in hoc subiectis suis. Quemad modum beatitudo quanuis recipiatur in subiecto mutabili & defectibili, immutabiliter est in ipso, quia ille modus defectibilitatis repugnat essentiæ summæ beatitudinis. Vel dicatur, quòd id quod recipitur accommodatur capacitati recipientis, sed nō est necesse quòd induat naturam aut proprietates recipientis, vt patet de aqua recepta in vase, & idem dicendum est de anima humana.

¶Ad secundum respondetur ex declaratione secundæ conclusionis, quòd potentiæ tam sensitiuæ quam vegetatiuæ licèt dimanent ab essentia animæ, non subiectantur in illa sed in corpore, in quo requiruntur certam dispositionem. Quare non sunt nisi in illa parte, in qua reperitur talis dispositio. Intellectus autem & voluntas sunt virtutes excedentes totam corporis capacitatem quare in nulla corporis parte sunt propriè loquēdo, sed solet intellectus specialiter attribui capiti, eo quod in cerebro sunt sensus interiores & phantasmata, quæ intellectioni deseruiunt. Ad confirmationem respondetur, negando minorem. Non enim vbicūq; est aliqd suppositum, sunt omnia, quę suppositantur in illo. Nam humanitas Christi est in verbo diuino & tamen non vbicunq; est verbum, est humanitas, nam aliàs humanitas esset vbicunque.

¶Ad tertium respondetur primo negando consequentiam, quia res sōlùm mouetur dum illud in quo est diffinitiuè mouetur secundum sē totum, non autem si moueatur secundum partes, vt patet in angelo, qui est in cęlo, qui non mutat locum, ex eo quòd partes cæli mutent locum; si autē totum cælum moueretur, angelus etiā moueretur ad motum cæli; ita anima humana non mouetur, nisi qñ mouetur hō totus, in quo est diffinitiue. Secundò respondetur cū D.Thom. de anima arti. 10. ad 12. quòd in his quæ non per se dicuntur moueri aut quiescere, sed ad motum vel quietem alterius, non est inconueniens aliquid simul moueri & quiescere, aut moueri motibus contrarijs; vt si quis in naui moueatur contra motum nauis, & cum sol mouetur ab oc cidente, mouens se motu proprio, & simul ab oriente in occidens ad raptum primæ spheræ. Hoc idem de anima dici potest. Cum moueatur per accidens. Vide quæ suprà diximus in hac quæst. dub. 1. ad tertiū argumentum.

¶Ad quartum respondetur, quòd quantitas in ipso supposito corporali recipitur ratione vtriusq; partis, scilicet materię & formæ, quatenus dat esse corporale. Ad hoc autem non est necesse, quòd forma sit quanta; sed sufficit, quòd virtualiter habeat id quod habent formæ quantæ, & contineat illa sicut tetragonum trigonum, & ita anima humana propter hanc cōtinentiam causat omne illud quod causat ac si vere esset corporalis & quanta.

QVarta conclusio. Non omnis anima est diuisibilis loquendo de diuisibilitate quantitatiua, sed solùm animæ plantarum & animalium imperfectorum sunt extensę & diuisibiles ad diuisionem subiecti. Hæc conclusio est contra secundā opinionem; sed est expressa Aristotelis in multis locis lib. v. de anima text. 93. & 94. de longitudine & breuitate vitæ capit. 7. de iuuentute capit. 1. & præcipuè lib. 2. de anima

ma tex. 20. vbi docet, quòd plantæ & insecta viuunt decisa, & q̄ anima eorū est actu & vna potentia plures partes. Nec illa solutio Simplicij placet, quod illæ partes decisę viuunt non actu, sed potētia proximā; quia ramus si plantetur, aptus est habere vitam. Nam cum ramus plantatur, statim attrahit alimentum ad se & in se conuertit, & alias huiusmodi operationes vitæ exercet, ergo actu habet vitam & animam. Præterea, nulla res potest se reducere ad vitam, quam amisit, nec est à quo ille ramus reducatur, ergo non amisit vitam; quam habebat. Nec etiam valet solutio Marsilij Ficini, & Gaietani Thyenensis, quòd diuisa planta corrumpitur forma, quę erat in tota plāta, & aliæ duæ formæ statim producuntur, sicut in continuo diuiso corrumpitur superficies continuans illas duas partes & duæ de nouo producuntur terminantes, quia talis pars diuisa habet sufficientem dispositionem, vt recipiat animam de nouo, ergo multo magis, vt conseruet priorem: maior enim dispositio requiritur ad productionem, quàm ad conseruationem rei. Præterea formæ succedentes in partibus diuisis essent eiusdem speciei cum ea forma, quæ est in tota arbore, ergo sicut hæc non potest introduci nisi in materia integra, ita nec illa, ergo si viuunt partes diuisæ viuūt per animam, quam habebant in toto, quæ diuisa est cum ipsis partibus. Certe incredibile videtur, quòd anima plantæ sit indiuisibilis & possit totam materiæ molem informare, quantam anima humana informare non potest, quæ est multo perfectior.

AD argumenta secundæ opinionis quę faciunt contra hanc conclusionem respondetur. Ad primum respondetur, quòd D.Augustin. in illo lib. de immortalitate animę cap. 16. nihil meminit de anima vermiculi, sed tantùm de anima rationali, de qua ibi ex professo definit, quòd est tota in qualibet parte corporis, & ad huius probationem adducit experientiam illam, q̄ quando vna pars hominis sentit dolorem etiam aliæ partes explicant sensum eiusdem doloris. In li. autem de quantitate animæ cap. 31. id expresse dicit, quòd anima vermiculi diuiditur & manet in parte abscisa. Quod autem si lacerta pungatur in cauda, totum animal sentit dolorem, inde prouenit, quòd ante diuisionem anima illa actu est vna, & continua in toto corpore, & propterea sentit dolorem cuiuscunque partis. Est enim in omni animali illa generalis compassio, quam docet Paul. 1. Corinth. 12. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. ¶Ad secundum respondetur, quòd vt satis à nobis explicatū est lib. 1. de generatione cap. 5. ad augmentum proprie dictum impertinens est, quòd addatur noua pars formæ vel non addatur, sed in hoc consistit, quòd viuens moueatur ad maiorem quantitatem, & ex coniunctione nutrimenti motus suscipiatur intus & virtute intrinseca distribuatur per omnes corporis partes, quod etiam in animalibus imperfectis & plantis inuenitur proprijssimè. Per istam autem internam distributionē nullo modo potest esse augmentum in infinitum, sicut quando aliqua augentur per extrinsecam materiæ appositionem, vt declaratur in 1. physicor. quæst. 4. ¶Ad tertium argumentum respōdetur: Primo, quòd anima animalium imperfectorum est diuisibilis in partes, quę actu separatæ manent, & illæ partes sunt simpliciter viuentia & animalia, & sūt simpliciter in specie viuentis & animalis. Nā sunt lacertæ, & anima quæ manet in illis partibus abscisis, est eiusdem rationis cum forma, quā antea partes illæ habebant in toto, & ita faciūt induiduum eiusdē speciei. Et hoc probatur, nam si illa anima non esset diuisibilis in partes eiusdem rationis, ita quòd non maneret forma eiusdem speciei cum forma totius, non diceretur illa anima diuisibilis, neque vna in actu, & multiplex in potentia quod est contra Arist. vbi suprà li. 2. de anima tex. 20. vbi ait, quòd anima impefectorum animalium est vna in actu & multiplex in potentia. Probatur sequela, quia non dicitur forma equi diuisibilis propterea quod quādo diuidit equus, manet materia cum forma specie diuersa à forma equi, ergo vt dicatur diuisibilis, debet habere diuisibilitatem sic quòd maneant partes eiusdem rationis cū toto. Secūdo, pbatur. Nā illud, in quod aliquid diuiditur diuisione quātitatiua tāquā in illud, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod erat in potentia totius, debebat habere antea idem esse cum toto, & post diuisionem distinctum esse à toto; sed si hæc forma viuentis est alterius rationis & speciei non poterat habere idem esse cum toto, sicut quando ex aqua fit ignis, ignis non habebat idem esse antea cum aqua, ergo ad hoc quòd antea haberet idem esse cum toto, deberent esse eiusdem speciei partes quę diuiduntur; sed vna anima animalium imperfectorum diuiditur in plures tanquam in illas, quæ erant antea in potentia totius, quia anima animalis imperfecti erat vna in actu, & multiplex in potentia, ergo sunt eiusdē speciei. Vltimo probatur. Nā ita anima diuiditur in plures animas, sicut aqua in plures aquas, sed plures aquæ diuisæ sunt eiusdē speciei: ergo & plures animę, & cum ista supposita sint eiusdem speciei habent omnino eandem essentiam & passiones, & ita in partibus istis diuisis manent omnes potentiæ, quæ erant in toto, quia manet aīa eiusdem rōnis, licèt nō maneant instrumenta eadem ad operationes, quæ ab illis potentijs procedunt, exequendas: quia hoc viuens non est ita perfectum, sicut viuens, quod ex primæua intētione naturæ fuit genitum; habet tamen aliqua instrumenta ad aliquas operationes exercendas, nā potest moueri motu locali, quòd sufficit vt dicatur viuens, & similiter habet sensum tactus, quod necessario comunicatur naturam animalis, & ita habet instrumenta requisita, vt sentiat per tactū. Quapropter sentiet durum & molle, & habebit similiter alias operationes, quę ex his necessario consequuntur. Cæterum quia nō est ita perfectum sicut totum, non habebit omnes, quas totum habet. Ex quo sequitur quòd non durabit per multum temporis, quia non habet instrumenta & dispositiones necessarias ad hoc. Vbi verò manet caput, ibi omnia manent instrumenta, quia in capite animalis vigent omnes sensus.

¶Secundo possumus dicere ad hoc argumentum, quòd omnes partes (vt dictum est) sunt eiusdem speciei inter se etiam diuisę, cum habeāt animam eiusdem rationis, potentias vero habent omnes partes diuisę easdem, quas habebant dum erant in toto, in seipsis. Itaq; caput manebit cum quinq; sensibus exterioribus, & cum interioribus omnibus quos antea habebat in toto, aliæ verò partes cū illis quas etiam habebant in toto; s. cū potentia mouēdi, sensu tactus, &c. Et probatur hoc. Nam sicut cum diuiditur albedo, vel calor, partes diuisæ manent cum proprietatibus & gradibus, quos illa pars albedinis habebat in toto, quia ad illas habet dispositiones. Et si dicatur, illę partes sunt eiusdem speciei cum toto, ergo habēt omnes passiones easdem. Respondetur, q̄ habent omnes passiones, quas potest habere illa pars materiæ & formæ, quæ diuiditur, & quas patiuntur dispositiones in illa parte existentes. Nec sequitur, quòd separetur passio à subiecto, nā hoc indiuiduum nūquam habuit alias passiones, quàm modo. Nec sequitur quòd differant specie, sed solùm sequitur, quòd vnum sit indiuiduū perfectius alio, & illud indiuiduum, quod prima intētione naturæ est productum, est magis perfectum, & habet omnes passiones: cęterum indiuiduū, quod fit non ex prima intentione naturæ sed per diuisionem & quod tendit via corruptionis, non est necesse esse ita perfectum. ¶Tertio respondetur, q̄ illæ partes non sunt eiusdem speciei propriè sed reductiuè. Nam non participāt rationē specificā eodē modo propter ex q̄ pars lacertæ. v.g. cauda habet formam imperfecto quodam modo, & intendentia ad corruptionem, & per modū transeuntis, sicut dicitur de embrione. Et eū dicitur, quòd est simpliciter in genere est simpliciter in specie. Respondet Caieta. in hoc articulo negando consequentiam, quia non oportet q̄ ea quæ sunt simpliciter in genere, sint simpliciter in specie, sed sat fuerit ea, quæ sunt in genere aliquo, esse in speciebus illius generis reductiuè. Cuius ratio est, nā natura generica nō potest reperiri nisi determinata ad speciē, quæ quidem determinatio potest esse & perfectè, & imperfectè, et si perfecte fuerit determinata erit in specie simpliciter, si imperfectè erit reductiuè & secū dū quid. Vel possumus dicere, quod simpliciter est in genere corporis, & simpliciter est in specie aliqua illius, licèt reducat ad speciē uiuētis & animalis, quia habet vitā imperfecto modo & per modū transeuntis. ¶Quartò poterat responderi, quòd sicut tī

tī solet dici q̄ embrio non est simpliciter nec quę in genere aliquo neq; in specie, idem etiam est dicendum de huiusmodi partibus quoniam habent esse imperfectū cuiuscunque generis, & cēsentur veluti partes respectu speciei & generis, quia non possunt determinari per vltimam differentiam perfectę. ¶Ad confirmationem respondetur, q̄ Iandunus q. 6. & alij tenent quòd anima in ramo durat plus temporis, quia minorem requirit perfectionem, quàm anima animalis, quæ cito recedit. Simplicius autē dicit, q̄ ibi non manet anima, sed quædā dispositio proxima ad animā. Respondetur tamen q̄ Aristo. lib. de iuuent. & senect. c. 1. mouet disputationem quæ tangitur hoc argumento, quare scilicet, pars arboris abscisā potest nutriri & conualescere & fieri arbor, imperfecti autem animalis pars non ita, & eā unsolutam reliquit. Huius tamen rationem reddit Alb. Magnus. 1. li. de anima tra. ult. c. vlti. & dicit, quòd nō cōtingit, quia in partibus animalium imperfectorum non reperiatur anima vera sicut in ramo abscisō, sed propter defectum partium officialiū, quæ requiruntur ad illud incrementum & longam durationem, quæ partes cùm in planta non requirantur ita perfectæ, possunt saluari in ramo. v.g. aliquid per modū oris, cordis, &c. In animalibus autem maior perfectio organorum requiritur ad diu conseruandam vitam, & ideo in parte abscisa non reperitur, imo & pars arboris adeo posset esse parua, & taliter diuisa, quòd etiam si plāteretur non creseat. v.g. si palmes diuidatur per medium à capite vsque deorsum non poterit diu conseruari, nec crescere, etiam si plantetur. Et de animalibus anullosis dicit ibi Albertus Magnus, quòd si in longum totaliter diuidantur, ita vt quilibet circulus secetur in duos semicirculos, in illis partibus nulla anima nec vita remanebit, quia circuli illi integri erant organa requisita ad motum & vitam.

¶Ad quartum respōdetur, quòd duplex est phantasia. Quædam perfecta, ad quam sequitur motus localis certus & determinatus, & hæc determinat sibi certum situm in corpore, & non in omnibus animalibus reperitur, nec in qualibet parte. Alia est imperfecta, quę per totum corpus extensa est, sicut tactus, & hæc sufficit ad aliquos motus vagos & incertos, reperiturque in quacunque parte animalis imperfecti, quæ mouetur talibus motibus vagis.

QVinta & vltima conclusio. Loquendo de eadem diuisibilitate quantitatiua, animæ animalium irrationalium perfectorum sunt indiuisibiles, & totę in toto, & totæ in qualibet parte sicut de aīa rationali dictū est. Hæc conclusio est contra tertiam opinionē, & probatur. Primo, quia est Aristotel. expressa in lib. de iuuēt. & senect. c. 1. vbi postquā dixit aīas plantarum & animlium imperfectorū esse diuisibiles & multiplices in potentia, subdit nō sic cōtingere in animalibus perfectis & probe cōstitutis, sed in istis animam esse vnā & simplicem quā maxmè fieri potest. Confirmatur. Ideo Aristot. in locis citatis imo & omnes philosophi probant, q̄ anima plāte est diuisibilis, qa pars eius decisa viuit, ergo ex eō tra sequit, q̄ aīæ illorum animaliū, quorū partes diuisę nō viuūt sunt inextensæ, quia sicut affirmatio est causa affirmationis, &c.

¶Secundo probatur ratione. Omnis perfectio & virtus extensa, quanto in maiori subiecto extenditur, tanto est maior virtus cæteris paribus, vt patet in calore, qui in quanto maiori quantitate extenditur, tanto plus in maiori distantia potest operari, sed in animalibus perfectis non est anima maioris virtutis, quanto in format maius subiectum, imo animalia magni corporis secundum rationem suæ speciei debiliora sunt, q̄ ea quæ sunt cōmensuratæ magnitudinis tāquā anima non sufficiente ad tantā molis magnitudinem, ergo talis anima nō est extensa. Cōfirmatur ex eo, quòd ait philosophus li. 3. de partibus animaliū. ca. 4. q̄ animalia habentia magnum cor sunt timidiora, quæ vero paruum cor audaciora.

¶Tertio. Partes formæ extensæ non pereunt per solam diuisionem à toto, imo quodamodo perficiuntur, quia fiūt quædā tota per se subsistentia; corrumpuntur autē per introductionem contrariæ formæ vt patet informis naturalibus, vt in igne, ergo si per solam diuisionē anima equi definit esse in illa parte, quæ secatur, non est forma diuisibilis. Nec instantia de minimo animali euacuat vim huius rationis, in quo partes for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

formæ extensæ pereunt per solam diuisionem. Nam certe hoc per accidens est. Forma enim ignis per se loquēdo apta est manere in partibus, eo quod est extensa & manet sæpe sæpius de facto, in tantis autem partibus per accidens est quòd nō maneat. At verò forma equi per se habet quòd non possit manere in partibus, cum in nullis cō seruetur per diuisionē, ergo non est extensa in illis. ¶ Quarto. Cuiuslibet animalis perfecti forma habet ex ratione propriæ speciei diuersam omnino habitudinem ad totum & ad partes, taliter quòd nulla pars potest esse primum perfectibile talis formæ, ergo ipsa forma est indiuisibilis, & per cōsequēs tota in toto, & tota in qualibet parte. Antecedens est manifestum, quia nulla pars talis animalis viuit separata, & sic nunquam potest esse primum perfectibile alteri formæ. Consequentia probatur. Nam si forma esset diuisibilis, & haberet diuersas partes quantitatiuas correspondentes diuersis partibus corporis, cum quælibet pars formæ quantitatiuæ respiciat totam eius essentiam, iam ipsa forma secūdum suam essentiam non haberet diuersam omnino habitudinem ad totum & ad partes, imò pars posset esse aliquo modo primum perfectibile talis formæ, postquàm habet partē formæ sibi proportionatam & adæquatā, vbi tota essentia reperitur. Certe mirum est, ꝙ detur pars formæ in equo proportionata soli pedi & eius dispositionibus, & ꝙ diuiso pede non maneat in illo, variatis omnibus dispositionibus pedis. Hæc ratio est D.Th. & Caiet. in hoc art. quam postea explicabimus in solutione ad vltimum argumentū in tertia sententia.

A D argumenta tertiæ sententiæ, quæ procedunt contra hanc conclusionem est respondendum. ¶ Ad primum respondetur ex Caieta. suprà quæst. 75. artic. 2. quòd corporeum dupliciter accipitur. Vno modo pro re extensa & diuisibili secundū triplam dimensionem; & sic non solum anima rationalis, sed etiam animæ animalium perfectorum non sunt corporeæ. Alio modo accipitur corporeum pro eo, quod est concluſum intra corporis perfectiones non excedens corporis facultates, sed dependēs ab illo in fieri & in esse; & sic sola ista ratio nalis est incorporea & immaterialis, reliquæ autem corporeæ & materiales. Cæterū in hoc sensu falsa est minor, ꝙ de ratione corporei sit diuisibilitas, sed solùm est de ratione rei corporeæ illa dependentia à materia. Ad replicam, nego accidens spirituale posse recipi in corpore immediatè, nā esset dependens in esse & fieri à corpore, cum accidens non sit subsistēs; & per consequens esset inclusum intra corporis perfectiones, & sic esset forma materialis, atque adeò esset materialis & immaterialis, quod est contradictio. Nec est incredibile tot formas sensitiuas esse indiuisibiles & incorporeas ad modum explicatum, imo est valde consonū philosophicis rationibus, vt probauimus in quinta cōclusione. Quid enim mirū, si supremum inter formas naturales, & immateriales (quem ordinē habent in vniuerso animæ, animalium perfectorum) attingat infimū supremi, ideſt, assimiletur animę rationali in aliqua conditione rerū immaterialium & spiritualiū, scilicet, in ille inextensione & indiuisibilitate. ¶ Ad cō firmationem respondetur negando consequentiam, quanuis enim eiusmodi anima sit indiuisibilis & inextensa, nihilominus tamen est dependens à materia in fieri & conseruari, propterea quod educta est de potētia illius, atq; adeo neque est immaterialis neque immortalis, sicut anima intellectiua, quæ, habet esse per creationem & non educitur de potentia materiæ, nec dependet ab illa in esse & conseruari, vt probatū est. in q. 75. art. 6. Verum est tamen, ꝙ anima perfectorum animaliū in hoc sensu est magis immaterialis & minus pendens à materia, quàm anima imperfectorū, ꝙ anima imperfectorū animaliū ita est immersa materiæ, quòd diuiso corpore diuiditur etiā ipsa anima; at vero anima perfectorū animalium nō est tā immersa materiæ, vt diuiso corpore diuidatur etiā anima, quin potiùs in parte abscisa iam non manet ista. Cæterum in hoc sensu est materialis & dependens à materia, quòd corrupto corpore cōrumpitur ēt ipsa anima. ¶ Ad secundū negatur maior & ad primā probationem negatur antecedens. Non enim est necesse, vt illud, quod depēdet à materia in suo esse, inducat omnes conditiones materiæ maximè

quando est perfectio, quæ habet operationes valde eleuatas supra naturam purè materialium, & quod multum accedit ad formas independentes à materia, qualis est forma cuiuslibet animalis perfecti. Ad secundam probationem negatur sequela. Nam, vt eleganter docet Durandus in 1. distinctione 8. parte 2. quæst. 3. nume. 11. ex hoc quod forma educitur de potentia materiæ, non sequitur ꝙ tota forma educatur de potentia materiæ aut pars de parte, aut de tota parte, cum forma educatur de potentia materiæ ante omnē quantitatem saltim ordine naturę, & præter quantitatē non fit in materia nec in forma totum, aut pars quantitatiua. Sicut ergo effectus producit ex actiua potentia agentis, non aūt est necessarium, ꝙ pars effectus correspondeat parti agentis, nec totus effectus ex qualibet parte agentis producatur, sed totus ex toto, maximè si effectus non haberet partes: sic forma equi educitur de potentia passiua materiæ, nulla habita ratione ad totalitatē quantitatiuā, aut partium correspondētiū, quia eductio formæ præcedit totalitatem quantitatiuam, & præterea quia talis forma nulla habet huiusmodi partes. Optime igitur (inquit Durandus) ꝙ prædicta probatio petit principium non probans, sed supponens extensionem formæ, quam probare debebat. ¶ Ad tertium argum. respondetur negando maiorem. Nā quemadmodū in effectibus, qui dependēt à causis suis efficientibus in fieri & conseruari, non est inconueniens, ꝙ idem numero effectus producatur ab vna causa, & cōseruetur ab alia numero distincta, sicut patet in lumine producto ab vna lucerna, quod potest conseruari, si alia loco prioris sine aliqua interruptione substituatur ista forma aliqua, q̄ educitur de potentia materiæ, & depēdet a materia in fieri & conseruari, non est necesse, vt semper sit in eadem numero materia absque aliqua variatione illius, sed potest conseruari in alia materia, quæ loco prioris per continuam nutritionem substituitur. Ad primam confirmationem respondetur, ꝙ illa non est variatio formæ de subiecto in subiectum, semper. n. manet idē supositum, imo tota materia, quę succedit, cēsetur vnum adæquatum susceptiuum talis formæ, quod etiam in accidentibus reperitur, nec eadem nūmero figura est, quantūuis varietur materia per nutritionem, & idem numero locus licèt plures pertranseant superficies in eadē distantia, migrare aūt de subiecto in subiectum taliter sicut si albedo Petri transiret ad Paulū, vel sicut dicebāt antiqui, si anima vnius hominis post mortem eius viuificaret corpus alterius. Quod quidem oīno est impossibile tam in substantialibus quàm accidentalibus formis, nam cum vnitas numerica formæ sumatur ex subiecti vnitate, sequeretur quòd illa forma esset eadem & non eadem. Ad secundā cōfirmationē negatur sequela. Nā anima humana non depēdet ab aliqua materia in conseruari, sed solùm quantum ad constituendum totum; at vero forma equi dependet à materia adueniente ēt quātum ad esse, quia separata ab illa nō permanet, nisi per nutritionem restauretur. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ generatio, per quā producitur forma equi, terminatur per accidēs ad ipsam formam, per se vero ad compositum. Satis est ad hoc, ꝙ actio sit extensa ꝙ compositum ipsum sit extensum, nam cū illo identificatur. Secundo respondetur, ꝙ generatio equi idētificatur cū forma equi, & ꝙ est inextensa sicut & ipsa forma, nec censetur inconueniens, quòd equus possit elicere actionem materialem inextensam, cum producat formam materialem inextensam. ¶ Ad quintum respondetur, quòd anima non est in loco per se sed per accidens ratione corporis, in corpore autem, quod informat, non est sicut in loco, sed tanquam in materia & subiecto dans illi esse, si autem anima equi comparetur ad locum in quo est ipse equus, dico ꝙ est in illo diffinitiuè & non circunscriptiuè, cum non habeat partes correspondentes partibus loci. Cum autem dī, quod esse in loco diffinitiuè est proprium rerum spiritualiū, intelligitur de rebus per se subsistentibus, inter quas solæ immateriales sunt in loco diffinitiuè, at vero si detur aliqua res dependens à corpore in suo esse, quæ non habeat partes quantitatiuas, etiam est in loco diffinitiuè, vt forma equi: quod etiam patet in puncto, qui est res materialis & habens positionem in continuo & dependens à corpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore in suo esse, & propter suam indiuisibilitatem non potest esse in loco circumscriptiuè, sed si aliquo modo est in loco est diffinitiuè. ¶Ad textum respondetur, ꝙ angeli sunt formæ subsistentes, & non vniuntur materiæ in ratione formæ sed solum in ratione motoris, secundū perfectionē essentialem habent ēt virtutem motiuā, & correspondet illis maior locus adæquatus in posse operari; at vero in formis, quæ vniūtur tanquā dantes esse, perfectio non cōsideratur, per hoc ꝙ informēt maiora vel minora corpora; sed per hoc ꝙ habeant elevatiores operationes. Cū ergo anima rōnalis vigeat intellectu, absolutè est perfectior cęteris animalibus. Sed quantum ad aliquas operationes sensitiuas, & quantum ad vitā vegetatiuā (ad cuius potentias ptinet magnū vel paruū nutrire) nō est inconueniēs, ꝙ excedatur ab aliis formis, quæ plus valeant in hac parte. Ratio ergo quare anima possit magnū corpus viuificare nō ad diuisibilitatē animæ sed nec ad absolutum pfectionis excessum, sed ad vigorē potentiarū partis vegetatiuæ reducenda est. ¶Ad septimū respondetur, ex Arist. de iuuentute & senectu. c. 1. vbi postquā dixit, ꝙ animæ animalium perfectorum sunt maxime simplices & indiuisibiles, subdit ꝙ partes abscissæ ab huiusmodi animalibus parum sensum faciunt, quia habent aliquā animalem passionē. Dico ergo ꝙ hmōi partes aliqualem motum ostendunt acsi haberent sensum, nō quia in eis remaneat substantialis vita aut aliqua pars animæ in actu, nam ēt in capite hominis, cuius anima in omniū opinione est indiuisibilis, apparet aliquando talis motus post subitā diuisionē, sed fit motus ille ab aliquibus spiritibus quasi vitalibus, qui breue tēpus in illa materia excitātur. Quamuis n. idem numero accidēs, quod erat in parte animalis dum viueret, non possit manere in illa iam demortua; tamen ex necessitate materiæ consequuntur ibi quædam dispositiones consimiles illis, quas antea habebat illā pars; maximè cum subito vita corrumpitur per cissimā abscissionem, quia agens introducens nouam formam non est tantæ virtutis vt tam cito possit omnes dispositiones contrarias penitus eradicare, & illos spiritus qui per modum cuiusdam impressionis cōsequuntur, vocat Arist. passiones animales. Ad dictum Commentatoris de tauro ambulante, respondetur primo, quod est figmētum. Secundo quod forte fuit aliquod dæmonis prestigium ad decipiendos Ethnicos illos, vel si vere fuit opus naturæ, dicendum est non ideo contigisse, quia anima illa diuidatur, & maneat in aliqua parte diuisa, sed ex quadam virtute, quæ in neruis manet cōsata (vt modo dicebamus) ab ipsa anima, & ex quibusdam spiritibus remanentibus ibi, quam doctrinam tradit Albertus Mag. in summa de homine quæst. 2. artic. 3.

¶Ad vltimum argumentum, vt respondeamus notandum est cum D. Caietan. in solutione ad primum dubiū, quòd triplex est genus formarum. Quædam sunt, quæ omnino indifferenter se habent ad totum, & ad partes, quemadmodum forma aquæ vel forma ignis secundum se indifferenter respicit totum & partem illius, propterea quòd potest operatio eius saluari in tanta quantitate & in parte illius. Aliæ vero formæ sunt in alio extremo, quæ omnino differenter se habent in ordine ad totum & ad partes illius, v.g. anima intellectiua, quæ sic introducitur in aliquod corpus, quòd nullo modo potest introduci in manū aut in pedem illius, & eodem pacto dicendum est de anima aliorum animalium perfectorum. Sed aliæ formæ sunt, quæ medio modo se habent, nam quodammodo differenter se habent ad totum, & ad partes, & quomodo indifferenter, v.g. anima lacertæ differenter respicit totum & diuersas partes. Nam quasdam operationes habet in vna parte corporis, quas non potest habere in aliis partibus: cæterum quodammodo indifferēter respicit omnes partes, propterea quod pōt conseruari in cauda, sicut conseruatur in capite. Vnde ratio Di. Tho. in hoc articulo consistit in hoc, ꝙ quia anima perfectorum animalium habet se omnino differenter in ordine ad totum & ad partes, ita quòd in vna parte potest conseruari, si abscindatur à toto; consequens est, ꝙ talis anima sit indiuisibilis & inextensa, atq; adeo sit tota in qualibet parte corporis, & sic est sat argumētum de anima imperfectorum animalium.

¶Sed

¶Sed contra hanc doctrinam, quæ est, Caiet. hic in explicatione rationis D. Tho. restat duplex difficultas. Prima est, quoniā Arist. in lib. de iuuentute & senectute cap. 1. expressè dicit, quòd alia multa animalia ab his, quæ vocantur insecta, etiam diuisa viuunt; sed hæc animalia quæ sunt alia ab insectis non possunt esse nisi perfecta, ergo etiam perfecta diuisa viuunt. Ad hoc facile respondetur, quòd Arist. in illo capitolum loquebatur de animalibus imperfectis, hæc autem sunt in duplici differentia; Quædam sunt, quæ vocantur insecta, vt sunt apes aut vespæ, &c. Aliæ verò sunt, quæ vocantur annulosæ, vt sunt lacertæ & angues, &c. Et de his animalibus annulosis dicit ibi Arist. ꝙ alia ab insectis diuisa viuunt. ¶Secunda difficultas est ex quibusdā recentioribus, quibus hæc doctrina nō placet, & cōtra eā arguunt. Primò. Quia ex ea solum colligitur animam perfectorum animalium non sic esse in materia, vt possit cōseruari in qualibet eius parte: cæterū nullo modo sequitur, ꝙ in illa materia non sit diuisibilis & extensa, quemadmodum in minimo naturali aqua forma substantialis est extensa: cæterum si fiat diuisio non potest manere in parte diuisa ex defectu quātitatis materiæ. Eodem pacto in animali perfecto forma est diuisibilis & extensa, quamus non possit conseruari in parte materiæ ex defectu quantitatis. Secundo arguunt, ꝙ ex ratione & doctrina D. Caietan. potius sequitur oppositum illius quod inté dit. Nam si forma elementi ita respicit totā materiam aliquam, ꝙ æquè primo respicit partem illius, ergo non solum erit in tota materia, sed & in qualibet parte materiæ erit tota, quoniā æquè primo respicit quamlibet partem: econtra vero illa forma, quæ non respicit æquè primò partem materiæ, non erit tota in qualibet parte corporis; cuius contrariū intendit D. Tho. & D. Caiet. ¶Sed istæ impugnationes sunt inefficaces, & procedunt ex praua intelligentia doctrinæ D. Tho. & D. Caietan. neq; latuerunt ipsum D. Caietan. vt patet legenti ea, quę dicet in responsione ad primum dubium. Quapropter ad primum argumentum respondetur, ꝙ sermo D. Tho. in præsenti est de forma quantùm est ex parte sua, & de toto & partibus secundum se & absolutè sumptis; non autem de tanto & tali toto, vel de tanta & tali parte. Constat n. ꝙ forma elementi secundum se indifferenter respicit tanquam primum perfectibile materiam bicubitalem aut cubitalem, quę sunt totum & pars. Quod autē in aliquo speciali toto, videlicet, in minimo naturali & in parte illius aliud contingat, illud est per accidens, ex eo ꝙ est tantum totum & tanta pars. Similiter in animalibus imperfectis anima illa secundum se considerata indifferenter respicit totum & partes, qm̄ abscisa saluatur in parte, quasi in quodam toto imperfecto & secundum quid. Anima vero perfectorū animaliū ita respicit ipsum totum tanquā primū perfectibile, ꝙ nullo modo respicit partes tanquam primū pfectibile, nec simpliciter nec secundū quid, sicut optimè notauit Caieta. & hac ratione dī anima perfectorū animaliū indiuisibilis & extensa, qm̄ neque ēt per accidens diuiditur ad diuisionē corporis, & ex consequenti pars abscisa nō viuit anima totius. Quæ doctrina adhuc probatur & explicatur hac ratione. Illa forma, quæ sua natura est diuisibilis, potest naturaliter conseruari in partibus diuisis; sed forma animalium perfectorum nunquam potest saluari in aliqua parte abscisa, vt supra probatum est, ergo signum euidens est, ꝙ non est diuisibilis ad diuisionem corporis, neque est extensa. Probatur maior. Quoniam natura nihil facit diuisibile, neque per se, neq; per accidens, nisi illud quod secundum se pōt conseruari in partibus diuisis, nisi per accidens aliud contingat, aliàs enim illa non esset diuisio sed corruptio. ¶Ad secundum argumentum respondetur, ꝙ ex illo fundamento optime colligit Caiet. quod intendit. Nam si forma ex natura sua, & secundum se æquè primò respicit totum & partes, cōsequitur euidenter ꝙ talis forma potest saluari non solùm in toto sed etiam in qualibet parte, si fiat diuisio, nisi per accidens aliud contingat & ex defectu quantitatis materiæ, vt in minimo naturali. Cum ergo forma non diuidātur per se, sed ad diuisionem subiecti, consequēs est illam esse diuisibilem, & extensam & non esse totam in qualibet parte, si loquamur de totalitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitatiua. Nam illa pars formæ, quę est A in vna parte diuisionis, non erat in altera parte, sicut patet quando diuiditur albedo ad diuisionē corporis, vel diuiditur aqua, vel lacerta, quamuis maneat tota forma secundum totalitatem essentiæ vt sup. diximus. Quod debuisset animaduertere isti autores & distinguere totalitatem essentiæ à totalitate quantitatiua, de qua loquebantur D. Thom. & Caie. Debuissent etiam aduertere, quòd D. Augu. in lib. de immortalitate animæ c.16. expresse assignat discri- B men inter animā, quæ est tota in qualibet parte, & albedinem, siue candorem, quòd albedo quæ est in vna parte non est in altera, cum tamen anima, quæ est in vna parte, sit in altera, & indè colligit albedinē esse diuisibilem, animam vero esse indiuisibilem, & in lib. de quantitate animæ capite 31. expresse docet de lacerta, quod eius anima est diuisibilis & propterea manet in parte abscisa.

DVbitatur tertio. Vtrum anima intellectiua ita sit tota in qualibet parte corporis, vt etiam sit in capillis, & in vngu- C ibus. ¶In hoc dubio non quærimus de aliis partibus, quę sunt præcipuę in homine, vt sunt caro & ossa, &c. de hoc enim iam egimus libro 1. de generatione & corruptione cap. 4. quæst. 8. arti. 4. sed tantum de capillis, & vnguibus propter quosdam exiunctoribus, qui existimant hæc non informari in homine anima rationali, sed alia quadam anima vegetatiua, quæ realiter distinguitur à ra- D tionali. De qua re, etiam (licèt breuiter) ibidem egimus conclusione 3. Horum autem autorum sententia probatur. ¶Primò. Capilli, si abscindantur vel radantur, retinent eandem formam & idem esse & eadem accidentia, sicut antea, ergo informabantur alia forma, quàm amma rationali. Consequentia est manifesta, & antecedens probatur experientia ad sensum, quoniam videmus capillos abscisos conseruare eundem colorem & eandem figuram. Cōfirmatur. E Experientia cōstat in homine mortuo manere capillos sicut antea, imo vero crescere multo amplius quam antea, quod Aristot. docuit libro tertio, de historia animalium capit. vndecimo, ergo habebant in homine aliam animam, &c.

¶Secundo. Illud, quod augetur ab intrinseco & ab anima, augetur secundum omnē dimensionem, & secundum omnes differētias positionis, vt colligitur ex Aristo. 1. de generatione capi. 5. & 2. de anima capit. 2. tex. 14. Sed capilli in homine non augentur nisi secundum longitudinem, quæ est vna dimensio, ergo non augentur ab anima, & ex consequenti neque informantur illa.

¶Tertiò. In capillis, quando abscinduntur, nullus est dolor, vt experientia constat, ergo non informantur anima rationali. Probatur consequentia, quoniam omnes aliæ partes, quæ informantur anima rationali, sentiunt dolorem. Confirmatur. Anima rationalis informat partes corporis organicas secundum diffinitionem Aristo. 2. de anima cap. 2. quòd anima est actus corporis organici, &c. sed in capillis nulla est diuersitas partium organicarum, ergo non informantur.

¶ Quarto. Si capilli informarentur anima rationali, sequeretur, quòd in Christo erant vniti hypostaticè verbo diuino, consequens est falsum, ergo. Probatur minor. Quoniam aliàs quando per abscisionem separabantur capilli à Christo semper manerent vniti verbo, nam quod semel Christus assumpsit nunquam dimisit: hoc autem est maximum inconueniens, ergo, &c.

¶ Nihilominus tamen contra hos autores est conclusio. Capilli & vngues in homine informantur anima rationali. Quā sententiam expresse docet Diuus Thomas supra quæstione 27. arti. secundo. vbi dicit, q̄ capillus quamuis viuat & procedat à principio viuenti coniuncto tamen non habet rationem geniti vel filij. Et in 4. distinct. 44. quæst. 1. art. 2. quæs. 3. in solutione ad 3. expresse dicit, quòd capilli & vngues augentur & crescunt & informantur anima rationali secundum q̄ est vegetatiua, quamuis non sentiant. Cui sententiæ consentit Albertus Magnus cad. dist. art. 10. & D. Bonaventura arti. 1. quæst. 1. ambo in solutionibus argumentorum. Probatur præterea ratione. Primò. Quoniam Arist. in 1. de anim. tex. 79. dicit, quòd ossa capilli & nerui sunt partes animalis, quæ non sentiunt, de quibus tamen nunquam dixit, quòd non vinc rent. Et in 2. de anima text. 14. & 49. dicit, quòd

quòd quæcunque nutriuntur, & augentur, A & aluntur, animantur anima vegetatiua & viuunt, sed in homine vna tantum est aīa, quæ præbet esse corporeum, & vegetatiuū & sensitiuum & intellectiuum, vt probatū est in arti. 3. & 4. ergo eadem anima informatur capilli & vngues & ab illa accipiūt vitam vegetatiuam. Secundo probatur ex D. Augustin. in lib. de vera religione cap. 55. vbi tanquam rem notissimam docet, quòd capilli, & ossa viuunt in homine, quamuis sine sensu præscindantur. Et D. Grego. Nis- B senus in homilia decimaquinta. super Cantica docet etiam capillos esse partem humani corporis, carere tamen sensu, sed ut iam diximus una tantum anima informat omnes partes corporis, ergo. Tertio probatur ratione physica. Capilli in homine dicuntur nasci & generari, sed hoc est proprium viuentium, ergo viuunt eadem vita hominis. Confirmatur. Capilli augentur & crescūt ab intrinseco & ab ipsa radice, quēadmodum Arist. diffuse ostendit in 3. li. de C historia animal. ca. 11. & 12. ergo viuunt in homine. Probatur consequentia, quoniam secundum doctrinam Arist. lib. 1. de gener. c. 5. in hoc distinguitur augmentatio viuentium & non viuentium, quòd viuentia augentur ab intrinseco virtute animæ, nō viuentia vero ab extrinseco & per iuxta positionem. ¶Sed ante solutionem argumētorū notandū est, q̄ quamuis in hoīe vna tantū anima intellectiua det esse vegetatiuum & sensitiuū & intellectiuum, vt ostensum D est art. 3. & 4. tamen non omnibus partibus confert idē esse, sed quibusdam præstat solum esse vegetatiuū vt capillis & ossibus: aliis vero partibus præter vegetatiuum dat esse sensitiuum, vt manibus pedibus: nulli autem parti præstat esse intellectiuū, sed toti homini. Et ratio huius diuersitatis est, vt notauit Magister Soto in 4. dist. 44. q. vnica art. 2. quoniā natura in viuentibus instituit quibusdam partes, q̄ solū deseruirent ad defensionē & ornatū aliarū, v. gr. in arbore ad E defensionē ipsius arboris dedit corticem, & ad defensionē fructuum dedit follia: similiter in animalibus ad eorum defensionē dedit ossa & vngues & cornua & dentes, in hominibus etiam ad defensionem & ornatum instituit capillos sicut docet D. Ambr. in lib. de Noe & arca ca. 7. & diffusius in li. 6. Exame. c. 9. Quapropter sicut insipienter philosopharētur qui dicerent in arboribus cortices & follia non informari eadem anima vegetatiua, qua informatur planta; ita etiam in animalibus non recte philosophārētur qui dicunt capillos & vngues non informari eadem anima secundum quòd vegetatiua est.

¶His suppositis ad primum argumentum cum confirmatione respondetur primo secundum doctrinam Di. Thom. nulla accidentia eadem numero quæ erant in genito, manere in corrupto, quamuis in quibusdā corruptis maneant alia, quæ habēt maximam similitudinem cum illis q̄ erant in genito. Secundo respondetur, quòd in mortuo crescunt capilli vel potius videtur crescere propter depressionem & extenuationem aliarum partium, & propter exsiccationem ipsorum capillorum; non autem ex eo quòd istud augmētum proueniat ab intrinseco sicut proueniebat in viuentibus: vel hoc augmentum fit ab extrinseco propter exuberantiam humorum & corruptionis; sicut videmus in augmento lapidum, & mineralium, quod fit ab extrinseco & per iuxta positionem.

¶ Ad secundum argumentum respondetur primo, quòd anima rationalis non extendit suam virtutem ad augmentum ita perfectū in capillis sicut in aliis partibus; vel propterea quòd capilli sunt partes magis remotæ & quasi extrinsecæ, & quæ imperfecto modo sunt in homine, vel q̄ ita decebat ad debitum ornatum animalis. Secundo respondetur quòd capilli sine dubio augentur à principio secundum omnē dimensionem, seruata tamen debita proportione, quòd experientia nos docet. Nam videmus quosdam homines habere capillos multo grossiores, alios vero habere capillos subtiliores. Tertio respondetur, quòd etiam si admittamus capillos nō augeri sm oēm dimensionē, non sequitur illos nō informari aīa vegetatiua. Nā operatio necessaria & inseparabilis aīæ vegetatiuæ non est augmētatio sed nutritio; certū est aūt capillos nutriri in animali. ¶Ad tertium argumētur, q̄ capilli propterea abscinduntur sine dolore sm se, quoniam accipiunt ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima esse vegetatiuum non autem sensitiuum. Et ad confirmationem respondetur, similiter, quòd anima secundum quòd est vegetatiua non requirit ea organa, quæ exigit inquantum est sensitiua & ideo potest informare capillos & vngues sine diuersitate partium organicarum. Satis .n. est quòd in toto viuenti habeat diuersitatem organorum secundum conditionem ipsius viuentis.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, quòd etiam in Christo capilli & informabantur anima rationali, & erant vniti verbo personaliter, quamuis post abscisionem, licut non informabantur anima rationali, ita nec manebant vniti verbo. Et quod attinet ad illud axioma; quòd semel assumpserit &c. iam pluries diximus habere verum de partibus præcipuis humanitatis Christi, nempe, anima & corpore. Has enim partes Christus nunquam dimisit; cæterum minutiores quædam partes corporis Christi sine dubio resoluebantur & separabantur ab eius corpore per nutritionem & augmentationem, quæ particulæ neque informabantur anima rationali post separationem nec manebant vnitæ verbo; sicut vngues, quando eas abscindebat.

QVAESTIO LXXVII.

De his, quæ pertinent ad potentias animæ in generali.

377 1.d.3.q. 4.art.2. Et quoli.20.ar. 5.& de spũ,art. 11.& de ani.arti. 12.& arti.19.co. prin. *li.9.de Tri.c.4. parumà princip. †lib.10. c.xj.parum ante med.

DEINDE considerandum est *de his quæ pertinent ad potentias animæ. Et primò in generali. Secundò in speciali.*

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrũ ipsa essentia animæ sit eius potẽtia.

AD PRIMVM sic proceditur. *Videtur, quòd ipsa essentia anima sit eius potentia. Dicit enim Aug. in* * *9.de Trini. q mens, notitia, & amor sunt substantialiter in anima, vel (vt idem dicam) essentialiter. Et in* † *10. dicit q memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna vita, vna mens, & vna essentia.*

¶ 2 *Præterea. Anima est nobilior quàm materia prima: sed materia prima est sua potentia: ergo multo magis anima.*

¶ 3 *Præterea. Forma substantialis est simplicior quàm accidentalis. Cuius signum est, quòd forma substantialis non intenditur vel remittitur, sed in indiuisibili consistit. Forma autem accidentalis est ipsa sua virtus. Ergo multo magis forma substantialis, quæ est ala.*

¶ 4 *Præterea. Potentia sensitiua est qua sentimus, & potentia intellectiua qua intelligimus. Sed id, quo primo sentimus & intelligimus, est anima secundũ Philosophũ in* * *2. de anima. Ergo anima est sua potentia.* lib.2.de ani.tex. 24.to.2.

¶ 5 *Præterea. Quod non est de essentia rei, est accidens. Si ergo potentia anima est præter essentiam eius, sequitur quòd sit accidens. Quod est contra Aug. in* * *9. de Trini. vbi dicit, quòd prædicta non sunt in anima sicut in subiecto, vt color aut figura in corpore, aut vlla alia qualitas, aut quantitas. Quicquid enim tale est, non excedit subiectum in quo est. Mens autem potest etiam alia amare, & cognoscere.* * li.9.de Tri.c.4. parumà principio. Boe.de Trinitã lib. † Q.77. art.5.

¶ 6 *Præterea. Forma simplex subiectum esse* * *non potest. Anima autem est forma simplex, cùm non sit composita ex materia & forma, vt supra dictum est* † *Non ergo potentia animæ potest esse in ipsa sicut in subiecto.*

¶ 7 *Præterea. Accidens non est principium substantialis differentia, sed sensibile & rationale sunt substantiales differentiæ, & sumuntur à sensu & ratione: quæ sunt potentiæ animæ. Ergo potentiæ animæ sunt accidentia. Et ita videtur, quòd potentia anima sit eius essentia.*

SED *contra est, quòd Dion. dicit* * *11. cap. cæleſt. hier. ar. quòd cælestes spiritus diuidũtur in essentiam, virtutem et operationẽ. Multò igitur magis in anima aliud est essentia, & aliud virtus, siue potentia.* * c.11. cæ. hier. illius.

RESPONDEO *dicendum, quòd impossibile est dicere, q essentia animæ sit eius potentia: licèt hoc quidam posuerint. Et hoc dupliciter ostenditur quantum ad præsens. Primò. quia cùm potentia & actus diuidant ens, & quodlibet genus entis: oportet quòd ad idem genus referatur potentia & actus: & ideo si actus non est in genere substantiæ, potentia quæ dicitur ad illum actum, non potest esse*

esse in genere substantiæ. Operatio autẽ animæ nõ est in genere substãtiæ, sed in solo Deo, cuius operatio est eius substantia. Vnde Dei potentia, quæ est operationis principium, est ipsa Dei essentia. Quod non potest esse verũ neque in anima, neque in aliqua creatura, vt sup. ẽt de angelo dictum est. * *Secundò hoc ẽt impossibile apparet in anima, nam anima secundũ suã essentiam est actus. Si ergo ipsa essentia animæ esset immediatum operationis principium, semper haberet animã actu. habet opera vitæ, sicut semper habens animam actu est viuum. Non .n. inquantum est forma, est actus ordinatus ad vlteriorem actum, sed est vltimus terminus generationis. Vnde q̃ sit in potentia adhuc ad alĩ actum, hoc non competit ei secundum suam essentia, inquantum est forma, sed secundum suam potentiã, & sic ipsa anima secundum quod subest suæ actum secundum. Inuenitur autẽ habens animam non semper esse in actu operum vitæ. Vnde etiam in diffinitione animæ dicitur, quod est actus corporis potentia vitam habentis, qua tamen potentia non abijcit animam. Relinquitur ergo, quod essentia animæ non est eius potentia. Nihil .n. est in potentia secundum actum, inquantum est actus.* Q.19.ar 2.

AD primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de mente secundum quod nouit se, & amat se. Sit ergo notitia & amor inquãtum referuntur ad ipsam, vt cognitam & amatam, substantialiter vel essentialiter sunt in anima: quia ipsa substantia vel essentia animæ cognoscitur & amatur. Et similiter intelligendum est q alibi dicit: q sint vna vita, vna mens, vna essentia. Vel sicut quidam dicunt, hęc locutio verificatur secũdum modũ, quo totum potestatiuum prædicatur de suis partibus, quod medium est inter totum vniuersale, & totum integrale. Totum .n. vniuersale adest cuilibet parti secundum totum suã essentiam & virtutem, vt animal homini & equo, & ideo propriè de singulis partibus prædicatur. Totum vero integrale non est in qualibet parte, neque secundum totam essentiã, neque secundum totam virtutem. Et ideo nil aliquo modo licèt impropriè de omnibus singulis partibus prædicatur. Sed multi: vt si dicamus quòd paries tectum & fundamentum sunt domus. Totum vero potentiale adest singulis partibus secundum totam suam essentiam, sed non secundum totam virtutem. Et ideo quodammodo potest prædicari de qualibet parte, sed non ita proprie, sicut totum vniuersale. Et per hunc modum Aug. * *Loco citato in argu. dicit, q memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna animæ essentia.*

AD secundum dicendum, quòd actus ad quem est in potentia materia prima, est substantialis forma. Et ideo potentia materia nõ est aliud quàm eius essentia.

AD tertium dicendum, q actio est compositi, sicut & esse. Existentia .n. est agere. Compositum autem per formam substantialem habet esse substantialiter, per virtutem autem qua consequitur formam substantialem operatur. Vnde sic se habet formam accidentalis actiua ad formam substantialem agentis, vt calor ad formam ignis, sicut se habet potentia animæ ad animam.

AD quartum dicendum, q hoc ipsum q̃ forma accidentalis est actionis principium, habet à forma substantiali. Et ideo forma substantialis est primum actionis principium, sed non proximũ. Et secũdũ hoc Philosophus * *dicit, q id, quo intelligimus & sentimus est ala.* lib.2. de ani. tex. 24.to.2.

AD quintum dicendum, q si accidens accipiatur secundum quod diuiditur cõtra substantiã, sic nihil potest esse medium inter substantiã et accidens, quia diuiduntur secundũ affirmationem & negationem, scilicet secundum esse in subiecto, & non esse in subiecto. Et hoc modo, cum potentia animæ non sit eius essentia, oportet quòd sit accidens: et est in secũda specie qualitatis. Si vero accipiatur accidens secundum quod ponitur vnum quinq; vniuersalium, sic aliquid est medium inter substantiam & accidens. Quia ad substantiam pertinet quicquid est essentiale rei. Non autẽ quicquid est extra essentiam, potest sic dici accidens, sed solum id, quod non causatur ex principijs essentialibus speciei proprium .n. nõ est de essentia rei, sed ex principijs essentialibus speciei causatur. Vnde medium est inter essentiam & accidens, sicut dictum est. Et hoc modo potentiæ animæ possunt dici mediæ inter substantiam & accidens, quasi proprietates animæ naturales. Quod autem Aug. dicit, quòd notitia & amor non sunt in anima sicut accidentia in subiecto, intelligitur secundum In solutionem ad 1. ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad animam, non sicut ad amantem & cognoscentem, sed prout comparatur ad eam sicut ad amatam & cognitam. Et hoc modo procedit sua probatio. Quia si amor esset in anima amata sicut in subiecto, sequeretur quòd accidens transcenderet suum subiectū: cùm etiam alia sint amata per animam.

AD sextum dicendum, quòd anima licèt non sit composita ex materia et forma, habet tamen aliquid de potentialitate admixtum: vt supra dictum est. Qu. 75. ar. 5. *Et ideo potest dici subiectum accidentis. Propositio autem inducta locum habet in Deo, qui est actus purus.* Loco citato in argu. *In quia materia Boet. eam introducit.*

AD septimum dicendum, quòd rationale & sensibile, prout sunt differentia, non sumuntur à potentijs sensus & rationis: sed ab ipsa anima sensitiua & rationali. Quia tamen formæ substantiales, quæ secundum se sunt nobis ignotæ, innotescunt per accidentia, nihil prohibet interdum accidentia loco differentiarum substantialium poni.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua, Scilicet. Impossibile est animæ substantiam esse suam potentiam. Prima ratio est. Actus & potentia ordinata ad illum actum pertinent ad idem genus entis, ergo potentia ordinata ad operationem accidentalem, qualis est operatio animę rationalis, est de genere accidentis & non substantiæ, ac per consequens distinguitur realiter à substantia animę. Secunda ratio. Si essentia animę esset immediatum principium operationum vitæ; sequeretur quòd habens animā semper haberet actu operationē vitæ; consequens est falsum, ergo. Probatur sequela, quoniam anima secūdum suam essentiam est actus vitalis, vnde videm*, quòd animal cuius actus est anima, semper est viuum. Minor vero probatur ex definitione animæ explicata in q. 75. arti. 1. Ex qua habetur, ꝙ anima est actus corporis habētis vitam in potentia, hoc est, habentis in potētia operationem vitalem; quoniam anima secundum qd̄ subest suę potentiæ dicitur actus primus ordinatus ad actum secundum. Tertia ratio potest esse pro hac conclusione, quę desumitur ex D. Tho. in quæstio. de spiritualibus creaturis art. 11. Essentia animè immediatè & per se ordinatur ad esse tanquam ad proprium actum substantialem, potentia verò immediatè & per se ordinatur ad operationē tanquam ad actum proprium: sed esse substātiale & operatio sunt omnino & realiter distincta in creaturis, ergo etiam essentia & potentia operatiua. Probatur consequentia, quoniam secundum doctrinam Aristotelis secundo de anima, tex. 33. quam examinabimus articulo tertio sequen. distinctio potentiarum sumenda est penes diuersos actus proprios.

COMMENTARIVM.

DIfficultas huius articuli habet etiam locum sup. q. 54. ar. 3. & in quæst. 59. arti. 2. vbi D. Thom. eandem quæstionem tractat de angelo & eius potentijs: suppositis autē his, quæ in his locis nos diximus, in hoc articulo

DVbitatur primo. Vtrum conclusio D. Thomæ sit vera. ¶ Videtur quòd non. Primo ex Augustino libro 9. de Trinitate c. 4. & 5. vbi tractans de potentijs animæ rationalis dicit: Miro modo ista tria inseparabilia sunt à se ipsis, & tamen singulum eorum & omnia simul vna essentia est. Et ad eundem modum loquitur libro de Trinitate capite 11. similiter D. Bernardus lib. de interiori domo. c. 67. dicit, quòd sicut pater est Deus, filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus; & tamen non sunt tres Dij, sed vnus Deus & tres personæ: ita anima est intellectus, anima est voluntas, anima est memoria; non tres animæ, sed vna anima & tres vites. ¶ Secundo. Pluralitas rerum sine necessitate nullo modo est admittenda in anima; sed ipsa anima potest immediate per se ipsam intelligere & velle, ergo nō oportet distinguere potentias realiter ab ipsa distinctas. Confirmatur primo. Anima simul cum organis corporeis est sufficiens principium ad operationes sensitiuas, ergo per se ipsam immediate est sufficiens principium ad operationes intellectiuas. Confirmatur secundo. Forma accidentalis potest immediatè attingere suam operationem, v. g. calor est immediatum principiū calefaciendi, similiter habitus scientiæ est immediatum principium assensus scientifici, ergo multo magis forma substātialis poterit esse immediatum principium operationis. Probatur consequentia. Nam illud, quod tribuitur formæ perfectiori, multo magis debet concedi formæ perfectiori. ¶ Tertiò. Anima rationalis ex sua natura habet, quòd sit intellectiua veri, & appetitiua boni, ergo superfluè superadditur illi, potentiæ realiter distinctæ. Probatur consequentia. Nam quod conuenit alicui ex natura sua, non conuenit illi per aliquid realiter distinctum ab ipso. ¶ Quarto. Si potentiæ animæ distinguerentur realiter ab ipsa, sequeretur ꝙ ꝑ Dei potentiam possent separari ab ipsa; consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quoniam quascunque formas realiter distinctas potest Deus separare. Minor verò probatur, quoniam propria passio videtur inseparabilis à subiecto. Docet autem D. Tho. in hoc articulo in solutione ad quintum, quòd potentiæ animæ sunt proprię passiones ipsius. Secundo, quoniam anima cum sua natura sit intellectiua veri & appetitiua boni, videtur quòd prę̄sentato obiecto in quocunque casu posset ferri in illud cognoscendo; aut amando, & ex consequenti non eget potentia realiter distincta. ¶ Quinto. Animæ rationali tribuendū est illud, quod est perfectius in viuentibus, sed multo perfectius est, quòd ipsa substantia immediate per se ipsam operetur, quā quòd operetur per potentias accidentales superadditas, ergo. Probatur minor. quoniam propterea quòd Deus est summe perfectus inter omnia viuentia, asserimus

quod immediatè per suam essentiam operatur in omnibus, & non per potentiam superadditam, vt patet ex supra dictis quæst. 3. & 14. & 19.

¶ Sexto. Ea quæ eadē generatione generantur, & eadē corruptione corrumpuntur, non differunt realiter, sed ita se habet subiectū & potētiæ, ergo. Maior est Arist. 4. Metaphys. capi. 1. vnde probat ens non distingui realiter à suis passionibus, minor autē manifesta videtur. Alia plurima argumenta refert Capreolus in 1. distinct. 3. quæst. 3. art. 2. vbi disputat de distinctione potentiarum ab anima, & in 2. d. 3. quæst. 2. vbi tractat de distinctione potentiarum ab essentia angeli.

IN hoc dubio sunt quatuor sententię. Prima est negatiua, quę asserit, ꝙ anima nō distinguitur realiter à suis potentijs, sed tantum ex modo significandi, nam quia anima intelligit, dicitur intellectus, quia vult, voluntas. Hanc sententiam tenet Grego. in 2. distinctione 16. q. 2. & 3. Gabriel q. vnica articu. 2. conclu. 2. Ocham. q. 24. & 26. Marsilius in 2. quæst. 7. art. 3. & in 2. quæst. 17. art. 2. Buridanus lib. 2. de anima quæst. 6. & 6. Ethicorum quæstione 3. Gerson alphabeto. 64. litera. Q.

¶ Secunda sententia est, quod potentiæ distinguuntur formaliter ab anima distinctione formali ex natura rei, non tamen distinguūtur realiter tanquā res à re. Sic Scotus in 2. d. 16. quæst. vnica, quem sequuntur eius discipuli. ¶ Tertia sententia est Henrici quodl. 3. quæst. 14. quem sequitur Gratia deus quæst. 15. in libros physic. quòd potentiæ solum addunt supra animam modum quendam, scilicet, relationem ad actum, & ita solum distinguuntur ab anima sicut modi à re. Durandus autem in 1. sententiarum distinctione 3. par. 2. quæst. 2. tenet, quòd potentiæ vegetatiuæ non distinguūtur ab anima, propterea quòd existimat, quòd nutrire & generare, prout dicunt introductionem formę substantialis in materia, possunt esse immediate ab essentia animæ præuia tamen alteratione secundum aliquas qualitates. De potentijs autem sensitiuis & intellectiuis tenet, quòd realiter tanquā res à re, distinguuntur ab anima. Ac vero postea in secundo d. 3. q. 5. tractans de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de distinctione potentiarum in angelo ab essentia, tenet sententiam negatiuam cum Scoto, & dicit, quòd quauis in anima potentiæ intellectiuæ distinguantur tanquam res à re, tamen in angelo tantum distinguuntur realiter formaliter.

¶ Quarta sententia est, quàm D.Thom. docet in hoc articulo & suprà q.54. artic.3. & in q.de spiritualibus creaturis art. 11. & in omnibus locis, vbi de hac re tractat, q̃ potentiæ animæ sunt accidentia realiter tã quam res à re ab anima distincta. Quam sententiam sequuntur multi. Albertus Magnus in 1.d.3.art.vlt. & 2. de anima tract. 1.c.11. & lib.3.ca.vltimo. Ægidius eadem d.quæst.17.art.2.& quodlib.3.q.10.& Herueus quod lib.1.q6.9.Apollinaris lib. 2. de de anima q.7. Iandunus q.9. Marsilius Ficinus lib. 10.de Theologia Platonis tenet eã dem sententiam & dicit esse Platonis, & Photini in Thymeo. Pro qua etiam sententia videtur facere Plutarchus, qui lib. 4. de placitis philosophorum ca. 4. referens opinionem Stoicorum ponentium in homine octo animas, scilicet, visiuam, auditiuã &c. dicit ipse potius esse potentias & facultates animę, quam animas. Et Tertullianus lib.de anima loquitur de potentijs animæ supponens eas ab anima distingui. Hanc eandem sententiam sequuntur omnes discipuli D.Thomæ, & communiter omnes iuniores huius temporis, licèt pluribus eorum, rationes quas D.Thom.in hoc articulo affert inualidæ & prorsus infirmæ appareant. In sequentibus tamen dubijs ostendemus quantum in hac parte fallantur; interim pro intelligentia conclusionis. Dico. Thom. ¶ Notandum est, quòd in præsenti non est sermo de potentia animæ, secundũ quam suscipit esse existentiæ aut secundũ quam producit ex se potentias & passiones sic enim constat, quòd inter animam & huiusmodi potentiam nulla est distinctio, loquimur ergo de potentijs operatiuis medijs quibus anima exercet suas operationes. Quo posito est.

CONclusio. Anima distinguitur tanquã res à re ab omnibus suis potentijs tã intellectiuis, quam sensitiuis, quam vegetatiuis. Hæc conclusio est omnium autorum quartæ sententiæ, & aduersatur tribus primis opinionibus, & probatur. Primo, quia iuxta hanc conclusionem commodius explicantur scripturæ sacræ vt illud Psal. 102. Benedic Anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, &c. & illud. Deut.6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua &cet. Hæc & multa huiusmodi non possunt commodè explicari, nisi ponamus in anima distinctas potentias, ergo. Item Clementina vnica de summa Trinitate & fide Catholica de baptismo eligunt patres illam opinionem Theologorum tanquam probabiliorem, quæ docet paruulis infundi in baptismo diuersos habitus virtutum ergo sunt diuersæ potentiæ animæ, quę huiusmodi habitibus perficiuntur; nam ad perficiendam animam satis est gratia, imo vero secundum rectam philosophiam moralem & Theologiam, virtutes intellectuales subiectantur in intellectu tanquam in proprio subiecto, in voluntate vero, quę est potentia appetitiua, subiectantur iustitia, charitas, &c. Quæ nullo modo subiectantur in intellectu, vt D.Thom.ostendit ex professo in 1.2.q.56.art.2.vsque ad sextum, ergo signum manifestum est, quòd potentiæ intellectus & voluntatis distinguuntur realiter. Secundo probatur ex D.Dionisio in li. de cælesti Hierarchia c.11. vbi docet angelos distingui in essentiam, virtutem, & operationem, vbi contendit docere, quod in angelis præter essentiam est aliqua virtus operatiua, qua mediante producunt suas actiones quauis Durandus in 2.distin.3.q.5.ad 2. absque fundamento affirmet non oportere virtutem illam esse distinctam ab essentia, neq; id affirmari à D.Dionysio. Sed certè eadem prorsus ratio est de anima rationali & de angelis in ordine ad suas potentias, & operationes, ergo. Confirmatur primo ex doctrina D. Aug. lib. 9. de trinit. ca. 4. vbi expresse docet, q̃ intellectus & voluntas animæ, non est ipsa anima, sed aliquid existens in ipsa. Idem docet postea in lib. 15 de trinita. c. 7. q̃ intellectus & voluntas hominis non est ipse homo, sed aliquid hominis vel existens in homine ipso. Et eodem lib. cap. 22. idem dicit, & assignat discrimen inter ista tria, memoriam, intellectum, & voluntatem, & Sanctam trinitatem: quòd Sancta

ta trinitas est ipsemet Deus, illa vero tria, quæ sunt imago trinitatis in homine, non est ipse homo. Et Magister in 1.q.3. c.12.& 14. eandem sententiam docet tanquam doctrinam D. Aug. Quapropter maximè deceptus est Marsilius in illa q.7.ar.3.qui existimauit D. Aug. & Magistrum tenuisse cõtrariam sententiam. Confirmatur secundò ex D. Anselmo in lib.de concordia præscię tiæ & prædestinationis cùm libero arbitrio cap.vltimo vbi docet hanc sententiam. Dicit enim, q̃ quemmadmodum in corpore habemus multa membra ad diuersas operationes, ita etiam anima nostra habet diuersas virtutes & instrumenta ad operandum, & istę virtutes sunt intellectus & voluntas quæ non sunt ipsa anima, sed in anima existentes. Tertio probatur ex Arist. Nam in 2.de anima cap.3.text.27.docet, quòd potẽtiæ animæ sunt partes eius, & in lib.7.text. 20. ponit in anima intellectum possibilem & intellectum agentem in ordine ad diuersas operationes: sed quælibet potentia, quæ est pars animæ, necessario distinguitur realiter ab ipsa anima ergo &c. Quartò. Propterea Deus operatur immediatè per suã substantiã, quia est purus actus & in quo idem sunt substantia, virtus, & operatio, vt patet ex suprà dictis. q.3.art.7. Sed nulla creatura potest esse purus actus, nec potest esse sua virtus aut operatio, ergo in illa necessario debet distingui potentia operatiua ab ipsa substãtia distincta realiter. Quinto. Q̃n ali qui autores ex his, qui tenent sententia contrariam, maximè vero Gabriel ar.3.dub.1. loco citato, vt defendant suam opinionem coacti sunt concedere has propositiones esse veras: anima intelligit per voluntatem, & amat per intellectum: sed hæc concessio est falsissima, ergo. Probatur minor. Primò quia est contra communem doctrinã Philosophorum, & Theologorum. Secundo, quoniam est contra locum expressum Di. Aug. lib. 15. de trinita. cap. 20. vbi expresse docet, quòd reminiscimur per memoriam, intuemur per intelligentiam, amplectimur per dilectionem. Ex his, quæ actenus diximus, colligendum est non esse veram doctrinã, quã habet D. Bonauent. in 1.d.3.ar. 1.q.3.& in 2.d.24.ar.2.q.1. vbi reiecta opinione aliquorum qui asserunt potentias nõ distingui realiter ab anima sed penes diuersos respectus ad obiecta, & relicta opinione D.Tho. & eorum qui asserunt potentias esse accidentia realiter distincta ab anima, tenet opinionem mediam, quod quauis potentiæ non distinguantur realiter ab anima, nihilominus tamen distinguuntur realiter inter se. Cõtra hanc opinionem arguit Scotus in illa d.16. multis argumentis, sed vnico argumento efficaci impugnatur. Aut enim nomine distinctionis essentialis intelligit distinctionem realem, aut intelligit distinctionem formalem, si intelligit distinctionem formalem, certum est, quod sicut ipsæ potentiæ distinguuntur inter se, ita et distinguuntur ab ipsa anima: si verò intelligit distinctionem realem, impossibile est illas potentias distingui inter se & identificari cum anima. Nam quæcunque identificãtur realiter in vno tertio, sunt etiam idem realiter inter se. Hoc enim est inefabile misterium, quod in sola trinitate admittimus, quod personæ diuersæ identificẽtur realiter cum essentia, & nihilominus distinguantur realiter inter se, ergo &c.

AD primum vero argumentum in principio dubij ex locis D.Aug. prima solutio est ex D.Thom. in hoc articulo ad primum, q̃ quando D.Aug. dicit, q̃ potentiæ animæ sunt in ipsa anima: hæc locutio est quædam prædicatio impropria, secundum quam totum potestatiuum impropriè prædicatur de suis partibus, vel potentijs; sed ista prædicatio impropria nihil aliud connotat, quam quòd illæ potentiæ sunt in ipsa anima tanquam in suo toto. Secunda solutio, est quam adhibet Magister in 1.d.3. q.1. q̃ quando D.Aug. dicit, q̃ potentiæ animæ sunt ipsa anima, aut quòd sunt vna substantia: propterea id dicit, quia illæ potentiæ sunt in anima substantialiter & non accidentaliter, quemadmodum ipse Aug. loquitur. 9. de trini. ca. 4. Vocat autem esse in anima substantialiter, esse in illa inseparabiliter & non admodum illorum accidentium, quæ possunt adesse & abesse animæ salua substantia ipsius animæ. Tertia solutio est, quæ colligitur ex D. Thom. in hoc art. ad 1. & de spiritualibus creaturis. ar. 11. ad 1. & 8. q̃ illa tria dicuntur esse anima essentialiter, vel substãtialiter, ppea q̃ mens amat

Universidad de Deusto
Biblioteca

unmat essentiũ & nõ substantiam suam. vbi Aug. notitiam vel amorem non accipit pro ipsis potentijs, sed pro actibus vel habitibus quibus anima cognoscit aut amat. Et confirmat D Thom. hanc explicationem ex eod. D. Aug. lib. 9. de trinit. cap. 4. vbi dicit: Quomodo illa tria non sint eiusdem essentiæ, non video: cum mens ipsa se amet, atque ipsa se nouerit. Ad D. autem Bernardum resp. quod similitudo eius non tenet quantum ad omnia, sed quantũ ad aliqua. Vnde ipse se explicat dicens, q̃ non tres animæ, sed vna anima, tres autem vires, quibus verbis insinuat distinctionem potentiarum ab anima. Ad secundum resp. negando min. non enim potest ipsa anima immediatè per se ipsam habere operationes accidentales, propter rationes suprà assignatas, & alias quas infra adducemus: sed necessariæ sunt illi potentiæ accidentales realiter distincte, quæ sunt principia propria & proxima illarum operationum. Ad primam confirmationem respondetur, q̃ ad operationes sensitiuas nõ solum habet anima organa corporea, sed in ipsismet organis subiectantur potentiæ sensitiuæ realiter distinctę ab ipsa anima, per quas immediatè & proximè producit illas operationes, de quibus potentijs dicendũ est nobis in q. 78. sequent. Ad secundã confirmationem respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ratio est, quoniam forma accidentalis est eiusdem generis cum ipsa operatione, quæ est accidentalis, & propterea potest esse principium proximum & ordinatum ad eiusmodi operationem; forma vero substantialis nõ ordinatur immediatè ad operationes accidentales, sed tantum ad esse substantiale, & propterea non potest esse principium immediatum operationis, sed mediante forma accidentali. Et ad probationem respondetur, quòd non omnia, quæ tribuuntur formæ imperfectiori, debẽt tribui perfectiori; quoniam aliqua sũt, quæ conueniunt formæ imperfectiori, quæ repugnant ipsi naturæ formæ perfectioris; & huiusmodi est substantiam esse immediatum principium operationis accidentalis. Repugnat enim hoc naturæ substantiæ creatæ. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd anima rationalis etiam seclusa intellectu est intellectiua sua natura, sed id est intelligendum radicaliter & essentialiter, sicut D. Thom. expresse docuit in 1. 2. quæst. 110. art. 4. ad quartum. Nihilominus tamen sine potentia intellectiua non haberet anima virtutem ad intelligẽdum in potentia propinqua, nec posset actu intelligere per aliquam potentiam, etiam diuinam. Quemadmodum ignis sua natura est calefactiuus etiam excluso calore, quod tamen intelligendum est essentialiter & radicaliter in quantum potest calefacere, nunquam tamen in potentia proxima dicetur calefactiuus sine virtute caloris sibi superaddita. Hæc autem prædicatio. Anima est intellectiua, si secludamus intellectum, est prædicatio essentialis & necessaria, si verò includamus potentiam intellectiuam, est prædicatio in secundo modo perfectatis, ac si dicamus. Anima habet intellectum, quo potest intelligere. Secundo respondetur facili solutione, quam adhibet D. Thom. in quæstione de spiritualibus creaturis ar. 11. ad 17. quòd ex hoc quòd anima sua natura sit intellectiua, solùm colligitur, quod habeat potentiam intellectiuam sibi superadditam naturaliter, non tamen colligitur aliquo pacto, quòd ipsa immediate per suam substantiam intelligat.

A D quartum argumentum respondetur, circa eius difficultatem duas vertà celebres opiniones. Prima est, quam tenet Magister Soto in prædicabilibus ca. 4. de proprio q. 2. ad quintum & latius Ferrar. in quarto contra gentes ca. 65. Asserunt isti autores, q̃ propria passio & quælibet potentia potest separari à subiecto per Dei omnipotentiam. Quæ opinio potest probari. Primo quia D. Thom. de potentia q. 5. ar. 7. & in 4. d. 45. quæst. 1. art. 2. quæstiuncula 2. non habet pro impossibili, q̃ elementa post diem iudicij maneant sine suis propriis qualitatibus, quamuis non credat esse probabile. Et supra quæst. 66. & sequentibus non reputat impossibilem eorum opinionem, qui dicunt corpora omnia prius tempore fuisse à Deo producta, & deinde accepisse suas propias virtutes & qualitates, imo nititur eam saluare.

¶ Secundo probatur eadem opinio. Esse proprium actualis existentię non minus sequitur essentiam, quam passio subiectum (per se enim consequitur formam vt Diu. Thom. ait 2. cont. gent. cap. 55. & 1. par. q. 50. articu. 5.) sed per Dei potentiam natura humana datur sine propria existentia, vt patet in Christo domino iuxta sentẽtiam D. Tho. in 2. par. q. 17. ar. 2. ergo.

¶ Tertio probatur argumento Magistri Soto in 4. d. 9. quæst. 2. arti. 5. In Eucharistię sacramento manent omnia accidentia panis absque subiecto, ergo manent etiam accidentia propria, ergo possunt per miraculum à subiecto separari. Vnde D. Tho. in 4. distin. 10. arti. 2. quæstiuncula 3. ad 3. dicit quòd Deus potest facere quòd substantia corporis Christi sit sine proprijs accidẽtib⁹.

A Lia opinio est huic omnino contraria quæ asserit, quòd est impossibile propriam passionem aut potentiam separari à subiecto. Quam sententiam tenet Caietan. suprà quæstione 54. art. 3. ad tertiam obiectionem Scoti, & Sonzinas 8. Meta. quæst. 1. ad quartum. Quæ sententia potest probari primo ex Diu. Thom. in quæstione de spiritualibus creaturis articu. 11. ad septimum. & quæst. de anima ad septimum, vbi docet, quòd anima nec esse nec intelligere potest sine suis potentijs, quia sic esset repugnantia intellectuum, & in 1. 2. quæst. 110. articu. 4. ad tertium, docet, quòd eum potentiæ animæ sint naturales proprietates eius, consequentes ipsam essentiam animæ, non potest esse sine illis, & supra q. 15. art. 3. ad quartum, docet, q̃ Deus nõ habet ideam proprię passionis distinctã ab idea subiecti, eo quòd passio simul est & sit cũ subiecto; qua ratione nec hẽt idẽ generis, quia genus non est nisi in speciebus; aliorum verò accidentium ideam habet, ergo secundum D. Tho. subiectum non potest esse sine sua potentia.

¶ Secundo probatur hæc opinio ratione. Hæc prædicatio, homo est risibilis; est per se & necessaria, vt patet. 1. poster. tex. 9. ergo prædicatum nõ potest à subiecto separari et virtute diuina. Cõfirmat primo. Quia ista propositio. Homo est risibilis; semper est vera, ergo prædicatum semper connubilitatis, sicut esse album albedinis; sed nõ potest esse album sine albedine ẽt per Dei potentiam, ergo nec risibile sine risibilitate sed semper est risibilis, ergo semper habet risibilitatẽ. Confirmatur secundo. Nam si potest separari: sequit̃ q̃ ista sit falsa. Homo est risibilis: cũ in casu q̃ separetur non habeat risibilitatẽ. Tunc sequit̃, q̃ illa scientia, in qua demonstratur talis propositio inclinet ad falsum, qd est impossibile. ¶ Tertiò. Si Deus facit angelũ sine intellectu aut solem sine luce: tunc aut angelus est intellectiuus, & sol lucidus. vel nõ: si primũ, ergo erit effect⁹ formalis sine forma. Si secũdũ, ergo erit sine eo, quod cõuenit ei per se saltẽ secundo modo perfectatis. ¶ In hac re Carpreolus est varius. Nam in quarto d. 44. q. 3. ad argumẽta Durãd. contra tertiam conclusionẽ, tenet expresse Deum posse separare subiectũ à sua propria passione, & ita saluat duo corpora in eodem loco. Positio enim est propria passio quantitatis, quam tunc Deus separat à quantitate, at vero in primò d. 3. q. 3. ar. 2. ad 9. contra primã conclusionem tenet, quòd impossibile est propriam passionem separari à subiecto. ¶ In hac difficultate supponendum est sermonẽ esse de proprijs passionibus & potẽtijs, quę realiter distinguuntur à subiecto, nam de alijs in omni opinione certum est non posse separari potius quã idem à seipso. Quo posito dico. 1. quòd probabilior mihi apparet prima sententia; cum propter argumenta pro illa facta, tum ẽt quia non video aliquam apertam implicationem in hoc, quòd Deus separet potentiam à subiecto. Quare ad argumenta secundæ opinionis respondetur. Ad primum Ferrar. vbi supra dicit, quòd D. Thom. in his locis &, similibus loquitur de potentia Dei ordinaria, non autem de potentia Di absoluta. De potentia enim Dei ordinaria fieri non potest vt potentia à subiecto separetur, esset enim repugnantia intellectus, quòd anima relicta suæ naturæ careret illis potentijs, sequeretur enim quòd essent illi naturales, & non essent naturales, vt facile patet. Hoc etiam modo interpretatur Diu. Thom. Hispalensis in 1. distinct. 3. quæstio. 6. articu. 4. ad 9. Et quòd ita intelligendus sit D. Thom. patet ex loco adducto ex 1. part. quæst. 15. Nam ibi necessario loquitur de potentia Dei ordinaria, ad quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam pertinet dispositio idearum, quia de potentia Dei absoluta aliter possunt ordinari & produci res quàm sunt de facto ordinatæ & productæ: imo verò fortassis autores secundæ sententiæ in hoc sensu loquuti sũt. Ad secundum aliqui respondent, quòd illa propositio est necessaria, si prædicatum importet naturam subiecti, quę est apta nata ridere &c. non autem si importet potentiam, quæ est proximum principium rideni. Ferr. vbi suprà reijcit hanc solutionem, & merito, quia si illud prædicatum accipiatur primo modo, illa prædicatio non est in secundo modo perfectatis, sed in primo: & ideo respondet Secundo, quòd hæc est differentia inter primum modum perfectatis & secundum quòd illæ propositiones, quę sunt in primo modo, per nullam potentiã possunt esse falsæ, & oppositum implicat contradictionem. Illæ verò, quæ sunt in secundo modo perfectatis, nulla causa naturali possunt falsificari, quia naturaliter impossibile est prædicatum à subiecto separari, per diuinam verò potentiam possunt falsificari, quia per illam potentiam potest prædicatum à subiecto separari. Aristoteles verò dicit eas necessarias, quia ille cõsiderat naturas rerum, nõ quod ex Dei omnipotentia fieri possit. Ad secundam confirmationem patet ex dictis. Illa enim propositio semper est vera naturaliter loquendo, quia naturaliter non potest passio à subiecto separari. At verò supernaturaliter potest falsificari, quia per Dei omnipotentiam passio potest à subiecto separari. Ex quibus etiam patet ad secundam confirmationem. Nam scientiæ tantum considerant quod rebus iuxta suas naturas conuenit, nõ quod Dei omnipotentia circa illas efficere potest. Secundo dicitur, quòd scientia nunquam inclinat ad falsum, quia tantum dicit, quod naturaliter loquendo homo est risibilis, quod quidem semper est verum, præcipuè quia scientia tantum demõstrat, quòd huic essentiæ debetur talis passio, quod quidem semper est verum, neque falsificatur per hoc, quod passio actualiter separetur à subiecto. In illo enim casu adhuc manet verum, quod passio v.g. risibilitas debetur homini.

¶ Ad tertium respondetur, quòd duplici ter potest intelligi aliquid esse intellectiuũ. Vnò modo, quia habet naturam cui conuenit, vt sit radix intelligendi. Alio modo, quia habet proximum principium intelligendi. In casu igitur argumenti, angelus est intellectiuus primo modo, non autem secundo modo, & ideo nec sequitur, q̃ sit si ne eo, quòd est de essentia rei, vt facile constat: quæ solutio colligitur ex D.Th. in 1.2. in loco in argumento citato.

¶ Dico secundo. Nihilominus his non obstantibus exercitij causa potest sustineri secundo opinio, quæ asserit passionem non posse à subiecto separari etiam per Dei omnipotentiam. ¶ Et ad primum argumẽtum primæ opinionis respondetur, quod D.Th. non reputat illam opinionem impossibilẽ, quia probabile est id fieri posse per Dei potentiam. Reputat autem eam improbabilẽ, quia non congruit diuinam prouidentiam facere id, quod non est consentaneum naturis rerum.

¶ Ad secundũ respondetur, q̃ vt patet ex his, quæ diximus suprà q. 4. esse existentiæ nõ est passio alicuius rei, vnde bñ põt à Deo suppleri. ¶ Ad tertium respondetur, quòd in Eucharistia illa accidentia cẽsentur remanere, quæ sunt simpliciter accidentia, videlicet, quæ ad secundum prædicabile pertinent. Nam propriæ passiones sicut ad esse sui subiecti consequuntur naturali sequelarita etiam ad desitionem eius desinunt esse sine noua actione. Per transubstantiatio nẽ autẽ sui subiecti quodammodo cõtransubstantiari dici possunt. Hoc autem mihi persuadeo, quia de fide est, quòd manẽt in Eucharistia accidentia sine subiecto, non tamen est de fide, quòd maneant propriè passiones, cum sit opinio, q̃ non possunt separari ab essentia.

¶ Ad quintum principale respondetur primo, quòd non omne illud, quod est excellentius, secundum se, tribuẽdum est animæ intellectiuæ; quia potest aliunde repugnare naturę ipsius animæ. Qua ratione D. Tho. supra q. 63. arti. 3. docuit, quòd equus non potest appetere esse leo, & angelus nõ potuit appetere esse Deus per equalitatem, quia ex hoc sequeretur destructio naturæ ipsius angeli. Eodem pacto dicimus, quòd substantiæ creatæ non potest competere, vt im-

mediate operetur per se ipsam, quia ex hoc sequeretur quòd talis substantia non esset creata, vt patebit ex his quæ postea dicemus. ¶ Ad sextum respondetur, quòd pẽdet ex intelligentia illius maioris, quam exponit optimè Sonzi. 4. Metaphysi. quæstio. 22. sensus. n. est, quòd ea, quæ acquiruntur per se & æquè primò & non vnum prius, aliud verò consequutiue; necessario sunt eadem res: quod colligitur ex eo quòd 5. Physic. text. 34. dicitur, quod motus & generationes habent vnitatem & distinctionem ex terminis ad quos: & ideo impossibile est vnã generationem terminari ad duos per se terminos formales. In nostro autem proposito generatio per se ad hominem terminatur, ad intellectum verò consequutiue secundario. At verò entitas & vnitas æquè primo acquiruntur, nõ enim per prius dicitur homo, quàm vnus homo, maximè quia entitas non est vna per aliquam entitatem, sed per se ipsam, alias esset processio in infinitum, & ideo non est eadem ratio de omnibus.

DVbitatur secundo. Vtrum prima ratio D.Thom. sit bona. Videtur quòd nõ. Primo, quoniam hæc ratio laborat in equiuoco; nam Aristot. illo loco non loquitur de potentia actiua aut passiua, sed loquitur absolute de potentia in ordine ad actũ, & vt distinguitur contra actus; & sensus est, quod ea res, quæ primo est in potentia, est eiusdem generis cum se ipsa, quando tam est in actu. Quemadmodum rosa, quæ in hyeme est in potentia, ad idem genus entis, pertinet cum rosa, quæ est in actu.

¶ Secundo. Secundum doctrinam Arist. 7. Meta. tex. vltimo, substantia potest producere accidentia, & tamen non est eiusdẽ generis cum accidente, ergo.

¶ Tertio arguitur. Quoniam ipse D.Thma in hac eadem q. art. 6. & 7. docet, quod anima est productiua suarum potẽtiarum, sed ex hoc non sequitur, quòd sit eiusdem generis cum potentijs, quas producit, ergo.

¶ Quarto arguitur. Potentia animæ ponitur in genere qualitatis, operationes verò reponuntur in genere actionis, vel passionis, ergo falsum est, quod sint eiusdem generis. ¶ Propter hęc argumenta Scotus & Durandus in locis dubio præcedenti citatis, affirmant hanc primam rationem D. Thomæ esse inefficacem, & nihil concludere, quos multi ex iunioribus sequuntur, quamuis aliqui ex his dicant sensum D.Th. in explicatione Aristotelis esse probabilẽ, & eo sensu supposito, rationem illius necessario concludere intentum. Alij verò doctores, quorum ingenium est ea carpere, quæ non capiunt, & (vt dici solet) fingere hostes, quos feriant, ausi sunt asserere falsos esse, qui credunt illum esse germanum sensum Aristotelis cum tantum aborreat à veritate peripatetica, atque adeo multum abuti hoc testimonio Aristotelis, qui illo vtuntur ad probãdum potentias animæ distingui realiter ab ipsa.

PRo huius solutione notandum est, q̃ tota difficultas huius quęstionis consistit in explicatione illius maximæ, Actus & potentia sunt in eodem genere, quæ quidem colligitur ex Aristotel. 9. Meta. tex. 3. & 12. Meta. text. 26. & 28. Quam maximam sic explicant Caiet. 1. par. q. 54. ar. 3. & Capreolus in 1. di. 3. quæst. 3. art. 2. circa principiũ & dist. 8. quæst. 2. ad tertium. & Sonzin. 12. Met. q. 27. maxime ad tertium. & Commẽtator. 1. Physicorum tex. 9. & 12. Meta. tex. 19. quod in quolibet genere sunt quædam potentialitates ad omnia accidentia, quæ collocantur in genere illorum accidentiũ. Verum est tamen, quòd Commentator. 12. Meta. text. 22. dicit, quod materia susciptes colorem est superficies, & materia susciens lucem & tenebras est aer, vbi ponit diuersi generis esse actum & potentiam. Contra hanc tamen explicationem est argumentum. Quia si hæc sententia est vera, necessario debet dari processus in infinitum in talibus potentialitatibus. Nec valet solutio, quam isti autores assignant, scilicet quòd quia tales potentialitates eadem & non noua generatione generantur, non oportet quod respectu illorum ponatur aliq. Idem enim ego dicam de quantitate, & de alijs passionibus, eadem enim actione omnia generantur, atque suppositum, ergo si propter illam rationem non est ponenda potentialitas ad aliam potentialitatem recipiendam, nec est etiam ponenda ad quantitatem & proprias passiones. Secundo. Quia alias deberemus concedere aliquod acci-

dens

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens prius in esse substantiæ quam quantitas : quod concedit Sonzin. in 8. Meta. q. 7. conclu. 1. Quod tamen est contra omnium cõmunem opinionem. Scotus explicat hãc propositionem Aristo. de actu & potentia obiectiua, scilicet, de homine in actu & de homine in potentia, quem sequitur Durandus vbi suprà, & communiter iuniores.

¶ Notandum est secundò, quòd cum in quolibet genere entis reperiatur potentia & actus secundum doctrinam Aristotelis, quando aliqua potentia per se & ex natura sua ordinatur ad productionem alicuius actus, eo ipso consideratur quasi in potentia per comparationem ad ipsum actum, & ex consequenti pertinere debet ad idem genus entis, ad quod pertinet ipse actus, siue dicamus quòd pertinet per se ad illud genus, siue saltem reductiue. Nam principiũ reductiue pertinet ad illud genus, in quo reponitur ea res, cuius est principiũ, & potentia in illo genere in quo est actus cuius est potentia. Qua ratione D. Thom. in 1. distinct. 8. quæst. 4. articu. 2. ad 2. dicit, quod Deus reductiue pertinet ad genus substantiæ tanquam principium illius, & in distin. 28. quæst. 1. art. 1. ad 3. dicit, quòd vnitas & punctum sunt reductiuè in genere quantitatis, & priuatio reductiuè in genere sui habitus. Ex quo sequitur, quòd potentia ad substantiam sit etiam in genere substantiæ, & potentia ad qualitatem sit in genere qualitatis, & potentia ad actionem sit in genere actionis saltem reductiuè, & hoc pacto potest intelligi vniuersaliter quòd potentia & actus diuidunt quodlibet genus entis, & pertinent ad idem genus, aut directè, aut saltem reductiue.

¶ Tertio notandum est, quòd quantum attinet ad rationẽ D. Tho. satis nobis est, ꝙ potentia & actus sumantur secũdum quod diuidunt ens in substantiam & accidens, vt sic colligamus, ꝙ si actus est de genere accidentis, potentia essentialiter ordinata ad illum actum debet esse de genere accidentis. In quo sensu illa maxima. Actus & potẽtia sunt in eodem genere : acceptatur fere ab omnibus, quanuis multi putent quòd nullo modo in illo sensu ab Aristot. in locis citatis fuerit intenta. Et probatur, quia substantia creata, cuius operatio est accidens, non potest esse principium immediatum operationis. Et præterea potest probari ratione D. Thomæ in quæstione de anima articu. 12. Nam vnumquodque agit secundũ quod est actu tale, vnde ex actione consideratur principium operandi: vtrunque. n. debet esse conforme, non enim ageret hoc potius, quam illud, nisi haberet aliquam similitudinem cum hoc, quam non habet cum illo. Cum ergo videamus operationes esse accidentia, debemus etiam intelligere quod principium operandi est accidens ratione cuius assimilatur suo effectui.

¶ Quarto notandum est, quòd D. Th. nũquam negauit illum locum Aristotel. 12. Meta. tex. 26. posse intelligi in eo sensu, quo intetpretantur autores citati, videlicet, de re, quæ prius est in potentia, & postea existit in actu. Nam Aristo. hoc exemplum ibi apposuit, dicit enim: sicut homo, caro & vinum, quæ prius erant in potentia, & modo sunt in actu. Sed D. Thom. altiori intellectu ex eodẽ sensu egregiè colligit, quod illa potentia, quæ ex sua natura est potentia respectu actus secundi, debet pertinere ad idem genus cum ipso actu, & ex consequenti substantia non potest esse essentialiter ordinata potentia ad actum, qui sit accidens, sed talis potentia necessario debet esse accidens, & ex consequenti debet esse realiter distincta à substantia animæ.

His positis ad primum argumentum contra hanc rationem respondetur, quòd ratio D. Thom. non laborat in æquiuoco sed potius ex legitimo sensu Aristotelis colligit conclusionem vt explicatũ est. ¶ Ad secundum argumentum dico, quòd ratio D. Thom. intelligenda est de potentia, quæ ex natura sua & essentialiter ordinata est ad talem actum, ista enim potẽtia semper pertinet ad idem genus cum ipso actu, substantia vero quanuis sit productiua accidentium, vt Aristote. docet, tamen non est potentialiter & per se primo ordinata ad productionem illorum, sed hoc habet mediante aliqua virtute accidentali, sicut D. Caiet. adnotauit in hoc art. & Capreolus in 1. distinct. 3. quæst. 3. articu. 2. ad 12. contra primam conclusionem. Quemadmodum dicimus, quòd ignis mediante calore, qui est virtus illius, producit calorem in

in qua aut in signo. ¶ Ad tertiũ argumentũ dico, quòd sicut explicabitur infrà articu. 6. essentia animæ non producit suas potentias propria actione, sed dimanant ex illa naturali quadam & simplici emanatione mediante virtute productionis ipsius animæ, quanuis illa simplex emanatio reducatur ad genus causæ efficientis secũdum doctrinam D. Thom. ¶ Ad quartum argumẽtum dico, quòd non oportet potentiam & actum pertinere ad idem genus prædicamenti, sicut D. Thom. expresse dicit in primo distinct. 7. quæst. 1. artic. 2. ad 2. nisi forte reductiuè, vt antea diximus. Quod verò attinet ad mentem D. Thom. hic satis est quòd si actus fuerit de genere accidentis potentia essentialiter ordinata ad talẽ actũ sit etiam accidens & non substantia & per consequens realiter distincta à substantia animæ.

DVbitatur tertiò. Vtrum secunda ratio D. Tho. in articulo sit bona. Videtur quòd non primo. Anima est principium vitam formale, principium vero operandi est effectiuũ, ergo nõ est par ratio de esse vitam, & de operari operatione vitæ. Probatur consequentia, quoniam principium effectiuum potest optimè saluari sine actu suo secundo, principium vero formale nũquam potest saluari sine effectu suo formali. ¶ Secundo sequeretur ex illa ratione D. Thom. quòd calor non esset ipsa potentia calefactiua ignis, consequens est falsum ergo. Probatur sequela. Calor secundũ suam essentiam est actus, est & est terminus suæ generationis, quanuis eius generatio sit secundum quid ergo si ratio Diu. Thom. aliquid conuincit de anima & eius potentijs : probaret etiam, quod in calore aliud est forma, & aliud est potentia calefactiua: quod tamen est falsum.

¶ Sed hæc argumenta nihil eneruant rõnem D. Thom. quin potius ex eorum solutione constabit, quam sit efficax ad probandam hanc sententiam.

¶ Ad primum argumentum Caie. respondet subobscurè, sed vt distinctus procedamus. Nota primo esse maximum differimẽ inter potentias animæ & ipsam animam in hoc quòd est esse principium vitæ. Nã quãuis potẽtiæ animæ sint secundũ suam essentiam, & à se ipsis, sed illud habent ab anima, cuius sunt instrumenta quædam, vt D. Thom. dicit in solutione ad quartum. Vnde quanuis semper sint formæ & actus, tamen subiectum, quod habet illas potentias, non semper actu habet opera vitæ, propterea quod ipsæ potentiæ non sunt principia horum operum vitalium secundum quod ex natura sua actus & formæ: sed illud habent ab anima cuius virtute & influxu habent efficaciam operandi. Quapropter quantum est ex natura sua, sunt in potentia ad operandum operationes vitæ, & propterea appellantur potentiæ. Quemadmodum & de habitibus dici solet, quòd illis vtimur quando volumus, at vero si ipsa anima esset immediatum principium operandi opera vitæ, hoc non haberet per aliquid aliud, sed per suam essentiam : cum ergo anima secundum suam essentiam, sit actus & forma, sequeretur quòd per suam essentiam esset actu principium operum vitæ. Et quia vnumquodque semper est actu illud, quod est per suam essentiam, colligitur manifestè; quòd si anima semper habet actu principium operationis vitæ: quòd habens animam semper haberet actu opera vitæ, quod tamen est manifestè falsum & contra diffinitionem animæ.

¶ Secundo nota, quòd similitudo adducta in ratione D. Tho. non attenditur quantũ ad hoc quod est esse principiũ viuẽdi & esse principiũ operandi, sed quantũ ad hoc qđ est esse vtrobique principium per essentiam suam, supposito quòd illud quod est tale per suam essentiam semper est actu tale. Ex quo habetur, quòd si anima per suam essentiam & non per aliquid additum esset principium operationum vitæ, cum simul per suam essentiam sit actus, semper actu esset principium operationum vitæ sicut semper actu est principium viuendi. Neq; differt in proposito, quòd sit principium formale aut principium effectiuum. Nam D. Thom. non probat suum intentum ex hoc, quòd est esse principium præcisse, sed ex hoc quòd est esse principium per suam essentiam, & non per aliquid additum, in quo sensu par ratio est de principio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipio formali & de effectiuo, atque adeo A ratio D.Thom. est efficax. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, cum Caietan. quòd calor secundum se habet rationem proximi principij operatiui vt quo: at verò quòd sit potentia actiua, & vt habeat statũ potentiæ non potest sibi conuenire nisi secundum quòd etiam sibi competit aliquãdo esse in actu primo tantùm, ita quòd habeat actum admixtum potentiæ: hoc enim est de ratione cuiuscunque potentiæ, vt patet ex lib.9.Metaph. Quod autem calor habeat actum admixtum potentiæ, sibi competit non ex se sed ex composito substantiali, in quo recipitur, vt D. Thom. docet in articulo in solutione ad tertium & ad quartum. Quapropter quamuis ipse calor secundum rem sit potentia calefactiua, tamen non habet à se ipso statum & rationem potentiæ, sed ex composito substantiali. Aliqui ex iunioribus non approbant hanc Metaphysicam D. Gaieta. qua docet non esse idem principium actiuum, & potentiam C actiuam, neque putant esse doctrinam peripateticam, & contra eam arguitur hoc argumẽto. Arist.9.Metaph.text.2.diffinit potentiam actiuam per principium actiuum, ergo non est distinguenda potentia actiua contra principium actiuum. Ad hoc tamen argumentum (quod facillimum est) respondetur negando consequentiam. Quamuis enim potentia actiua diffiniatur per principium actiuum, non sequitur quòd ipsa potentia actiua non addat aliquam rationem D supra rationem principij actiui, per quam constituatur in esse potẽtiæ actiuæ; quemadmodum homo diffinitur per animal, sed ex hoc non sequitur, quod homo nõ addat aliquam rationem, per quam constituatur in esse hominis, quæ ratio non includitur actu in animali.

DVbitatur quarto, Vtrum tertia ratio D. Tho. quam adduximus ex quæstione de spiritualibus creaturis artic.11. sit bona? ¶ Videtur quòd non. Primò. Quoniam diE uersorum actuum diuersa esse principia realiter verum habet, quando illi diuersi actus comparantur ad diuersa principia in eodem genere causæ. v.g. diuersi actus formales ad diuersa ptincipia formalia, vt esse calidum, esse album & esse dulce, vel ad diuersa principia efficientia diuersi effectus, vt calefacere & frigefacere. Esse autẽ & operari non comparatur ad principia in eodem genere causæ; ergo non inconuenit, quòd proueniãt ab eodem principio, quẽadmodum videmus, quod ab eadem essentia fluit esse & operari. ¶ Secundo. Quoniã licèt admittamus quòd in actibus nõ subordinatis valeat argumentum; tamen in actibus qui sunt subordinati adinuicem nõ valet. Ab eodem n. principio est esse album B & esse disgregatiuum visus, quamuis hæc duo differant inter se. ¶ Tertio. Quoniam nullum argumentum est hoc; calefacere & excicare & indurare sunt diuersi effectus, ergo principia illorum sunt diuersa, quia sunt effectus subordinati, & consequenter ab eadem causa producti; sed similiter esse & operari sũt effectus subordinati, & vnus consequenter ex altero oritur, ergo non requirunt diuersa principia, & ex consequenti ratio D.Thom. non probat intentum. Sed C ista argumenta leuissima sunt ad infirmandam vim rationis Diu. Thom. quamuis aliqui ex iunioribus eis conuincantur. Vnde. Ad primum respondetur, quòd quamuis comparatio fiat ad principia in diuerso genere causæ, colligitur apertè efficacia rationis D.Thom. Nam si vnum principium ex sua natura est ad actum substantialem, & semper est necessario coniunctum cum suo proprio actu; aliud verò principium per se & ex natura sua est ad actum accidentalem, & non semper est coniunctum cũ suo actu, optime colligitur hæc duo principia esse realiter distincta, quamuis vnum sit principium formale, alterum vero principium efficiens.

¶ Ad secundum respondetur, illud esse argumentũ fallax. Primò, quoniam & in operationibus subordinatis habet locũ ratio D. Thom. propterea quod operationes sunt reales & accidentales, & vna nõ consequitur naturali sequela ad alteram, vt in exẽE plo quod apponitur in illo argumẽto. Nam albedo vtrumque habet dare subiecto, & quòd sit album formaliter, & quod sit disgregatiuum visus obiectiue, quemadmodũ color dat subiecto esse coloratũ formaliter, & esse visibile obiectiuè, quæ duo non sunt effectus realiter distincti sed formaliter, vel secundum rationem. Inter animam A verò & eius potentias, longe diuersa ratio est in ordine ad suos proprios actus, qui sũt realiter distincti, vt explicatum est.

¶ Ad tertium respondetur, quòd calor ex sua natura & per se solùm ordinatur ad calefaciendum tanquam ad proprium effectum; quòd verò exiccet & induret id prouenit per accidens ex dispositione subiecti: mediate enim eodem calore & eadem virtute, sol liquefacit cerã & indurat lutum; quæ diuersitas effectuum prouenit ex di- B uersa dispositione subiecti, vtrumque tamen per accidens. Sed D. Thom. in præsenti loquutus est de potẽtijs in ordine ad proprios & per se actus & effectus, quapropter hæc instantia non est contra eius doctrinã.

DVbitatur quinto. Vtrum substantia creata possit esse immediatum principium operandi per se ipsam, an verò necessario requiratur potentia superaddita accidentalis & realiter distincta, quæ sit principium immediatum & proximum operatio C nis? ¶ Hoc dubium tractat Caiet. suprà q. 54. art. 3. cum Scoto in 2. dist. 16. quæst. vnica. & in 4. dist. 12. q. 3. & cum Durando vbi supra, in quibus locis opinantur isti autores, quòd substantia potest immediatè, & per se concurrere ad operationes accidentales, quam sententiam probant quibusdam argumentis ex his, quæ fecimus dubio primo. Sed præterea probatur primo. Aqua calida reducit se ad suam frigiditatem immediatè per suam substantiam, ergo est prin- D cipium immediatum operationis accidentalis. Probatur antecedens. In aqua calida frigiditas est in minori gradu, & calor in maiori, ergo frigiditas non potest expellere calorem, & ex consequenti illa expulsio caloris & intensio frigiditatis fit immediatè à forma substantiali. ¶ Secundò. Quando generatur compositum substantiale, forma substantialis est principiũ quo generandi substantiam, ergo immediate attingit generationem illius. Probatur conse- E quentia, quoniam principium formale attingit immediatè proprium effectum, ergo. Si quis respondeat communi sõlutione, quòd forma substantialis est principium quo primum & principale, sed principium proximum siue immediatum, & minus principale est potentia operatiua, quæ est forma accidentalis.

COntra hanc solutionem est argumentum. Illa potentia operatiua est de genere accidentium, ergo non potest esse principium immediatum producendi substantiam. Probatur consequentia. Quoniam secundum regulam Aristo. & D. Thom. explicatam dubio primo, potentia operatiua & operatio siue effectus, sunt eiusdem generis, ergo potentia quæ est accidens non potest esse principium producẽdi substantiam. Confirmatur. Causa prima & principalis immediatius concurrit ad effectum, quàm causa secunda, quemadmodum quando sol & homo generant hominem, sol immediatius concurrit ad generationem, quàm homo: sed substantia & potentia operatiua habent se sicut causa prima & secunda, ergo ipsa substantia immediatius attingit effectum quàm potentia eius. ¶ Tertio. Idem est principium essendi & operandi, sed forma substantialis est principium immediatum essendi, ergo & operandi. Confirmatur. Quòd substãtia non sit immediatum principium operandi vel prouenit ex eius perfectione, vel ex ipsius imperfectione; neutrum istorum potest dici, ergo. Probatur minor. Quòd non proueniat ex ipsius perfectione patet, quoniam diuina substantia est summè perfecta, & tamen est principiũ immediatum operandi. Quòd etiam non prouenit ex eius imperfectione patet, quoniam forma accidentalis est imperfecta, & tamen est immediatum principium operationis. ¶ In contrarium tamen est doctrina D. Thom. in hoc artic. & locis quæ citauimus dubio primo; cuius sententia est, quòd sola diuina substantia est principium immediatum operandi, omnis autem substantia creata habet operari media potentia operatiua, quæ sit de genere accidentium. Quæ sententia satis probatur argumentis, quæ fecimus dubio primo desumptis ex variis locis D. Tho. Sed præterea probatur hoc argumento, quod desumitur ex qua. 8. de anima. art. 12. Substantia creata ita ordinatur immediatè ad esse, quod indifferenter se habet ad operationes accidentales, nisi determinetur per potentias

Universidad de Deusto
Biblioteca

tias operatiuas, quæ sint accidentia tanquam per instrumenta propria, ergo istæ potentiæ sunt principia proxima & immediata illarum operationum. Antecedens constat experientia, quoniam anima rationalis indifferenter se habet secundū suam substantiam ad videndum & audiendum, &c. & propterea determinatur ad has operationes per potentias sensitiuas. Et confirmatur ratione optima sumpta ex D. Tho. supra q. 59. art. 2. Substantia & essentia rei non ordinatur ad aliquid extra se, ergo nō ordinātur ad operationes exteriores immediatè, & ex consequenti principia, quibus immediatè ordinat ad has operationes, q̄ sunt extra essentiā substātiæ ipsi⁹ & de genere accidētiū, sunt distincta ab ipsa substātia.

AD primum verò argumentum vt respondeamus, supponendum est cum Caiet. vbi supra in solutione ad vltimum argumentum Scoti, & cum Ferrar. 1. cont. gent. cap. 7. quòd frigiditas ita est semper connaturalis aquæ, vt nunquam possit dari aqua etiam via corruptionis naturaliter, quin in se habeat aliquos gradus frigiditatis, quemadmodum è contra calor sic est connaturalis igni, quòd nunquam potest dari ignis etiam via corruptionis, quin habeat in se aliquos gradus caloris. Quo supposito ad argumentum respondetur. Primo, quod illa reductio aquæ ad suam frigiditatem fit ab ipsa forma substantiali aquę, non tamen immediate sed mediāte sua frigiditate tanquam principio operatiuo proximo: quæ frigiditas quamuis sit minor calore, secundum quantitātem, est tamen multo maior illo radicaliter & virtualiter, propterea quòd frigiditas est in proprio subiecto a quo habet virtutem agendi, calor verò est in alieno subiecto, & destitutus à proprio conseruante. Et ad communem argumētum, quòd forma minoris gradus non potest expellere formam, quæ est in maiori gradu, respondetur communi solutione, illam propositionem esse intelligē dam quando cætera sunt paria, quod tamē non cōtingit in præsenti. Secundo respondetur solutione, q̄ magis placet Caie. in illa solutione ad vltimum Scoti, & Capreol. in 2. d. 6. q. vnica ꝙ illa reductio aquæ ad suam frigiditatem non fit à forma substantiali proprie loquendo, sed per se & propriè fit à generante, & frigiditas ipsa, quæ acquiritur cōsequitur naturali sequela ex ipsa forma aquę substantiali sine noua trāsmutatione; sicut. v.g. motus lapidis deorsum sublato impedimento fit per se & propriè à generante, quanuis mediante forma substantiali lapidis simul eū grauitate, ad quam formam naturali sequela consequitur ille motus statim sublato impedimento absq; eo quòd interueniat noua actio physica vel noua transmutatio, quę tribuatur ipsi substantiæ lapidis. Eodem modo dicunt isti autores philosophandū esse in reductione aquę ad frigiditatem, de qua re legendus est Magister Soto in secundo Physicor. qō. 1 solutione ad quarum argumentum principale.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, ꝙ solutio ibi assignata est vera, & ad rem pleam respondetur, ꝙ forma accidentalis virtute propria non poterat esse principiū attingens productionem substantiæ, vt argumentū probat; cæterū virtute ipsius substantiæ, cuius est potentia & instrumētum, bene potest attingere productionē substantiæ, vt Caiet. explicit vbi supra in solutione ad secundum, Scoti, & Magister Soto in 2. Physi. q. 4. in solutione ad secundū principale, & Capreol. in 4. d. 12. q. vnica ad argumenta contra secundam conclusionem, & Fer. in 4. cont. gē. c. 66. Ad probationē verò argumenti respondetur, quòd illa propositio Aristot. & D. Tho. Potentia operatiua & actus pertinent ad idem genus; debet intelligi de illa operatione & effectu, ad quem concurrit potentia virtute propria, nō autē de illa operatione vel effectu, ad quem cōcurrit virtute alterius superioris. Ad confirmationem respōdetur falsum esse, ꝙ ignis & calor in ordine ad calefactionem se habeant vt causa prima & secunda, quin potius habent rationem vnius causæ secūdæ, quæ cōpletur ex forma substantiali, & ex virtute accidētali, quæ se habet admodum instrumenti coniuncti, vt explicatum est dubio primo. ¶ Ad tertium respondetur ex supra dictis, ꝙ quamuis idem sit principiū essendi & operandi, tamen non eodē pacto hoc cōtingit in substantia & accidenti. Accidens enim, sicut est immediatum principium essendi accidentaliter, ita etiam est immediatū principiū operandi operationes accidentales sui generis; forma verò substantialis, quanuis sit immediatū principiū essendi substantialiter, tamē in ordine ad operationē est principiū mediatū, propterea ꝙ immediatè ordinatur ad esse substantiale tantùm, ad operationē verò ordinatur media virtute accidentali, & propterea quanuis sit immediatū principium essendi non est immediatū operandi, sed mediante illa virtute accidentali. Ad confirmationē respondetur, ꝙ substantia creata est quasi quoddā medium inter substantiam diuinam & formam accidentalem, ita ꝙ sit multò imperfectior, quam diuina substantia, & perfectior quam forma accidentalis. Vnde ex eo ꝙ non potest attingere perfectionem diuinę substantiæ, quę est purus actus, habet ꝙ non possit operari immediatè per suam substantiam, ex eo autem ꝙ est multò perfectior, quā forma accidentalis habet, ꝙ non sit immediatum principium operationis accidentalis sicut est ipsa forma accidentalis; sed habet ꝙ sit causa principalis illius operationis, quanuis mediatè, media scilicet, potentia accidentali illi adiūcta: quod non potest conuenire diuinæ substantiæ, in qua non potest recipi aliquod accidens: atq; adeò ꝙ forma substantialis creata non possit esse immediatum principium operationis accidentalis, neq; prouenit ex maxima perfectione illius, neq; ex maxima imperfectione, sed ex eo quòd obtinet statum perfectionis mediæ inter substantiam, quæ est purus actus, & inter naturam accidentis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sint plures potentię animæ.

378 2. cont. c. 72. fi. Et q. de anima, ar. 3. Et 1. lib. de anima fin. & li. 2. l. 2. fi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sint plures potentiæ animę. Anima enim intellectiua maximè ad diuinā similitudinem accedit: sed in Deo est vna & simplex potēntia: ergo & in anima intellectiua.

¶ 2 Præterea. Quanto virtus est superior, tanto est magis vnita: sed anima intellectiua excedit omnes alias formas in virtute: ergo maximè debet habere vnam virtutem, seu potentiam.

¶ 3 Præterea. Operari est existentis in actu. Sed per eandem essentiam animę homo habet esse secundùm diuersos gradus perfectionis. vt supra* habitum est. Ergo per eandem potentiam anima operatur diuersas operationes diuersorum gradum. Q. 76. artic. 3. & 4.

SED contra est, quod Philosophus in* 2. de Anima ponit plures anima potentias. Li. 2. de anima tex. 13. & sequen. & tex. 27. to. 2. Li. 2. de cælo, te. 66. tom. 2.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere plures animę potentias.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut Philosophus dicit in* 2. de Cælo quę sunt in rebus infimis nō possunt consequi perfectam bonitatē, sed aliquam imperfectā consequuntur paucis motibus. Superiora verò his adipiscuntur perfectam bonitatem motibus multis. Hic autem superiora sunt, quæ adipiscuntur perfectam bonitatem motibus paucis. Summa verò perfectio inuenitur in his, quæ absque motu perfectam possident bonitatem. Sicut infimè est ad sanitatem dispositus qui non potest perfectam consequi sanitatem, vel aliquam modicam consequitur paucis remedijs. Melius autem dispositus est qui potest perfectam consequi sanitatem, sed remedijs multis: & adhuc melius qui remedijs paucis: optimè autem qui absque remedio perfectam sanitatem habet. Dicendum, est ergo, quòd res quę sunt infra hominem, quędam particularia bona cōsequuntur. Et ideo quasdam paucas & determinatas operationes habent & virtutes. Homo autem potest consequi vniuersalem & perfectam bonitatem: quia potest adipisci beatitudinem. Est tamen in vltimo gradu (secundùm naturā) eorum quibus competit beatitudo. Et ideo multis & diuersis operationibus & virtutibus indiget anima humana. Angelis verò minor diuersitas potentiarum competit. In Deo verò non est aliqua potentia vel actio præter eius essentiam. Est & alia ratio quare anima humana abundat diuersitate potentiarum, videlicet quia est in confinio spiritualiū & corporalium creaturarum. Et ideo cōcurrunt in ipsa virtutes vtrarūque creaturarū.

AD primum ergo dicendum, quòd in hoc ipso magis ad similitudinem Dei accedit anima intellectiua quàm creaturæ inferiores, quòd perfectam bonitatem consequi potest, licet per multa & diuersa. In quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

deficit à superioribus.

AD secundum dicendũ, quòd virtus vnita est superior, si ad æqualia se extendat. Sed virtus multiplicata est superior, si plura ei subijciantur.

AD tertium dicendum, quòd vnius rei est vnum esse substantiale, sed possunt esse operationes plures. Et ideo est vna essentia animæ, sed potentia plures.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmatiua. Et fundamentum primæ rationis D. Thom. desumptum est ex doctrina Arist. 2. de Cęlo. tex. 62. vbi D. Tho. lect. 18. agit optimè de hac re.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo notandum est, ꝙ quantus vniuersi angeli sint inæquales secundum perfectionem, secundùm doctrinam Diui Thomæ supra que. 50. arti. 4. non inde colligendum est, ꝙ non conueniant in numero potentiarum, colligitur tamen ex hoc optimè, quòd differant penes maiorẽ & minorem simplicitatem illarum potentiarum. Qua ratione Diuus Thomas supra quæstione. 55. articu. 3. docuit, quòd angeli quantò perfectiores sunt, tantò simpliciorem intellectum habent, eo quòd pauciores species cognoscunt omnia, quæ imperfectiores angeli intelligunt per plures species, Et in hoc sensu verificatur, ꝙ angeli superiores paucioribus indigent; quàm inferiores.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm potentiæ distinguantur per actus, & obiecta.

379 1. d. 17. q. 1. ar. 4 cor. Et 2. d. 44. q. 2. arti. 1. corĩ. Et ꝙç. de

AD TERTIVM sic procedi-tur. Videtur, quòd potentiæ non distinguantur per actus & obiecta. Nihil enim determinatur ad speciem per illud quod posterius vel extrinsecũ est. Actus autẽ est posterior potentia, obiectum autem est extrinsecum. Ergo per ea potentiæ non distinguuntur secundum speciem.

¶ 2 Præterea. Cõtraria sunt quæ maximè differunt. Si igitur potentiæ distinguerentur penes obiecta, sequeretur ꝙ cõtrariorum non esset eadem potentia. Quod patet esse falsum ferè in omnibus. Nam potentia visiua eadem est albi & nigri, & gustus idem est dulcis & amari.

¶ 3 Præterea. Remota causa removetur effectus. Si igitur potentiarũ differentia esset ex differentia obiectorum, idem obiectum nõ pertineret ad diuersas potentias, quod patet esse falsum. Nam idem est quod potentia cognoscitiua cognoscit & appetitiua appetit.

¶ 2 Præterea. Id quod per se est causa alicuius, in omnibus causat illud. Sed quædam obiecta diuersa, quę pertinent ad diuersas potentias, pertinent etiã ad aliquã vnã potentiam. Sicut sonus & color pertinent ad visum & auditum, quę sunt diuersæ potentiæ, & tamen pertinent ad vnam potentiam sensus cõmunis. Non ergo potentiæ distinguuntur secundùm differentiam obiectorum.

SED cõtra. Posteriora distinguuntur secundùm priora. Sed Philosophus dicit * 2. de Anima, quòd priores potentijs actus et operationes secundùm rationem sunt. Et adhuc priora sũt opposita siue obiecta. Ergo potentiæ distinguuntur secundùm actus & obiecta.

RESPONDEO dicendum, ꝙ potentia secundùm id quod potentia est, ordinatur ad actum. Vnde oportet rationem potentiæ accipi ex actu, ad quem ordinatur: & per consequens oportet quòd ratio potentiæ diuersificetur vt diuersificatur ratio actus. Ratio autẽ actus diuersificatur secundùm diuersam rationẽ obiecti. omnis enim actio vel est potentiæ actiua, vel passiua. Obiectum autẽ comparatur ad actum potentiæ passiuę, sicut principium, & causa mouens. Color enim inquantum mouet visum, est principiũ visionis. Ad actum autẽ potẽtiæ actiuæ cõparatur obiectũ, vt terminus & finis. Sicut augmentatiua virtutis obiectũ est quantũ perfectũ, quod est finis augmenti. Ex his autẽ duobus actio speciẽ recipit, scilicet ex principio, vel ex fine seu termino. Differt enim calefactio ab ifrigidatione, secundùm quod hęc à calido scilicet actiuo ad calidũ, illa autẽ à frigido ad frigidũ ꝙ edit: vnde necesse est, ꝙ potentiæ diuersificentur secundũ actus & obiecta. Sed tamen cõsiderandũ est, ꝙ ea quæ sunt per accidens, nõ diuersificant

speciem. Quia enim coloratum accidit animali, nõ diuersificantur species animalis per differentiam coloris, sed per differentiã eius quod per se accidit animali: per differentiam scilicet animę sensitiuæ, quę quandoque inuenitur cum ratione, quandoq; sine ratione. Vnde rationale & irrationale, sunt differentiæ diuisiuæ animalis, diuersas eius species cõstituentes. Sic igitur nõ quæcunq; diuersitas obiectorũ diuersificat potẽtias anima, sed differentia eius, ad quod per se potẽtia respicit. Sicut sensus per se rẽspicit passibilẽ qualitatẽ, quę per se diuiditur ĩ colorẽ, sonũ & huiusmodi. Et ideo alia potẽtia sẽsitiua est coloris, scilicet visus, et alia soni, scilicet auditus. Sed passibili qualitati aut colorato accidit esse musicũ, vel grammaticũ vel magnũ et parũ, aut hominẽ, vel lapidẽ. Et ideo penes huiusmodi differẽtias potẽtię aĩa nõ distinguũt.

AD primum ergo dicendũ, quòd actus licet sit posterior potentia in esse, est tamẽ prior in intentione, et secundùm rationem, sicut finis agente. Obiectũ autẽ licet sit extrinsecũ, est tamen principiũ vel finis actionis. Principio autẽ & fini proportionantur ea, quę sunt extrinseca rei per intrinsecam habitudinẽ.

AD secundum dicendũ, ꝙ si potentia aliqua per se rẽspiceret vniũ cõtrariorum, sicut obiectum, oporteret ꝙ contrarium ad aliam potentiam pertineret. Sed potentia animę nõ per se rẽspicit propriã rationem cõtrarij, sed communem rationem utriusque cõtrariorũ. Sicut visus non rẽspicit rationẽ albi sed rationem coloris. Et hoc ideo quia vnũ contrariorum est quodammodo ratio alterius, cùm se habeant sicut perfectum & imperfectum.

AD tertium dicendum, quòd nihil prohibet id quod est subiectio idem, esse diuersum secundùm rationem. Et ideo potest ad diuersas potentias animæ pertinere.

AD quartum dicendum, quòd potentia superior per se rẽspicit vniuersaliorem rationem obiecti, quàm potentia inferior: quia quantò potentia est superior, tantò ad plura se extendit. Et ideo multa conueniunt in una ratione obiecti, quam per se rẽspicit superior potentia, quæ tamẽ differunt secundum rationes, quas per se rẽspiciunt inferiores potentiæ. Et inde est, quòd diuersa obiecta pertinent ad diuersas inferiores potentias, quæ tamen vni superiori potentiæ subdunt.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio. Potentię distinguũtur ex differentia per se obiectorum, non autem ex differentia per accidens. Rationes pro hac conclusione optimè colligit Caieta. in hoc articulo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur; Vtrùm cõclusiones D. Tho. sint verę? Videtur quòd non. Primò. Idem obiectum secundùm rem. v.g. obiectum intellectus & voluntatis potest pertinere ad diuersas potentias, ergo diuersitas potentiarum secundùm rem non potest sumi ab obiecto. Antecedens probatur, quoniam verum & bonum, quæ sunt obiecta intellectus & voluntatis, est idem secundũ rem vt docuit D. Tho. supra. quæst. 5. & 16. Consequentia verò probatur, quoniam si ex distinctione obiectorum sumitur distinctio potentiarum non potest esse maior distinctio in potentiis, quàm fuerit in obiectis. ¶ Secundò. Si potentiæ distinguerentur per actus & obiecta, sequeretur quòd potentia visiua equi & potentia visiua hominis non distinguerentur secundùm speciem; consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quoniam versantur circa idem obiectum formale. Minor uero probatur, illæ potentiæ sunt proprietates, quæ consequuntur naturaliter ad diuersas essentias secundùm speciem, ergo distinguuntur specie. ¶ Tertiò. Vnumquodque distinguitur per quod constituitur, vt patet ex Logica capitu. de differentia, vbi dicitur ꝙ differentia habet duplicem actum, scilicet, constituere speciem, & facere differre vnum ab alio; sed potentię per aliquid intrinsecum constituuntur & non per entitatem actuum, vel obiectorum, ergo non per actus & obiecta distinguuntur. Confirmatur. Potentiæ & actus sunt res absolutæ secundùm suam essentiam, non enim pertinent ad relationis prædicamentum, ergo in ordine ad se constituuntur & distinguuntur, & non in ordine ad aliud. Nam esse ad aliud est propriũ relatiuorũ. Quartò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eadem potentia elicit actus diuersarū specierum, ergo potentiæ non distinguuntur per actus. Probatur antecedens, quia in eodem intellectu sunt habitus specie diuersi, vt duæ scientiæ, sed actus horum habitū differunt specie: nam habitus etiam distinguuntur per actus, vt docet S. Thom. 1.2.q. 54.art.1. ergo idem intellectus elicit actus diuersarum specierum. Confirmatur. Eadē potentia producit actus contrarios, vt videre albedinem & videre nigredinem, item assentiri & dissentiri sunt ab eodem intellectu, ergo &c. ¶ Quintò. Dato q potentiæ per actus distinguantur, & actus per obiecta, probatur q hæc distinctio nō sit à priori. Actus sunt effectus potentiarum, ergo sunt posteriores illis, ergo processus ex actibus ad illas est à posteriori.

A Dexplicationem huius dubij notandum est primo cum Caietan. q sensus huius quæst. in D. Tho. & Aristo. potest esse multiplex. Primus sensus est, q actus, & obiecta sunt principia formalia constituentia ipsas potentias ad eum modū, quo rationale constituit hominem; & iste sensus (inquit Caietan.) est falsus & impossibilis. Ratio est, quoniam principium formale constitutiuum rei debet esse illi intrinsecū, sed actus & obiecta sunt extrinseca potentijs, ergo non possunt intrinsecè, &c. Probatur minor. Quoniam potentia de facto consistit in suo esse absq; aliquo actu vel obiecto. ¶ Secundus sensus est, quem assignant aliqui autores in 2.d.16. Scotus.q.vnica, & apertiùs Gabriel.q.vnic.arti.2. & Hereus quodlib.1.q.12. & alij, q potentiæ dicuntur distingui per actus & obiecta à posteriori, & tanquam per signa manifestantia nobis distinctionem ipsam, quam potentiæ habent in seipsis. Sed iste sensus est improbabilis. Rō est, quoniam secundum rectam philosophiam illa rō, quæ assignatur p causam, est à priori, sed potentia diffinitur per actum tanquam per cām finalem, ergo distinctio potentiarum per eandem cām est à priori. Probatur minor. Quoniam actus est finis potentiæ, vt docet D. Thom. in hoc ar. ad primum, & magis explicat. 2.lib. de Anima.lect.6. circa finem, quod cōiter confirmari solet ex illo testimonio Arist. 2. de Cœlo.tex.17. vbi docet vnumquodque esse propter suam operationem. ¶ Tertius sensus esse pōt, q potentiæ distinguuntur per actus & obiecta tanquam per quasdā causas extrinsecas, vt si dicamus, q angelus differt ab hoīe, quoniam ille est à Deo per creationem, iste verò producitur ab alio homine per generationem. Et iste sensus non pōt esse conueniens. Primò, quia iam non esset hoc peculiare potentijs distingui per actus & obiecta, cum tamen specialiter illis tribuat D. Tho. hunc modum distinctionis, & similiter Arist. in 2. de Anima. cap. 4. tex. 33. Secundò, quoniam hoc pacto non pōt bene percipi & explicari natura potentiarum & actuum, si tantum attendamus ad causas extrinsecas. ¶ Quartus ergo sensus est, q potentiæ constituuntur & distinguuntur per habitudinem quandā ad actus & obiecta; & iste sensus est legitima intelligentia D. Tho. & Arist. ¶ Ad cuius explicationem secundo nota, q in rebus creatis quædam res sunt perfectiores & institutæ à Deo, vt sint per se, quemadmodum substantiæ, quæ in sua essentia non dependent ab aliquo extrinseco, sed constituuntur per intrinseca sibi absque aliquo ordine ad aliud, sicut homo constituitur per rationale, &c. Quædam verò sunt institutæ à Deo propter aliud, sicut potentiæ propter actū, & similiter habitus; ad quos actus dicunt ordinem. Et huiusmodi res, & specificantur & distinguuntur per habitudinem ad illud extrinsecum, ad quod ordinantur. ¶ Tertiò nota, q in eiusmodi potentijs duo sunt consideranda. Alterum est obiectum ipsum, q respiciunt, & hoc quidem extrinsecum est potentijs & ponitur in earum diffinitione, tanquam additum. Alterum verò est ipsa habitudo potētiæ ad obiectum, & hæc quidem intrinseca est ipsi potentiæ, & ponitur intrinsecè in eius diffinitione, sine qua habitudine potentia nec posset esse, nec intelligi. Hæc autem habitudo quamuis propter penuriam nominum vocetur nomine relatiuo non tamen est censenda vera relatio prædicamentalis, sed est quædam relatio sine ordo transcendentalis, vt explicat Caiet. in hoc ar. & Ferr. 4.cont.gen.c.24. quamus ad hanc intrinsecam habitudinem consequatur relatio prædicamentalis, quæ nō est de essentia potentiæ, sed per eam melius explicatur & intelligitur à nobis. Et hac ratiōne potentiæ solent vocari relatiua secundū dici, & similiter habitus; de qua re solet disputari in 1.2.q.47.ar.1. & à Metaphysicis in 5.Metap.c.de ad aliquid.

HIs suppositis est prima conclusio. Omnes potentiæ siue actiuæ siue passiuæ distinguuntur per actus & obiecta formalia & adæquata. Hæc conclusiō iuxta tenorem præcedentium notabilium intelligēda est, scilicet, quòd actus vel obiectum non est propria differentia & intrinseca potentiæ, sed est terminus habitudinis, quam essentialiter potentia dicit ad actū, & actus ad obiectum. Hoc posito probatur conclusio. Potentia ut sic ordinatur ad actum, ergo totum suum esse est per ordinem ad actum, ergo proportionatur actui, ergo secūdùm differentiam actuum erit differentia potentiarum. Cōfirmatur. Sicut in artificialibus ita in naturalibus vnumquodque est propter suam operationem, vt habetur 2. de Cœl. text. 17. ergo sicut in artificialibus diuersa forma introducitur ab agente iuxta diuersitatem operationis & finis, ita natura diuersas tribuit potentias secundum diuersitatem operationum, aliam ad videndum, aliam ad audiendum, &c. Quòd autē distinctio actuum sumatur ab obiectis, sic probatur à D. Thom. Obiectum uel cōparatur ad actum potētiæ actiuæ uel passiuę, si ad actum potentiæ actiuę, habet rationē finis, & termini, sicut obiectum operationis potentiæ augmentatiuæ est quantū perfectum, quod acquiritur per illam operationem, respectu verò potentię passiuæ habet rationem principij sicut visibile respectu actus uidendi est principium actuum immutans potentiam; sed omnis distinctio actionis sumitur aut ex principio, aut termino, ergo omnis actus habet distinctionem ab obiectis.

¶ Circa hanc rationem sunt duæ difficultates. Prima, quomodo dicit D. Tho. quòd actio habet distinctionem à principio, qd expressiùs docet. 1.2.quæst.1.ar.3. cum tamen Arist. 5. Phy. tex. 4. doceat motum specificari à termino ad quem, actio enim quidam motus est. Secunda est, quia calefactio causata à sole & causata ab igne eiusdem speciei est, & tamen habet distincta principia, ergo, &c. ¶ Ad hoc respondetur certissimā esse sūtam D. Th. At verò Arist. 5. Phys. loquebatur de motu prout habet rōnē passionis, de passione aūt et D. Th. fatetur specificari à termino ad quem. Secundò respōdetur, q cum principio motus debeat esse eiusdem rōnis cum termino ipsius, siue formaliter, vt patet in omnibus causis vniuocis; siue virtualiter, vt statim dicemus de causis æquiuocis, idem est q actus specificetur à termino, & à principio. ¶ Ad secundum respondetur, q doctrina D. Thom. intelligitur de actionibus procedētibus à causis particularibus, qualis non est calefactio causata à sole. Vel dicatur, q de omnibus calefactionibus loquitur, & q illæ duæ calefactiones habent idem principium saltē virtualiter. Nam sol licēt secundum rem solùm habeat vnicam formam, per quam varios effectus operatur in rebus inferioribus tamen in illa forma distinguimus multiplices rōnes operandi, sicut in Deo distinguimus multiplices ideas creaturarū quasi specie differentes. Diximus autem in conclusione distingui potentias penes obiecta formalia & adequata; quia non quilibet distinctio obiectorū causat distinctionē formalem actuum & obiectorum. Nam albedo & nigredo sunt qualitates diuersę speciei, & tamen ad obiectum eiusdem potentiæ pertinent. Dicendum ergo est, q sicut in 1. Posterior. circa text. 43. explicant omnes interpretes Aristotelis, & præcipuè Caiet. obiectum scīæ non distinguit scīas sm diuersitatem in genere entis, sed in genere scibilis: ita de potentijs dicendum est, q distinguuntur penes obiecta nō in rōne rei, sed in rōne sensibilis. v.g. rō formalis & per se potentiæ visiuæ est visibilitas. Oīa ergo quæ ab illa potentia attinguntur sub illa rōne attinguntur, vt licet albedo, & nigredo specie distinguantur vt sunt quędā qualitates, tamē ista distinctio materialis est in rōne obiecti, quia non distinguuntur in modo immutandi visum. Quare ex omnibus talibus obiectis cōsideratā vna formalis rō constitutiua & distinctiua potētiæ visiuæ.

¶ Secunda conclusio. Distinctio hæc ex actibus & obiectis, à priori est simpliciter et absolutè, quāuis aliquo mò sit à posteriori. Declaratur sic. Actus cuiuslibet potentię dupli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter potest cõsiderari. Vno modo quatenus effectus potentiæ & vt est in executione, & secundum istam rationem actus est posterior potentia in genere causæ efficientis; si de potentia actiua loquamur, & in genere causæ materialis si de passiua: & sic actus est posterior ipsâ & notior quo ad nos; ignotior secundum naturam. Et secundùm hanc considerationem docet Cõmentator lib.2.de Anima, q̃ processus ab actibus ad potentias est a posteriori. Alio modo actus consideratur secũdùm q̃ est finis potentiæ & complementum atque perfectio illius, quia potentia est propter actum & non è conuerso, & secundum istam considerationẽ actus est prior & notior. Quoniam autem causalitas finalis est prima & potissima inter omnes causalitates, ideo q̃ prius est ĩ hoc genere, simpliciter est prius. Ex quo patet, q̃ processus ex actibus ad potentias simpliciter est à priori. Eodem modo de obiectis respectu ipsorum actuũ philosophandum est. Nam obiectum est causa finalis operationis, si loquamur de actionibus transeuntibus & factiuis suorum obiectorum; vt patet de calefactione, cuius finis est calor productus, iuxta illud.2.Physicor.tex.70. q̃ forma & finis idem sunt secũdum rem, & in augmentatione, cuius obiectum & finis est quantum perfectum. Si autem loquamur de actionibus immanentibus, obiectum est causa efficiens, & quasi formalis illarum, nã visio ex colorato causatur. Vtroque autem modo comparatur actus ad obiectum tanquam ad propriam causam: vnde distinctio actuum ex obiectis à priori est.

A

ADprimum argumẽtum respondet D. Tho. in hoc art.3. & infra.q.80.art.1. ad secundum, q̃ ad distinctionem potentiarum exigitur distinctio obiectorum nõ secundum rem, sed secundum rõnem. Sed quæ sit mens D. Tho. in hac solutione dissensio est inter eius discipulos. Multis.n. videtur difficile, q̃ sola distinctio rationis in obiectis possit efficere distinctionẽ realem potentiarum. Prima solutio est, q̃ D. Tho. & Arist. non intendunt vniuersaliter sumere distinctionem realem potentiarũ, & habituum ex distinctione reali obiectorum; sed distinctionem formalem & specificam. Distinctio verò realis & entitatiua sumitur aliũde, videlicet, ex ipso subiecto, cui inhæreat, & ex alijs causis, v.g. Habitus Philosophiæ naturalis, est quædam qualitas realis, quæ desumit speciem per ordinẽ ad obiectum formale, per quod differt ab habitu Metaphysicæ. Cæterum entitatẽ, & realitatem non desumit ab illa ratione formali obiecti, sed ab ipso subiecto, cui inhæret, & ab actibus intellectus, per quos producitur. Neque uero D. Th. in locis citatis docet illud esse necessario, & uniuersaliter verum, q̃ ex distinctione formali obiectorum sequatur distinctio potentiarum. In quibusdam.n. potentijs, quæ nullam habẽt inter se subordinationem sicut sunt potentiæ vegetatiuæ & potentiæ sensitiuæ exteriores, ita contingit, q̃ ex distinctione formali obiectorum sumitur & distinctio, & realitas potentiarum: in alijs vero potẽtijs, quæ inter se habẽt subordinationem quemadmodum videmus potentias appetitiuas subordinari potentijs cognoscitiuis, ita contingit, q̃ distinctio formalis & specifica desumitur ex rõne formali obiectorum. Cæterùm quoniam illa obiecta non distinguuntur realiter vt ens & bonum non sufficiunt causare realem distinctionem potẽtiarum, sed hæc distinctio completur per ordinem naturæ, qui reperitur inter illas potentias, & inter actus ipsarum, inchoatur tamen ex ipsa rõne formali obiectorum. Quemadmodum.n. actus potentiæ appetitiuæ præsupponit actum potentiæ cognoscitiuæ: ita etiam ordine naturæ potentia appetitiua præsupponit potentiam cognoscitiuam distinctam à se realiter, propterea quod nihil præsupponit se ipsum. Hãc solutionem existimat esse probabilem in doctrina D.Tho. Iauellus in 2. lib.de Anima q.11. Sed si attentè legatur D. Thomæ solutio potiùs est contra eius mentem. Nam supra q.59.art.2.cum definisset, q̃ in angelo voluntas distinguitur ab intellectu, & obiecisset secundum argumẽtum, q̃ obiectum voluntatis & intellectus sola rõne differũt, nempe, ens & bonum, ergo intellectus, & voluntas non differunt realiter; Respõdet ad secundum, q̃ distinctio potentiarũ non desumitur ex distinctione materiali obiectorum, sed ex diuersa ratione formali ipsorum,

B C D E

sorũ, & subdit. Quapropter distinctio obiecti secundùm rationem sufficit ad distinguendas potentias intellectus & voluntatis. Et postea in solutione ad tertium iterũ repetit, q̃ illa distinctio secundùm rationẽ sufficit ad diuersificandas illas potentias. Sit ergo secunda solutio quam adhibet Caiet. in hoc art. circa solutionem ad tertium, vbi dicit primo, quòd distinctio obiectorum propriè loquendo non est causa distinctionis potentiarum, sed est quædam conditio necessario requisita in obiectis ad hoc, quòd distinguant potentias. Quare si propriè loquamur, obiecta distinguunt potentias, propterea quòd hæc potentia ordinatur per se ad hoc obiectum formale tãquã ad suum finem, & illa potentia ordinatur per se ad aliud obiectum. Distinctio vero inter hæc duo obiecta est conditio necessaria & non ratio distinguendi potentias. Secundò dicit, quod non oportet tantam esse distinctionem in eo, quod est conditio causandi quanta fuerit distinctio in ipsis effectibus. Constat.n. experientia, quod ab vna causa procedunt diuersi effectus, sicut ab vno sole procedunt diuersi effectus in his inferioribus, eo quòd sol quauis sit vnus actu, est tamen multiplex in virtute. Sic ẽt obiectum, quod est idem secundum rẽ, & actu, aliunde uero est multiplex in virtute, propterea quòd continet in se diuersas rõnes formales virtualiter & secluſa operatione intellectus, potest esse causa potentiarũ, quæ realiter distinguuntur. Nam distinctio formalis obiectorum æquiualet distinctioni reali ipsorum in causando, propterea q̃d per diuersas rationes formales sic terminat actus diuersarum potentiarum, ac si illæ rationes distinguerentur realiter inter se. Est enim per accidens distinctio materialis, & entitatiua obiecti in ordine ad terminãdas operationes potentiarum, & ex consequenti per accidens est etiam hæc materialis, & entitatiua distinctio ad distinctionem realem potentiarum, quæ non respiciunt obiecta ipsa quantùm ad entitates materiales, sed solùm quantùm ad rationes formales, & hac ratione dixit egregiè Caiet. quòd diuersitas secundùm rationem formalem habet virtutem causandi potentias realiter distinctas & huic solutioni fauet etiam Ferr. lib.4.cont.gent.capit.24.circa finem, & in eius confirmationem adducit locũ D. Th. de veritate.q.15.art.2. & potuisset adducere alterum locum ex quæst.22.de veritate. articu.10. solutione ad primum, vbi habet eandem doctrinam. ¶ Ad secundum respõdet Caiet. hic & in 2.lib.de Anima.cap.10. in principio, quòd eiusmodi potentiæ possunt considerari dupliciter. Primò, secundùm quòd sunt quædam proprietates naturales consequentes diuersas essentias. Secũdò, quatenus sunt quædam potentiæ ordinatæ ad actus & obiecta. Si Primò modo sumantur illæ differunt specie, propterea q̃ consequuntur diuersas naturas specificas. Quod explicat Caiet. exemplo desumpto ex Commentatore.1.de anima. comment. 65. vbi dicit, quòd membra hominis, & membra leonis differunt specie propter diuersas dispositiones, quas habent. Si uero considerentur illæ potentiæ secundo modo, dicendum est, quòd sunt eiusdem speciei, propterea quod versantur circa idem obiectum formale. Huic doctrinæ videtur fauere D. Thom. supra.q. 59. art.1. ad primum, vbi videtur docere, quòd voluntas angeli quauis sequatur simplicem actum intellectus, & non sequatur actum rationis sicut voluntas hominis, non ideo diuersificatur in ratione voluntatis. Certum est autem voluntatem angeli differre à voluntate hominis in ratione proprietatis naturalis. Et possumus confirmare hanc doctrinam Caietani alio exemplo. Si quis enim roget, quo pacto differant malleus ferreus & aureus, dicendum est quod in ratione entis naturalis differunt specie, in ratione vero instrumenti sunt eiusdem speciei. ¶ Secũdo solutio aliorum Thomistarum est, quòd illæ potentiæ non solùm in ratione potentiæ, sed etiam in ratione proprietatis naturalis sunt eiusdem speciei. Ratio est, quoniam potentia visiua hominis & leonis non consequuntur ex proprijs principijs speciei, sed ex principijs generis. Nam videre non conuenit homini quatenus homo, sed quatenus animal quoddam perfectum est, & in animali vniuoce conuenit homo & leo. Qua propter nullum est inconueniens asserere, quòd illæ potentiæ, quæ dimanant ab homine & equo inquantum animalia

A B C D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalia sunt, sint eiusdē speciei ēt in esse naturæ. Et ad exemplū, quod Caiet. adducit ex cōmētatore rīdet esse latum discrimē, qīn mēbra hominis & leonis informant diuersa forma substantiali, & habent diuersum esse specificum. Iam enim supra quæst. 76. artic. 2. & 3. probatum est, quòd in quolibet composito substantiali est tantū vna anima, qua informatur totum compositum & quælibet pars. Cæterùm potentiæ, cum sint accidentia, non participant speciem substantialem, sed ipsę habent suas B species distinctas, & propterea non est eadem ratio de membris ac de potentiis. Ex his solutionibus quamuis vtraque habeat suam probabilitatem, tamen probabilior videtur solutio prima. ¶ Ad tertium cum confirmatione respondetur, quòd potentiæ constituuntur per actus & obiecta à priori, non tanquam per intrinsecam differentiam neque tanquam per principia omnino extrinseca. Quamuis enim obiectum sit extrinsecum ipsi potentiæ, est tamen in- C trinsecum diffinitioni potentiæ, vt additamentum ibi necessariò ponendum ad modum, quo terminus ponitur in diffinitione relatiui. Intrinsecum autem constitutiuum & distinctiuum potentiæ est ordo ad actū & obiectum, qui ordo, vt dictum est, non est prædicamentalis pertinens ad genus ad aliquid, sed transcendentalis pertinens ad Prædicamentum, cuius est illa potentia, vel actus. Verum est, quòd isti ordines transcendentales fundant prædicamentales, nam ex eo quòd scientia respicit aliquid tanquam obiectum consequitur relatio mensurabilis ad mensuram. ¶ Ad quartum respondetur, quòd potentia comparatur ad suos habitus sicut forma superior ad inferiores. v.g. vt sensus communis ad particulares. Vnde sicut color & sonus sunt diuersa obiecta in ordine ad sensus particulares, habent tamē rationem vnius si comparentur ad sensum communem: ita diuersorum habituum existentium in E eadem potentia, quamuis in se & in ordine ad habitus sint diuersi, tamen in ordine ad potentiam sunt eiusdem rationis. v.g. actus sciendi & opinandi diuersificant habitus intellectus, qui sunt scientia & opinio, quia habitus intellectuales distinguūtur secundùm particulares rationes veri, non autem diuersificant potentiam, quia potentia constituitur per aliam rationem vniuersaliorem, videlicet, secundùm modum tendendi in obiectum, qui semper est vnus quantumuis actus multiplicentur. Et in hoc sensu dixit D. Tho. 1.2. quæstione 54. articu. 1. ad primum, quòd potentiæ differunt secundùm rationem generiecam obiectorum, habitus verò secundùm specificam. Ad cōfirmationem dico, quòd ratio formalis percipiendi albedinem aut nigredinem, non est propria ratio harum qualitatum secundùm quam habent contrarietatem, sed est ratio coloris & visibilis, in qua non contrariantur, & ideo illa contrarietas materialis est, & non variat rationem obiecti, nec diuersificat potentiam. ¶ Ad quintum patet ex secunda conclusione. Circa solutionem ad secundum, in qua D. Thom. dicit, quòd quando vna potentia respicit per se vnum obiectum, contrarium illius obiecti debet pertinere ad aliam potentiam; est breuis difficultas. Videtur enim falsa doctrina hæc. Nam potentia visiua per se respicit lucidum, vt Aristoteles docet 2. de Anima. c. 7. tex. 77. Sed lucido contrariatur tenebrosum, vt idem Aristo. docet tex. 70. quod tamen pertinet ad eandem potentiam visiuam, ergo. ¶ Ad hoc Caiet. optime respondet, quòd D. Thom. loquitur de potentia, quæ per se respicit aliquid tanquam obiectum adæquatum. In casu verò argumenti lucidum & tenebrosum, cum se habeant sicut habitus & priuatio, ad eandem potentiam pertinent in ratione vnius obiecti adæquati, vnum quidem principaliter, aliud verò secundario & ratione alterius. Et eodem modo philosophandum est de intellectu in ordine ad verum & falsum, & de voluntate in ordine ad bonū & malum. Nam sicut tenebræ sunt priuatio lucis, ita etiam malum est priuatio boni, vt Augustinus dicit. 12. de Ciuit. capi. 7. Quòd si quis obiciat aliquod malum esse, quod opponitur bono nō solum priuatiuè sed etiam contrariè, vt D. Tho. docet in 1. 2. quæstio. 18. & aliis locis. Respondetur, quòd voluntas fertur in illud malum non prosequēdo sed fugiendo; in præsenti verò articulo

articulo loquitur D. Tho. de potentia per A ordinem ad actum positiuum & prosequutionis. Constat enim in doctrina D. Tho. quòd ad eandem potentiam pertinet prosequutio boni conuenientis, & fuga mali contrarij, vt ipse docet, 1.2. quæstio. 8. art. 3. ad primum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm in potentiis animæ sit ordo.

380 1. art. 7. cor. & de Ani. arti. 23. ad 20.

AD QVARTVM sic procedi- B tur. Videtur, quòd in potentijs animæ non sit ordo. In his enim quæ cadunt sub vna diuisione, non est prius et posterius, sed sunt naturaliter simul: sed potentiæ animæ cadunt sub vna diuisione, quia sunt naturaliter simul: quantur. Ergo inter eas non est ordo.

¶ 2 Præterea. Potentiæ animæ comparantur ad obiecta, & ad ipsam animam. Sed ex parte animæ inter eas non est ordo: quia anima est vna. Similiter etiam nec ex parte obiectorum, cum sint diuersa & penitus disparata, vt patet de colore & sono: in potentijs ergo animæ non est ordo.

¶ 3 Præterea. In potentijs ordinatis hoc inuenitur, q̄ operatio vnius dependet ab operatione alterius, sed actus vnius potentiæ animæ nō dependet ab actu alterius. Potest enim visus exire in actum absque auditu, & è conuerso. Non ergo inter potentias animæ est ordo.

Lib. 2. de ani. text. 30. & 31. to mo 2.

SED contra est, quod Philosophus in* 2. D de Anima, comparat partes, siue potentias animæ figuris. Sed figuræ habent ordinem adinuicem. Ergo & potentiæ animæ.

RESPONDEO dicendum, quòd cum anima sit vna potentia vero plures, ordine autem quodam ab vno in multitudinem procedatur, necesse est inter potentias animæ ordinem esse. Triplex autem ordo inter eas attenditur. Quorum duo considerantur secundum dependentiam vnius potentiæ ab altera. Tertius autem accipitur secundum ordinem E obiectorum. Dependentia autem vnius potentiæ ab altera dupliciter accipi potest. Vno modo secundum naturæ ordinem, prout perfecta sunt naturaliter imperfectis priora. Alio modo secundum ordinem generationis & temporis, prout ex imperfecto ad perfectum venitur. Secundum igitur primum potentiarum ordinem, potentiæ intellectiuæ sunt priores potentijs sensitiuis, vnde dirigunt eas, & imperant eis. Et similiter potentiæ sensitiuæ hoc ordine sunt priores potentijs animæ nutritiuæ. Secundum verò ordinem secundum, è conuerso se habet. Nam potentiæ animæ nutritiuæ sunt priores in via generationis potentijs animæ sensitiuæ: vnde ad earum actiones præparant corpus. Et similiter est de potentijs sensitiuis respectu intellectiuarū. Secundum autē ordinem tertium, ordinantur quædam vires sensitiuæ adinuicem, s. visus, auditus, & olfactus. Nam visibile est prius naturaliter: quia est commune superioribus et inferioribus corporibus. Sonus autem audibilis fit in aere, qui est naturaliter prior commixtione elementorum, quàm consequitur ordo.

AD primum ergo dicendum, quòd alicuius generis species se habent secundum prius & posterius, sicut numeri & figuræ quantum ad esse: licèt simul esse dicantur inquantum C suscipiunt communis generis prædicationem.

AD secundum dicendum, quòd ordo iste potentiarum animæ est ex parte animæ, qua secundum ordinem quendam habet habitudinem ad diuersos actus: licèt sit vna secundū essentiam. Et ex parte obiectorum, & etiam ex parte actuum, vt dictum est.* In cor. art.

AD tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de illis potētijs, in quibus attenditur ordo solum secundum tertium modum. Illæ autem potētiæ quę ordinātur secundùm alios duos modos, ita se habent quòd actus vnius dependet ab altera.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Ratio. Ab vno non venitur ad multa sine ordine, sed essentia animæ est vna, & potentiæ multæ, ergo.

COMMENTARIVM.

PRo intelligentia eorum, quæ dicit Di. Tho. & vt intelligamus ordinem, quem potentiæ animæ inter se habent, aduertendum est, quòd vel possumus comparare potentias animæ in genere vel in specie: vel possumus illas comparare quo ad prioritatem perfectionis, vel generationis.

¶ Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Hoc posito dico. Primo, q̃ loquendo de potentiis in genere & via perfectionis, potentiæ intellectiuæ sunt priores, deinde potentiæ sensitiuæ sequũtur, & vegetatiuę vltimo loco succedunt, & ita seruatur ordo iste, q̃ illę in primo loco, sensitiuæ in medio, atque vegetatiuæ vltimo quo ad perfectionem constituuntur. Probatur hoc. Nam via perfectionis illę potentiæ sunt priores, quæ sunt magis perfectæ, sed intellectiuę respectu sensitiuarum, & sensitiuæ respectu vegetabiliũ sunt huiusmodi, ergo sunt perfectiores. Probatur minor. Nam illæ potentiæ sunt perfectiores, quæ habent nobilius & formalius obiectum, & immaterialiori modo respiciunt illud: sed eiusmodi sunt intellectiuę respectu sensitiuarum, & sensitiuæ respectu potentiarum vegetatiuę animæ, ergo. Maior patet. Nam cum finis potentiæ sit actus & obiectum; ab illorum nobilitate illarum nobilitas est sumenda', quia in his, quæ sunt ad finem, ex fine sumitur perfectio. Minor probatur. Nam obiectum intellectus est ens, sed ens excedit quæcunque alia in ratione obiecti, ergo. Quòd vero obiectum potentiarum sensitiuarum sit nobilius obiecto potentiarũ vegetatiuarum, probatur. Nam istæ tendunt in suum obiectum spirituliori modo, & minus concernendo qualitates sensibiles, vt patet in visu, auditu & reliquis. Cæterę vero perficiunt suum opus, & tendunt in obiectum materialissimè, mediis qualitatibus sensibilibus primis tanquam instrumẽtis, qui est imperfectissimus modus operandi & tendendi in obiectum, siquidẽ conuenit formis elementaribus, quæ sunt imperfectissimę in sua operatione. Hæc omnia confirmantur & probantur à signo. Nam à perfectiori imperfectum dirigitur, corrigitur, & imperatur, sed potentiæ sensitiuæ imperantur à ratione in suis actibus, & dirigũtur, ergo sunt illis perfectiores. Et si actus potentiæ vegetabilis non esset necessarius & naturalis, impetraretur etiã & dirigeretur à sensitiuis potentiis.

¶Quòd si quis contra hæc arguat. Nam potentia generatiua est potentia animæ vegetabilis, vt infra videbit, & similiter augmentatiua, sed istæ sunt perfectiores & sensitiuis quibuslibet, ergo. Probatur minor. Nam producunt substantiam, quam respiciunt tanquam obiectum. Respondetur, q̃ licèt obiectum sit in ratione perfectius, no tamen in ratione obiecti; quia non ita immaterialiter tetminat actionem potentiæ, sed mediis qualitatibus sensibilibus primis tanquam instrumentis. ¶Dico secundo, q̃ via generationis etiam est ordo in istis potentiis in genere, sed contrarius ordini proposito perfectionis; quia primo loco sunt potentiæ vegetatiuæ, secundo sensitiuæ, & tertio intellectiuæ. Hoc asserit Arist. lib. 2. de ani. ca. 3. Et probatur. Nam ea, quę sunt posteriora via perfectionis, sunt priora via generationis, sed vegetatiuę sunt posteriores via perfectionis, & postmodum sequũtur sensitiuæ; ergo istæ via generationis sunt priores. Probatur maior. Nam natura procedit ab imperfecto ad perfectũ, quia illud, quod primo producitur per subsequẽtes gradus, consummationem & perfectionem accipit, & sic iam est minus potentiale imperfectum. Secundo probatur. Nam potentiæ vegetatiuæ præparant corpus ad rationem sensitiuarum, & cõsequenter sensitiuæ præparant ad rationem intellectiuarum, ergo istæ sunt priores via generationis. Consequentia patet. Quia dispositio & illud qd disponit ad aliud vel ad actũ eius antecedit, quia dispositio vt sic habet rationem causæ materialis, quæ prior est in genere suo, illo ad quod disponit. Sed probatur antecedens. Nam vt homo habeat debitum corpus & organa, quibus opera vitæ sensitiuæ exercere possit, virtus augmentatiua deseruit, quæ tribuit homini debitam quantitatem. Item vt homo intelligat præparant species potentiæ sentientes, quia nobilitas imaginatiuæ conducit ad intellectum, & quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu.

¶Dico tertio, quod loquendo de potentiis in speciali etiam seruatur iste ordo, nã inter cognoscitiuas intellectus est perfectior phantasia, memoria, & sensu communi: & in potentiis exterioribus visus est perfectior auditu, & auditus olfactu, & olfactus gustu, & gustus tactu, qui est imperfectissimus: & via generationis ẽconuerso se res habet: & in anima vegetatiua potentia generatiua est perfectior augmẽtatiua, quod

quod infra magis patebit.

¶Dico quarto, quòd in aliquibus potentia reperitur ordo ex parte obiectorum ad hunc sensum, quòd vnum obiectum est causa alterius, vel est prius saltem natura, vt dicit D. Tho. in fine articuli. De quo vide Caiet. hic.

ARTICVLVS QVINTVS.

¶Vtrùm omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto.

381 Inf. art. 6. co. & de spiritu. art. 4. ad 5. & art. 5. ad 20. Et opu. 22. c. 89. & 92. lib. 2. de ani. text. 24. to. 2. li. 12. c. 19. & 20. to. 3.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto. Sicut enim se habent potentia corporis ad corpus, ita se habent potentia animæ ad animam. Sed corpus est subiectum corporalium potentiarum. Ergo anima est subiectum potentiarum animæ.

¶ 2 Præterea. Operationes potentiarum animæ attribuuntur corpori propter animam; quia vt dicitur in * 2. de Anima, anima est quo sentimus & intelligimus primum. Sed prima principia operationum animæ sunt potentiæ: Ergo potentiæ per prius sunt in anima. * ¶ 3 Præterea. Augustinus dicit * 12. super Genes. ad literam, q̃ anima quadam sentit non per corpus: imò sine corpore, vt est timor & huiusmodi. Quædam verò sentit per corpus. Sed si potentia non esset in sola anima sicut in subiecto, nihil posset sine corpore sentire. Ergo anima est subiectum potentiæ sensitiuæ. & pari ratione omnium aliarum potentiarum.

lib. 2. de som. & vig. c. 1. & 2. to. 3.

SED contra est, quod Philosophus dicit in lib. 2. de somno & vigilia, quòd sentire nõ est proprium animæ, neque corporis, sed cõiuncti. Potentia ergo sensitiua est in cõiuncto sicut in subiecto. Non ergo sola anima est subiectum omnium potentiarum suarum.

RESPONDEO dicendum, quòd illud est subiectum operatiuæ potentiæ, quod est potens operari. Omne enim accidens denominat proprium subiectum. Idem autem est quod potest operari, & quod operatur. Vnde oportet quod eius sit potentia sicut subiecti, cuius est operatio: vt etiam Philosophus * dicit in prin. de som. & vigil. Manifestum est autem ex supradictis, * quòd quædã operationes sunt animæ, quæ exercentur sine organo corporali, vt intelligere & velle. Vnde potentiæ, quæ sunt harum operationum principia, sunt in anima sicut subiecto. Quædam verò operationes sunt animæ, quæ exercentur per organa corporalia, sicut visio per oculum, auditus per aurem. Et simile est de omnibus aliis operationibus nutritiuę, sed sensitiuæ partis. Et ideo potentiæ, quę sunt talium operationum principia sunt in coniuncto sicut in subiecto, & non in anima sola.

Cap. 1. ani. med. to. 2. *Qu. 76. art. 1.

AD primum ergo dicendum, quòd omnes potentiæ dicuntur esse animæ non sicut subiecti, sed sicut principij: quia per animam coniunctum habet, quòd tales operationes operari possit.

AD secundum dicendum, quòd omnes huiusmodi potentiæ per prius sunt in anima quam in coniuncto, non sicut in subiecto, sed sicut in principio.

AD tertium dicendum, quòd opinio Platonis fuit, quod sentire est operatio animæ propria, sicut & intelligere. In multis autẽ, quę ad Philosophiam pertinent, Augustinus vtitur opinionibus Platonis, non asserendo, sed recitando. Tamen quantum ad præsens pertinet, hoc quòd dicitur anima quadam sentire cum corpore, & quædã sine corpore, dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd hoc quod dico cum corpore, vel sine corpore, determinet actum sentiendi secundum quod exit à sentiente. Et sic nihil sentis sine corpore, quia actio sentiendi nõ potest procedere ab anima, nisi per organum corporale. Alio modo potest intelligi, ita quòd predicta determinent actum sentiendi ex parte obiecti quod sentitur. Et sic quædam sentit cum corpore, id est in corpore existentia: sicut cum sentit vulnus, vel aliquid huiusmodi: quædam verò sentit sine corpore, id est non existentia in corpore, sed solùm in apprehensione animæ: sicut cùm sentit se tristari, vel gaudere de aliquo audito.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Illæ potentiæ animæ, quæ exercent suam operationẽ sine organo corporeo, sunt in anima sicuti in subiecto.

¶Secunda conclusio. Illæ potentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ animæ, quæ exercent suas opera A
tiones cum organo corporeo, non
sunt in anima sicuti in subiecto, sed
in ipso composito. Ratio pro vtra-
que conclusione. Eius est potentia
sicuti subiecti cuius est operatio, vt
dicit Aristo. in primo libro de som-
no & vigilia, ergo illæ potentiæ, qua
rum operationes exercentur ab ani
ma sine organo corporeo, erunt in
ipsa anima sicut in subiecto, & illæ B
potentiæ quarum operationes exer
centur cum organo corporeo, erũt
in composito sicut in subiecto.

¶ Tertia conclusio ad primum & secundum. Illa potentiæ, quæ sunt in composito tanquam in subie-cto, sunt in ipsa anima, tanquam in primo principio.

COMMENTARIVM.

C

DOctrinam D.Tho.in hoc art. quanuis illa sit certissima, non recipiunt aliqui autores, iter quos vnus est Paulus Venetus in summa de anima cap.4. Iandunus lib.2. de anima quæst.7.ad tertium. Apollinaris quæst.7. Gregorius vero Ariminensis in 2. dist.in.17.quæst.3.existimat, quòd potentiæ sensitiuę omnes sunt in anima intellectiua subiectiuè, vt potentia visiua, &c. quæ quidem ab anima non distinguuntur, & consequenter non sunt in corpore. Ex quo sequitur nullam esse potentiam coniuncti, sed omnis potentia animæ, dicitque organa corporalia, vt visus, &c. non exigi ad eliciendam sensitiuam operationem, sed ad subministrandam speciem, qua mediante anima sensitiua sentit. Etsi quæramus ab illo, quare ergo ponuntur diuersa organa; respondet, quòd vt recipiantur diuersæ species congruenter diuersis potentiis & operationibus.

¶ Horum sententia probatur primo ex D. Aug. lib. 12. super Gen. ad literam. c. 46. vbi ait, q̃ non corpus sed anima dolet per corpus, quo vtitur tanquam nuntio. Alias multas similes autoritates ex D. Augu. adduxit Gregor. vbi suprà.

¶ Secundò. Huiusmodi potentiæ sunt propriè passiones dimanantes ab essentia animæ, ergo in illa subiectantur. Probatur consequentia, q̃ propria passio in illo subiectatur, à quo dimanat, & cuius est ꝓpria passio. ¶ Alij autem ex recentioribus tenẽt specialiter de potentia motiua, quòd immediatè subiectatur in anima. Quod probant dupliciter. Primò. Nã si potentia motiua hominis esset in aliqua parte corporis, & non immediatè in anima rationali; sequitur q̃ quando anima separatur, nullo modo si posset mouere localiter, quia vis eius motiua destrueretur destructo corpore. Secundò. Nulla est pars corporis, quę localiter non moueatur, si ergo potentia motiua est in aliqua parte corporis, v.g. in nervo, neruus per se primo & secundum se totum esset mouens & motum, agens & patiens, quod est impossibile vt ostenditur, viij. Physico.

C PRima conclusio. Potentiæ non organicæ immediatè subiectantur in ipsa anima; potentiæ autem organicæ non in anima, sed omnes sunt in composito vt in subiecto. Pro huius conclusionis declaratione est notandum, quòd sicut operationes animæ sunt in duplici differentia; quædam adeo eleuatæ supra naturam corpoream, q̃ non exerceantur organo corporeo, vt sunt intellectiones; aliæ, quæ organo corporeo exercentur sicut videre, audire, &c. ita potentiæ, quæ ad has operationes ordinãtur, D
quædam dicuntur organicæ, scilicet, quæ ordinantur ad operationes secũdi generis, aliæ non organicæ, quæ ad operationes primi generis ordinantur. Hoc posito prima pars conclusionis communis est, & ab omnibus recipitur, & præterea probatur ratione. Nam cum sint aliquæ formæ, quæ non educuntur de potentia materiæ, debẽt in se habere esse independens à materia & à toto composito, ita quòd ipsi formę prius natura conueniat, quam cõposito & quàm E
materiæ, & consequenter talis forma potest esse sine materia, & tunc ex necessitate debet habere potentias, sed non potest habere potentias materiales, quia est spiritus, nec potentias operantes organo corporeo, quia tunc ibi nullum corpus est, q̃ ipsa separatur à corpore, ergo habet potentias

tias spirituales, & quæ sunt ipsius animæ vt A
subiecti. Secunda pars, quæ est contra omnes prædictos autores. Probatur. Quia est expressa doctrina Aristot. in lib. de somno, & vigilia cap. 1. vbi dicit, quòd sentire neque est corporis, neque animæ sed coniuncti. Et causam assignat, quia cum ipsarum causa sit coniunctum, etiam operatio erit coniuncti, quoniam cuius est potentia, eius etiam est operatio. Et lib. 1. de anima capi. 4. tex. 66. dicit expresse Aristo. quòd cogitare & odisse & animare non sunt ipsius animæ se coniuncti. Sed præterea probatur ratione. Si potentiæ sentitiuæ essent in anima tanquam in subiecto, sequeretur quòd eiusmodi potentiæ manerent etiam in anima separata, consequens est falsum & contra veram philosophiam, vt ostendemus in articul. 3. ergo. Probatur sequela. Quoniam per separationem animæ a corpore nihil de perditur eorum, quæ sunt in anima tanquã in subiecto. Præterea probatur. Si in anima brutorum essent potentiæ, quæ sunt princi- C
pia operationum, tanquam in subiecto immediato; sequeretur, quòd etiam illa anima posset per se operari, & habere operationem siue dependentia à corpore; consequens est impossibile, ergo. Probatur mitia à corpore habet operationem, est separabilis à corpore & immortalis. Neque fa-
cit satis argumento, si quis dicat, q̃ quanmen in sua operatione dependet à corpo- D
re. Nam si potentia non dependet à corpore tanquam ab organo, sed solum tanquam ab obiecto, ex hoc non impeditur quin illa anima sit separabilis, & immortalis. Nam sicut probatum est in quæstio. 75. artic. 2. & 6. anima rationalis quandiu est in corpo
te dependet ab illo in sua operatione tanquam ab obiecto, sed quia non dependet ab ipso tanquam ab organo est separabilis ab ipso & immortalis.

¶ Secunda conclusio. In alijs animalibus E
ab homine omnes potentiæ vitales, quas habent, sunt totius coniuncti & non animæ, vt subiecti. Hæc conclusio probatur. Primo. Nam istæ potentiæ operantur organo corporeo, ergo sunt materiales. Consequentia probatur, quia organum proportionatur potentiæ, cum sit eius instrumentum, ergo si sunt materiales, subiectãtur in toto composito ex corpore & anima; nam accidens materiale in corpore debet subiectari. Secundò. Nam species, quibus operãtur, sunt materiales & extẽsæ, vt patet; quia non sunt ab intellectu agente factæ spirituales, & quia representant rem individuã & singularem, ergo & potentiæ etunt materiales; quia species proportionãtur subiecto, in quo recipiuntur, & consequenter po
tentiæ erunt totius coniuncti, sicut & sunt materiales. Tertiò probatur de brutis & reliquis viuentibus ab homine. Nam huiusmodi uiuentia non habent aliquod subiectum accidentium, nisi corpus; ergo omnia accidentia subiectabuntur in corpore, ergo & potentiæ, & sic erunt totius coniuncti. Antecedens primum patet, quia formæ illorum non sunt subsistentes, sed habent esse per esse totius compositi.

¶ Tertia conclusio. Potentia motiua exe C
cutiua non est immediatè in anima, sed in toto composito. Hæc est contra vltimã sententiam, cæterum est ferè communis oĩum doctorum, & infrà q. 78. artic. 1. copiosè explicabitur & probabitur.

¶ Ad primum argumentum ex testimonio D. Augusti. respondetur, quòd vt refert S. Thom. hic ad tertium argumentum, Plato fuit in hoc errore, q̃ sentire est operatio animæ propria, & secundum hanc sententiam operatio & potentia sensitiua recipit immediatè in anima vt in subiecto. In mul D
tis autem, quæ ad physicam pertinent Diu. Augustin. vtitur opinionibus Platonis, fortassis recitando magis quàm asserendo; & sic explicandus est ille locus adductus, & alij à Gregorio citati. ¶ Ad secundum respõ
detur, quod quædam passiones sunt animæ immediatè vt intellectus & voluntas, & istæ subiectantur in illa, vt dictum est. Aliæ sunt passiones animæ mediante corpore & dispositionibus eius, quæ. s. dimanant ab anima quatenus coniungitur corpori, & istæ satis est quòd subiectentur in compositi to ex corpore & anima.

¶ Ad tertium pro vltima sententia respondetur, quòd cum anima humana in nulla re corporali possit operari nisi in proprio corpore, & hoc p̃ solũ informationẽ;

Universidad de Deusto
Biblioteca

manifestè sequitur, quòd dum non informat corpus, nullo modo possit localiter moueri. Quare dum homo moritur necesse est vt ab angelis anima eius deportetur.

¶ Ad quartum respondetur, q̃ nullũ est inconueniens, quòd pars per se mouens sit per accidens mota ad motum alterius, nertius autẽ siue illa pars corporis in qua subiectatur potentia motiua non per se mouetur localiter, sed per accidens ad motum totius. Respondetur secundo, quòd potentia motiua, quæ subiectatur in corpore est potentia passiua, intellectus verò siue voluntas sunt potẽtiæ actiuæ, quibus animal mouet se localiter, intellectus quidem dirigendo, voluntas vero mouendo. De qua re copiosissimæ agemus in loco citato in tertia conclusione.

Dubitatur secundo. Vtrùm ratio D. Th. sit bona? ¶ Probatur quod non. Ex illa enim sequitur, quòd etiam potentiæ non organicæ subiectentur non in anima, sed in coniuncto. Probatur sequela. Si propriè loquamur, intelligere & velle sunt operationes ipsius compositi, magis quàm animæ; sed secundum regulam D. Thom. & Arist. cuius est operatio eius est & potentia, ergo potentia intellectus & voluntatis est ipsius compositi & non animæ.

¶ Ad hoc Caieta. respondet negando sequelam, & ad probationem negat consequentiam. Ad cuius explicationem nota, quòd duplici modo potest aliquid habere operationem intellectiuam. Primo modo per se primo, hoc est, ratione sui & non ratione alterius, & hoc pacto sola anima est, quæ per se ipsam intelligit. Secundo modo ratione alterius, & hoc pacto tribuitur composito, quòd intelligat per animam. Ad hoc autem vt aliquid sit immediatum subiectum potentiarum; requiritur, quòd immediatè operetur per illam potentiam, quod non conuenit composito, sed soli animę in ordine ad potentias non organicas; & propterea rectè D. Th. inquit, quòd sola anima est subiectum eiusmodi potentiarum.

¶ Sed contra hanc doctrinam sunt duæ obiectiones. Prima est ex Aristotel. in lib. 1. de anima cap. 4. text. 64. vbi expresse dicit. Melius fortassis est non dicere animam misereri, aut discere, aut intelligere, sed hominem per animam. Secunda, quoniam D. Thom. supra quæst. 75. art. 2. ad 2. expresse dicit; Potest dici quòd anima intelligit sicut oculus videt, sed magis proprie dicitur quòd homo intelligit per animam, sicut videt per oculum ergo secundum Arist. & D. Tho. intelligere magis propriè dicitur operatio hominis, quàm operatio animæ, & ex consequenti non probatur efficaciter ratione huius articuli, quòd potentia intellectiua sit immediatè in ipsa anima.

¶ Ad primam obiectionem respondetur, quòd Aristot. in illo loco considerabat animam secundum communem rationem animæ, & vt est actus corporis organici, nondum definiens de anima intellectiua, an habeat operationẽ independentẽ ab organo corporeo, sed hoc reseruans definiendum lib. 3. & propterea generaliter in illo textu dicit, animam non texere aut intelligere. Quare D. Thom. in expositione illius loci lectione. 10. bene notauit Aristot. eo loco non procedere definiendo absolute, sed tantum supponendo; & fortassis hac ratione Aristotel. in illo cap. 4. semper loquutus est sub dubio de operatione intellectiua. Nam in text. 64. sic dicit; Melius est fortassis non dicere animam intelligere. Et in text. 63. dixerat; Intelligere autem huiusmodi forsitan est aliquod alterum. Quapropter in illo capitu. 4. solum definit ex professo, quòd illi motus animæ, qui exercentur cum organo corporeo, sunt ipsius compositi & non animæ, de alijs vero operationibus animæ nihil definit eo loco, sed reseruat definiendum lib. 3.

¶ Ad secundam vero dici potest, quòd quia homo intelligit vt suppositum, non autem anima, ideirco melius & magis propriè dicitur, quòd homo intelligit per animam. Hoc autem non impedit, quin intellectio sit ipsius animæ vt subsistentis & independentis ab organo corporeo, vt suprà diximus, & vt etiam Ferrar. docet 2. contra gent. ca. 50. circa tertiam rationem; vbi etiam adducit locum D. Thom. ex quæstione de spiritualibus creaturis art. 2. ad 2. vbi dicit, quòd intelligere est operatio ipsius animæ, quanuis possit etiam dici quòd homo intelligit per animam, sicut videt per oculũ. Cęterũ quo pacto anima rationalis quando est in corpore, sit subsistens, an sit subsistens, vt quo, vel vt quod; iam explicatum est suprà quæstio. 76. artic. 1. in dubijs circa solutionem ad quintum.

Dubitatur tertio circa secundam conclusionem, quid D. Tho. intelligat no mine coniuncti; an intelligat ipsum compositum ex materia & forma; vel intelligat ipsam materiam secundum quod actu subest formæ substantiali.

¶ Hoc dubium dependet ex alia quæstione physica; An accidentia materialia subiectẽtur immediatè in toto composito, an verò in ipsa materia, vt subest formæ substantiali, quam iam copiosè disputauimus li. 1. de gen. & corr. q. 9. art. 2. Vnde breuiter respõdetur, q̃ aliqui ex discipulis D. Tho. existimant, q̃ subiectãtur in ipsa materia vt subest formæ. Sic docet Astudillo li. 1. de gener. q. 2. conclu. 1. & illũ sequuntur aliqui ex immoribus. Sed contraria sententia est multo probabilior, & verior sceũdum mentem D. Tho. quam docet Capreolus in 2. dist. 13. q. vnica circa tertiam conclusionem & Sonz. 7. metaph. q. 7. & Caiet. in lib. de Ente & essentia ca. 7. q. 16. imo verò quanuis de alijs accidentibus esset probabilis prima sententia, tamẽ quod attinet ad potentias operatiuas organicas; sententia plana D. Tho. est, q̃ immediatè subiectantur in ipso composito, & non in materia etiam vt subest formæ; quoniã in hoc articulo dicit, quòd subiectantur immediatè in ipso coniuncto; constat autem quòd in doctrina D. Tho. materia etiam vt subest formæ nunquam dicitur coniunctum, ergo Secundò. Quoniam D. Thom. in quæstione de spiritualibus creaturis artic. 4. ad tertium & in commẽtarijs 2. de anima lec. 10. dicit, quòd potentiæ organicæ subiectãtur in ipso organo corporeo, sed organum est quoddam compositum ex materia & forma, ergo. Ternò arguit ex illo quod dicit D. Tho. in art. ex Arist. in lib. de som. & vigil. ca. 1. scilicet. Illius est potentia, cuius est operatio, sed operatio potentiæ sensitiuæ non est materiæ etiã quando est actua ta per formam, sed est propriè & immediatè ipsius compositi, ergo etiam ipsa potentia subiectatur propriè & immediatè in ipso cõposito. Hæc sententia est communior inter Theologos & sine dubio vera, quam etiam tenet Caieta. in 1. 2. q. 74. arti. 4. circa solutionem ad tertium: imo vero hæc sententia videtur expressa D. August. in lib. 7. super Gen. ad literam cap. 18. vbi docet, q̃ in cerebro est quidam ventriculus, in quo recipiuntur illa, quorum memoriam habemus, & quòd læso cerebro amittitur memoria, ergo sentit August. quòd memoria sensitiua subiectatur in ipso cerebro.

¶ Quod si quis obiiciat alterum locum D. Aug. li. 12. super Gen. ad literã c. 24. vbi dicit, quòd corpus non sentit, sed ipsa anima est, quæ sentit per corpus, ergo sensatio secundum August. recipitur in ipsa anima respondetur, quod hoc testimonio vsus est Grego. in 2. di 17. q. 7. art. 1. ad probandam suam sententiam, q̃ potentiæ etiam sensitiuæ non differunt realiter ab ipsa anima. Sed facile. Respondetur ad argumentum. Primò enim potest dici cum D. Tho. in hoc articulo ad tertium & arti. 8. sequ. & 6. q̃ D. August. in illis libris super Gene. ad literam multa dicit ex sententia Platonis non asserendo sed inquirendo. Ex quibus vnum est hoc, quod sentire pertineat ad ipsam animã sicut ad eam pertinet intelligere. Secundò respondetur, quòd D. August. in illo loco solùm intendit docere, q̃ in operatione sensitiua anima est principale agens, corpus vero se habet tanquam motum ab ipsa nunquam tamen intellexit August. q̃ sentire sit operatio ipsius animæ vel recipiatur in ipsa anima sicut nunquam docuit, quòd potentiæ sensitiuæ identificentur realiter cum ipsa anima, quanuis Gregorius illud collegerit ex ipsius testimoniis non bene intellectis.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm potentiæ animæ fluant ab eius essentia.

1.d.3.q.4.arti.2. Et veri. q̃.4. & 14.ar.5. cor. Et opusc. 3. c.90.

AD SEXTVM sic proceditur. *Videtur, quòd potentiæ animæ nõ fluant ab eius essentia. Ab vno n. simplici non procedunt diuersa. Essentia autem animæ est vna & simplex. Cùm ergo potentiæ animæ sint multæ & diuersæ, non possunt procedere ab eius essentia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 2 *Praterea. Illud, à quo aliquid procedit, est causa eius. Sed essentia animæ non potest dici causa potentiarum, vt patet discurrenti per singula causarum genera. Ergo potentiæ animæ non fluunt ab eius essentia.*

¶ 3 *Praterea. Emanatio quendam motū nominat. Sed nihil mouetur à seipso: vt probatur in * 7. de Physi. nisi fortè ratione partis: sicut animal dicitur moueri à seipso: quia vna pars eius est mouens, & alia mota. Neq; etiam anima mouetur, vt probatur in * 1. de Anima. Non ergo anima causat in se suas potentias.*

In principio libri to. 2. Li. 1. de anima, tex. 66. to. 2. li. 7. metaphy. à tex. 12. de & ponitur in diffinitione accidentis, vt patet in * 7. Metaphysi. Ergo potentiæ animæ procedunt ab eius essentia sicut à causa.

*SED contra, potentiæ animæ sunt quædam proprietates naturales ipsius. Sed subiectum est causa propriorum accidentium. Vnde & ponitur in diffinitione accidentis, vt patet in * 7. Metaphysi. Ergo potentiæ animæ procedunt ab eius essentia sicut à causa.*

RESPONDEO dicendum, q̃ forma substantialis & accidentalis partim conueniunt, & partim differunt. Conueniunt quidē in hoc quod vtraque est actus. & secundum vtrumque est aliquid quodammodo in actu. Differunt autem in duobus. Primò quidem, quia forma substantialis facit esse simpliciter, & eius subiectum est ens in potentia tantum. forma autem accidentalis non facit esse simpliciter: sed esse tale. aut tantum, aut aliquo modo se habens. Subiectum enim eius est ens in actu. Vnde patet, quòd actualitas per prius invenitur in forma substantiali, quàm in eius subiecto. Et quia primum est causa in quolibet genere, forma substantialis causat esse in actu in suo subiecto. Sed è conuerso actualitas per prius invenitur in subiecto forma accidentalis, quàm in forma accidentali. Vnde actualitas forma accidentalis causatur ab actualitate subiecti, ita quòd subiectum inquantum est in potentia, est susceptiuum formę accidentalis: inquantum autem est in actu, est eius productiuum. Et hoc dico de proprio, & per se accidente. Nam respectu accidentis extranei subiectum est susceptiuum tantum. Productiuum verò talis accidentis est agens extrinsecum. Secundo autem differunt substantialis forma & accidentalis: quia cum omnis principale sit propter principalius, materia est propter formam substantialem: sed è conuerso forma accidentalis est propter completionem subiecti. Manifestum est autem ex dictis quòd *potentiarum anima subiectum* — *Aut est vel ipsa anima sola, quę potest esse subiectum accidentis secundum quod habet aliquid potentialitatis, vt supra dictum est: vel compositum. Compositum autem est in actu per animam. Vnde manifestum est, quod omnes potentiæ animę, siue subiectum earum sit anima sola, siue compositum, fluunt ab essentia animę sicut à principio. Quia iam dictum est, * quod accidens causatur à subiecto secundum quod est actu. & recipitur in eo in quantum est in potentia.*

AD primum ergo dicendū, quòd ab vno simplici possunt naturaliter multa procedere ordine quodam. & iterum, propter diuersitatem recipientium. Sic igitur ab vna essentiæ animæ procedunt multæ & diuersæ potentiæ: tum propter ordinem potentiarum, tum etiam propter diuersitatem organorum corporalium.

AD secundum dicendum, quòd subiectū est causa proprij accidentis, & finalis & quammodo actiua: & etiam vt materialis inquantum est susceptiuum accidentis. Et ex hoc potest accipi quòd essentia animæ est causa omnium potentiarum sicut finis, & sicut principium actiuū, quarundam autem sicut susceptiuum.

AD tertium dicendum, q̃ emanatio priorū accidentium à subiecto non est per aliquam transmutationem, sed per aliquam naturalem resultantiam. Sicut ex vno naturaliter aliud resultat, vt ex luce color.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Omnes potentiæ animæ, siue quę subiectantur in ipsa anima, siue quę subiectantur in toto composito, fluunt ab eius essentia. Ratio. Accidens propriū causatur à subiecto secundùm quòd est actu & recipitur in eo secundum esse in potentia, ergo omnes porentiæ animæ fluunt ab eius essentia. Antecedens probat D.Tho. ex differentia, quæ est inter formā accidentalē & substantialē, q̃ actualitas formę substantialis est prior actualitate subiecti; actualitas verò formæ accidētalis est posterior subiecto, & eam ab ipso participat.

¶ Secunda conclusio, quę habetur in solutione ad secundum. Anima est causa suarum potentiarum quodam modo finalis & quodam modo actiua, est etiam aliquarum ex ipsis causa materialis seu receptiua earū.

¶ Tertia cōclusio in solutione ad tertium. Ista emanatio potentiarum ab anima non est per aliquam nouā transmutationem, sed per naturalem quandam & simplicem emanationem.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo. Vtrùm prima concluſio D.Thomæ sit vera, & ratio pro ea assignata sit bona? ¶ Arguitur q̃ non. Primo. Si omnes potentiæ naturaliter dimanant ab anima tanquam propriæ eius passiones; sequitur quòd potentia visiua semel amissa possit naturaliter reparari, quod est falsum, quia à priuatione, &c. Sequela probatur. Quandiu manet forma aquæ in materia semper potest naturaliter eius frigiditas reparari, quia est proprietas aquæ, & ita videmus quòd ablato extrinseco agente statim reducetur ad pristinum statum, ergo si potentia visiua est proprietas consequens animam poterit reparari naturaliter. Cōfirmatur. Nam propriæ passiones non sunt separabiles à subiecto, sed visiua potentia potest separari à vidente, ergo non est propria passio propriè loquendo.

¶ Secundo arguitur contra rationem D. Tho. quoniam ex illa videtur sequi, quòd etiam accidens commune fluat ab essentia subiecti, cui inhæret; consequens est contra ipsum D.Tho. ergo. Probatur sequela. Accidens commune est posterius actualitate sui subiecti, & procedit ab eius actualitate, ergo dicendum est etiam quòd fluit à subiecto. Probatur consequētia. Quoniam hac ratione Di. Thom. probat, q̃ accidens proprium fluat.

HIs tamen non obstantibus conclusio D.Tho. certa est & ab omnibus acce-

ptatur. Et in primis de potentiis, quę immediatè in anima subiectantur, est clara. Non enim possunt à corpore dimanare, cū excedant omnem corporis facultatē, nec sunt accidentia, quæ procedant ab aliquo extrinseco agente, cum anima in se ipsa solum immutetur à se, & à phantasmatibus virtute ipsius animæ, quæ immutatio (etsi quæ altæ fierent ab extrinseco) iam supponit in anima potentiam passiuam ad illam immutationem, quæ est ipse intellectus, ergo ex propria natura habet anima suas potentias. De illis etiam potentiis, quæ in corpore subiectantur, facile probatur q̃ fluāt ab anima. Quoniā corpus nihil potest causare nisi secundum quod est actu, ergo potentiæ vitales, quæ sunt in corpore, nō possunt causari ab illo nisi quatenus est actu, sed est in actu per animam, ergo anima est proprium principium, à quo fluunt istę potentiæ.

AD primum argumentum respondetur, quòd dupliciter potest contingere, destructio potentiæ visiuæ. Vno modo per totalem corruptionem pupillæ, ita q̃ non maneat in ea anima, & ista est propriſſimè cæcitas & omnino irreparabilis per naturam, sicut vis sensitiua est irreparabilis manu abscisa: sed de hac non procedit argumentum, quia non manet in forma in subiecto potentiæ. Alio modo solet amitti visus manente anima in pupilla quantū ad alios effectus, scilicet, quantum ad vitā vegetatiuam; & aliquem motum localem, sicut in brachio solet destrui potentia motiua durante vita in ipso brachio saltim vegetatiua. Contingit autem in oculo talis amissio per obstructionem viarum, quibus humor necessarius ad videndum defertur ad pupillam, vel propter relaxationem membri, quo vis sensitiua deriuatur ad oculum, vel alium huiusmodi defectum dispositionum requisitarum: & hæc cæcitas nō est tam propria sicut prior, sed etiam videtur irreparabilis. Licèt enim maneat anima in pupilla, non potest in illa causare potentiam visiuam propter indispositionem subiecti, sicut nec in aliis partibus corporis causat propter eandem rationem. Sed dices, quare forma non potest ad priorem dispositionem reducere oculum, sicut forma

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquæ semper est potens reducere aquam ad suam naturalem dispositionem. Respondetur, quòd dispositio aquæ est facillimæ restaurationis, quia est vna tñ qualitas, & est eiusdem rationis per totam aquam, & præterea quia semper manet aliqua frigiditas in ipsa aqua. At vero organi sensus & maxime visus constituitur ex tam mira varietate qualitatum, & tam subtilissimis partibus, vt si semel hæc armonia dissoluatur, restaurari non possit per naturam. Sic enim videmus in rebus artificialibus, quòd quanto ex pluribus & subtilioribus partibus componûtur, tanto difficilius reparantur. Secundo respondetur, quòd non videtur inconueniens, quòd secundus modus excitatis sit reparabilis per naturam, imo quod de facto sæpè reparetur adiuuante arte & medicina; sicut potentia motiua reparatur in alijs partibus corporis per expulsionem nimiæ frigiditatis, quę causabat in illis stuporem. Nec obstat, quòd à priuatione ad habitum non est regressus, intelligitur enim de priuatione primo modo, quando scilicet, in parte læsa nec manet potentia proxima, nec remota, quæ est forma substantialis, vel intelligitur quòd non est regressus ad eundem habitũ numero, sed ad alium eiusdem speciei bene potest esse regressus, vt patet in anima si priuetur intellectũ, & postea relinquatur suæ naturæ, & in aere qui recuperat lucem qua erat priuatus, non eandem numero sed in specie. Ita in oculo potest reparari potentia visiua non eadem numero, sed eiusdem speciei. Tertio respondetur, quod dum anima manet in oculo nunquam amittitur potentia visiua, quamuis non sit vsus illius propter defectum alicuius causæ coniunctæ quæ necessario debet concurrere ad talem vsum, quemadmodum in amentibus non amittitur potentia ratiocinatiua, sed vsus rationis tantum propter læsionem partium sensitiuarum, quarum operationes coexiguntur ad illum vsum. Ad confirmationẽ respondetur, q̃ si visus esset propria passio solius animæ sicut intellectus, non posset ab anima separari naturaliter, sed quia est proprietas coniuncti, dependet à dispositionibus naturalibus corporis, quibus variatis variatur potentia visiua. Nam in proprietatibus physicis bene potest fieri variatio, vt patet in dispositionibus elementorum.

¶ Ad secũdũ dupliciter respondet Caietanus in hoc articulo. Primo, quod ratio Diu. Thomæ non solum innititur illi fundamento, quòd actualitas subiecti sit prior ipsis accidentibus, sed innititur huic principio, q̃ in subiecto sit prioritas actualitatis habentis ordinẽ per se ad ea, quæ sunt posteriora, eo pacto quo id quod est primum in vno quoque genere, est causa cæterorum illius generis, vt habetur in 2. metaphys. tex. 4. quæ propositio intelligenda est de illo primo, quod habet ordinem per se ad ea, quæ sunt posteriora. Cum ergo accidentia propria procedant à subiecto tanquam primo & per se habente ordinem respectu illorũ, vt docet D. Tho. in arti. 5. & 7. qui ordo per se non inuenitur inter subiectum & accidẽs commune, sed potius sit quidam ordo per accidens, optime colligit D. Thom. non esse eandem rationem de accidenti communi, & de proprio propter istam diuersitatem ordinis, etiam si saluetur prioritas actualitatis. Secundo responderi potest, quod illa propositio fundamentalis D. Thom. debet intelligi stãte eodem ordine emanationis. Constat autem, quòd accidentia propria, quæ naturaliter consequuntur ad essentiam subiecti, comproducuntur eadem productione, qua ipsum subiectum fit à generante. Accidentia vero communia & subiectum illorum non pertinent ad eundem ordinem emanationis, sed possunt produci ab alio agente extrinseco & aduenire ipsi subiecto iam existente in actu vt experientia constat, & ideo non est par ratio de accidẽtibus proprijs & communibus.

DVbitatur secundo circa secundam conclusionem. Vtrum sit vera. ¶ Et probatur quòd non. Primo. Quoniam, vt Caieta. dicit, multi autores, quos ipse vocat eos, affirmant hanc doctrinam esse falsam, & argumentum illorum est testimonium Commentatoris 4. lib. metaphy. Commento. 2. vbi dicit, quòd substantia non est agẽs aut finis accidentium, sed subiectum, ergo substantia non potest esse causa accidentiũ nisi in genere causæ materialis.

¶ Secundo Iandunus libro. 2. de anima quæ-

stione. 10. fatetur subiectum esse causam passionum & animam suarum potentiarũ in genere causæ materialis & finalis, sed nullo modo esse admittendum, quod sit talis causa actiua in genere causæ efficientis, & argumentum illius est. Impossibile est idem secundum idem, esse principium actiuum potentiarum, & principium receptiuũ illarum; sed in omni opinione anima est principium receptiuum potentiarum & subiectum illarum, ergo non potest esse actiuum. Probatur consequentia, quoniam cum substantia animæ sit vna indiuisibilis essentia, tam idem secundum idem, esset principium actiuum & receptiuum. ¶ Tertio loco arguitur Niphus in commentarijs super 2. lib. de anima in dubio circa tex. 29. qui reiicens eandem sententiam D. Thom. reiicit eam, & arguit argumento, quod ipse vocat demonstrationem. Non potest esse idem actus & potentia nisi fuerit compositum ex materia & forma, vt ratione formæ sit actus & ratione materię sit potentia; sed anima non est composita ex materia & forma, vt docet Diu. Thom. quæstio. 75. artic. 5. ergo non potest esse actus & potentia. Cum ergo anima sit subiectum receptiuum potentiarum, sequitur quòd sit actus vel principium actiuum illarum. Et confirmatur, quoniam si simplex actus esset idẽ actus & potentia, non posset probari efficaciter, quòd Deus sit omnino immobilis. Nã dicet aliquis eum esse mobilem quamuis sit actus, quia potest esse potentia.

¶ Quarto loco aliqui ex recentioribus argumentantur ad probandum quod subiectum non possit esse causa efficiens suarũ passionum. Nam vel producit illas eadem actione, qua ipsum subiectum producitur, vel alia distincta actione. Non potest dici secundum, quoniam tunc passio esset posterior tẽpore suo obiecto, & non flueret naturaliter & necessario ab essentia subiecti; nec potest dici primum, quoniam produceret præsupponit esse, ergo si subiectum producit, iam est; cui per eandem actionẽ producitur, nondum est, & ex consequenti simul esset & non esset, vel esset prius sua actione & posterius illa.

¶ Nihilominus tamen doctrina D. Tho. est multo verior & probabilior propter rationes eius in hoc articulo & in sequenti ad tertium, quod ista efficientia non est per aliquam transmutationem nouam, sed per naturalem quandam & simplicẽ emanationem, qua propria accidentia fluunt ex ipsa essentia subiecti: secundum quem modum diximus in articulo primo, nullũ esse inconueniens, quod substantia ipsa sit immediatũ principium productiuum accidentium, & Caietan. in hoc articulo dicit hãc solutionem ad tertium esse diligentissime aduertandam, quoniam ex eius doctrina dissoluuntur plures difficultates in Philosophia & Metaphysica.

AD primum vero argumentum respondetur cum Caietano, quod Commentator eo loco loquutus est de accidentibus absolute & secundum quod accidentia sunt, quo pacto vna tantum ratione comparantur ad substantiam, videlicet, vt ad subiectum cui inhærent, non autem ad finem vel ad agẽs. Ex hoc aũt non bene infertur, quod accidentia propria vel potentiæ animæ quatenus propriæ potentiæ sunt non comparentur ad substantiam vt ad finem vel agens, propterea quod fluunt à substãtia per simplicem emanationem & ordinãtur ad conseruationem & perfectionem ipsius substantiæ.

¶ Ad secundum argumentũ respõdetur, q̃ vt D. Thom. dicit in hoc articulo & in q. 75. art. 5. ad quartum. in anima quamuis sit actus est etiam aliquid potentialitatis, cum sit composita ex actu & potentia, & non sit purus actus. Quapropter ex ea parte, qua est actus, est principium actiuum suarum potentiarum: ex ea vero parte, qua est potentia, est subiectum receptiuum illarum. Vnde non sequitur quòd idem secundum idem sit principium actiuum & receptiuum. Secundo responderi potest solutione, quæ colligitur ex Caietano in hoc articulo in illa adnotatione circa solutionem ad tertium, & est solutio ẽt Herueꝰ in 1. dist. 3. quæst. 5. quòd quando efficientia est tantum per simplicem emanationẽ, non inconuenit idẽ esse principium actiuũ & receptiuum, sicut etiam patet ex dictis in arti. 1. de actione, qua reducitur aqua ad suam frigiditatem, secus vero est quando est efficientia propria & per nouam transmutatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutationem. Tunc enim verificatur propositio Aristote. 7. metaphysi. cap. 1. quòd nihil mouetur à seipso: quanuis etiam vbi est propria efficientia in actionibus immanentibus videmus, quòd idem est principiū actiuum & receptiuum, quanuis sub diuersis rationib. vt ostenditur. 9. metaphysi.

¶ Ad tertium argumentum respondetur ex dictis in solutione ad secundum, quòd quanuis anima non sit composita ex materia & forma, est tamen composita ex actu & potentia, & secundùm quod informat corpus est actus, secundum verò quòd recipit esse & accidentia est quædam potentia. Vnde eadem anima secundum diuersas rationes est principium actiuum & susceptiuum potentiarum, atque adeo tertiū argumentum nihil habet demonstrationis, imo vero neq; efficaciæ. Et ad confirmationem respondetur, quòd Deus est purus actus nihil habens potentialitatis, vt probatum est suprà quæstione 3. Quapropter optimè probatur, & conuincitur, quod Deus sit omnino immobilis & immutabilis, sicut probatum est suprà quæst. 9. imo vero à Metaphysicis colligitur, quod in Deo nihil sit potentialitatis lib. 12. Metaphy. circa text. 30. vbi legendus est Sonzin. quæst. 29.

¶ Ad quartum argumentum respondetur primo, quod si aliquid conuincit illud est in ordine ad causam efficientem, quæ agit per nouam actionem, non vero in ordine ad principium actiuum, quod agit per simplicem emanationem. Et ad probationem respondetur; quod agere præsupponit esse non prioritate temporis sed prioritate naturę & causalitatis, propterea quòd actio generantis, qua producitur ipsum subiectū & comproducuntur passiones, priùs natura terminatur ad ipsum subiectum, & posterius natura ad ipsas passiones. Omnia tamen sunt eodem instaati temporis, sicut ēt D. Thom. docuit in arti. 2. ad primū. Quapropter nullum sequitur inconueniens ex illis, quæ obijciuntur in argumento. Secundo respondetur, quod etiam in actione, quæ contingit per nouam efficientiam & distinctam ab actione generantis, non semper est verum, quod agere præsupponat esse secundum proprietatem temporis; sed tantum secundum prioritatem naturæ, & exempla sunt apertissima in operationibus instantaneis. Docet enim D. Thom. suprà quæstio. 63. articu. 5. quod quanuis in his, quæ fiunt per motum, non sit possibile, vt simul tempore sit primus & secundus terminus duarum actionum. v. g. quod simul tempore sint terminus motus localis & terminus alterationis, quæ consequitur ad illum motum; tamen in mutationibus instãneis, optime fieri potest vt eodem instanti sit primus & secundus terminus vtriusq; mutationis. v. g. eodem instanti, quo luna illuminatur à sole, illuminatur etiam aer ab ipsa luna. Similiter eodem instanti, quo angelus creatus est à Deo, habuit ipse operationem liberi arbitrij, & in eodem instanti fuit terminus creationis angeli, & terminus operationis & liberi arbitrij ipsius angeli. Eodem pacto nos dicimus, quod cum creatio animæ sit instantanea, & comproductio potentiarum illius, nullum esset inconueniens ambas productiones esse in eodem instanti, quanuis essent duæ actiones, dummodo saluetur prioritas naturæ inter productionem animæ, & productionē potentiarum. Hanc secundam solutionem ad hibemus non ad asserendum, quod potentiæ animæ producantur noua actione, sed ad ostendendum quam infimum sit illud argumentum quartum. ¶ Quod si quis obijciat nobis locum Arist. 12. Meta. tex. 16. vbi docet hoc esse discrimen inter causam formalem & causam efficientem, quòd forma semper est simul cum eo cuius est forma, & cum suo effectu formali: efficiens vero est ante suum effectum. Ad hoc respondetur, quod hoc testimonium Aristotelis potest explicari tripliciter. Primo, quod formæ, quatenus forma est, repugnat esse ante compositum, cuius est forma, at vero causæ efficienti secundum quod efficiens est, non repugnat, quod tempore præcedat suum effectum, sicut experientia constat in multis causis efficientibus, quanuis aliquæ sint, quæ simul tempore sunt, cum suis effectibus. Secūda explicatio est, quod Aristo. loquutus est de causis efficientibus, quæ agunt per motum, nam cum motus necessario fiat in tempore, necesse est quod mouens sit prius tempore, quàm effectus, qui causatur per motum: secus vero

ro est in operationibus instantaneis, in quibus non oportet, quòd causa efficiens præcedat tempore suum effectum. Tertia explicatio est, quòd mens legitima Aristotelis in illo loco fuit docere, quòd forma producitur eadem actione, qua producitur ipsum subiectum considerando formam ea ratione, qua informat subiectum; causa vero efficiēs necessario debet produci ab alia distincta actione, quam sit illa qua producit suum effectum, aliàs enim idem produceret se ipsum, quod est impossibile. Hoc autem intelligit Aristo. de causa efficienti per nouam actionem, & secundum efficientiam perfectam & propriam, non autem intelligit de efficientia per simplicem emanationem, de qua D. Thom. loquitur in presenti, & docet quòd per eandem actionem producitur anima & dimanant potentiæ ab ipsa.

DVbitatur tertio circa primam conclusionem D. Th. Vtrum potentiæ fluant ab anima per ueram & realem actionem, an vero per naturalem resultantiam.

¶ Videtur quòd per veram & realem actionem. Primo. Actio propriè dicta nihil aliud est, quam effectus prout egreditur ab agente; sed potentia est effectus egrediens ab anima, ergo est ibi actio propriè dicta. Certe intelligibile videtur, quòd essẽtia effectiuè concurrat ad esse potentiarum & non per veram actionem: nam quod propriè est, & propriè fit, per veram actionem fieri debet. ¶ Secundo. Anima non cõcurrit ad ꝓductione sui, cõcurrit aũt ad ꝓductionē potentiarũ, ergo ꝓductio aīę & potentię sunt duę ꝓductiones, ergo duæ actiones. ¶ Tertio. Si separet Deus intellectū ab anima, & deinde relinquat illam suæ naturæ, sequetur de nouo intellectus; sed tunc non erit comproductio, cum non producatur ad ꝓductionē alterius, ergo vera actio, ergo idem est modo. Nam intellectus eodem modo nunc dimanat ab anima, sicut dimanaret in illo casu. ¶ Vltimo. Anima producitur per creationem, intellectus autem non creatur, sed educitur de potentia animæ, ergo alia actio est, qua producitur anima & alia qua producitur intellectus.

NIhilominus tamen conclusio D. Tho. est veritissima, scilicet, quòd emanatio potentiarum, non est per veram efficiētiam & operationem, sed per quandam naturalem resultantiam & simplicem emanationem. Quæ conclusio probatur & explicatur simul. Tunc aliquid est causa actiua per veram efficientiam, quando inter agens & effectum mediat actio proprie dicta; sed inter essentiam & proprietates inde dimanantes nulla potest actio mediare, ergo &c. Maior est nota, & probatur minor tripliciter. Primo. Quia si essentia per propriam actionem producit suas proprietates, ergo operatur immediate per se ipsam, quod est impossibile, quia solus Deus operatur per suam essentiam. Probatur sequela, quia illa actio cum precedat omnes potentias, nullum aliud principium potest habere, nisi solam essentiam. ¶ Secundo. Si ibi esset vera actio deberet esse alteratio, cum sit ad qualitatē; sed actio instantanea, quia in eodem instanti, in quo producitur essentia, sunt productæ eius proprietates, ergo dabitur vera altera actio instantanea, quod esse impossibile patet ex 6. physicor.

¶ Tertio. Omnis actio propriè dicta supponit causam efficientem, vt patet inductiue, sed essentia animæ non præcedit tempore suas potentias, ergo non causat illas per veram efficientiam & transmutationem propriè dictam. Quod autem essentia habeat aliquam actiuitatem, scilicet, illam naturalem resultantiam & simplicem emanationem respectu suarum proprietatū, quæ erat secunda pars conclusionis, probatur. Nam quando aliqua plura procedunt ordine quodam ab vna causa, illud, quod prius procedit, est causa posteriorum in eodem genere causæ, vt patet in conclusionibus, quæ ab vno principio deriuantur, sed essentiæ & proprietates procedunt ab eodem agente ordine quodā, iuxta illud: Qui dat formam, dat consequentia ad formam, ergo essentia, quæ est prior in hoc processu, est etiam aliquo modo causa reliquorum effectuum. Agens igitur mediante essentia vt media causa comproducit passiones, & hanc vocat S. Thom. simplicem emanationem potentiarum ab anima & proprietatum ab essentia. ¶ Aduerte tamen, quòd quando D. Thom. dicit quòd ex luce naturaliter resultat color, intelligendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum est non ineſſe coloris abſolutè aut A qualitatis, ſed de colore in eſſe viſibilis vel in eſſe coloris ſecũdum actum perfectum, iuxta illud quod Ariſto. docet 2.de anima, tex.67.capit.7.colorem non eſſe actum viſibilem ſine lumine, & quod lumen requiritur propter colores. Cæterum quo ſenſu accipiendum ſit, quòd lumen ſit neceſſarium propter colores, D.Thom.infra queſtio.79.articu.3.ſolutione ad ſecundum refert duas opiniones, vbi de hac re erit ſpecialis ſermo.

B

AD primum argumentum reſpondetur, quòd non quilibet effectus egrediens ab agente, eſt vera actio, ſed ille, qui eſt primarius operantis per ſuam potentiã. Proprietas ergo quatens egreditur ab eſſentia non habet rationem actionis, quia non cauſatur per aliquam potentiam, comparata vero ad generans etiam non eſt actio, quia non eſt eius primarius effectus. Vnde ſolemus dicere, quòd motus non identificatur cum effectu ſecundario, ſed primario, C nec negamus quòd proprietates producantur per veram actionem, producũtur enim per eandem, qua producitur ſubiectum a generante, ſed dicimus quòd nullæ propriæ paſſiones dimanant ab eſſentia per propriam actionem ipſius eſſentiæ diſtinctam ab illa actione, qua ipſa eſſentia ſimul cum ſuis proprietatibus incipit eſſe.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd licèt anima non concurrat ad productionẽ ſui, poteſt concurrere ad productionem potentiæ ſine noua actione, ſcilicet, applicando actionem agentis & quaſi deferendo illam ad ipſam potentiam. D

¶ Ad tertium reſpondetur, quòd in illo caſu non eſſet vera actio, ſed naturalis reſultantia, qua intellectus fieret ab eo, quòd prius cauſauit animam, non per nouam actionem ſed virtute prioris productionis, qua producta eſt anima; eo modo quo deſcenſus granium ſolet attribui generanti, & ſimiliter reductio aquæ ad naturalem E frigiditatem, quod optimè explicat Caietan.1.parte, queſtio.54.articu.3.ad finem. De qua re etiam nos egimus lib.1.de gene. capite 4.quæſt.10.artic.2.ad tertium & ſupra in hac quæſt.art.3.

¶ Ad quartum reſpondetur, quòd intellectus concreatur cum anima, non quòd producatur ex nihilo (producì enim conuenit rebus ſubſiſtentibus) ſed quia educitur de potentia eius, quod fit ex nihilo. Cæterum ſi intellectus in primo ſui eſſe comparetur non ad Deum ſed animam; non dicitur procedere per creationem ſed per naturalem reſultantiam ad modum explicatum.

ARTICVLVS. VII.

¶ Vtrùm vna potentia animæ oriatur ab alia.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd vna potentia anima non oriatur ab alia. Eorum enim, quæ ſimul eſſe incipiunt, vnum non oritur ab alio. Sed omnes potentiæ animæ ſunt ſimul animę concreatę. Ergo vna earum ab alia non oritur.

¶ 2 Præterea. Potentia anima oritur ab anima, ſicut accidens à ſubiecto. Sed vna potentia anima non poteſt eſſe ſubiectum alterius: quia accidentis non eſt accidens. Ergo vna potentia non oritur ab alia.

¶ 3 Præterea. Oppoſitum non oritur à ſuo oppoſito, ſed vnumquodque oritur ex ſimili ſecundum ſpeciem. Potentiæ autẽ animæ ex oppoſito diuidũtur ſicut diuerſæ ſpecies. Ergo vna earum non procedit ab alia.

SED contra, Potentiæ cognoſcuntur per actus. Sed actus vnius potentiæ cauſatur ab obiecto ſicut actus phantaſia ab actu ſenſus. Ergo vna potentia animæ cauſatur ab alia.

RESPONDEO dicendum, q̃ in his, quæ ſecundum ordinem naturalem procedũt ab vno, ſicut primum eſt cauſa omnium, ita quod eſt prima propinquius, eſt quòdammodo cauſa eorum quæ ſunt magis remota. Oſtenſum eſt autem ſupra, * q̃ inter potentias animæ eſt multiplex ordo. Et ideo vna potentia anima ab eſſentia animæ procedit mediante alia: ſed quia eſſentia animæ comparatur ad potentias, & ſicut principium actiuum & finale', & ſicut principium ſuſceptiuum, vel ſeorſum per ſe, vel ſimul cum corpore. agens autem & finis eſt perfectius, ſuſceptiuum autem principium inquantum huiuſmodi, eſt minus perfectum: conſequens eſt, q̃ potentia animę

anima, quæ ſunt priores ſecundum ordinem A perfectionis et naturę, ſint principia aliarum per modum finis & actiui principij. Videmus enim q̃ ſenſus eſt propter intellectum, & non è conuerſo. Senſus etiam eſt quædam deficiens participatio intellectus. Vnde ſecundum naturalem originem quòdammodo eſt ab intellectu, ſicut imperfectum à perfecto. Sed ſecundum viam ſuſceptiui principij è conuerſo potentiæ imperfectiores inueniuntur principia reſpectu aliarum. Sicut anima ſecundũ quod habet potentiam ſenſitiuam conſideratur ſicut ſubiectum, & materiale quoddã reſpectu B intellectus. Et propter hoc imperfectiores potentiæ ſunt priores in via generationis. Prius enim animal generatur quàm homo.

AD Primum ergo dicendum, q̃ ſicut potentia anima ab eſſentia fluit, non per tranſmutationem, ſed per naturalem quandam reſultationem, & eſt ſimul cum anima, ita eſt etiam de vna potentia reſpectu alterius.

AD ſecundum dicendum, quòd accidens per ſe non poteſt eſſe ſubiectum accidentis, ſed C vnum accidens per prius recipitur in ſubſtantia quàm aliud: ſicut quantitas, quàm qualitas. Et hoc modo vnum accidens dicitur eſſe ſubiectum alterius, vt ſuperficies coloris, inquantum ſubſtantia vno accidente mediante recipit aliud. Et ſimiliter dicitur de potentiis animæ.

AD tertium dicendum, q̃ potentiæ animę opponuntur adinuicem oppoſitione perfecti, & imperfecti: ſicut etiam ſpecies numerorum & figurarum. Hęc autem oppoſitio non D impedit originem vnius ab alio: quia imperfecta naturaliter à perfectis procedunt.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua.

¶ Secunda concluſio ſecundum ordinem finis & principii actiui potentiæ imperfectiores oriuntur ex perfectioribus.

¶ Tertia concluſio ſecundum ordinem principii ſuſceptiui vel materialis potentiæ perfectiores oriũtur ex imperfectioribus. De his quæ pertinent ad explicationem huius articuli nihil aliud differendum eſt præter ea, quæ diximus in articu.4. & 6. & rationes pro concluſionibus optimè colligit Caieta.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm omnes potentiæ animæ remaneant in anima à corpore ſeparata.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, quòd omnes potentiæ anima remaneãt in anima à corpore ſeparata. Dicitur. n. in lib. de ſpiritu et anima, quod anima recedit à corpore ſecum trahens ſenſum et imaginationẽ, & rationem & intellectum, & intelligentiã, concupiſcibilitatem & iraſcibilitatem. 384 4.di.44. q.3.art. 3.q.1.d. 50.q.1. art.1.Et 2.ca.81. ad 5.Et ver.q.19 art.1.Et de aĩa, art.10.

¶ 2 Præterea. Potentiæ animę ſunt eius naturales proprietates. Sed proprium ſemper ineſt, & nunquam ſeparatur ab eo cuius eſt proprium. Ergo potentiæ animæ ſunt in ea ẽt poſt mortem.

¶ 3 Præterea. Potentiæ animæ etiam ſenſitiuę non debilitantur debilitato corpore: quia vt dicitur in * 1.de anima: ſi ſenex acciperet oculum iuuenis, videbit vtique ſicut & iuuenis. Sed debilitas eſt via ad corruptionem. Ergo potentiæ animæ non corrumpuntur corrupto corpore, ſed manent in anima ſeparata. lib.1.de ani.tex. 5.6.10.2

¶ 4 Præterea. Memoria eſt potentia animæ ſenſitiuæ, vt Philoſophus * probat, ſed memoria manet in anima ſeparata. Dicitur. n. Luc. 16. diuiti epuloni in inferno ſecundum animam exiſtenti: Recordare, quia recepiſti bona in vita tua. Ergo memoria manet in anima ſeparata, & per conſequens alię potentiæ ſenſitiuę partis. li.de memoria & reminiſc.j.& 10.2.

¶ 5 Præterea. Gaudium & triſtitia ſunt in cõcupiſcibili, quę eſt potentia ſenſitiua partis. Manifeſtum eſt autem, animas ſeparatas triſtari, et gaudere de præmijs, vel pœnis, quas habent. Ergo vis concupiſcibilis manet in anima ſeparata.

¶ 6 Præterea. Aug. dicit * 12. ſuper Ge. neſ. ad literã quod ſicut anima', cùm corpus iacet ſine ſenſu, nondum penitus mortuum, videt quædam ſecundum imaginariam viſionẽ: ita cum fuerit à corpore penitus ſeparata poſt mortem. Sed imaginatio eſt potentia ſenſitiua partis. Ergo potẽtia ſenſitiua partis manet li.12.c. 32.circa med.t.3

net in anima separata, & per consequens om A
nes alio potentię.

li. de Ec cle. dog. c.19. to. 3. inter opa Augu.

SED contra est, quòd dicitur in lib. de Eccles. dog. Ex duabus tantum substantiis constat homo: anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis. Ergo defuncta carne potentiæ sensitiua non manent.*

Art.6.& 7. huius quęst.

RESPONDEO dicendum, q sicut iam dictum est. Omnes potentiæ animæ comparantur ad animam solam sicut ad principium. Sed quædam potentiæ comparantur ad animam solam sicut ad subiectum, vt intellectus et voluntas: & hmõi potentię necesse est, q maneant in anima corpore destructo. Quædam verò potentiæ sunt in coniuncto, sicut in subiecto: sicut omnes potentię sensitiuæ partis, & nutritiua. Destructo autem subiecto, non potest accidens remanere. Vnde corrupto coniuncto non manent huiusmodi potentiæ actu, sed virtute tantum manent in anima, sicut in principio, vel radice. Et sic falsum est, quòd quidam dicunt huiusmodi potentias in anima remanere etiã corpore corrupto. Et multò falsius, quòd dicunt etiam actus harum potentiarum remanere in anima separata: quia talium potentiarum nulla est actio nisi per organum corporeum.*

AD primum ergo dicendum, quòd liber ille auctoritatẽ nõ habet. Vnde quod ibi scriptũ est, eadem facilitate contẽnitur, qua dicitur. Tamen põt dici, q trahit secum animam huiusmodi potentias non actu, sed virtute.

AD secundum dicendum, q hæ potentiæ, quas dicimus actu in anima separata non manere: non sunt proprietates solius animæ, sed coniuncti.

AD tertium dicendum, quòd dicuntur non debilitari huiusmodi potentię debilitato corpore: qa anima manet immutabilis, qua est virtualis principium hmõi potentiarum.

li. 10.de trini.ca. 11.10.

AD quartum dicendum, q illa recordatio accipitur eo modo quo Augustinus ponit memoriam in mente, non eo modo quo ponitur pars animæ sensitiua.*

AD quintum dicendum, quòd tristitia & gaudium sunt in anima separata, non secundum appetitum sensitiuum, sed secundum appetitum intellectiuum, sicut etiam in angelis.

AD sextum dicendum, q Augustinus loquitur ibi inquirendo, non asserendo. Vnde quædam ibi dicta retractæ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Potẽtiæ animę, quæ immediatè subiectantur in ipsa anima, manent in illa separata à corpore.

¶ Secunda conclusio. Potentię animæ, quę immediatè subiectantur in ipso coniuncto, non manent in anima separata, manent tamen virtualiter vt in principio & radice.

¶ Tertia conclusio. Quanuis falsum sit asserere, quòd istæ potentiæ, quæ subiectantur in composito, maneant in anima separata; multò magis falsum est asserere, quòd maneãt actus illarum. Ratio, quia talium potentiarum nulla est actio nisi per organum corporeum. De his, quæ pertinent ad animam separatam à corpore differendum est latius inf. q. 89.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem nulla est difficultas, quoniam ab omnibus recipitur tanquam certissima. Sed circa secundam Gregor. in 2. distinctione 17. quæstione tertia, articu. primo. & alij qui tenent omnes potentias animæ identificari realiter cum ipsa, & subiectari immediatè in ipsa anima, consequenter tenent omnes istas potentias manere in anima separata, quamuis non maneant operationes earum, quia non manent organa, quæ sunt necessaria ad receptionem specierum. Ex quo infertur nos non videre per oculos, neque corpus videre. Hisce diebus quidam autor in quodam libello vocato, examen de ingenios, tenet hanc ridiculam opinionem Gregorij, & addit quòd manẽt potentiæ sensitiuæ in anima separata cum suis achibus, & ita anima separata videt, gustat, audit, &c. & hoc nititur probare futilibus argumentis, quæ non censemus digna, vt referantur. Habet hanc doctrinam cap. 7. & has ealdem potentias tribuit demonibus in eodem capite, vbi stultissimè loquitur, ne quid amplius dicam. Quare merito sanctæ Inquisitionis mandato totum illud caput ex eius libro deleti iussum est.

Falsitas

Falsitas antẽ huius opinionis facilè colligitur ex his, quæ diximus articulo. 1. & 5. adueršus illos autores, ubi probatum est porẽ tias animę, quę subiectantur immediatè in ipso composito, necessariò distingui realiter ab ipsa anima & non posse subiectari immediatè in illa. Ex qua doctrina sicut etiam D. Thom. colligit in hoc articulo manifestè conuincitur eas non posse manere actu in anima separata. Nam secundum regulam Aristotelis lib. 1. de generatione destructo subiecto substantiali necessum est destrui omnia accidentia, quæ immediatè subiectantur in ipso.

¶ Sed arguit Gregorius quibusdam argumentis. Primo ex locis Diui Augustini lib. 12. super Genesim ad literam capite. 18. 19. & 20. Ad quę tamen testimonia nihil aliud respondendum est, quam id quod D. Tho. respondet in hoc articu. ad sextum, quòd D. Augusti. in illis locis nihil dixit asserendo ex propria sententia, sed tantum inquirendo. ¶ Secundo arguit ex Aristo. 2. li. de anima cap. 2. tex. 18. & 24. vbi dicit animã esse principium sentiendi & intelligendi, ergo in ipsa anima est potentia sensitiua quæ est principium sentiendi. Ad hoc tamen respondetur, q ipsum probat potentias sensitiuas esse in anima tanquam in principio & radice, ut D. Thom. dicit in hoc articulo & sicut docuit articulo. 5. solutione ad. 2. vbi soluit hoc argumentum. Tertio arguit, quoniam anima separata reminiscitur singularium quæ dum esset in corpore cognouerat, sed reminiscentia est potentia sensitiua, ergo. Ad hoc tamen patet solutio ex his, quæ Diuus Thomas dicit in hoc articulo ad quartum, quòd illud reminisci animæ separatę fit mediante memoria intellectiua, non autem mediante memoria sensitiua. Cæterùm quo pacto anima separata cognoscat singularia & cognoscat ea quæ apud nos aguntur tractandum est ex professo infrà q. 89. arti. 4. & 8.

DVbium breue tractat Caieta. circa illam propositionẽ. D. Tho. Omnes potentiæ animæ comparantur ad solam animam tanquam ad principium; & ratio illius est, quoniam ex illis verbis videtur sequi, q ipsum compositum nõ sit principiũ potentiarum & passionum, quæ in illo subiectantur: cuius contrarium docuit D. Tho. in articul. 6. & 7. Ad hoc respondet Caietanus dupliciter. Primo dicit, quòd anima est principium omnium potentiarum primo & per se, & non ratione alterius: ipsum verò compositum quamuis sit principium suarum potentiarum illud habet ratione animæ, quæ est pars ipsius. Quemadmodum supra ostensum est q. 75. & 76. q existere primo conuenit animæ rationali & non ratione alterius, homini autem conuenit ratione ipsius animę. Secundo respondet, quòd vt potest colligi ex ipso D. Tho. in hoc articulo & in arti. 6. illa dictio, sola, accipitur cathegorematicè, & sensus est q ipsa anima solitariè sumpta est principiũ omnium potentiarum sed compositum ipsum in ordine ad illas potentias, quæ subiectantur in ipso, est principium completũ. Anima verò sola, ideſt, secundum quod distinguitur contra corpus; est principium incompletum & radicale. Cæterum in ordine ad illas potentias, quæ immediatè subiectantur in anima, ipsa anima est principiũ completum, & propterea maneant in ipsa separata à corpore vt suprà diximus.

QVAESTIO LXXVIII.

De potentiis animę in speciali.

DEINDE considerandum est de potentiis animę in speciali. Ad considerationem autem theologi pertinet inquirere specialiter solum de potentiis intellectiuis & appetitiuis, in quibus virtutes inueniuntur. Sed quia cognitio harum potentiarum quodammodo dependet ex aliis: ideo nostra consideratio de potentiis animæ in speciali erit tripartita. Primò nanque considerandum est de his, quæ sunt præambula ad intellectum. Secundò de potentiis intellectiuis. Tertiò de potentiis appetitiuis.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm quinque genera potentiarum animæ sint distinguenda.

358 Vers. q. 10. ar. 2. ad 2. & qõ. de anima ar. 13. & 1. lib. de anima. l. 14. prĩcip. & li. 2. 3. col. 2. fi. & l. 5. & l. 6. co. 1 li. 2. de anima tex. 13. to. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. *Videtur. q̃ non sint quinque genera potentiarum animę distinguenda, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, secundum locum motiuum. & intellectiuum. Potentiæ enim animę dicuntur partes ipsius. Sed tantũ tres partes anima communiter ab omnibus assignatur, scilicet anima vegetabilis, anima sensibilis & rationalis. Ergo tantum tria sunt genera potentiarum animę, & non quinque.*

¶ 2 *Præterea. Potentia animę sunt principia operum vitę. Sed quatuor modis dicitur aliquid viuere. Dicit enim Philosophus in * 2. de Anima. Multipliciter ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum, aliquid dicimus viuere: vt intellectus & sensus, motus & status secundum locum. Adhuc autem motus secundum alimentum, et decrementum, & augmentum. Ergo tantum quatuor sunt genera potentiarum animę appetitiua exclusa.*

¶ 3 *Præterea. Ad illud quod est commune omnibus potentiis non debet deputari aliquod speciale animæ genus. Sed appetere conuenit cuilibet potentię animæ. Visus enim appetit visibile conueniens. Vnde dicitur Eccle siastic. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus: & super hoc virides sationes. Et eadẽ ratione quælibet alia potentia desiderat obiectum sibi conueniens. Ergo non debet poni appetitiuum vnum speciale genus potentiarum animæ.*

¶ 4 *Præterea. Principium mouens in animalibus est sensus aut intellectus aut appetitus. vt dicitur in * 3 de Anima. Non ergo motiuum debet poni speciale genus animę præter prædicta.*

li. 3. de anima tex. 48. & seq. vsq; ad 58. to. 2. ‡ li. 2. de anima tex. 27. to. 2.

SED contra est, quod Philosophus dicit in ‡ 3 de Anima. Potentiæ autẽ dicimus vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuũ secundum locum, & intellectuum.

*RESPONDEO dicendum, quòd quinque sunt genera potentiarum animæ, quę numerata sunt. Tres verò dicuntur animæ. Quatuor verò dicuntur modi viuendi. Et huius diuersitatis ratio est, quia diuersę animę distinguuntur secundum quod diuersimodè operatio animæ supergreditur operationem naturæ corporalis. Tota n. natura corporalis subiacet animæ, & comparatur ad ipsam sicut materia, & instrumentum. Est ergo quædã operatio animæ, quę in tantam excedit naturam corpoream, quòd neque etiam exercetur per organum corporale: & talis est operatio animę rationalis. Est autem alia operatio animæ infra istam, quę quidem fit per organum corporale, non tamen per aliquam corpoream qualitatem. Et talis est operatio animæ sensibilis. Quia etsi calidum & frigidum, & humidum & siccũ, & alia huiusmodi qualitates corpórea requirantur ad operationẽ sensus: non tamen ita quòd mediante virtute talium qualitatum operatio animæ sensibilis procedat. Sed requiruntur solùm ad debitam dispositionem organi. Infima autem operationum animę est, quæ fit per organum corporeum & virtute corporeę qualitatis. Supergreditur tamen operationem naturæ corporeę, quia motiones corporum sunt ab exteriori principio, huiusmodi autem operationes sunt à principio intrinseco. Hoc enim commune est omnibus operationibus animę. Omne enim animatum aliquo modo mouet se ipsum. Et talis est operatio animę vegetabilis. Digestio enim & ea quæ consequuntur, fit instrumentaliter per actionem caloris, vt dicitur in * 2. de Anima. Genera verò potentiarum animę distinguuntur secundum obiecta. Quantò enim potentia est altior, tantò respicit vniuersalius obiectum, vt supra dictum est. ‡ Obiectum autẽ operationis animę in triplici ordine potest considerari. Alicuius enim potentię animę obiectum est solum corpus animatum vnitum. Et hoc genus potentiarum animę dicitur vegetatiuum. Non enim vegetatiua potentia agit nisi in corpus, cui anima vnitur. Est autem aliud genus potentiarum animę, quod respicit adhuc vniuersalius obiectũ, scilicet, non corpus sensibile, & non solum corpus animatum vnitum. Est autem aliud genus potentiarũ animæ, quod respicit adhuc vniuersalius obiectum, scilicet non solum corpus sensibile, sed vniuersaliter omne ens. Ex quo patet quòd ista duo secunda genera potentiarum animę, habent operationem non solum respectu rei coniunctæ, sed etiam respectu vlterius extrinseca. Cùm autem operans oporteat aliquo modo contingi suo obiecto circa quod operatur, necesse est extrinsecam rem, quæ est obiectum operationis animæ, secundum duplicem rationem ad animam comparari. Vno modo secundum quod nata est animę coniungi, & in anima esse per suam similitudinem. Et quantum ad hoc sunt duo genera potentiarum, scilicet sensitiuum respectu obiecti minus communis, quod est corpus sensibile: & intellectiuum respectu obiecti communissimi, quod est ens vniuersale. Alio verò modo secundum quod ipsa anima inclinatur, & tendit in rem exteriorem: & secundum hanc etiam comparationem sunt duo genera potentiarum animæ. Vnum quidem, scilicet appetitiuum, secundum quod anima comparatur ad rem extrinsecam, vt ad finem, qui est primum in intentione. Aliud autem motiuum secundum locum, prout anima comparatur ad rem exteriorem, sicut ad terminum operationis & motus. Ad consequendum enim aliquod desideratum, & intentum, omne animal monetur. Modi verò viuendi distinguũtur secundum gradus viuentium. Quædam enim viuentia sunt, in quibus est tantum vegetatiuum, sicut in plantis. Quædam verò in quibus cum vegetatiuo est etiam sensitiuum, non tamen motiuum secundum locum: sicut sunt immobilia animalia, vt conchilia. Quædam verò sunt, quę supra hoc habent motiuum secundum locum, vt perfecta animalia, quæ multis indigent ad suam vitam. Et ideo indigent motu, vt viæ necessaria procul posita quærere possint. Quædam verò viuentia sunt, in quibus cum his est intellectiuum, scilicet in hominibus. Appetitiuum aut. m non constituit aliquem gradum viuentium: quia in quibuscunque est sensus, est etiam appetitus. vt dicitur in * 2. libro de Anima.*

li. 3. de anima tex. 27. to. 2.

Et per hoc soluuntur duo prima obiecta.

AD tertium dicendum, quòd appetitus naturalis, scilicet inclinatio cuiuslibet rei alicuius ex natura sua. Vnde naturalis appetitus quælibet potentia desiderat sibi conueniens. Sed appetitus animalis consequitur formam apprehensam. Et ad huiusmodi appetitũ requiritur specialis anima potentia, & non sufficit sola apprehensio. Res enim appetitur prout est in sua natura. Non est autem secundum suam naturam in virtute apprehensiua, sed secundum suam similitudinem. Vnde patet q̃ visus appetit naturaliter visibile solum ad suum actum, scilicet ad videndum. Animal autẽ appetit rem visam per vim appetitiuã, non solum ad videndum, sed etiam ad alios vsus. Si autem non indigeret anima rebus perceptis à sensu, nisi propter actiones sensuũ, scilicet vt ea sentiret, non oporteret appetitiuum ponere speciale genus inter potentias animæ: quia sufficeret appetitus naturalis potentiarum.

AD quartum dicendum, quòd quamuis sensus & appetitus sint principia motiua in animalibus perfectis, non tamen sensus & appetitus, inquantum huiusmodi, sufficiunt ad mouendũ, nisi superadderetur eis aliqua virtus. Nam in immobilibus animalibus est sensus, & appetitus: non tamen habent vim motiuam. Hæc autem vis motiua non solum est in appetitu, & sensu vt imperante motũ, sed etiam est in ipsis partibus corporis vt sint habilia ad obediendum appetitui animæ mouentis. Cuius signum est, q̃ quando membra remouentur à sua dispositione naturali, non obediunt appetitui ad motum.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Tres tantùm sunt animæ, videlicet intellectiua, sensitiua, & vegetatiua.

¶ Secunda conclusio. Quinque sunt genera potentiarũ animæ, videlicet vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum, secundum locum motiuũ, & appetitiuum.

¶ Tertia conclusio. Quatuor tantũ sunt modi viuentiũ videlicet vegetatiuum, sensitiuũ, intellectiuum, & secundum locum motiuum.

¶ Quarta conclusio. Appetitiuum non dicit distinctum gradum viuentium. Rationes pro his conclusioni bus optimè colligit Caietanus, quas nos in commentariis articuli copiosius explicabimus.

COMMENTARIVM.

IN isto articulo colligit D. Thom. ea, quę docet Aristote. libro 2. de anima c. 3. vbi viden-

videndi sunt interpretes Aristotelis pro intelligentia eorum, quę dicemus. Et quidem Diuus Thomas agens de potentijs animæ in speciali, seruat ordinem, quem ibi docet Aristoteles esse seruandum in isto tractatu. Dicit enim prius esse disputandum de vegetatiuo, quàm de sensitiuo & cæteris. Deinde de obiectis harum potentiarum; postmodum de actibus; & tandem de potentijs. Vnde secundum hunc ordinem, posito in isto primo articulo numero potentiarum, in secundo articulo agit de potentijs vegetatiuis, in tertio, de sensitiuis, in quarto de sensitiuis interioribus, in quæstione. 79. de intellectiuis, à quæstio. 80. vsque ad 83. de potentijs appetitiuis, & inde vsque ad 89. de actibus harum potentiarum agit S. Thom. Hoc posito.

DVbitatur primo. Vtrum Aristot. & D. Thom. rectè constituerint numerum potentiarum. ¶ Videtur quod non. Primo. Aut ista diuisio est in species specialissimas aut subalternas; non primum. Nam sensitiua diuiditur in interiores, & exteriores, qui distinguuntur specie, & potentia vegetatiua diuiditur in nutrituam & augmentatiuam tanquam in species, appetitus in sensitiuum & intellectiuum. Nec secundum potest dici: nam intellectus est species specialissima, ergo diuisio non est bona.

¶ Secundò. Tantum sunt tres species animarum, ergo non sunt quinque genera potentiarum. Probatur consequentia. Nã proprietas consequitur essentiam, ergo nõ possunt multiplicari proprietates nisi multiplicetur essentia, sed potentiæ sunt proprietates animæ, ergo si non sunt nisi tres animę, nec erunt nisi tres potentiæ. Confirmatur solùm sunt quatuor gradus vitæ, ergo & quatuor genera potentiarum.

¶ Tertiò. Appetitiuum non est specialis potentia, ergo non sunt quinque genera. Antecedens probatur. Nam quælibet potentia appetit naturaliter suum obiectum, & ita potentiæ sensitiuæ appetunt bonum sensibile, & intellectiuæ intellectiuum, ergo ad hoc appetendum non est ponenda specialis potentia. Confirmatur. Plantæ habent appetitum quem tamen Aristot. non computauit inter potentias animæ, ergo plures sunt quàm quinque: præcipue vero quia Aristoteles operationes plantæ constituit inter operationes animę, ergo & debuit cõstituere appetitum plantæ inter potentias animæ. ¶ Quartò. Nam memoratiuum est quoddam genus potentiæ, sed hoc non numeratur ab Aristotele, ergo sunt sex genera potentiarum. Item gressiuum similiter est quoddam genus potentiæ, nam aliqua animalia gradiuntur & aliqua non, ergo erunt septem genera potentiarum. Et eadem ratione videtur probari, quòd constituantur quinque gradus vitæ.

¶ Quinto. Loco motiuum non distinguitur ab appetitiuo secundum D. Tho. suprà quæstione. 75. art. 3. ad tertiũ, ergo hæc non sunt diuersa genera potentiarum.

¶ Sextò. Quanto essentiæ sunt perfectiores, tanto habent totalitatem magis vnitã: vnde angeli superiores pauciores habent species & actus, ergo saltim anima rationalis, quæ ceteris perfectior est, debet habere pauciores potentias.

PRima conclusio. Tres sunt animæ, scilicet, vegetabilis sensibilis & intellectiua. Probatur conclusio. Nam tres sunt operationes excedentes operationem naturæ corporalis, ergo tres sunt animæ. Consequentia patet, nam operatio ostendit formam, & distinctæ operationes distinctas ostendunt formas. Antecedens probatur, nam operatio seu motio naturæ corporalis, quæ fit circa ipsum subiectum, non est ab intrinseco, sed ab extrinseco agente, vt motio ignis & aquæ: quia res non viuentes non se mouent. Vnde operatio animæ vegetabilis iam excedit motionem corporum non viuentium, quia quauis fiat per qualitates sensibiles tanquam per instrumenta sicut sunt operationes & motus corporum, sed tamen fit ab intrinseco. Nam vegetabilia se mouent ad suas operationes, vt suprà habitum est, & ita ad hanc operationem, quæ est infima inter animæ operæ, exceden tamen corporis motus, ponitur vna anima, quæ est vegetabilis, quia tota natura corporea ad hoc non potest sufficere. Est autem alia operatio supra istam, quæ fit quidem per organum corporeum tanquam per instrumentum, non tamen media sensibili qualitate vt instrumento, qualis est operatio omnis sensitiuæ, vt videtur

te &c. Et cum tota natura vegetabilium ad hoc non sufficiat, non excedit modum operandi ipsius, qui fit per sensibiles qualitates, ponitur alia anima, quæ possit in has operationes, quæ dicitur sensibilis. Est autem alia operatio quodammodo diuidua, & omnes istas excedens, quia nec fit per sensibiles qualitates, nec per organum corporeum, sed spiritualiter perficitur, & ista est intellectio. Vnde cum suprà dictæ formæ hanc attingere nequeant, alia est ponẽda forma quæ illam producat: & hæc dicitur intellectiua anima. Et cum non possit esse alia operatio, quæ harum trium naturam non participet, nec potest esse alia forma corporis, quæ sit anima ꝓter istas tres.

¶ Hæc est ratio Diui Thomæ, & est veluti à posteriori: colligit enim numerum animarum ex diuersitate operationum. Cum enim essentiæ rerum sint nobis ignotæ, & à nobis inuestigandæ sunt ex effectibus ipsarum. Potest tamen probari conclusio veluti à priori ratione eiusdem D. Thomæ libro 2. de anima text. 37. ex triplici esse, quod in formis possumus distinguere. Nam formæ naturales vnum esse habent corporale omnino in suis propriis materiis & subiectis, & in se ipsis; aliud penitus immateriale & spirituale, s. quando sunt in intellectu per suas species; aliud mediũ per species sensibiles: & cum istæ tres differentiæ essendi conueniant naturaliter ipsis animabus, sequitur, quòd sint asserendæ tres species animarum.

¶ Sed contra, Anima, quę est principium motus localis, perfectior est, quàm ea, quæ solum est principium sentiendi: propterea enim constituitur alius gradus vitæ in loco motiuis, vt patebit conclusione sequenti, ergo talis anima constituit aliam speciẽ distinctam à pure sensitiua, & sic erũt quatuor species animarum, sicut quatuor gradus viuentium. Respondetur, ꝙ quanuis sit perfectior, non est alia species, quia non dicit nouum modum essendi. Vnde omnes animæ sensitiuæ sunt eiusdem rationis; sed ex his quæ participant animam sensitiuã, constituuntur duo gradus viuentium, quia perfectio animæ sensitiuæ diuersimodè illis communicatur.

¶ Secunda conclusio. Modi viuendi sunt quatuor, s. uegetatiuum, sensitiuum, locomotiuum, & intellectiuum. Pro intelligentia & explicatione huius conclusionis notandum primo, quòd viuere & vita non comparantur sicut esse & essentia, ita quòd viuere dicat esse, & vita essentiam, sed comparantur vt abstractum & concretum, sicut currere & cursus. Vnde idem est iudicium de gradu viuendi & vitæ, nec uita dicit solam animam, sed ipsum esse substantiale, vt ab anima progreditur, & sic viuere est actus essentialis animę vt anima est, sicut esse rationale est actus essentialis formæ rationalis. Vnde etiam sequitur, quòd ipsum viuere non est prædicatum accidentale respectu viuentium, sed essentiale uel substantiale. ¶ Secundo notandum, quòd uiuere seu uita aliquãdo denotat ipsas operationes uitæ secundum illud Aristo. 9. Æthic. cap. 9. Viuere principaliter est sentire uel intelligere, & sic distinguimus dupliciter uitam, scilicet, actiuam & contemplatiuã, quæ non est distinctio naturarum sed operationum eiusdem naturæ: imo & ipsa formalis beatitudo, quę est actio intelligendi, uocatur uita iuxta illud Ioann. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te, &c. Aliquando uero uita denotat ipsum esse substantiale uel essentiale proueniens immediatè ab anima, de quo dicebamus in primo notabi. non esse prædicatum accidentale. Et hęc acceptio est magis propria, quàm prior; in quo sensu dixit Aristo. libro secundo. de anima text. 37. Viuere uiuentibus est esse, qui locus non de operationibus, sed de ipso esse substantiali intelligendus est secundum contextum literæ; quanuis absolutè etiam de operationibus posset uerificari. Quòd autem secundum contextum literæ sit explicandus de ipso esse substantiali, patet. Nam probat ibi philosophus, quòd anima est forma substantialis hac ratione. Omne illud, quod dat esse, est forma intrinseca & substantialis rei; sed anima dat esse, ergo. Minorem probat hoc modo. Anima dat uiuere, sed uiuere uiuẽtibus est esse, ergo dat esse. Ecce per uiuere intelligit uitam substantialem. Nam ex hoc quòd anima sit causa uiuendi, ideſt, operationem uitę, nõ sequitur quòd sit forma intrinseca corporis uiuentis saltim certo & infallibiliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plato enim & alij antiqui, contra quos ibi Aristoteles contendebat probare animam esse formam intrinsecam corporis, concedebant animam humanam esse causam operationum vitæ, negabant tamen esse vnitam in ratione formę, sed in ratione motoris. Quando ergo in conclusione dicimus, quòd sunt quatuor gradus vitæ, nomine vitæ intelligimus ipsum esse substantiale, quod ab anima immediate procedit.

¶ Tertio supponendum est in quo consistat hoc prædicatum essentiale, quod est viuere, & quæ sit differentia inter viuentia & non viuentia. Tunc dicimus aliquod corpus esse viuum, quando incipit ex se motum habere, & tandiu iudicatur viuere, quandiu talis motus in eo apparet. Et tunc dicimus animal esse mortuum & corpus eius non habere vitam, quando ex se ipso non mouetur, sed solum ab alio natum est moueri. Vnde hoc est discrimen inter viuentia & non viuentia, quod viuentia sunt illa, quæ se mouent secundum aliquem motum, aut operationem animæ. At verò non viuentia sunt illa quæ non se agũt ad aliquem motum aut operationem vitæ, vt lapis &c. quæ non mouentur nisi à generante per modum naturæ, aut ab aliquo extrinseco agente per violentiam. Nõ autem accipiendus est motus hic restrictè, prout dicit solam motum physicum, qui est actus imperfecti, ideſt, actus entis in potentia: sed large prout comprehendit sentire & intelligere, qui sunt actus perfecti, vt dicitur libro tertio de anima, text. vigesimooctauo.

¶ His positis probatur conclusio ratione Di. Thomæ in isto articulo, quam desumpsit ex Aristot. libro primo de anima, text. 89. Gradus viuentium distinguuntur secundum diuersos gradus viuendi, qui reperiuntur in rebus animatis, quorum prior reperitur sine consequenti, & cum sint quatuor modi viuẽdi ita se habentes, quòd imperfectior sine perfectiori reperitur, perfectior autem semper continet in se minus perfectum; quatuor constituuntur gradus viuentium. Primus est eorum, quæ tantum habent vitam vegetatiuam sicut plantæ; quæ alimenta vtuntur. Secundus est corũ, quæ cum vegetatiua habent etiam vitam sensitiuam, non tamen mouentur secundum locum vt ostrea; quæ cum non apprehendant per sensum nisi alimentũ præsens, non indigent motu localis ad inquirendum illud. Tertius gradus est eorum, quæ non solùm habent sensum sed etiam motum localem vt animalia perfecta, quorũ cognitio se extendit ad illud, quod est absens & loco distans. Quis enim memoriam habet absentis pascuæ, qua indiget ad conseruationem suæ vitæ, & ita datus est illis motus localis, vt vitæ necessaria procul posita quærere possit. Quartus denique gradus viuentium est eorum, quæ cum omnibus prædictis habent etiam intellectum, quo se mouent in finem liberè, & cognoscendo rationem finis. Nam bruta licèt per apprehensionem tendant in finem, tamen non præstituunt sibi finem, sed agũtur instinctu quodam naturali. Homo verò, qui intellectum & voluntatem habet, se ipsum mouet habito respectu ad finem, quem sibi præstituit, & ad quem ordinat media, quæ sibi proportionata videntur. Quare iste est perfectissimus modus se mouendi, & per consequens viuendi, quia, vt diximus in tertio notabili, viuere consistit in hoc, quòd aliquid se moueat & agat ad operationem.

¶ Quòd si contra hanc conclusionẽ obijcias D. Thom. supra quæst. 18. articu. 3. vbi referens ex professo gradus vitæ enumerauit quinque ponens in Deo summum gradum secundum doctrinam Aristotelis 12. metaphy. tex. 51. ergo gradus viuendi sunt plures, quàm quatuor etiam secũdum Aristotelem. Confirmatur. Nam Deo verè conuenit viuere, sicut esse & intelligere; quia omnia ista sunt perfectiones simpliciter: sed hæc vita non potest ad aliquem ex quatuor modis viuendi à nobis recensitis pertinere, nam maximè ad intellectiuum, sed ad istum non, quia vita intellectiua consistit in hoc, quòd viuens moueat se ipsum per intellectum; sed in Deo nullus motus reperiri potest neque à seipso neq; ab alio, ergo in eo non reperitur iste modus vitæ; ac per consequens ponendus est alius quintus, qui ei conueniat. Ad hoc respondetur, q̃ D. Tho. in illo artic. Theologicè & Metaphysicè rem pertractabat, & ita vsq; ad vitam

vitam Dei processit, quæ certè quintũ gradum constituit, & eminentissimè continet & transcendit cęteros omnes gradus viuendi. Nam viuentia creata licèt ex se ipsis operẽtur, siue naturaliter vt plantæ, siue ex apprehensione vt bruta, siue etiam ex deliberatione vt homines & angeli, tamen quantum ad aliqua ab alio mouentur, & in hoc minus habent de vita, quæ consistit in hoc, q̃ viuens à se ipso moueatur, vt dicebamus in tertio notabili. Sunt enim illis à natura determinata & præstituta prima principia, & vltimus finis & media, quæ necessariam connexionem habent cum vltimo fine, circa quæ non possunt aliter se habere: & ideo in assensu primorum principiorum & in volitione vltimi finis habent se sicut ab alio mota. Deus autem nihil omnino ab alio habet, cum ipse sit sua essentia & sua operatio in se ipso perfectissimus; & ita ex se ipso viuit, & ex se ipso in omni operatione agit, & iste est excellentissimus modus viuendi, de quo Aristo. & Di. Thom. agebant in locis citatis. At vero idem Aristo. in lib. de anima, & Di. Thom. in hoc articu. agentes naturalem philosophum, qui res mobiles & visibiles non transcendit, solum quatuor gradus viuendi, qui in rebus naturalibus reperiuntur, assignarunt. Ex his patet ad confirmationem. Non enim est necesse, quòd modus diuinæ vitę reducatur ad aliquem ex quatuor gradibus numeratis, sed est supra omnes illos.

¶ Tertia conclusio. Potentię animę sunt quinque, scilicet, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum. Conclusio est Aristotelis lib. 2. de anima, capi. 3. à text. 27. vsque ad xxx. vbi constituto hoc numero quinario potentiarum dicit, quòd sunt aliqua viuentia, quibus vna tantum conuenit ex potentijs numeratis, scilicet, vegetatiuum, & istę sunt plantæ. Alia quibus inest vegetatiuum simul etiam & sensitiuum & appetitiuum. Dicitque quòd semper appetitiuum est cõiunctum cum sensitiuo, ita quòd nullum animal sit habens aliquem sensum, quod non habeat etiam appetitum, quod probat duplici ratione facta prius diuisione ipsius appetitus. Est enim quidam rationalis, & dicitur voluntas. Est alter sensitiuus, qui est duplex concupiscibilis & irascibilis, quos ibi Aristo. vocat iram & concupiscentiam. Cum autem dixit, quòd appetitiuum semper reperitur cum sensitiuo intelligi debet non de appetitu rationali, sed de appetitu sensitiuo, qui semper concomitatur potentiam sensituam. Hac distinctione posita ratio prima Aristotelis sic potest breuiter colligi. Quibuscunque inest tactus, inest voluptas & dolor; at quibus inest sensus, inest tactus, ergo quibus inest sensus, inest voluptas & dolor. Sed voluptas & dolor pertinent ad appetitum, ergo quibus inest sensus, inest appetitus. Maior patet. Nam tactus est doloris & voluptatis. Minor etiã patet. Nam tactus est sensus necessarius, nulli enim inest sensus, cui non tactus. Secunda etiam ratio sic colligi potest. Quibus inest sensus alimẽti, inest appetitus; at quibus inest tactus, inest sensus alimenti, ergo qbus inest tactus, inest appetitus. Vlterius; quibus inest tactus, inest sensus, ergo quibus inest sensus inest appetitus. Maior probatur. Quibus inest fames & sitis, inest appetitus, quia fames est appetitus calidi, & sicci, sitis vero appetitus frigidi & humidi: sed quibus inest sensus alimenti, inest fames & sitis vt nonim est, ergo quibus inest sensus alimenti, inest appetitus. Probatur minor. Illa, scilicet, quòd tactus sit sensus alimenti. Sensus alimẽti est, quo sentimus alimentum; sed tactu percipitur alimentum, ergo tactus est sensus alimenti. Minor probatur. Nam alimẽtum est calidum siccum, humidum frigidum; horum autem tactus est, ergo. Alia autem sunt viuentia, quæ præter vegetatiuum, sensitiuum & appetitiuum, habent etiam motuum secũdum locum. Tandem alia viuentia sunt, quibus omnes prædictæ quinque potentiæ conueniunt vt sunt homines, & si quæ sunt alia huiusmodi viuentia etiam honorabiliora, quòd propter intelligentias & cęlestia corpora dixit Aristoteles, quæ vitam intellectiuam habere ab aliquibus censebantur. Sic probat Aristo. nostram conclusionem veluti per inductionem.

¶ At vero S. Thom. numerum istum potentiarũ elegantius multo & copiosius colligit in isto articulo. & libro 2. de anima lectione 5. Nam in isto secundo loco colli-

git illum ex diuersitate operationum, quæ A sunt animæ propria; at vero in hoc articulo ex diuersis obiectis, circa quæ anima potest operari, sed fere in idem redit vtraque consideratio. Nam potentia per actus & actus per obiecta distinguuntur: processus tamen ex obiectis magis est à priori. Quare secundum illum dico, quòd quanto potentia est altior, tanto ad plura se extendit, & per consequens habet vniuersalius obiectum, sub cuius ratione illa plura comprehendantur. Tres ergo ordines reperimus B obiectorum, circa quæ anima versatur. Primus & minus communis est corpus vnitum vel intus susceptum, in quod semper anima vegetatiua operatur, & secundum istum ordinem constituitur potentia vegetatiua. In secũdo ordine est aliud obiectum vniuersalius, scilicet, corpus sensibile, licèt non sit per se ipsum vnitum viuenti, & circa istud constituitur secundum genus potentiæ, scilicet, sensitiuum. Tertio est aliud obiectum adhuc communis, & vniuersa- C lius, scilicet, non solùm corpus sensibile, sed etiam quodcumque ens. Vnde in ordine ad istud constituitur tertium genus potentiæ, scilicet, intellectiuum. Nam per intellectum non solùm intelligimus sensibilia sed etiam insensibilia. Sed quia intellectus & sensus non tantùm versantur circa vnita, sed etiam circa remota & secundum se absentia, ipsum obiectum sensus aut intellectus habet aliam rationem terminandi actum animæ, scilicet, quatenus est bo- D num animalis nondum habitum in re. Et hoc dupliciter, vno modo quatenus terminat actum intentionis & desiderij, & secundum talem operationem & modum obiecti constituitur potentia appetitiua. Alio modo quatenus eadem res terminat executionem & acquisitionem finis, & ita constituitur motiuum secundum locum. Ad hoc enim datur ista potentia animantibus, vt illud, quod iam erat in intentione, possint adquirere in re. Ecce igitur quinque ratio- E nes obiectorum & differentias potentiarum, ac per consequens debent esse quinq; genera potentiarum.

¶ Ex his omnibus patet, quomodo secũdum diuersas rationes accipiatur numerus animarum, modorum viuendi, & potẽtiarum. Nam numerus animarum sumitur ex modis excedẽdi formas naturales, quos diximus esse tres. Numerus vero graduum viuendi colligitur ex modis viuendi, quorum vnus sine alio reperitur, quos diximus esse quatuor. Appetitiuum autem non constituit specialem gradum vitæ, quia nunquam reperitur sine aliis, sed coniungitur semper cum intellectiuo aut sensitiuo, vt iam probauimus ex Aristotele. Tandem numerus potentiarum colligitur ex diuersitate operationum aut obiectorum, circa B quæ talis potentia versatur.

¶ Aduerte tamen, quòd sub istis quinq; generibus potentiarum continentur multæ aliæ species. Nam vegetatiuum continet sub se tres, s. nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Nutritiua habet alias quatuor vires sibi deseruientes, s. attractiuam, retentiuam, digestiuam, & expulsiuam. Augmentatiua nullam habet sibi deseruientem. Generatiua habet tres vires sibi deser C uientes, s. seminatiuam, immutatiuam, & formatiuam. Potentia sensitiua est duplex, s. exterior & interior. Sensitiua exterior diuiditur in quinque, scilicet, in visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum. Sensitiua interior secundum S. Tho. diuiditur in quatuor, scilicet, in sensum communem, & phantasiam, cogitatiuam seu extimatiua, memoriam seu reminiscentiam. Potentia motiua secundum locum est duplex, scilicet, progressiua, & dilatatiua vel constrictiua. Potentia intellectiua est duplex, scilicet, intellectus possibilis, & intellectus agens, potentia appetitiua est duplex, scilicet, appetitus intellectiuus, & appetit⁹ sensitiuus. Appetitus intellectiuus est ipsa voluntas & liberum arbitrium, quod est eadem potentia cum volũtate. Appetitus sensitiuus est duplex, s. concupiscibilis & irascibilis. De his omnibus potentiis in sequentibus copiosissime agendum est à nobis cum Di. Thom.

AD primum dicimus, quòd vt patet ex modo dictis, hæc diuisio est generis in species subalternas, & intellectus humanus est etiam species subalterna. Continet enim sub se intellectum agentem, & possibilem, qui specie inter se distinguuntur.

¶ Ad

¶ Ad secũdum iam patet ex dictis. Nam A aliunde sumitur numerus animarum & potentiarum. Nam animæ distinguuntur secundum gradus essendi vel secundũ modos excedendi formas pure naturales, potẽtiæ autem diuersificantur ex obiectis, quorum diximus esse quinque modos seu differentias. Quare merito sunt quinque genera potentiarum. Nec est inconueniens, q̃ plus multiplicentur proprietates, q̃ essentiæ. Nã licèt potentiæ habeant esse ab essentia qua B radicaliter, tamen formaliter specificationem & vnitatem habent ex obiectis, vnde eadem essentia potest habere multas & varias passiones.

¶ Ad tertium respondetur, q̃ appetitus est triplex; alius naturalis, alius sensitiuus, alius rõnalis: & accipitur modo appetitus, non pro actu appetendi, sed pro principio huius actus. Appetitus naturalis consequitur formam & essentiam cuiuslibet rei sine ali qua apprehensione, & iste appetitus nõ nominat actum secundum, sed aliquid p mo- C dum actus primi & potentiæ. Nam est ipsa propensio & inclinatio rei in suam perfectionem, quo materia prima inclinatur ad formam, intellectus intellectionem, & elementa in propria loca. Appetitus sensitiuus est, qui dr animalis, & sequitur aiam quatenus res põt apprehendere per sensum, & non habet actum nisi præuia apprehensione sensitiua in alia potentia distincta. Appetitus rationalis est, qui sequitur animam quatenus res potest apprehendere per rõ- D nem, & huiusmodi appetitus dr voluntas. Appetitus autem, qui dicit potentiam procedentem in finem actum præuia apprehensione, est qui ponitur speciale genus potentiæ ab Aristotele in 2. de anima, & à S. Tho ma in hoc articulo. Nam appetitus naturalis quia vagatur per omnes res, non ponitur tanquam speciale genus potentiæ. Quo modo autem differant appetitus naturalis, & qui sequitur cognitionem, vide Caietanum supra quæst. 19. artic. 1. qui ponit septem differentias, & in lib. 2. de anima ca. 3. lub. 2. circa primam conclusionem; & vt ad nostrum propositum attinet, differunt. Nã appetitus naturalis primò & per se est in bonum illius partis cuius est appetitus, vt appetitus oculorum in ipsorum bonũ, & sic in alijs: appetitus verò, qui sequitur cognitionem, primo & per se datur in bonum totius animalis, vt apperat ea, quæ toti animali cõueniunt, & vt perfectiori modo quàm res inanimes appetunt appetibilia. Nam illæ appetunt suam conservationem naturali pondere naturæ; istæ verò, cum sint perfectioris naturæ, debent appetere nobiliori modo, scilicet, per actum pro prium, qui sequitur perfectionem, & ad istum actum ponitur appetitus, & per hoc B patet solutio argumenti. Nam etsi potentiæ appetant suum obiectum, cæterum imperfecto modo & primo & per se in bonum proprium: quare debuit esse alius appetitus qui perfectiori modo & primò & per se in bonum totius tenderet, & iste est, qui sequitur cognitionem, & ponitur speciale genus potentiæ. Ad confirmationem respondetur quòd appetitus plantæ licèt ab anima proueniat, quia tamen sequitur formam à natura datam, in quo cum appetitu inanimati conuenit, non numeratur ab Aristo. inter potentias animæ. At verò operationes plantæ inter vitæ opera sunt, quia in his differt ab operationibus inanimatorũ, sunt enim illæ à principio interno. Appetitus vero animalis computatur ab Aristot. quia non sequitur formam naturalem sed formam habitam per cognitionem quæ est opus vitæ, & quia iste appetitus ab appetitu naturali differt.

¶ Ad quartum respondetur, q̃ memoratiuum continetur sub sensitiuo, quia obiectum eius est sensibile, & ipsa memoria est potentia sensitiua. Potentia vero gressiua continetur sub motiuo secundum locum.

¶ Ad quintum respondetur, q̃ licèt vis motiua imperans non distinguatur ab appetitu: potentia tamen exequẽs motum distinguitur: quæ in membris corporis necessario ponenda est, vt sint habilia ad motũ. Vnde quando aliqua pars corporis remouetur à sua naturali dispositione, non obedit E appetitui rationis, & secundùm hanc rationem loco motiuum cõstituitur speciale genus potentiæ. ¶ Ad vltimum respondetur, duas cãs esse quare in homine sint plures potentiæ quam in cæteris animalibus, cum tamen homo sit perfectionis essentiæ. Prima, quia homo mediũ tenet inter angelos

& bruta. Vnde dictus est Orizon mundi. Quare oportet vtin eo concurrant potentiæ & perfectiones omnium creaturarum tam superiorum, quàm inferiorum, vt sic merito Microcosmos appelletur. Secunda causa est valde propinqua cum precedenti, quòd homo altioris boni est capax quam bruta, potest enim consequi vniuersalem & perfectam beatitudinem, sed hæc eadē beatitudo conuenit alijs rebus superioribus scilicet angelis & ipsi Deo. Comparatus ergo angelis & Deo homo exceditur ab illis, quia angeli per pauciores operationes, & potentias perueniunt ad beatitudinē. Deus autem per solam suam essentiam est beatus. Si autem comparetur inferioribus creaturis excedit illas, nō in hoc, quòd per pauciores operationes aut potentias consequatur bonum suum, sed in hoc, quòd adipiscitur maius bonum, quàm aliæ creaturæ, licèt motibus multis consequatur illud, sicut melius est posse consequi perfectam sanitatem remedijs multis adhibitis quā paucis modicam, sed adhuc melius esset paucis remedijs consequi illam quòd conuenit angelis respectu beatitudinis: optimum autē non indigere remedijs, sed ex se ipso perfectam possidere sanitatem, sed hoc soli Deo est proprium. Ad argumentum ergo respōdetur in forma, quòd essentia perfectior debet habere virtutem magis vnitam respectu eiusdem obiecti, sed respectu plurium bene potest habere virtutem multiplicatā, & quia homo plura, & perfectiora obiecta percipit quam inferiores creaturæ, nihil mirū si habeat plures operationes & potētias.

Dubitatur secundò circa solutionem ad quartum D. Thom. An potentia motiua secundùm locum fit realiter distincta à potentia appetitiua, an vero eadem met potentia sit, quæ ab Aristotel. dicitur appetitiua & motiua secundùm locum. Ad cuius dubij intelligentiam supponendum est ex doctrina D. Thom. opusc. 43. de potentijs animæ cap. 5. quòd ad motum progressiuum animalium, de quo tantum est præsens quæstio, triplex principium potest cōcurrere. Primum est quod vocatur principium directiuum motus quod in homine est intellectus practicus, in animalibus verò imaginatiua siue extimatiua. Secundum principium est quasi impulsiuum ipsius motus, quod in homine est voluntas quæ cæteras potentias mouet ad exercitium, in animalibus verò est appetitus sensitiuus, & vtrumque principium tam directiuum quam impulsiuum D. Thom. in hac solutione ad quartum dicit esse imperatiuum motus. Tertium principium est exequtiuum illius motus. Et vt separemus certa ab incertis, non est quæstio aliqua de potentia dirigente aut impellente qualis sit. Omnes enim fatentur non distingui à potentia cognoscitiua & appetitiua, & sic intelligitur Aristōt. in 3. de Anima capit. 10. & D. Thom. in hac solutione ad quartum, quando dicunt, quod sensus & appetitus sunt principia motus in animalibus. Similiter quòd attinet ad potentiam executiuā omnes fatentur illam esse distinctam à potentia cognoscitiua, & appetitiua, quod colligitur ex Diu. Thom. in hac solutione ad quartum, vbi dicit non sufficere ad motum potentiam cognoscitiuam & appetitiuam nisi superaddatur potentia executiua. Et cō firmatur primò, quoniam hæc potentia executiua secundum D. Thom. & omnes autores, est diffusa per omnia membra corporis: potentia vero cognoscitiua, & appetitiua non est in qualibet parte corporis, vt infra ostenderur. Præterea confirmatur secundò. Quoniam in animalibus imperfectis est sensus & appetitus, in quibus tamē non est hæc potentia motiua. Quo argumē to vsus est Arist. 3. de Anima. cap. 9. tex. 45.

¶ Tota ergo difficultas in hoc consistit; An hæc potentia motiua exequtiua sit verè potentia actiua & elicitiua motus, an vero tolum sit potentia passiua respectu illius motus? In qua difficultate est duplex sentētia. Prima est, q̄ illa potētia exequtiua est verè actiua & elicitiua motus localis, quamuis minus principaliter quam potentia appetitiua. Hæc sententia probatur primò ex D. Thom. in hac solutione ad quartum vbi dicit, q̄ ad motum localem animalis non sufficiunt sensus & appetitus nisi superadd at eis aliqua virtus vel vis motiua, sed in doctrina D. Th. vis aut virtus pertinent ad potentiam actiuam. ¶ Secundò probat ex Arist. 3. de Anima c. 10. tex. 59. vbi dicit: Id quod appetitus mouet vt instrumentū aliquod

quod corporeum est: sed instrumentū actiuè concurrit ad operationem, ergo illa potentia executiua actiuè etiam concurrit. ¶ Tertiò probatur. Arist. 2. de Anima c. 3. & D. Tho. in hoc art. docent, principium motiuum secundùm locum esse distinctū ab appetitiuo, sed ibi est sermo de principijs actiuis, ergo illa potentia motiua, quæ distinguitur ab appetitiua, est principium actiuum motus. ¶ Secūda sententia est, quā docet Caiet. lib. 3. de Anima. c. 6. quod potētia motiua corporea, quam D. Tho. vocat executiuam, non est potentia actiua & elicitiua motus localis, sed tantum potentia passiua, sola verò potentia appetitiua est potentia actiua & elicitiua motus. Eandem sententiam sequutus est Ferrar. 2. cont. gen. c. 82. vbi dicit, q̄ in doctrina Diui Thomæ apud rectè intelligentes non est dubiū de veritate huius sentētiæ. Et probatur primo ex D. Th. in illo c. 82. in fine, vbi dicit; Non mouet anima bruti nisi per sensum, & appetitum; nam virtus quæ dicitur exequens motum, facit membra esse obedientia imperio appetitus. Vnde magis sunt virtutes perficientes corpus admoueri, quàm virtutes mouentes. Et in hac prima parte suprà q. 75. artic. 3. ad tertium dicit, q̄ vis motiua exequens motum est per quam membra corporis redduntur habilia ad obediēdum appetitui, cuius actus nō est mouere sed moueri. Sed ad hunc locum D. Tho. conantur respondere autores prioris sententiæ, quòd debet explicari hoc pacto, illam potentiam executiuam esse passiuam respectu motionis, quam recipit ab ipso appetitu. Qua ratione omnes potentiæ sensitiuæ respectu voluntatis possunt dici passiuæ secundùm quod mouentur ab illa ad exercitium; at vero in ordine ad proprios actus verè potentiæ actiuæ sunt, ita etiam de potentia exequtiua dicendum est. Præterea respōdēt, quòd magis est adhibēda fides Diuo Thomæ in hac solutione ad quartū, vbi ex professo agit de potentia motiua, quàm in illa q. 75. vbi non ex professo sed obiter agit, sed ista euasio argumenti nulla est. Primò, quoniam Arist. nunquam docet in alijs potentijs sensitiuis, quòd non sint actiuæ suorum actuum licet moueantur à voluntate: imo apertè docet illas potētias eliciere suos actus ex imperio voluntatis. At vero de potentiua motiua exequutiua expresè dicit, quòd est potentia passiua. Secundò, quoniā D. Thom. non solùm in illa quæstio. 75. sed etiam 2. cont. gent. cap. 82. & alijs locis, quæ postea citauimus, id ipsum docet. Neque vero in hac solutione ad quartum, dicit esse potentiam actiuam, aut elicitiuam motus, quin potius contrariam sententiam insinuat; quapropter solutio istorum non est efficax. ¶ Secundò probatur sententia Caiet. ex Arist. 3. de Anima. c. 10. tex. 48. & sequentibus, vbi expresè definiunt, quòd appetitus & mens actiua sunt principia motus secundùm locum, sed Arist. loquitur de principio actiuè mouēte, ergo tale principium est appetitus. Hanc ergo secundam sententiam asserimus esse probabiliorem & magis consonam doctrinæ Arist. & Diui Thomæ, videlicet, quòd appetitus est potentia elicitiua motus secūdum locum in animalibus, atque adeo potentia exequutiua non producit motum, sed recipit & exequitur motum, quem elicit appetitus. Quæ sententia probatur tertiò. In angelo mouente cœlum voluntas est principium elicitiuū motus localis, ergo in animali etiam appetitus est principium elicitiuū illius motus, quo mouetur corpus. Antecedens docet D. Th. suprà quæst. 70. artic. 3. Consequentia verò probatur ex paritate rationis. ¶ Quod si quis obiiciat, quòd in animali appetitus nō mouet corpus immediatè, sed media illa potentia executiua, quam D. Tho. in solutione ad quartum, dicit esse necessariam, ergo non est par ratio de angelo & de anima. Respondetur, quòd ipse D. Thom. locis iam adductis se explicuit, quòd proprius actus illius potentiæ exequutiuæ non est moueri, sed per modum potentiæ passiuæ, atque adeo appetitus ipse immediatè mouet actiuè: quemadmodum & in ipso cælo dicimus esse potentiam passiuam naturalē ad hoc vt moueatur ab intelligentia tanquam à principio actiuo, sicut D. Th. dicit in illo ar. 3. in solutione ad quartum, & ad quintum. Quod si quis obijciat secundò, q̄ D. Thom. in ista solutione ad quartum, & plurimis alijs locis dicit, quòd appetitus in animali imperat motum, in doctrina autē D. Thom. actus imperandi distinguitur ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

actu elicitiuo, ergo illa potẽtia elicitiua elicit motum. Respondetur, quòd D.Tho. accepit nomen imperij non in rigore & propriè, sed p motione efficaci appetitus, qua mouet corpus secundum locum ipsa potentia exequutiua, quæ est in membris exequente illum motum & obediente motioni potentiæ superioris. De qua potentia exequutiua dicit etiam D.Tho. in q. 3. de potentia. 8. artic. 11. ad 20. quòd non est per se mouens, sed exequens motum, de qua re statim dicemus latius.

¶Ad primum vero argumentum prioris sententiæ respõdetur, quòd iam ipsẽ D. Thom. in locis citatis se explicuit, quòd illa vis motiua non ponitur vt eliciat motũ localem, sed vt exequatur & faciat corpus ipsum moueri ab appetitu animalis. Quapropter non transcendit modum potentiæ passiuæ. ¶Ad secundum argumentum respondetur primò, quod Aristo. in illo loco docet appetitum non posse mouere corpus secũdum locum, nisi etiam ex parte ipsius corporis sit dispositio, qua mediante membra possint moueri, sicut D.Thom. dicit in hac solutione ad quartum. Secundo respondetur, quòd secundum alias ẽditiones in illo tex. non ponitur nomen instrumenti, sed nomen organi. Cæterum quid Arist. intelligat nomine illius organi, quo mediante appetitus mouet animam secundum locum, quamus vniuersi autores intelligant illud organum non esse potentiam motiuam, quam in præsenti vocamus executiuã; dissensio tamen est de qua parte corporis loquatur Arist. Nam D.Thom. lect. 15. in fine. & Aegidius circa tex. 55. intelligunt nomine orgãi ipsum cor animalis, quod est principium & finis motus. Cæterũm Albertus Magnus in 3. de Anima tract. 4. cap. 7. & 8. existimat nõ posse intelligi ipsum cor, sed quasdam alias partes corporis de quibus non est præsentis loci disputare.

¶ Ad tertium argumentum Caiet. in illo cap. 6. dupliciter respondet. Primò dicit, quòd illa distinctio potentiarum apposita est ab Aristotel. 2. libro. propterea quòd erat famosa, sed postea libro tertio in illo cap. 6. lib. 10. explicata est ab eodem Aristotel. quòd illud motiuum secundum locum nihil aliud est, quam ipsum met appetitiuum. Secundò dicit, quòd distinctio inter potentiam appetitiuam & potentiam motiuam secundum locum non est realis tanquam inter duas res, sed est distinctio formalis secundum diuersas rationes. Appetitus enim secundùm vnam rationem est potentia appetitiua, & secundùm aliam rationem est potentia motiua secũdum locum, vt statim explicabitur.

¶Sed tunc insurgit difficultas non modica, quo pacto appetitus animalis dicatur mouere corpus secundum locum, an moueat illud solo actu qui est appetere & imperare motum, an vero aliquo alio actu elicitiuo ipsius motus. Nam in doctrina Diui Tho. neutra pars illarum est manifesta, & propterea diuersæ sunt sententiæ discipulorum eius. Prima ipsa est Caiet. in illo c. 6. citato, & aliorum, quòd appetitus animalis habet duos actus, vnum immanentem, qui est appetere bonum sibi conueniens. Alterum vero transeuntẽ, qui est mouere corpus sui locum; & primus actus est rõ & cã secundi. ¶Hæc ipsa probatur primo. Quoniam si motus secundum locum esset immediatè ab appetitu, non oportuisset tãtam perfectionem fieri ab Arist. de appetitu tanquam de principio motiuo aãlis, quoniam non solum motus, sed & operationes sensus & intellectus sunt ab appetitu tanquam ab imperante, sicut D.Th. ostẽdit in 1.2.q. 9. & q. 17. ergo signum est, q̃ appetitus habet aliam motionem, quã imperare motum. Confirmat, quoniam actus qui solùm sunt imperati ab appetitu præcedunt aliqũ appetitus naturales, ergo. ¶Secundò. Motus localis cõuenit aãli non tantùm localiter, sed etiam aãliter, ergo talis motus elicitur necessario ab ipso appetitu. ¶Tertiò, Arist. 3. de Aã. c. 9. & 10. & in li. de cã motus animalium docet expresse, q̃ potentia motiua aãlis, cui conuenit mouere ipsum animal, est appetitus, ergo ipsa motio secundum locum est actus ipsius appetitus, & ex cõsequẽti hẽt duas operationes.

Secunda sententia est, quam docet Capreolus in 2. d. 1. q. 2. ad argumenta Aureoli contra primam conclusionem præcipuè ad primum, quem sequutus est Ferrar. in 2. contra gent. capi. 82. quòd appetitus non alio actu mouet animam secũdum locum, quàm ipso actu, qui est appetere & imperare motum. Neque oportet assignare aliud actum realiter distinctum, neque aliam potentiam, quæ sit elicitiua illius motus. Ratio horum autorum est, quoniam Di. Tho. in locis supra citatis solam hanc operationem tribuit appetitui, quæ est imperare motum; potentiæ vero exequutiuæ solum tribuit facere per modum potentiæ passiuæ, quòd membra corporis obediant imperio, & motioni ipsius appetitus, ergo in doctrina D.Thom. sine causa multiplicantur actus potentiæ appetitiuæ. ¶Ad cuius explicationem notat bene Ferr. quòd motus animalis secundùm locum non comparatur ad appetitum sicut actio, quæ formaliter denominat ipsum mouentem, sicut calefactio denominat ignem calefaciẽtem tanquam actio & motus ipsius ignis; sed comparatur solùm tanquam effectus illius actionis, quæ formaliter dicitur moues. Quando n. dicitur, quòd appetitus mouet animam secundùm locum, ipsum mouere est actus immanens, qui est appetere vel imperare motum, cuius imperij motus ipse est proprius effectus, ita quòd tunc imperare habet rationem motionis secũdum locum quando comparatur ad motum animalis tanquam ad effectus in actu, & tunc appetitus dicitur elicere motum, quando eius imperium habet hanc habitudinẽ ad ipsum motum tãquam ad effectum, quem causat illo Imperio. Ex quo sequitur, quòd imperare motum & elicere motum sola ratione differunt, propterea quòd elicere motum importat supra imperium illam habitudinem ad motum tãquam ad proprium effectum. ¶Quod si quis obiiciat q̃ actio immanens non causat effectum aliquem præter actionem ipsam secundum doctrinam Arist. 4. lib. Metaph. in quo distinguitur ab actione, quæ dicitur transiens, ergo illa actio quæ causat motum, non potest esse actio appetendi, quæ est immanens. Ad hoc respondetur, q̃ actio immanens vt sic nullũ effectum ponit extra ipsum agentem, qui idem ficetur eã ipsa actione: alias enim esset transiens vt argumentum probat. At vero actio immanens potest ponere effectum in aliquo extrinseco, qui effectus distinguatur realiter ab ipsa actione, ita q̃ quanuis illa actio non sit transiens formaliter, sit tamen transiens virtualiter vel productiuè, propterea q̃ in altero producit effectum, v. g. angelus per actum voluntatis, qui est formaliter immanens, causat motũ circularem in cœlo, vt dixit D.Thom. in q. 70. art. 3. Præterea per actum voluntatis applicat se loco, vt operetur in illo secundùm supradicta quæst. 52. articu. 1. & illa applicatio quanuis sit formaliter immanens ex parte angeli, dicitur tamens transiens virtualiter per comparationem ad locũ. Præterea actus diuinæ voluntatis producit omnes effectus in creaturis, imo & ipsas creaturas secundùm doctrinam Di. Tho. supra quæst. 19. articu. 4. & quanuis diuinum velle sit actio manens in ipso Deo dicitur transiens ratione effectuum, quos producit.

¶In hac difficultate vtraq; sententia est & probabilis & defensabilis. Si teneamus sententiam Caietani, quòd appetitus habet duos actus elicitos & realiter distinctos; respondeti potest ad argumentum Ferr. q̃ vt supra diximus, imperari accipit Di. Thom. non ita propriè & in rigore sed pro efficaci motione appetitus, qua excitat ipsum animal & mouet secundum locum, quæ motio consequitur ad alterum actum ipsius appetitus, qui est appetere bonum sibi conueniens, & nomine imperij & motionis comprehendit Diuus Thom. ambos actus. Si vero teneamus sententiam aliorum, quòd appetitus eodem modo imperandi causãt motum, quemadmodum Di. Thom. docet in quæstione de spiritualibus creaturis ar. 6. & 8. q̃ angelus imperio voluntatis mouet cœlum secundum locum, vbi præter ipsum imperare voluntatis superadditur influxus virtutis in ipsum cœlum, ad argumenta Caie. facile erit respondere. ¶Ad primum enim respondetur, q̃ motus animalis est ab appetitu imperatiuè, ita tamen quòd idem ipse actus imperandi producit motum absque alio actu elicitiuo, vel absque alia potentia actiua, itaque ipsemet appetitus habet actionẽ, quæ sit executio actiua illius motus, superadditio tamen respectu ad ipsum motum tanquam ad effectum in actu productum. At verò in ordine ad alias operationes intellectus vel sensus potentia appetitiua solùm se

Universidad de Deusto
Biblioteca

se habet imperatiuè, at potentiæ ipsæ quæ imperantur sunt principia elicitiua suorũ actuum, & propterea distinxit D. Tho. actum imperandi ab actu eliciendi. Ad cõfirmationẽ respõdetur eodem modo, quòd motus localis non solùm imperatur, sed etiam elicitur illo actu appetitus qui est imperate, vt dictum est. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd appetitus quando causat motum localem in animali, illo actu mouendi aut imperandi tũc dicitur moueri ipsum animal, non solum vitaliter sed etiam animaliter, quoniam mouet ipsum mediante extimatione boni sibi conuenientis. ¶ Ad tertium argumentum respondetur concedendo, quòd appetitus est potentia motiua animalis, membra vero corporis sunt, quæ exequuntur & recipiunt illum motum, & hoc docet Arist. in illis locis. Cæterum nunquam docet Arist. q̃ appetitus moueat actiuè animal secundùm locũ aliquo alio actu, qui sit realiter distinctus ab actu appetendi & imperandi. ¶ Ex his, quæ in hoc dubio diximus, posset quis notare contra Caiet. qui supra. q. 54. arti. 5. quanuis doceat esse probabile, q̃ in angelis potentia motiua secundùm locum non distinguitur à voluntate, tamen rutius putat asserere esse aliam potentiam distinctam; quod tamen falsum existimo in doctrina S. Thomæ. Et ratio nostra contra Caieta. est, quoniam D. Tho. tam in illo arti. 5. quã infrà q. 79. ar. 1. expressè docet, q̃ in angelis non est alia vis præter intellectum & voluntatem, & in q. 16. de malo. ar. 1. ad 14. dicit, q̃ quemadmodum anima per voluntatem suam mouet corpus, ita etiam angelus per voluntatem suam mouet cælum, &c.

ARTICVLVS. II.

¶ Vtrùm conuenienter partes vegetatiuæ assignentur, scilicet nutritiuum, augmẽtatiuum, & generatiuum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter partes vegetatiuæ assignentur, scilicet nutritiuum, augmẽtatiuum, & generatiuum. Huiusmodi enim vires dicuntur naturales. Sed potentia animæ sunt supra vires naturales, ergo huiusmodi vires non debent poni potentia animæ.

¶ 2 Præterea. Ad id, quod est commune viuentibus & non viuentibus, non debet aliqua potentia animæ deputari. Sed generatio est communis omnibus generabilibus & corruptibilibus tam viuentibus quàm non viuẽtibus. Ergo vis generatiua non debet poni potentia animæ.

¶ 3 Præterea. Anima est pars potentior quam natura corporea. Sed natura corporea eadem virtute actiua dat speciem & debitum quantitatem. Ergo multo magis anima. Non est ergo alia potentia anima augmẽtatiua à generatiua.

¶ 4 Præterea. Vnaquæque res conseruatur in esse per id quod esse habet: sed potentia generatiua est per quam acquiritur esse viuẽtis: ergo per eandem res viua cõseruatur. Sed ad cõseruationem rei viuentis ordinatur vis nutritiua, vt dicitur in * 2. de Anima. Est enim potentia potens saluare suscipiens ipsam. Non debet ergo distingui nutritiua potentia à generatiua. Li. 2. de anima tex. 48. to. 2.

SED contra est. quod Philosophus dicit in * 2. de Anima, quòd opera huius animæ sunt generare. & alimento uti, & iterum augmentum facere. Li. 2. de anima tex. 34.

RESPONDEO dicendũ, q̃ tres sunt & rex. potentiæ vegetatiuæ partis. Vegetatiuum enim, 46. & vt dictum est, * habet pro obiecto ipsum cor- 47. quopus viuens per animam, ad quod quidem cor ad tertpus triplex anima operatio est necessaria. tiã par-Vna quidem, per quã esse acquirat: et ad hoc tem, ordinatur potẽtia generatiua. Alia verò, per mo. 2. quam corpus viuum acquirit debitam quan- Ar. præ. titatem: & ad hoc ordinatur vis augmentatiua. Alia verò, per quam corpus viuentis saluatur, & in esse, & in quantitate debita: & ad hoc ordinatur vis nutritiua.

Est tamen quædam differentia attendenda inter has potentias. Nam nutritiua & augmentatiua habent suum effectũ in eo in quo sunt, quia ipsum corpus vnitum animæ augetur & conseruatur per vim augmentatiuã et nutritiuam in eadẽ anima existentẽ. Sed vis generatiua habet effectum suum non in eodẽ corpore, sed in alio: quia nihil est generatiuũ sui ipsius. Et ideo vis generatiua quodãmodo appropinquat ad dignitatem animæ sensitiuæ, quæ habet operationem in res exteriores, licet excellẽtiori modo & vniuersaliori. Supremũ enim inferioris naturæ attingit id, quod est infimum superioris, vt patet per Dio. in * 7. c. de diuin. nomin. Et ideo inter istas tres potentias finalior, & principalior, & perfectior est generatiua, vt dicitur in * 2. de Anima. Est enim rei iã perfecta facere alteram qualis ipsa est. Generatiuę autẽ deseruiunt & augmẽtatiua & nutritiua, augmentatiua verò nutritiua. Ca. 7. in 3. de rei iã perfecta facere alteram qualis ipsa est. anima tex. 49. to. 2.

AD primum ergo dicendum, q̃ huiusmodi vires dicuntur naturales. Tum quia habent effectum similem naturæ, quę etiam dat esse, & quantitatem, & conseruationem, licet hæ vires habeant hoc altiori modo. Tum quia hę vires exercent suas actiones instrumentaliter per qualitates actiuas et passiuas, quæ sunt naturalium actionum principia.

AD secundum dicendum, q̃ generatio in rebus inanimatis est totaliter ab extrinseco. Sed generatio viuentium est quodammodo altiori modo per aliquid ipsius viuentis: quod est semen in quo est aliquod principium corporis formatiuum. Et ideo oportet esse aliquam potentiam rei viuentis, per quam semen huiusmodi præparetur. Et hæc est vis generatiua.

AD tertium dicendum, quòd quia generatio viuentiũ est ex aliquo semine, oportet q̃ in principio animal generetur parue quantitatis. Et propter hoc necesse est q̃ habeat potentiam animę per quam ad debitam quantitatem perducatur. Sed corpus inanimatum generatur ex materia determinata ab agente extrinseco, & ideo simul respicit speciem et quantitatẽ secundum materiæ conditionem.

AD quartum dicendũ, q̃ sicut iam dictũ est, † operatio vegetatiui principij cõpletur mediante calore, cuius est humidum consumere. Et ideo ad restaurationem humidi deperditi necesse est habere potentiam nutritiuam, per quam alimentũ conuertatur in substantiam corporis. Quod etiam est necessariũ ad actũ virtutis augmentatiuę et generatiuę.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Tres sunt potentiæ partis vegetatiuę, scilicet, nutritiua, augmentatiua, & generatiua. Ratio. Obiectum vegetatiuæ est corpus viuens per animã, ad quod quidem corpus triplex animæ operatio est necessaria; vna quidem, per quam esse acquirat, & ad hoc ordinatur potẽtia generatiua. Alia per quã corpus viuum acquirat debitam quantitatem, & ad hoc ordinatur vis augmentatiua. Alia verò, per quam corpus viuentis saluatur & in esse & in quantitate debita, & ad hoc ordinatur vis nutritiua.

¶ Secunda conclusio. Ex his tribus potentiis perfectior & principalior est generatiua, & cui deseruiunt nutritiua & augmentatiua. Ratio. Vis generatiua quodammodo appropinquat ad dignitatem animę sensitiuę, quia sicut hæc habet operationem in res exteriores; ita etiam vis generatiua, at verò nutritiua & augmentatiua tantùm habent operationem erga corpora sibi coniuncta, ergo potentia generatiua est perfectior & finalior, quàm nutritiua & augmentatiua.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primò circa primam conclusionem; Vtrùm istę tres potentiæ sint realiter inter se distinctæ, an verò solùm differant ratione formali? Videtur hoc secundum. Primò ex Arist. 2. de Anima cap. 4. tex. 42. vbi expressè dicit esse eandem potentiam animę nutriendi & generandi, sed eadem ratio est etiam de potentia augmentatiua, ergo. Secundò. Potentiæ animæ distinguuntur penes obiecta, vt probatũ est ex quæstio. 77. artic. 3. ex mente Aristo. illo capitu. 4. sed istæ potentiæ habent idem obiectum, nempè, alimentum viuentis, vt colligitur ex eodem tex. 42. ergo. ¶ Tertiò. Actus potentiæ nutritiuę & generatiuæ est idem, ergo & potentiæ. Patet consequentia ex Aristo. tex. 33. Et antecedens probatur. Nutritio est transmutatio substantialis, per quam alimentum conuertitur in substantiã aliti, sed transmutatio substantialis est vera generatio, ergo. ¶ Quarto arguitur & probatur, quòd licet demus potentiam generatiuam distingui realiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab aliis, quòd saltim nutritiua & augmentatiua inter se realiter non distinguantur, sed sola ratione formali. Eadē enim virtus nutritiua, quæ conuertit alimentum in substantiam aliti, causat etiam quantitatē ipsius, ergo non oportet distinguere duas potentias. Et confirmatur primo: Idem est actus secundùm rem potentiæ augmentatiuæ & nutritiuæ, ergo eadem est potentia secundùm rem. Probatur antecedens, quoniam (vt modo dicebamus) quando alimentum conuertitur in substantiam aliti, eodem actu fit mutatio substantiæ in substantiam, & quantitatis in quātitatem nutriti. Confirmatur secundò. Obiectum quod solum differt secundum magis & minus, nō variat potentiam, sed nutritiua & augmentatiua in obiecto differunt secundum magis & minus, ergo. Probatur minor. Quoniam nutritiua dicitur quando cōuertit alimentum in substantiam aliti, augmentatiua vero est quando conuertitur plus alimēti, quàm deperditum fuerat de substantia viuentis, ergo.

IN hac re sunt diuersæ sententiæ. Prima est Duran. in 1. sententiarum dist. 3. par. 2. quæst. 2. quòd istæ tres potentiæ solùm distinguuntur penes diuersas rationes formales, realiter vero eadem potentia sunt. Alij verò propter quartum argumentum asserunt potentiam generatiuam distingui realiter ab aliis: cæterum nutritiuam & augmentatiuam non distingui realiter sed sola ratione formali. Tertia sententia est, quæ asserit quòd iste tres potentiæ distinguuntur realiter inter se. Hanc sententiam docet expressè Albertus Magnus 2. de Anima tit. 2. cap. 6. & apertius ca. 9. & Ægidius quodlib. 3. q. 12. & Caiet. 2. de ani. c. 4. & est ferè communis doctrina inter Thomistas.

¶ Ad huius dubij explicationem primo notandum est, quòd nutritio dupliciter accipi potest. Primo, largè pro quacunque transmutatione, per quam aliquod agens naturale ex aliqua potētia generat aliquid eiusdem speciei cum eo ipsum sibi continuando, quomodo communiter dicimus ignem ex ligno nutriri: & licèt impropriè hoc modo accipiatur nutritio, inter cætera tamen agentia naturalia magis igni competere videtur. Primo, quia est velocissimæ achonis. Secundo, quia sicut agit continuè aliquas partes sibi substantialiter assimilando: ita continuè agit aliquas resoluendo, & continuè aliquę eius partes resoluuntur. Secundo modo accipitur nutritio pro trāsmutatione per quam agens naturale assimilat sibi substantialiter aliquòd nutrimentum continuando ipsum sibi non per iuxta positionem, sed per veram continuationem, ita quòd materia nutrimenti verè conuertatur in substantiam aliti. Et hoc modo solum animata nutriuntur iuxta sententiam Aristo. libro 2. de Anima ca. 2. vbi inquit: Nihil alitur non participans vitā. Similiter augmētatio dupliciter accipitur. Vno modo improprie pro extensione subiecti ad maiorem dimensionem sine acquisitione nouæ materiæ, & hæc communiter dicitur rarefactio. Secundo, propriè pro extensione subiecti per aduentum nouæ materiæ nutrimentalis interius susceptæ, & in partes ipsius conuersæ. Prima augmentatione tam viuentia quàm non viuentia possunt augeri, secunda vero sola augentur animata. Eodem modo potest distingui de potentia generatiua. Quedam enim est non individui perfecti eiusdem speciei cum eo in quo est, sed alicuius partis per se productiua. Et hæc virtus in qualibet parte ipsius animati reperitur, quælibet enim pars corporis animati est per eius virtutem nutrimenti sibi debitè applicati in partem animatam conuersiua, vt caro est conuersiua nutrimenti in carnem, neruus in neruum, os in os, &c. Et secundum hanc acceptionem solet vocari ista conuersio alimenti in substantiam aliti aggeneratio. Alia vero est virtus generatiua, quæ est individui perfecti eiusdem speciei cum eo, in quo est talis potentia, per se productiua, vt virtus qua Petrus potest generare Platonem. Quæ quidem in determinata animati parte subiectatur sicut in testiculis vel in aliqua proportionali. In præsenti ergo quę stione non quærimus de virtute nutritiua, augmentatiua, & generatiua primo modo acceptis, sed secundo modo.

¶ Notandum est secundo ex communi doctrina philosophorum, quòd quemadmodum insinuat Aristo. 2. de Anima. capi. 3. text. 47. quamuis istæ tres potentiæ habeant idem obiectum materiale, nempe, alimentum; tamen secundùm diuersas rationes formales recipiunt illud obiectum. Nam ad potētiam nutritiuam pertinet alimentum secundùm quod est quedam substantia, quæ potest conuerti in substantiā ipsius nutriti, ad potentiam vero augmentatiuam pertinet secundùm quod est quod dam quantum, quo mediante ipse viuens per actum caloris naturalis acquirit maiorem quātitatem, quàm sit deperdita: ad potentiam vero generatiuam pertinet secundum quod est in potentia vt ex ipsa generetur semen, quod nihil aliud est quam superfluum alimenti, vt D. Thom. docet infra quæst. 119. arti. 2. ex doctrina Arist lib. 1. de generatione animalium ca. 18. & 19. Hoc autem semen necessarium est, ad hoc vt animal generet sibi simile secūdum speciem. ¶ Tertio notandum est, quòd vt colligitur ex ratione D. Thom. pro prima conclusione, viuens tres sortitur operationes. Prima est nutritio, hac enim reparat quod deperdit ex sua substantia. Calor enim naturalis consumens humidum, semper, & continuè corrumpit viuentis partes, quæ reparantur per conuersionem alimenti in propriam viuentis substantiam quæ dicitur nutritio. Præterea viuens in principio non potuit habere suam sufficientem quātitatē, qua perfectè exerceret suas operationes, quia materia ex qua fuit factū viuens, fuit parua, quia sumpta est ex altero viuente, & ideo in parua nascitur quantitate. Vnde propter hoc est alia operatio, qua viuēs ex nutrimento externo perducitur ad suū debitum terminum, & talis dicitur augmētatio. Quia autem viuens corruptibile est, ex nutrimento suo facit aliud sibi simile, & talis operatio generatio dī. Ad has aūt operationes, cum non immediate ab anima procedant, ponuntur virtutes quædam & potentiæ a subiecto separatæ. Nutritiua enim & augmentatiua sunt in toto corpore sparsę, quia per totum fit augmentatio & nutritio: at uis generatiua est in corporis determinata parte. His positis est

PRima conclusio. Potentia generatiua sine dubio distinguitur ab alijs duabus non solùm formaliter, sed etiā realiter. Hęc conclusio est fere communis omnium doctorum contra Durand. & contra Augustin. Niphum, qui in 2. de Anima supra tex. 42. affirmat posse probabiliter teneri, quòd istæ tres potentiæ non differunt re sed ratione tantum formali, quamuis possit etiam dici (inquit) differe secundum rem. Sed probatur conclusio. Potentia generatiua habet in corpore distinctum subiectum & organum a subiecto aliarum potentiarum, ergo. Probatur antecedens. Quoniam potentia nutritiua & augmentatiua diffunduntur toto corpore, potentia vero generatiua residet in parte determinata corporis. Et confirmatur. Potentia generatiua corporis habet virtutē producendi semen in animali iam habente statum perfectum, quā virtutem non habet nutritiua vel augmentatiua, ergo. ¶ Secundo probatur. Potentia generatiua habet actum propriū & per se distinctum non solum formaliter, sed etiā realiter actibus aliarum potentiarum vegetatiuæ partis, ergo distinguitur realiter ab eis. Et in hoc potissimum consistit ratio Diu. Thom. pro prima conclusione. Hęc conclusio amplius patebit ex probationibus tertiæ.

¶ Secunda conclusio. Non caret aliqua probabilitate illa secunda sententia quæ dicit, quòd potentia augmentatiua & nutritiua non differunt realiter, sed formaliter tantum. Ita tenēt aliqui ex Thomistis, quorum sententia quòd sit probabilis suadetur argumentis supra adductis. Quæ confirmantur, quoniam apud quosdam discipulos D. Thom. probabile censetur, q̄ ex distinctione formali obiectorum non potest sufficienter colligi distinctio realis potentiarū nisi aliunde proueniat illa distinctio secundùm rem, vt diximus quæst. 77. art. 3. Præterea apud quosdam philosophos reputatur satis probabile lib. 1. de Generatione capitu. 5. quòd motus virtutis nutritiuæ & augmentatiuæ non distinguuntur realiter, sed solum ratione formali. Ex quo etiam eadem probabilitate colligitur, quòd illæ duæ potentiæ solum differunt formaliter. Præterea, potentiæ quæ actum vnum re habent, sunt eædem realiter, sed nutritiuę & augmentatiuæ idem est actus & operatio re, ergo sunt idem re. Probatur minor.

Cum

Cum nutrimentum conuertitur in nutritū eodem actu reali & eadem operatione fit mutatio substantiæ in substantiam, & quantitatis in quantitatem nutriti, sicut cū ignis stupam iniectam conuertit, eadem actione mutat substantiam & quantitatem stupæ, ergo vna est actio vtriusque. His tamen nō obstantibus sit

¶ Tertia conclusio. Probabilior sententia est & magis consona cum doctrina Aristo. & D. Thom. quod istæ tres potentiæ distinguuntur inter se non solum formaliter, sed etiam realiter. Probatur primo, q̄ sit mens D. Thom. Nam in isto articulo dicit, quòd sunt tres potentiæ partis vegetatiuæ, & infrà subdit quòd nutritiua deseruit augmentatiuæ, & ambæ deseruiunt generatiuæ, ergo intelligit quod distinguuntur realiter. Probatur consequentia. Primo, si D. Thom. intellexisset tantum distingui formaliter, sine dubio explicuisset hoc genus distinctionis, sicut artic. 1. in solutione ad quartum, cum docuisset esse quinque genera potentiarum animæ, explicuit quòd ipsemet appetitus est potentia motiua secundum locum, vt insinuaret id quod Caieta. docet, q̄ appetitiuum & secundum locum motiuum solum differunt formaliter. Similiter q. 79. art. 7. explicuit, quòd tres potentiæ animæ ita se habent, q̄ intellectus & memoria nō realiter sed formaliter differunt. Secundò probatur consequētia, quoniam D. Th. probet illas potentias distingui penes diuersa obiecta formalia & penes effectus proprios & per se, hæc autem distinctio potentiarū quòd sit realis, ostensum est in quæst. præcedenti arti. 1. & 3. Tertio probatur consequētia, quoniam si potentia nutritiua deseruit augmētatiuæ, & ambæ deseruiunt generatiuæ, vt dicit D. Thom. in hoc arti. & supra quæstio. 72. in solutione ad primum, & in quæst. de anima art. 13. & 15. apertè consequitur, quòd distinguuntur realiter. Nam idem non potest deseruire sibi ipsi. Secundo probatur ratione, quæ colligitur ex doctrina D. Thom. locis citatis. Istæ potentiæ habent obiecta formalia diuersa, habent etiā actus proprios & per se & fines diuersos, ergo distinguuntur realiter. Ad hoc argumentum illi autores, quos modo diximus, respondent hanc probationem, quanuis sit efficax ad probandam distinctionem formalem potentiarum, non tamen esse efficacem ad probandam distinctionem realem, nisi quando operationes sunt subordinatæ adinuicem. Sed hanc doctrinam esse falsam iam ostendimus quæst. præcedenti ar. 3. vbi ostensum est, quòd quando obiecta formalia & actus comparantur per se primo ad potentias, optimè colligitur distinctio realis potētiarum. Et in hoc sensu procedit D. Tho. Secus verò est quando actus ita se habent, quòd vnus comparatur per se primo ad potentiam, alius vero se habet consequēter & secundario. Propterea enim diximus, quòd appetitiuum & secūdùm locum motiuum non differunt realiter etiam secundum Caiet. qui posuit duos actus distinctos appetitus, quoniam primus actus comparatur ad illum primo & per se, videlicet, appetere bonum sibi conueniens, actus vero mouendi corpus secundum locum est consequens & secundarius ad appetitum, vt sic Similiter intellectus practicus & speculatiuus non differunt realiter sed ratione formali, quoniam actus practicus est consequens & secundarius per comparationem ad intellectum, sic docet D. Tho. in quæst. 79. articu. 11.

¶ Tertio probatur conclusio assignando differentias, quæ inter has potentias versantur. Prima est ex parte finis. Etenim finis nutritiuæ est conseruare idem individuum numero per certum tempus; finis augmentatiuæ est ipsum perducere ad perfectā quātitatem; finis vero generatiuæ est propriæ speciei conseruatio. Secūda est ex parte subiecti. In qualibet enim parte corporis animati operatur & residet virtus nutritiua, cū in qualibet parte aliqñ fiat resolutio q̄ fit à calore naturali, & restauratio q̄ fit loco partiū dissolutarū. Augmentatiua ētresidet & operat in qualibet parte viuentis, cum oēs eius partes augeantur; licēt multi medicorum existiment illam tantum subiectari in membris radicalibus, sicut osse, vel nerno, vel aliquo alio huiusmodi. Aliter enim (inquiunt) contingeret tempore senectutis fieri veram augmentationem. Nam contingit hominem senem valde impinguari, & per cōsequens absolutè fieri grossiorem, & maioris quantitatis quàm prius, non tamen illum dicimus augeri; cum non augeatur secundum membra radicalia, sed potius secundùm ea diminuatur. Talis autem augmentatio potius impinguatio appellari solet. Tertia differentia est, quia virtus augmentatiua cæteris paribus indiget fortiori calore, quàm nutritiua, ad augmentationē enim requiritur restauratio maioris partis, quàm sit deperdita, ad nutritionē vero sufficit restauratio tantæ partis aut minoris. Ité quia augmentatiua extendere habet solida membra & dura ad quod requiritur fortior calor quàm ad opus nutritiuæ. Quarta est, quia virtus nutritiua nunquam cessat ab eius operatione vsque ad finem vitæ; cessatio. n. huius virtutis ab opere suo est mors, quod quidem sæpissimè Aristo. asserit, præcipuè vero in 5. cap. lib. 1. de Generat. & id latè probatur 3. de Anima tex. 59. lect. 17. apud D. Thom. in princ. De quo vide quæ nos diximus supra quæst. 75. art. 1. explicantes illam particulam primæ diffinitionis animæ, potentia vitam habentis. Augmentatiua vero & generatiua certo & determinato tempore, & non vlteriori operari possunt, vt experientia docet. Quod autem ante finem vitæ deficiat augmentatiua, primo contingere potest ex defectu vel impotentia caloris naturalis ad restaurandum plusquam deperditum fuerat per eius resolutionem & ad extendendum membra. Secundo, quando est finis iam acquisitus, quē natura augmentando intendit. Cum enim viuens peruenerit per virtutem augmentatiuam ad quantitatem & figuram suis operationibus proportionatam, tūc cessat actio virtutis augmentatiuæ. Alias multas differentias assignant doctores inter has potentias. Vide illos 2. de Anima. c. 4.

¶ Quarta conclusio. Potēia nutritiua in augmentatiuam, & ambæ in generatiuam per se ordinantur. Hæc conclusio, quæ est D. Thom. sic potest declarari. Ad hoc quòd augmentatiua producat animatum ad perfectiorem quantitatem, requiritur præexistere operationem virtutis nutritiuæ, per quam fiat partium aliquarum restauratio, ex quibus augmentatiua exeat in operationem suā. Igitur ordinatur nutritiua in augmentatiuam tanquam in finem. Similiter ad hoc quòd generatiua in propriā possit exire operationem, præsupponit per actionem virtutis nutritiuæ aliquod alimentum esse digestū, à quo decidi possit superfluū, quod sit materia suæ operationi proportionata. Præsupponit etiam proprij eius subiectum ad perfectam quantitatem à virtute augmentatiua esse perductum, vt aptum sit exire in operationem generationis. Ex quo patet, q̄ quanuis nutritiua ordinetur in augmentatiuam, non tamen propterea augmentatiua est perfectior nutritiua, propterea q̄ nutritiua primo & p se ordinat ad augmētatiuam, sed ad conseruationem proprij individui, secundario autem ordinatur ad augmentatiuam.

¶ Nota tamen circa hanc conclusionem primo, quod licet nutritiua vel eius operatio aliqualiter ordinetur in augmēntatiuā, vel eius operationem, principalius tamen ordinatur in proprij subiecti conseruationem. Quare licet virtus augmentatiua non possit in propriam exire operationem adhuc tamen virtus nutritiua per propriam operationem posset consequi finem suum principalem.

¶ Nota secundo, quod ordo, quem habēt nutritiua & augmentatiua in generatiuam tanquam in finem, non est ratione individui, sed magis ratione conseruationis speciei, sic vt adhuc deficiente generatiua possent virtus nutritiua & augmentatiua respectu individui proprij per earum operationem attingere fines earum principales.

¶ Quinta conclusio. Probabile est, quòd istæ potentiæ habent alias inferiores ministrantes ipsis, vt nutritiuæ deseruit attractiua, per quam ad membra attrahitur nutrimentum, retentiua, per quam ibidem attractum retinetur, digestiua, per quam ibidē retentum digeritur, & expulsiua, per quam superfluum nutrimenti expellitur. Num autem istæ virtutes a nutritiua, & à se inuicem sint realiter differentes, existimo quod vtraque pars faciliter defendi posset, magis tamen videtur communi locutioni consona pars affirmatiua. Horum exactior disputatio ad medicos magis pertinet, quàm ad Philosophos & Theologos, licēt si iudicium meum in hac parte requiratur, potius existimem hos omnes esse actus eiusdem potentiæ nutritiuæ inter se subordinatos, quam

quam potẽtias aliquo modo distinctas. De quare vide Valles lib.2. controuers. ca.19.

AD primum argumẽtum respondetur, quòd ille locus Arist. habet varias explicationes. Caiet. in illo cap. 4. sequens lectionem antiquam Aristot. quæ sic habet; Quoniam autem eadem est potentia generatiua & vegetatiua, &c. docet, ꝙ nomine potentiæ vegetatiuæ non intelligitur nutritiua, sed intelligitur vt iacet potentia vegetatiua secundùm quod est genus quoddam ad illas tres potentias, & nõ ponit in numero cum ipsis: quemadmodum genus nunquam ponit in numero cum speciebus, nec differt realiter ab ipsis. Et hæc explicatio placet alijs expositoribus Aristo. Sed D.Th. 2. de Anima lect. 9. à principio. quanuis sequatur eandem lectionem antiquam Arist. tamen docet, quòd nomine potentiæ vegetatiuæ intelligitur ipsa potentia nutritiua, & subdit quòd Arist. intellexit esse eandem potentiam non quidem secundùm speciẽ, sed secundùm communem rationem potẽtiæ vegetatiuæ. Et ista explicatio est potissima inter omnes, ad quẽ sensum possumus etiam explicare eundem Aristo. in 2. lib. de Generatione animalium cap. 4. vbi videtur docere potentiam nutritiuam & augmentatiuam esse eandem potentiam. Intelligit enim de identitate communi & generica. Alij interpretes Aristo. explicant esse eandem potentiam obiecto vel materia, propterea quòd versantur circa alimentum, ꝙ est obiectũ materiale istarum potentiarũ. Alij vero explicant esse eandẽ potẽtiã subiecto vel radicaliter propterea ꝙ omnes radicantur in eadẽ anima, sed D.Th. explicatio est potius eligenda.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ illæ tres potentiæ conueniunt quidem in obiecto materiali, quod est alimentum, differunt tamen penes diuersas rationes formales in illo obiecto, vt explicatum est. Ex identitate vero obiecti materialis nunquam sumitur identitas potentiarum, vt docuit D.Thom. in quæst. præcedenti art. ad tertium, & in pluribus alijs locis. Et patet. Nam contingit, quòd quanuis aliquæ potentiæ sint diuersæ, operentur tamen circa idem obiectum materiale. Etenim circa idem pomũ simul habet operationem visus & olfactus in quantum per colorem obijcitur visui & per odorem olfactui.

¶ Ad tertium respondetur negando antecedens, & ad probationem dico, ꝙ nutritio nullo modo est generatio, quam Arist. ponit actum potentiæ generatiuæ, sed potius est quædam parcialis quasi ad generatio, secundùm quam pars alimenti conuertitur in substantiã nutriti, & animatur præexistente anima ipsius viuentis. Generatio verò propriè sumpta, quæ est actus potentiæ generatiuæ, est productio totius compositi, & etiam formæ, quæ antea nõ erat.

¶ Ad quartum respondetur concedendo, quòd virtus nutritiua, quę conuertit alimẽtum in substantiam aliti, causat etiam consequenter & secundario quantitatem illius substantię q̃ conuersa est, vt argumentũ probat. Cæterum non est ista actio, quam nos vocamus augmentationem, sed illa actio, per quam postea partes extenduntur, & crescunt in ipso viuente, quæ extensio fit per potentiam augmentatiuam præsupposita actione virtutis nutritiuæ. Et per hoc patet etiam ad primam confirmationem. Respondet. n. negãdo, quòd nutritio & augmentatio sint idem actus secundùm rem, imò vero sunt duæ actiones subordinatæ adinuicem, quarum vna deseruit alteri, & necessario præsupponit ad illam. Propter quam causam dixit D.Thom. in arti. quòd potentia nutritiua deseruit augmentatiuæ. Ad secundam vero confirmationem respõdetur negando, quòd obiecta istarum potẽtiarum differant secundum magis & minus præcisè, imo vero differt secundum diuersas rationes formales obiecti. Nam, vt à principio dubij diximus, potentia nutritiua respicit alimentum secundum quòd est substantia quædam parcialis, augmentatiua vero secundum quòd est quoddam quãtum, generatiua vero secundũ ꝙ est quoddam superfluum, ex quo fit semẽ quod est principium generationis. Per dicta patet ad argumenta facta pro secũda conclusione.

DVbitatur secundo circa eandem conclusionem; Vtrum alimentum sit obiectum harum trium potentiarum partis vegetatiuæ? Pro intelligentia sciẽdum est, ꝙ est duplex obiectum cuiuscunque potentiæ. Alterum est finis & effectus ipsius, alterum est materia circa quam & ex qua operatur talis potẽtia. v.g. artis fabri lignarij obiectum dicitur domus, & quodcunque aliud opus, quod efficit; dicitur etiam obiectum lignum ex quo operatur; & ita videmus diuersas artes ex diuersitate materiarum distingui, etiamsi eandem figuram inducant. Nam statua ex argento, aut ferro, aut ligno ad diuersos spectat opifices propter diuersitatem materiæ, quæ verè obiectum est artis. Ita potentię vegetatiuę obiectum dicitur effectus vt augmentatiuæ perfecta quantitas, dicitur etiam obiectum materia circa quam versatur vt alimentum. Et Aristotel. libro 2. de Anima capite. 4 de obiecto tractat in hac secunda acceptione, & nos de tali obiecto inquirimus. An sit alimentum. Pro parte negatiua arguitur primò ad inquirendum quid nomine alimenti intelligamus. Aut enim alimentum est quælibet res mundi, & hoc est falsum, nam lapis aut ignis non potest esse alimentum viuentis; aut intelligitur aliud genus vel determinata species rei, & nec hoc potest dici. Nõ enim erit facile assignare speciem illam adæquatè, ergo.

¶ Secundò. Vires animæ vegetatiuę sunt plures, vt patet ex dubio præcedenti, ergo non possunt habere vnum obiectum, ergo alimentum non est obiectum omnium harum potentiarum.

¶ Tertiò. Odores non continentur sub ratione alimenti, & possunt esse materia nutritionis, ergo alimentum non est adæquatum obiectum potentiæ vegetatiuæ. Minor probatur ex Marsilio Ficino. 2. de triplici vita, capite. 18. vbi refert in calidis quibusdam regionibus & odore plurimo fragrantibus homines quosdam odoribus solis vesci. Idem refert Plinius libro. 7. histor. animal. capit. 2 contingere apud Gangem. Nam est gens ore carens, quæ per nares attractis odoribus alitur; iuxta quem modum ægrotis, qui totaliter appetitum amiserint, solent carnes asse ad nares applicari, vt odore illo aliquatenus nutriantur.

¶ Quartò. Alimentum animalis est sanguis, vt communis sententia est philosophorum & medicorum; sed sanguis nõ est obiectum potentiæ nutritiuę, ergo &c. Probatur minor. Operatio nutritiuæ est

convertere alimentum in substantiam aliti inducendo formas vitæ, quia nutritio est mutatio substantialis, sed sanguis non caret forma substantiali viuentis, imo informatur forma totius, vt dictum est. 1. de Generatione capite. 2. Vnde sanguis Christi vnitus fuit personaliter verbo diuino tanquam pertinens ad veritatem humanæ naturæ, ergo sanguis non potest esse obiectũ, & materia nutritionis.

HAnc quæstionem versat Aristoteles in 2. de Anima. cap. 4. vbi agit de potentijs vegetatiuis & earum obiecto, quod constituit esse alimentum, & in primis proponit dubitationem, Quale debeat esse alimentum; Nam quidam dicunt, quòd debet esse simile nutrito, quia vnumquodque suo simili nutritur. Alij vero asserunt, quòd debet esse dissimile & contrarium, quia alimentum patitur à viuente, simile autem non agit in simile. Cui dubitationi respondet Aristoteles, quòd alimentum in initio, antequàm decoquatur, est dissimile & contrarium alito, sed in fine digestionis vel propè finem iam est factum simile. De qua re vide quæ diximus in primo de Generatione capite quinto quæstione. 10. Et tunc verificatur quod dicitur textu. 45. quòd alimentum patitur à viuente, & non è conuerso, sicut materia artificialis patitur ab artifice, & non è conuerso. Hoc (inquam) verificatur, quando alimentum est simile nutrito. Nam in principio digestionis est, quando ab alimentis alteramur & patimur, vnde & ægritudines plures solent contingere ex actiuitate alimenti. Quibus positis comparat deinde alimẽtum ad opera vegetatiuæ, & dicit, ꝙ est proprium, & per se obiectum taliter viuẽtium, quia omnia & sola viuentia sunt, quæ propriè nutriuntur. Super quem locum notat S. Thomas, quòd in igne & alijs non viuentibus apparet nutritio & augmentatio, sed verè non est, quia augmentatio propriè dicta non consistit in additione quanti ad quantum, quæ fit dum ignis nutritur, sed in extensione præexistentis quanti quæ solum fit in nutritione viuentis, per quã non solũ addũtur nouæ partes, sed etiam quæ præerant immutantur. De qua re etiam agit Diuus Thomas in isto articulo, solutione

secundum,& tertium.& Caietan. 2.de anima capite quarto.& supra quæstione 7. articulo 3. vbi ponit illam distinctionem de igne per se vno,& per accidens vno, quem sequitur Iauellus secundo de Anima tractatu 3.capite quarto.& Ferrariensis 4.contra gen.capite 81.Sed horum doctrina iam ab omnibus ferè Thomistis reprobatur,inter quos est vnus Magister Soto 1 Physicorum. quæstione quarta. articulo secundo.
De quâ re vide quæ nos diximus libro primo de Generatione. capite 5. quæstione 4.
Ex his & aliis, quæ in illo cap.4.docet Aristoteles, infert quasdam diffinitiones maximè notandas. In primis diffinitionem alimenti. Est enim alimentum illud,quod sua mutatione animatum crescere facit, non autem ipsum crescit animati mutatione. Secunda diffinitio est potentiæ vegetatiuæ. Est enim potentia vegetatiua,quę potest saluare suum subiectum inquantum huiusmodi est, idest, qua conseruatur viuens vt viuens.Quod quidem facit per alimentum , quod præparat prædictam operationem,idest, alimentum est propria materia operationis, qua viuens conseruatur. Augmentatiua verò est vis animæ ad perficiendam viuentis quantitatem. Generatiua autem vis ad generandum simile in specie. Ex his facile est etiam operationes harum potentiarum diffinire.Nutritio enim est mutatio alimenti in propriam substantiam viuentis. Augmentatio est mutatio alimenti in propriam quantitatem viuentis. Generatio est productio viuentis ab interno. Sed quoniam prædictæ operationes & potentiæ animæ habent se ordine quodam , ita quòd nutritiua ad augmentatiuam,augmentatiua ad generatiuam ordinetur ,quod est perfectissima potentia vegetatiuæ partis , quia vt dicitur. quarto Metheororum , textum decimumnonum. Tunc vnumquodque maximè perfectum est, cum potest facere alterũ , quale ipsum est ; ideo per ordinem ad operationem huius potentiæ tanquam per proprium finem diffinit Aristo.ipsam animam vegetatiuam dicens.Anima prima , quæ vegetatiua est, principium primum est generandi sibi simile viuens . Ex quibus patet , quomodo Aristoteles ex obiectis , & operationibus, & potentiis ad ipsam substantiam animæ deueniat iuxta ordinem, quem constituerat in capi.3. eiusdem libri 2.de Anima.

¶Secundo notandum est , quòd vt patet ex dictis , & copiosius docet Aristo. secundo de partibus animal:cap.3.duplex est alimentum.Alterum crudum & indigestum, de quo verificatur , quòd est dissimile nutrito,& contrarium illi , & vocatur alimentum primum . Alterum est iam digestum, & decoctum , quod est simile viuenti propter similitudinem dispositionum, quas accepit, & est in proxima dispositione,vt cõuertatur in substantiam animalis , & istud vocatur alimentum vltimum .

¶Tertiò notãdum est,quòd cum viuens secũdum quamlibet sui partem debeat nutriri & augeri per intus susceptionem alimenti , necesse est , quod ipsum alimentum deputetur valdè per varias transmutationes, vt possit membris omnibus conuenienter distribui.Nam imprimis ore masticatur , & humectatur , & in stomachum per gulam immittitur,deinde in stomacho alteratur,& concoquitur vi caloris naturalis,& excusa parte crassiori & inutili per vias ad ventrem ducentes ex parte subtiliori fit quædam substantia subalba, vel crocea, quæ vocatur à Medicis chylus . Rursus chylus iste ad iecur trahitur, vbi est potissima sedes partis vegetatiuæ , & ibi adhuc separantur partes magis terrestres , & descendunt ad lien , quod est iuxta stomachum in sinistra parte corporis , & est proprium receptaculum humoris melancholici ; partes autem calidiores conuertuntur in choleram , & in alium ventriculum recipiuntur , qui residet in medio iecoris , & vocatur vesicca fellis . Reliqua pars chyli, quæ maior est & temperatior,in ipso iecore vel corde fit sanguis . Præterea sanguis iste per venam magnam , quæ caua vocatur , exit à iecore , cuius bona pars transit per cor , vbi ampliùs deputatur , & recipit vitales spiritus, ac per venas quasdam occultas, quæ arteriæ vocantur , ad totũ corpus transmittitur , vnde sanguis arterialis dr,& causa est vitalũ motuũ. Reliqua pars sanguinis per alias venas principio maiores & manifestiores , deinde per minutiores, quæ per totum corpus ramificatæ sunt distributuntur, vt sic cuilibet membro nõ desit proprium alimentum . Has distributiones, & partium vsus summatim perstrinximus . Nam ad Medicos pertinet exactior eorum disputatio , de quo etiam nos paulò latius egimus. 1. de Generatione. c.5.q. 10. post tertiam conclusionem.

His positis ad dubium sit prima conclusio . Omnes potentiæ vegetatiuæ habent pro obiecto alimentum,in quod operantur, sub diuersis tamen rationibus.Hæc conclusio est expressa Aristotelis , vt patet ex primo notabili, & explicatur ex ipso in tex.47. Tripliciter enim alimentum considerari potest.Vno modo secundum substantiam , & sic est obiectum nutritionis. Substantia enim reparatur substantia . Altero secundum quantitatem, & sic est augmentatiuum , & augmentationis obiectum . Tertio vt est reliduum superfluumque alimenti,& sic est generatiuum,non eiusdem numero viuẽtis,cum hoc iam sit , & quod est non generetur , sed alterius similis in specie.Vbi nota,quòd non dicitur alimenti superfluum quasi sit excrementum , & materia fœculenta , imo semen est ex purissimo alimento , sed dicitur superfluum, quatenus est illud alimentum , quod natura reliquit,& in proprium individuum per nutritionem vel augmentationem non cõuertit.sed illud in vasa quædã mandat, vbi ad generationem conseruatur. Vnde generatio debet esse facta nutritione . Tunc.n. natura apta est ministrare materiam ad generandum . Atque id in causa est , vt illusiones nocturnæ carnis post mediam accidant noctem,cum nutritionis tempus versus finem properat , atque ideo contra eas maximum est remedium sobrietas & abstinentia, vt subtrahatur materia,vnde generantur . Vide igitur quo pacto tripliciter alimentum considerari possit, sicq; ad tres animæ vegetatiuæ potentias ordinetur , in cõi autem alimentum ad potentiã vegetatiuã, & vegetationẽ in cõi ordinem habet. Et hoc est , quod docuit Aristoteles , 1. de Generatione capite quinto,quòd cibus nutrit quatenus est potentia caro , auget autem quatenus est potentia quanta caro,cui dicto possumus nos adiicere , quòd cibus generat quatenus est potentia semen , vel proles . ¶Secunda conclusio. Alimentum primum viuentis est quodcunque mixtum , quod est aptum alterari à calore naturali , & conuerti in propriam substantiam. Dico corpus ad excludendas res incorporeas, quæ corporali nutritioni habiles non sunt. Mixtum ad excludenda pura elementa , ex quibus nullum nutritur viuens ; nam ignis est tantæ actiuitatis, vt potius ipsum viuens alteraret, imo & necaret & conuerteret in se sumentem. Quod autem de Salamandra dicunt aliqui , quod igne pascatur , intelligendum est solum quòd ad horam sine læsione conseruetur intra ignem propter excessiuam complexionis frigiditatem , si autem diu esset in igne non dubium , quin consumeretur . Quod de ipsa Salamandra & de Ebeno docet Sanct. Thomas in quarta sententiarum distinctione quadragesimaquarta. quæstione tertia,articulo primo . quæstiuncula. 3. ad tertium. Nec aer potest esse cibus propter magnam eius subtilitatem & leuitatem ; facillimè enim à corpore exhalaret & relinqueret stomachum inanem. Neque aqua sola potest viuens nutriri , vt est communis sententia medicorum cum Galen. in quarto libro de vsibus partium . Et ratio est , quia propter nimiam frigiditatem debilitaret calorem naturalem , & propter humiditatem accedente caloris naturalis actione,in vapores tota exhalaretur ;sicut aqua , quæ igni apponitur , in vapores exhalatur tota . Nec terra potest esse alimentum : tum propter nimiam frigiditatem & siccitatem in quas non sufficeret vis caloris naturalis, tum etiam propter magnam eius ponderositatem , ratione cuius difficillimum esset ad superiores corporis partes deferri tale alimentum . Diximus etiam in conclusione,quòd posset conuerti virtute caloris naturalis, ad excludenda alia multa corpora mixta,quę aut propter suam duriciem,aut aliam huiusmodi repugnantiam conuenientia alimenta non sunt,vt lapides & mineralia. Debet quippe cibus talem proportionem habere cum complexione viuentis,vt ab illa possit alterari & transmutari . Vnde diuersis animantibus diuersa deseruiunt alimentorum genera, & quibusdam crudis quibusdam vero vtimur coctis , vt

propotionetur caloti naturali.

¶ Tertia conclusio. Vltimum alimentum est sanguis in naturalibus quæ sanguinem habent, in alijs autem aliquid sanguinis proportionale. Dico in alijs, quia sunt quædam animalcula vt apes & plantæ omnes, quæ cum sint exsanguia vtuntur pro vltimo alimento humore aliquo iam digesto & depurato, qui in eis vicem sanguinis gerit. Hæc conclusio est Aristotelis de somno & vigilia, capite. 3. & de senectute cap. 2. & de part. animal. cap. 4. Et probatur primo ex sacris literis. Nã Deuteronomij. 10. dicitur, quòd sanguis animalis pro anima est illis; quod non ob aliud dictum videtur, nisi quia sanguis est vltimum & potissimum alimentum animalis, quo eius vita conseruatur. Secundo probatur. Id nutrit quod est dulce. 3. de historia animalium, cap. 19. & libro. 4. de Generatione anima. cap. 8. sed inter humores solus sanguis est dulcis, ergo, &c. Tertio. Solus sanguis distribuitur per totum corpus, nam reliqui humores speciales habent sedes in corpore animalis, ergo solus sanguis est vltimum alimentum. Probo consequentiam, quia alimentum viuentis debet referri ad omnes partes.

¶ Contra hanc conclusionem arguitur primo ex Aristot. 3. de historia animalium capi. 3. vbi ait neruos nutriri humore quodam glutinoso, ergo non nutriuntur sanguine, ergo sanguis non est vltimum alimentum omnium partium viuentis.

¶ Secundo. Alimentum est calidum, & siccum, nam fames quæ alimentum respicit, est appetitus calidi & sicci; vt Aristoteles docet. 2. de Anima capite. 3. text. 29. sed sanguis est calidus & humidus, ergo non est, &c.

¶ Tertiò. Eisdem nutrimur, quibus constamus. sed cõstamus quatuor humoribus, ergo illis nutrimur.

¶ Propter hæc argumenta & alia huiusmodi est communis sententia medicorum cum Galen. libro. 3. de natura facultat. cap. 6. & 4. de vsu partium, capite. 15. quòd non solus sanguis sed & cæteri humores sunt alimentum, etiamsi non conuertantur in sanguinem, neque fiant ex sanguine. Ita refert Valles in controuersijs medicis. Cæterùm sententia Aristotelis, & nostra tertia conclusio dupliciter potest verificari. Tum quia sanguis est possimum & principale nutrimentum, tum etiam quia solus sanguis potest nutrire. Cæterùm quòd reliqui humores sint aliquo modo alimentum, vel quia deficit sanguis in aliqua parte corporis, vel quia miscentur cum ipso sanguine, experientia testatur, qua videmus sanguinem nunquam esse purum, sed aliquo modo mixtum contineri alijs humoribus vt apparet in minutionibus. Et hoc possumus tribus argumentis factis contra conclusionem concedere. Sed præterea respondetur ad primum, quòd humor ille viscosus ad sanguinem pertinet, habet enim sanguis diuersas partes, quasdam crassiores & quasdam subtiliores, quæ diuersis corporis membris accommodantur.

¶ Ad secundum dico, quòd sanguis non primum, sed vltimum est alimentum, at primum est quod est calidum & siccum; vltimum vero calidum & humidum debet esse in actione. Quia in calidis & humidis vita consistit, maximè quia vltimum alimentum non solum ex cibo, sed ex potu etiam constat. Potus autem humiditate vigeret. ¶ Ad tertium respondetur, quòd sanguis constat quatuor qualitatibus, cum sit corpus mixtum & non elemẽtum purum. Quare corpora nostra, quæ etiam ex quatuor qualitatibus componuntur, conuenienter sanguine nutriuntur, reliqui autem humores magis pertineat ad excrementa naturæ, quam ad alimentum, quanuis etiã ipsi humores aliquando habeant rationem aliquam alimenti, vt medici asserunt & dudum nos concedebamus.

AD argumenta in principio facta respõdetur, & quidem ad duo prima patet ex his quæ dicta sunt.

¶ Ad tertium respondetur, fabulosum existimari a doctis viris quod de talibus hominibus scribitur, & idem dico de camaleone quantùm ad eius victum. Scribit. n. Plinius libro. 8. naturalis histor. capit. 33. Camaleontem in Africa & in India gigni figura & magnitudine lacerto similrpretex ecrura, quæ recta sunt, rostrum Suis habentem, & caudam pei longam, & solùm inter omnia animantia nec cibo nec potu vti, sed tantum aeris alimento, quem ore semper hianti suscipit & attrahit. Videatur de hoc Cœlius Rodiginus lib. 13. antiquit. capite. 21. Secundo respondetur forte historias prædictas esse veras, nam possunt illa animalia propter magnam corporis humiditatem & paruum calorem tam modico indigere alimento, vt sufficiant illis particulæ quædam crassæ & compositæ, quæ cum aere & cum odoriferis vaporibus sumuntur; nunquam tamen cõceditur, quòd solo elemẽto & multo minus quòd absque omni alimento possit aliquod viuens viuere. ¶ Ad quartum nego minorem. Ad probationem dico, quòd vtiam satis probatum & explicatum est à nobis libro 1. de Generatione & corruptione. capite. 4. quæstione. 8. articulo 5. sanguis informatur forma substantiali totius, quantum ad esse vegetatiuum, cuius non leue argumentũ est, quia alias vnio hypostatica sãguinis Christi cum verbo diuino non posset saluari. Nam ea, quæ non pertinent ad veritatem nostræ naturæ, neque informantur anima mea, nẽque vniuntur mihi personaliter sed sunt suppositа per se. Propterea Aristoteles 3. de historia animalium capite 19. docet expresse, quòd dum vita animalis conseruatur, sanguis animatur & fel. Si ergo animatur, informatur forma vitæ, & Diu. Thomas 3. parte, quæstione. 53. articu. 2. docet sanguinem Christi in passione effusum, resumptum fuisse in resurrectione, eo quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Dico ergo ad argumentum transmutationem illam, quia sanguis sit caro aut os, quæ est opus nutritiuæ potentiæ, esse mutationem substantialem, licet sanguis non accipiat nouam formam, per hoc solum quod accipiat nouum gradum substãtialem eiusdem formæ, quam habebat. Nam modo habet vitam sensitiuam, quam antea non habebat, vt docet Aristoteles de sanguine & de medula, in 3. de historia animalium capite. 19. Vel dicito, quòd licèt mutatio sanguinis in alias partes corporis accidentalis sit, nihilominus quia transitus primi alimenti in vltimum mutatio fuit substantialis, opus nutritiuæ substantiale est. Nam ad ipsam pertinet alimentum transferre a prima potentia vsque ad vltimum actum in qua translatione inductio nouæ formæ substantialis debet interuenire. Non desunt viri graues, vt Dur. in 4. d. 10. q. 3. & Abulens. paradox. c. 2. qui dicunt, quòd sanguis non informat forma totius, iuxta quã sententiã nõ habet vires argumentum. Caie. autem 3. par. quæst. 54. articulo 2. circa finem distinguit duplicem sanguinem, quendam imperfectum & nutrimentalem, qui non est pars animalis, ex quo fit nutritio, & ex quo factus fuit sudor Christi Domini sanguineus, imo & Aristot. in prædicto cap. asserit homines aliquos visos fuisse sudasse sanguinem ex corporis indispositione. Alius est sanguis perfectus, qui est de veritate humanæ naturæ, & non deseruit nutritioni sed decori & integritati corporis. Sed quanuis distinctio sit bona, tamen quantum ad id quod ait, quòd sanguis perfectus non deseruit nutritioni, non mihi placet. Nam sanguis, quantumuis sit purus & perfectus nutritioni deseruit, imo partes superiores & subtiliores corporis ex purissimo & perfectissimo sanguine aluntur.

DVbitatur tertio circa eandem conclusionem; Vtrum operationes animę vegetatiuæ sint tantum tres. Pro parte negatiua arguitur primo. Nam Aristoteles lib. 2. de Anima tex. 34. solum dixit duo esse opera vitæ, scilicet, generare & alimento vti nulla facta mentione augmenti, ergo tantum sunt duæ operationes.

¶ Secũdo. Quando vnus effectus ad aliũ consequitur, non multiplicatur motus ex multiplicatione effectuum, sed vna & eadẽ actione producuntur, vt patet in essentia & proprietatibus eius, & in relatione & eius fundamento, sed quantitatis quæ est effectus augmenti, consequitur productionẽ nouæ substantiæ, ad quam terminatur nutritio, ergo nõ est ibi distincta operatio præter nutritionem. ¶ Tertiò quòd sint plures arguitur. In nutritione reperiuntur plures actus distincti, scilicet, attrahere alimẽtum, digerere, &c. Sed omnes istæ sunt operationes animæ vegetatiuæ, non enim ad aliam vitam possunt pertinere, ergo sunt plures quam tres. ¶ In contrarium est Aristot. libro 2. de Anima c. 4. vbi licèt in principio non numerauerit nisi generare &

Universidad de Deusto
Biblioteca

alimento vti, postea tamen se explicuit in tex.36. & sequenti, quòd sub alimento vti intelligeret nutritionem & augmentationem. Tractat enim ex professo de ipso augmento, tanquam de speciali opere animæ vegetatiuæ, impugnans philosophos, qui non ad animam, sed ad alia principia recurrebant, vt assignarent propriã causam augmenti viuentium.

PRo explicatione huius quæstionis sit prima conclusio. Finis vitæ vegetatiuę est conseruatio proprij esse siue in indiuiduo siue in specie, vnde tales operationes sortitur hęc anima, quales congruunt consecutioni huius finis, quæ operationes sunt tres istę ab Aristotele enumeratę, nutritio, augmentatio, & generatio. Nam per nutritionem saluatur viuens, per augmentationem acquirit perfectam quantitatem ad propria opera exercenda, per generationem producit aliud, quale ipsum est, vt species conseruetur.

¶Secunda conclusio. Licèt in genere nu merentur prædictæ operationes, nõ est inconueniens quòd aliæ plures sub istis contineantur, sicut animæ sensitiuæ attribuuntur duæ actiones in genere, scilicet, sentire & appetere, sed sub sentire plures species sensuum continentur.

¶ Tertia conclusio. Circa nutritionem plures operationes interueniunt. Prima est attractio alimenti ad stomachum. Secunda est, retentio cibi donec digeratur. Tertia, concoquere seu digerere. Quarta expellere excrementa, & denique distribuere alimentum per totum corpus, & conuertere illud in propriam substantiam. Quod autem omnes istæ actiones distinguantur, experientia constat, qua videmus in ægrotis modo vnam, modo aliam deficere aliis permanentibus, siue omnes istæ actiones producantur ab eadem potentia nutritiua, siue à diuersis potentiis, quæ subordinatæ sunt potentiæ nutritiuæ, de quo iam diximus in præcedentibus.

¶Quarta conclusio. Operatio augmenti non consistit in hoc, quòd producatur noua pars quantitatis cum noua parte substãtiæ, quę producitur per nutritionem. Existimo enim, quòd talis productio quantitatis non est motus distinctus ab aggeneratione seu nutritione, vt latius 1. de Generatione capite 5. explicatum est, sed consistit in hoc, quòd partes præexistentes maiorem dimensionem acquirant, quam antea habebant per susceptionem alimenti, & hæc operatio manifestè distinguitur à nutritione in termino, nam nutritio terminatur ad illam nouam partem substantiæ, augmentatio ad dimensionem totius suppositi non ad illam partem substantiæ.

¶Quinta conclusio. In opere generationis isti actus reperiuntur, vt refert Sanctus Thomas opusc.43. capi.2. ex Gal. in primis enim est seminatio, vbi duo intelliguntur, scilicet, productio & præparatio seminis in propriis vasibus, & emissio eiusdem ad locum aptum generationi. Secundus actus est immutare & disponere partes seminis, ex quibus fœtus est formandus permiscendo semina & alterando illa. Tertius actus est formatio, qua delineata & figurata materia educitur anima de potentia illius, vel saltim anima veniens de foris vnitur materiæ, quod propter animam intellectiuam dictum sit, quæ non producitur ex semine, sed à Deo creatur. Verum autem omnes isti actus proueniant ab eadem potentia, vel à diuersis, idem est dicendum atque dictum est in 3. conclu. de attractione, digestione, &c.

¶Sexta conclusio quæ est D. Thom. in isto artic. Inter prædictas operationes hoc est discrimen, quòd nutritio & augmentatio habent suum effectum in eo supposito in quo sunt; nam viuens seipsum auget & nutrit: generatio vero habet suum effectũ in alio supposito, quia nihil est generatiuũ sui ipsius, quare opus generationis accedit aliquo modo ad perfectionem operationis sensitiuæ, quæ est in res exteriores, & sic inter prędictas tres operationes principalior & finalior est generatio. Est enim rei iã perfectę facere aliud, quale ipsum est. Quare nutritio deseruit augmentationi, vtraq; autem generationi ministrat quatenus per augmentum acquirunt membra debitã ad generandum, per nutritionem autem præparatur materia ad generationem necessaria. ¶Quod si quis arguat. Nulla potentia potest habere operationem extra suũ obiectum, sed obiectum animæ vegetatiuæ est corpus

corpus proprium viuens per animam, vt dixit D.Thom. arti. præcedenti, ergo falsum est quod diximus, quòd generatiua habet suum effectum in aliquo supposito, aut saltim generatiua non erit potentia animę vegetatiuæ. Respondetur primo, quòd obiectum animæ vegetatiuæ est corpus viuens per animam siue proprium siue alienum, in proprium agit per augmentatiuam & nutritiuam, in alienum per generatiuam. Quando autem D.Thom. dicit, quòd vegetatiuæ potentiæ est corpus proprium, intelligit de nutritiua & augmentatiua. Et si dicas, ergo non est differentia inter animam sensitiuam & vegetatiuam. Negatur consequentia, quia illa fertur in exteram materiam vniuersaliori & perfectiori modo, hęc autem particulariori, vt patet ex his, quæ dicit Di. Thom. in hac quæstione. Respondemus secundo, quòd etiam generatiua habet suum effectum in proprio supposito secundum quod altiori quodam modo operatur per aliquid ipsius viuentis, quod est semen, in quo est aliquod principium corporis alieni formatiuum, vt docet D.Tho in hoc art. ad secundum.

AD argumenta posita in principio respondetur. Ad primum patet ex argumento sed contra. ¶Ad secundum respondetur ex quarta conclusione, quòd particula quantitatis, quæ subiectatur in noua parte substantiæ, per eandem operationẽ producitur seu comproducitur, per quam fit illa pars substantiæ: sed augmentatio totius suppositi aliud est opus distinctum à nutritione, & hunc vocamus motum augmenti, quantitas autem per istum motum acquisita, scilicet, maior dimensio totius suppositi, non consequitur necessario ad actionem nutriendi, & ita videmus quòd nutritio durat per totam vitam, augmentum autem non ita. ¶Ad tertium iam patet ex dictis numeratas hic fuisse tres actiones animæ vegetatiuæ in genere & in communi, cui non repugnat, quòd in specie sint plures.

CIrca secundam conclusionem Di. Thomæ notandum est illam esse doctrinã Aristo. 2. de Anima ca. 4. tex. 49. vbi docet, quòd potentia generatiua est finis aliarum operationum animæ vegetatiuæ, & præterea quod ipsa est prima inter omnes. Et in tex. 34. prius dixerat, quod operatio maximè naturalis in omnibus viuentibus est vt perfecta & non orbata generent sibi simile. Est ergo hæc potentia generatiua præstantior aliis ex duplici capite. Primo ex parte subiecti, quoniam supponit subiectum suum iam in statu perfecto, quoniã vt Aristoteles dixit libro 1. de Generatione animalium cap. vltimo. & lib. 2. capi. 1. & lib. 4. Metheo. cap. 3. & 4. tunc aliquid est perfectum in sua specie, quando potest generare sibi simile; ad operationes uero potentiæ nutritiuæ vel augmentatiuę non requiritur ista perfectio subiecti. Secundo est perfectior potentia generatiua ex parte finis, quoniam potẽtia generatiua ordinatur per se ad bonum cõmune specificum; aliæ vero potentiæ ordinantur per se ad bonum priuatum ipsius indiuidui. Constat autem, quòd bonum commune est præstantius & diuinius, quàm bonum priuatum, vt Aristotel. dicit 1. Ethic. cap. 2. Vnde ipse Aristo. libro 2. de Anima tex. 34. dicit, quòd anima generat animam, & planta generat plantam, vt quoad fieri possit ęternitatem & diuinitatem participent.

DVbitatur quarto circa hæc; Verum naturalissimum omnium operum viuentium sit generare sibi simile? Videtur quod non. Primo. Si aliqua ratione hoc esset verum, maximè propter appetitum ad conseruationem speciei, vt probat Arist. in loco modo citato; sed hæc ratio est nulla, ergo. Probatur minor. Per generationem solum conseruatur species in vnico indiuiduo, ergo ad generationem non est maior inclinatio, quàm ad nutritionem, & per cõsequens non est naturalior.

¶Secundo. Per nutritionem conseruatur esse proprium, per generationem alienum, sed magis inclinamur ad bonum propriũ, quàm ad alienum, ergo. Probatur minor. Nam amor qui habetur ad alia prouenit ex amore, quem res habet ad se: iuxta illud Aristote. 8. Æthicor. capite 2. Amabile bonum, sed vnicuique proprium, & amicabilia ad alterum ex amicabilibus, quæ sunt ad se. Confirmatur. Nam animalia magis amant propriam vitam, quã generare alia, vnde pro conseruatione vitæ, imo & sanitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis; sæpissimè desistunt ab actu generatio A
nis, ergo conseruare propriam vitam est il
lis naturalius. ¶ Tertio. Intelligere est ma-
gis naturale homini, quàm generare, simi-
liter & sentire, ergo. Probatur antecedens,
tum quia istæ operationes sunt perfectio-
res, quælibet autem res ad id quod est per-
fectius magis inclinatur, maximè si illud
perfectius est sibi proportionatum; tum et
quia cõueniunt homini per propria & pro-
xima principia, ea autem quæ magis pro-
pria sunt, magis nobis naturalia sunt, ergo. B

¶ Quarto. Quod est in nocumentum viu-
entis non naturale, sed potius violentum
est; at generatio est in nocumentum viuẽ-
tis, non ergo est illis naturalissimum. Pa-
tet. Nam animalia per generationem vi-
tam abreuiant. Dicit enim Aristoteles li-
bro de longitudine vitæ ca. 3. Animalia fa-
tacia esse breuioris vitæ, quam casta.

¶ Quinto. Nullum viuens potest gene-
rare sibi simile, ergo Probatur antecedens.
Vel generat per suam substantiam imme- C
diatè, & hoc non, quia solus Deus opera-
tur per suam essentiam, vel generat per
medias qualitates, sed istæ, cùm sint imper
fectiores, non possunt attingere productio
nem substantiæ, ergo non est naturalissi-
mum, &cę.

¶ Sexto. Quia quod est naturalissimum
viuenti vt sic, debet conuenire omni viuen
ti, sed multis viuentibus non conuenit ge-
nerare sibi simile, vt docet ipse Arist. in 2.
de anima cap. 4. tex. 34.

¶ Septimo arguitur contra illud, quod
communiter hic solet dici, quòd propterea
dixit hic Aristoteles naturalissimum om-
nium operum, &c. & non omnium entiũ,
quia quælibet res naturalius inclinatur ad
esse, & ad vitam, quam ad generare. Nam
magis inclinatur, vt dictum est, ad bonum
speciei, & commune, quam ad suum pro-
prium, ergo naturalius inclinatur ad gene-
rationem quam ad suum esse. Nam per
bonum speciei acquirit perpetuitatem, & E
conseruatur, quod fieri non potest per suũ
proprium esse.

¶ Propter hæc argumenta & alia huius-
modi sunt qui Aristotelem deserant in hac
parte; sed verissima est eius propositio, nõ
tamen eodem modo ab omnibus intelligi-
tur. Iauellus in libro 2. de Anima quæst. 16.
satis probabiliter docet non fieri comparà-
tionem ad omnia opera vitæ, sed solum ad
actus vegetatiuæ potentiæ, & quòd per na
turalissimum intelligitur perfectissimum,
& sic sensus est satis clarus & facilis, quòd
inter opera vitæ vegetatiuæ naturalissimũ
est generare sibi simile. Nam quamuis nu-
tritio sit magis necessaria, sed generatio
perfectior est, sicut inter sensus magis ne-
cessarius est tactus animali, visus autem p-
fectior. Iuxta hanc intelligentiam est ne-
cesse, quòd generare conueniat omnibus
viuentibus nec semper, sed sufficit quòd in
his, quibus inest, sit perfectior, & finis reli-
quarum operationum illius gradus. Aduer
sus hanc intelligentiam parum aut nihil
valent argumenta proposita.

¶ Sed Cæteta super illum locum Aristo-
telis aliter commentatur illam, dicens in-
telligi Philosophum de omnibus operibus
vitalibus, & quod per naturalissimum nõ
intelligitur perfectissimũ, sed id, ad quod
viuens maximè est propensum. Nam quẽ-
admodum naturale dicitur aliquid alicui,
non quia est perfectum, sed quia est id ad
quod inclinatur, vnde naturale violento cõ
trariatur, ita naturalissimum est, ad quod
maximè inclinamur. Sensus ergo propositi
onis Aristotel. est, quòd viuentia perfectæ
ætatis non orbata nec sponte genita inter
omnia opera vitæ potissimè inclinantur ad
generandum sibi simile. Et probatur dupli
citer. Primo experientia continua, qua vi- D
demus in humano genere tantam ad gene-
randum propensionem vt non nisi rarissi-
ma & difficili victoria, & Dei auxilio su-
peretur. Secundo ratione Aristotelis. Nam
vnumquodque ad hoc maxime inclinatur,
vt assimiletur diuino esse perpetuo & per-
manenti, sed per generationem plusquàm
per aliam operationem cõsequitur viuens
hunc finem, vt conseruetur & perpetuetur
eo modo, quo potest, nempe in specie; nã
in indiuiduo nulli conuenit, ergo, &c. Sen- E
sus iste innititur proprietati sermonis, &
ideo tanquam ab Aristot. intentum existi-
mo tenendum. ¶ Sed est valde notandum,
quod licèt generare sibi simile conueniat
etiam rebus inanimatis vt igni, tamẽ mul
to perfectius viuentibus conuenit, & ideo
viuen-

uientia dicuntur nasci, & generatio eo- A
rum natiuitas, quod inanimatis non con-
uenit. Vnde generatio accipitur duplici-
ter, vt docet S. Thom. 1. par. q. 27. articu. 2.
& nos diximus in superioribus. Vno mo-
do communiter prout conuenit omnibus
rebus, de qua agitur libro de Generatione,
& sic nihil aliud est, quàm mutatio de non
esse ad esse. Alio modo specialiter prout cõ
uenit solis viuentibus, de qua agitur libro
de Generatione animalium, & est origo vi
uentis à viuente coniuncto in similitudinẽ B
naturæ, cuius diffinitionis declaratio satis
à nobis est explicata libro 1. de Generatio-
ne. & videatur latius extensa 4. cont. gent.
cap. 2. ¶ Sunt tamen tres differentiæ notan-
dæ inter generationem viuentium & re-
rum inanimatarum. Prima ex parte princi
pij, nam res non viuentes generant secun-
dum quamlibet partẽ sui, vt patet in igne,
viuens autem non generat secundum ali-
quam partem. Secunda viuens ex propria
substantia ministrat materiam generatio- C
nis & ideo talis generatio dicitur esse à vi-
uente coniuncto, quia generans semper cõ
iungitur per semen proli, vel per aliquid,
quod habet locum seminis decisum ex pro
pria substantia, vt patet in animalibus, &
plantis. At verò non viuens nihil ex se ac-
cipit ad generandum, sed operatur in exte-
ram materiam. Tertia, viuens non solum
dat materiam generationis, sed etiam per
aliquod tempus dat alimentum proli ex
propria substantia, vt quando proles est in D
vtero, quod etiam in auibus verum habet
secundum Arist. 3. de Generatione anima-
lium ca. 1. Nam in ouo est pars candida, ex
qua fit pullus, & rubea ex qua nutritur,
quandiu in ouo continetur, sed non viuens
nullum ex propria substantia alimentum
præbet supposito à se producto.

AD primum argumentum respõdetur
optimam esse rationem Aristotelis.
Ad impugnationem dico, per augmenta-
tionem & nutritionem cõseruari speciem E
in vno indiuiduo per aliquod tempus, at
per generationem in perpetuum. Multo
maior autem est inclinatio ad cõseruatio-
nem æternam, quam ad temporalem.

¶ Ad secundum respondetur primo ex
D. Tho. 2. 2. q. 26. arti. 3. ad primum, q̃ illa

propositio Amicabilia, quæ sunt ad alterũ, A
&c. intelligitur, quãdo sunt ad alterum, in
quo inuenitur bonum tanquam in parte
condistincta, non quãdo sunt ad alterum,
in quo inuenitur bonum commune & to-
tius, quod hic cõtingit. Respondetur secun-
do, concedendo, quòd semper amicabilia
ad alterum proueniũt ex amicabilibus ad
se. Amor autem ad speciem non est ad alte
rum. Nam species & individuum neque di
stinguuntur, neque ponunt in numero. Vn
de bonum speciei non est censendum alie- B
num ab aliquo individuo. Hoc autem præ
cipuè verificatur in filio respectu paren-
tis, qui filium tanquam alterum se repu-
tat, quod ex mirabili pietate parentum in
filios, non solum in hominibus, sed etiam
in brutis adinuẽta comprobatur, quæ pro
vita filiorum tuenda morti se subijciunt.
Quapropter iste amor tam naturalis ad ge
nerationem procedit ex amore sui. Cum
enim omne animal appetat cõseruare suũ
esse quantum potest, & non possit conser- C
uare in se, fertur à natura maximo impetu
in generationem, vt ea mediante cõseruet
se falsum in alio supposito, quod sit alter
ipse. Ad confirmationem respõdetur, quòd
si cessant propter amorem vitæ à generà-
tione, est quia vtrumque possunt saluare,
& suum & specificum esse absque hoc q̃
generent, quando cæduntur.

¶ Ad tertium respondetur negando an-
tecedens. Ad probationem fateor, quòd in-
telligere est principalius, & homini pro-
prius, & animali sentire, sed sæpissimè ad
communiora magis inclinamur, licèt sint
minus perfecta, vt patet de ipso esse, quod
magis appetimus quam sentire, aut vide-
re, licèt videre & sentire sit perfectius. Re-
spondetur secundo, quòd ad perfectiora
magis inclinamur, si cætera sint paria, mo
do autem cætera non sunt paria. Nam li-
cèt intelligere & sentire perfectius sit quã
generare, tamen quia per generationem vi
uens se conseruat perpetuo, & non per in- E
tellectionẽ, aut sensationem, ideo magis
inclinatur ad illam, quam ad hæc, quin po
tius ipsa intellectio esse per generationem
acceptum supponit, & intelligere sine esse
repugnat. ¶ Ad quartum respondetur pri-
mo, quod sicut manus conseruat bonum
totius

Universidad de Deusto
Biblioteca

totius cùm sui pernicie, ita & generans bonum speciei, quod est bonum totius cũ sui detrimento. Secundo respondetur, quod vt medici ex Galeno & Hippocrate dicunt, venus causa est salutis, cum opportunè inest, & mediocriter contingit, & ideo cum à natura non inclinemur ad aliquid inordinatum, non inclinamur ad aliquid nobis nocium.

¶ Ad quintum respondetur, quòd viuentia generant mediantibus qualitatibus, quæ sunt in ipsis, & quæ in seminibus imprimũ tur ab ipsis. Quod autem accidentia tanquam instrumenta formę substantialis possint attingere productionem substantiæ siue partialis vt in nutritione, quæ fit medio calore, siue totalis, quæ fit per virtutem generatiuam, satis dici solet. 2. Physicorum q. 4. De qua re etiam nos in pluribus locis cõmentariorum super libros de Generatione egimus.

¶ Ad sextum dubio sequenti respondebimus, vbi disputandum est; An sit aliquod viuens, cui non conueniat potentia generatiua.

¶ Ad septimum respondetur optimam esse explicationem, & ad huius improbationem patet solutio ex his, quæ diximus ad secundum.

DVbitatur quinto; Vtrùm sit aliquod viuens, cui non conueniat potẽtia generatiua. Videtur quòd non. Primo. Nam omnia viuentia habent animam vegetatiuam, ergo possunt generare sibi simile. Antecedens patet. Nam omne viuens saltim debet habere animam vegetatiuam. Consequentia autem probatur, quia vt patuit dubio 2. huius articuli, notabili. 1. Aristoteles diffiniuit animam vegetatiuam dicens. Anima prima [quæ vegetatiua est, principium primum est generandi sibi simile viuens. ¶ Secundo. Nam si aliquibus viuentibus nõ conueniret, maximè his q̃ enumerat Aristoteles in 2. de Anima. capite 4. tex. 34. scilicet, viuentibus imperfectis, orbatis, & sponte genitis. Vbi per viuentia imperfecta intelligit quæ ad statum perfectum nõ peruenerunt, vt pueri qui non genefant. Natura enim intenta perfectioni ipsorum totum alimentum in substantiam indiuidui conuertit, nihilque relinquit ad generationem. Per orbata autem intelligit Aristot. vitia mutilata, vt eunuchi & frigidi ex natura, & alijs ꝓpedita causis. Hæc enim omnia mutilata siue orbata dicuntur, nec generare possunt. Per sponte autem genita intelligit Aristoteles generata ex putrefactione, quæ dicuntur quasi sponte nasci, quia producuntur ex terra sine semine per illam similitudinẽ, qua dicitur aliquis spõte facere illud, ad quod ab extrinseco non inducitur. Sed hæc omnia habent appetitũ generandi, & potentiam generatiuam. Nã si orbata & imperfecta exciperentur appetitu huius operationis, ideo esset; quia illã non possunt exercere. At hoc nõ tollit, quominus illud appetant etiam appetitu naturali. Nam cæcus naturaliter appetit visum, quem naturaliter habere non potest, & materia formam, quam amisit, & anima reunionem ad corpus, quæ tamen per naturam sunt impossibilia. Et de animalibus ex putrefactione genitis expresse concedit ipse Arist. 7. Metaphysicæ text. 23. quòd quędam eadẽ & ex spermate fiunt, & sine sperma te, & pisces quosdam refert idẽmet Aristoteles lib. 5. de historia animalium capite 1. ex putredine gigni, qui etiam alios cõcipiunt, vbi etiam ait ex ouis spontinis animalia procreari. Sunt autem oua spontina, quæ sine seminis infusione æduntur, ergo. ¶ Tertio. Nam si potentia generatiua, & appetitus iste naturalissimus generandi tantum conuenit animalibus perfectis, nõ autem orbatis, imperfectis, & sponte genitis, sequitur, viuens perfectum. v. g. hominem conuenire in aliquo prædicato essentiali cũ leone, & equo, in quo non conuenit cũ puero, vel homine spadone. Patet. Nam conuenit homini perfecto & equo vna passio, scilicet, iste appetitus generandi, quę non cõpetit puero, ergo & aliquod prædicatum cõuenit illis, quod non istis, consequens est falsum. Nam puer & vir sunt omnino eiusdem speciei. Neque valet dicere, vt insinuat Caietanus. 2. de Anima capite 4. illud prædicatum esse ãalogum. Primo. Quia quodcunque prædicatum, siue vniuocum, siue analogum cõueniens essentialiter vni vnius speciei, conuenit etiam alteri eiusdem speciei. Secundo, quia potentia ipsa generatiua in omnibus animalibus videtur esse vniuoca. Nullam enim dependentiam habet potentia generatiua vnius animalis à potentia alterius.

¶ In oppositum tamen est Aristoteles citatus in argumento secundo, vbi excipit illa tria genera viuentium, quibus non conuenit iste appetitus generandi, & lib. 2. de Generatione animalium capite. 6. excipit etiam species multorum, qui non possunt generare sibi simile. Item mulier non habet virtutem generatiuam, quia virtus generatiua est actiua, & nullo modo passiua; sed semen mulieris solùm passiuè concurrit ad generationem, ergo.

PRo decisione sit prima conclusio. Quãuis viuentibus imperfectis, vt pueris, & orbatis, vt eunuchis & frigidis, & mulis non conueniat actus generandi, potentia tamen generatiua conuenit illis. primã partem huius conclusionis probat argumentum sed contra, desumptum ex Arist. Inter orbata autem intelligi debent muli & mulæ, nam mulæ non habent menstruum, & ideo inhabiles sunt ad generationẽ. Aut. n. non concipiunt, aut si concipiunt (quod aliquando visum est sed rarissime) fœtum in vtero nutrire non possunt propter defectũ sanguinis menstrui, quod est alimentũ animalis, dum est in vtero. Muli autem licet semen emittant, illud tamen ineptum est generationi ꝓpter defectum necessarij caloris, & requisitæ complexionis. Mulus. n. ex duabus naturis participat maxime propendentibus ad sterilitatem quæ ad fœtum deriuatur, vt docet Aristoteles in 2. de Gener. anim. cap. 6. vbi copiosè satis & curiosè causas sterilitatis horum animalium prosequitur. Secundam partem conclusionis probat argumenta primo loco facta, quæ confirmantur. Nã non est sufficiens ratio ad hoc quòd alicui negemus aliquam potentiam, quòd non possit exire in actum talis potentiæ; alioquin in anima separata non haberemus intellectum agẽtem. Patet etiã quia alias pueri non haberent in infantia intellectum, cum aliquid operari non possint.

¶ Secunda conclusio. Aliqua ex animalibus genitis ex putrefactione habẽt potentiam generatiuam, & actum illius, aliqua vero neque habent potentiam generatiuã, neque actum eius. Pro intelligentia huius conclusionis notandum est animalia esse in triplici differentia, quædam adeo perfecta, vt nunquàm fiant ex putrefactione vt homo & equus; sed semper generantur ex patru virtute seminis, concurrente etiam impressione cælesti, iuxta illud. 2. Physic. text. 26. Sol & homo generant hominem. Horũ meminit Arist. problem. 13. sect. 10. & problem. 64. eiusdem sectionis. vbi quærit, cur aliqua semper ex partu fiant, aliqua aliquãdo ex putrefactione, Et respõdet, quia sunt animalia perfecta, quæ ad sui productionẽ indigent multo tempore, & hæc non possunt putrefactione fieri, &c. videndus est ibi Arist. optime enim loquitur. Ex quo obiter aduerte contra Auicennam li. 15. de animalibus, & in libro de diluuiis, qui existimat, quod non solum alia animalia, sed ét homo potest ex putrefactione generari instar pulicis aut semicis, atque ita nullo viuente excepto, elementorum commixtioni, & stellarum constellationibus facultatem concessit, vt vniuersa viuentia progenerent, vnde si diluuiorum gurgites adeo increbrescerent, vt omnia viuẽtia aquis inuoluerẽtur, & perirent, ita vt nullus superstes esset, neque homo, neque bestia, neque arbor, &c. elementa commixta & stellarũ vires restituere homines, & alia omnia viuentia valerent, vt ipse Auicenna in illo libro de diluuijs abunde tradidit. Hæc autẽ imaginatio huius Arabis fabulosa est. Vnde fabulæ antiquæ tradiderunt terrigenos homines ex terra sponte natos, & non ex se inuicem, hoc quoque hominum genus Saturnia tuisse regna. Cuius fabulæ meminit Ouidius 1. Metamorphos. & Plato in dialogo de ciuili. Quapropter iusta ratione irridet hanc stultissimam imaginationẽ Auerroes 2. meth. commento. 15. Loquendo ergo de istis animalibus perfectis certum est posse sibi similia generare. Alia animalia sunt in alio extremo, quæ adeo sunt imperfecta, vt non indigeant virtute seminis ad sui generationem, sed semper ex putrefactione generantur à virtute cælesti operante in materia disposita medio lumine & calore solis, qui est loco virtutis seminalis, quæ est in animali. Supplet enim illa impressio vicem seminis. Horum meminit Aristotel. 6. de histor. animal. cap. 15. & 16.

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ ex putrefactione semper generãtur, A quædam neque habent potentiam generatiuam, vnde nec aliquando generant, vt anguillæ & alia, vt docet Aristot. loco modo citato. Alia generant sed sibi dissimile in specie, quod docet etiam ipse Aristot. 1. de Generatione animalium cap. 1. vt ranæ ranunculos, & muscæ aliud diuersum generant. Idem asserit Plinius libro 10. naturalis histor. ca. 68. Vbi horum animalium quædam nihil generare tradidit, vt salamadra & anguilla, alia vero generant sed imperfectum & dissimile, vt musca vermiculos quosdam. Et de his est insignis locus Arist. 1. de Generatione animalium ca. 1. vbi ait; Quæ non ex animalibus sed ex corrupta materiã hæc generant quidem alterum autem genus, & quod factum est neque fœmina, neque masculus est. Et bombices, ex quibus fit sericum, cum sint vermes, producunt papiliones, & illi rursus oua pariunt ex quibus ouis iterum fiunt iidem vermes quod idem quotidie experimur in quibus- C dam vermiculis, qui ex oleribus nascuntur. In tertio genere sunt animalia media, quæ modo per generationem, modo ex putrefactione fiunt, vt mures, vespæ, & alia, quorum meminit Aristot. 7. meth. cap. 7. Hæc autem animalia ex putrefactione genita habent potentiam generatiuam, & possunt sibi simile in specie generare, vt patebit amplius ex conclusione sequenti. Ex his patet, quomodo omnia viuentia etiam imperfecta & genita ex putrefactione habeant po- D tẽtiã generatiuã exceptis animalculis secũdi generis. Aduerte autẽ pro horum maiori intelligentia, quòd animalium quædã sunt viuipara, quædam ouipara, quædam vermipara, vt dicitur 1. histor. cap. 5. Illa dicũtur viuipara, quæ non emittunt extra se fœtum, donec fit animatus, & perfectè organizatus. Illa ouipara, quæ pariunt oua, ex quibus postea pulli nascantur. Illa autem vermipara, quæ vermes pariunt informes postea formandos. Hoc enim vermis dici- E tur hoc loco, quod inuolutum est papilione, seu conopæo habente foramen. vnde ab externo alimentum proueniat. Esse enim solet affixum terræ, vel fauo, vel alteri, vnde trahitur alimentum. Huiusmodi sunt formicæ, apes, vespæ, aranеæ, & alia quorum meminit Aristotel. 5. histo. capit 22. & sequentibus.

¶ Tertia conclusio. Animal ex putrefactione, & aliud simile ex partu. v.g. mus ex semine, & mus ex terra, vespæ & alia eiusmodi sunt eiusdem speciei. Hæc conclusio est contra Auer. 8. phy. cõ. 46. & 7. met. cõ. 15. & lib. 7. com. 23. & contra Iandunum 7. metaphy. quæst. 14. & alios, qui putant differre specie. Et probatur hæc conclusio. Primo quòd sit Aristotelis. Nam 7. metaphy. c. B 7. text. 23. inquit. Quædam enim eadem & ex spermate fiũt, & sine spermate. Vbi absque dubio loquitur de identitate specifica. Secundo probatur, q̃ sit D. Tho. Nam hoc ità expresse tenet. 10. meth. lect. 6 & lect. 8. & dicit esse sententiam Aristotelis. Tertio probatur ratione. Nã in huiusmodi animalibus videmus eandem figuram esse, eadẽ accidentia, easdem proprias passiones, eaſdem operationes, eosdem motus, eademq; organa motus. Item eadem conseruantia, eademque corrumpentia, ergo. Hanc conclusionem latissime probant Ferr. 3. cont. gent. c. 69. & Sonzin. 7. meta. q. 21.

¶ Solent tamen contra hanc conclusionẽ adduci quædam loca Arist. & D. Thom. in quibus oppositum huius conclusionis videtur sentire. Aristotel. quidem in 2. de anima cap. 4. tex. 34. vbi dicit. Spontè genita non posse generare, & 5. de hist. animal. ca. 5. 8. & 9. & 1. de gener. animal. cap. 16. sentit, q̃ huiusmodi animalia quid diuersum specie generant. Quam sententiam videtur etiam sequi D. Tho. q. 3. de potentia art. 11. ad primum, & 1. parte q. 71. Ad hæc & similia loca responderi potest iuxta dicta in præcedenti conclusione, quòd intelligendi sunt Aristot. & D. Tho. de illis animalculis, quæ vel non possunt generare, vel si generant, est quid diuersum specie, vt attulimus ex Plinio & ex eodem Aristo. Quanuis etiam possimus dicere, quòd etiam hæc animalia quando generant producunt alia eiusdẽ speciei si non immediate, saltim mediate. Et- enim bombices, qui vermes sunt, quorum opera fericæ filantur vestes, quorum meminit Aristot. 5. de histor. animal. cap. 24. Plin. lib. 11. cap. 23. sic refert nasci. Primo enim ex eis fiunt papiliones parui, nudique, mox frigorum impatientia villis inhorrescunt, & aduersus hyemem tunicas instaurãt denfas pedum asperitate radentes folliorum laniginem in vellera. Aristotel. autem horũ naturitatem sic fieri ait. Primũ enim bombices proferunt papiliones, papiliones verò ova, ex quibus vermes similes prioribus iterum nascuntur. Quare et si quod primò sit ex bombicibus non sit species similis, tamẽ quod vltimò fit, continuatione quadam eiusdem speciei cum bombicibus est. Sicuti etiam ide possemus dicere de gallinis, quæ oua pariunt: Etenim ouum & gallina non B sunt eiusdem speciei, quanuis gallina & quod nascitur ex ouo eiusdem speciei sint, qua ratione dicitur quòd gallina generat aliud simile sibi in specie. Ità possumus dicere de his animalculis, & quando Aristo. & D. Tho. dicunt, quòd generant aliud diuersum in specie, possunt explicari de eo, quod primò & immediate generant, nõ de eo quod vltimò & mediatè. Vide alias solutiones ad has autoritates, quas attulimus ex D. Tho. in autore tabulæ aureæ du. 213. C & 214. ¶ Sed est argumetum contra hanc conclusionem. Ea, quæ habent diuersum modum fiẽdi productionis, sunt diuersarum specierum vt habet S. Tho. de verit. quæst. 12. artic. 2. ad. 4. vndè dicunt Theologi, q̃ virtutes infusæ & acquisitæ differunt specie propter diuersum modum productionis, ergo. Respondetur. quòd exemplo conclusio nostra maximè roboratur. Nam habitus qui nullatenus possunt nostris actib⁹ adquiri, vt virtutes Theologicæ, dicuntur D infusi per se, & differunt specie à quibuscunque adquisitis etiam circa idem obiectum. Habitus verò, qui secundum rationem suę speciei actibus nostris possunt adquiri etiam si aliquando habeantur per infusionem, sunt eiusdem speciei cum adquisitis, & dicuntur infusi per accidens, sicut scientiæ rerum naturalium inditæ primo parenti erant infusæ per accidens, & eiusdem speciei cùm aliis, quas acquirimus. Ità proportionabiliter de animalibus secundũ E quod per se, aut per accidens habent fieri ex virtute cælesti philosophandum esse diximus.

¶ Ad argumenta in principio posita respõdetur. Ad primum respondetur, quòd Philoponus existimat diffinitionem illam assignari de virtute & potentia generatiua, nõ de anima vegetatiua. At D. Thom. (quem nos sequuti sumus du. 2. huius articuli. not. 1.) de ipsa essentia animæ vegetatiuæ ait diffinitionem illam dari. Et patet hoc esse de mente Arist. Nam ait. Erit vtique prima anima generatiuum, &c. esse autem primã animam non conuenit potentiæ sed ipsimet essentię. Alii dicunt & satis probabiliter, non quancumq; animam vegetatiuam hic diffiniri, sed animalium habentium illas conditiones, quas ponit Aristoteles, quòd sint perfecta, non orbata, neque sponte genita. Potest tamen aliter dici, quòd quando aliquid diffinitur per effectum, debet per vltimum effectum, quem habet, diffiniri, non quòd ille vltimus effectus omnibus conueniat, sed quòd conueniat nobilissimo contento sub tali ratione, cæteris autem aliquid illius v.g. si quis vellet diffinire potentiam iaculatiuam hominis ad iaciendum lapidem, quòd possit iacere lapidem vsque ad mille. Hæc quidem diffinitio non conuenit omnibus hominibus habentibus potentiam iaculatiuam, sed tantum robustissimis hominibus; aliis autem satis est, quòd conueniat vt possint iacere vsque ad centum, quia talis diffinitio datur per vltimum & perfectissimum effectum, quem potest habere potentia iaculatiua in aliquo individuo, in quo reperitur. Sic potest explicari illa secunda diffinitio Aristo. de anima, de qua loquuti sumus supra quæstio. 75. articu. 1. dub. 3. scilicet. Anima est primum principium vegetandi, sentiendi, & intelligendi, quæ diffinitio quia datur per perfectissimum effectum non conuenit omni animæ, sed tantum perfectissimæ animę, scilicet, humanæ. Ita contingit in præsenti. Nam cùm animam vegetatiuam diffiniat Aristoteles per potentiam & effectum, & vltimus eius effectus, vt patet ex dictis, sit generare, non est necesse, quòd ratione talis effectus conueniat omni animæ, sed perfectissimæ animæ, cæteris autem animabus satis est, quod alius actus eiusdem animæ conueniat, scilicet, vel nutrire vel augere. ¶ Ad secundum patet ex dictis.

¶ Ad tertium respondetur ex dictis in 1. & 2. conclusio. Etenim omnia animalia etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam orbata & imperfecta & sponte genita habent potentiam generatiuam, licet nõ habeant actum eius. Respectu autem illorum animalium, quæ propter magnã sui imperfectionem neque habent potentiam generatiuam neque actum eius habet vires argumentum. Respondetur tamen primo, quòd ista passio tantum conuenit animalibus perfectis. Secundo respondetur, quòd ex hoc q; vni conueniat vna passio, & non alteri non infertur diuersitas essentiæ, sed satis est quòd inferatur diuersitas principij alicuius materialis, sicuti calor in igne, & in homine, & in muliere sunt eiusdem speciei, & tamen in igne cõburit, in homine producit carnes, in muliere lac, qui sũt actus omnino diuersi.

¶Ad argumentum sed contra patet ex dictis. Ad illud autem de semine mulieris, quicquid sit, siue concurrat merè passiue, siue actiuè, de quo vide Sonz. 8. meta. q. 16. & Caiet. in 3. par. q. 32. art. 4. ad 2. & 2. 2. q. 154. art. 12. Dubium tamen nulli potest esse, quin mulier habeat potentiam generatiuam, mediante qua actiuè producat semẽ, vide etiam autorem tabulæ aureæ in dub. 1117. vbi adducit loca D. Th. in quibus videtur sibi contrarius in hac parte.

DVbitatur sexto circa hæc omnia & circa dicta in articulo præcedẽti. Vtrùm in plantis sit anima dans illis esse viuentis. Videtur quòd non. Etenim D. Augu. in lib. de spiritu & anima ca. 9. expresse dicit plantas sine anima crescere & moueri & postea cap. 14. vbi connumerat gradus viuentiũ, primum gradum vitæ dicit esse sensationẽ. Quòd quis respondeat ad hoc, id quod D. Thom. respondet in quæst. 77. art. 8. ad primum. & inf. quæst. 82. art. 5. ad secundum, quòd hic liber mihil habet autoritatis, neque oportet illius dictis fidem adhibere; probatur altero testimonio D. Augu. ex 7. lib. super Genes. ad literam cap. 16. vbi inter explicãdum illud Genes. 2. factus est homo in animam viuentem; dicit quòd si in nobis etiam esset tantum ille motus plantarum: non diceretur homo factus in animam viuentem, ergo secundum Diu. Augustl. plantæ non habent animã viuentem.

IN hoc dubio ante omnia supponendum est certum aduersus quosdam insipientes philosophos; illa quæ gignuntur in visceribus terræ & vocantur ab Aristotele mineralia non habere animam neque viuere. Ita docet Arist. 3. lib. Metheororum capitu. 6. vbi docet huiusmodi mineralia nõ habere alias proprietates aut operationes quã elementorum. Vnde D. Tho. suprà quæst. 69. arti. 2. ad tertium dicit, quòd eiusmodi mineralia videntur quædam species ipsius terræ, & D. Bernar. in sermone 4. de adsumptu Domini dicit, quòd aurum nihil aliud est q; terra rubra; & in sacra scriptura Abacu. cap. 2. vocatur densum lutum & huius rei signum est, quòd augmentum in mineralibus fit ab extrinseco & per iustã positionẽ atque adeo potest fieri in infinitum, quod est signum non viuentium vt constat ex doctrina Aristotel. 2. de anima capi. 4. text. 41.

¶Præterea oportet cauere duos extremos errores circa vitam plantarum. Primus error est quorundam philosophorum ex Stoicis, qui asserebat plantas nullam habere animam viuentem. Quem errorẽ refert Theodoretus libro 5. de curandis græcorum affectionibus. Alter error est in alio extremo, quẽ habuit Pythago. sicut refert D. Chrisso. hom. 1. super Ioan. qui arbitrabatur plantas non solum habere animam vegetatiuam sed etiam sentire & dolere, propterea quòd existimabat animas hominum etiam demigrare in plantas, quem errorem postea secuuti sunt Manichæi, vt refert Diu. Augustl. lib. de hæresibus c. 46. contra quem errorẽ suprà dictum est in q. 76. art. 2. Quo supposito sit.

CONclusio. Sine dubio tenẽdum est, q; plantæ viuunt & sunt animata, quamuis non sentiant vt animalia. Probatur primo ex Aristot. qui libro de anima c. 5. text. 84. docet, quod plantæ viuunt non participantes loci mutatione neque sensu, & 2. de anima cap. 2. text. 14. docet omnia vegetabilia habere vitam & nutriri & augeri, & postea capitu. 3. text. 27. dicit plantis inesse solum vegetatiuum, alijs aut viuentibus sensitiuum &c. Quam doctrinam iterũ repetit c. 12. text. 124. Secundo probatur ex D. Augustl. qui expresse docet hanc conclusionem. Nam tomo primo in lib. de quantitate animæ. cap. 33. dicit primũ gradum vitæ conuenire arbustis, & huiusmodi arbusta viuere & augeri, crescere & gignere. Et homil. 29. de verbis Apostoli dicit ipsum viuere nobis esse cõe cũ arboribus. Nã dicũtur etiã vites viuere, si enim non viuerent nõ diceretur in Psal. 77. Occidit in grandine vineas eorũ & moros eorum in pruina. Viuit vitis cum virescit, & moritur cũ arescit. Subdit tamen Augustl. quòd hæc vita plantarum non habet sensum &c. est etiam doctrina Grego. homi. 29. Euangeliorum, vbi dicit. Homini commune est viuere cũ arboribus, sentire cum animalibus &c. & est doctrina receptissima ab oĩbus sanctis & doctoribus. Sed probatur tertio ratione. Planta generat plantam ex semine, ergo habet vitam. Probatur consequentia, quoniã habere semen est proprium viuentium, & generare est naturalissimum viuentibus, vt Aristo. dicit secundo de anima text. 34. vbi etiã dicit quòd planta generat plantam quod iam satis explicatum est in superioribus. Antecedens vero patet Genes. 1. Producat terra herbam virentem & afferentem semen.

AD argumentum vero ex Diu. Aug. in lib. 7. super Genes. respondetur, quòd D. Aug. in illo loco expresse dicit, quòd plãtæ habent motum ab extrinseco, quo nutriuntur & augentur sicut capilli & vngues in nobis, quibus verbis aperte insinuat plantas habere vitam sicut habent vitam capilli & vngues secũdum doctrinam ipsius D. Aug. Secũdo respondetur, q; in illo c. 76. vocauit D. Aug. animã viuere nõ quæcunque animam sed illã, quæ cõfert esse sensitiuũ & motiuum secundũ locum, qualis est anima, quæ repertur in animalibus & in homine: animam vero plãtarũ nõ vocauit animã viuente, propterea quod habet infimũ gradum viuentium & maximè propinquũ terræ. Quare etiã in cõmuni vsu sacræ scripturæ & hominũ, rarissimè cõtingit, q; plãtæ dicantur viuere aut mori & D. Th. suprà q. 69. ar. 1. ad 2. dixit, quòd Genes. 1. plantarum productio ponita est quasi quædam terræ formatio.

¶Circa solutionẽ ad 3. D. Th. in ar. præced. Caie. nõ solũ ibi sed et q. 19. ar. 1. & in 2. de anima c. 3. tractãs differimẽ inter appetitum naturalem & animalẽ subdit q; illa propositio Arist. 1. metaph. in princi. Omnis homo naturaliter scire desiderat debet intelligi de appetitu animali elicito qui præsupponit cognitionem quæ intelligentia videtur maximè consona cum doctrina D. Thom. in 1. 2. quæstio. 10. articu. 1. Vbi dicit quòd voluntas naturaliter fertur in ea quæ sibi naturaliter conueniunt, cuiusmodi sunt cognitio veri, esse & viuere & in 2. 2. quæst. 166. art. 2. vbi docet virtutem studiositatis et moderatricem huius naturalis desiderij propter quæ duo loca etiam Ferr. libro 1. contra gentes capit. 4. magis inclinat in hanc sententiam Caietan. subdit tamen quòd illa propositio Arist. potest etiã sanè intelligi de appetitu naturali non elicito secundum quod intellectus habet suã natura habitudinem & ordinem ad cognitionem veri tanquam ad sibi conueniens quam explicationem existimat esse magis ad mentem Aristot Iauellus 1. metaphy. q. 3. imo existimat esse magis ad mentem D. Thom. in illo loco lect. 1. vbi dicit quòd homo naturaliter appetit scientiam sicut materia appetit formam. Sed si D. Thom. attente legatur in illo loco non distinguit expresse appetitum naturalem contra elicitũ sed absolute loquitur de naturali desiderio hominis. Quapropter intelligentia Caieta. & Ferra. est potius tenenda.

ARTICVLVS. III.

¶Vtrum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores.

AD TERTIVM sic procedi- 387
tur. Videtur, quòd inconuenien- 2. d. 2. q.
ter distinguantur quinque sensus 2. art. 2.
exteriores. Sensus enim est cogno ad 5. fin.
scitiuus accidentium. Sunt autem multa ge- & q6. de
nera accidentium. Cum ergo potentiæ distin- anima
guantur per obiecta, videtur quòd sensus mul artic. 13.
tiplicentur secundum numerum, qui est in ge cor. co. 3
neribus accidentium. & 3. lib.

¶2. Præterea. Magnitudo et figura, & alia de ani-
quæ dicuntur sensibilia communia, non sunt ma, lect.
sensibilia per accidens, sed contra ea diuidun- 7.
tur in * 2. de anima. Diuersitas autem per se *tex. 63.
obiectorum diuersificat potentias. Cum ergo & 64. to.
plus differant magnitudo & figura à colore 2.
quam sonus: videtur q; multo magis debeant

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

essa alia potentia sensitiua cognoscitiua magnitudinis, aut figuræ, quàm coloris & soni

¶ 3 Præterea. Vnus sensus est vnius contrarietatis: sicut visus albi et nigri. Sed tactus est cognoscitiuus plurium contrarietatũ, scilicet caliditatis & frigiditatis, humiditatis & siccitatis, & huiusmodi. Ergo non est sensus vnus, sed plures. Ergo plures sensus sunt quàm quinque.

¶ 4 Præterea. Species non diuiditur contra genus. Sed gustus est tactus quidam. Ergo non debet poni alter sensus præter tactum.

SED contra est, quod Philosophus dicit
li. 2. tex. 128. 20. in* 2. de anima, q̃ non est alter sensus præter quinque.

1. RESPONDEO dicendum, quòd ratione distinctionis & numeri sensuum exteriorum quidam accipere voluerunt ex parte organorum, in quibus aliquod elementorum dominatur, vel aqua, vel aer, vel aliquid huiusmodi. Quidam autẽ ex parte medii, quod est vel coniunctum, vel extrinsecum: & hoc vel aer, vel aqua, vel aliquid huiusmodi. Quidam autem ex diuersa natura sensibiliũ qualitatum, secundum quod est qualitas simplicis corporis, vel sequens complexionem. Sed nihil istorum conueniens est. Non enim potentiæ sunt propter organa, sed organa propter potentias. Vnde non propter hoc sunt diuersæ potẽtiæ, quia sunt diuersa organa. Et ideo natura instituit diuersitatẽ in organis, vt congruerent diuersitati potentiarũ. Et similiter diuersa media diuersis sensibus attribuit, secundũ quod erat conueniens ad actus potentiarum. Naturas autẽ sensibiliũ qualitatum cognoscere non est sensus, sed intellectus. Accipienda est ergo vnica numeri & distinctionis exteriorum sensuum secundũ illud quod proprie & per se ad sensum pertinet. Est autem sensus quædã potẽtia passiua, quæ nata est immutari ab exteriori sensibili. Exterius ergo immutatiuũ est quod per se à sensu percipitur & secundũ cuius diuersitatẽ sensitiuæ potentiæ distinguuntur. Est autẽ duplex immutatio, una naturalis, & alia spiritualis. Naturalis quidem secundũ quod forma immutantis recipitur in immutato secundũ esse naturale: sicut calor in calefacto. Spiritualis autẽ secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secundũ esse spirituale, vt forma coloris in pupilla, quę nõ fit per hoc colorata. Ad operationem autem sensus requiritur immutatiõ spiritualis, per quam intentio formæ sensibilis fiat in organo sensus. Alioquin, si sola immutatio naturalis sufficeret ad sentiendum, omnia corpora naturalia sentirent dum alterantur. Sed in quibusdam sensibus inuenitur immutatio spiritualis tantũ, sicut in visu. In quibusdam autem, cum immutatione spirituali etiam naturalis, vel ex parte obiecti tantũ, vel etiam ex parte organi. Ex parte autem obiecti inuenitur transmutatio naturalis secundum locum quidem in sono, qui est obiectum auditus. Nam sonus ex percussione causatur, & aeris commotione. Secundum alterationem verò in odore, qui est obiectum olfactus. Oportet enim per caliditatem alterari aliquo modo corpus ad hoc quòd ipsum redderet odorem. Ex parte autem organi est immutatio naturalis in tactu & gustu. Nam & manus tangens calida calefit, & lingua humidatur per humiditatem saporum. Organum verò olfactus aut auditus nulla naturali immutatione immutatur in sentiendo, nisi per accidens. Visus autẽ, quia est absque immutatione naturali organi & obiecti, est maximè spiritualis, & perfectior inter omnes sensus & communior. Et post hoc auditus, & deinde olfactus, qui habent immutationem naturalem ex parte obiecti. Motus enim localis est perfectior & naturaliter prior quàm motus alterationis, vt probatur in* octauo Phys. Tactus autem & gustus sunt maximè naturales. De quorum distinctione posteà dicetur. † Et inde est q̃ alij tres sensus non fiunt per medium coniunctum, ne aliqua naturalis transmutatio pertingat ad organum, & vt accidat in his duobus sensibus.

AD primum ergo dicendum, quòd non omnia accidentia habent vim immutandi secundum se, sed sola qualitas tertiæ speciei secundũ quas contingit alteratio. Et ideo scala huiusmodi qualitates sunt obiecta sensuum: quia vt dicitur in* 7. Phys. secundum eadem alteratur sensus, secundum quę alterantur corpora inanimata.

AD secundum dicendum, quòd magnitudo & figura, & huiusmodi, quę dicuntur communia sensibilia sunt media inter sensibilia per accidens, & sensibilia propria, q̃ sunt obiecta sensuũ. Nã sensibilia propria primo & per se immutant sensum, eũ sint qualitates alterantes: sensibilia verò cõia omnia reduuntur ad quantitatem. Et de magnitudine quidem & numero patet quòd sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quantitatem: cùm consistat ratio figuræ in terminatione magnitudinis. Motus autem et quies sentiũtur secundum quod subiectum vno modo, vel pluribus modis se habet secundum magnitudinem subiecti vel localis distantiæ quãtum ad motum augmenti & motum localẽ, vel etiam secundum sensibiles qualitates, vt in motu alterationis. Et sic sentire motũ & quietem, est quodammodo sentire vnum & multa. Quantitas autem est proximum subiectum qualitatis alteratiuæ, vt superficies coloris. Et ideo sensibilia communia non mouent sensum primo & per se, sed ratione sensibilis qualitatis, vt superficies ratione coloris. Nec tamen sunt sensibilia per accidens: quia huiusmodi sensibilia aliquam diuersitatem faciunt in immutatione sensus. Alioquin nõ immutatur sensus à magna superficie & à parua: quia etiam ipsa albedo dicitur magna vel parua. Et ideo diuiditur secundum proprium subiectum.

Li. 2. de ani. tex. 106. vsque ad 120. to. 2. AD tertium dicendum, q̃ sicut Philosophus videtur dicere in* 2. de anima, sensus tactus est vnus in genere, sed diuiditur in multos sensus secundum speciem. Et propter hoc est diuersarum contrarietatum. Qui tamen non separãtur ab inuicem secundum organum, sed per totum corpus se concomitantur. Et ideo eorum distinctio non apparet. Gustus autem, qui est perceptiuus dulcis & amari, concomitatur tactum in lingua, non autem per totum corpus. Et ideo de facili à tactu distinguitur. Posset tamen dici quòd omnes ille contrarietates & singulę conueniunt in vno genere proximo, & omnes in vno genere communi: quod est obiectum tactus secundum rationem communem. Sed illud genus commune est innominatum, sicut etiam genus proximum caliditatis & frigiditatis est innominatum.

lib. 2. de anima tex. 28. & 94. to mo 2. AD quartum dicendum, quòd sensus gustus secundum * dictum Philosophi est quædam species tactus, quæ est in lingua tantũ. Nõ autem distinguitur à tactu in genere, sed à tactu quantum ad illas species, quę per totum corpus diffunduntur. Si verò tactus sit vnus sensus tantum, propter vnam rationem communem obiecti, dicendum erit, q̃ secundum rationẽ diuersam immutationis distinguitur gustus à tactu. Nã tactus immutatur naturali immutatione, & non solum spirituali quantum ad organum suum secundum qualitatem, quę ei propriè obij citur. Gustus nõ quantũ ad organũ nõ immutatur de necessitate naturali immutatione secundũ qualitatem, qua ei propriè obij citur. Vt. s. lingua fiat dulcis vel amara, sed secundum præambulam qualitatem, in qua fundatur sapor, s. secundum humorem qui est obiectum tactus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua.
¶ Secunda. Hæc distinctio sensuũ nõ sumitur penes illos modos, quos aliqui autores assignabant.
¶ Tertia conclusio. Hæc distinctio desumenda est penes diuersum modum immutandi potentias, quẽ habet obiectum sensibile. Rationes pro his cõclusionibus explicabimus in commentariis.

COMMENTARIVM.

DE materia huius articuli agit Aristot. 2. lib. de Anima à cap. 5. vsque ad 14. vbi eius interpretes sunt videndi. Nos autem sequentes ordinem, quem ibi Arist. seruat prius disputabimus in cõmuni ea omnia, quæ sensibus exterioribus & sensibili, quod est eorum obiectum, conueniunt, & deindè de quolibet sensu exteriori in particulari & de eorum obiectis vt de visibili & visu, audibili & auditu agemus.

De potentiis sensitiuis in communi.

DVbitatur primo. Vtrum potentiæ sensitiuæ sint merè passiuæ. ¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Nam alias sequeretur potentias animæ vegetatiuæ esse nobiliores & perfectiores, quàm potentiæ sensitiuæ; consequens est falsum, ergo & antecedens. Sequela probatur. Nam actiuum nobilius est quàm passiuum; sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentiæ animæ vegetatiuæ sunt actiuæ, A vt dictum est articulo præcedenti, ergo, &cet. Falsitas autem consequentis probatur. Nam anima sensitiua nobilior est & perfectior, quàm vegetatiua, cum sit superior, ergo potentiæ sensitiuæ nobiliores, sunt quam vegetatiuæ. Neque satisfacit solutio Di. Thom. infrà quæstione scotuagesimanona. articulo tertio. ad secundum, quòd agens est nobilius patiēte si ad idem referantur, non autem si ad diuersa. Nam ratio formalis agentis est nobilior ratio- B ne formali patientis, absolutè sumendo istas duas rationes, ergo quicquid essentialiter clauditur sub agentis ratione essentialiter est nobilius cōtentis sub ratione patientis. Constat autem quòd potentia sensitiua essentialiter clauditur & reponitur ab istis sub ratione potentiæ passiuæ, & vegetatiua essentialiter sub ratione potentiæ actiuæ, ergo. ¶ Secundo. Ratio Aristotelis, qua probat lib. 2. de ani. c. 5. tex. 52. has potētias esse passiuas, est nulla, ergo nihil probat. Probatur antecedens. Nam ratio eius est, quia alias se sentiret, sed hæc ratio est nulla. Tum quia supponit falsum nam tactus sentit primas qualitates quæ sunt eius obiectum, infirmus enim ardorē febris sentit. Tum secundo. Quia licèt ignis sit actiuus non tamen comburit se, sed combustibile externum, ergo licet sensus sit actiuus non sequitur quod sentiat se. Quod si dicat aliquis esse discrimen, quia actio ignis est transiens, actio vero sensus immanens. Cō- D tra, voluntas est actiua potentia, & eius actio immanes, & tamen non vult se, sed aliquid aliud. ergo licèt sensus sit potentia actiua, & eius actio immanens, non sequitur quod sentiat se. ¶ Tertio. Forma est principium actionum, sed potentiæ istę sunt formæ, vt patet, ergo sunt principia actiua. Confirmatur ex Aristot. 2. de generatione text. 59. vbi dicit, quòd sicut proprium est materiæ pati, ita formæ agere, sed potentię istæ sunt formæ, ergo, &c. E

¶ Quarto. Oculi mulieris menstruatę inficiunt aerem & speculum, vt experientia patet, & docet Aristot. de somno & vigilia; sed hoc non potest fieri nisi oculi habeant aliquam actionem, ergo potēia visiua est actiua, similiter & reliquæ sensitiuę.

¶ Quinto. Sensus videt, audit, &c. ergo agit, quia istæ sunt operationes, quæ actiue & vitaliter procedunt à potentia. Confirmatur. Nam potentiā esse actiuam vel passiuā a fine suo proprio coniectandum est; at finis sensus est sua immanens operatio (ad hanc. n. ordinatur receptio specierum) ergo.

¶ Sexto. Id, quod inferius & materialius est, non agit in id, quod superius & immaterialius est; sed res istæ sensibiles sunt materiales: sensus vero quodammodo sunt immateriales & superioris ordinis, ergo non possunt pati ab his sensibilibus.

QVæstio hæc grauis est & ardua æque nimium difficilis propter magnam varietatem opinionum, quæ in hac parte versant. Prima est Plotini Æneas. 4. libro 6. & Simplicij lib. 2. de anima text. 51. & 52. dicentium animam per potentiā sensitiuam esse principium sensationis actiuum. Putant enim sensationem esse actionem solius animæ & nullo modo passionem: & ita dicunt speciem in solo organo C corporeo recipi, quæ excitat animam velut sopitam ad sentiendum; ipsa tamen anima est, quæ sola per potentiam sibi inhærentem videt, audit, & sentit. Hæc sententia iam à nobis est supra quęstione 77. art. 5. impugnata, & est contra Arist. lib. de somno & vigil. cap. 1. vbi inquit; Sentire non est animæ solius nec corporis sed coniūcti, eius est potentia.

¶ Secunda sententia tribus solet Alberto Magno lib. de apprehensione, & in summa de homine folio 112. quem sequitur Gaet. Thyenens. in opusculo de sensu agente. Isti autores dicunt potentiam ipsam esse simpliciter passiuam respectu sensationis, speciem vero in organo receptam esse principium actiuum. Hoc exemplo intelliges horum sententiam. A qua recipit calorem, & actiue calefacit, cuius calefactionis solus calor est actiuum principium non autem aqua, sed solum est passiua potentia ad recipiendum calorem. Ita dicunt de specie recepta in organica potentia, ipsa enim sola (inquiunt) est principium actiuum, & sensatio actio est; tamen potentia passiua est, dicitque Thyenen. esse contra omnes philosophos ponere sensum potētiam actiuam. ¶ Tertia sententia est quorundam re-

recentiorum dicentium, quòd sicut in ira A nis & in esse representatiuo, & esse eius in est duplex motus, alter materialis, s. ascensio sanguinis circa cor, alter formalis, scilicet, ipsa vindictæ appetitio; ita in sensatione est duplex immutatio. Altera, in qua se habet passiue sensus, scilicet, receptio specierū, & hæc se habet materialiter & antecedenter. Altera formalis, scilicet, actio ipsa & sensatio. Dicunt ergo, quòd licèt respectu primi se habeat sensus passiue, at respectu secundi potentia sola se habet actiuè, ita quod ad illam non concurrit species. Hæc sententia videtur aliquo modo conformis opinioni Durandi, qui in 2. distinctione 3. quæstione 6. negat omnino has species in potentijs, & propterea cōcedere tenetur potentiam se sola esse sufficiens principium actiuum respectu suæ actionis.

¶ Quarta est Apolinaris libro 2. de ani. quęstio. 13. & Ianduni quęstione 16. & alio rum dicentium esse duas potentias sensitiuas vnam patientem; aliam agentem. v.g. quòd sicut est duplex intellectus agens & patiens, ita ēt est duplex visus: agens producit sensationem, & est actiuus; patiens recipit sensationem, & est passiuus, sed de hac opinione dicemus dubio sequēti, & infra quæstione 79. artic. 3. ¶ Quinta opinio est aliorum dicentium, quod sensus formaliter est potentia passiua, & sensatio est formaliter receptio specierum in potētia. Itaque ipsa sensatio est formaliter passio. v.g. visio non est aliqua actio elicita ab ipsa potentia, sed est ipsa receptio speciei in oculo. Pro cuius intelligentia notant isti autores, quòd species sensibilis potest dupliciter cōsiderari. Vno modo vt est forma quædam accidentalis inhærens: alio modo vt est similitudo quædam & imago obiecti, & est ipsum obiectum quodammodo, verbi gratia, species visibilis considerata in genere cognitionis vt est similitudo quædam colo ris & quodammodo ipse color. Dicunt, ergo, quòd receptio speciei secūdo modo est E ipsa sensatio, ita quòd non est duplex esse speciei sensibilis, & esse illius in potentia sensitiua, sed idem; sicut idem est forma & esse formę, & albedo & esse album, & eadē est mutatio ad albedinē, & ad esse albū; ita similiter species sensibilis in esse similitudi

nis & in esse representatiuo, & esse eius in potentia sensitiua idem est, & eadem mutatio est ad speciem & ad esse illius in potētia, & tale esse est sensatio. Hæc sententia est Ægidij libro 2. de anima capitulo 5. & Paul. Veneti summa de homine libro 2. capitulo 10. & August. Niphi in tract. de sensu agente, & solet communiter ab omnibus tribui Caietan. in eod. 2. libro de anima capitulo 5. & certe ita videtur sentire, nisi attentissimè legatur. Nihilominus tamen nullo modo hoc sentit. Ipse enim ex B professo probat has potentias sensitiuas nec esse merè actiuas, nec mere passiuas, sed medias inter vtrasque.

¶ Hæc sententia habet pro se aliqua testimonia Aristotel. Primum est, nam lib. 2. de anima tex. 55. Confert has potentias scientī & potenti militare, sed sciens & potens militare tantum sunt in potentia ad actum secundum, ergo huiusmodi potentiæ tantum sunt in potentia ad actum secundum, C qui est receptio specierum, ergo illa receptio in sensu est sensatio. Et confirmatur. Vbi est duplex actus primus & secundus est duplex transmutatio, nempe, & ad actū primum & ad actum secundum; sed tantum est vna transmutatio in his potentijs, qua transmutantur à suo sensibili, ergo tantum est vnicus actus, qui est receptio specierum. Secundum est ex lib. de somno & vigil. c. 5. vbi definiens Arist. sensationem, inquit; Sensatio est mutatio animæ corpo- D ris interuentu prouenientis, ergo sensatio est passio causata à sensibili. Tertium est in 2. libro de anima cap. vlti. text. 134. & 139. vbi dicit, q̄ eadem est motio sensus & sensibilis, sicut eadem est motio moti & motiui, diuersa tamen ratione. Nam vt procedens est à motiuo est actio, vt est moti est passio, ergo mutatio sensus est ipsius quatenus mutatur ab obiecto.

¶ Vltima sententia in hac controuersia est, quòd sensus patitur quidem ab obiecto recipiendo speciem ab illo emissam, illa tamen specie informatus actiuè producit sensationē, vnde sensatio est actio præsupponens tamē passionem. Hāc sententiā habet Philopponus hic circa text. 131. Scotus 3. sententiarum quæst. 4. ar. 2. & Capreolus ibidē Ferr. 2. contra gent. capit. 57. Caie-

tan.inf.quæstio.79.articu.2.imo est expressa S.Thom.sup.q.56.art.1.

PRo expositione notandum est. Primo, quòd sensus dupliciter considerari potest. Vno mõ in genere entis vt ens quoddam est habens suam naturam & complexionem: alio modo in genere cognitionis, vt est quædam potentia cognoscitiua. Et præsens quæstio non procedit primo modo, nam in illa consideratione manifestum est sensum habere quandam actiuitatem prouenientem ex tali complexione & tem B perie primarum qualitatum. Experientia enim constat basiliscos interficere homines, & pueros anus fassinare, & mulieres menstruatas inficere aerem & speculum; quod docet Aristotel. loco supra citato. Quæ omnia contingunt propter corruptionem prouenientem ex aliqua venenosa complexione. Quæstio igitur præsens est de sensu secundo modo, vt est quædam potentia cognoscitiua. ¶ Secundo notandum est ex Di. Thom. de veritate quæstio. C 16.articu.1.ad 13. quòd non sic distinguuntur potentia actiua & potentia passiua, q̃ potentia actiua habeat operationem, non autem potentia passiua, sed distinguuntur secundum ordinem ad sua obiecta. Potentia enim, cuius obiectum comparatur ad ipsam sicut patiens ad agens, dicitur potentia actiua; potentia autem, cuius obiectum comparatur ad ipsam sicut agens ad patiens, dicitur potentia passiua. Vnde inter potentias animæ, potentiæ vegetatiuæ sunt actiuæ, agunt enim in ipsum alimentum, alterando ipsum & immutando; intellectus autem possibilis est potentia passiua, quia patitur ab intelligibili & immutatur ab eo. His positis est.

PRima conclusio. Species non est totale principium sensationis. Hæc conclusio est contra secundam sententiam. Et probatur primo. Principiũ actionis vitalis, qualis est sensatio, debet esse vitale; sed species sola hoc non habet, ergo. Secundo. Aristo. libro 2. de anima capite 3. docet, quòd anima est causa actiua sensationis, ergo p̃ter speciem debet concurrere ad illam aliqua eius vis. Tertio. Species cum sit forma accidentalis corporalis non potest agere nisi mediante aliqua parte corporea, in qua A recipiatur; at recipitur in potentia, ergo potentia mediante illa specie producit sensationem. Antecedens patet. Nam accidens semper est forma & ratio agendi subiecto, in quo est. Quarto. Nam visio debet subiectari & inesse agenti, quia est actio immanens, non autem manet in specie; ergo. Quinto. Quia si species esset totale principium sensationis, ergo si per impossibile esset per se talis species, similiter produceret visionem, sicut calor calefaceret, si per se subsisteret. Sextò. Species sola non est tam perfecta sicut ipsa sensatio, ergo nõ est causa totalis eius. Antecedens probatur. Nam perfectissimus actus conueniens naturæ perfectiori, est nobilior prima producta ab agente ignobiliori. Hac enim ratione ex effectuum perfectione cognoscimus causarum nobilitatem: at perfectissimus effectus sensitiui, quod est perfectius corpore insensibili, essent illi, ergo. Confirmatur. Nam sequitur speciem esse nobilio C rem sensu, nam actus speciei est agere, sensus verò recipere: at nobilius est agere, quam recipere, ergo.

¶Secunda conclusio. Potentia sola non est principium sensationis. Hæc conclusio est contra tertiam sententiam, & probatur primo. Nam Aristoteles libro 2. de anima capite quinto. dicit, quòd actiua sensationis sunt extrinseca sensibilia, visibile, audibile, &c. at hæc non causant sensationem per se, sed per suas species, ergo non solùm D potentia, sed etiam species concurrunt ad eliciendam sensationem. Secundo. Potentia sensitiua non potest cognoscere suum obiectum nisi factas in actu per species rei sensibilis, ergo non solùm potentia, sed etiam species est principium sensationis. Confirmatur. Nam Di. Thom. de veritate quæstione 8. articulo 6. ad tertium. & articulo 7. in argumento sed contra docet, q̃ ex potentia cognoscente & re cognita fit vnum principium efficiens cognitionis; E sed res cognita non est principium cognitionis per se sed per suas species, non ergo sola potentia concurrit ad sensationem eliciendam. Confirmatur secundo. Nam species intelligibilis in creaturis concurrit effectiuè simul cum intellectu ad intellectionem, vt satis latè iam ostendimus sup. q. 12. artic.

artic. 2. dub. 2. & quæst. 56. articu. 1. dub. 1. de quo etiam iterum redibit sermo inf. q. 85. artic. 2. ergo idem dicendum est de specie sensibili. Tertio. Sensus agit per formã, per quam est in actu, ergo per speciẽ. Antecedens probatur, quia cum nihil agat nisi secundum quod est actu, per idem aliquid est actu & agit. Consequentia verò probatur, quia per speciem sensus est in actu in genere sensibilium, nam secundùm se erat in pura potentia in illo genere, cum secundum se nullam formam sensibilem haberet. Hæc conclusio amplius probabitur infra in hoc articulo. dubio 3. conclusione 5.

¶Tertia conclusio. Receptio specierum sensibilium in potentia non est sensatio. Ista conclusio est contra primam opinionem, & probatur primo. Nam Aristot. lib. 2. de anima c. 4. text. 37. dicit animam esse principium actuum alterationis, augmentationis, & sensationis, ergo anima nõ contulit merè passiuè ad sensationẽ, sed actiuè producit illam media potẽtia. Præterea 9 Metaphy. text. 12. visionem ponit actionem immanentem, ergo visio actio est, & non sola speciei receptio. Præterea de sensu cap. 2. contra Democritum arguit, qui dicebat visionem esse emphasim & apparitionem quandam rei obiectę in ipso oculo, reprehenditque hoc dicens, quòd speculum videret, si visio talis esset, non ergo est sola specici receptio visio seu sensatio. Secundo probatur. Si receptio alla specierũ D esset sensatio, sequitur, quòd visus, ver. gr. non perciperet distãtiam obiecti, nec propinquitatem. Sequela probatur. Nam eadem est receptio specierum, quæ representant obiectum siue propinquum siue distans, eædemque sunt species missæ ab obiecto siue propinquo siue distanti, ergo nulla percipitur differentia propinquitatis vel distantiæ. Confirmatur. Nam contingit esse species in potentia, v. g. in visu, & quòd non sit visio vt in dormientibus apertis oculis, sicut in leone & leporibus contingit. E Terno. Omnes discipuli Di. Thom. supra quæst. 55. artic. 2. admittunt ni angelis species intelligibiles cõgenitas, & tamen nullus admittit illis esse intellectiones congenitas, ergo esse speciei intelligibilis in intellectu non est intellectio, & similiter esse speciei sensibilis in sensu non est sensatio. Quarto. Sensatio est operatio vitalis, ergo producitur actiuè à principio vitali intrinseco. ¶Ex hac conclusione sequitur primo sensationem esse operationem à sensu actiuè productam, quod probatur eisdem argumentis, quibus probatur hæc conclusio. Sequitur secundo, quòd si potentia sensitiua comparetur in ordine ad sensationem est potentia actiua simpliciter non passiua B nisi secundum quid; Prima pars huius corolarij patet euidenter ex dictis. Nam sensatio producitur actiuè à sensu, ergo sensus in ordine ad illam est potentia actiua non passiua. Secunda vero pars probatur. Nam cum sensatio sit actio immanens, quæ recipitur in ipso sensu tanquam in subiecto, necessario est dicendum, quòd sit potentia passiua in ordine ad receptionem sensationis.

¶ Quarta conclusio. Si sensus consideretur in ordine ad obiectum & species, quas ab ipso emissas recipit, est simpliciter potentia passiua. Hæc conclusio est expressa Aristo. lib. 3. de anima ca. 5. per totum, vbi pro eius expositione in primis supponit in tex. 53. quòd sensus & sentire dicitur dupliciter. Vno modo potentia, vt dicimus videre, quod põt videre, licèt actu dormiat, & audire quamuis non audiat de præsenti. Altero modo dicitur sentire actu ipso, vt cum videmus actu & operamur. Similiter sensatio dicitur dupliciter & ipsa potentia sentiendi, & ipsa sensatio seu operatio sentiendi, quæ dicitur actus. Deinde in tex. 55. & inf. ponit duas diuisiones. Prima diuisio, aliquid dicitur in potentia dupliciter. Vno modo in potentia remota, vt puer & indoctus non habens actum sciendi neque habitum; secundo modo dr aliquid in potentia proxima vt sciens ad speculationem, & militans ad militandum. Assignat discrimen Aristoteles inter illas duas potentias, q̃ id quod est in potentia remota, oportet vt exeat in actum q̃ alteretur & recipiat aliquid in se, imò aliquando quòd abiciat contrarium si habebat, vt patet in addiscente cum erroribus & ignorantia præue dispositionis. At vero quod est in potentia proxima, non eget aliqua alteratione, vel vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid recipiat. Quo posito dicit, quòd A sensus est in potentia secundo modo, & probat; quia statim potest sentire, nisi sit aliquod externum impedimentum, vt sciens statim potest contemplari. Secunda diuisio, pati seu passio est duplex, vna per abiectionem alicuius à suo contrario, vt cum aqua patitur ab igne; altera per receptionem, vt cum intellectus recipit intellectionem. Et est duplex differentia inter has passiones. Prima, quòd passio primo modo dicta est passio propria, & corruptiua semp; B passio verò secundo modo dicta est, impropriè passio, & vt in plurimum est perfectiua. His positis in text. 51. probat Arist. conclusionem à nobis positam tribus rationibus, quæ in summa sic habẽt. Primò, quia sensatio est alterario. Secunda quia aliàs insolubilis esset quæstio, quare sensus non sentiunt se. Tertio, quia aliàs esset sensatio sensibili non existente. Ex dictis infert primo Aristot. in fine capitis, quòd sensus dicitur pati passione secundo modo accepta, C scilicet, perfectiua. Patet, quia sensus perficitur per sensationem sicut perfectibile à suo perficiente. Secundo infertur, q; sensus reducitur de potentia ad actum per suum obiectum sicut intellectus à suo obiecto. Probat. Nam cum sit potentia passiua ab aliquo reduci debet in actum, & non est aliud nisi obiectum, ergo Sed assignat differentiam inter obiectum sensus, & obiectum intellectus, quòd obiectum sensus est singulare, obiectum autem intellectus D vniuersale, & sic quodammodo habet suũ esse intra animam. Ex qua differẽtia infert Aristote. aliam, scilicet, nos intelligere cum volumus, sentire autem nequaquam, nisi sensibilia existant præsentia.

¶ Hæc est summa illius quinti capitis Aristotelis, ex quibus patet; quòd secundum eius sententiam sensus sunt potentiæ passiuæ in ordine ad species, quas ab obiecto emissas in se recipiunt. Quod idem sæpissime asserit, præcipuè in quodam pro- E blemate vbi quærit, quare sensus non sunt meliores seu fortiores in parte dextera quã sinistra, sicut etiam virtus motiua fortior est in dextera, quàm sinistra: & respondet, quòd differentia dextrorum & sinistrorum est in agendo, sensus autem sunt passiui.

Hanc eandem sententiam tenet Commentator explicans hoc caput quintum, & 7. Physi. commen. primo inquit, sensus sunt de virtutibus passiuis. Tenet etiam S. Tho. in loco supra citato. Et probatur ratione. Sensus recipit species sensibiles, per quas fit veluti in actu primo. Sed quælibet potentia patitur recipiendo suum obiectum, ergo sensus patitur in ista receptione. Confirmatur. Nullus sensus habet species naturaliter sibi cõgenitas, quin potius sicut Aristo. in 3. de anima text. 14. dixit de intellectu, quòd est à principio tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum; possumus etiam dicere de sensibus, quòd sunt tanquã tabulæ rasæ, in quibus nihil est depictum, ergo purè passiuè se habẽt in ordine ad obiectum & speciem. ¶ Quòd si quis quærat, quare sensus dicatur potentia passiua, potius quàm actiua simpliciter loquendo, siquidem quanuis in ordine ad obiectum, & species simpliciter sit potentia passiua, in ordine tamen ad actum sunt simpliciter potentiæ actiuæ? Respondetur, quòd ad sciendum, an potentia sit actiua vel passiua, considerari debet in ordine ad suum obiectum, & non in ordine ad actum. Si enim est transmutatiua obiecti, erit potentia actiua, & comparatur ad obiectum sicut agens ad patiens, verbi gratia potentia calefactiua ignis est actiua, quia est transmutatiua calefactibilis, & comparatur ad calefactibile sicut agens ad patiens. Si autem ipsa potentia est transmutabilis ab obiecto, est passiua & comparatur ad ipsum obiectum sicut patiens ad agens; sensus autem est transmutabilis ab obiecto, & comparatur ad ipsum tanquam patiens ad agens, & ita simpliciter est potentia passiua. ¶ Vltima conclusio. Nostrum sentire est quoddam pati absolutè & simpliciter. Hæc conclusio intelligenda est antecedenter & causaliter, non autem formaliter, & sequitur ex dictis in 3. & 4. conclusione. In quar ta enim diximus, quòd sensus in receptione specierum se habet passiuè, & in tertia, quòd ista receptio specierum non est sensatio: & ita in sensu est duplex motus, siue distinguantur formaliter siue realiter; vnus, quo transmutatur sensus ad sensibile in receptione specierum; alter, quo sensus ip-

se percipit suum sensibile. Primus motus A requiritur antecedenter ad secundum, & ratione illius dicitur nostrum sentire antecedenter esse quoddam pati: secundus vero est formaliter sensatio, & causatur à primo; & ideo nostrum sentire dicitur causaliter quoddam pati. Resolutio huius quæstionis est maximè notanda pro his, quę dicemus infrà quæst. 79. articu. 1. vbi similem quæstionem disputabimus de intellectu & intellectione; Vtrum, scilicet, potentia intellectiua sit passiua q̃ intelligere nostrum B sit quoddam pati.

AD argumenta in principio posita respondetur. Ad primum respondetur, quòd solutio ibi data est optima. Ad replicam quòd illud habet verum, quando prędicatum nobilius, est vniuocum, quod hic non contingit. Nam analogicè tantum reperitur actio & passio in potentia vegetatiua & sensitiua, quia passio vel actio sensus potius est qualitas, quam actio & passio. Respondetur secundo ad argumentum C principale negando consequentiam. Ad probationem dicitur, quòd actiuum est nobilius passiuo sibi correspondente, in quod, scilicet, agit, non autem simpliciter omne actiuum est nobilius quolibet passiuo. Sensus autem, qui sunt potentiæ passiuæ, non sunt passiuæ respectu potentię vegetatiuę; ita quòd istæ agant in illos, sed dicuntur passiuæ in ordine ad suum obiectum, & vegetatiuæ dicuntur actiuæ in ordine etiã ad suum obiectum.

¶ Ad secundum negatur antecedens. Ad probationem negatur minor. Ad cuius primam probationem respondetur ex Philopono super hunc locum Aristotelis, quòd tactus non sentit calorem suum sed sanguinis & aliorum humorum feruentium, qui suo calore agunt in neruos, vbi tactus est. Similiter pars benè habens sentit affectionem alterius malè habentis, vnde cum febris est in ipsa carne & neruis nõ sentitur, & hæc pessima est, qualis est Ethica. Ad E secundam respondetur, quòd Aristot. supponit vnum certũ in sua ratione, puta sensationem esse in animali sentiente, & non transire in materiam exteriorem; tunc autem si actius esset, cũ esset in ipso animali, vtique esset in se, & ita ageret in se, se sentiendo, sicut si ignis calefactio esset immanens, vtique se calefaceret. Ad replicam contra hoc respondetur, quòd voluntas nõ solum vult alia à se, sed etiam se: sicut intellectus non solum intelligit alia à se, sed etiam se. ¶ Ad tertium respondetur, quod probat nostram quartam cõclusionem, scilicet, quòd potentiæ nostræ sensitiuæ sunt actiuæ & operatiuæ suarum operationum. Ad confirmationem primo, respondetur eodem modo. Secundo respondetur, quòd non est sensus illius propositionis; formæ est agere; quòd omnis forma sit actiua, & quòd omnis materia ita est passiua, vt nullo modo agat, sed sensus est, quòd omne, quod agit, agit per formam, patitur autem per materiam aut per id quod locum materiæ tenet. ¶ Ad quartum patet ex primo notabili. ¶ Ad quintum ex quarta conclusione. ¶ Ad sextum respondetur, quòd propter hoc argumentum Auerroes libro secundo. de anima commento 58. & 59. quem sequitur Albertus Magnus ibid. tracta. 3. c 6. ponebat intelligẽtiam quandam separatam causare sensationem. Sed si vt iacet hæc sententia intelligatur, est contra Aristotelem ponentem, quòd ipsum sensibile mouet per speciem, vt patet ibidem text. 59. & 62. Secundo. Quia aliàs falsum esset sensibile esse per se sensibile, siquidem non immutat potentiam. Quapropter respondetur cum Caietano lib. 2. de anima ca pi. 11. vbi explicat, quomodo res sensibilis D licet secundum se non attingat dignitatem sensus, bene tamen vt participat aliquid de substantiis separatis & luce cælesti. De qua re dubio 2. ad tertium, iterum sermonem faciemus, & fortassis in hoc sensu intelligendus est Auerroes, de quo vide August. Niphum lib. 2. de anima circa text. 59. Ad illa vero argumenta facta pro quinta opinione patet ex dictis. Solum enim probant, quòd sentire est pati antecedenter, & causaliter, vt dictum est, non autem formaliter.

DVbitatur secundo. Vtrùm detur sensus agens, qui reducat sensus, qui sunt potentiæ passiuæ, de potentia in actum.

¶ Videtur quòd sic. Primò. Sensus est potentia passiua, vt dictum est dubio præcedenti, ergo correspondet illi potentia acti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua, quæ producat sensationem, & reducat illum de potentia in actum. Neque valet dicere, quòd ipse sensus est passiuus, quatenus recipit species, & actiuus quatenus producit sensationes. Primo quia impossibile est, quòd idem simul sit in actu & potentia respectu eiusdem, ergo neque agens & patiens. Secundo, quia eadem ratione nō esset ponendus intellectus agens in intellectu. Nam possem ego dicere, quòd intellectus est passiuus in receptione specierum, & actiuus respectu intellectionis.

¶ Arguitur secundo. Ratio, qua probat Aristoteles intellectum agentem, est quia in natura perfecta, vbi est potentia ad oīa fieri, debet esse potentia actiua ad oīa facere; sed in sensu est potentia passiua, quæ sit omnia sensibilia, ergo debet correspondere in illo genere potentia actiua, quæ faciat potentiam esse sentibilia, quæ non est alia nisi sensus agens.

¶ Tertio. Nam sequitur, quod obiectum sensibile sit perfectius sensu, siquidē perfectio attenditur ex operatione; sed ad perfectissimā operationem sensus perfectius cōcurrit obiectum, quàm sensus, ergo. Probatur minor, quia obiectum concurrit actiue mediante sua specie, & sensus passiuē. Cōfirmatur. Nam sequitur idem de specie, etenim perfectiorem causalitatem habet sensus ratione speciei supra sensationem, quàm ratione sui, ergo species perfectior est, quàm potentia. Antecedens patet. Nam sensus ratione sui cōcurrit passiue, ratione vero speciei actiue. Consequentia autē probatur. Nam perfectio in his, quæ habent eādem operationem, attenditur penes nobilio rem modum causandi illam.

DE hac quæstione iterum redibit sermo infrà quæstione 79. articulo. 3. Interim notandum est, plures de hac re versari opiniones. Prima est Commentatoris citati in dubio præcedenti, qui asserebat intelligentiam quandam agentem, quæ causabat sensationem, & est extrinseca à passiuis sensibus, & ista intelligentia erat in orbe lunæ mouens illum. Sed ista opinio iam ibi fuit impugnata, & præterea. Falsitas eius apparet ex eo, quòd in naturæ perfectis oportet præter agens vniuersale esse etiam agens particulare, sicut in natura humana homo producit hominem cuiquā causā particularis, sed natura sensitiua in animalibus perfectis est natura perfecta, ergo si esset dādus sensus agens, oporteret dare præter sensum, qui esset causa vniuersalis, etiam sensum particularem. Sed si esset substantia separata, esset causa vniuersalis, ergo præter illam oporteret dari alius sensus agens, ac per consequens ista opinio est insufficiens.

¶ Secunda opinio est aliorū dicentium, q̄ in anima sunt duplices potentiæ sensitiuæ, quædam enim dicuntur sensus passiui, aliæ vero sensus actiui. v.g. quòd sicut duplex est intellectus agens & patiens, ita est duplex visus, duplex auditus, &c. alter agens, alter patiens. Adhuc tamen isti sunt diuisi, quidam enim illorum ponunt istos sensus agentes, vt producant species sensibiles in sensu. Alij vero non vt causent speciem sensibilem in sensu, sed vt causent sensationem in sensu, putā in visu visionem, in auditu auditionem. Hanc sententiam de sensu agente tenet Appollinaris libro 2. de anima quæstione 13. & Iandunus quæstione 16. contra has omnes sententias & similes est

CONCLVSIO. Nullus datur sensus agens, sed omnes potentiæ sunt passiuæ. Hæc conclusio est expressa S. Thom. 1. parte. q. 79. ar. 8. & q. 9. de spiritualibus creaturis ar. 10. ad 17. & probatur primo. Nam sensus agens non potest poni, vt causet species, nec vt causet sensationē in sensu passiuo, ergo nullo modo est ponendus. Antecedēs pro prima parte probatur ex Aristotele dicente in illo capitulo. 5. sæpè citato, quòd sensationis actiua sunt extra, & quòd reductio sensus de potentia ad actum, fit ab obiecto sensibili. Quo ad secundam vero patet ex dictis dubio secundo, vbi probauimus, q̄ sensus sunt operatiui suarum actionum, licèt in ordine ad receptiones specierum sint passiui. Secūdo. Nam sequeretur, q̄ essent plures, quam quinque sensus contra Arist. li. 2. de aui. c. 13. Sequela vero probatur, quia præter quinq. sensus passiuos darētur alij quinq. sensus agentes. Tertiò. Quia isti sensus deberēt esse in eodem organo, & habere idē obiectū, aliàs Arist. insufficienter posuisset numerū organorū & obiectorum

rū potētiarū sensitiuarū. Quod si ita est nō apparet, vnde & quomodo isti sensus agentes à passiuis distinguerentur. Alias rationes pro hac conclusione vide apud Ferrar. lib. 2. de anima q. 9.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum concedo antecedens, & nego consequentiam. Nam potē tia passiua reducitur de potentia in actum, vt iam sæpè dictum est, à suo obiecto. Vnde solutio ibi data est optima, & ad primā impugnationem respondetur, quòd sensus non est in actu & potentia respectu eiusdē. Nam est in potentia in ordine ad receptionem specierum, in actu vero respectu sensationis, quam actiue elicit. Ad secundam infrà quæstione 79. loco citato assignabimus rationem, quare ponendus sit intellectus agens & non sensus agens. Interim tamen breuiter ad hanc improbationem & ad secundum argumentum respondetur, quòd necesse est ponere intellectum agentem, propterea quòd intellectus possibilis intelligit per species vniuersales, & abstractas à conditionibus materialibus, quales species nullum obiectum, quod est à parte rei, potest causare. At verò non oportet ponere sensum agentem, propterea quòd sensus, qui est passiua, percipit suum obiectum per species materiales singulares & secundum conditiones materiales, quales species ipsum obiectum sensibile est sufficiens producere, vt modo explicabimus ad tertium.

¶ Ad quod respondetur, quòd nullum est inconueniens, quòd quamuis obiectum sensibile absolute inquantum est quædam res materialis sit imperfectius sensu, qui iā secundum se & absolutè accedit ad rationē rei spiritualis, in genere tamen sensibilium sit perfectius ipso inquātum reducit illum de potentia ad actum. Etenim obiectum sensibile habet hanc actualitatem supra sensum, non inquantum est res quædam materialis, sed inquantum participat aliquid de natura superiori. Pro cuius intelligentia notanda est elegantissima doctrina, quam habet D. Thom. quæstione 5. de potentia articulo 8. quòd corpus habet duplicem actionem, vnam quidem secundum proprietatem corporis, vt, scilicet, agat per motum; hoc enim est proprium corporis, vt motum moueat & agat. Aliam autem actionem habet secundum quòd attingit ad ordinem substantiarum separatarum, vt participat aliquid de modo ipsarum, sicut naturæ inferiores consueuerunt aliquid participare de proprietate naturæ superioris, vt apparet in quibusdam animalibus, quæ participant aliquam similitudinem prudentiæ, quæ propria est hominum. Hæc autem est actio corporis, quæ non est ad transmutationem materiæ, sed ad quandam diffusionem similitudinis formæ in medio, secundum similitudinem spiritualis intentionis, quæ recipit de re in sensu vel in intellectu. Et hoc modo sol illuminat aerem, & color speciem suam multiplicat in medio. Vterque autem modus actionis in istis inferioribus causatur ex corporibus celestibus. Nam & ignis suo calore transmutat materiam ex virtute corporis cælestis, & corpora visibilia multiplicant suas species in medio virtute luminis, cuius fons est in cælesti corpore. Hæc Diu. Thom. quæ maximè sunt notanda pro intelligentia huius rei. Ex quibus constat doctrina à nobis posita, scilicet, quòd quamuis obiectum sensibile in se præcisè consideratum non est sufficiens productiuum speciei intentionalis, cùm sit inferioris ordinis vt potè materiale comparatum spirituali. Si autem consideretur participatiuè, scilicet, prout omne per se sensibile est quædam forma simplex participans vtcunque superiorem naturam simplicis & separatæ formæ à materia secundum rem, sic est sufficiens productiuum, nec est inferioris ordinis. Nam licèt sit realiter materiale, tamen sub tali participatione censetur spirituale virtualiter.

DVbitatur tertio. Vtrum sint ponendæ species sensibiles, quæ ab obiectis emissiæ immutent sensus? ¶ Videtur q̄ non, primo. Nam experientia docet, vt dicebamus in præcedenti dubio, quædam animalia solo visu interficere, & quasdam mulieres solo visu lædere hominem, & menstruatas mulieres solo visu obnubilare speculum, docuit Aristo. in libro de somno

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vigil c.2.lect.9.apud D.Th.

¶ Secundo arguitur argumento quod refert Arist.libro de memoria & reminiscentia capite 2. Si istæ species essent in sensibus, propterea esset, quia sunt imagines obiectorum, quę sentiuntur. Sed hoc est impossibile, ergo. Probatur minor, quoniam impossibile videtur, quòd imago seu species exeli siue ingentis montis aut ciuitatis possit esse in tam parua pupilla oculi. Confirmatur. Species huiusmodi est diuisibilis, ergo vel tota recipitur in oculo, vt videatur B mons, vel aliqua ipsius particula. Tota recipi non potest, cum oculus sit paruus, nec pars, quia si sola pars speciei recipitur, ergo non videtur totus mons, sed vna sola pars, ergo non est ponenda huiusmodi species. Quod si dicas sat esse partē speciei ad percipiendum totū obiectum. Contra. Maneat ista pars in oculo meo, & cooperiatur aliquo obstaculo obiecti illius partis, tunc recipiam partem speciei, & non videbo obiectum totum, ergo non sufficit pars. Confirmatur secundo. Nam species sunt diuisibiles, ergo occupant spatium aliquod, ergo C multæ simul in parua pupilla esse non possunt; ergo tantam rerum multitudinem simul videremus, cuius oppositum experientia confirmat. Quòd si dicas simul recipi in vna parte pupillæ sicut albedo & dulcedo in vna parte lactis sunt; contra est, quòd iam oculus non perciperet diuersos obiectorum situs, quod tamen est falsum.

¶ Tertio. Si species est in oculo tanquam imago & similitudo obiecti, ergo ipsa spe- D cies cognoscitur directe à potentia sensitiua; consequens est falsum, ergo. Probatur sequela, quoniam videtur absurdum, quod potentia ducatur in cognitionem obiecti per aliquod representatiuum, quod tamen non cognoscatur ab ipsa potentia.

¶ Quarto. Secundum Aristotelem & experientiam ignis & quædam alia lucida videntur nocte a longissima distantia, sed nō videtur possibile, quòd species multiplicentur vsque ad sensum tam longo inter- E uallo, ergo.

¶ Quinto. Ex opposita sensitiua sequeretur, quòd duo accidentia eiusdem speciei solo numero differentia essent in eadē parte subiecti; consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quoniam contingit, quòd A duo alba simul emittant species in oculū, & multiplicent eas ad eandem partem medij, quæ species erunt eiusdem speciei, & solo numero different, sicut & ipsa obiecta, ergo illæ species solo numero differentes erunt in eodem subiecto.

¶ Sexto. Si darentur tales species, sequeretur duo contraria esse posse in eodē subiecto non solum in gradibus remissis, sed etiā intensis, consequens est contra vniuersam philosophiam, ergo & antecedens. Sequela probatur, quoniam contingit, quod album & nigrum simul immutēt visum, ergo duę species illæ erunt in eodem subiecto, & tamen sunt contrariæ sicuti obiecta ipsarum, ergo.

¶ Vltimo. Nam cum istæ species sint accidentia materialia debent educi ex potentia materiæ, hoc autem est falsum, ergo. Probatur minor. Nam si educuntur ex potentia materiæ, non producentur in instanti, quòd tamen videtur falsum. Nam instan- C taneè oculus videt; & sensus sentit: rum ēt, quia non est agens, quod illas producat, neque materia, ex cuius potentia educantur.

IN hac quæstione sunt diuersæ sententiæ. Prima fuit Platonicorum & ipsius Platonis in Tymeo, vt Aristoteles refert libro de sensu & sensato capite. 2. negantium huiusmodi species. Fundamentum horum autorum erat, quoniam existimabant visionem fieri per extramissionem quorundam spiritum ad obiecta, quæ videntur, non autem per susceptionem specierum ab ipsis obiectis. Democritus vero antiquior Platone ponebat, quòd de rebus visibilibus defluebant corpora subtilia vsque ad oculum, & ex præsentia ipsorum fiebat visio. Contra quam opinionem digreditur Alexander in libro de sensu & sensato adducendo plures rationes contra eam. Galenus vero libro 7. consonantiæ, quem refert Gregorius Nisse- nus libro 4. suæ philosophiæ capitu. 2. tenebat, quòd sensus non indiget aliqua spe- E cie recepta ad sentiendum, sed obiecta sua in debita distantia proposita percipiūt absque vllo alio intercueniente. Cuius etiam sententiæ videtur fuisse Seneca libro 2. naturalium quæstionum capit. 5. vbi tractat de iride. In hanc etiā suam solet adduci D. Augu-

Augustinus libro de quantitate animæ ca- A
pite 2. & 3. Sed certè si ibi sanctus attentè legatur, nihil tale docet; quin potius postea adducemus loca expressa ipsius, in quibus docet contrariā sententiam. Inter scholasticos aliqui negant omnes species sensibiles tam in medio, quàm in sensu, quorū princeps est Ocham. in 2. quæstio. 17. & 18. cuius mentem diffusè explicat Gabr. in 2. distinctione 3. quæstione 2. articulo 1. & articulo. 3. Durandus vero in 2. distinctione 3. quæstione 6. negat species esse necessarias B ad cognitiōes intuitiuas, cōcedit vero illas ad cognitiones abstractiuas, cui consentit etiam Gregorius Ariminensis in 1. distinctione 3. q. 1. & in 2. d. 7. quæst. 3.

PRo decisione sit prima conclusio. Species sensibiles necessario sunt admittendæ, ad hoc vt potentiæ sensitiuæ illis informatæ producant sensationes. Hæc conclusio est Aristotelis in capite. 5. sæpe citato. Docet enim sensum pati, sed quicquid patitur siue passione corruptiua, siue perfectiua, recipit aliquid, ergo sensus recipit aliquid dum patitur, & non est quod recipiat nisi species, ergo dantur tales species, & clarius in capit. 12. text. 121. & 124. & 138. dicit potentiam cognoscitiuam recipere speciem absque materia, sicut cera recipit sigillum absque ferro vel auro, & alibi sæpe hoc idem asserit. Et est etiā hæc conclusio expressa Diui Augustini libro 11. de Trini. cap. 2. & 3. vbi hanc doctrinam prosequitur diffuse & optimè, quanuis fateatur non D esse ita manifestā ingenijs tardioribus. Est etiam D. Thom. in hoc articulo, & in omnibus alijs, in quibus agit de potentijs cognoscitiuis. Et probatur ratiōe primo. Quoniā negare istas species est negare vniuersam scientiam Perspectiuæ. Non enim potest assignari ratio, propter quam homo constitutus a tergo oculorum videatur in speculo, nisi propter species sensibiles, quæ ab illo homine procedunt vsque ad speculum, & ab speculo reflectuntur vsque ad oculum. E Item non potest assignari ratio propter etiā in speculo confracto appareant plures imagines eiusdem obiecti, nisi quia multiplicantur species in qualibet parte, vt Diuus Thomas dicit 3. parte quæstione 76. articu. 3. Probatur conclusio secundo. Sensus in actus est sensibile in actu, vt Aristoteles docet. 3. de anima capite. 2. text. 138. sed non potest esse sensibile in actu à parte rei, videlicet lapis vel color, ergo est ipsum sensibile in actu secundum esse intentionale, q̄ fit per species sensibiles. Cōfirmatur. Obiectum potentiæ sensitiuæ, quæ est cognoscitiua, est in ipsa potentia, quoniam potentia cognoscitiua trahit ipsas res ad se, & nō fertur in ipsas, sicut potentia appetitiua; sed obiectum sensibile non potest esse in ipsa potentia secundum esse reale, ergo est in B illa secundum esse intentionale per speciē sensibilem. Tertiò. Visio & quæcunque sensatio est operatio immanens, ergo recipitur in ipso sensu, à quo producitur, & ex consequenti producitur per formam, quæ sit etiam in ipso sensu, quam nos vocamus speciem. Confirmatur primo. Nam quandocunque agens operatur medio instrumento, quòd sit extra ipsum, semper operatio illius est transiens & non immanens in ipso agente, vt experientia constat, C ergo cum sensatio sit operatio immanens necessariò fit mediante specie recepta in ipso sensu. Confirmatur secundo. Quoniam si non esset necessaria species in oculo ad videndum, non esset etiam necessaria præsentia obiecti ad videndum, si visus non recipit speciem ab illo obiecto, quemadmodum ad appetendum illud obiectum non est necessaria præsentia, quoniam appetitus nihil recipit ab D obiecto; consequens autem est contra philosophiam & experientiam, ergo. Quartò. Constat ex philosophia & experientia, & ostendetur etiam articulo. 4. quòd memoria sensitiua, conseruat imagines rerum, quas homo accepit per sensus exteriores, vnde etiam recedentibus sensibilibus exterioribus recordatur homo ipsorum, sicut eleganter prosequitur Diuus Augustinus libro primo confess. capitulo 10. & 11. ergo signum est, q̄ prius receptę sunt E species in sensibus exterioribus, vnde sunt deriuatæ illæ species, quæ conseruantur in memoria. Antecedens huius argumenti concedit Diuus Augustinus lib. 9. de Trinitate capite. 6. vbi docet, quòd illa quæ conseruantur in memoria, exhausta sunt ab ipsis sensibus; sed probatur consequentia.

Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoniam non potest dici, quod illæ spe- A cies, quæ seruantur in memoria, sint immediatè acceptæ ab ipsis rebus exterioribus, maximè verò cùm Aristoteles doceat. 1. metaph. cap. 1. & 2. post. cap. vltimo, quòd omnis nostra cognitio ortum habet à sensu exteriori.

¶ Secunda conclusio. Idem etiam censendum est de alijs potentijs sensitiuis interioribus, quòd indigent speciebus sensatis ad producendas sensationes. Hæc conclusio potest primo probari argumento vltimo, B quod fecimus pro præcedenti conclusione. Sed probatur præterea secundo. Aristo. docet secundo de anima capit. 11. tex. 118. q sentire est quoddã pati ab obiecto, videlicet, quoniam secundum explicationem, quam adhibet Ferr. 2. contra gent. cap. 57. quam nos late prosequuti sumus dub. 1. huius articuli, ad sensationem requiritur antecedenter susceptio specierum, quoniam potentia sensitiua non potest sentire nisi ab obiecto recipiat simi litudinem, quod est C quoddam moueri & pati. Tertio. Anima sensitiua est altioris gradus, quàm aliæ formæ materiales, ergo habet operationes magis eleuatis, & spirituales, & ex consequẽti recipit immutationes intentionales, quæ fiunt per susceptionem specierum.

¶ Tertia conclusio. Illæ species, quæ recipiuntur in sensibus, sunt corporales & extensæ in ipso organo corporeo. Hæc conclusio est contra aliquos ex iunioribus, qui existimant eas esse indiuisibiles, & spirituales, D nihilominus probatur primo. Illæ species sensatæ ex sua natura recipiuntur in subiecto diuisibili ergo etiam illæ sunt corporales & extensæ. Probatur consequentia, quoniam omnis forma quæ recipitur in subiecto diuisibili, est diuisibilis saltim per accidens. Secundo. Species sensibiles producuntur ab obiecto corporeo & extenso, ergo vt Probatur consequentia, quoniam substantia vel qualitas corporea non potest aliquid producere propria virtute, quod non sit cor- E poreum, aliàs enim ageret vltra latitudinẽ suæ perfectionis. Etsi dicax ad hoc, quòd obiectũ sensibile nõ causat has species propria virtute, sed inquantum participat aliquid de natura superiorum, vt dicebamus dubio præcedenti ad tertium. Contra, nam licèt hoc verum sit, nihilominus tamen ipsum obiectum sensibile non est instrumentum naturæ superioris, sed propria virtute licèt eleuata, & mota à virtute superiori, emittit species in sensum, sicut etiam ignis propria virtute comburit, licèt in illa combustione moueatur à corpore celesti, vt ibidem diecebamus. Pro quo nota, quòd tres gradus sunt in rebus. Primus rerum putè corporalium, vt ignis, lapidis, &c. Secundus rerum viuentium, vt equi leonis &c. Tertius rerum cognoscibilium, & intelligibilium. Cælum ergo cum intelligentia concurrit ad actiones rerum corporalium, & rerum viuentium, actiones autem rerum cognoscibilium concurrit etiam cælum cum intelligentia non quomodocunque sed prout est intelligentia, & aliquid de genere rerum intelligibilium. Non tamen propter hoc obiectum sensibile in emissione specierum est instrumentum illius, aliàs falsum esset quod dixit Aristo. in cap. 5. libro 2. de anima, quòd res materialis secundum se est sensibilis, & esset incidere in opinionem Auerrois dubio præcedenti impugnatam, qui putabat intelligentiam, vt producerent huiusmodi species. De qua re vide Iauellum 2. de anima q. 9. vbi optimè agit de hoc. Vide etiam Ferr. libro. 1. contra gent. cap. 65. ratione. 8. Tertio probatur à signo. Experientia constat, quòd species sensatæ transmittuntur in speculo, vel in aqua. Item etiam experientia constat, quòd miscentur in vitreo vel etiam in nube, ergo manifestum est illas esse extensas.

¶ Aduerte tamen circa istam conclusionem, quòd quamuis sint materiales & diuisibiles istæ species in esse rei, nihilominus tamen maximè accedunt ad naturam rei spiritualis, & in esse cognoscibili transeunt de genere rerum materialium ad aliud genus rerum spiritualium & intelligibilium. Etenim, vt diecebamus in loco modo citato, species istæ causantur à rebus materialibus non vt materiales purè sunt, sed vt participant naturam rerum superiorum & intelligentiarum. Vide licèt sint materiales habent tamen maximam affinitatem cùm rebus spiritualibus. Qua ratione Aristotel. loco citato in prima conclusione optimè

optimè dixit, recipiuntur species in sensu A absque materia, sicut sigillum in cera absque ferro vel auro: & propterea etiam istæ species vocantur formæ intentionales, scilicet quia sunt quodammodo immateriales & de genere rerum cognoscibilium, & recipiuntur immaterialiter, & etiam quia immutant intentionem sensuum, & mouent sensus ad intendendum rebus, & sentiendum, & ad hoc à natura factæ sunt. Vide tamen aliam rationem de hoc apud Sonz. in lib. 7. Metaphy. q. 9. sed à nobis assignata est optima, & notanda.

¶ Quarta conclusio. Ista species sensibilis non est imago expressa obiecti, ita vt sit id, qđ sentitur directè, sed est forma intentionalis impressa, qua obiectũ ipsũ sentit. Probatur. Id, quod videtur, est coloratum, & quod auditur sonorum; sed species sensibilis non potest esse colorata, aut C sonora, ergo. De hac conclusione disputandum est ex profesto infrà quæst. 85. artic. 2. vbi D. Thomas expresse docet tam de speciebus intelligibilibus, quam de sensibilibus, quòd ipsa species non est id, quòd directè cognoscitur. Quod etiam antea docuerat obiter supra q. 76. ar. 2. ad quartum, quãuis Durand. in illa d. 3. q. 6. hoc non possit capere. Interea tamen legendus est Capr. in 1. d. 35. q. 1. & in 2. d. 3. q. 2.

¶ Quinta conclusio. Species sensibilis cõ D currit cum ipsa potentia actiue, tanquam ratio & principium quo agendi. Itaque species in potentia cognoscitiua non se habet vt calor in aqua. Nam ad istum sensum potentia non senturet nisi fortè denominatiuè, sicut aqua non calefacit sed solùm est sustentans calorem; nihil tamen confert ad calefactionem nisi tantum denominatiuè & remotè, quia sustentat, vt optimè explicat Caiet. 1. part. quæst. 79. articulo 2. ad secundam dubitationem. Species au- E tem sensibilis non sic se habet in sensu, sed habet se. sicut calor in igne, qui est ratio formalis principiũ quo producendi ignem. Hanc conclusionem probauimus supra dub. 3. huius articuli conclusione. 3. & est contra quosdam ex iunioribus, qui tenent errorem quendam intolerabilem in philosophia, scilicet, quòd species sensibilis concurrit tantum dispositiuè, vt conditio determinans ipsam potentiam, & probant. Quia si species esset principium actiuum sensationis, ergo non potentia, ut si dicas esse duo principia immediata eiusdem actionis, quod est contra vniuersam philosophiam & Metaphysicam. Secundo. Quia si species esset principium actiuum sensationis, vbicunque esset etiam in medio produceret sensationem, quod est absurdum & impossibile. Tertio. Quia hoc est auferre actiuitatem à potentia. Cæterum hæc argumenta nihil concludunt. Vnde pro eorum solutione & intelligentia cõclusionis. Nota cum Caietan. loco citato, cuius doctrinam nos copiosè explicabimus infra quæstione 85. arti. 2. quod ex potentia & specie sensibili non fiunt duo principia, sed vnum, Potentia enim per illam speciem transit in ipsum sensibile, & C fit vnum cùm ipso formaliter. Et hoc est quod dicit Commentator. 3. de anima commento. 5. quòd ex potentia cognoscitiua, & cognoscibili fit magis unum quàm ex materia & forma. Nam ex materia & forma fit vnum tertium, scilicet, compositum quòd nec est forma, nec materia, sed resultans ex eis. At ex potentia & cognoscibili non fit vnum tertium, sed potentia ipsa transit per speciem in ipsum cognoscibile, & hoc est quod dicit Aristoteles, quòd sensus in actu, est sensibile in actu, & per hoc patet ad argumenta proposita. Non enim sequitur, quòd sint duo principia actiua; nec sequitur quòd species illa vbicunque sit producat sensationem nec sequitur quòd auferatur actiuitas à potentia.

AD argumenta in principio posita respondetur. Ad primum respondetur concedendo illas experientias. Cæterum illa infectio (vt etiam diecebamus dubio præ- E cedenti & est doctrina Diu. Thom. infra quæstione 117. articulo 3. ad 2. & 3. contra gent. cap. 103.) prouenit ex eo, quòd quidam spiritus & vapores crassi & noxij procedunt ab oculis animalium, qui inficiunt aerem & deinde homines vel etiam obnubilant speculum. Sed visio non fit medijs his spiritibus, sed medijs speciebus, quæ ab obiecto perueniunt in oculos, & sunt formæ & similitudines repræsentantes illa obie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiecta. Illi vero spiritus solum proueniũt ex peculiari cõplexione animalis, quę omnino per accidens concurrit ad visionem.

¶Secundum respondetur, quòd species sensibilis non est imago expressa, quæ videtur directè, vt in quarta conclusione diximus, sed est quædam forma intentionalis, impressaque potentiæ sensitiuæ, vt sit principium sentiẽdi obiectum exterius. Quapropter species recepta in oculo potest esse forma intentionalis sufficiens ad videndum cælum, vel montem magnum, in quo decepti sunt Galenus & Durandus propter hoc argumentum. Nec enim mirum, quòd in tam parua pupilla oculi recipiantur tales species obiecti quantuncunque magni, quia recipiantur intentionaliter & veluti spiritualiter propter magnam affinitatem, quam cum rebus spiritualibus habent. Ad primam confirmationem respondetur, quòd recipitur tota species, & si aliquãdo recipiatur pars speciei, illa etiã sola sufficiet, vt videatur totus mons, dum tamen talis speciei pars producatur à toto monte. Etenim sicuti aliquod agens agit per aliquod spacium, non est dare in illo spacio aliquam partem, in quam totum non agat, verbi gratia, ignis agit per stadium vnum, non dices, in hanc partem agit hæc pars ignis, & in aham alia, sed totus ille ignis agit in totum, & in singulas partes. Similiter cum vna lucerna illuminat medium non dicet philosophus, hanc partem illuminat hæc pars, illam vero illa, sed quamlibet partem tota illuminat lucerna: ita similiter in speciebus ab obiecto, verbi gratia colore emissis contingit. Cum enim ipsa species sit diffusa sicut lumen, quælibet pars producitur à toto obiecto: vnde per quamlibet partem speciei etiam cognoscitur totum obiectũ. Et ad replicam contra hoc respondetur, quòd per quamlibet partem huius speciei diffusè receptam in oculo totum obiectũ videtur, totum inquàm, à quo talis species producitur, producitur autem ab eo, cui rectè & absque impedimento opponitur, ab coque dependet. Et hæc est causa, quare philosophi dicunt species in plurali, licèt enim vna existens sit, tamen quælibet pars, quæ actionem totius terminare potest, sufficit vt per eam sensatio totius fiat. Dicunt etiam species multiplicari, cum vna etiam sit, quia quælibet pars totum facit cognoscere, totum inquam, à quo dependet, & à quo producta est, & quod oculo opponitur rectè, ob idque optimè dicitur multas species vnius obiecti diffundi per locum. Quòd si pars obiecti occultatur, tunc ab illa tam non pendet species in oculo producta, nec ab ea producetur, nec ab ea conseruabitur, & ita nec eam repræsentabit; sicut si pars solis eclypsetur, non dicetur sol illuminare per illam partem, per quam primo illuminabat, sed per alias. Vnde talis pars speciei non potest repræsentare illam partem occultatam, quia non est obiecti eius, nec ab eo est producta. Ad secundam respondetur, quòd quia species istæ in pupilla recipiuntur intentionaliter, possunt esse tot simul in eadem parte illius, quia tamen seruant diuersam oppositionẽ ad obiecta, à quibus procedunt, potest oculus res cognoscere in diuersis sitibus.

¶ Ad tertium respondetur, quòd conuincit de similitudine, quæ proponitur per modum obiecti tantum, cæterum de specie vel similitudine, quæ non proponitur vt obiectum sed tanquàm forma, quæ sit principium & virtus ad cognoscendum ipsum obiectum, nihil conuincit. Non enim oportet, quòd directè cognoscatur ab ipsa potentia, imo vero nihil inconuenit, quòd aliquod ignotum ipsi potentiæ sit principium cognoscendi obiectum, sicut D.Tho. docet infrà quæstione octuagesimaseptima.articulo 2.ad secundum, & articulo tertio ad secundum, quòd actus & habitus, qui sunt principia, quibus potentia cognoscit obiectum, non cognoscuntur eadem cognitione, qua cognoscimus ipsum obiectum.

¶ Ad quartum respondetur, quòd sicut docet Aristotel. secundo de anima capite septimo.text.lxxiiij. & Di. Thom. lectione decimaquinta suprà tex.lxxij. Ignis & alia corpora luminosa sufficienter possunt diffundere radios suos per longam distantiam ad illustrandas species proprias, ita vt possint illa corpora visu percipi.

¶Ad

¶ Ad quintum vide quæ diximus suprà quæstione 76.articulo 2.& libro primo de generatione & corruptione capite quinto, quęstione tertia.articulo nono, ad quartum.

¶ Ad sextum respondetur, quòd illę species contrariorum nullam habent contrarietatem in medio vel in organo sensuum, propterea quòd in illis recipiuntur tantum intentionaliter sine materia & motu physico, vnde prouenit quòd non denominant ipsum subiectum denominationibus contrariis albi & nigri, sicut colligitur ex Di. Thom. suprà quæstione 67. articulo 3. Vide etiam quę diximus suprà quæstione 75. articu. 6.dub.2.ad vltimum argumentum circa secundam rationem D. Tho.

¶ Hic poterat esse dubium quartum, Vtrùm obiectum sensûs sit singulare, an vniuersale? Sed hanc quæstionem tractat optimè Iauellus libro primo Metaphysic. quæstione 8. cuius resolutio est sequenda, vide etiam Ferra.2.contra gen. cap.66.circa rationem secundam, & Caiet.inf.quæst. 80.artic.2. circa solutionem ad secundum. Vnde relicta hac quæstione,

DVbitatur quarto. Vtrum sensus circa proprium sensibile decipiatur.

¶Pro parte affirmatiua arguitur primo. Homo febricitans res dulces per gustum humore colerico infectum iudicat esse amaras. Similiter homo videns per vitrum affectum aliquo colore, circa ea, quę videt, fallitur iudicans aliter quàm sunt à parte rei. Item oriente sole iudicamus solem esse rubeum, & in meridie iudicamus ipsum esse album, & in iride existimamus esse colores, & in collo columbæ, qui tamen nulli sunt; imo ipsemet Aristo.3.Metheorum cap.4.dicit, quòd visus aliquando album à longè positum percipit pro nigro. Item accidit, quòd homini aspicienti aliquam rem, appareat illi, quòd sint duæ, cum tamen sit vna res sola. Sed hæc omnia sunt sensibilia propria, ergo. ¶Secundo. Intellectus potest decipi circa proprium obiectum, ergo & similiter sensus. Cõsequentia probatur ex paritate rationis, & antecedens patet experientia. Sepissimè enim erramus iudicantes res aliter quàm sunt. Cõstat etiam hoc ex tanta errorum multitudine, quę fuit semper & est etiam inter viros doctissimos. ¶Tertio. Potest dari aliquod sensibile proprium tam minimum, quod non possit à sensu percipi, ergo circa illud saltim poterit errare sensus. Antecedens probatur. Sicut est de sensu, ita est de sensibili; sed potest esse aliquis sensus ita debilis, qui non potest secundum actum sentire, ergo similiter potest esse aliquod sensibile, quod non potest secundum se sentiri. Confirmatur. Quandocunque est aliquod natum agere aliquam actionem sub determinata quantitate, ipsum potest esse ita paruum, quod non poterit in illam actionem, cùm ad actionem requiratur debita quantitas; sed sensibile est natum agere in sensum sub determinata quantitate, ergo poterit esse sensibile ita paruum, quòd nõ agat, nec possit agere in sensum, & sic poterit sensus errare circa illud.

DE certitudine, quam sensuum exteriorum notitia habere possumus, diuersimodè antiqui senserunt. Quidam.n. nullam fidem huiusmodi experientiis adhibebant. Contra quos disputauit Cicero in quæstionibus Academicis, & Tertullianus lib.de anima capit. quinto de sensibus exterioribus. Econtra Epicurei quicquid sensibus apparet, certum esse iudicabant, & ita repetiti à parte rei. Vnde colores, qui aliquando apparent in collo columbæ, verè ibi esse credebant. Hos redarguit D. Augustinus in libro 8. de ciuita.capit. 10. Sed omissis his sententiis, sententia Aristotelis est libro 2.de anima cap.6.text.63.vbi sentit, quòd sensus non decipitur circa proprium sensibile, at vero circa sensibilia communia, & circa sensibilia per accidens decipi potest. Quam sententiam Aristotelis variè explicant autores. Etenim Auctores super hunc locum putat, quòd est intelligenda sic, quòd in maiori parte, & vt in plurimum non decipitur sensus circa proprium sensibile, vt visus non decipitur in colore; an sit album, vel nigrum, sed an sit nix, vel aliud quid. Cæterùm ista explicatio non videtur ad mentem Aristotelis. Etenim absolutè ipse asserit sensum non decipi circa proprium sensibile, & non solum quòd in maiori parte. Preterea falsum est exemplũ, quod adducit

Com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commentator. Visus enim decipitur in albo,& nigro, vt diximus ex Arist.in primo argumento. ¶Quapropter alij aliter explicant. Dicunt enim, quòd potentiam errare est ipsam aliter apprehendere quàm actualiter sibi repræsenterur per speciem, aut aliter esse iudicare,quàm sit à parte rei, & quia neutrum istorum conuenit sensibus respectu propriorum sensibilium, ideo non decipiuntur sensus circa illa.Nun quam enim sensus iudicat nisi vel secundũ quòd est à parte rei,vel secundum quòd sibi per speciem representatur. Nam si lingua infirmi apprehendit mel vt amarum non decipitur, præsentatur enim sibi inuolutum speciebus amaritudinis propter choleram. Hæc expositio est Alberti Magni lib.2.de anima tract.3. capi.5.quam sequitur Apollinaris ibidem quæstione 13.Et videtur esse expressa sententia S. Augustini libro de vera religione vbi dicit. Si omnes corporis sensus ita nunciant vt afficiuntur, qd ab eis amplius exigere debeamus, igno ro. Sed tamen hæc expositio etiam non videtur vera; tùm quia decipi non est apprehendere rem aliter quam sibi representatur alias nulla esset falsa apprehensio, quia nul la potentia apprehendit obiectum aliter,q̃ sibi præsentatur:tum etiam,quia iuxta hũc sensum neque circa sensibile commune erraret sensus. Nunquam enim etiam sensibile cõ aliter percipit, quam sibi ꝓsentetur.

¶ Vndè est tertia expositio Themistij, quæ communiter ab omnibus recipi videtur scilicet, quòd sensus particulares non potest decipi circa proprium sensibile tribus conditionibus seruatis.Prima est,vt sit debita distantia inter sensum & sensibile; secunda, vt medium sit purum & non impeditum; tertia,vt organum sit sanum, & nullo modo læsum. Si autem aliqua istarũ conditionum desit, potest accidere error in sensu. Sed contra hanc expositionem est, tum quia si hæc requiruntur,seruatis eisdẽ conditionibus non falletur sensus etiam circa sensibile commune: tum etiam, quia istæ conditiones non sufficiunt. Nam vltrà ipsas requiritur debita quantitas,& debita dispositio obiecti. Posset enim visibile esse ita paruum, quod contingeret sensũ visus errare circa ipsum. Alia argumenta multa contra hanc explicationẽ facit Apollinaris vbi suprà.

¶ Quarta ergo expositio aliorum est, ꝙ circa sensibile proprium adæquatum nullus sensus fallitur.Nam visus si apprehẽdit, semper apprehendit colorem, & non sonũ (licet aliquando putet album esse nigrum) & auditus è contra. At circa sensibile commune bene contingit ipsum decipi. Aliquãdo enim putamus rẽ quiescentem moueri, vt patet in senibus, qui propter imbecillitatem potentiæ omnia iudicant moueri,& in eo qui velociter circulariter motus est, requiescentes moueri apparent. Similiter aliquando res vna apparet duplex, vt patet si digito aliquantulum moueas pupillam, & res multiplex à longe apparet vna.Et quòd isto modo loquatur Aristoteles.Patet Nam exemplificat de visu circa colorem, de auditu circa sonum &cę. Sed etiam hæc explicatio alijs videtur nulla. Nam sicut ad saluandã veritatem in sensibili proprio recurrimus ad obiectum adæquatum, ita si in sensibilibus communibus recurramus ad conditionem adæquatum,apparebit, ꝙ est eadem ratio de vtroque. Nam conditio adæquata sensibilis proprij sine qua sentiri nõ potest,nõ est motus seorsum, aut quies seorsum,nõ numerus solus aut vnitas sola, sed conditio necessaria est hoc cõplexum, motus vel quies,numerus vel vnitas.At circa hoc nunquam contingit errare; nã semper sensus cognoscet rẽ vt motam vel quiescentem, vt vnam vel plures. De magnitudine autem & figura certum est, quòd semper illam apprehendimus, & circa eas nũquàm isto modo erramus.Propter quod argumentum aliqui sequentes hanc vltimã expositionem dicunt,quod Aristoteles num quam dixit sensum errare circa sensibile cõmune, si intelligatur isto tertio modo, sed circa sensibile per accidens scilicet,substantiã. Nam licet erret circa locum, vt inducit rationem vbi, hoc tamen non est sensibile commune,sed per accidens.

PRo decisione notandum est primo ex D.Th.supra quæst.17.art.2. & ex his; quæ nos ibi diximus,& infrà q.85.ar.6.& de verit.quæst.1.art.9.& 11. quòd in sensu nõ reperitur deceptio aut falsitas, vel veritas perfecta,quæ consistit in iudicio comparante apprehensionem cum re apprehensa, quia sensus non est vis iudicatiua, nec reperitur in sensu falsitas compositionis,& diuisionis, quæ solùm est in secunda operatione intellectus, in qua propositiones veræ vel falsæ formantur,sed reperitur in sensu error aut veritas, quæ in simplici retum apprehensione saluari potest, quæ est quædam conformitas, vel difformitas ad rem. Quando enim sensus apprehendit aliquid sicuti est à parte rei dicit verus,quando vero aliter quàm est à parte rei, dicitur falsus & deceptus.De qua re vide Caiet. in prologo prædicamentorum, vbi differit; vtrum ad primam operationẽ intellectus sit necessaria ars & regula. Verum est aliquando nos dicere sensum iudicare de obiecto, non quòd in sensu sit aliqua notitia iudicatiua, sed quia ex vi apprehensionis sensitiuæ iudicat intellectus sicuti apprehenditur per sensum rem ita esse.Vide etiã Ferr.1.contra gent. capi.20. circa quintam rationem.

¶Prima conclusio. Sensus nullo modo decipitur circa proprium sensibile secundum eius rationem formalem & adæquatam. Hæc conclusio est Di. Thom. in locis citatis & videtur esse expressa mens Aristotelis,vt patuit in vltima expositione;& probatur ratione,quæ colligitur ex D.Tho.infra quæst.85.artic.6.Quia ad sensibile proprium & adæquatum vnaqueque potentia per se ordinatur secundum quod ipsa,ergo semper eodem modo,quia secundum ꝙ ipsa infert necessitatem, & eẽ sempiternum, vt patet ex primo post. Confirmatur.Quia sensibilia propria habent se respectu sensuum sicut prima principia respectu intellectus, vnde sicut intellectus nõ decipitur circa illa, ita nec sensus circa illa. Patet etiam hæc conclusio experientia. Nunquã enim oculus apprehendit esse colorem nisi sit verus color, nec auditus iudicat esse sonum, nisi sit verus sonus &c.Ad argumẽtum autem factum contra hoc in vltima expositione respondetur, ꝙ ad hoc quòd dicatur sensus decipi circa sensibilia communia, sufficit quòd percipiat res aliter quàm sunt à parte rei, vt cùm iudicat solem esse pedalem,qui tamen maior est terra.

¶Secunda conclusio. Sensus etiam non

potest decipi circa rationes particulares obiecti proprij nisi per accidens,scex impedimento circa organum,vel medium proueniente, sicut cùm gustus febricitantiũ dulcia iudicat amara propter hoc quòd lingua eius infecta est malis humoribus. Hæc cõclusio etiam est D. Tho. in locis citatis.Ad hoc autẽ vt neq; per accidens decipi possit circa hæc, requiruntur tres conditiones supra positæ in tertia expositione sententię Aristotelis, quibus positis non errabit sensus circa suum obiectum proprium etiam in particulari. ¶Tertia cõclusio.Circa sensibilia communia decipi potest sensus, posito etiam illis tribus cõditionibus,& multo magis circa sensibilia per accidens. Hæc est D.Tho.& patet experientia,vt cum sensus iudicat de figura & magnitudine, quæ sunt sensibilia communia, & cum iudicat fel,quod est sensibile per accidens,esse mel propter coloris similitudinem.

AD argumenta in principio posita respondetur. Ad primum respondetur, quòd in omnibus illis casibus sensus decipitur circa proprium sensibile in particulari ex defectu alicuius conditionis ex supra positis.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ etiam intellectus non fallitur circa suum obiectum, vt D. Thom. dicit infra quæstione lxxxv. loco citato, vbi de hac re plura dicemus.

¶ Ad tertium respondetur, quòd sensibile si debet agere in sensum, requirit determinatam quantitatem,sub qua minori agere non potest, sed statim cum potest esse aliquod sensibile, potest habere istam quantitatem,quæ sibi sufficit ad mouendũ sensum, aliter non erit sensibile seorsum existens. Idem etiam dico de sensu. Idem enim est iudicium de eo, & de sensibili; sed non est aliquis sensus ita debilis seorsum & diuisim existens, qui nullo modo possit sentire. Ex quibus patet ad confirmationem.

DVbitatur quinto. Vtrum vehemens sensibile destruat sensum. ¶Pro parte negatiua arguitur primo. Nullum agens actione spirituali corrumpit, quia talis alteratio non est corruptiua, sed perfectiua, vt expresse dixit Aristotel. libro secundo.

de anima.cap.5.tex.58.quòd sensus patitur ab obiecto passione perfectiua non corruptiua,ergo sensus ab excellẽti obiecto corrumpi non potest. Confirmatur. Si excellens sensibile corrumpit sensum, hoc est per species, quas immittit; sed species sensibilis existens in sensu non potest sensum, aut organum sensus corrumpere,ergo. Probatur minor. Species in sensu habet esse intentionale,intentio autem naturalem transmutationem causare non potest, vt inquit S. Tho. suprà quæstio. 67. artı. 3. & 2. sent. distin.13.arti.3.ergo. ¶ Secundò.Potentia, quæ adæquatè respicit aliquod obiectum vt sui perfectiuum, respicit totam latitudinem ipsius obiecti vt perfectiuam;sed sensus,verbi gratia,visus respicit colorem simpliciter & adæquatè, eo quòd color vt color est eius obiectum adequatum, ergo respicit omnem gradum coloris vt sui perfectiuum.Non ergo debet corrumpi ab excellentia sui obiecti, quoniam & illa excellentia sub ipsa latitudine comprehenditur. ¶ Tertiò. Sicut se habet intellectus ad intelligibile, ità sensus ad sensibile;sed intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili,imò magis perficitur, vt ait Aristo. 3.de anima tex.5. ergo nec sensus ab excellenti sensibili. Confirmatur. Quantò aliquid participat magis de obiecto alicuius potentiæ, tantò est magis cognoscibile à tali potentia; vt quantò aliquid est magis intelligibile, tantò est magis ab intellectu cognoscibile; sed quantò aliquod sensibile est excellentius, tantò magis participat rationem obiecti sensus, ergo. ¶ Quartò. Nulla res corrumpitur per hoc,quòd suscipiat id,ad quod est in potentia naturali;sed sensus habet potentiam naturalem ad sensibile, & ad eius species, ergo.In oppositum est Aristote.lib.2.de anima tex.123.vbi hoc expresè asserit,& reddit rationem,quia ab excellenti sensibili soluitur ratio, & per rationem intendit proportionem, vt patet in text.143.in qua proportione & temperie di spositionum consistit organum sensus, vt sonus in consonantia vocum. Inquit ergo Aristo. quòd sicut cum aliquis fortiter percutit chordas, soluitur simphonia & sonus instrumenti, qui in quadam proportione consistit, ità sensus, qui in quadam proportione consistit, soluitur;si fortiter à sensibili patiatur. Idem tenet Commentator ibi, & S.Tho.lib.2.contra gentes cap.55. ratione.9. Qui loco videndus est Ferr.

PRO decisione est notandum, quòd sensibile sicut & sensus dupliciter potest considerari. Primò in genere entis cuiusdam physici inquantum est habens materiam & formam, & qualitates primas calorem, frigiditatem, &c. & alias qualitates secundas. Potest secundo etiam considerari in genere cognitionis inquantùm est immutatiuum sensus spiritualiter & intentionaliter per immisionem specierum, Hoc posito est ¶ Prima conclusio. Obiectum sensibile primo modo potest corrumpere sensum. Hæc ab omnibus conceditur, & absque dubio est vera, & satis manebit probata ex probationibus sequentis.

¶ Secunda conclusio. Excellens sensibile ratione specierum intentionalium lædere potest sensum, ità quòd aliquando sensus de facto totaliter corrumpatur, aliquando verò tantum impediatur iudicium ipsius sensus; sicut cùm aspicimus solem,corrumpitur aliqualiter iudicium sensus: si autem per multum tempus permaneremus aspicientes illum,absque dubio totaliter alteratur harmonia & dispositio sensus, ac per consequens & ipse sensus. Hæc conclusio est contra aliquos oppositum sentientes. Probatur tamen primo. Quia istæ species, vt diximus dub.3.sunt accidentia quædam realia, poterunt ergo lædere sensum. Confirmatur.Quia albedo dicitur disgregare visum, & nigredo congregare, quod non fit nisi ratione specierum. Nam species albedinis sunt magis accedentes ad lumen & fortiores, ob idque disgregant visum. Vnde Aristo. sect. 32.problem. quæstione.44. de colore viridi dicit delectare ipsum visum, & corroborare magis, quia in medio consistit extremorum, nec videtur quomodo hoc sit nisi per speciem, ergo sicut ratione speciei habet hos effectus causare, potent etiam lædere sensum, si fuerit maximæ actiuitatis tale sensibile. Secundo probatur inductiuè discurrendo per singulos sensus. Colores enim vehementes ratione luminis lædunt visum, lumen enim disgregat pupillæ & humoris in ea existen-

existentis partes; est enim luminis disgregare, cum calefaciat: impeditur autem visio, & læditur oculus ex nimia partium disruptione. Tenebræ etiam, vt docet Albertus tracta. 4. capitulo. 9. sic lædunt. Visus enim in tenebris manet frigidus, quia spiritus confugiunt ad partes internas, nimia autem frigiditas congregat & constipat partes oculi, adeo vt aliquando visus recuperari non possit; ob idque incutit dolorem lumen venientibus à loco tenebroso, quia lumen disgregat cunstipatas partes. De auditu verò patet. Motus enim aeris, qui ex sono prouenit, si vehemens sit, lædit aures. Odor autem ratione maximæ euaporationis lædit; sapor ratione primarum qualitatum sæpissimè experimur lædere gustum, vt cum maximè calida aut frigida gustamus; tangibile etiam ratione earundem qualitatum læsiuum est tactus, vt si ferrum candens tangas.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum respondetur, quòd immutatio realis & alteratiua in hoc per se differt ab immutatione intentionali, quòd illa est per se corruptiua, eo quòd est de contrario in contrarium, & per abiectionem formæ oppositæ, vt calefactio est per abiectionem frigiditatis, & receptionem caloris; immutatio autem intentionalis per se est perfectiua, eo quòd per se est productiua alicuius formæ sine abiectione contrarii. Cum enim albedo causat sui speciem in medio, aut in sensu, aut in speculo; nulla forma vt sic abiicitur, & ideò quia immutatio intentionalis est per se productiua & non abiectiua, ideo dicitur perfectiua ut intentionalis est. Cum hoc tamen stat, quòd sit corruptiua non secundum se, sed per accidens inquantùm propter excellentiam suam immutat debitam dispositionem sensus, qui non est capax tantæ immutationis intentionalis, & tam excellentis formæ. In proposito autem sic contingit, quia immutatio intentionalis, quæ fit ab excellenti obiecto, non est naturalis & proportionata tali sensui in tali animali, atque ideò per accidens est corruptiua, vnde agens actione illa spiritali & intentionali quantum ad formæ intentionalis inductionem corrumpit ipsum sensum,quia talis forma quam introducit,excedit proportionem passiui.Respõdetur secundò, q̃ sensibile ratione specierum maximè cum est excellens non solùm agit actione spirituali, sed etiam actione naturali. Etenim species illæ habent etiam aliquod esse naturale, & sunt corporeæ & diuisibiles, & ratione huius esse naturalis habet susceptiuum ipsarum transmutare immutatione naturali. Vnde ad argumentum dico, q̃ agens actione tantùm spirituali actione non corrumpit, agens autem quod simul cum actione spirituali etiam immutatione naturali agit, potest corrumpere, quia etsi non corrumpat inquantùm immutat spiritualiter, corrumpit tamen in quantum naturaliter immutat. Ex quibus patet ad confirmationem. ¶ Ad secundum respondetur primò, q̃ quantò aliquid participat magis rationem obiecti potentiæ, tantò est magis cognoscibile à tali potentia quantùm est ex se; per accidens tamen post corrumpere inquantùm habet improportionem ad organum potentię,& q̃ non cognoscatur est ex defectu potentiæ ad tale organum determinatę. Respondetur secundò & melius, quòd maior est falsa, quando potentia ex eo quòd est organica requirit aliquam proportionem in obiecto, vnde quantò aliquid magis participat obiectum in tali proportione, est magis cognoscibile à tali potentia, non autem inquantùm participat obiectum absolutè & secundùm se. ¶ Ad tertium respondetur, quòd non est similis ratio de intellectu. Nam intellectus obiectũ est quid spirituale omnibus modis & immateriale,nõ autem obiectum sensus. Quanuis etiam posset dici,quòd etiam intellectus ad intelligenda magna intelligibilia indiget aliquo confortante. Vnde ad vidẽdum Deum ponimus in intellectu beati lumen glorię. Et Aristo. 1.metaph.dicit,quòd intellectus noster ad intelligendum substantias separatas habet se sicut oculus noctuæ ad videndum solem. ¶ Ad quartum respondetur, quòd potentia sensitiua non est in potentia ad species obiecti tam excellentis, sed obiecti sibi proportionati.

Dvbitatur sexto; Vtrùm sensibile positum supra sensum faciat sensationẽ?

¶ Hæc quæstio solet ab aliquibus proponi sub aliis verbis, s. Vtrùm omnes sensus exteriores indigeant medio? sed sensus quæstionis idem est, vt patebit ex dicẽdis.

¶Pro parte affirmatiua arguitur primò. Etenim per experientiam in quolibet sensu videtur posse probari, quòd posito sensibili supra sensum sentiatur. Nam experimur in visu, quòd percipimus fulgorẽ existentem in oculo, quando comprimimus oculum. Præterea dicit Philosophus in libro sensu, & sensito, text. 15. quòd ipse seipsum videt oculus, & tamen constat, quòd oculus non distat à seipso. Similiter si visibile est luminosum, nihil prohibet videri superpositum, & ipsum lumen per suam essentiam sine specie coniungitur sensui, imò aer illuminatus coniungitur visui, & tamen videtur, & Aristot. vbi supra lect. 5 apud D. Thomam docet, quòd oportet lumen secundùm se continuari vsque ad interiorem oculorum partem, vbi residet visus, ergo. ¶Secundo. Idem experimur in auditu. Nam si digito claudis aures, audies quendam sonum ipsius, vt lib. 2. de Anima cap. 6. docet Aristo. & sæpissimè contingit, quòd aer ille internus aliquando motus, & percussus à vehementi sono, vel à vapore descendenti à capite, sentitur intra aures, qui sonus myringẽ attingit necessariò. ¶Tertiò. Idem etiã experimur in odoratu, sentimus enim odorem existentem in naribus, & fumi odorabilium attingunt cerebrum aliquando, & odorem faciunt. ¶ Quartò. Idem experimur in gustu, quòd febricitans sentit amaritudinem respersam super linguam; sentit etiam neruus ipsos sapores superpositos. Saliua enim se cum cibis commiscens saporem recipit, quo neruum immediatè mouet. Est enim caro illa spongiosa, per quam saliua potest facile in nerum prouenire, præsertim cùm in neruo, & in cãrne potentia gustandi existat. Ex quibus omnibus patet, quòd sensibile supra sensum positum in omnibus sensibus facit sensationem, & quòd nullus sensus de necessitate indiget medio. ¶Quinto. Idem experimur in tactu. Nam tangibile positum supra carnem sentitur, & tamen vtrinsq; ostendetur caro est organum tactus, vt habet Arist. 2. de partibus animal. cap. 8. Et si ipsum neruum tactiuum percutias, vel pungas ferro, maximus dolor sentitur.

PRopter hæc argumenta diuersi diuersi in hac quæstione senserunt. In primis Alexander (vt refert Commentator lib. 2. de Anima. comment. 116.) putat medium esse necessarium solum in tribus sensibus, s. visu, auditu, & odoratu, eo quòd eorum obiecta sunt distantia, & per consequens est necesse inter obiecta & sensus cadere medium. Simplicius capi. 6. lib. de Anima videtur esse huius sententiæ. Inquit enim quòd Aristot. non negat sensationem aliquam sine medio posse fieri, sed quòd color videri non potest sine medio, quia videri non potest sine luce, quæ requirit medium, in quo recipiatur. Idem sentire videtur Auicenna 6. naturalium parte 2. cap. 5. vbi tenet medium non esse necessarium, ni si quando est distans sensibile, nã si sit proximum & immediatum, potest, inquit, seiri. Hanc sententiam sequuntur aliqui ex iunioribus, imo addunt, q̃ quanuis in visu, auditu, & olfactu non possit fieri sensatio perfecta nisi per medium, tamen absolutè aliquæ sensationes fieri possunt sine medio, quod dicunt conuicti experientijs positis inter arguendum. ¶Oppositam sententiam tenet Commentator vbi sup. quo loco dicit, quòd omnes sensus indigent necessario & per se aliquo medio, ita vt impossibile sit sensibile supra sensum positum facere sensationem. Quæ sententia videtur esse expressa Aristotelis in eodem loco, vbi inquit, Omnino autem videtur caro & lingua, sicut aqua & aer ad visum & auditum, & olfactum se habẽt, nec se habere ad sensitiuum, sicut illorum vnumquodq; Ipso autem sensitiuo tactu, neque ibi neq; hic fiet vtique sensus, vt si quis ponat corpus album in oculi vltimum. Quare est manifestum quod intus sit tangibilis sensitiuum: sic enim vtique accidit, quod & in aliis. Apposita enim super sensorium non sentiunt. Super autem carnem posita, sentiunt, quare medium tactus est caro. Super quẽ locũ S. Th. tenet hanc sitam, & est ferè cõmunis, quam optimè probat Caie. super eundem

eundem locum. Vnde est etiam à nobis tenenda. Et probatur primo discurrendo per singulos sensus. In visu enim sensibile supra sensum positum non potest facere sensationem, quia ad hoc vt pupilla recipiat similitudinem visibilium, oportet ipsam esse actu diaphanam: si autem supponatur illi corpus coloratum, non est actu diaphana, eo quòd lumẽ non penetrat ad oculum, vnde similitudinem visibilis recipere non poterit. In auditu autem cõ quòd oportet sonum causari ex percussione duorum corporum admiscem, & ad aerem, vt ait Arist. 2. de Anima. text. 79. Si autem corpus sonatiuum super poneretur organio auditus, non fieret ista percussio, aut si percuteret organum, illud destrueret, vnde sonus nullo modo secundùm intentionem suam in auditu percipe retur. In olfactu, ratio est, quia odor sensum cum quadam fumali euaporatione immutat, vt docet S. Tho. 2. de Anima lect. 20. talis autem fumalis euaporatio non fieret, si corpus odoriferum super organum olfactus poneretur, aut propter frigiditatẽ cerebri, aut aliqua alia causa. Vnde auditus & olfactus hoc habent commune, q̃ natura prouidit, ne sensibile ad organum possit peruenire. Fecit enim aures & nasum, quibus prohibetur, ne sensibile tangat sensũ. In tactu, ratio est, quia cùm qualitates tangibiles sint formæ productiuæ sibi similes secundum esse naturale, si tangibile poneretur super organum, quia solum habens excellentiam qualitatum tangibilium est obiectum tactus, imprimeret magis formam naturalem, quam spiritualem propter sui actiuitatem, & magis corrumperet organum soluẽdo proportionem organi; tùm præsertim, quia organum tactus, scilicet neruus est materialis, & facilis susceptiuus qualitatum tangibilium secundùm esse naturale. Vnde si igis ponere tur immediatè super organum tactus, non faceret sensationem, sed causaretin eo qualitates suas secundùm esse naturale. In gustu vero ratio est, quia vt habet Arist. 2. de Anima tex. 102. humor, idest, sapor non facit sensationem sine humiditate, tunc si poneretur corpus saporosum supra organum gustus, quod est etiam organum tactus, quia non posset sentiri humidum, eo q̃ tangibile esset supra organum tactus, nec etiã sentiretur sapor.

¶ Secundo probatur. Quia sensus est potentia spiritualis, & obiecta extra animam habent esse purum corporeum, & materiale; vt ergo percipiantur à sensu necesse est, quòd fiant aliquo modo spiritualia, aliàs enim non proportionarentur sensui, ut autem spirituales efficiantur, indigent medio. Pro cuius intelligentia nota, quòd sicut agentia naturalia semper in sua actione gradatim procedunt, ut semper quod producunt secundùm proportionem maioris distantiæ, remissius sit & debilius; pari ratione sensibile ipsum. verbi gratia, color, qui realiter secundùm esse naturale in pariete fixus est, spiritualiter diffunditur, & per medium sua intentione penetrat, ut ad vsque sensum deferatur. Et sicut ignis proximam sibi partem calefacit, & per illam coniunctæ parti calorem inducit, per quam in aliam calorem infundit, & ita deinceps se se remissiùs & debiliùs insinuat, donec vis ipsius agentis deficiat: sic in proposito sensibilia sensus immutant, ita tamen vt gradatim à propinquo in remotum se se diffundant, & species ipsæ paulatim, dum ab obiecto in sensum deriuantur, puriores & minus materiales atque magis spirituales efficiuntur. Hæc ergo est necessitas medii, cuius mediatio ratione dicta est ualdè necessaria, vt ibidem depuratæ species immaterialiores ad sensum ipsum accedant, & sensibus ipsis iam commensuratæ & proportionatæ efficiantur. Quæ diffusio ac multiplicatio specierum per medium proportionabiliter fit atque in aquæ vertiginibus & circulationibus, quæ fiunt lapide in flumen iniecto. Continuò enim fiunt circulationes, & adhuc in orbem se se agunt, & vnius orbis vnda aliam excitat, & commouet, & quasi parit orbem alterum, donec vis mouentis langueſcat. Sic quoque fieri species existimandum est. Nam sensibile in coniunctum medium suam infundit speciem, & per illum in sequentes partes secundùm seriem, atque ita deinceps

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceps quoad ipsum sensum attingat, vt fiat cognitio & assimilatio. Præterea sicut demerso lapillo orbiculationes non cessant, qm̃ adhuc vigetvis & impulsus expulsatione lapilli, sic absente ipso sensibili & cessante actione exterioris sensus reseruatur pulsatio, & motio defertur per sensus ipsos internos, vnde insomnia & reminiscentiæ sequuntur. Quare non ita accipiendum est obiectum speciem facere in partem, propinquam & istam alteram creare, ita vt prioribus desinentibus posterior se sensui insinuet, non enim desinunt priores, sed sicut ignis calorem eundem diffundit per medium vsque ad sphæram suæ actiuitatis; ita etiam obiectum sensibile easdem species diffundit, & multiplicat per medium vsque ad sphæram suæ actiuitatis, intra quam si sit potentia visiua, eis informata elicit visionem. Et hæc est necessitas medij in omnibus potentijs, vt scilicet in eo deputetur species, & vsque ad sensum, qui quodammodo spiritualis est spiritualiter perueniant. De qua ratione vide si vis Iauellum. 2. de Anima. quæst. 31. & 50.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum nego, quòd compresso oculo fiat visio realis illius fulgoris. Nam illud accidit ex concursu spirituum. Vnde illud apparet nobis, sicut quando videtur nobis quòd lignum existens in aqua sit fractum, vel tortuosum. Respondetur secundò, quòd lumen habet esse spirituale, & ideò non est eadem ratio de eo atque de aliis obiectis sensibilibus, sed potest esse immediatè in oculo. Nam, vt patet ex secunda ratione, ad acquirendam spiritualitatẽ in speciebus ponitur medium. Lumen ergo, quod hanc spiritualitatem habet, illo non indiget. Ratio autem quare in oculis appareat fulgor ille, fortè est, quia cum oculus debeat habere aliquam internam lucem, vt habeat Ari. lib. de sensu & sensato, & per talem motum vna pars deprimatur oculi, & altera eleuetur, sintque corpora tersa & diaphana, illa quę eleuatur in inferiorem, immittit fulgorem. Ad aliud dico, quòd oculus dupliciter consideratur. Primò, secundũ se & præcisè. Secundò, vt emittit fulgorem ex sua leuitate, in quo fulgore repræsentatur ipse oculus, sicut in speculo quando quis respicit speculum. & oculus videt figuram suam in speculo, & per illam reflexiuè videt seipsum. Sic in proposito dico, quòd oculus celeriter motus videt in tenebris fulgorem suum, quẽ emisit, antequam fulgor ille euanescat, & per fulgorem sibi similem videt seipsum. Ad argumentũ ergo nego, quin oculus in illo casu distet à seipso. Nam distat vt effectus à sua causa, & sicut distat ab oculo imago sua impressa in speculo, sic distat ille fulgor emissus ab oculo, per quem oculus videt reflexiuè seip sum. Ad alia patet ex dictis. ¶ Ad secundum negatur, ꝙ ille sibillus sit in aere immediato ipsi organo auditus, imò est in aere resperso in concauitatibus aeris. Ex quo patet ad aliud ibi positum. ¶ Ad tertium nego etiã, ꝙ odor, qui immediatè tangit caruncul as, in quibus subiectatur potentia odoratiua, sentiatur, imò necesse est, vt sit parũ distantior. ¶ Ad quartum similiter nego, quòd ille vapor amarus in ore tangat immediatè neruum, qui est organum, sed prius respergitur in carne linguæ, quę est medium in gustu, inde ad neruum peruenit. Idem dico ad alia, quæ ibi de salma adducuntur. ¶ Ad quintum concedo, ꝙ tangibile supra carnem positum sentitur, sed tamen caro, vt patet ex autoritate inducta Aristotelis, nõ est organum tactus, sed medium. Vnde si neruus nudus esset sine colligatione ad carnem nullum sentiret dolorem. Istę solutiones amplius patebunt, cùm postea explicuerimus medium, & organum cuiuslibet sensus in particulari.

DVbitatur octauò, Vtrùm diuisio sensibilis in proprium, commune, & per accidens sit bona? ¶ Pro parte negatiua arguitur primò. Sensibilia communia & per accidens non differunt, ergo. Antecedens probatur. Sicut sensibilia per accidens nõ apprehenduntur, nisi inquantùm sensibilia propria percipiuntur, ita nec sensibilia communia. Non enim possumus videre magnitudinem, aut figuram nisi videndo colorem, ergo vel vtraq; per accidens, vel vtraq; per se sensibilia sunt. ¶ Secundò. Sensibile commune aut est sensibile per se primò, aut per se secundò. Non per se primò, quia hoc sẽsibilibus propriis per se

se conuenit. Nec per se secundo, quia hoc non esset per se sentiri, sed per aliud, quod conuenit sensibilibus per accidens, ergo nullo modo verificatur, quòd predicta sint sensibilia per se. ¶ Tertio, Si aliquod esset sensibile per accidens, maximè substantia, vt patet exemplo Aristotelis; sed hæc non est sensibilis per accidens, ergo nullum est tale sensibile. Probatur minor. Substantia imprimit speciem sui in sensu, ergo per se sentitur. Consequentia nota est, & probatur antecedens. Nam si in sensu non est species substantię, ergo nec in intellectu, iuxta illud; Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. ¶ Quartò. Nam si aliqua essent sensibilia communia, maximè numerus, & magnitudo, & quantitas, & quies; sed hæc non, ergo. Probatur minor, Nam numerus & magnitudo nõ sunt sensibilia, aliàs Mathematicæ agerent de materia sensibili. Præterea. Nam numerus vt est sensibile commune vel sumitur formaliter, vel materialiter. Si secundum, ergo non ponit in numero cum magnitudine. Si primum, contra, nam numerare est actus intellectus, vt habetur. 4. Physic. ergo non potest esse actus sensus cognoscere numerum. Antecedens probatur. Nam numerare nihil aliud est, quam certificari, & cognoscere certò, quot vnitates sint in aliqua re. Præterea probatur, quòd quies & motus non sint sensibile commune. Visio fit in instanti, & incipit per primum sui esse, motus & quies nõ, ergo in illo instanti, in quo fit visio, potest esse sensatio sensibilis propriisine sensatione sensibilis communis, & sic non necessario coniunguntur in sensus immutatione hæc duo sensibilia. ¶ Quinto. Motus non sentitur per sensum exteriorem, ergo non debet numerari inter cõmunia sensibilia, ubi tantum numerantur ea, in quæ sensus exteriores feruntur. Consequentia patebit ex his quæ dicemus, & probatur antecedens. Nam motus non cognoscitur nisi apprehendatur prius & posterius. At prius & posterius cum sint idẽ, quod præteritũ & futurũ, nõ apprehenduntur, nisi fiat reseruatio per memoriã, & cõpositio uel diuisio per cogitatiuam apprehendentẽ rem esse in alio situ quam prius fuit, ergo. Idem argumentum potest fieri de quiete. Confirmatur. Nihil sentitur, nisi præsens; at de motu, & quiete nihil est præsens, nisi indiuisibile instans, quod non est sensibile, ergo. ¶ Sextò. Quies est quid priuatiuum, ergo non agit in sensum, ergo nõ est sensibile per se, neque sensibile commune. Confirmatur. Nam tenebræ non sentiuntur per se, sed tantum per accidens, quia non immutant sensum, ex eo quòd sunt quid priuatiuũ, ergo similiter quies. ¶ Septimo uidetur, quòd sint plura sensibilia communia, quam quinque, quæ enumerat Arist. Nam ipse in. 4. Physi. tex. 98. ait tempus sub sensu cadere, & non ut sensibile proprium, ergo ut commune. Præterea lib. de sensu, & sensato cap. 4. ait, quòd inter sensibilia communia computantur molle, & asperum, &c. Item, nam sensus discernit situm, distantiam, raritatem & densitatem, pulchritudinem & deformitatem, quæ sunt primæ speciei qualitatis, & non pertinent ad figurã, ergo. ¶ Octauo, & videtur, ꝙ sensibilia communia nõ sint per se sensibilia. Nam sunt per accidens cõiuncta propriis sensibilibus, ergo. Antecedens probatur. Nam quantitas ex natura sua abstrahit à sensibili proprio, vt patet in Mathematicis, ergo si illi coniungitur sensibile proprium, hoc est per accidens. Consequentia probatur. Nam eorum sensibilitas procedit à sensibilitate propriorum, ita ꝙ sine coniunctione ad illa sentiri non possunt, ergo si per accidens coniunguntur, per accidens sentiuntur.

POst quam Aristo. lib. 2. de Anima cap. 5. de potentiis sensituis disseruit secũdùm quasdam communes illarum conditiones, antequam de vnoquoque sensu in particulari aggrediatur tractatum, agit in c. 6. (quod breuissimum est tres tantum continens textus videlicet. 63. 64. & 65.) de sensibili in communi iuxta ordinẽ, quẽ tradiderat. cap. 4 quòd obiecta sunt priora actibus. Dicit ergo, quòd triplex est sensibile, proprium, commune, & per accidens. Sensibile proprium est, quod ita sentitur vno sensu, quod non potest alio sentiri, & circa quod sensus non potest errare, vt visus est perceptiuus coloris, & auditus soni. Sensibilia communia sunt, quæ nõ sunt propria vni sensui, sed à pluribus sensibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipiunt, & hæc sunt quinque videlicet, A motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Sensibile per accidens est illud, qd accidit ei, quod est proprium sensibile. v.g. homo est sensibile per accidens, quia videtur ratione albedinis, accidit quæ albo q̃ sit homo. Tandem in fine capitis docet hæc sensibilia propria esse penes quæ substãtia & diffinitio vniuscuiusque sensus consideratur, a tali enim sensibili aptus est pati. Pro horũ quæ dicit Arist. maiori intelligentia, q̃ quæstionis dilucidatione.

¶ Notandum est primo, q̃ in hac diuisiõne primo diuiditur sensibile in per se sensibile, & per accidens sensibile. Deinde sensibile per se in proprium & cõe subdiuiditur. In quibus diuisionibus (vt optime adnotatur Caiet. super hoc caput) non diuidit sensibile in tota sua latitudine, sed solũ prout comprehendit sub se cognoscibile à sensibus exterioribus, alias nullum esset sensibile proprium. Nam color nõ à solo visu, sed à tensu cõi etiam percipitur, & idem est de sono & alijs sensibilibus proprijs.

¶ Secundò notãdum est, quòd ad hoc q̃ aliquid sit sensibile cõe, nõ requiritur vt ab omnibus exterioribus sensibus sit perceptibile, sed sufficit, q̃ à duobus vel tribus, & in hoc distinguitur a sensibili proprio, quod vno tantùm sensu sentitur. Vnde quædam sensibilia communia ab omnibus sensibus exterioribus percipiũtur vt motus & quies; quædam duobus tantum vt figura, quæ visu cognoscitur & tactu, alia tribus vel quatuor vt numerus.

¶ Tertiò notandum est fuisse quosdã ex Perspectiuis, inter quos est Ciruelo libro. 1. suæ perspectiuæ. cap. 8. conclu. 3. dicentium discrimen inter sensibilia propria & cõmunia esse, q̃ propria à sensibus exterioribus, communia uero à solis interioribus percipiuntur. Et probant quia præter quinque sensibilia communia, quæ ab Aristo. numerantur, sunt alia multa. Nam quatuor addũntur ab eodem Aristot. in lib. de sensu & sensato. cap. 4. scilicet, asperum & lene, acutum & obtusum. Item vnitas, quam addit etiam Aristot. eodem lib. 2. de Anima. textu. 133. Præterea, æquale, & inæquale, maius & minus, simile, & dissimile, propinquum & distans, situs, & diuisio. Quæ omnia sensibus exterioribus percipi nequeunt, sed interioribus, & per consequens in hoc differunt à proprijs sensibilibus. Per accidens autem sensibilia in hoc à sensibilibus per se, dicũt, differre, quod hæc ab aliquo sensu interiori vel exteriori, illa vero à nullo sensu percipiuntur. Sed hi in multis deficiunt multiplicantes sensibilia communia sine causa. Omnia enim quæ numerata sunt reducuntur ad illa quinque. Nam asperum & lene, acutum & obtusum ad figuram & magnitudinem pertinent. Idẽ de situ & diuisione dicendum est. Pulchritudo claudit sensibile proprium cum communi, scilicet, colores cum tali figura. Vnitas ad numerum reducitur. Alij vnitatem reducunt ad quietem, quia non habet diuersitatem. Alij sub magnitudine comprehendi volunt. Nam vnitatem apprehendit sensus ea ratione, qua continua est, & non diuisa, hoc vero magnitudo est. Æquale & simile, &c. non sentiuntur nisi ratione fundamentorum, quæ ad prædicta sensibilia communia, vel propria reducuntur. Verum est, quòd quantum attinet ad situm aliqui existimant, quòd nõ est sensibile commune, propterea q̃ non est pluribus sensibus perceptibilis, sed solo visu. Nam si ab alio, maximè tactu, sed hoc non, nisi simul accedat iudicium rationis. Nam si aliquis homo tangat hominem sedentem, & secludamus iudicium rationis, non poterit de illius situ iudicare. Nam per tactum sedentis non cognoscitur locus, ergo nec situs, qui sine loco cognosci nequit: imo vero alij sunt asserentes, quòd neque visu percipi potest. Nam neque continentia ipsa, neque ordo partium ad locum vt continentem, quæ essentialiter claudũtur in situ, possunt per visum percipi. Vnde isti dicunt, quòd situs est sensibile per accidens; Nihilominus tamen hæc nullius momenti sunt, & ita dicimus quòd est sensibile commune, & reducitur ad magnitudinem, vt diximus, quia sumitur in ordine ad magnitudinem contaenntis, & percipitur visu et tactu. Sed vt ad propositum redeamus deficiunt prædicti autores. Secundò, assignando discrimen communium sensibilium a proprijs. Certissimum enim est, quòd sensibilia communia etiam à sensibus exterioribus percipiuntur. Tertiò, erãt autores isti in

in differentia assignata inter sensibilia per A se, et per accidens, vt posteà manifestabitur amplius. ¶ Quartò notandum est maximè q̃ cum ratio sensus consistat in passibilitate, vt dictum est dubio primo huius articuli, ratio sensibilis in actuitate debet consistere. Vnde sensibile per species immutat sensum, & sensus à sensibili patitur. Quapropter per se sensibile, per se immutatiuũ sensus debet esse, & ita Aristot. text. 65. assignans radicitus rationem sensibilis per accidens dicit, quòd sensus nihil paritur ab eo. B In quo innuit apertè, q̃ ratio sensibilis per se est; quod sensus aliquid patiatur ab illo, quod tam in proprijs quam in cõmunibus sensibilibus verificandum est. Sed dupliciter aliquid dicitur influere ad aliquem effectum. Vno modo causando substantiã effectus, alio modo modificando effectum. Et primus horum conuenit sensibilibus proprijs, nam à proprio sensibili aptã esse substantiam vniuscuiusque sensus immutari docet Arist. in fine c. 6. iam allati. Secundus C vero cõuenit sensibilibus communibus, nã impressio colorati in oculo aliter fit, si coloratũ quiescat, aliter si moueatur, aliter sub vna figura, aliter sub alia. Hæc est sententia D. Thom. in hoc artic. ad secundum, & 2. de Anima. lect. 13. vbi est omnino videndus. In quibus locis assignat differentiã prę dictam inter sensibile propriũ & cõe, quòd proprium concurrit ad substantiam sensationis commune ad modum illius. Quod q̃ sensibile cõe non pertineat ad speciẽ sen D sationis. Patet, quia concursus eius est communis pluribus sensibus, & per consequẽs non põt specificare actionem, sed modificare tantum. ¶ Vltimò est notandum, quòd modificatio ista potest fieri dupliciter vno modo imprimẽdo propriam speciem, quæ modificet speciem sensibilis proprij. Nam quemadmodum à parte rei ipsum sensibile commune est modus sensibilis proprij: ita species vnius posita in sensu potest esse modificatiua speciei alterius. Alio modo po- E test fieri prædicta modificatio absque impressione propriæ speciei, per hoc q̃ obiectum taliter modificatum à parte rei aliter immutat sensum. Et de istis duobus modis est varietas opinionum, quo nam illorum modorũ fiat prædicta modificatio. De quo in sequenti dubio disputabimus. Tamen interim ad propositam quæstionem sit.

PRima conclusio. Sensibile per se & per accidens differunt in hoc, quòd sensibile per se attingitur à sensu, & verè pertinet ad immutationem sensus, siue quantum ad substantiam, quod habet sensibile proprium, siue quantum ad modum, quòd habet sensibile commune, iuxta dicta in 4. & 5. notab. ex mente Diu. Thom. At verò sensibile per accidens non attingitur in seipso à potentia sensitiua, nec pertinet ad variationem sensationis. Quando enim video album, non variatur visio ex eo quòd illud album sit homo vel lignum; variaretur autẽ ex eo, quod illud album esset magnum vel paruum, quadratum aut rotundum. Vnde secundùm Diu. Thom. lect. 13. citata, tres conditiones requiruntur ad hoc quòd aliquid sit sensibile per accidens. Prima, quòd accidat ei, quod per se est sensibile, sicut albo accidit esse hominem. Secunda, quòd cognoscatur à sentiente per aliam potentiam per se, & sic substantia dicitur nobis sensibilis per accidens, quam cognoscimus per intellectum, & per cogitatiuam. Bruta autem apprehendunt sensibilia per accidens per extimatiuam naturalem, sicut ouis cognoscit filium suum. Tertia conditio est, quòd sensibile per accidens non immutet per se sensum illum, respectu cuius dicitur sensibile per accidens.

¶ Sed contra has conditiones arguitur. Si sensibile per accidens. v.g. substantia nullo modo immutat sensum externũ, sequitur, quòd non habeamus notitiam illius per sensum externum; consequens est falsum, nam videmus niuem, & gustamus panem, ergo.

¶ Ad hanc dubitationem sunt qui concedant sequelam existimantes, quòd sensu exteriori sola cognoscimus accidentia, substãtiam vero solum cognoscimus sensu interiori, vel argumentatiuè per intellectũ. Alij vero asserunt, q̃ nullo sensu neq; interiori neq; exteriori põt cognosci substantia, cuius sententiæ videtur esse expressè S. Th. supra q. 57. ar. 1. ad secundum, vbi inquit, q̃ sensus non apprehendit essentias rerũ, sed exteriora accidentia tm̃: similiter neq; imaginatio, sed apprehẽdit solas similitudines rerum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum: intellectus autem solus apprehendit essentias rerum: & in 1.2.q.31.ar. 5. dicit, quòd sensus sistit in ipsis exterioribus accidentibus rei, intellectus vero penetrat vsque ad rei essentiã; & in 2. de Anima lec. 14. & pluribus alijs locis idẽ docet. & Ferr. lib. 1. contra gent. cap. 20. circa quintã rationem ita tenet. Apollinaris autem lib. 2. de Anima. q. 16. putat vtramque opinionẽ probabilem, & quòd substantia cognoscatur à sensibus, & quòd non cognoscatur. At vero Magister Soto in 4. dist. 9. q. 2. articu. 5. multis impugnat hanc sententiam, & dicit esse opinionem Summulistarum, seu potius Terministarum. Nam quemadmodũ accidentia sunt virtutes substantiæ ad alias quascunque operationes, ita etiam ad immutandum sensum & terminandum sunt virtutes substantiæ, & substantia mediantibus accidentibus verè sentitur. Hæc sententia potest confirmari ex Aristote. cap. 6. supra citato, tex. 63. vbi ait, quòd sensus exterior non decipitur, quoniam color aut sonus sit, sed quid est coloratum, aut vbi est, aut qui est sonans. Ecce circa sensibile per accidens decipitur sensus secundum Arist. ergo cognoscit illud sensus. Nam decipi nihil aliud est quam falsò apprehendere. Et S. Thom. non descedit etiam ab hac sententia. Nam expresè eam tenet supra q. 17. artic. 2. vbi inquit: Similitudo alicuius rei in sensu est tripliciter. Vno modo primo & per se, sicut in visu est similitudo colorum, & aliorum propriorum sensibilium. Et alio modo per se, sed non primo, sicut in visu est similitudo figuræ, vel magnitudinis, & aliorum communium sensibilium omniũ. Tertio modo nec primo nec per se, sed per accidens, sicut in visu est similitudo hominis, non inquantum est homo, sed inquantùm huic colorato accidit esse hominem. Hæc D. Tho. cuius verba adduxi vt videatur, quid in hac re ipse senserit, tùm etiam quia maximè conducunt ad reliqua quæ in hac quæstione & sequenti dicemus. Ex quo loco patet quid voluerit D. Thom. in q. 57. dicere. Nihil enim aliud sensit nisi, q̃ per se non cognoscitur substantia à sensu. Ferrarien. etiam hoc modo intelligendus est. Vnde ipse expresè tenet libro 2. contra gent. cap. 66. ratione 3. quòd substantia per cipitur à sensu. Eandem explicationem, quam nos adhibuimus. D. Thom. adhibet etiam ipse eidem D. Thomæ in eodem loco, vbi dicit, quòd sensus percipit corporalia. ¶ Quòd si contra hanc sententiam fiat argumentum. Sequitur, quòd mutata substantia mutetur notitia, etiam inuariatis accidentibus. v. g. quando consecratur hostia, quæ anteà erat notitia panis, iam non sit notitia panis. Consequens est falsum. Nam experientia constat eandem perseuerare visionem antè & post consecrationem maximè in infideli, qui ignarus esset illius transmutationis. Respondetur, quòd quantum ad iudicium intellectus nulla est difficultas in nobis fidelibus. Non enim manet idem iudicium, quod anteà fide corrigente proprium intellectum. De notitia autem sensitiua dico manere eandem tã in nobis quã in infidelibus, ad quod sufficit q̃ sit notitia eius, q̃ gerit vices panis ex natura rei. Præterea ad hoc sufficit, q̃ obiectum propriũ & per se illius notitiæ, quod est color, maneat omnino idem, & inuariatus. Et si quæras, nunquid illa notitia erit intuitiua panis, sicut anteà? Ad hoc respondetur dupliciter. Primò, quòd licèt sit omnino eadem absque aliqua sui varietate, trãsijt de intuitiua in abstractiuam. Est enim satis probabile, quòd notitia intuitiua & abstractiua differunt accidentaliter, ac per consequens possunt continuari, sicut & idem solet dici de conceptu vltimato, & non vltimato, q̃ possunt continuari, quia differunt accidentaliter, per hoc solùm, quòd terminus quẽ significat conceptus non vltimatus, deponatur à sua significatione. Secundò respondetur, quòd si teneamus quòd illa diuisio est essentialis, atque ita non posse continuari, quòd adhuc illa notitia est intuitiua, quia licet non maneat obiectum præsens in se secundùm substantiam, satis est quòd maneat secundùm virtutem, id est, secundùm accidentia propria. Si autem alia accidentia similia primis ibi substituerentur, non esset notitia intuitiua panis. Vnde si Deus vellet supplere vicem Antichristi proponens oculis meis aliquam figuram similem illi, notitia mea non esset notitia intuitiua Antichristi. Ex dictis patet, quam falsa fuerit differentia, quam assignabant

gnabant Perspectiui inter sensibilia per se & per accidens, tùm quia nõ reddebant rationem differentiæ, tùm maximè quia falsum est, quòd sensibile per accidens à nullo sensu percipitur. ¶ Secunda conclusio. Inter sensibile proprium & commune triplex est differentia. Prima, q̃ sensibile proprium vno tantũ sensu percipitur, commune pluribus. Secunda, quòd circa sensibile commune potest sensus falli, circa proprium verò non. Has duas differentias posuit Aristo. in capi. 6. supra citato, & quidem prima, per se satis est clara, secundam verò iam nos exposuimus dub. 4. huius art. Tertia est, quam assignat S. Thom. locis citatis, & nos explicuimus quarto & quinto notabili, quòd sensibile proprium causat substantiam & specificationem sensationis, sensibile autem commune pertinet ad modum illius. Sensus enim exteriores secundùm diu erstitatem sensibilium propriorum distinguuntur, licèt etiam sit necessarium ad exercitium sensationis, quòd sensibile proprium sit coniunctum cũ sensibili communi propter vniuersalem rationem, in qua conueniunt omnes sensus, vt docet S. Tho. in 4. d. 49. q. 2. art. 2. Nam cùm omne sensus conueniant in hoc, quòd est habere organum quantum, non possunt immutari à proprio obiecto nisi coniuncto cum quantitate. Vnde quantitas, & ea, quæ consequuntur quantitatem, vt numerus, motus, figura, &c. sunt sensibilia cõmunia.

AD argumenta facta in principio respõdetur. Ad primum patet ex dictis, quomodo differant sensibilia communia, & per accidens.

¶ Ad secundum respondetur, quòd sensibilia communia sentiuntur per se secundo tanquam modi necessariò coniuncti cũ sensibilibus propijs, quæ per se primo percipiuntur. Nam quantitas, & reliqua quæ consequuntur quantitatem, vt motus, & quies, vnum, & multa, &c. concomitantur qualitates sensibiles non solùm in esse rei quatenus nulla forma naturalis reperitur in re nisi in subiecto quanto, sed etiam in esse sensibilis, eo q̃ sensus, cùm sit potentia materialis recepta in organo quanto, non abstrahit ab huiusmodi conditionibus singularitatis & materialitatis, sed modificatur ab illis per se loquendo. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ substantia est sensibilis per accidens, non tamen imprimit propriam speciem in sensu. Quomodo autem possit esse species substantiæ, in intellectu cùm non fuerit in sensu, dicemus infrà quæstio. 84. art. 7. dub. 1. ad confirmationem vltimi argumenti. Sunt enim qui existimant non posse nos per intellectum cognoscere absolutè substantiam, sed connotatiuè per ordinem ad accidentia, & idem dicunt de repræsentatione specierum intelligibilium. Sed hæc est vis intellectus agentis, vt copiosius explicabimus quæst. sequenti. art. 3. vt ex phantasmate, vbi accidentia relucent, educat species proprias substantiæ ipsius & absolutas, cuius ipsa accidentia erant virtutes & instrumenta. ¶ Ad quartum negatur minor. Ad primam probationẽ respondetur, quòd sensibilia communia non sentiuntur sine propijs. Cùm ergo Mathematicæ abstrahant à sensibili proprio, abstrahunt etiam à quolibet actualiter sensibili, licet agant de natura, quæ est sensibilis, supposita sensibilium propriorum sensibilitate. Ad secundam probationem respondetur, quòd numerus non sentitur vt mensura, sed quoad distinctionem & discontinuationem rerum, vbi notandum quòd numerus dupliciter considerari potest. Vno modo vt mensura est rerum numeratarum, & sic nullus numerat nisi homo, qui numerũ comprehendit, percipitque esse quatuor vel tria, vel plura. Altero modo dicitur ipsa discontinuatio & multitudo, & hoc visu, & sensu percipitur, & ipsius oppositum est vnum, quod coniunctionem, & continuationem rei dicit. Aduerte tamen q̃ Gregorius Nissenus de viribus animæ. cap. 3. dicit sensum non posse cognoscere numerum vltrà quatuor, neque figuram vltrà quatuor angulorum. Intelligitur tamen quòd perfectè id non potest cognoscere. Ad tertiam probationem respõdetur, quòd quies sumitur ibi non propriè, sed negatiuè, pro hoc quod est non moueri, siue tunc incipiat quiescere siue moueri. ¶ Ad quintum aliqui vt Gaeta. Tyenens. & Apoll. concedunt motum non cognosci tantum per sensum exteriorem, nisi adueniat simul interior, qui successiones apprehendat. Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

solutio potest confirmari ex D.Thom. quæ A
stio. 1. de verit. ar. 11. quòd iudicium de sen
sibilibus communibus est per collationem
quam facit in homine cogitatiua, in alijs
æstimatiua, & sic sensibilium communiũ
iudicium nõ pertinet solùm ad sensum ex
teriorem, sed etiam ad interiorem.

¶ Sed contra hanc sententiam est id, qd
diximus notabili primo, quòd diuisum in
hac diuisione est sensibile tantum sensu ex
teriori, quod tamen est falsum iuxta hanc
sententiam. Quanuis, vt saluemus Diuum B
Thomam, posset ad hoc dici, quòd sensibi
le sensu exteriori est diuisum siue simul ad
talem sensationem cõcurrat alius interior,
siue non: nihilominus tamen ad argumen
tum respondetur, quòd ad cognoscendum
motam cognitione coexistente ipsi motui
& tempori illum mensurauti, non requiri
tur cognoscere præteritum ipsum mensũ
ræ cognitionis, sed sufficit cognoscere sem
per præsens, & coexistens ipsi cognitioni.
Nam cùm cognitio ipsa sit successiua, & C
mensurata tempore, vni parti durationis
eius respondet pars motus tunc illi præ
sens & vt præsens cognita, & alteri parti al
tera, & sic de reliquis. Et sic licet cogno
scat motũ, & successionem, nunquam ta
men cognoscit præteritũ ut sic, & ad ista
modo cognoscendum motum non requiri
tur reseruatio in memoria. Et per hæc pa
tet ad confirmationem, licet enim in in
stanti cognitionis correspondeat tantum
instans indiuisibile motus, toti tamẽ visio D
ni motus diuisibilis coexistit. ¶ Ad sextum
communiter solet dici, quòd pro fundamẽ
to habet esse reale, & ratione illius funda
menti percipitur sensu. Sed hæc solutio ex
eo videtur pati calumniã, q̃ quies pro fun
damento est sensibile proprium, & ideo di
co, quòd sicut sensibile proprium continet
in se etiam opposita priuatiuè vt lucem &
tenebras &c. quæ sentiuntur per non im
mutationem: ita etiam quies sentitur nega
tiuè, quia non diuersimodè immutat, sed E
semper vniformiter se habet. In præsenti
enim per quietem rei consistentiam sub
vno situ intelligimus. Et ad hoc q̃ isto mo
do sentiatur, non requiritur esse ens reale
sicut patet in tenebris, neque q̃ immutent
vel agant in sensum, imò requiritur, quòd
non immutent, neque agant. Ex quo patet
ad confirmationem. ¶ Ad septimum alii
qui respondent, quòd tempus est sensibile
per accidens, & quod non sentitur sensu
exteriori. Et ratio eorum est, quia tempus
non se tenet ex parte sensibilis obiecti im
mutantis diuersos sensus, sed in cælo tantũ
subiectatur, ex qualibet autem sensus im
mutatione potest tempus apprehendi. Ni
hilominus tamen probabilius puto, quòd
tempus est sensibile & commune, & quòd
reducitur ad motum, quia eandem habet
rationem immutationis, scilicet, cùm suc
cessione, sicut etiam possumus ad illum re
ducere orationem, quę est species quantita
tis. Et quòd sit sensibile per se, videtur ex
presè asserere Aristo. 4. Physi. tex. 98. vbi
ait tempus sub sensu cadere. Quòd autem
reducatur ad motum videtur etiam ipse di
xisse Aristote. inquit enim in eodem lib.
capitu. 11. quòd quando motus non perci
tur, neque sentitur tempus. Vnde dormien
tibus nihil esse temporis transactum vide
tur, febricitantibus autem apparet longis
simum, quoniam nimium in tempore pa
tiuntur, vt eodem. 4. Physic. potissimum
tex. 113. asseritur. Ad alia quę in hoc argu
mento afferuntur, patet ex dictis in tertio
notabili. ¶ Ad octauum respondetur,
quòd admisso esse per accidens coniuncta
propriis sensibilibus in esse rei, tamen in
esse sensibilis per se coniunguntur, dum
vnum sine altero sentiri nequit, & vtrum
que concurrit ad immutandum sensum, al
terum tanquam principale agens, alterum
modificans ipsum.

DVbitatur nono. Vtrùm sensibilia com
munia imprimant species proprias
distinctas ab speciebus sensibilium proprio
rum? Pro parte affirmatiua arguitur pri
mò ex Aristo. 2. de Anima. capit. 7. tex. 66.
dicente, quòd color est visibilis per se, pro
pterea quòd in se ipso habet causas vt sit
visibilis, sed sensibile commune est etiam
sensibile per se, ut D. Tho. docet in hoc
articu. ad secundum. & in 2. de Anima. le.
13. imo etiam id expresè docet Aristo. 2.
de Anima. capit. 6. tex. 64. ergo sicut color
immutat sensum per se mediante propria
specie, ita etiam sensibile cõmune immit
tit propriam speciem. Hoc idem videt sen

tire S. Thom. supra quæst. 17. art. 2. quem lo A
cum adduximus dubio præcedenti, ubi in
quit, In sensu est similitudo figuræ, & ma
gnitudinis, & aliorum sensibilium commu
nium. ¶ Secundo. Species coloris quantum
est ex se solum habet representare colorẽ,
& non quantitatem, uel figuram, ergo re
quiritur alia species, quę repręsentet ipsam
quantitatem. Cõfirmatur. Color, figura, &
quantitas sunt formę omnino diuersæ, &
aliunde habẽt per se immutare sensum, er
go per unam speciem id nõ possunt effice- B
re. ¶ Tertio. Quia alias eadem res formali
ter esset diuersarum specierum, & haberet
diuersas essentias. Nam species in esse intel
ligibili est eiusdem speciei cùm re quam rẽ
presentat. At si non esset propria species sẽ
sibilis communis, eadem species repręsen
taret sensibile commune & proprium, quę
sunt diuersarum rationum, ergo. Confirma
tur. Non est idem esse albedinem & esse
magnitudinem, ergo neque est eadẽ vtriusC
que species. Antecedens probatur. Nã quan
titas, & qualitas distinguuntur realiter. Cõ
sequentia vero probatur. Nam species in ge
nere cognoscibiliũ tribuit esse id, cuius est;
vna vero species non potest esse forma spe
cificans diuersas res.

¶ Quarto. Experiẽtia hoc videtur demõ
strare. Nam speculum recipit propriam spe
ciem figuræ, ergo multo magis in speculo
animato, quale est oculus. Itẽ quãdo clau
sis oculis opponitur alicui manus, vel ali
quod corpus opacum, sentit illud, & nõ per D
speciẽ proprij sensibilis, quia oculus clau
sus non percipit lumen, neque colores, ergo
per species quantitatis, vel alicuius sensibi
lis communis. Præterea, quando instigitur
vulnus sentimus scissionem, & dolemus de
illa; & tũc nõ sentitur aliqd tangibile pro
priũ, ergo sensibile cõe p se imutat sensũ.

¶ Quinto. Omnis nra cognitio fit per as
similationẽ; sed hæc assimilatio diuersarũ
rerum nõ potest fieri per eandem speciẽ, er
go. Si dicatur ad hoc, quod p speciem sensi E
sibilis proprij cognoscitur etiam sensibile
commune, & potentia assimilatur illi se
cundario, sicut per eandem speciem co
gnoscitur ens reale, & rationis. Contra,
diuersa mutatio fit ex eo, quòd percipi
tur sensibile commune simul cùm sensibi
li proprio, ergo huius diuersitatis aliquod
est principium in sensu, non species sensibi
lis propri; nam hęc cùm multis sensibili
bus communibus potest manere eadem, er
go aliqua species propria sensibilis commu
nis est principium huius diuersitatis. ¶ Sex
to. Si sensibile commune nullam imprimit
sui speciem, sequitur quòd non diuinguatur
a sensibili per accidens, quod habet
hoc proprium, quòd non immutet potẽ
tiam per aliquam sui speciem. Confirma
tur. Quia sensibile commune vel agit ali
quid in sensum distinctum à sensibili pro
prio, vel nihil. Si aliquid, ergo speciem.
Nihil enim aliud agit. Si nihil, ergo est
sensibile per accidens. Nam in hoc distin
guitur a sensibilibus per se. ¶ Septimò. Si
quis esset iuxta concauum lunæ, & tende
ret manum versus cælum, sentiret ma
num impediri per tactum à quantitate cæ
li. In cælo autem non sunt qualitates tangi
biles, quæ sunt sensibilia propria sensus ta
ctus, ergo sensibile commune immutaret
sensum absque aliquo sensibili proprio, &
per consequens habet propriam speciem.

PRopter hæc & alia huiusmodi argumẽ
ta Scotus in. 4. distin. 12. quæstio. 13.
Albertus Magnus libro. 2. de Anima tract.
3. capitu. 5. Iandunus ibidem quæstio. 17.
existimant sensibilia cõmunia imprimere
propriam speciem in sensu distinctam ab
specie sensibilis propri, per quas species
immutant sensus, quanuis actu nõ immu
rent nisi supposita specie proprii sensibilis.
Inter Thomistas etiam Iauellus. 2. de Ani
ma quæstio. 24. existimat esse de mente D.
Thom. q̃ sensibilia communia producant
ex se speciẽs; excipit tamen quietem, & sub
dit, quòd sensibilia communia non dicun
tur sensibilia per se ratione speciei, quã pro
ducunt; sed propter modificationẽ, quam
efficiunt in ipso proprio sensibili. In ipso
enim habent sensibilia communia specia
lem quendam modum, ratione cuius di
uersificatur immutatio proprii sensibilis.
Et Caieta. 2. de Anima. capitu. 6. pro com
perto habet, quòd figura immittit propriã
speciẽ in sensu, & iterùm dicit, q̃ cùm sensi
bile cõmune immuteat sensum modaliter,
ista immutatio quantùm ad modũ aliquan
do fit per propriam speciem, aliquando

vero

vero sit sine propria specie, vt in motu & quiete. ¶ Secunda tamen sententia est in altero extremo, quod sensibilia communia nullam imprimunt speciem propriam. Docet hæc sententia in summa, quod sensibilia communia non imprimunt in sensum aliam speciem præter species proprij sensibilis; sed per quendam modum specialem, quem habent, modificant & determinant speciem proprij sensibilis, & per ipsam speciem sic modificatam & determinatã percipit sensus non solùm sensibile proprium, sed etiam sensibilia communia. v.g. Albedo, quæ est in tanta quantitate cùm tali figura, & in tanta distantia immittit speciem in sensu sic modificatam, & determinatam ab illa quantitate & figura, & sic mediante illa specie percipit visus non solùm ipsam albedinem absolutè, sed etiam secũdum q̃ est in tanta quantitate, in tali figura, situ, &c. Est huius rei exemplum. Nam sicut in naturalibus concurrit ad eandem actionẽ forma & subiectum, sed forma vt principium, subiectum vt modificans. Nam aliter modificatur actio caloris in aqua, aliter in igne, vel in ferro candenti, ita hic sensibilia propria habent veluti rationem formæ, communia rationem materiæ. Illa etgo concurrunt vt principium specificans species, & sensationes, ista vt modificantia. Hanc sententiam tenent Paulus Venetus lib.2.de Anima cap.11. Gaetanus Thyen. ibidẽ Bruxellensis ibidem, & alij recentiores, & iam ferè est communis inter Thomistas. Vnde in explicationem eius, suppositis his, quæ diximus dubio præcedenti, notab.4.& 5. sit

Conclusio. Nullum sensibile commune immittit propriam speciem in sensum exteriorem. Hæc conclusio quantùm ad quietem, quæ est vnum ex sensibilibus communibus, conceditur etiam ab autoribus opinionis contrariæ; & ratio est euidẽs, nam quies cùm sit priuatio non potest habere ptopriam speciem. Sed probatur idem de omnibus sensibilibus communibus. Primò ex Diu. Thom.2.de Anima lect.13. vbi expressè docet, quòd differentiam circa immutationem sensus potest aliquid facere dupliciter. Primò, quantùm ad ipsam speciem agentem, & hoc modo facit differentiam sensibile proprium. Secundo, non quantum ad speciem agentis, sed quantum ad modum actionis. Aliter enim immutãt qualitates secundùm quòd sunt in maiori, vel in minori corpore, aut secundum quòd sunt in propinquo situ, vel remoto, & hoc modo faciunt differentiam sensibilia communia. Et posteà subdit, quod sensibilia communia non dicunt habitudinem ad ipsos sensus quantùm ad speciem actionis, sed quantùm ad modum. Confirmatur ex his, quæ docet Diu. Thom. hoc articu. ad secundum & supra quæstio. 17. articul. 2. quod sensibilia communia non immutant sensum primo & per se, sed ratione sensibilis qualitatis, vt superficies ratione coloris. Præterea dicit, quòd sensus refertur ad sensibilia communia non directè, sed ex consequenti inquantum refertur ad alia, videlicet ad sensibilio propria, ergo sentit Diu. Thom. quod sensibilia communia non imprimunt proprias species. Probatur consequentia. Quoniam si imprimerent propriã speciem, illa species per se primo & immediatè repræsentaret figuram, vel quantitatem, & non ex consequenti sicut species propria coloris per se primo repræsentat colorem. Secundo, figura non distinguitur realiter à quantitate secundùm sententiam satis probabilem, quam inter alios defendit Magister Soto. 2. Physicor. quæstio. 2. articulo primo, concl. 2. ergo non potest producere distinctam speciem à quantitate; sed quantitas non producit speciem propriam, ergo neque figura. Et confirmatur. Nam non possumus commodè explicare, quam speciem producat ternarius distinctam ab speciebus trium vnitatum, aut quam speciem producat motus vel quies, ergo. Tertiò. Vnusquisque sensus habet proprium modum suæ immutationis, in quo non communicat cum alio sensu, ergo species, quæ percipitur vno sensu, non potest percipi alio; sed si sensibile commune immutaret sensum per propriam speciem, illa deberet percipi pluribus sensibus, non enim quantitas haberet vnam speciem ad immutandum visum, & aliam ad immutandum auditum, cum nulla res producat nisi vnicam sui speciem, ergo sensibile cõmune non immutat potentiam per propriam speciem. Quartò. Si quantitas immittit

mittit propriam speciem distinctam à specie coloris, sequitur quòd sensibile proprium, & commune videantur diuersis visionibus, nam quælibet species apta est producere visionem vnam, vel sequitur, quod sensibile commune possit videri absque proprio, vt pote si Deus tolleret vel impediret impressionem coloris manente impressione quantitatis, sed hæc omnia falsa sunt & contra naturam sensus. Quintò. Propria species coloris repræsentat illum modificatum & extensum sicuti est à parte rei, non enim aliter posset illum repræsentare, nisi cum conditionibus singularitatis, à quibus non abstrahit species sensibilis, licèt abstrahat species intelligibilis, ergo superfluum est ponere aliam speciem sensibilis communis. Patet consequentia, quia si species sensibilis proprij repræsentat ipsum cũ modis, quos habet in re, & modi illi sunt magnitudo & figura, & reliqua sensibilia communia, non erit necessaria alia species ad alia sensibilia cognoscenda.

AD argumenta facta in principio respõdetur. Ad primum respondetur primo ex fundamentis secundæ sententiæ, q̃ sensibile proprium est per se sensibile, propterea quòd causat propriam speciem in sensu, sensibile vero commune quoniam causat modum illius speciei, qua ratione distinguitur à sensibili per accidens, sicut inquit Diu. Thom. in illa lect. 13. quoniam sensibile per accidens non agit in sensum neque quantum ad speciem neque quãtum ad modum. Respondetur secundo, quòd ex illo testimonio Aristotel. in text. 66. nullum potest desumi argumentum contra nostram sententiam. Nam secundùm interpretationem Diui Thomæ lectio. 14. & Alberti Magni tracta. 3. cap. 7. sensus Aristote. est, quòd color est visibilis per se non in primo modo persentatis, vbi prædicatum est de essentia subiecti, sed in secundo modo persentatis, vbi subiectum continet causam prædicati, vt docet Aristoteles. 1. Posteriorum. capit. 4. At vero secundum aliorum interpretationem sensus Aristotel. est, quod superficies secundùm se est visibilis, propterea quod in se habet causam vt sit visibilis, videlicet, quoniam est immediatum susceptiuum coloris, ratione cuius est visibilis: quamuis ex sua ratione non habet, vnde sit visibilis. Et iuxta has duas explicationes argumentum illud nihil agit contra nostram sententiam. Ad Diuum Thomam respondetur, quod non contradicit huic sententiæ. Non enim intelligit, quod in sensu exteriori sit vera similitudo sensibilis cõmunis, id est, species propria illius, sed loquitur de similitudine largè, eo modo loquendi quo notitia rei solet vocari similitudo eius, & si nulla sit species, iuxta illud Augustin. de statu beatifico: Tunc in nobis erit perfecta Dei similitudo, cum perfecta erit Dei visio. Tunc autem in beatitudine nulla erit Dei species in intellectu. Et quòd D. Thom. non intelligat ueram speciem nomen similitudinis in hoc loco. Patet. Nam simul dicit, quòd in sensu reperitur per accidens similitudo sensibilium per accidens, quod de notitia necessario intelligendum est. Nam de specie est certissimum apud D. Tho. quòd neque per se, neque per accidens reperitur propria species talium sensibilium in sensu, & propterea in quæst. 79. loco citato vbi ex professo D. Thom. loquebatur de hac re, apertè negat sensibilia communia immittere propriam speciem. ¶ Ad secundum respondetur, quòd species coloris, secundum quòd causatur à colorato habente talem magnitudinem vel figuram, potest optime repræsentare illam magnitudinem, & propterea D. Thom. illa. q.17. art.2. dixit, quòd sensibile commune habet similitudinem in sensu, sed intellexit nõ aliam similitudinem præter illam, quę est proprij sensibilis, sed eandem modificatam & determinatam tali modo. Ad confirmationem respõdetur, quòd quamuis omnia illa sint diuersa secundùm se, tamen in ordine ad sensum habent rationem vnius obiecti, atque adeo per eandem speciem modificatã repræsentari possunt, in qua specie cum sit substantia & modus per se primo repræsentat sensibile proprium, sensibile vero commune non per se primo, sed per se secundo, quemadmodum egregiè explicuit Caieta. 2. de Anima. cap. 6. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ species tantum est eiusdem speciei cum obiecto q̃ repræsentat per se, non cum modo illius. Ad confirmationem respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondetur, q̃ cũ cognitio tantum specificetur à sensibili proprio, cognoscens non erit, neq; specificabitur à sensibili communi, & ideò non sequitur, q̃ vna species tribuat esse cognoscitiuũ diuersarum specierum. ¶ Ad quartũ ex experientiis dico nullã illarum aliquid probare. Nã in speculo non est propria species figuræ, sed videtur ibi figura per speciem modificatorũ colorum; clausisque oculis non percipitur sola quantitas manus, sed lumen vel opacitas manus, quæ sensibilia sunt propria visus, & sentiuntur propter aliqualẽ transparentiam palpebræ. Vnde si oculi sint valdè clausi, nihil horũ percipient. In vulneratione etiam semper sentitur aliqua qualitas tangibilis. v.g. durum, quamuis dolor non sit de tali qualitate, sed de scissione. ¶ Ad quintum bene ibi respondetur. Ad replicam dico, illius diuersitatis causam non esse nouam speciem, sed eadem diuersum habens modum propter coniunctionem ad diuersum sensibile commune causat diuersitatẽ in sensatione. Eadem enim species est obiecti dùm mouetur, & dum quiescit, sed quia aliter & aliter se habet nẽmpè cùm quadã trepidatione aut sine illa diuersimodè immutat visum. ¶ Ad sextum respondetur, q̃ sensibile commune & per accidens non differunt in hoc, q̃ est imprimere propriã speciem, & non imprimere, sed differunt ex differentiis assignatis in præcedenti dubio. Ad confirmationem respondetur, quòd agit aliquid, ad quod sufficit, quòd modificet speciem proprii sensibilis, & ratione huius dixit Arist. lib. 2. de Anima capi. 7. q̃ sensibilia cõmunia motu quodam sentimus, dùm, scilicet, ab eis patimur vel recipiendo speciem, vel modum illius ¶ Ad septimum respondetur, quòd in illo casu manus hominis impediretur, ne penetraret cælum supposito quòd cælum sit incorruptibile & indiuisibile, cognosceretque ille homo per intellectum vel per sensum interiorem se impediri ab aliquo obstaculo. Sed an per sensum tactus perciperet illud impedimentum, in quo non est aliqua qualitas tangibilis, est varietas opinionũ. Aliqui enim ex Thomistis viris doctissimis respõdẽt, quòd cùm tactus sit duplex, alter mathematicus, idest, solius quantitatis; alter verò physicus, hoc est, quantitatis simul cum quatitatibus tangibilibus, in casu argumenti daretur tactus primo modo, non autem posset dari secundo modo, vt argumentum probat, quoniam tactu physico cælum non est tangibile, sicut Commentator docuit 3. Physico. tex. 48. & sicut Diuus Gregorius docuit homil. 26. Euangel. quòd palpari non potest, quod non corrumpitur. ¶ Sed hæc solutio non explicat apertè difficultatem, neque soluit. Primò. Quoniam tactus purè mathematicus non potest dari de facto. Docet enim Aristoteles. 3. Metaphysic. text. 3. quòd in Mathematicis nullus est motus, cum non sit causa efficiens aut finis, quem locum explicat Soncin. 4. Methaphys. quæstione 16. Secundo, quoniam semper manet expli candum, quo pacto possit percipi sensibile cõmune absque sensibili proprio, in quo consistit difficultas argumenti.

¶ Caietan. in illo cap. 6. supra citato adhibet aliam solutionem magis communẽ, & supponit, quòd secundum doctrinam Aristotel. 2. de anima cap. 7. & sequentibus eodem sensu percepimus obiectum proprium & etiam priuationem illius. Nã eodem visu percipimus lucem & tenebras, & eodem auditu percipimus sonum & silentium, & eodem gustu percipimus dulce & insipidum, &c. docet ergo Caietanus: quòd in casu huius argumenti, quamuis ille non perciperet tactu qualitates tangibiles, sentiret tamen carentiam illarum, atque adeo tactus non perciperet commune sensibile absque sensibili proprio aliquo modo, videlicet, aut directa sensatione, quæ sentiret aliquid positiuum, aut indirecta sensatione, quæ sentiret carentiam illius positiui.

¶ Sed contra hanc solutionem Caiet. adhuc est argumentum. Sensibile commune nũquã potest percipi à sensu exteriori, nisi media specie sensibilis proprij, vt diximus, sed in casu huius argumenti nõ sentiret media specie sensibilis proprii; ergo nullo mõ perciperet sensibile cõmune. Probatur minor. In cælo non sunt qualitates tangibiles, quæ sunt sensibilia propria, ergo neq; inde procedunt species proprij sensibilis tactus. Ad hoc respondet, quando sensus exterior cognoscit

cognoscit distinctè aliquod sensibile commune tunc necessariò debet sentire media specie proprij sensibilis, & in hoc sensu accipienda sunt quæ supra diximus in explicatione nostræ sententiæ. At verò quoniã sensus exterior cognoscit sensibile commune imperfectè & inconfuso, satis est cognitio indirecta & priuatiua proprij sensibilis, & hoc contingit in casu huius argumenti. Hæc tamen solutio Caiet. non placet multis viris doctis ex iunioribus, quia non intelligunt, quomodo possumus visu sentire aut tactu, nisi videndo aut tangendo tenebras aũt non videmus, neq; illam tangibilium negationẽ tangimus. Ego autẽ dico in hac difficultate non mihi videri verũ, q̃ circa tenebras habeamus aliquẽ actũ potentiaũ in potentia visiua; hoc n. impossibile est, quia tenebræ nullas species imprimũt in oculo, sine quibus oculus non põt habere actũ. Neq; ad habẽdũ actũ sufficit negatio immutationis, nã eadẽ tõne posset dici, q̃ dũ habemus oculos clausos, possumus habere actũ videndi seu sentiẽdi in oculis. Nihilominus dr̃, q̃ oculus percipit tenebras, qa priuat̃ in actu exercito, ptio actu & immutatione ab obiecto, ad quã erat ex se dispositus; & ex hoc intellectus vel sensus interior cognoscit ibi eẽ tenebras, v.g. quando in nocte aperio oculos, nullũ habeo actu sentiendi, quẽ antea non habebã, quia nullã recipio speciẽ, per quã poteutia constituatur in actu, oculus autẽ non põt operari nisi inquantũ est in actu: sed dicor sentire tenebras, quia ex hoc q̃ non video lucem, cum habeo oculos apertos ad videndũ, cognosco per intellectũ non adesse ꝑpriũ obiectum, & sic intelligendus est Arist. lib. 2. de Ani. text. 96. vbi dicit; Adhuc autem sicut auditus, & vnusquisq; sensuũ hic quidem audibilis & non audibilis, ille vero visibilis, & nõ visibilis, sic & olfactus odorabilis, & non odorabilis. De quo etiã optimè loquitur in text. 103. eiusdem li. de ani. ¶ Ad argumentũ tamen principale po terat̃ et respondeti satis probabiliter, q̃ sensibile proprium tactus non est solum caliduũ & frigidum, sed et̃ molle & durum, & terſum & alia hmõi, vt Arist. fatetur 2. de Anima. c. 11. tex. 107. Ad argumentũ ergo dico, quòd in casu eius ille perciperet tactu cœlum esse terſum sine partibus prominẽtibus, perciperet etiã cælum non esse fluidum, sed solidum, & mediantibus his sensibilibus proprijs, tactus tunc perciperet quantitatem cœli.

DVbitatur decimo: Vtrum sensus exteriores sint reflexiui, & possint percipere suã sensationem? ¶ Pro parte affirmatiua arguitur primo ex D. Tho. de verit. q. 1. art. 9. & q. 16. ar. 9. vbi dicit, q̃ sensus tedit ad essentiam reditione quadam incompleta & imperfecta, dũ cognoscit actionẽ suã, ꝓpterea q̃ sensus cognoscit se sentire. Neque valet dicere, q̃ nomine sensus D. Th. non intelligit sensum proprium, qui quidẽ nunquã sentit actu propriũ, sed sensuum cõem, qui cognoscit actus omnium sensuum exteriorum. Nam S. Tho. dicit, q̃ sensus sentit se sentire, & addit, q̃ hoc non fit nisi per quandã reditionẽ licet incompletã, & imperfectã. Si autem non sensus particularis, sed cõis cognosceret actum sensus, tunc non diceretur visus, aut alius sensus redire ad se; ergo per sensum non accipit S. Tho. sensum cõem, dum inquit: Sensus sentit se sentire. ¶ Secundo. Si alio sensu percipimus visionem, vel ille percipit suã sensationem, vel alius. Si alius idem petã, vel ergo erit processus in infinitũ, vel tandem deueniẽdum est ad aliquem sensum, qui suam percipiat sensationẽ, quod argumentum est Arist. 2. de ani. tex. 136. vbi ponit et̃ aliam rationem pro hac parte. Nam si alio sensu percipimus visionem, illo et̃ perciperemus colorem, ergo color duplici perciperetur sensu, s. visu & illo alio; sed vnum obiectum non põt à duobus percipi sensibus per se, vnus ergo erit sensus, qui colorem, & ipsius visionem percipit.

¶ Tertio. Si visio ab alio percipitur, oportet ponere speciẽ visionis vsq; ad illũ productã, sed non vr̃, q̃ à visione, cum sit quę dã operatio, possit produci species aliqua, ergo eodem sensu percipitur. ¶ In hac q̃stione sunt variæ sententiæ, Philopponus lib. 2. de ani. tex. 136. refert duas. Altera est Plutarchi, qui dicebat quòd per cogitatiuam, quam ipse vocat opinatiuam, cognoscuntur omnes sensationes exteriores. Altera est, quam ipse Philopponus sequitur, & ponit quandã potẽtiã, quã vocat attẽ-

tatiuam, quæ percipiat sensationes exterio A
res. Tertia sententia est Simplicij ibidem, qui putat quemlibet sensum suam percipere sensationem non absolutè sed vt aliquo modo est rationis particeps; ideſt, sensus vt ab anima rationali sunt, habent percipere suas sensationes, vnde bruta secundū eum non percipiunt suam sensationem. Alia sententia est aliorum qui asserunt nullum sensum exteriorem percipere suam sensationem, sed hoc esse opus sensus communis. Ita tenet Iandunus 2.de ani.q.13.& Apoll. B
qō.37.& alij. Quinta sententia est Ægidij, Gaetani Thyen. & aliorum iuniorū super eundem locum Aristo. qui asserunt sensum exteriorem suam percipere sensationē nō directè quasi producat actum, qui immediatè terminetur in illam sensationem, sed indirecte, i. vt percipiens sensus obiectum suum simul eodemq; actu percipiat se videre, seu sentire. Quam sententiam tenet Caiet. expresse lib 2.de ani.c.13. vbi concedit, q̄ sensus exterior cognoscit immuta- C
tionem suam. Nam pro eodem reputat Caiet. quòd auditus sentiat sonum in actu, & quòd cognoscat immutationem suam San. Tho. præter loca citata in primo argumento lect. 2. lib. 3. de Anima videtur tenere, q̄ visus percipit suam visionē, innuit enim; Actio visus potest considerari vel secundū quòd cōsistit in immutatione organi à sensibili exteriori, & sic non sentitur nisi color, vnde ista actione visus non videt se videre. Alia est actio visus secundum quam D
post immutationem organi iudicat de ipsa perceptione organi à sensibili etiā abeunte sensibili, & sic visus non videt solum colorem, vel sentit, sed sentit etiam visionem coloris. Quin potius ipse Aristoteles videtur esse huius sententiæ. Nam in tex. 136. apposuit illas duas rationes, quas nos adduximus in 2. argumento, ad probandū q̄ sensus sentit suam sensationem, & tamē illas insolutas reliquit. At vero postea in
text. 137. & 138. argumentatur in opposi- E
tum, & tamen statim soluit argumentum, quod tale est. Visū sentire est videre, sed non videmus nisi colorem, vel coloratum, ergo nec visu sentimus nisi coloratum. At visio non est color, seu colorata, ergo non pōt sentiri visu ipsa visio, seu vidēs ipsam. Quæ ratio etiam militat in omnibus aliis sensibus. Nam quod dicimus de visu & colore, idem dici debet de aliis sensibus, & eorum obiectis, nō. n. audimus nisi sonos, auditio non est sonus, ergo nē audierit. Hæc tñ rationem soluit in tex. 138. primo negādo maiorem. Dicit. n. q̄ videre, & visu discernere non sunt vnum & idem. Nam visu discernimus aliqua, quę tñ nō videmus, puta tenebras, ita etiam, inquit, visu discernimus visionem, sed non videmus eam, & auditu discernimus silentium, sed non audimus. Secundo etiam respondet negādo minorem dicēs, q̄ visio quodam modo est colorata. Color. n. habet duplex esse, vnū naturale in re sensibili, aliud spirituale in sensu, & secundum hoc esse spirituale videns seu visio est similis colorato. Hanc solutionem ibi explicat copiosè D. Tho. Hæc res dedit ansam Arist. Commentatoribus, vt maximè essent discordes in expositione horum textuum. Etenim Themistius, Simplius, & Philopponus putant Aristo. duo intendere in illo capite, quod est 2. li. 3. Alterū, ostendere, q̄ quisque sensus exterior percipiat suam sensationem, vt visus suā visionem, auditus auditionem, & hanc esse mentem Arist. putant. Alterum est constituere sensum alium internum communem, quem probat esse ex eo, quòd percipimus obiectorum diuersorum differentiam, vt albū differre a dulci, quod non potest fieri nisi ab hoc sensu communi. Alij vero exposito res putant mentē Arist. esse, quòd visus nō pcipiat se videre, nec vllus sensus exterior percipiat suā sensationē, sed id sit alterius communis sensus. Ita interpretantur Arist. Alexander in sua paraphrasi. c. 19. & Auerroes, & Albertus, & alij multi ex Latinis. Alij vero vt Iauellus lib. 2. de Ani. q. 56. putant, q̄ Aristo. in isto loco disputat quidem istam quæstionem; Vtrum sensus exterior cognoscat actionem suam, sed q̄ in ea determinanda disputatiuè procedit ad vtrāq; partē arguēs, & quasi indeterminatè trāsijt.

PRo decisione sit prima conclusio. Nullus sensus exterior potest reflecti supra se, ita q̄ percipiat suam sensationem alio actu suo. Hæc conclusio apud omnes est cōis, & probatur. Primo ex Arist. Nā quicquid in loco citato sentiat, alibi sæpè satis clarè

clarè suam mentem explicuit. Et est locus A
insignis in hac parte lib. de sensu & sensato. cap. 2. vbi inquit; Est autem quędam & communis potentia, quæ sequitur omnes, qua & quod videt, & audit, & sentit. Non. n. visu quidem videt, quòd videt, & iudicat, &c. Quo loco secundum communem interpretationem omnium; quam etiā ibi sequitur D. Tho. Arist. ponit sensum cōem propter duas rationes, quarum primam ex verbis positis sic ibi colligit D. Tho. Aliquo sentimus nos videre, sed nō sensu proprio, B
ergo aliquis est sensus communis sentiēs. In. 4. etiam Metaph. tex. 25. probat Aristo. sensum non esse sumnet, sed alterius. Secundo probatur conclusio ex Di. Tho. qui expresse tenet hanc conclusionē in art. seq. & 2. cont. gen. c. 66. & alibi sæpè. Tertio probatur ratione. Nā reflecti supra se, & supra suos actus proprium est vis spiritualis, & immaterialis, vt sæpè ait D. Tho. sed sensus est corporalis, & materialis, ergo.

¶ Secunda conclusio. Visus neq; alius C
sensus exterior potest percipere visionē illo eodem actu, quo videt. Probatur primo. Si quo actu videmus, sentiremus nos videre, nō staret videre, quin simul sentiremus videre, cum vnus & idem sit vtriusq; obiecti actus, & vtrūq; obiectū semper simul conueniat, sed stat videre, quin sentiamus nos videre, vt patet experientia, qñ intētis & defixis in aliquē locū oculis videmus, ergo non fit hoc eodem vno actu. Secundo. Actus & obiectum actus nō pōt esse vnū D
& idē, ergo vno actu nō possumus percipere ipsummet, tūc. n. actus, & obiectū idem esset. Verum est tñ, q̄ immutatio sensuum non fit insensibiliter, neque recipiuntur in sensu species sicuti in aere absque hoc, q̄ aer aliquo modo sentiat talem receptionē, sed recipiuntur sensibiliter & vitaliter, & cū quadā lætitia & gaudio. Vnde visus immutatur à sensibili, & videt per actionem quandā vitalē & sensibilem, ratione cuius quodammodo sentit se immutari, & vide- E
re. Et fortassis propter hanc rationem auctores quartę sententiæ dicebant, q̄ sensus eodem actu, quo percipit suū obiectū, percipit ēt suam sensationē, quod quidē in sensu à nobis dicto verū est. Cęterū hoc non est neq; sensus esse reflexiuos, neq; p-

priè eodem actu, quo sentiunt, percipere suam sensationem, sed tñ est vitaliter & sensibiliter operari: quod quidē nihil aliud est, quam q̄ susceptio speciei in sensu non est inanimata, neq; fit insensibiliter vt in medio (q̄ etiam asseruit Aristot. 2. de ani. tex. 127.) sed sensibiliter & vitaliter, quod nihil amplius est asserere, nisi q̄ recipitur non vt in inanimato, sed vt in viuente.

¶ Tertia conclusio. Sentire sensationes sensuum exteriorū operatio est interioris sensus cōis tam in brutis, quā in hoīe. Hæc conclusio est Arist. in locis citatis in prima conclusione, præcipuè in lib. de som. & vigil. c. 2. vbi ponit sensum cōem ad hoc officium, imo etiam sm probabilem opinionē in illo c. 2. supra adducto hoc tm intendebat. Est etiā D. Tho. arti. seq. ad 2. vbi propter eandem rationē ponit sensum cōem. Et probatur ratione. Primo. Nam certissimum est nos sentire q̄ videmus, q̄ gustamus, &c. sed hoc non percipimus visu, & C
gustu, &c. vt patet ex præcedentibus conclusionibus, ergo pcipimus alio sensu interiori. Secundo. Bruta oculos habentia clausos conantur aperire, & aures arrigunt, gustumq; acuunt, similiter & hoīes, ergo pciunt se non sentire, ac per cōsequens etiā qñ exercent actus illorū sensuum, sentient se sentire, se videre, &c. Nec intelligas, q̄ quid ipsum sentire sit, cognoscat, aut ipsam sensationē abstractam percipiant, hæc. n. solus intellectus percipere potest; sed sicut D
obiectum presens oculus videt, ita visionē præsentem sensus interior sentit, dum species obiectorum recipit.

AD argumenta in principio facta rndetur. Ad primum ex D. Tho. respondetur, q̄ copiosè & optimè ipsum interpretatur Ferr. 2. cont. gent. c. 66. cuius expositionem sequitur Iauellus vbi supra, & ipse Ferr. adhuc copiosius explicat in quæstionibus super lib. 3. de Anima. q. 1. Dicunt ergo hi autores, q̄ cum omnes sensus oriantur à sensu communi, & ad illum terminē- E
tur immutationes illorum, vt colligitur ex Aristo. 3. de Anima. c. 2. tex. 149. Sensus particularis potest considerari duplicitet. Primo, secundum q̄ vnitur cum ipso sensu cō muni, Secundo, quatenus est aliqd distinctū ab ipso sensu cōi. Si igitur sensus particula-

eniaris consideretur secundo mõ, nunquã ille cognoscit se sentire, si vero consideretur primo modo, tunc sensus particularis dicitur sentire suam actionem quantũ ad qõnem. An est, qm̃ cognoscit se immutari ab obiecto. Hanc aũt cognitionem habet propterea q̃ sensus cõis, cui coniungitur, illud cognoscit, & q̃ est proprium sensus cõis, tribuitur sensui particulari, s̃m q̃ efficit vnum cum ipso sensu cõi. Et pp hanc rationem S. Tho. frẽpè dicit, q̃ visus percipit se videre, & Arist. in illo text. 128. dixit, q̃ viso discernimus visionem. Non.n. volunt dicere, q̃ visus habeat actionem, qua percipiat visionẽ, aut discernat, & iudicet de illa, sed quòd alius sensus interior per visum vt per medium percipiat, & discernat. Est ad hoc optimum exemplum. Si habeo baculum in manu, si quid tango vel occurrit baculo, manus discernit, & sentit baculo, sed sensatio non est in baculo: ita sensus interior, dum aliquid visum mouet, discernit visionẽ, dum nõ mouet, discernit tenebras, sed hoc non pcipit visus actione sua. Idẽ dicendũ est de aliis sensib. exteriorib. Ad replicã contra hanc solutionẽ factam rñdet idem Ferr. q̃ etiam dẽ sensus s̃m hanc solutionem redire ad se imperfectè, quia cum sensus cõis nõ percipiat actũ sensus particularis nisi vt est aliquid eius, & vt id continuationem cũ ipso habet, põt quod sensui cõi sic conuenit, dici etiam de sensu particulari. Vnde qa cognoscit actũ visus, potest dici q̃ visus videt se videre, & per consequens ad se redit, non quia visus per se sumptus habeat actum, quo cognoscat suam visionem, sed quia id, quod est aliquid eius inquãtum est aliquid eius, habet actum quo visionem cognoscit.

¶ Ad s̃m rñdetur primò, non esse opus, q̃ omnis sensatio sit cognita à sensu, sed sola exterior, & hoc fuit necessarium tam in hominibus quàm brutis, propterea q̃ sensus exteriores dati sunt illis ad salutem, vt quærant alimentum, mala aũt & corruptiua fugiant, vt art Aristo. lib. de sensu & sensato lect 2. apud D.Tho. Vnde oportuit eos sum communem dari, qui perciperet illas sensationes, quæ ratio non militat in sensibus interioribus. Rñdetur secundo, q̃ quãtus in brutis certũ putẽ, q̃ sensus interiores perfectiores nõ reflectantur sup. imperfectiores, vt imaginatiua sup. sensum communẽ, & extimatiua sup. imaginatiuã, qa vti tanta reflexione vr̃ excedere naturã sensus, tamen fortassis contingeret id in homine pp coniunctionem, quam ibi sensus interiores habent ad intellectũ. Ad aliud, qđ in eodem argumento adducitur, rñdetur nullum esse inconueniens idem obiectũ à duabus potentijs percipi sub diuersis rõnibus, imo vero est necesse, q̃ omnia obiecta sensuum exteriorum percipiantur à sensu cõi sub altiori quadam ratione, vt explicabitur ar. sequenti, de quo vide D. Th. 1. par. q. 1. art. 3. ad secundum. ¶ Ad tertium respõdetur, q̃ quanuis aliqui speciẽ ponant sensationis, nihilominus illa, vt mihi vr̃, non est opus, sed per eandem speciem, quæ ex præsentia obiecti peruenit ad sensum communem, percipit sensus communis sensationem sensus exterioris.

DVbitatur vndecimò, Vtrũ sensus exteriores sint quinque? In hac quæstione nõ est disputatio de cõclusione, certissimũ.n. est apud omnes sensus exteriores quinque tm̃ esse, non plures nec pauciores. Tota difficultas est in explicandis rationibus D.Tho. & præcipuè Arist. qui in 2. de anim. à text. 128. vsq; ad tex. 134. Probat hãc conclusionem, & arguitur q̃ ratio qua D. Th. in hoc artic. vtitur, non sit bona. ¶ Primo. Quoniam distinctio sensuum debet sumi ex diuersa immutatione, quæ competit sensui s̃m q̃ sensus est: hæc autem immutatio solum est intentionalis, ergo immutatio realis, vel naturalis non distinguit per se illos sensus, sed per accidens. Probatur consequentia, quoniam hæc immutatio realis conuenit rebus inanimatis, & insensibilibus. ¶ Secundo. Quoniam vt potentia visiua percipiat colorem, requiritur illuminatio obiecti, & medij, & potentiæ, sed hæc immutatio lucis est realis & naturalis; nã vt docet Sanct. Thom. sup. quæst. 67. artic. 3. lux est qualitas realis in medio, ergo nõ rectè distinguitur visus ab aliis sensibus exterioribus.

PRima conclusio. Sensus exteriores sunt quinque. Hæc conclusio experientia ipsa constat, & à nemine negatur, & eam sæpissimè asserit Aristot. De qua re optimè loquitur D. Augu. lib. de quantitate animę. c. 23. & hom. 29. de verbis Apostoli, & alibi sæpè D. Ambr. lib. 6. examer. c. 9. D. Greg. homil. 17. super Ezechielem, & ante ipsos Origen. hom. 3. in Leuiticum. Cicero etiam lib. 2. de Nat. Deorum, vbi eleganter distinguit hos quinque sensus.

¶ Secunda conclusio. Ratio qua D. Tho. probat hunc numerũ quinq; sensuum exteriorum, est maximè consona cum recta philosophia, & probat distinctionẽ istam per se, & secundum naturam sensus vt sensus est. Ad cuius explicationẽ notandũ primo, q̃ quanuis rationes Arist. vbi sup. non sint demonstrationes, sunt tñ potissimæ, q̃ à philosopho naturali adduci poterant, & quæ sufficientissimè colligunt numerum, & distinctionem sensuum saltim à posteriori. Ratio tñ D. Tho. in isto arti. videtur à priori, quia est ex ordine ad obiectum esse sensibili secũdum q̃ est immutatiuum sensus, & propterea præstantior est aliis rationibus, quas ipse non probat in artic. & alij Philosophi sequuntur. Nam Auicenna 6. natural. par. 2. & 3. potius eligit colligere numerum & distinctionẽ sensuum ex parte organorum, in quibus aliquod elementum dominatur. Albertus vero Magnus in summa de homine, in tractatu de sensibus. quæstione 4. & in 2. de Anima tract. 4. cap. 3. potius eligit colligere distinctionem sensuum ex parte medij, vel ex diuersa natura sensibilium qualitatum.

¶ Notandum secundo, q̃ sicut illa forma est magis immaterialis, que minus dependet à materia & motu physico: ita etiã in præsenti censendum est, quòd illa immutatio est magis immaterialis, quæ non habet adiunctas immutationes reales, quàm illa, quæ habet illam adiunctam aut ex parte obiecti, aut ex parte organi, aut ex parte vtriusque. Ex his constat mens Di. Tho. & efficacia rationis eius. Supponit enim Di. Thom. sensuum esse quandam potentiam passiuam, quæ immutatur immutatione intentionali; quòd si hæc immutatio fuerit tantùm intentionalis, erit sensus visus, si vero habeat adiunctam immutationem naturalem, erit sensus auditus, vel odoratus, quando illa immutatio fuerit ex parte obiecti, quando vero fuerit ex parte organi erit sensus tactus, vel gustus. Et per hoc pater ad primum argumentum. ¶ Ad secundũ rñdetur, q̃ quanuis lux sit qualitas realis s̃m se, tñ in ordine ad visum, propter sui eminentiam est aliquid intentionale saltẽ eminenter, vt explicatum est sup. q. 66. arti. 3. Hic poterat esse longa disputatio, Vtrũ rationes Arist. sint bonæ ad probandã nostram primam conclusionem? Sed id esset nimis longum, præterquam q̃ parum aut nihil vtilitatis esset illas defendere. Quare si quis voluerit, poterit illas videre apud Commentatores Arist. ex quibus sciet quãtam vim habeant illæ. Vide tamen præcipuè D. Tho. & Caiet. super locum citatum a text. 128. vsque ad 134. & Iauellum lib. 2. de ani. q. 55. qui breuiter & optimè tuetur rationes Aristo. Et hæc de prima parte huius articu. in qua egimus de eis, quę pertinent ad sensus in communi. Nunc oportet, vt accedamus ad secundam, in qua agẽdum est de quolibet sensu in particulari.

De Visu.

ANtequam ad quæstiones accedamus, aduertere oportet consultò nos incipere hunc tractatũ de sensibus in particulari à visu. Id enim etiam & fecit Aristo. in 2. de anima cap. 7. vbi primò egit de visu, & postea de auditu, tertio de odoratu, quarto de gustu, atque vltimo de tactu. Ratio autem huius ordinis est, quia licèt tactus sit prior generatione, supponaturque cæteris vt illorum fundamentum, propter q̃ à Plinio & Auicenna prior ponitur inter sensus, tamen visus est nobilior ipso & reliquis omnibus aliis sensibus. Quæ sententia est expressa Aristo. in prooemio Metaphysic. & eam latè probat libro de sensu & sensato. capite 2. lect. 2. apud D. Thom. qui locus est optimus. Hoc etiã probat D. Th. lib. 2. de ani. lectione 14. De qua re agit Iauellus libro 1. Metaphysi. quæst. 4. Optima ergo ratione exorsus est Arist. à visu, quia cum scientia de anima, vt dicitur in lib. 1. de Anima in prologo, multum conferat ad acquisitionem aliarum scientiarum, & dicatur in prologo Metaphysicæ, q̃ visus est qui magis ad sciendum deseruit, propter quod vt ibi dicitur plus cæteris sensibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

amatur, tractatus de visu considerationem aliorum præcessit. Hoc posito.

DVbitatur primò; Vtrùm color sit obiectum visus? Pro parte negatiua arguitur primo. Nam Aristo. ca. 7. supra citato. text. 74. dicit, ꝙ aliqua videntur, quæ non sunt colorata, scilicet, ignem, & lucentia corpora, imo in principio capitis ait, ꝙ obiectum visus tàm latè patet, vt nõ solus color visibilis sit, sed etiam quædam innominata, quæ in tenebris lucent, vt cicindelæ, quas intedulas, siue noctilucas appellant, squammæ piscium, oculi catorum.

Confirmatur. Nam alia multa videmus, quæ re vera non sunt colorata, vt iridis colores varij, maris etiam, cœli insuper colũbæ ex irradiatione solis, aut cristæ Indiarũ pauonis. Præterea, lux & lumen nõ sunt colores, & tamen illa videmus. Similiter cælum & astra, quæ tamen nullo colore afficiuntur, ergo color siue coloratum non est obiectum visus. Nam potentia non potest ferri extra suum obiectum, & Sanctus Thom. in 2.2. quæst. 1. articu. 3. corp. & q. 25. art. 1. corp. & alibi sæpè, vt poteris videre in tabula aurea, verbo color, ait, ꝙ obiectum materiale visus est color, formale vero lux, siue lumen. ¶ Secundo. Vnius potentiæ est tantum vnicum obiectum, sed visibile est obiectum visus, ergo non coloratum. Probatur minor. Primo. Visibile prædicatur primo & per se de omni eo, ꝙ à potentia visiua videtur, scilicet, de lucido, & colorato, & de his, quæ videntur in die colorata, & in nocte lucida, & noctiluca, & quercus putrida. Secundo. Nam ita videt asserere Philosophus, etenim incipiens tractare vbi supra de visibili proprio à visu in tex. 66. sic dicit, Cuius quidem est visus hoc est visibile. Et visibile diuidit in colorem, & aliud innominatum, de quo statim in text. 74. tractat. Tertiò, ita etiam videtur sentire Commentator, qui commento. 66. inquit, Et manifestum est per se, ꝙ sensibile, quod per se attribuitur visui, est visibile. ¶ Tertio. Obiectum alicuius potẽtiæ semper potest percipi à tali potentia, si sit præsens, sed color etiam præsens non potest percipi à visu in nocte, vt satis patet, ergo. Confirmatur. Obiectum sensibile debet habere causam efficientem suæ sensationis, vt docet Arist. 2. de Ani. text. 66. Sed color non habet sufficientem eãm suæ sensationis, nã ad hãc idiget lumine, ergo.

OMnes Arist. interpretes agentes de visu tractãt hic multa & longissima de lumine & colore, eorũq; natura propterea ꝙ ex eis adintegratur obiectũ totale potentiæ visiuæ. Ego vero hic præcipuè quantũ attinet ad naturam lucis pauca aut nihil dicam. De hac enim re copiosè iam egi commodiori loco supra q. 67. per tres artic. vbi D. Tho. ex professo tractat de ista materia. Eo loci disputaui omnes quæstiones, quæ hic solent disputari, scilicet, Vtrum lumen sit corpus: vtrum sit qualitas: vtrũ habeat esse reale, vel intentionale: vtrum cognoscatur per propriam speciem, an per seipsam immediatè. Illa vero quæstio: vtrum lumen requiratur tantum ex parte medij, an vero propter colores; proprium hẽt locum apud D. Tho. inf. q. 79. ar. 3. circa solutionẽ ad tertium. vbi de ea sermonem facit D. Tho. de natura ẽt coloris pauca dicam, tũ ea in medium afferã, quę præsentis disputationis intelligẽtiæ necessaria sunt. Nã exactioi huius rei disputatio nõ est pẽsentis loci; sed pertinet ad librum quẽ composuit Arist. de coloribus, de qua re ẽt agit Arist. li. de sensu & sensato lec. 6. 7. & 8. apud D. Tho. qui hanc rem ibi optimè declarat. Vã de præsens quæstio diuidetur in duas partes, in prima agemus de colore, in secunda de obiecto potentiæ visiuæ.

PRo intelligentia ergo huius rei aduerte, ꝙ de natura coloris fuerunt varij errores. Alij enim vt Pythagoras superficiẽ quandam, & externam apparentiam colorem esse dicebant. Alij, vt Plato, quem sequitur Auempace (vt refert Auerroes) & etiam Auicen. lib. 6. ca. 1. & Alb. in summa de homine, in quæstione de substantia coloris dicunt, quòd color nihil aliud est, quam quædam lucis participatio in corpore perspicuo terminato. Nam sicut in iride resultant varij colores sõlum ex diuersa lucis participatione, & similiter in collo colũbæ, ita idem existimabant de omni colore, scilicet, nihil aliud esse, quàm ipsam lucem refractam, & diuersimodè participatam. Cui sententiæ videtur fauere San. Thom. lib. 2. de Anima. lectio. 14. fin. Dicit enim,

enim, quòd color nihil aliud est quam lux obscurata ex admixtione corporis opaci. Et ideo dicunt isti, quòd absente luce nullus est in corpore color, sed incipiunt & desinunt per aduentum vel recessum lucis. Addit autem Albertus, quòd licet in absentia luminis non maneat color formaliter, remanet tamen qualitas quædam, quæ resultat ex mixtione primarum, estque materiale respectu coloris, cuius forma, quia est lux, ideo absente illa non manet formaliter. ¶ Istæ tamen sententiæ falsæ sunt, & quidem primæ falsitas. Probatur primò. Nam si color est superficies, non ergo est magis motiua diaphani, quam non diaphani. Probatur sequela, quia superficies cùm sit sensibile commune, quod mouet omnẽ sensum, & medium in aliis sensibus non sit diaphanum, color non erit magis motiuus diaphani, quam non diaphani. Secundo. Nã superficies est de prædicamento quantitatis, color autem pertinet ad tertiam speciem qualitatis. Confirmatur. Color suscipit magis & minus, habet contrarium, terminat alterationem; superficies vtpotè species quantitatis nihil horum habet, ergo. ¶ Falsitas etiam secundæ sententiæ. Probatur primo, quia lux non habet contrarium, sed priuatiuè oppositum. Præterea non causatur successiuè, sed in instanti. At vero color habet contrarium, albedini etenim contrariatur nigredo, & terminat etiam successiuam alterationem, ergo. Secundo sequitur, quòd omnes colores sint eiusdem speciei, & tantum differant secundum magis & minus; consequens est apertè falsum, ergo. Probatur sequela. Nam maior & minor lux eiusdem est speciei in quocunque participetur. Confirmatur. Quia in tenebris secundum istam opinionem non saluaretur vera essentia coloris. Restat modo, suppositio, quòd color nihil horum sit, eius essentiam explicare.

¶ Pro quo notandum est secundo, quòd de colore dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum suam naturam & essentiã realem, alio modo vt visibilis est. Colorem enim esse visibilem est passio eius. Quod expresse asserit S. Thom. in 2. de Anima lectio. 14. ex Arist. tex. 66. vbi Arist. inquit, Visibile enim est color, hic autem est, de quo visibile per se prædicatur, secundum se autem, nõ ratione, sed quoniam in se ipso habet causam essendi visibile. Super quæ verba dicit D. Thom. Color cum sit quoddam visibile, esse visibile conuenit ei secundum se. Nam color in eo ꝙ est color, est visibilis per se. Per se autem dupliciter dicitur. Vno modo dicitur propositio per se, cuius prædicatum cadit in diffinitione subiecti, sicut ista; Homo est animal. Animal enim cadit in diffinitione hominis, & quia id ꝙ est in diffinitione alicuius, est aliquo modo causa eius in his, quæ sunt per se, dicuntur prædicata esse causa subiecti. Alio modo dicitur propositio per se, cuius ẽcontrario subiectum ponitur in diffinitione prædicati, sicut si dicatur. Nasus est simus, vel numerus est par. Simum enim nihil aliud est, quam nasus curuus; & par nihil aliud est, quàm numerus medietatem habens; & in istis subiectum est causa prædicati. Intelligendum est ergo, ꝙ color est visibilis per se hoc secundo modo, & nõ primo. Nam visibilitas est quędam passio sicut simum est passio nasi. Et hoc est quod dicit Arist. ꝙ color secũdum se est visibilis non ratione, i. non ita ꝙ visibile ponatur in eius diffinitione, sed quia in se ipso habet eãm, vt sit visibile, sicut subiectum in se ipso habet causam propriæ passionis. Quod probat Arist. per hoc, ꝙ omnis color est motiuus diaphani secundùm actum. Diaphanũ autem est idem quod transparens, vt aer vel aqua, & hoc habet color de sui natura, quòd possit mouere diaphanum in actu. Ex hoc autem quòd mouet diaphanum in actu, est visibile, vnde sequitur, quòd color secundum suam naturam est visibilis. Et quia diaphanum non fit in actu nisi per lumen, sequitur quòd color non sit visibilis sine lumine. Hæc Di. Thom. Cuius expositionem assignant etiam Auerroes, Albertus Magnus, Caietan. & alij multi, quanuis aliquibus iunioribus absq; aliqua ratione displiceat. Vide de hac re Iauell. in 2. de anima. quæst. 27. Secundum ergo hanc vtranque considerationem coloris, s. secundum suam naturam realem, & secundum suam passionem, s. secundum quòd visibilis est, color à nobis est diffiniendus, quanuis de colore secundùm primam rationem

parum dicam, propterea quòd iuxta secun
dam est magis pertinens ad hunc tractà-
tum.¶Tertio notandum est, ꝙ loquendo
de colore secundum suam essentiam distin
guendum est. Nam color alius est verus &
permanens, vt color mixtorum, alius tan-
tum apparens & transiens causatus ex va-
ria lucis reuerberatione. Vnde vt ait Arist.
de sensu. vbi sup. Secundum varietatem si-
tus perspicientium, causatur varietas in ap
paritione propter variã reuerberationẽ lu-
cis ad diuersos situs. Hmõi colores apparẽt
in iride, in aurora. &c. Et de istis non loqui
mur in præsenti. Nã essentia eorũ & lucis
eadem omnino est, nisi ꝙ in istis est lux re
fracta & reuerberans, lux autem ipsa nihil
horũ dicit. Color autẽ verus & permanens
est quædã qualitas causata in corpore mix
to ex luce ab interno proueniente à partibus, scilicet, igneis, quæ lux recepta in dia-
phaneitate aquæ vel aeris, & opacata opa-
co terræ amittit suam essentiam, & transit
in cõnem secundæ qualitatis, qualis est co-
lor, nõ ꝙ vna qualitas fiat alia, sed ꝙ ex il-
la mixtione lucidi cũ opaco, & diaphano
corrũpatur lux ignea, & fiat alia qualitas,
scilicet, color. Ex quo sequũtur tria. Primũ
ꝙ primę qualitates non sunt proxima prin
cipia colorum, sed remota, quatenus opaci
tatem vel diaphaneitatẽ aliquã, vel lucem
causant. Aduerte tñ, ꝙ nõ solũ primæ qua-
litates sunt remota principia coloris, sed ẽt
multæ qualitates secundę. Alias. n. impossi
bile mihi videtur intelligere, quare in qui-
busdam valdè calidis præstet color albus,
& etiam in quibusdã frigidis. Calx enim
calida est & alba, nix frigida & alba, me-
lancholia frigida & nigra, piper valde cali
dum, sed nigrum. Sequitur secundo, quod
poterit esse color sine harum primarũ aut
secundarum qualitatum mixtione, vt in
elementis ponit illum Aristo. in lib. de co-
loribus in prin. quia ibi est opacitas aliqua
cum luce, & diaphaneitate. Vnde quando
dicimus colorem causari ex mixtione pri-
marum qualitatum loquimur de colore
mixto non de simplici, qui elementis cõ-
petit, quomodo de eis distinguit Aristo. in
lib. de coloribus in prin. Vel loquimur, vt
2. de generat. cap. 1. & 2. dictum est de aliis
qualitatibus secundis, de colore causato ex
actione vera alteratiua & corruptiua, quod
non habent isti colores simplices, sed tan-
tum compositi. Sequitur tertio, quòd sicut
ex varia mixtione quatuor elementorum
consurgunt variæ complexiones elemen-
torum, s. calidum, frigidum, humidum, &
siccum, vt expositum est. 2. de generatione
capi. 1. & 2. Sic ex varia proportione lumi-
nosi ignei, diaphani, aerei, & aquei, & opa-
ci, terrei consurgunt diuersi colores in ele-
mentatis. Nam vbi est maximum de lumi
noso igneo & minimum de terreo obum-
brante luminosum receptum in perspicuo
aëreo vel aqueo, ibi naturaliter consurgit
albedo, vbi autem datur oppositum, con-
surgit nigredo, qui sunt duo extremi colo-
res; medij autem cõsurgunt ex varia pro-
portione horum adinuicem. Quomodo
autem consurgant, & ordinentur medij
colores in particulari inter album & nigrũ,
pertinet ad Perspectiuos explicare, & vide
apud Aristo. in lib. citato de coloribus. No-
bilitas autem cuiuscunque coloris in parti
culari ex hoc sumenda est, quòd cum ad
rationem coloris, vt patet ex dictis, con-
currant lumen in extremitate perspicui, &
terminatio perspicui, quæ quidem termi-
natio fit per opacum terræ, vbi erit minor
obumbratio, erit nobilior color, vbi maior
erit ignobilior. Hæc de natura coloris, de
qua vide plura apud Iauellum 2. de Ani-
ma. quæst. 32.

¶Quarto notãdum est, quòd loquendo
de colore iuxta secundum acceptionem, s.
inquantum visibilis est, dupliciter ipsum
Arist. diffinit. Prima diffinitio habetur lib.
de sensu & sensato vbi sup. & habet sic, Co
lor est extremitas perspicui in corpore ter-
minato. Secunda habetur in ca. 7. sup. cita-
to. text. 67. & habet sic: Color est motiuus
diaphani secũdum actum. Oportet autem
singulas particulas vtriusque diffinitionis
explicare. Prima particula est, Extremitas,
quæ postea explicabitur. Secunda est, Per-
spicui, Perspicuum idem est quod diapha-
num, seu transparens, quod Aristo. sic diffi
nit in c. 7. tex. 68. Diaphanum autem dico,
quod est quidem visibile, non autem se-
cundũ se visibile, vt simpliciter est dicere
sed pp extrancum colore. Hmõi est autẽ
aer, & aqua, & multa solidorũ. Non. n. secũ
dùm

dùm quòd aqua, neq; secundum quòd aer
diaphanum est, sed quoniam est natura ea
dem in his vtrisq;, & in perpetuo supremo
corpore. Lumen autem actus est huiusmo-
di diaphani sm ꝙ est diaphanum. Potentia
autem in quo hoc est & tenebra. Lumẽ aũt
vt color est diaphani secundum quòd actu
diaphanũ ab igne, aut huiusmodi, vt quod
furium est corpus, etenim hute aliquid in-
est vnũ & idem. Hæc Arist. quæ verba ex-
ponens D. Th. dicit, ꝙ cũ color sit motiuus
secundũ suam naturam diaphani, necesse
est, ꝙ diaphanũ sit aliquid. Est autẽ diapha
num, quod nõ habet proprium colorẽ, vt se
cundùm ipsum videri possit, sed est susce-
ptiuum extranei coloris, secundum quẽ ali
quo modo est visibile. Huiusmodi aũt dia-
phanũ est, sicut aer & aqua, & multa corpo
ra solida, vt lapides pretiosi, & vitrum. Li-
cet aũt alia accidentia, quæ conueniunt ele
mentis, & elementatis, conueniant eis secũ
dum naturã elementorũ, sicut calidũ & fri-
gidũ, graue, & leue, & alia huiusmodi tamẽ
diaphanũ non conuenit prædictis ex natu-
ra aeris, aut aquę secundùm ꝙ huiusmodi,
sed consequitur quandã naturã cõmunẽ
nõ solum aeri & aquæ, quæ sunt corpora
corruptibilia, sed cõenit etiam cælesti cor
pori, quod est perpetuum, & incorruptibile.
Manifestum est. n. aliqua cælestia corpora
esse diaphana. Non enim possemus videre
stellas fixas, quæ sunt in octaua sphæra, nisi
inferiores sphęræ Planetarum essent trans-
parentes, vel diaphanæ. Huius autẽ diapha
ni actus est lumen. Manifestũ est enim, ꝙ
neq; aer, neq; aqua neque aliquid huiusmo-
di est actu transparens nisi fuerit illumina-
tum. Ipsum autẽ diaphanũ secundũ se est
in potẽtia respectu luminis, & respectu te-
nebræ, quæ est priuatio luminis sicut mate-
ria prima est vt potentia respectu formę &
priuationis. Lumen autem comparatur ad
diaphanum sicut color ad corpus termina-
tum, quia vtrumque est actus & forma sui
susceptiui. Et propter hoc dixit Arist. quòd
lumen est, quasi quidam color diaphani se
cundũ ꝙ diaphanum est actu factũ diapha
num ab aliquo corpore lucente, siue illud
sit ignis, aut aliquid aliud huiusmodi, siue
aliquod corpus cæleste. Esse enim lucens
actu & illuminatiuũ, cõe est igni, & corpo-
ri cęlesti, sicut esse diaphanum est commu-
ne aeri, & aquæ, & corpori cælesti.

PRo quorum maiori intelligentia notã
dum est ex eodẽ, D. Tho. lib. de sensu,
& sensato. vbi supra quòd ea, quę sunt dia-
phana, siue luminis susceptiua, sunt in tri-
plici graduum ordine. Primus quidem gra
dus est, cum id quod est luminis susceptiuũ
est totaliter lumine repletum quasi perfe-
ctè in actu reductum, ita quòd vlterius nõ
sit receptiuum alicuius qualitatis vel for-
mæ huius generis, quod quidem inter om-
nia corpora maximè competit soli. Vnde
corpus solare non potest esse medium in vi
su, vt sit recipiens & reddens formam visi-
bilem. Proprietas autem lucẽdi secundum
ordinem quendam descendendo procedit
vsque ad ignẽ vlterius vsq; ad quędã corpo
ra, quæ propter paritatẽ sui luminis non
possunt lucere nisi in nocte. Secũdus gradus
est eorum, quæ de se non habent lumen in
actu, sed sunt susceptiua luminis per totũ,
huiusmodi corpora propriè dicuntur per-
spicua siue transparẽtia, vel diaphana. Pha-
non enim in Græco idem est, quod visi-
bile. Et hæc quidem proprietas transpa-
rente inuenitur quidem maximè in corpo-
ribus cælestibus præter corpora astrorum,
quæ occultant, quod post se est; secunda-
rio autem in igne secundùm quod est in
propria sphæra propter raritatem, tertio
in aere, quarto in aqua, quinto etiam in
quibusdam terrenis corporibus propter
abundantiam aeris, vel aquæ in ipsis. Ter-
tius & infimus gradus est terræ, quæ ma-
ximè distat a corpore cælesti, quæ minimum nata est recipere de lumine, scilicet,
in superficie tantum. Exteriores enim par-
tes propter sui grossitiem interiores obum-
brant, vt ad eas non perueniat lumen. Quã
uis autem in solis corporibus medij gra-
dus propriè dicatur perspicuum, vel dia-
phanum secundum nominis proprietatem
communiter tamen loquendo potest dici
perspicuum, quod est luminis susceptiuũ
qualitercunque. Ex his patet quid sit dia-
phanum. Est enim corpus transparens,
quod est susceptiuum luminis seu lucis
& tenebrarum, sicut materia prima est sus-
ceptiua formæ & priuationis nullum ha-
bens colorem, sed susceptiuum omnium
colorum.

colorum . Alias enim si haberet aliquem A colorem, omnia quę viderentur per ipsum, apparerent eiusdem coloris, vt patet quando ponitur vitrum rubeũ ante oculos, omnia quæ videntur, apparent rubea . Ex quibus omnibus breuiter colligi potest, quòd summa perspicuitas inuenitur in sphæris cælestibus , cuius signum est , quòd videmus stellas fixas in octauo cælo, & tamen inter visum nostrum & illas mediant sphæræ septem planetarum, quæ non impediũt visum nostrum, ergo sunt maximè diaphanæ. Secundum gradũ obtinet ignis in sphęra propter raritatem, & puritatem naturæ suæ. Tertium obtinet aer, qui tamen est magis & minus perspicuus ex maiori & minori admixtione extraneorũ vaporum. Quartum obtinet aqua , quæ quanto minus admiscetur partibus terrestribus , tanto magis perspicua est . Quintum obtinent multa elemẽtata, in quibus prædominatur aer, aut aqua, vt chrystallus, & multæ aliæ gẽmæ , & alabastrum , & glacies, & vitrum. C Sextum & infimum obtinet terra, & corpora multum terrestria , quæ tantum sunt receptiua luminis solùm secundum superficiem propter sui maximam materialitatẽ, & densitatem . Et hæc de illa particula . Diaphanum.

¶ Vltima particula est . In corpore terminato. Pro cuius intelligentia notandum est ex Diu. Thom. ibidem, quod sicut quædam corpora sunt secundum se terminata, quia propria figura & proprijs terminis terminatur, vt corpora solida sicut lapis, lignũ homo, &c. Quædam autem sunt secundũ se interminata, quia carent propria figura, & non terminantur nisi terminis alicuius solidi , vt fluida , quæ recipiunt figuram à suis continentibus: eodem modo quædam sunt corpora perspicua, quæ ex se nullum habent lumẽ, nec aliquam qualitatem, per quam remoto quocunque alio possint videri, sed necesse est vt videantur lumine in eis recepto per totum , & non solum in sus E perficie , & causato ab extrinseco luminãte , & huiusmodi sunt corpora perspicua interminata, ideſt, simpliciter transparentia, vt aer, aqua, &c. Quædam autem sunt perspicua, quæ in se habent lumen non per totum , sed in superficie ex admixtione opaci terminantis perspicuitatem , & prohibentis luminis puritatem, & hæc dicuntur perspicua terminata , vt lignum lapis , &c. His positis dico , quòd extremitas ponitur loco generis, cùm color sit accidẽs, & diffiniatur in abstracto, & est sensus. Color est extremitas, ideſt, color est lumen in extremo, hoc est, in superficie perspicui terminati ; & non in profundo , ad differentiam luminis recepti in perspicuo interminato . Sicut enim lumen est qualitas receptа per totum in diaphano interminato, sic color est lumẽ in superficie perspicui terminati, quod non recipitur ab extrinseco ; sed consequitur naturalem compositionẽ ipsius perspicui terminati . Omne enim vere coloratum est elementatum . Ex quo patet, quòd cum color secundum hanc considerationem, qua hic de eo tractamus , sit per se visibilis , non est color in actu nisi in superficie, in intrinseco autem est in potentia , & ex sola diuisione efficitur actu , in- C quantum efficitur per se visibilis . Reliquæ particulæ , scilicet, Perspicui in corpore terminato , ponuntur loco differentiæ . Perspicui ad differentiam corporis vt corpus est . Nam cum omne corpus vt sic habeat extremitates, quæ sunt linea, superficies , & puncta , si color esset extremitas corporis , esset linea vel superficies , quod patet esse falsum, quoniam color esset quãtitas Vnde S. Thom. vbi supra infert, quòd licet color sit extremitas , quia tamen non D est extremitas corporis, q̃ est superficies, sed extremitas perspicui vt sic, quod pertinet ad genus qualitatis quòd extremitas, quæ ponitur loco generis in ista diffinitione, pertinebit etiam ad idem genus qualitatis, quia extremum , & id cuius est extremum vnius generis sunt . In corpore terminato , ideſt , solido ponitur ad differentiam corporum , quæ sunt interminata , quæ licèt fiant colorata ex receptione extranei colorati, vel varia admixtione decoctione, vt colloratur aqua ex croco, ex sanguine, ex mele, &c. tamen propriè & secundùm naturã & per se colorata sunt corpora terminata. ¶ Ex dictis satis facilè possumus , etiam explicare sensum secundæ diffinitionis , scilicet, quòd color est motiuus diaphani secundùm actum . Sensus enim est,

est, quòd color est potens mouere diapha- A num secundum actum, vbi natura coloris explicatur secundùm quod visibilis est , & refertur ad visum. Particulæ autem diffinitionis satis patent ex dictis.

Sed vt pateant magis istæ diffinitiones arguitur primo contra primam . Nam sunt quidã homines habentes oculos quosdam lynceos , & Hispanè vocantur, Cahones, qui (vt communiter creditur) transpanetes vident , & quæ sunt abscondita in viscеribus terræ manifestant , ergo falsum B est , quòd color est tantum visibilis secundum quod est in extremitate corporis terminati. ¶ Secundo. Extremitas perspicui est eiusdem speciei cùm perspicuo , quia vltimum accidentis, & id cuius est vltimum . falsum reductiuè sunt eiusdem speciei ; sed color non est ipsum perspicuum , ergo nec extremitas perspicui, ac per consequens male ponitur tanquam genus coloris . Probatur minor. Quia perspicuum, vt patet ex dictis , essentialiter ponitur vt susceptiuum C color vel luminis ; & vt propria potentia respectu illius , ergo distinguuntur vt actus & potentia. Confirmatur. Quia color est in extremitate , ergo non est ipsa extremitas.

¶ Ad primum respondetur , quòd illud fictitiũ esse docet Alber. Mag. li. 22. de ani. c. 2. de lynce. trac 6. ubi lynce describit simi lem lupo paululum tamen minorem , & reddit causam , quare vltra parietem dicatur videre , quia scilicet est singularis odoratus, quo sentit & discernit inter cibos vl- D tra parietem existentes. Fabulosum etiã id videtur & deumptum ex Ouidio in fastis, qui quendam ex Argonautis ob hanc virtutem ei adscriptam , lynceum merito appellauit , vt qui singulari acrimonia in videndo præditus esset . Et certè ratio ex philosophia hoc esse metum figmentum demonstrat. Etenim, vt patet ex dictis, non videtur color , nisi qui est extremitas perspicui ; & ita color secundum exteriorem su- E perficiem motiuus est diaphani , ergo non mouet visum opacum , & interius corpus . Confirmatur . Nam imaginabile videtur quomodo species rei trans parietem existentes aut inclusæ intra viscera terræ , & corpora solida vsque ad oculum perueniant . Illud autem quod dicere huiu modi homines solent, quòd in feria. 3. & 6. sic videre illos contingat , non tamen in alijs diebus , & quòd ideo sextis ferijs abstinent ab audienda re diuina, ne mortuorum corpora videant , non solum fictitium & fabulosum , sed etiam superstitiosum videtur , ne quid amplius dicam .

¶ Ad secundum respondetur, quòd propter hoc argumentum aliqui ex iunioribus dicũt, q̃ ibi extremitas sumitur pro quadã secunda qualitate consequente mixtionem luminis cùm perspicuo & opaco in corpore terminato , & sic ponitur loco generis. Sed pro solutione notandum est, quòd hæc est differentia inter hanc diffinitionem & secundam quòd hæc secunda datur de colore illuminato secundum quòd actu visibilis est , secundum quam rationem color est motiuus diaphani secundum actũ suũ , qui est lumen, illa vero prima datur de colore vt visibilis est quidem , non tamen vt visibilis est actu, sed potentia proxima. Nã color , qui est in superficie, facile & proxime videri potest . Cum ergo commune sit formis diffiniri per proximum & immediatum susceptiuum, & proximum atque proprium susceptiuum respectu coloris vt visibilis est, sit perspicuum terminatum secũdum extremitatem , nam secundum profunditatem videri non potest nisi facta diuisione ; inde sequitur quod diffinitio hæc explicet formam per suam propriam potentiam , & ita eius sensus est , quòd est quædam qualitas receptibilis tanquam in proprio subiecto in extremitate perspicui corporis terminati.

¶ Potest tamẽ adhuc aliter explicari hæc diffinitio ita q̃ nõ solum detur à posteriori, sed ẽt per genus causæ formalis simul & materialis. Pro quo supponendũ est , q̃ ad visibilitatẽ actualem coloris debẽt duæ extremitates concurrere. Altera corporis terminati, nam ibi tantum potest videri actu color ; altera perspicui illuminati , & diaphani pertingentis vsque ad superficiem corporis terminati. Nam si superficies medij illuminati non pertingeret alteram superficiem, sed vel inter illas esset vacuum, vel medium non illuminatum , color non posset videri. Superficies quidem corporis terminati concurrit materialiter ad colorẽ, super-

Universidad de Deusto
Biblioteca

superficies vero perspicui illuminati ratione lucis concurrit formaliter ad actualem eius visionem. Hoc supposito diffinitio hęc facit sensum causalem. Color est extremitas &c. idest, visibilitas eius causatur ex extremitate perspicui illuminati, & superficie corporis terminati, se inuicem contingentibus. ¶ Contrà secundam diffinitionem poterant etiam adduci aliqua argumenta, de quibus vide Caietanum libro 2. de anima c.6. dubio penultimo quæ libens omitto, quia ex dictis & illa possunt solui, & diffinitio secunda abunde satis manet explicata. ¶Ex istis duabus diffinitionibus potest conflari vna, quæ explicet naturam coloris inquantum visibilis est, scilicet color est extremitas perspicui in corpore terminato secundum quòd est motiuus diaphani secundum actum.

¶Ex dictis sequitur vnum valde notandum, quòd lux hæc extrinseca, quæ subiectatur in diaphano, & illustrat etiam ipsos colores, non est forma essentialis coloris, sed tantum accidentalis, & extrinseca ipsi colori. Per hoc corollariũ explicari potest S.Thom. imo & Aristoteles, qui aliquando docent colorem esse vt materiale respectu lucis, & lucem vt formale respectu coloris, & quòd lux potentia colores, facit actu colores, & huiusmodi alia. Et probatur prima pars eius. Nam vt probauimus not. 1. contra secundam sententiam lux & colot non sunt idem neque eiusdem rationis, ergo lux non est forma intrinseca coloris. Nam forma intrinseca, & id cuius est forma, eiusdẽ sunt rationis. Confirmatur. Nam alias lux non esset quid completum in sua specie, siquidem est forma & differentia essentialis alterius. Secunda vero pars explicatur. Nã sicut in virtutibus vna virtus dicitur forma alterius, quia perficit & complet operationem eius producens eam vsque ad finem debitum, vt charitas respectu omnium aliarum virtutum hac ratione dicitur forma, & nõ quia sit intrinseca forma illarum, ita lux tribuit colori, quòd actu moueat visũ, nam in tenebris licet habeat potentiam ad mouendum illum, & sit visibilis in potentia, tamen actum huius potentiæ non potest habere nisi illustratus luce. Et quia vltima eius operatio inquantum visibilis est mouere visum, & omnis operatio prouenit ratione formæ, inde est quòd lux, quæ tribuit illi vt actualiter habeat talem operationem, dicatur forma colorum. Hic tamen sese offerebat quæstio, quomodo ista lux requiratur. An ex parte colorum, an ex parte medij tantum? Cuius resolutio satis colligi potest ex dictis, quod tamen copiosè disputabimus quæstione sequenti articulo 3. Et hæc de prima parte huius dubij.

QVantum autem attinet ad principalem quæstionem, in qua quærimus quod sit obiectum visus pro intelligentia eius est notãdum, quòd obiectum est duplex, formale & matertale. Distinctio est notissima, & satis clara. Rursus formale obiectum aliud est tenens se ex parte potentiæ, aliud tenens se ex parte obiecti sicut in fide obiectum materiale est Deus, obiectum formale ex parte obiecti siue ratio formalis, quæ attingitur veritas prima obiectum vero formale ex parte potentiæ seu ratio formalis sub qua, est non visum. Similiter in physica obiectum materiale est corpus, formale ex parte obiecti, mobilitas, ratio sub qua ex parte potentiæ abstractio à materia singulari.

¶Hoc posito est prima conclu. Obiectũ formale ex parte potentię, seu ratio sub qua tendit visus in suum obiectum est lumen internum mixtum cùm humore aqueo, quod est in ipsa pupilla oculi. Hæc conclusio videtur expressa Aristotelis libro de sensu, & sensato lectione 5. apud D.Th. vbi inquit: Et rationabiliter quod interius aquæ est. Aqua enim perspicua est. Videtur autẽ sicut exterius non sine lumine, ita & interius. Perspicuum igitur oportet esse. Necesse est igitur aquam esse, quia non est aer. Nõ.n.in vltimo oculi anima, aut animę sentitiuum est, sed manifestum quoniam interius. Quare necessario perspicuum est & receptibile luminis, quod interius oculi. Vult dicere Aristoteles in his verbis, quòd quia immutatio medij illuminari à corpore visso causat visionem, id quod est intra pupillã, quæ est organum visus, est aqueum. Aqua enim est de numero perspicuorum. Oportet autem quòd sicut exterius medium est aliquod perspicuũ illuminatum, sine quo nihil

nihil potest videri, vt patet ex dictis in prima parte huius quæstionis, ita etiam quod intra oculum sit aliquod perspicuum illuminatum, vnde est compositus ex humore aqueo, vt sit perspicuus, & lumine, vt sit illuminatum istud perspicuum, & istud lumen necesse est, quòd sit interius. Si enim virtus visiua esset in exteriori superficie oculi, sufficeret ad videdum solum lumen exterioris perspicui, per quod immutatio coloris perueniret ad exteriorem superficiem pupillæ, sed quia principium visionis est interius iuxta cerebrum, vbi coniunguntur duo nerui ex oculis procedentes, oportet quòd intra oculum sit aliquod perspicuum actu illuminatum, vt sit vniformis immutatio a re visa vsque ad principium visiuum, & sub ista luce seu perspicuo illuminato visus videt quicquid videt.

¶Secunda conclusio. Obiectum adæquatum potentiæ visiuæ est lucidum. Hæc conclusio videtur certa, & probatur. Illud est obiectum adæquatum alicuius potentiæ vltra quod potentia progredi non põt, & sub cuius ratione omnia alia percipit; sed huiusmodi est lucidũ, & nihil aliud quàm lucidum, ergo. Minor probatur. Nam nihil percipit visus quam lucidum, & quicquid videt, est inquantum lucidum. Cõfirmatur. Nã si aliquid aliud præter lucidũ esset obiectum adæquatum visus maximè color, seu coloratum, sed hoc non, ergo. Probatur minor. Nam multa videmus, quæ non sunt colorata, vt cælum, astra, &c. sed implicat ita quod neque per potentiam Dei fieri possit, quòd aliqua potẽtia feratur extra totam latitudinem obiecti, ergo etiam implicat, q coloratum sit obiectum potentiæ visiuæ adæquatum.

¶Tertia conclusio. Ratio formalis obiecti potentiæ visiuæ quę se tenet ex parte obiecti, & sub cuius ratione potentia visiua videt, quicquid videt, est lux. Hæc conclusio sequitur ex precedenti, & eam sæpe asserit D. Thom. ut in 2.2. q. 1. artic. 3. & q. 25. art. 1. & in 1. d. 45. art. 2. ad primum & alibi sæpe. Vnde dist. 48. art 2. corpore dicit lucẽ se habere ad visum, sicut bonum ad volũtatem, & dist. 17. q. 1. art 5. sicut Deum ad charitatem; hęc vero sunt obiecta formalia ergo. Euã uidetur esse sententia Aristotelis, q. 2. de anima c. 7. assignans, quomodo potentia sit sui obiecti adæquati & oppositi dicit, q visus est lucis & tenebrarum, ergo sentit lucem esse obiectum adæquatũ, alias non rectè assignasset oppositum obiecti uisus, sicut assignauit in alijs. Et probatur ratione. Nã lux, & color uidentur eodẽ actu, ut experientia patet, & sæpissime ait D. Th. ut in 1.2. quæst. 8. art. 3. ad secundum. & 1. cõt. gen. c. 76. ratione. 1. de uerit. q. 8. ar. 14. ad sextum, ergo lux habet rationem formalis obiecti. Consequẽtia patet, quia alias implicat, q eodẽ actu potentia uisiua percipere duas res, nisi una se habeat ut formale respectu alterius.

¶Quarta conclusio. Color seu coloratũ inter omnia obiecta materialia uisus est magis principale, & magis proportionatũ nostrę potentię uisiuæ. Quòd color sit obiectũ materiale, sequit ex precedẽtibus conclusionibus & ita asserit S. Th. in locis citatis, & alibi sæpè. Quod aũt sit magis principale, & magis proportionatũ. Probat. Nã id est obiectũ magis principale inter obiecta materialia, q magis participat rationẽ formalis sui obiecti, sed hmõi est color, ergo. Probat minor. Nã, ut patet ex dictis in prima parte huius dubij, color nihil aliud est, quàm lux quædam participata, seu lux obũbrata, aut mixta cũ primis & secundis qualitatibus, qua ratione, habet etiam maiorẽ proportionem cum nostro uisu quàm lux pura, qualis est in diaphano interminato, propterea quòd ipse etiam uisus est compositus & cõmixtus ex luce admixta, & obũbrata cũ qualitatibus primis. Præterea. Color ẽt habet quandam rationẽ obiecti formalis. Nã omnia corpora mixta terminata, siuè solida & opaca, ut homo, equus ligũ, &c. si uidentur est quia colorata sunt, qua ratione participãt lucem & fiunt uisibilia. Et propter hoc solet a S. Thom. sæpè ut prima parte quæst. 19. articulo 3. & quæstione 45. arti. 4. ad primum, & 1.2. q. 1. artic. 1. ad 2. & etiam communiter uocari color obiectum formale potentię uisiuę. Vide tamen si uis alias tres explicationes de hoc apud auctorẽ tabulæ aureæ dub. 559. Sed certe nostra uidetur esse maximè notanda, & uera intelligentia D. Thom. & communis modi loquendi.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD argumenta in principio posita re
spondetur. Ad primũ patet ex 2. & cõ
clusione. ¶Ad secũdum respondetur, quòd
visibile & lucidum idem est, neque visibile
patet latius, quam lucidum, aut econuerso.
Cæterum non explicatur bene quod sit ob-
iectum potentiæ visiuæ per visibile. Ita m.
nobis latet quando dicimus, quòd est visi-
bile, atque si nihil diceremus. Etenim ve-
lut idem per idem explicamus. Et ita opor-
tuit in particulari explicare, quid sit hoc ꝙ
est visibile. ¶Ad tertium etiam patet ex di
ctis. Nõ enim solus color est obiectũ visus,
sed color illuminatus. Ex quo patet ad con-
firmationem. Nam color illustratus effi-
cientem habet dispositionem ad mouen-
dum visum.

DVbitatur secundo. Quod sit sensoriũ
visus, quod mediũ, & quomodo fiat
visio. ¶Quantum ad primum quod in hoc
dubio proponitur de sensorio siue organo
visus, legendus est Aristo. 1. de hist. animal.
cap. 9. & Galenus libro 10. de vsu partium
per multa capita; & Versalius libro 7. c. 14.
& hæc quidem disputatio magis pertinet
ad Anathomistas & Perspectiuos, quam ad
Philosophos, aut ad Theologos, vnde bre-
uiter est absoluenda. ¶Sit igitur prima con
clusio. Organum visus debet eẽ aqueũ per
prædominium, vt tamen perspicuũ est; & li
cèt in perspicuitate conueniat aer cũ aqua,
tamen magis fuit necessarium, ꝙ organũ
visus sit aqueum quàm aereũ, quia aer faci
lius diffunditur, quàm aqua, & ideo aqua
melius recipit & conseruat species, & cum
natura semper faciat id quod melius est,
ideo visum fecit aqueum & non aereũ. Se-
cũdo. Nã aqua, quia est spissior quàm aer,
habet quod per reuerberationem & opaci-
tatẽ detineatur, & appareat species rei vi-
sæ. Tertio probatur. Quia oculi embrionum
de nouo formati magis excedunt in frigidi
tate & claritate, quæ sunt aquæ connatura-
lia. Confirmatur. Quia si oculus destruatur
ad sensum patet ibi aqua discurrens. Aduer
te tamen, ꝙ aqueum debet habere etiam
multum de lucido igneo, vt probauimus in
præcedenti quæstione conclusione prima.
Vnde organum visus est aqueum lucidum,
siue perspicuum illuminatum.

¶Secũda conclusio. Hoc organum aqueũ,
siue perspicuum illuminatum constat ex
multis partibus, quas adamussim explicare
longissimum esset. Vnde breuiter dico, ꝙ
in visu sunt duo nerui egredientes ab inte-
riori parte cerebri, qui sunt concaui, & vo-
cantur optici, & referunt medici aliqui, ꝙ
sunt cancellati; & sese intersecantes simil-
imosque X greco characteri, quamus hoc
non probetur Vesalio libro 4. de fabrica
corporis humani ca. 4. cui contentit Balber
dus libro 7. de fabrica corporis humani ca.
3. Quidquid tamen de hoc sit, illud est cer-
tum, quòd in medio isti nerui sese adnant,
& quasi quoddam corpus quadratum con-
stituunt, ita tamen vt tandem sinister in si
nistrum prodeat non in dextrum, & de-
xter in dextrum, non in contrarium, quæ
connexio neruorum ob visus firmitatem
fit, vt alter o clauso oculo spiritus anima-
lis, qui ad duos ferebatur oculos, vniuer-
sus ad vnum fluant. Ex istis neruis in ipsõ-
rum summitate versus exterius pendent af
fixi duo oculi, quorum corpusculũ est ro-
tundum æthereogeneum diuersis constans
partibus. In ipsius centro est substantia quę
dam, cuius consistentia est sicuti blanda ce
rа, cuius color est perlucidus similis chry-
stallo, vel glaciei. Huius media pars ver-
sus cerebrum est immersa cuidã alteri hu-
mori, ac ei supernatat sicut ligneus globus
in aqua, cuius vna medietas aquis tegitur,
altera est discooperta. Ille humor dicitur vi
treus in colore similis vitro cocto, in consi-
stentia similis vitro fuso in fornace. Poste-
rior altera pars illius substantiæ chrystallis-
næ, quæ discooperta est versus obiectum
visibile, quadam tegitur tunica, quę aranea
dicitur ob subtilitatem, tamẽ fortis est val-
dè, & transparens, talisque vt extracta, &
posita supra opacum, faciat res apparere si-
cut speculum. Et iste humor cùm tunica
hac, pupilla dicitur oculi, in qua apparet
vniuscuiusque figura, cũ respicit se in ocu-
lis alterius. In istis oculis primo recipiuntur
species visibiles, & ab eis per neruos supra
positos deferuntur vsque ad sensum com-
munem. Isti nerui, & pudorum glandes, vt
ita dicam, constat ex pluribus tunicis seu
pelliculis, quas enumerant Medici & Per-
spectiui. Nobis tamen hæc attigisse suffi-
ciat. Præter hæc dedit natura palpebras, vt de-

defendant oculos ab exterioribus nocumẽ
tis, & supercilia vt magis cõgregentur spe-
cies rei visibilis in pupilla oculi. Organum
igitur visus continet hæc omnia, scilicet,
duos neruos, & duos oculos, & vtrosque,
tam, scilicet, neruos quàm oculos compo-
sitos mirabili & ferè inenarrabili artificio
ex pluribus tunicis, duas palpebras, duo
supercilia, hæc tamen duo vltima non sũt
necessaria, quia plura animalia habent vi-
sum, & tamen non habent palpebras, nec
supercilia, vt patet in locustis, &c.

¶His suppositis. Duo solent hic disputa
ri, quæ habent magnam difficultatem. Pri-
mum est, in qua harum parte subiectetur
potentia visiua. An illis neruis, an in pu-
pilla, an in aliqua alia parte? Arist. de histo-
ria animalium, & Galenus de visu partium
ca. 6. videntur ponere in illo humore chry-
stallino. Quidam in tunica quadam, quæ
vocatur retinea, quia ad similitudinem re-
tis distincta est varijs venulis & arterijs
plenis sanguine, quo alitur humor vitreus,
& ex vitreo chrystallinus. Alij in aranea,
alij in humore vitreo. Albertus Magnus in
summa de homine vbi supra dicit poten-
tiam visiuam quantum ad initium esse in
humore chrystallino, quantum ad progres
sum in neruo, & in spiritu, quãtũ ad perfe-
ctionem in sensu interiori. Aliqui ex iunio
ribus constituunt illã in pupilla oculi, pro-
pterea quòd læsio, quæ fit in hac, visionem
aufert, & obiectam huic directionem ha-
bet, secundum quam videmus, non enim
nisi rectè apposita perspicimus. Alij vero
vt Iandunus quæst. 11. de sensu, & sensato
tenent, quòd subiectatur in coniunctione
duorum neruorum, qui vocantur optici de
seruientes potentiæ visiuæ, & non in ipsis-
met oculis. Quæ sententia videtur expressa
S. Thom. lectione 5. de sensu & sensato. Vbi
inquit principium visionis est interius, iux
ta cerebrum, vbi coniunguntur duo nerui
ex oculis procedentes; quod etiam asserit
lectione vltima. Cui sententiæ videtur
etiam fauere Aristoteles in hoc loco. Po-
terat fortassis dici, quòd potentia visiua,
cum sit materialis, & corporea, sicut
eius organum est extensum per pupillam,
& neruos, & reliquas tunicas, ipsa etiam
est extensa & subiectatur in omnibus illis
partibus, & ad D. Thom. possumus dicere,
quòd perfectio eius consistit in illa coniun
ctione neruorum.

¶Alterum quod solet disputari est, quare
vna res à duobus oculis visa gemina nõ
appareat? Cuius rei varias varij assignant
causas. Iandunus & alij, qui cum eo tenẽt,
quòd potentia visiua residet in illa coniun-
ctione neruorum, qui dicuntur optici, facile
se putant ab hac quæstione expedire, di-
cunt enim quòd quia visio in media coniũ
ctionis parte fit, ob id vna res duplex non
apparet. Sed isti non vident, quòd quamis
hoc ita gratis eis concederemus contingere
in visu, quòd eadem difficultas manet
in cæteris potentijs duplicatis, vt in auditu.
Alij ad vnam referunt phantasiam, vel sen-
sum cõem, cuius vnitate visus de vnitate
rei certior redditur. Hi tamen ad quæstio-
nem minimè respondent, cum de sensu
exteriori absolute & per se sumpto, & non
de interiori quæramus. Alii vero aliam red
dunt causam. Pro quo notant ex Perspecti
uis omnem visionem per figuram pyrami
dalem, cuius basis sit in re, fieri, conus au-
tem vel angulus terminatur ad visum. No-
tant secundo, quod intra lineas facientes
pyramidem illam, cuius basis sit in re, est
alia directè tendens ab oculo ad obiectum
visibile, quæ situatur intra illas duas, & vo
catur axis coniitionis. Ex his dicunt, quòd
licèt species per duas figuras pyramidales
terminetur ad duas potentias, quia tamen
lineæ rectæ oculorum tendunt ad idem ob
iectum, & veluti ad idem punctum, à quo
incipiunt diuidi species ad duos oculos,
ideo tantum apparet vna. Dicunt secun-
do, quòd aliquando res vna apparet duplex
vt si digito eleues pupillam oculi, vel vir-
tute vini oculi eleuentur, vt contingit in
ebrijs; quia oculi propter diuersum si-
tum, quem ex tali eleuatione fortiuntur,
tendũt diuersis vijs ad diuersas partes obie-
cti. Ita respondet Aristote. in sectione 3.
proble. 13. Sed hæc ratio sicut & prima
peccat, quamuis enim demus, quòd in vi-
sũ rectè procedat, non tamen est vniuersa-
lis, quare cæteræ etiam potentiæ duplica-
rem vnam vt duas non percipiãt. Ego in
hac re sic dicerem. Intentio seu species sen-
sibilis, vt patet ex dictis & optimè explicat

Cajet.

Caiet. 2. de anima cap. 11. potest dupliciter considerari, & in ratione rei, & in ratione repræsentationis seu similitudinis. Sicut ergo stat species in ratione rei habere vnitatem, & multiplicitatem in ratione repræsentationis & similitudinis, ita stabit ecōtra in ratione intentionis & repræsentantis. Multiplicatur autē hęc ratio intentionis ex obiecti multiplicatione. Cum ergo obiectum sit idem, quod multiplicatis potentijs percipimus, & eodem modo immutet illas; sequitur quòd etiam species in ratione intentionis sit eadem, & sic tantum vnā rem repræsentat. Quia ergo tantum cognoscimus res species secūdum quòd abeis in ratione similitudinis repræsentātur, & vt sic non multiplicentur, ideo res vna non apparet duplex, sed vnica tantum. Cui hęc nō placuerint, quærat ipse aliam huiusce rei causam libenter enim ego eam auditrem. Et hæc de prima parte huius dubij.

¶ Quantum ad secundum in quo quæritur de medio huius potentiæ facile patet ex dictis. Est enim diaphanum: siue corpus transparēs receptiuum luminis, per q̄ deferūtur species rei visibilis vsque ad oculum, quibus ipse informatus producit visionem. Hoc autem diaphanum vt sit sufficiens ad deferendum speciem rei visibilis vsque ad potentiam visuam, necessum est vt sit actuatum à suo actu, qui est lumen. Vnde nisi per medium illuminatū non possunt deferri species rei visibilis. Quod si de nocte, & in tenebris aliqua videmus, medium, per quod deferuntur species, aliquo modo licet in parua quantitate est illuminatum, ex quo fit ut parum de re certificemur.

QVantum ad tertium de modo, quo fit uisio, aliqui untiqui philosophi existimabant fieri per extramissionē. Quod probabant primo, quia magnitudines ingentes, & earum æquales species intra paruum oculum capi non possunt.

¶ Secundo. Quia alias eadem res produceret infinitas species, nam si contingeret per possibile uel impossibile esse infinitos homines, ab omnibus eadem res uidēretur, & in omnibus produceret species, saltim quo ad hoc non habet determinatam uirtutem, nam non produceret tot species, quin plures non posset producere, si plures homines adessent eādem rem inspicientes.

¶ Tertio. Nam ita uidetur docere Aristoteles 2. de cęlo. text. 49. dum ait, nihil differre, Vtrum dicamus visum moueri ad res, vel visibile ad visum. Et tertio Metheororum capitulo 3. sæpe conceditur visum egredi a potentia, & postea reflecti ad ipsam. Et sectione 31. problem. 16. ait propterea luscos contractis palpebris videre, vt radius (inquit) per locum sese depromens angustiorem cōgestior profluat, ne protinus ex patulo proficiscens distrahatur. Ex hoc sumitur commune quodam argumentum, nam si visio fieret per intus susceptionem, potius deberemus oculos aperire, quàm claudere, quando aliquid cautè volumus prospicere. Idem tenere videtur August. lib. 6. musicæ dicens radios visuales productos vsque ad rem visam vegetari ab anima videntis, ut videant ergo. Idē tenet etiam Galenus de Platonis, & Hypocratis placitis cap. 9. & 17. & 10. de vsu partium, & primo prognost. sententia. 19. & alibi. At vero Democritus, non valens intelligere spiritualem immutationē, ponebat omnes sensus tactu quodam sentire suum obiectum, & quia visibile nō poterat pertingere visum, alias duo contraria visibilia vt albedo & nigredo essent in medio proximo potentiæ dicebat ipsum oculū pertingere rē uisam. Tenentes autem istā opinionem, quòd visio sit per extramissionē bipartiti sunt. Nam quidam ut Democ. dicebant hoc egrediens esse corpus, quòd ab anima uegetatur, & ibi producit uisionem, & ita uidetur sentire August. loco citato. Alij, ut Plato & Empedocles, non ponebant hanc corporis egressionem, sed tantum luminis extramissiones. Dicunt enim, quod ex oculis exit quidam fulgor, qui terminatur ad obiectum uisibile & illuminatum, & ita illud lumen cum lumine obiecti copulatum efficit species rei uisibiles, quia neutrum sensum ad id sufficeret, & postquam has efficit, ad oculos reflectitur ducens secum ipsas species, & sic mediantibus illis efficitur uisio. Et quidem quod lumen illud exeat, patet in oculis aliquorum animalium ut Catorum. Quòd vero non sufficiat tale lumen sine exteriori probat, quia alias in tenebris videremus tali lumine, quod patet esse falsum propter imperfectionem & insufficientiam eius, & quia, vt dicitur de sensu & sectione 3. tale lumen egrediens ab oculis si inueniat in medio lumen, saluatur per ipsum vt per sibi simile, & sic accidit visio: si autem inueniat tenebras, propter dissimilitudinem extinguitur, & sic oculus non videt. Ita explicant opinionem Platonis aliqui.

¶ Contrarium tamen docet Aristoteles expresse de sensu & sensato lect. 4. Et quidem primam sententiam improbat primo. Nam pluta corpora essent in eodem medio, multiplicarentur enim illa corpora secundum multitudinem videntium, a quibus egrediuntur. Secundo. Quia quælibet emissio corporis in principio est maior, q̄ in fine, vt patet in flamma: in oculis vero contrarium accidit, nam conus vel angulus in oculis, sit pyramidis basis vero in re visa. Tertio. Quia non posset sufficere quantitas corporis adhoc, quòd tantum corpus quantumuis subtile ab eo egredere tur, quod contingeret ipsa astra, quin potius oculus consumeretur per illius egressionem. Quarto. Nam alias visio non fieret in instanti, corpus enim sic moueri non potest. Quinto. Nam si opinio illa, vt intelligebat Democritus; esset vera, visio non esset actio immanens animalis, non enim manet in illo sed in radijs ab eo egressis. Nec sufficit dicere, satis est maneat in ali quo ab animali deciso, aliàs generatio esset actio immanens, manet enim in semine ab animali deciso. ¶ Contra secundam uero sententiam arguit ibidem, quia alias videremus in tenebris propter lumen egrediens. Neque enim solutio Platonis de extinctione luminis aliqd valet. Primo. Quia lumen igneum, quale Plato ponit lumen oculorum, tantum extinguitur humido aut frigido, tenebræ nihil horum sunt, ergo. Secundo. Quia potius extingueretur ex visione aquæ & glaciei, sic enim extinguitur lumen igneum. Tertio. Quia natura facit quod melius est; at melius est lumen exterius cōiungi interiori, ne interius egrediens à tenebris corrumpatur, ergo. Hæc Aristot. Aliter autem reprobatur hæc eadē sententia. Primo. Quia si talis radius debet reflecti ad oculum, magnus mons videri non posset, reflexio enim hæc fieri non potest, nisi in corpore terso. Rursus, si reflectuntur cum speciebus, & tunc fit visio; iā ergo fit per intus susceptionem. Tertio ergo multiplicatis hominibus videntibus, possemus videre in tenebris. Licèt. n. cuiuslibet lumen egrediens sit exiguum omnīū, tamen simul sufficiens erit ad videndū. Ad hæc. Nam sensus ponitur potentia passiua, & non actiua ante specierum receptionē, ergo nihil poterit in obiectum agere, aliàs etiam diceremus ècontra potentiam esse actiuam, & obiectum sensibile passiuum.

AD primum patet ex dictis suprà cum ageremus de speciebus sensibilibus. ¶ Ad secundum dicendum est, finitam virtutem sufficere ad producendos multos effectus eiusdem speciei, maximè q̄n multiplicantur ad subiectorum multiplicationē. ¶ Ad tertium respondet D. Tho. 2. de cęlo, q̄ Aristoteles loquitur ad modum Mathematicorum, qui ita vtuntur nominibus in suis demōstrationibus; & nominibus vtendum est vt plures. Et ita etiam interpretatur Augustinum quæstione de spiritualib. creaturis artic. 9. ad 12. q̄ loquatur secundum aliorum opinionem. ¶ Ad aliud ex problemate respondetur, quòd illud contingit, quia species vnita magis tendit ad oculum compressum.

De auditu.

SECVNDO loco disputandum est de auditu. Et vt secundum ordinem Aristotelis procedamus, primum omnium considerare oportet de natura soni qui est obiectum potentiæ auditiuæ; deinde, de causis eius atque de subiecto.

DVbitatur ergo primo. Vtrum sonus sit motus vel qualitas? Et videtur, quòd non sit qualitas, sed motus. Primo Aristot. 2. de an. cap. 8. definit sonum per motum, scilicet, per ictum & percussionem, ergo est motus non qualitas.

¶ Secundo. Sonus est ens successiuum; non tempus ergo motus. Maior videtur nota experientia ipsa, & minor videtur manifesta. Consequentia autem probatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nunquam Aristoteles meminit alterius entis successiui præter motum & tempus. ¶Tertio. Non est prima nec secunda qualitas, ergo non est qualitas. Antecedens quo ad primam partem probatur, quoniam primæ qualitates, vt in 2. de generatione dicitur, sunt tangibiles. Quo ad secundam probatur, quoniam sonus, vt cõstat, non fit ex mixtione primarum qualitatum. ¶ Quartò. Nam si sonus est qualitas, ergo in aliqua specie. Non in prima, nec in secunda, nec in quarta, vt manifestum est, ergo neque etiam in tertia, quia passio vel passibilis qualitas dicitur, quia est terminus aut principium physicæ alterationis. At sonus nec causat physicam alterationem, vt patet, nec vero causatur nisi à solo motu locali, quia non videtur, quòd lapillus cadens à tecto in pauimentum ex tabulis compactum causet alterationem physicam in toto spacio circunstanti, ergo non est terminus nec causa physicæ transmutationis. Antecedens autem manifestũ est ex doctrina Aristot. & Magistri Soto in cap. de qualitate.

PRopter hæc argumenta Themist. capite 29. cæterique græci putant sonum esse motum, non autem qualitatem.

¶Pro decisione notandum est, quòd in doctrina Aristotelis aliquando prædicationes fiunt causaliter, sicut 2. de ani. tex. 161. definiuit phantasiam, dicens esse motum factum à sensu secundum actum. Et in libro de sensu & sensato definiens odorem dixit in tex. 26. quòd odor est fumalis euaporatio, idest, qualitas causata ex fumali euaporatione, vel fundata in tali euaporatione. Aliquando vero fiunt huiusmodi prdicationes formaliter, sicut cum 2. de ani. cap. 8. definiuit echo dicens quòd est sonus reiteratus &c.

¶Hoc supposito sit conclusio. Sonus formaliter est qualitas tertiæ speciei, motus autem est causaliter non formaliter. Probatur primo. Sonus & motus habent distinctas differentias, ergo non sunt idem. Probatur antecedens. Nam motus dicitur velox aut tardus, non autem sonus; sonus autem dicitur acutus vel grauis, non autẽ motus, ergo. ¶Secundo. Sonus est sensibile proprium potentiæ auditiuæ; motus autem est sensibile commune, vt asserit Arist. 2. de ani. ca. 5. & patet ex dictis sup. dub. 7. huius arti. ergo. ¶Tertio. Sonus est, vbi nullus est motus localis, ergo sonus nõ est motus. Antecedens probabitur in dubio sequ. vbi ostendemus sonum quandoque diffundi intentionaliter, quò motus localis aeris non pertingit. ¶Quarto. Arist. in lib. de histor. animal. c. 8. docet, id quod experientia ipsa demonstrat, piscatores dum pisces capiunt nullum emittere souum, nè pisces audiant, & tamen non est credibile solam piscatoris vocem mouere localiter aquam vt pisces audiant. ¶Quinto probatur, quòd sit qualitas tertiæ speciei. Nam ibi sunt obiecta omnium sensuum, vt dixit Aristote. in prædicamentis capite de qualitate, ergo. Aduertendum est autem, q ibi non ponitur vt passibilis qualitas, sed vt passio, quia citò transit, sicut rubor ex verecundia.

AD primum argumentum respondetur, quòd Aristoteles definiuit sonũ per motum tanquàm per causam, non tanquàm per genus. Et huius ratio est, quoniam omnes huiusmodi definitiones dantur per propriam causam; tum quia sunt physicæ, tum etiam quia vt in plurimum non constat ex genere proximo.

¶Ad secundum respondetur, quòd sonus non est essentialiter ens successiuum, sed tantum denominatiuè, sicut illuminatio aeris per motum lucernæ, illa est successiua per accidens & denominatiue non ex natura sua sicut motus & tempus.

¶Ad tertium respondetur concedendo antecedens, quòd non est prima nec secunda qualitas. Nec ex hoc sequitur q non sit qualitas, quia Arist. non diuisit qualitatem absolutè in primã & secundam, sed qualitatem tangibilem. ¶Ad quartum respondetur, q sonus est passio tertiæ speciei qualitatis, vt dicebamus. Est.n terminus sonationis, quæ est quædam alteratio non tantùm intentionalis; aliàs esse terminũ eius non sufficeret ad ponendam qualitatem tertiæ speciei. Nam species sensibiles etiam sunt termini intentionalis actionis, putà, sensibilis obiecti in sensum; & tamen non ponuntur in tertia specie, sed in prima specie qualitatis, quia ordinãtur ad bene esse, siue ad bonam operationem naturæ. Sed est

est physica alteratio, non quidem corruptiua; sed vocatur physica, quia suscipit formam secundum suum esse perfectum, & non tantum secundum suam speciẽ & successiuè. Et hoc sufficit ad esse physicæ alterationis, aliàs continua illuminatio diaphani non esset physica alteratio, quia illuminatio vt sic non est corruptiua.

DVbitatur secundo. Vtrum sonus causetur à contactu duorũ corporum solidorum per expulsionem aeris. ¶Arguitur primo pro parte negatiua, & probatur q non oporteat talia duo corpora concurrere. Nam si virga velociter & fortiter percutiatur aer, si sit ventus perflans; si lignum scindatur; si castanea aut sal mittatur in iguem; si ferrum candens immergatur aquæ, si cælum tonet, Omnia hæc edunt sonum, & in istis non concurrunt duo corpora se collidentia, ergo sonus non causatur ex contactu duorum corporum, &cæ. Quod si quis respondeat in pluribus horũ exemplorum virtualiter concurrere duo corpora, vt in scisione ligni violentus aer subintrans ad tolendum vacuum habet tationem corporis percucientis, & alter aer, cui coniungitur, percussi. Contra hoc arguitur primo. Nam si quid valet hæc solutio, non daretur ratio, quare magis sonat lintheum aut papirus noua, quando distũpitur quàm iam antiquata, nam vtrobique subintrat eodem modo aer violentus. Secundo, quia aer non mouetur nisi per illud spacium, quod occupabat papiri grossities. At tam paruus motus sonum causare non potest, eundem enim causaret quando papirus madefacta forpicibus scinderetur, vel etiam disrumperetur, nam ibi æqua est violẽtia aeris subintrantis ad supplendum vacuum. ¶Secundo arguitur. Nam si percussio duorum corporum est causa soni, sequitur generationem soni esse violentam, consequẽs est falsum, vt in sequentibus explicabitur, ergo. Sequela probatur, nam percussio duorum corporum non est naturalis, sed violenta. Item Aer motus violenter mouetur, nam motus violentus est quadruplex, vt habetur 7. Physi. tex. 10. Scilicet, tractus, impulsus, vertigo, &c. At in voce formanda aer attrahitur, in sono, qui causatur ex collisione, impellitur, in echo vertiẽ, &c. ergo sonus ex aere saltim est violentus. Confirmatur. Propterea lapis violenter mouetur sursum, quia contra naturam grauis mouetur, & nulla ei forma imprimitur, quæ sit dispositio ad formam naturalem, sed similiter quando aer impellitur deorsum vt causet sonum, mouetur contra suam naturam & non imprimitur forma, quæ sit dispositio ad generationem naturalem, ergo est violentus huiusmodi motus. ¶ Tertio. Nam si requiritur expulsio & motus aeris, sequitur quòd idem sonus non possit à diuersis audiri. Patet, nam nõ potest idem aer versus diuersas partes, in quibus sunt diuersi audientes, moueri, & non potest sonus ad illos deferri nisi per motum, ergo. Confirmatur. Sequitur, quòd idem aer moueatur motibus contrariis. Patet, nam sint duo soni ex oppositio facti, qui fit in A. fit per motum aeris versus B. & qui fit in B. fit per motum eiusdem aeris versus A. ergo. ¶Sed contra est Arist. qui in 2. de anima cap. 8. docet inter conditiones requisitas ad soni generationem prædictas concurrere.

PRo huius quæstionis decisione notandum est ex Aristo. 2. de anima. text. 78. q tria corpora sunt necessaria ad soni generationem. Percutiens, & percussum, & medium, per quod vnum ad alterum mouetur. Huiusmodi autem corpora dicit Aristoteles debere esse dura, plana, leuia, concaua, insuper dicit quòd huiusmodi corpora debent se percutere velociter.

¶Hoc supposito sit prima conclusio. Hæc tria corpora, quæ se mutuo percutiunt, non est necesse quòd sint tria distincta realiter, sed satis fuerit q distinguãtur formaliter. Probatur euidenter in sono causato à ventis agitatis, vbi idem aer est, qui percutit, percutitur, & medium per qd vnũ ad alterũ mouetur. Similiter id manifestũ est in sonitu causato ex collisione mutua fluctuũ maris, vbi eadẽ aqua continua est percussa, & percutiens, & similiter mediũ, per quod defertur sonitus ad pisces. Item in sonitu causato ex graui percussione virgæ in aere, idem est percussum & medium per quod defertur sonitus. Verum tamen est, q huiusmodi corpora distinguuntur etiam realiter secundum partes, nam vna

pars percutiēs distinguitur realiter ab alia.

¶Aduertendum est etiam, quòd aer circumstans corpus sonans non per se requiritur ad sonitum, sed tantum ad deferendum sonitum ad potentiam auditiuam. Probatur, nam si per impossibile darentur, duo corpora aerea per prædominium, se percuteret, causaretur sonitus ex motu aeris inclusi in eorum poris, sicut & modo in illis causatur, & tamen non concurreret extrinsecus aer. Idem patet de sono, qui fit intra auditū qui dicitur tinnitus & Hispanè el Cumbido. Habet enim ille aer ibi motus rationem corporis sonantis sine extrinseco aere.

¶Aduertendum est secundo circa hanc cōclusionem, q̄ qñ supponitur ex Aristotele, quòd corpora se percutientia debent se percutere velociter, aduertendum est inquàm quòd sub ly velociter intelligit fortiter, vt statim addidit, ita quòd velocitas de se non est necessaria, nisi quatenus comitatur fortem aeris percussionem & expulsionem. Probatur. Nam sine tali velocitate causatur sonus, vt si fortiter præmendo papirum siue tabulam ducas digitum seu manum super illam, tunc sine velocitate editur sonus. Confirmatur. Maior sonus editur, si fortiter & morosè præmendo papirum, deducas digitum super illam quam si velociter, sed lente deducas, ergo causa soni est fortis illa pressio. Antecedens patet experientia, & consequentia probatur. Nam idem secundum eandem specificam rationem est causa, quare aliquid sit tale, & quare sit magis tale, sed causa maioris soni est violentia sine velocitate, ergo est causa soni. Confirmatur secundo. Non potest causare maiorem sonum nisi absolutè causet sonum, causat maiorem sonū sine velocitate, ergo & sonum. ¶Tertio notandum est, quòd ad soni generationem non sufficit vehemens aeris expulsio, sed requiritur expulsionem hanc fieri per corporum contactum. Patet hoc, nam si velis complodere manus violenter & per digitalem distantiam antequam manus tangat alteram, cessles à motu, tunc expellitur violenter aer, & tamē ex defectu contractus percutientium, non causatur sonus vt patet experientia.

¶Secunda conclusio. Generatio soni est naturalis, & non violenta. Probatur hæc conclusio. In rerum natura datur naturalis potentia passiua à sono, scilicet, potentia auditiua, ergo debuit naturaliter produci potentia actiua reducens illam ad actū, alias daretur potētia passiua naturalis, quæ esset frustra, cum naturaliter non posset reduci ad actum, ergo sonus qui est potentia illa actiua, non producitur violenter. Confirmatur. Datur potentia naturaliter ordinata ad causandum sonum, ergo eius actus in subiecto disposito, s. generatio soni erit naturalis. Antecedens patet secundo de anima text. 77. vbi aliquibus corporibus tribuitur naturalis potentia ad sonandum. Et consequentia probatur, nam actus ad quē naturalis potentia ordinat in subiecto proprio, non producitur violenter. Hoc amplius explicabitur in solutione ad secundum.

AD argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dico, quòd vt in prima conclusione dicebamus, sat fuerit q̄ illa corpora, quæ Aristot. enumerat esse necessaria ad sonum, distinguantur formaliter, sic autem contingit in sonis adductis in primo argumento. Nam in sono virgæ & veste, ipse aer vel ventus habet rationem corporis duri verberati. Similiter in confractione ligni aer subintrans ad replendum illud vacuum cum magna violentia habet vicem percutientis alterum aerem, & sic causat sonum. Castanea vero vel sal habet in se humiditatem, quę ab ignis calore resoluitur, & conuertitur in aerem, qui appetens esse sub maiori dimensione, collidit corticem & frangit, & ex tali collisione causatur sonus. Simile contingit in violentia aeris rumpentis nubes, ex qua causatur tonitruum. Ad illud de papiro noua respondetur, quòd cum dictum sit sonum non tantum ex motu, sed ex violentia causari, & maior violentia sit in percussione, qua rumpens papirum nouam percutit aerem, maior editur sonus, at quando forcipibus scinditur, aut papirus est antiquata, non est illa violenta aeris percussio, & ideo dispar est ratio. Ad aliud, quod replicabatur respondetur, quòd non causatur sonus tantū ex motu aeris subintrantis, sed ēt ex percussione aeris facta à

partibus

partibus ligni fracti, vel papiri scissi, & ideo licēt motus sit paruus causatur tamen motus. ¶Ad secundum argumentū respondet. Primo quod sicut mixtio est naturalis absolute, licēt si considerentur elementa secūdum particulares rationes, violenter cohæret ad mixtionem, tamen absolute vt partes vniuersi ordinatæ ad mixtorum generationem, naturaliter cōueniunt ad mixtionem perficiendam. Ita in sono possumus philosophari, quòd licet aer secundum suam naturam non moueatur naturaliter ad diuersa loca, benè tamen vt deseruit animæ tanquam deferens sonum, & hac ratione erit naturalis sonus. Secundo respōdetur, quòd aliud est soni generationem esse naturalē, aliud motum aeris ibi interuenientem non esse naturalem. Primum enim nos asseruimus in secunda conclusione. Secundum autem impertinens est. Nihil enim inconuenit aliquem motum esse naturalem, quem tamen comitatur alius violentus. v.g. Si lapidem proijcias in vas aquæ, descensus illius lapidis naturalis est, quem tamen comitatur aquæ ascensus, qui tamen, si sit supra suam sphæram, erit violentus.

¶Ad tertium respondetur, quod dubio sequenti explicabimus qualiter sonus diffundatur per totum aerem, vt sic possit audiri ab omnibus circunstantibus. Ad confirmationem respondetur, q̄ in puncto medio illæ duæ circulationes refrangentur, & poterunt intentionales species immittere vsque ad auditū, vel si localiter ipse aer mouebitur, erit s̄m diuersas partes. Hæc omnia amplius explicabitur dubio sequenti.

DVbitatur tertio. Vtrum sonus subiectetur in solo aere intercepto, vel etiā subiectari possit in aqua.

¶Et vē q̄ possit subiectari in sola aqua sicut & in aere. Aqua est mollis, impetuosa, & cōstringibilis inter duo dura, sicut aer quamuis sit minus propter sui grossitiem. si ergo sonus generatur in aere, quia mollis est, & quia impellitur, & quia stringitur inter duo corpora dura, eadem ratione poterit generari in aqua.

¶Secūdò. Pisces intra aquas brāchijs sonant, seq; mutuo audiunt, qui sonus nō fit nisi ex aquæ collisione, ergo. Quod si aliquis dicat particulas aeris illic esse, & sic sonum non causari per solam aquæ collisionem. ¶Contra hoc arguitur tertio. Vel ille aer præerat ante motum branchiarum, vel non, primum videtur impossibile, experiētia. n. compertum habemus quamlibet particulam aeris in aqua inclusam resilire, & ascendere sursum. Si autem dicas, quod tūc fit. In primis hoc videtur figmentum. Præterea, aer ille, qui tunc fit per illum motum necessario est terminus motus, ergo ante illum erat motus, & ex consequenti sonus: nam sonus quando fit (vt in casu proposito) comitatur motum. ¶In hoc dubio in primis præsupponere oportet, quod sonus nō subiectatur in corpore percutiente, sed in intercepto, & in hoc nulla est difficultas nec diuersitas opinionum. Omnes enim conueniunt in hoc, quòd causaliter quidē sonus est in sonante, formaliter tamen, vt in subiecto proprio est in corpore intercepto. Probatur vero breuissime hoc esse verum. Primo. In illo, qui plaudit manus, nō est nisi vnus sonus, tamen si subiectaretur in corpore percutiente & percusso esset duplex, cum nulla sit ratio quare potius subiectetur in vna quam in alia manu, ergo. Secundo. Sequitur ex oppositō, quòd sonus non agitatur à ventis. Probatur consequentia, quoniam habet subiectum stabile, scilicet, corpus percutiens, vel percussum. Consequens autem est contra experientiam, nā videmus flante vento transuersali non audiri quod alias audiretur, quod tamen non contingeret, sit subiectum soni esset stabile, & tantum intentionaliter afficeretur medium. Nam hac ratione quantumuis aer agitetur, species tamen colotis eodem modo diffunditur. Tertio. Nam Aristotel. ponit potentiam sonatiuam in corporibus duris; illa autem potentia non est ad actus immanentes & vitales, sed transeuntes, ergo in alio quàm in eo in quo est talis potentia, debet recipi eius effectus qui est sonus.

¶Tota ergo controuersia huius difficultatis consistit in hoc, vtrū in sola aqua non interueniente aliquo aere possit formari sonus, sicut formatur in aere nō interueniēte aqua, an necessariū omnino sit q̄ in quocūque sono interueniat aer. ¶Auicenna in 6. naturaliū in parte secunda ca. de auditu te-

net, quòd commune est aquæ & aeri in eis fieri sonũ, & probat ratione prima in principio quæstionis allata. Albertus vero 2.de anima cap.8.asserit, ꝙ sonus est subiectiuè in solo aere, ita ꝙ non potest generari in sola aqua, nisi sibi admisceatur aer. Cuius signum affert, quia si fiat sonus in profundo aquæ, statim videmus resilire aerem super aquam in quibusdam ampullis. Est etiã aliud signum, quòd pisces natantes in profundo aquæ, etiam si velociter notent, & cum magna branchiarum vi, non fit sonus, si autem natent circa superficiem aquæ, faciunt sonum, quia ibi admiscetur aer aquæ. Hanc etiam sententiam sequitur Iandunus in 2.de anima in quæst. 22.

¶ Pro decisione sit conclusio responsiua quæstioni. Sonus est in aere solùm subiectiuè, & nunquam generatur in aqua, nisi cõcurrente aere. Probatur primo ex Aristo. 2. de anima text. 76. Ad sonum oportet fieri firmorum percussionem adinuicem & ad aera. Et per totum text. 79. & 80. declarat, ꝙ sonus ex eo fit, quòd aer resilit inter percutiens & percussum, & ita declarat fieri echo, & text. 90. vocem etiam dicit fieri in aere, ergo mens Philosophi fuit sonum fieri solum in aere. Probatur præterea autoritate D. Thomæ, & Comment. Etenim D. Tho. super tex. 77. sic inquit: Necessarium est ad soni generationem in aere vel in aqua, quòd aliqua corpora dura percutiant se inuicem, & percutiant aerem. Ecce quo dicit, ꝙ siue generetur in aere vel in aqua, tamen semp generari ex percussione aeris. Commentator etiam commen. 81. sic ait, Cum declaratum est ex hoc, quòd aer est mattria soni, qui impossibile est fieri nisi per illum. ¶Sed contra hanc conclusionẽ videtur asserere Philosophus in tex. 79. vbi dicit, quòd non est soni proprius aer, nec aqua, quod aliqui vt Ægydius exponunt, quòd nec aqua nec aer est proprius effectiuus soni, sunt autem talia media in sono, & sunt ea in quibus formaliter potest esse sonus. Respondetur tamen iuxta expositionem D. Thomæ ibidem, quòd quia medium in quolibet sensu qualitatibus sensibilibus secundum illum sensum caret, vt possit omnes recipere, manifestum est ꝙ nec aer nec aqua habet proprium sonum, sunt enim aqua & aer medium per quod defertur sonus.

AD argumenta in oppositum respondetur, quòd quanuis illæ cõditiones vtcunque reperiantur in aqua, non tamen reperiuntur in tanta perfectione, quanta requiritur ad soni generationem ex ea solũ, nisi interueniat aer. ¶Propter secundum argumentum de branchiis piscium conantur aliqui ex iunioribus tenere contra Diuum Thom. & Commentatorem, & (vt nobis videtur) contra Philosophum. Sed argumentum est nullius momenti. Respondetur enim, quòd non constat nobis de tali experientia, imo oppositum expertus fuit Albertus qui naturæ secreta curiosissimè fuit contemplatus, cui pro nunc adhibemus fidem.

DVbitatur quarto. Vtrum sonus fit realiter in medio vsque ad aurem, an solum intentionaliter? ¶Et videtur quòd non diffundatur realiter vsque ad auditum. Experientia enim compertum habemus intra parietes clausos audiri vocem existentis foris: similiter si in aliquo vase æreo vel argenteo vndique clauso sonet intus lapillus auditur sonus foris, tamen non potest per illud realiter transire, ergo &c. Præterea, pisces audiunt vocem piscatorum, quantumuis submisse loquantur, tamen nõ est credibile, quòd illa vox realiter per motum deferatur vsque ad profundum aquæ. ¶Secundo. Auditus percipit sonum simul cum distantia; at si realiter contingeret sonus potentiam auditiuam, percipetur sonus sed sine distantia iuxta potentiam ipsam, ergo non est sonus realiter in medio vsque ad aurem. ¶Tertio. Quia si sonus deferretur realiter vsque ad auditũ, tunc sensibile positum supra sensum faceret sensationem, consequens est contra Aristo. 2. de anima text. 116. ¶Quarto. Nam experientia videmus multos sonos simul audiri, hoc tamen esset impossibile, si sonus deferretur realiter per motum aeris, ergo. Minor probatur, quoniam impossibile est, quòd duæ partes aeris simul attingere possint potentiam auditiuam, quę habet organa paruissima.

HÆc quæstio est difficillima propter diuersitatem opinionum. Prima opinio

nio est Auicennæ libro 6. capit. de auditu, qui ait aerem interceptum moueri vsque ad aurem audientis rumpendo per mediũ aerem, sicut sagita emissa ab arcu. Sed hęc sententia est omnino falsa & irrationabilis. Experientia enim videmus sonum ex plausu manuum audiri ab omnibus, qui sunt in spacio. At impossibile est, quòd aer pressus inter palmas sic feratur in tot partes, maximè quoniam ille aer est paucissimus, & contingit audiri à decem millibus.

¶Secunda sententia est Simplicij, qui ait totum aerem spacij moueri ex motione aeris intercepti propter continuitatem totius aeris, sicut lignum totum mouetur ex motione cuiuslibet partis. Hæc opinio est etiam irrationabilis, nec eius ratio quicquam concludit. Etenim dispar est ratio inter continua solida & fluida, vt aer & aqua, vt manifestum est.

¶Tertia sententia est Alexandri & Alberti, qui tenent aerem interceptũ sequentem impellere, illeque alium vsque ad auditum, sicut contingit in aqua quando in eam mittitur lapis, tunc enim aqua primum diuisa aliam impellit, & illa aliam, ex quo impulsu ordinato, fiunt in aqua illi circuli, quos videmus. Et Albertus addit, ꝙ non potest fieri auditio, nisi illa realis motio vsque ad aurem perueniat. Hæc sententia impugnatur ab aliquibus iunioribus, argumentis, quæ à principio huius dubij proposuimus.

¶Vltima tandem sententia est, quam docet Diuus Thomas & omnes eius discipuli, quòd sonus per motum realem defertur per aliquam partem spatij aeri ex percussione corporum, sed non vsque ad auditum necessario: & si aliquando pertingit vsque ad illum, solum attingit extrinsecè aerem connaturalem, quem Aristoteles ponit vbi supra in organo auditus.

PRo huius quæstionis decisione breuissimè ostendẽda erit nobis dispositio ipsius organi auditiuæ potentiæ. Pro cuius explicatione nota, quòd in interiori parte auris est nernus quidam, qui descendit ab anteriori parte cerebri, vbi viget sensus cõmunis, & terminatur ad quandam pelliculam quæ claudit intrinsecus foramen auris, quæ pellicula appellatur myringa seu timpanum, & in illa ponunt Medici potentiam auditiuam. Et in hac pellicula est inclusus aer, sicut in pellicula oculi est inclusus humor aqueus, congelatus, quietus & sine motu, & nullum habet sonum, vt possit percipi per ipsum omnis species soni, sicut humor aqueus nullum habet colorem in oculo, vt possimus per ipsum videre omnem colorem. Est autem iste aer in parte exteriori versus aurem, & nullus illi patet egressus; est enim foramen illud in quo continetur, valde paruum & anfractuosum versus partem exteriorem. Alterum autem os versus cerebrum clausum est myringa fortiter, aer autem iste à parte externa est continuus cum reliquo aere extra foramen.

¶Hoc supposito sit prima conclusio. Sonus realiter potest esse in medio vsque ad auditum vel etiam in aliqua parte spatij, & in reliqua potest esse intẽtionaliter. Hęc conclusio est Diui Thomæ, & Caietan. & communis aliorum discipulorum Diui Thomæ.

¶Pro cuius explicatione aduertendum est, quòd quandoque potest fieri tam vehemens percussio aeris & in tam propinquo loco, vt aer impellatur vsque ad aurem ipsam & attingat aerem illum connaturalem, quem diximus patere versus partem exteriorem, & continuari aeri exteriori. Quandoque etiam potest fieri percussio aeris tam in remoto loco, vel illa esse tam parua, vt non perueniat vsque ad aurem ipsam, sed ad aliquam partem spatij, & in hoc secundo casu realiter mouetur sonus cum aere impulso vsque ad illã partem spatij, ad reliquam vero partem spatij non diffundetur realiter, sed solùm intentionaliter per immissionem specierum, sicut contingit in colore, qui mouet potentiam visiuam per species intentionaliter non realiter. ¶Secundo notandum est, quòd duplex est medium, per quod defertur sonus ad auditum, alterum connaturale ipsi potentiæ auditiuæ, alterum vero extrinsecum. Connaturale est ille aer, quem diximus esse in foramine illo paruulo versus partem exteriorem auris. Extrinsecum verò est aer vel aqua quæ est intra corpus sonans, & ipsam aurem. Hoc suppo-

suppositō dicimus in conclusione, quòd in illo medio connaturali nunquàm est aut esse potest sonus realiter, sed solùm intentionaliter, idest, per suam speciem, sicut color in pupilla non est realiter, sed tātum intentionaliter. In medio autem extrinseco dicimus posse esse realiter, si fuerit tam ingens vel propinqua aeris percussio, vt vsque ad illum aerem interiorem peruenire possit: si autem tam parua fuerit, vel facta in longinquo; realiter diffundetur per omnem illam partem spatij, ad quam aer percussus peruenerit, per residuam vero partem solùm intētionaliter per suas species. Et hoc dicere volumus in nostra conclusione. ¶Prima ergo pars nostræ conclusionis, quòd, scilicet, in medio connaturali ipsi potentiæ audituę, nūquàm sit sonus realiter sed tantum intentionaliter, communis est apud omnes Philosophos, nullus.n. illorum, quos citauimus, illam negauit, & probatur ex figura ipsa & dispositione foraminis, in quo est ille aer: sonus realiter non est nisi cum motu aeris, vt Aristo. docet in toto capi. 8. Secundi libri de anima. Sed in loco, in quo est aer ille naturalis, nō pōt esse talis motus aeris, ergo nec sonus realiter. Consequentia est euidens, & minor probatur ex figura ipsa & dispositione illius foraminis, quod est locus aeris connaturalis. Illud enim foramen tam anfructuosum & minimum est, vt extremum acus vix capiat, & ita ob eius tortuositatem & subtilitatem foramen cecum appellatur ab Anathomistis. Ex hac autem dispositione huius foraminis euidenter colligitur, quòd intra illud non possit intrare nouus aer ob angustiam loci, & quia impeditur à præexistenti, similiter connaturalis præexistens egredi non potest ne detur vacuum, ergo impossibile est quòd intra illud moueatur aer, ac per consequens, quòd illuc vsque deferatur realiter sonus. Secundo probatur. Quoniam si realiter intraret sonus per illum aerem connaturalem, sequeretur quòd sensibile positum suprà sensum faceret sensationem. Similiter sequeretur, quòd non possemus simul audire duos sonos, intus enim existens prohiberet extrancum, quod est manifestè contra experientiam. Item quia, vt dicebamus, ille aer ponitur tanquam aliquid pertinens proximè ad organum sensus immobilis & absque omni sono, vt possit omnes sonos percipere. Hæc prima pars conclusionis demonstratur à Diuo Thoma in corpore huius articuli.

¶Secunda pars conclusionis est sententia Diui Thomæ, & eam sequuntur omnes eius discipuli, quanuis aliqui ex iunioribus eius oppositum putent probabile, motiuis leuissimis argumentis, imo si attentè legantur, dum studiosius D. Thomæ conantur contradicere, sibi ipsis contradicunt. Cæterum ex his, quæ circa probationem prioris partis huius cōclusionis dicta sunt, probata manet hæc secunda. Nam Aristoteles loco citato asserit sonum deferri realiter cum motu aeris percussi, & non aliter; quod de delatione reali & naturali necessario intelligendum est, ergo realiter defertur per spatium, per quod aer percussus mouetur. Præterea. Experientia compertum habemus sonum audiri vltra quàm aer percussus possit moueri, vt constat in experientijs allatis in primo argumento in principio quæstionis, ergo in illo residuo spatio non mouetur realiter, sed solum intentionaliter.

¶Quòd si quis obijciat non videri intelligibile qua ratione sonus possit deferri per medium spatium realiter, & per aliam partem deferatur tantum intentionaliter, cum totum medium sit eiusdem rationis. Respondetur tamen hoc non esse mirum. Realiter enim defertur, vt diximus, per spatium quo mouetur aer interceptus; intentionaliter tamen est non solùm in spatio, quod restat, sed etiam in eodemmet in quo est realiter. Itaque in parte illius spatij est realiter, per totum autem intentionaliter. Nec est inconueniens quòd in eodemmet aere sit sonus realiter & intentionaliter simul, in alia autem parte solummodo intentionaliter. Exemplum est manifestū in lumine causato à candela in nocte obscura procul à potentia visiua. Tunc enim lux candelæ est per aliquam partem spatij realiter, & vbicunque est realiter, est etiam intentionaliter, & vltra quàm ipsa lux peruenire potest realiter, diffunditur intentionaliter. Probatur autem q̄ vbicunque

que est lux aut sonus realiter, ibi etiā sit intentionaliter. Nam etiam ibi videtur lux & auditur sonus, ergo non solum habet esse reale, sed etiam intentionale. Probatur consequentia. Primò quoniam quodlibet obiectum sensus, vt Diuus Thomas demonstrat in articulo, non est sensibile secundum esse naturale, quod habet, sed secundum esse intentionale, quo causat formam suam in sensu, ergo si ibi est sensibilis sonus, & visibilis lux, ibi habent esse intentionale. Præterea probatur, quoniam auditus eodem modo audit sonum, quando ipse sonus se ipso realiter peruenit vsq; ad auditum, & quando solummodo intentionaliter, signum ergo est, quòd quando seipso realiter attingit illum aerem connaturalem, non mouet illum secundum esse naturale, quod habet, sed secundum esse intentionale, quod commitatur ipsum esse naturale; alias si secundum esse naturale moueret, non posset intelligi, qua ratione immutatio, quę causatur in organo per motionem realem ipsius soni, non esset omnino alterius rationis cum illa, quæ causatur ab speciebus soni; & consequenter ipsæ etiam auditiones essent diuersæ. Confirmatur. Nam experientia videmus, q̄ quando aer sic violentatus attingit realiter ipsum, potius lædit organum auditus, quàm causet debitam sensus immutationē, propter quam causam natura dedit aures ipsas cartilaginosas, & meatus illos omnes, per quos sonus defertur ad auditū, anfractuosos, ergo non immutat secundum esse reale, sed secundum esse intentionale.

¶Secunda conclusio. Idem numero sonus est, qui procedit ab eodem corpore sonante diffusus per spatium, & terminatus à summo gradu vsque ad non gradū, quanuis in ratione passionis possit multiplicari secundum multiplicationem audientium. Hæc conclusio debet intelligi de sono tam secundum esse intentionale, quàm etiam naturale. Itaque, sonus procedens à campana est vnus numero, non solùm in esse reali naturali, sed etiam est vnus numero in esse intentionali, numero saltim differēs ab omnibus speciebus sensibilibus sonotū. Præterea, sicut sonus secundum esse reale diffunditur per spatiū à summo gradu vsq; ad non gradum, sic etiam in esse sensibili eius species diffundūtur per spatium à summo gradu vsque ad non gradum. Præterea etiam, sicut sonus realis est vnus numero, quatenus egreditur à corpore sonante, multiplicatur autem secundum multiplicationem audientium in ratione passionis; sic etiam prorsus eodem modo discurrendum est de speciebus sensibilibus soni. Hęc conclusio sic intellecta potius indiget explicatione, quàm probatione. Probatur nihilominus brevissimè. Ille sonus procedit ab vno agente semel in tempore cōtinuo operante, ergo vt procedit ab agente est vnus numero, sicut calor qui emittitur ab igne, & lux causata à sole. Præterea. Ille sonus habet vnum subiectum cōtinuum formaliter, ergo est vnus numero. Antecedens probatur, quia subiectatur in aere continuo, & præterea ipse sonus non discontinuatur, ergo habet vnum numero subiectum. Et contraria ratione probatur, quòd in ratione passionis multiplicatur, quia recipitur in diuersis subiectis, sicut lux solis in ratione passionis, & calor ignis multiplicatur iuxta multiplicationem illuminatorum, & subiectorum recipientium calorem. Quod autem terminetur sonus à summo gradu vsque ad non gradum, non est præsentis loci examinare. Pertinet enim hæc disputatio ad quæstione quartam primi physicorum, vbi id demonstrari solet. Idem enim dicendum est determinatione soni atque lucis & caloris &c. Vide quæ suprà diximus in hoc articulo dubio sexto. in principio.

AD argumenta in principio quæstionis respondetur illa optimè probare sonum non semper deferri realiter ad auditum, vt Di. Thomas docet, quanuis quandoque etiam realiter deferatur per motum aeris intercepti. Quare nihil concludunt contra nos. Respondetur ergo ad primum, quòd ex omnibus illis experientijs constat sonum non pertingere semper vsque ad auditum. Propter aliam experientiam allatam in eodem argumento de auditione piscium dubitat Caietanus secundo. de anima capite octauo. An pisces audiant. Sed non est cur de hoc dubitemus. Expresse enim docet Aristotel. libro quarto. de

historia

historiâ animalium c.8.cui etiam subscr.p- A
fit Plinius libro 10.historiæ naturalis capit.
69. & 70.pisces audire, quod probant plu-
rimis experientijs.Vnde minus sunt audien
di aliqui ex iunioribus, qui oppositum te-
nent contra Arist. ¶Ad secundum argumẽ
tũ respõdetur nihil conuincere ẽt si cũ Al-
berto teneremus sonum ipsum realiter per
tingere auditum,in quo fallũtur aliqui.Idẽ
n.argumẽtũ fieri põt de speciebus sensibi-
libus,qd sit de ipso sono. Nam species ipsæ
sunt intra potentia,ergo,non percipitur per B
illas distantia corporis sonantis. Respondetur ergo negando cõsequẽtiã. Percipitur.n.
distãtia corporis sonãtis,quia quãto lõgius
distat corpus sonans, tanto debilior venit
sonus ad auditum,quare propter diuersam
modificationem ipsius vocis causatã à di-
stantia maiori vel minori,percipitur maior
vel minor distantia corporis sonãtis. Est.n.
distãtia sensibile cõe,quod reduci põt ad si
tum.Sensibilia aũt cõmunia, vt expositum
est in prima parte huius articuli,habet mo
dificare sẽsibilia propria,& eorum species. C
¶Ad tertium negatur cõsequentia.Nam ẽt
si sonus perueniat vsq; ad aurẽ, nõ ponitur
sensibile supra sensum,quia potentia auditi
ua est in illa pellicula,quæ vocatur myrin-
ga.Sonus autẽ solũ attingit extrinsece aerẽ
qui est à parte exteriori. ¶Ad vltimum, q̃
possumus simul audire plures sonos, quia
nõ ingrediuntur potentiam ipsam,sed spe-
cies suas ad potentiam emittunt.

DVbitatur vltimo breuissimè qua ratio D
ne formetur echo.

¶Ad hoc respondet Auicenna vbi supra,
fieri ex hoc, q̃ aer ille, qui emissus fuit ex
percussione corporum solidorum,transeun
do per medium aerem,inueniensque obsta
culum iterum regreditur idem numero,&
consequenter dicit esse eundem numero so
num cum priori.

¶Alij existimant fieri per hoc,quod vox
diffundit suas species per aera,& inuenien
tes obstaculum regrediuntur eadem via, E
qua egressæ sunt, sicut reflexio specierum,
quæ fit in speculo;dicũtque esse easdẽ spe-
cies,quę regrediuntur,cum illisque egressę
sunt à sono, & cõsequẽter esse eandem vo-
cẽ.¶Cętetũ D.Tho.2.de anima text.80. &
81.docet fieri echo per regressionẽ vocis ip

sius,nõ specierũ sensibilium auditus. Idem
docet Arist.ibidem.Docẽt.n.D.Th.& Ari-
stot.eodem mõ cõtingere de immutatione
aeris in gñatione soni,sicut de immutatio-
ne aquæ,cum aliquid in aquam proijcitur.
Manifestũ est.n.q̃ fiunt quædam regitatio
nes in circuitu aquæ percussæ,quę quidem
circa locum percussionis sunt paruæ,& mo
tus est fortis,in remotis autem, giratione
sunt latæ, motus autem debilis,tandẽ mo-
tus totaliter cessat, quando girationes euã-
escunt.Si autem girationes illę,antequam
cessent, obstaculum aliquod inueniant, fit
motus girationis in contrarium, & tanto
vehementius,quãto propinquius fiũt prio-
ri percussioni.Sic igitur de mente Diui Tho
mæ intelligendum est, quod ad percussio-
nem corporum sonantium aer in girum
mouetur,& sonus vndique diffunditur, &
in vicino quidem girationes sunt minores,
sed motus fortior,vnde & sonus fortius per
cipitur; in remotis autem girationes sunt
maiores, & motus debilior, & sic conse-
quenter sonus debilior auditur, & obscu-
rius;tandem autem deficit totum.Si autem
antequam huiusmodi girationes deficiant,
fiat reuerberatio aeris sic moti & sonũ defe
rentis ad aliquod corpus, girationes reuer-
tuntur in contrariũ,& sonus cum illis quã-
si ex aduerso,& hæc vocatur echo.

¶ Absque dubio hæc sententia est verissi
ma & tenenda,vtpote Arist. & D.Thomę,
& certe fundatur in ipsis naturis rerũ. Nec
est irrationabile ponere huiusmodi impul
sus mutuos aeris, quibus defertur sonus.
Nam id euidenter videmus, in aqua fieri,
quando cum violentia diuiditur, ex hoc
quod est fluxilis,mollis, & facile cedit, vt
constat. Nam quantumuis aliquid durum
violenter diuidatur, id non contingit,ergo
rationabile est & cõforme naturis rerũ eun
dẽ motũ & impulsum ponere in aere imo
potiori iure.Confirmatur. Quia experien-
tia videmus, quòd tempore magnorum vẽ
torum defertur vox in longinquum versus
illam partem, ad quam mouetur ventus,
quia ille impulsus iuuatur à ventis; attã-
men versus contrariam partem tardius, &
ad minorem distantiam mouetur sonus,
quod non contingeret, nisi a vento contra-
no impediretur ille impulsus aeris,qui nu

lo mõ impediretur, si sonus deferretur per A
solas species sensibiles auditus.

¶ Et consequenter ad doctrinam D. Th.
non videtur mihi inconueniens, quòd pos
sit formari echo per reflexionem specierũ
sensibilium auditiuę potentiæ, quando re-
uerberationes illæ cessant, & vltra progre-
diuntur species,tunc enim potest fieri ali-
qua regressio illarum,quanuis debilis,sicut
cõtingit in speciebus visibilibus delatis ad
speculum.¶ Vtrum autẽ sit eadem nume-
ro vox echo cum præcedente.Respõdet.D. B
Th.negatiue.Idem docet Cõmẽtator.Ratio
huius est,quia stat q̃ iã sit omnino termina
ta ptior vox,quando auditur echo.Et ad ar
gumentum quod potest fieri incõtrarium,
quia regredit vox humana codẽ modo ar-
ticulata,quod videretur impossibile, si illa
vox non esset humana. Respondetur tamẽ
negãdo,quod sit vox articulata saltim per-
fecta,sed est veluti quędam impressio & si
militudo eius imperfecta i corpore à quo re
greditur à voce humana causata, sicut con
tingit in impressione sigilli circa cerã. De C
vocis natura,causis atque organis differit
breuiter Arist.in text.78. videantur eius in
terpretes specialiter D.Tho.

De odoratu.

DEinde post disputationem de auditu, D
disserendum de olfactu.De quo disputat Aristotel.2. de anima à text. 92. vsque ad 100.

DVbitatur primo. Vtrum homo inter D
omnia animalia habeat pessimũ odo
ratũ & tactum.¶Arguitur primo pro parte
negatiua ex ipso Arist.libro de sensu & sen
sato.cap.4.lect.13. vbi docet, quòd homo
percipit plures differentias odoris,quã alia
animalia,ut violarũ,rosarum, &c.quas cę-
tera animalia nõ percipiũt, ergo. Probatur
cõsequentia, nã cum ratio sensus consistat
in cognoscere,ille erit nobilior, qui magis
cognoscit. Confirmatur. Olfactus aliorum
animalium habet imperfectiorem opera- E
tionẽ, q̃ olfactus hominis, ergo & sensus
est imperfectior.Antecedens probatur.Ol-
factus aliorum ordinatur ad gustum, vt
ibidem docet Aristotel. non enim odorant
animalia nisi propter cibum, ergo olfactus

operatio est impetfectior in eis operatione
gustus, est enim finis nobilior medijs. At
in homine operatio olfactus est perfectior,
quam operatio gustus; nam sensus etiã est
perfectior,cum sit minus materialis, vt infra
dicetur,ergo.Confirmatur secundo. Sen
sationes omnes hominis ordinantur ad no-
biliorem finem, scilicet, intellectionem,
quàm sensationes aliorum animalium,er-
go debent esse perfectiores vt medijs pro-
portionentur, ergo & sensus, quia eorum
nobilitas attẽditur penes operationum per B
fectionem.

¶Secundo arguitur contra rationem hu
ius,quòd.f.homo inter omnia animalia ha
beat pessimum odoratum, quam adducit
Aristot.in text.92. & D.Thom.ibidẽ,quia,
scilicet, odor consistit in calido & sicco,or
ganum autem olfactus propter vicinitatẽ
ad cerebrum, est nimium frigidum & hu-
midum,& ideo non potest pati nisi à vehe-
menti calido. Contra hoc arguitur. Nam
odor consistit in humido per prædominiũ,
ergo ratio supponit falsum. Antecedẽs pro C
batur. Sapor & odor coniunguntur in eo-
dem, at sapor in humido recipitur, ergo
odor etiam, alias idem esset siccum & hu-
midum per prædominium, cum idem sit
odoriferum ratione sicci prædominantis.

¶ Tertio arguitur & probatur,quod ho-
mo non sit optimi tactus, cuius contrariũ
docet Aristotel.in text.94. & assignat ratio
nem, quia propter excellentiam tactus est
homo prudentissimus inter omnia anima- D
lia. Contra,nam ex excellentia tactus non
colligitur excellentia ingenij, quod intel-
ligit Aristoteles nomine prudentiæ, ergo
falsum est, quòd homo præcellat tactu
omnia animalia, quia est omnium pruden
tissimus. Antecedens autem probatur,quo
niam flegmatici, Æthiopes,& fœminę ha
bent perfectissimum tactum; quia habent
carnes molles, tamen nõ præcellunt ingeno
& prudentia, ergo, &c. Confirmatur.
Nam Aristotel.libro 10.de generatione ani
malium capitulo 20. in fine dicit, quòd E
gustus & tactus nihil ad prudẽtiam faciũt,
& lib.de sensu & sensato capit.1.quòd au-
ditus multum confert ad prudentiam,& 1
Metheororum capite primo. idem tribui.
visui, ergo non ex tactu peculiariter col

ligitur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

higitur bonitas ingenij.

PRo explicatione huius quæstionis notandum est ex Aristo. libro de sensu & sensato lectione 13. quòd odor est duplex, alter per accidens delectabilis, qui non delectat nisi in ordine ad nutrimentum. Animalia enim conuenientes cibos percipiunt per odorem, vnde huiusmodi odores non delectant per se, vel contristant nisi per accidens ratione nutrimenti. Et quia animalia omnia grossibilia necesse habent quærere alimentum ex longinquo per odorem, ideo omnia hos ciborum odores percipiũt. Ille vero qui nihil confert ad alimentum, vt flores rosarum, quin potius per horum immixtionem redduntur cibi indelectabiles, non ita percipiuntur a cæteris animalibus, sed ab homine. Et ita dicit Aristote. quod isti odores sunt proprij hominis ad temperandum frigiditatem cerebri. Cum enim sit nimium frigidum in remedium talis frigiditatis datus est odor hominibus, qui consistit in calido, & sicco, vt eius vapor ascendens, cum sit calidus & siccus calefaciat, & exsiccet cerebrum. Ex hoc autem dicto Aristotelis, quod isti odores sint proprij hominis ratione dicta, male inferunt aliqui, quòd cætera animalia non percipiãt eos. Hoc enim esse falsum, patet primo. Nam olfactus hominis & cæterorum in ratione potentiæ sunt eiusdem speciei, ergo habẽt idem adæquatum obiectum formale. Antecedens probatur, quia sensus distinguitur ex modo immutationis passiuæ intentionalis, vel realis, & isti sensus in omnibus animalibus eodem modo immutantur. Et Aristotel. in libro de sensu & sensato lectione 14. expresse asserit animalia hos odores percipere. Nam ait, quod fœtidos odores secundum se cõtristabiles non curant, nisi quatenus fœditas odoris repræsentat aliquid circa gustũ. Sed si illa fœditas repræsentat aliquid, cognoscitur, ergo. Secundo. Nam sequitur ex sententia istorum, quòd potentia odoratiua in brutis & in homine sint alterius rationis. Consequens est contra Aristotel. text. 99. vbi supra. Et cõsequentia probatur, quia obiectum olfactus hominis est odor secundum totam suam latitudinem, cæterorum autem animalium odor per accidens delectabilis, ergo habent diuersas rationes obiectiuas, ac per consequens sunt alterius rationis. Tertio. Idem est obiectum omnium formarum eiusdem generis, sed odor per accidens delectabilis & per se delectabilis sunt eiusdem rationis & generis quantum ad immutationẽ, ergo id quod ab vno immutatur, debet etiam immutari ab alio. Aristoteles vero solum intelligitur iuxta modum, quem explicauimus. Et quando Diuus Thomas ibi docet, quòd homo tantum ista discernit & eis delectatur, intelligit quia alia animalia hæc non percipiunt nisi in ordine ad cibum, vt adduximus ex Aristot. lib. de sensu & sensato lect. 14. Quamuis autem in istis rationibus supponamus olfactum hominis & aliorũ animaliũ esse eiusdẽ rationis & speciei, id tamen aliqui negant, de quo ẽgi supra quæstione precedenti. Quicquid tamen de hoc sit, negari non põt, quin cætera etiam animalia odores per se delectabiles sentiãt iuxta modum iam explicatum.

¶His suppositis sit prima conclusio. Homo excedit cætera animalia in olfactu respectu odorabilium per se delectabilium, exceditur tamen ab eis inolfactu respectu odorabilium per accidens delectabilium. Hæc conclusio est Diui Thomæ in libro de sensu & sensato lectione 13. lit. F. Et ita intelligendus est Aristotel. quod homo habet peiorem odoratum cæteris animalibus. Probatur conclusio quo ad primam partem ex Aristotel. in eodem loco lectione 14. quia cætera animalia non curant, neque fugiunt odores per se delectabiles, vel contristabiles nisi inquantum fœditas odoris repræsentat aliquam disconuenientiam nutrimenti, ergo non ita bene percipiunt eorum immutationes. Consequentia probatur, quoniam alias eorum disconuenientia secundum se sufficeret contristare animalia, quia esset eorum olfactui improportionata. Secunda pars probatur. Nam magis à remotis odorant, & odores minus intensos, vt docet Diuus Thomas infra quæstione 91. articulo 3. ad primum & q. 115. articulo 5. ad 1. & in 4. distinctio. 44. quæst. 1. art. 2. 2. quæstiuncula 4. ad 3. & 2. de anima lect. 19. vbi dicit, q̃ homo inter omnia animalia non percipit nisi excellentias odorum propter maximam humiditatem eius cerebri. Experientia etiã compertum habemus vultures ad magnam distantiam cadauera sentire per odoratum. Et Plinius libro 7. historiæ naturalis capit. 18. refert ad quingenta vsque miliaria percipere cadauera mortuorum. Et hoc est quod Aristoteles voluit loco citato dum ait, q̃ nihil odoramus nisi secundum excellentiã sicut habens duras palpebras nihil videt nisi secundum excellentiam. Et propterea quia loquebatur de odore per accidens delectabili, quod manifestatur per saporẽ, addidit, quòd eorum differentiæ cognoscuntur per analogiam ad sapores. Ratio vero huius est, nam cum organum olfactus in homine sit nimium frigidum & humidum, resisteret nimium parùo calori, & siccitati odoris remisso, & ideo non potest ab illo pati.

¶ Sed contra hãc rationem & conclusionem, est duplex argumentum. Nam eadem ratione probabitur hominem minus odorare odores per se delectabiles, quam cætera animalia. Probatur, nam propter humiditatem cerebri, & frigiditatem resistet plus quàm in brutis calori, & siccitati odoris per se delectabilis.

¶Secundo. Nã ex hoc quòd alia animalia isto modo nos excellant in odoratu, nõ infertur q̃ minus bene nos possimus determinare de odore, quam de colore & sono, nã etiam alia animalia excedunt nos in audiendo & in videndo. Vnde Homerus. Nos sus auditu, lins visu &c. præcellit. Confirmatur. Nã nõ minus nos excedimus cætera animalia, quàm ab illis excedamur in olfaciendo, vt dictum est, ergo cum cætera animalia habeant perfectissimum olfactum, nos habebimus illum saltim æque perfectum atque illi, & sic non dicemur habere imperfectum olfactum.

¶Pro horũ argumentorũ solutione notandũ, q̃ sicut actus vitalis dupliciter perficitur, scilicet, ex meliori applicatione obiecti, vt si color approximetur visui, perficitur visio; vel ex maiori virtute agentis, vt perfectius videt idem obiectum ab æqua distantia, qui perspicatiorem habuerit visum. Sic etiam perfectio potentiæ sensitiuæ est duplex, aut quia visu est magis

receptiuus propter organum meliotis complexionis, aut quia habendo organa non sic debite disposita, habent tamen maiorem vim actiuam ad iudicandum de suo sensibili. Prima perfectio respondet applicationi obiecti, & cõpetit sensui vt passiuus est; secunda vero respondet perfectioni ipsius sensus, & competit illi quatenus potentia operatiua est. Stat autem aliquando vnum sensum in vna perfectione istarum excellere, & in alia à multis excelli verbi gratia. Ego existimo, quòd aquila habet perfectissimum visum quantum ad virtutem actiuam, & quòd organum eius nõ est faciliter immutabile, alias si non haberet virtutem resistendi immutationi sensibili, faciliter lederetur & corrumperetur ab excellenti sensibilitate lucis solaris, quã irreuerberatis luminibus aspicit. Inter has autem perfectiones tanta est differentia, quòd perfectio in ratione patiendi est propria sensui vt sic, quia secundum se est potentia passiua: perfectio vero in ratione agendi conuenit sensui veluti per accidens, quia per formam accidentariam, s̃ speciem conuenit illi.

¶ Ad primum, ergo ex his argumentis respondetur primo, quia cum odor saporum constituatur in aliquo subiecto, ex ea parte qua est sapidum habet excessum humiditatis. Hoc enim est proprium saporis vt suo loco dicemus, quapropter non potest esse nimium intensus odor, quia requirebat in suo subiecto excessum siccitatis, & idem non potest esse humidum, & siccum per excessum. Odor vero aliarum rerum poterit esse nimium intensus, quia subiectum non debet esse ex alia parte humidum per excessum, & sic sensus magis poterit pati ab istis vt à vehementioribus quàm ab illis. Secundo respondetur, quòd forte olfactus hominis habet excellentiam in virtute actiua respectu horum odorum, & non aliorum, & ideo stante æquali difficultate ad patiendum potest melius eos percipere. Ratio vero quare potest hæc excellentia admitti respectu perceptionis horum & non illorum est, quia cum homo aliter quàm per odores possit de saporibus iudicare, scilicet, per gustũ in quo excedit, non oportuit

conferri

conferri tantam virtutem respectu eorum sicut respectu aliorum, quos propter sui vtilitatem & delectationem per se eis conuenientē, percipit. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ si alia animalia excedūt nos in alijs sensibus, nō excedunt quantum ad possibilitatem, sed quantū ad aliam perfectionē, quæ dicta est; & propter hūc excessum non impedimur, quō minus bene & determinate horum sensibiliū differentias cognoscamus, sicut impedimur in olfactu. Ratio huius est, nam cum sensus sit passiuus secundum se & sensibile sit actiuum, & actiuorū differentiæ vt sic potius in agendo debeant manifestari, quàm manifestentur ex hoc ꝙ aliquid aliud agat erga illa, & ad hoc vt bene determinetur de actiuo vt sic, oportet ipsum bene agere in passiuum, & passū bene eius recipere actionem. Cum ergo sonus & color &c. melius in nostros sensus agant quàm in sensus aliorum animalium propter melius temperamentum, melius eorum differentiæ, quatenus actiua sunt, cognoscuntur patiendo, quam cognoscent illis actiuè cooperando propter maiorem vim actiuā sensuum quæ reperitur in alijs animalibus. In olfactu vero nostro cum nō reperiatur hæc maior perfectio quantum ad passibilitatem, per eius passiuam immutationem non poterimus determinate actiui odoris actionē percipere, & sic nec eius differentias quæ in agendo consistunt, manifeste dignoscere.

¶ Ad confirmationem patet ex dictis, quomodo maior perfectio in virtute actiua olfaciendi non infert meliorem olfactū ad dignoscendum differentias odorum, cū eas potius agendo odor manifestet.

¶ Secunda conclusio. Homo excedit cætera animalia tactu, & ex hoc conuincitur illum esse prudentiorem omnibus animalibus. Hanc conclusionem tenet Arist. in 2. de anima text. 94. & D. Tho. ibidem adducit duas rationes, propter quas bonitas tactus iuuat magis ad bonitatem intellectus, potius quàm bonitas aliorum sensuū, propterea quòd organum tactus diffunditur per totum corpus. Quapropter illi, qui habent meliorem tactum, habent etiam meliores sensus, & meliorem naturam sensituam, & ex consequenti meliorem intellectum, nam bonitas sensus est dispositio ad bonitatem intellectus. Secunda ratio est, quoniam bonitas tactus consequitur bonitatem complexionis vel temperamenti, ad bonitatem autem complexionis corporis consequitur nobilitas animæ, quoniam omnis forma est proportionata suæ materiæ. Quapropter qui sunt melioris tactus, habent etiam meliorem animam, & perspicatiorē mentem: hanc rationem habet Diuus Thom. supra quæstione 76. articulo 5. sed aduerte quòd aliud est sensum deseruire intellectui, & aliud sensum ostendere bonitatem intellectus. Nam primum est commune omni sensui, secundum autem particulare tactui, qui inter omnes sensus signat bonitatem mentis, quātus minus quā omnes alii sensus deseruiat intellectui, vt docet Arist. in locis adductis in confirmatione vltimi argumenti quæstionis principalis. Ex hac conclusione sequitur ꝙ etiam inter ipsos homines qui meliorē habuerit tactum, melius etiam ingenium habebit.

¶ Sed contra hanc conclusionem est argumentum commune. Aristot. in problematibus sectione 30. quæstione 1. docet omnes sapientes regulariter fuisse melancholicos, sed ista affectio significat deteriorem complexionem & temperamentum, ergo. Ad hoc respondetur, quòd Aristot. non intendit docere, quòd illi qui à principio fortiti sunt complexionem melancholicam, fuerint acutioris ingenij & sapiētiores, sed quòd illi, qui sunt studijs magis dediti, ex frequentia studiorum & meditationis reddūtur melancholici. Quapropter hæc affectio corporis non inducitur tanquam causa maioris ingenij aut sapientiæ, sed potius tanquam signum vel effectus illius. Quod si quis roget, quo pacto vnus homo habeat nobiliorem animam, & intellectum, quam alius; An hoc proueniat ab intrinseco ex parte ipsius animæ, an vero ab extrinseco ex parte dispositionis corporis? Respōdetur de hac re esse longam disputationem infra q. 85. art. 7.

¶ Ex his facile est respōdere ad argumēta primum & secundum cum suis confirmationibus. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, quòd quando Aristote. dixit, quòd qui habent meliorem tactum sunt prudentiores, id est, ingenioſiores, non hoc dixit, quia bonitas tactus sit causa bonitatis ingenij, sed quia est signum bonitatis ingenij. Non autem quælibet bonitas tactus significat bonum ingenium, vt tactus mulierum & flegmaticorum & Æthiopū. Ille enim est mollities quædam spongiosa, quæ in humido aquæo consistit, & hæc nō indicat bonum ingenium. Alia autem bonitas tactus (de aqua Arist. dicit significare bonum ingenium) consistit in humido aereo, & maiorem consistentiam habet. Illa prouenit ex humido & frigido, hæc autem ex humido & calido, & ita illa est flegmatica, hæc sanguinea.

DVbitatur secundo. Vtrùm odor realiter diffundatur per medium, an solùm intētionaliter? Arguitur primo, & probatur quòd diffundatur realiter. Medium, per quod diffunditur odor, est aer vel aqua vt Aristotel. docet in loco citato, sed in aqua, & aere non potest esse odor saltim in gradu intenso, ergo realiter non est in medio, sed solum intentionaliter. Minor probatur. Et primum quod attinet de aqua manifestum videtur, & probatur quod attinet ad aerem. Aer habet humiditatem in summo gradu, sed odor ex natura sua est calidus, & siccus, vt docet Aristotel. vbi supra, ergo impossibile est, quòd odor saltim in gradu intenso sit realiter in aere, sed solum intentionaliter.

¶ Secundo. Animalia non respirantia eodem modo odorant atque respiratia, vt docet Aristo. eodem loco, ergo odor non diffunditur realiter in aere. Probatur consequentia, quoniam si realiter esset diffusus in aere, non possent talia animalia odorare, cum non habeant potentiam ad trahendum ad se aerem.

IN hac quæstione Auicenna tractatu de odoratu vbi supra, & Albertus in summa de homine tractatu de auditu tenent, quòd odor subiectatur immediate in materia magnam siccitatem cum parua humiditate habente, resoluta per calorem, & in hac materia dicunt ferri odorem realiter per medium vsque ad olfactum. Addunt etiam, quòd non possumus olfacere, nisi hæc fumida exhalatio, in qua fertur odor, vsque ad potentiam ipsam perueniat. Hāc suā opinionem probat Auicenna primo à signo, quoniam experimur quòd quando frequenter odoramus pomum, paulatim extenuatur, & odor adhæret manibus, & remoto pomo adhuc remanet odor in medio, puta, in aere.

¶ Rationē autē probat sic. Quia quando aliquod obiectū sensus immutat intentionaliter potentiam, remoto obiecto statim cessat species intentionalis, vt patet in speciebus visibilibus remoto colore; sed remoto odorabili adhuc remanet odor eius in medio, vt patet ad sensum, ergo non immutat medium intētionaliter, sed realiter.

¶ Oppositam sententiā tenet Auerroes in 2. text. 97. ꝙ odor nō egreditur realiter ab odorabili, sed tantùm intentionaliter monet olfactum, sicut color visum. Probat primò, quoniā quædā aues vt vultures in bello facto in Græcia per multa miliaria venerunt ex Aphrica attractæ ex odore cadauerum, ergo odor cadauerum non fuit realiter, sed intentionaliter in tanto spacio, scilicet, quingentorum miliarium.

¶ Secundo probat, quoniam ex sententia Auicennæ sequitur, ꝙ detur penetratio corporū, scilicet, aeris & illius fumalis euaporationis, quā ponit Auic. vel sequitur ꝙ aer cedat illi fumali euaporationi per totū spatium, quod est inter olfactum & odorabile, aliàs animal non respiraret cum odorat.

¶ Tertia ratio eius est, quia corpus simplex quale est aer, non potest recipere formaliter secundas qualitates, sicut non recipit colores & sapores.

¶ Tertia sententia est, quam tenent D. Th. & omnes eius discipuli, ꝙ scilicet, odor realiter diffunditur per aliquam partē spatij cum illa exhalatione, per aliam verò vsque in sensorium solùm intentionaliter, sicut etiam dicunt de speciebus soni.

PRō decisione huius quæstionis notandum est primò, quòd odores sicut & sapores sunt qualitates secundæ ex commixtione primarum qualitatum resultantes. Aduertendum est tamen, quod diuersa est commixtio, ex qua causatur sapor & odor. Sapor enim in humiditate habente aliquā siccitatem consistit, odor autem ècontra, in siccitate habente aliquam humiditatem ipsamque superante: vnde tam sapor quàm odor

odor consistunt in humiditate, & siccitate. A Causa autem, quæ huiusmodi mixtionem causat, est calor, ille enim resoluit humidũ & à sicco superari facit & causat odorem. Hæc est doctrina D. Thomæ in 2. de anima lect. 19. circa finem.

¶ Secundo notandum est, quòd licèt odoratus sit potentia eiusdem rationis in omni animali odorante, vt docet Aristote. in cap. 9. tamen organum odoratus alio modo disponitur in animali odorante sine respiratione. Etenim in animali odorante cum respiratione organum odoratus continet tria. Primo continet duos nervos egredientes ab interiori parte cerebri, & descendẽtes ad nares in interiori parte, vt per eos deferatur ad cerebrum, & ad sensum communem species odoris receptas in naribus. Secundo continet duas mollicies carneas affixas similes capitibus mammillarum fœminæ lactantis, & ob hanc causam appellantur ab Anathomistis processus mammillarũ. Istæ duæ mollicies carneæ affixæ sunt præ dictis nervis sicut miringa in interiori parte auris, & sunt spongiosæ, vt attrahant & recipiant aerem exteriorem defetentem speciem odoris. Tertio continet duas pelliculas cooperientes prædictas mollities, sicut palpebræ cooperiunt oculos. Vnde sicut homo non videt nisi aperiantur palpebræ, ita homo & animalia respirantia non odorãt, nisi per attractionem aeris desupernares elevenntur illæ pelliculæ, & deferantur species odoris ad illas duas mollicies: & inde est quòd homo non odorat nisi respiret. In animali vero odorãte & nõ respirante, vt est piscis, organum odoratus continet solum duo prima, scilicet, nervos, & mollicies carnosas, quæ quidem mollicies non cooperiuntur aliqua pellicula, & ideo cum habeant organum odoratus semper discoopertum, possunt odorare sine respiratione. Nares vero non sunt simpliciter necessariæ ad odoratum, nam illis abscisis adhuc homo odorat, sed sunt ad bene esse vt, scilicet, melius odoret, & ad decorem faciei, sicut etiam aures extrinsecæ non sunt necessariæ ad auditum, abscisis enim auribus adhuc est auditio, licèt non ita benè.

HIs positis sit prima conclusio. Aer vel aqua est subiectum odoris, qui intentionaliter, & realiter diffunditur per aliquam partem spacij, per reliquam autem vsque ad potentiam odoratiuam diffunditur tantùm intentionaliter. Pro explicatione huius conclusionis notandum est, quòd aer sine aqua, quę etiam est medium, per quod defertur odor, sicut sonus & species visibiles possunt cõsiderari tripliciter. Vno modo in ratione perspicui, & secundum hanc rationem sunt medium, per quod deferuntur species visibiles, alio modo possunt considerari, vt corpora sucile secundum locum mobilia & fluxilia & frangibilia, & sic sunt medium per quod defertur sonus, vel species sensibile eius. Tertio modo possunt considerari, vt alterabilia, & sic sunt medium olfactus.

¶ Secundo notandum est, quòd eodem modo intelligere debemus hanc conclusionem, sicut in præcedenti tractatu de auditu diximus diffundi sonum. Sicut enim sonus diffundiur realiter quoadusque durat motus aeris intercepti, & ibi non solum est realiter, sed etiam habet esse sensibile, postea verò, quam cessat aer moueri diffunduntur vlterius solummodo intentionaliter à summo gradu vsque ad non gradum: sic similiter dicimus in hac conclusione de odore, quòd diffunditur per aliquam partem spacij realiter à summo gradu vsque ad non gradum, & vlterius diffunditur intentionaliter, etiam à summo gradu vsque ad non gradum. Hæc conclusio sic expositа est sententia Diui Thomæ, & omnium discipulorum eius, & est media inter sententiam Auicennæ & Auerrois, & ex sequenti probabitur & explicabitur.

¶ Sit igitur secunda conclusio. Odor non est fumalis euaporatio, sed est id in quo realiter defertur odor. Probatur prima pars conclusionis ex Aristotel. libro de sensu & sensato apud D. Thom. lect. 12. vbi eam asserit, & probat contra Heraclitum, quòd odor non sit fumus ille, & ratio eius euidenter conuincit. Nam fumus ille reperitur in aqua, in qua non est nec esse potest illa fumalis euaporatio, ergo odor nõ est illa fumalis exhalatio. Et quamuis hæc ratio videa

videatur solui dicendo, quòd odor non sem A per est realiter in medio, sed aliquando tantum intentionaliter, & sic licèt secundum se sit fumalis euaporatio, tamen quando recipitur intentionaliter in medio, quomodo recipitur in aqua, non oportet quòd sit talis euaporatio. Tamen si vis rationis expendatur, nõ soluitur. Nam medium qualitatum sensibilium, & subiectum eorum cõueniũt in quadam proportionali qualitate, ratione cuius subiectum & mediũ illam recipiunt. Si ergo odor secundum se est fumalis eua- B poratio, talem dispositionem deberet requirere in medio, scilicet, calorem illũ, &c. quem non habet aqua, ergo &c.

¶ Pro explicatione secundæ partis conclusionis notandum, q̃ à corpore odorifero sæpè effluit exhalatio quædam, in qua fertur odor. Cuius signum est, quia experimur res odorem emittere, cum manuum calore vel ignis alterantur, & tempore æstiuo experimur corpora odorifera maiorem spargere odorem. Experimur etiam, quòd C manu trahimus odorem ad nares, quod nõ esset, nisi talis exhalatio à corpore resolueretur. Experimur etiam, quòd corpora odorifera per nimium odorem marcescũt. Sed etiam probatur, quoniam odores prosunt vel nocent cerebro, quod nõ posset fieri, si aliquid à corpore odorabili cum odore resolueretur. Hoc amplius confirmatur argumentis Auicennæ in principio propositis. Hoc supposito probatur conclusio. Illa fumalis euaporatio non est odor, vt probatum est, & extra illam fumalem euaporationem non est realiter, sed solum intentionaliter, ergo odor realiter est in illa euaporatione, & vltra illam est solum intentionaliter. Minor probatur argumentis Auerrois superiùs propositis, & consequentia patet, quia vltra illam fumalem, euaporationem odoramus, ergo vltra illam non est odor nisi intentionaliter. In aere enim sine illa fumali euaporatione non potest subiectari propter rationes Auer- E rois. Præterea probatur consequentia quo ad aliam partem consequentis, quia nõ datur illa fumalis euaporatio absque odore. Ex hoc colligitur intelligentia præcedentis conclusionis. Diximus enim, quod quo adusque protendatur illa fumalis euapora- A tio, fertur realiter odor per medium, quia in aere simplici non potest subiectari realiter, neque in illa fumali euaporatione potest esse solùm intentionaliter.

¶ Sed contra doctrinam huius conclusionis videtur stare argumentum secundum Commentatoris factum contra Auicennam. Nam sequitur, quòd vel detur penetratio corporum, scilicet, aeris illius fumalis euaporationis, quæ est substantia distincta ab aere, vel quòd aer penitus cedat illi fumali euaporationi, in qua fertur odor realiter. Dicimus tamen ad hoc, quòd non datur penetratio corporum, nec aer totaliter cedit, sed illi sic immiscetur, quòd in aliquibus partibus est aer, & in alijs ille vapor, quòd experientia comprobat in fumo thuris adusti, in quo videmus aliquas partes densas, alias raras, & alias in quibus nullus est fumus. Et ex his, quæ videmus, proportionabiliter iudicare debemus de illis, quę non videmus.

C ¶ Ex hac conclusione sequitur primo, quòd medium reale, per quod defertur odor, non est aer, sed illa fumalis euaporatio. Dicitur autem medium, per quod defertur odor ad potentiam, quia per illum defertur intentionaliter. Et præterea, quia quamuis non deferatur realiter immediatè, defertur tamen veluti mediatè & secundum apparentiam. Aqua autem nunquam est medium, in quo est odor realiter, sed tantum intentionaliter.

D ¶ Sequitur secundo, q̃ odor quandoque realiter potest pertingere vsque ad nares, sicut tractatu præcedẽti de sono dictum est. Tunc tamen sensibile positum supra sensum non facit sensationem, quia non attingit ipsam potentiam realiter, vel si attingit, lædit ipsum sensum: vt quando est densissima euaporatio, non facit sensationem, sed potius lædit sensũ, vt experiẽtia ipsa testatur.

AD argumenta proposita in principio respondetur. Ad primum dicimus E quòd aer non est subiectum ipsius odoris, sed illa fumalis euaporatio, quæ est causa odoris, & diximus esse substantiam distinctam ab aere. Et illa fumalis euaporatio est calida & sicca, quare in illa potest esse odor intensissimus, in aere autem siue aqua nõ potest esse odor realiter, sed solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

intentionaliter. ¶ Ad secundum argumentum patet ex dictis in secundo notabili principali, vbi assignauimus causam, quare aliqua animalia non respirent, cum odorant, scilicet, quia habent organum sensus discoopertum, animalia autem respirantia necesse habent aperire illud operculum per respirationem, vt odor attingat potentiam, sicuti animalia habentia palpebras necesse est vt videant, quòd discooperiant oculos, alia autem quæ illas non habent immediatè absque aliquo impedimento suscipiunt in pupilla species visibiles. Sic proportionabiliter discurrendum est de speciebus odoris, siue de ipso odore respectu olfactus. Similitudo est ipsius Philosophi in textu. 100. & non tenet quantùm ad omnia, sed tantum quantum ad hoc, quod modo dicebamus. ¶ Ad argumenta Auicennæ quatenus aliquò modo impugnant nostras conclusiones respondetur, quòd solùm probant contra Auerroem, quòd ad aliquam distantiam diffundatur illa fumalis euaporatio, non tamen ad tantam quantam ipse concedit. Asserit enim nunquàm dari species sensibiles odoris siue illa fumali euaporatione, illamque realiter delatam fuisse per quingentas milliaria in bello Troiano, quod omnino incredibile videtur.

De gustu.

COnsequenter disputandum est quarto loco de gustu, de quo differit Aristoteles secundo de Anima capit. 10. à text. 101. vsque ad 105.

DVbitatur ergo primo. Vtrum gustus & tactus sint distincti sensus?

¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Quoniam Aristotel. pluribus locis asserit, quòd gustus est quidam tactus. Ita in 2. de anima textu. 28. & 94. & 103. & tertio Ethicorum capit. 10. dicit, quòd ex tactu capitur voluptas in cibo & potu. Ex quibus locis videtur colligi, quòd gustus non differat essentialiter à tactu, sed sola ratione. Confirmatur primo. Quoniam, vt docet Aristotel. secundo de anima text. 101. gustabile est quoddam tangibile, sed vt constat ex superioribus quæstio. 77. artic. 3. distinctio potentiarum desumitur ex obiectis, ergo gustus & tactus non differunt essentialiter. Probatur consequentia à simili, quoniam si visibile esset quoddam audibile, non differrent visus & auditus. Confirmatur secundo. Gustus percipit humiditatem, quæ est proprium obiectum tactus, ergo non differt à tactu. Probatur antecedens ex Aristotel. textu. 102. vbi expressè dicit, quòd gustus non percipit saporem sine humiditate.

¶ Secundò. Diuersi sensus necessario debent habere diuersa organa, sicut patet inductiuè in alijs sensibus, sed organum gustus idem ipsum est, atq; organum tactus: nam in eadem parte corporis, in qua est gustus, est & tactus. Alias enim non diffunderetur per totum corpus.

PRO decisione huius quæstionis explicare oportet atque declarare quale sit organum gustus, & in qua parte corporis. Aristotel. enim libro. de sensu & sensato capit. 2. in fine, & libro. de senectute capit. 2. & secundo de partibus capit. 50. gustum & tactum in corde videtur constituere, & in libro. 2. de generatione capit. 2. Omnes sensus dicit esse in corde, quanuis tactum & gustum manifestiùs esse dicat in corde. At in libro. 1. de historia animalium capit. 11. & libro. 3. capite. 5. & secundo de partibus animalium capite. 27. dicit gustum esse in cuspide linguæ & in palato. Idem sentit Auerroes. 1. libro collecta. capit. 3. Plinius libro. 11. historiæ naturalis capite. 37. dicit in solis hominibus gustum residere in linguæ cuspide & in palato, in cæteris autem animantibus solummodo in lingua. Sed Aristoteles id cõmuniter omnibus tribuit. Et pro huius explicatione nota, quòd organum gustus principaliter consistit in duobus neruis à cerebo ad linguam vsque descendentibus, qui infiguntur in medio linguæ, & per plures ramos sparguntur in extremitatibus lateralibus linguæ, & vsque ad palatum descendunt. Ad hos neruos deferuntur species saporis per carnem quandam porosam & aeream, cooperientem illos neruiculos, quæ est medium ad deferendum saporem ad gustum. Saliua autem nõ habet rationem medij, sed est quasi condimentum omnium saporum.

¶ Vt

¶ Vt autem explicemus, & cõcordemus Aristotel. loca, nota quòd dupliciter potest intelligi sensum aliquem esse in aliqua determinata parte corporis, scilicet, formaliter, sicuti aliqua forma accidentalis dicitur esse in aliquo corpore; alio modo radicaliter, sicuti materia dicitur principium corruptionis. Primò modo quilibet sensus habet sensorium sibi proprium, in quo proprijssimè dicuntur esse, vt verbi gratia potentia visiua est pupilla, auditiua in miringa, odoratiua in processibus mammilaribus, & gustum diximus esse in illis neruis descendentibus à cerebro. In secundo autem sensu intelligitur Aristoteles, quando dixit locis allegatis omnes sensus esse in corde, quia credit neruos, quos diximus esse vias ad omnium sensuum organa, habere originẽ à corde, quibus communicatur spiritus, & virtus omnibus potentijs ad exercendas suas operationes. Experientia tamen per anothomiam facta asserit Galenus neruos omnes illos à cerebro descendere. Quidquid autẽ de hoc sit, non potest negari quin ipsum cor sit radix & principium primum vitæ, & consequenter omnium operationum vitæ, quales sunt operationes sensuum, & hoc sufficit, vt verum habeat assertum Aristotelis locis citatis, nec repugnat cum veritate.

¶ His suppositis sit conclusio. Gustus est potentia sensitiua, essentialiter & realiter distincta à sensu tactus. Probatur primo hæc conclusio. Habent obiecta formaliter distincta, ergo sunt potentiæ essentialiter distinctæ. Consequentia patet ex dictis in quæstio. 77. articul. 3. Antecedens verò probatur, quoniam tactus formaliter versatur circa qualitates tangibiles, quas appellamus primas: gustus verò formaliter versatur circa sapores vt sic, quæ formaliter non sunt qualitates tangibiles, sed resultãtes ex mixtione earum. Confirmatur. Qualis est proportio inter obiecta, talis est etiam inter ipsas potẽtias, sed obiectũ formale tactus nõ prædicat formaliter de obiecto gustus, vt gustus est. Nã hæc est falsa, sapor est frigiditas vel caliditas, vel humiditas, vel siccitas, quoniam nulla qualitas secunda est aliqua primarum qualitatum, nisi radicaliter quia fundatur in primis, vt patet ex 4. Metheororum, ergo hæc est falsa formaliter gustus est tactus. Secundò probatur conclusio. Tactus est diffusus per totum corpus, vt dicemus tractatu de tactu, sed gustus non est in toto corpore, sed in parte signata corporis, ergo. Probatur minor. Quoniam secundùm doctrinam expressam Arist. 2. de partibus animalium. capit. 17. gustus propriam sedem habet in lingua & in palato, quod etiam alij plures Philosophi docent.

AD argumenta in contrarium respondetur. Ad primum dico, quòd illa propositio Aristotelis, Gustus est quidam tactus, non est vera in sensu formali, aut identico, quod manifestum est ex conclusione, sed verificatur veluti proportionaliter, vt sic exponatur; Gustus est quidam tactus, id est, gustus est perceptiuus sui obiecti, sicut si esset quidam tactus. Nam sicut omnis tactus sentit suum obiectum per medium cõiunctum, quod est caro, ita gustus sentit suũ obiectum per medium coniunctum, quod est caro linguæ. Ita explicat Diu. Thom. super text. 101. Dicit enim soluendo difficultatem huius argumenti, quòd gustus est quidam tactus quantum ad modum sentiendi, quia sentit per medium coniunctum sicut tactus. Item Commentator eodem modo explicat hanc propositionem Aristotelis dicens, quòd gustus est aliquis tactus, cum comprehendat suum sensibile nõ per medium, quod sit corpus extraneum sicut tactus. Secundò respondetur, quòd illa propositio Aristotel. potest intelligi formaliter non sic quòd vna species prædicetur de alia formaliter, sed sumpto nomine tactus communiter ad tactum & ad gustum, sicut solemus dicere, quòd habitus est quædam dispositio, non accepto nomine dispositionis specialiter, vt distinguitur contra habitum. Non tamen erit essentialis prædicatio, sicut generis de specie: nõ enim datur genus particulari tactui & gustui, sed dicimus illam esse formalem propter rationem quandam particularem cognoscendi per medium intrinsecum, quæ illis solis conuenit.

¶ Ad confirmationem respõdetur, quod gustabile est tangibile non quidem formaliter, sed tantum quasi materialiter, & propterea quod gustabile supponit ipsum tangibile,

gibile, & fundatur in illo vt Arist. insinuat.

¶Ad secundam confirmationem respondetur, quòd Ægidius in expositione illius text. 103. dubio. 1 & 2. concedit, quòd gustus immutatur ab humido inquantum est saporis subiectum & fundamentum, nõ tamen formaliter & principaliter, vt est humiditas tangibilis, sic enim percipitur à tactu. Sed hæc doctrina non videtur adeo vera. Quare respõdetur secundo, quòd illo argumento nihil aliud coniungitur, quam q̃ illo duo sensus sunt coniuncti, & similiter sensationes illorum. Itaque tactus percipiens humiditatem deseruit gustui percipienti saporem, & ita si Ægidius voluit dicere, quod gustus percipit humiditatem secundum q̃ gustus, eius sententia non est vera, sed est contra D. Thomam hic ad quæstum, vbi humiditatem vocat obiectum tactus solius, & qualitatem præambulam ad obiectum gustus.

¶Ad secundum respondetur, quòd organum tactus est idem materialiter cum organo aliorum sensuũ, propterea q̃ est diffusum per totum corpus, at vero formaliter sumptum in ratione organi distinctum est, propter diuersas dispositiones. Etenim secũdum vnam rationem est organum tactus, & secundùm aliam est organum gustus, sicut benè insinuauit Aegidius loco citato. Quapropter hoc argumentum non magis probat tactum identificari cum gustu, quã cum alijs sensibus.

Dvbitari poterat secundo in hoc tractatu, An dulce & amarum sint extremi sapores? Sed hæc quæstio potius pertinet ad medicos, quam ad Theologos vel Philosophos, quare ab illa supersedendum duximus. Videantur de illa interpretes Aristotelis in 2. de Anima. tex. 105. & specialiter D. Thomas & Commentator. Videatur etiam D. Thom. in libro de sensu & sensato. lecti. 11. Illam optimè disputat Iauellus in quæstionibus super 2. de Anima quæstioni. 46. Videatur etiam in Epitome in librum de sensu & sensato. cap. 2.

De tactu.

QVinto loco agendum est de sensu tactus. De quo dubitatur primo. Vtrũ sensus tactus sit vnus secundùm speciem athomam, sicut sensus visus, an sit vnus secundùm genus, plures vero secundùm speciem? ¶ Videtur, q̃ sint plures secundùm speciem. Primò. Tactus est diuersarum contrarietatum per se primo, ergo nõ est vnus sensus. Hoc argumentum est Arist. libro. 2. de Anima. cap. 11. tex. 107. Quo capite agit de sensu tactus. Et præterea probatur maior & explicatur; quoniã cuilibet sensui respõdet vnum obiectum secundùm genus, in vno autem genere est vna prima contrarietas, vt Arist. docet. 10. Metaph. cap. 7. Minor vero probatur, quoniam calidum & frigidum, humidum & siccum sunt diuersæ contrarietates, quarum vna non reducitur ad aliam.

¶Secundò. In alijs sensibus est vna tantùm contrarietas, ad quam omnes aliæ reducuntur ex his quæ pertinent ad quemlibet sensum. v. g. visus, albi & nigri, gustus dulcis & amari, sed in sensu tactus non hoc contingit, ergo signum est, q̃ non est vnus secundùm speciem.

¶ Tertio. Sensus, qui est specie vnus, est vnius obiecti, quod prædicatur vniuocè de suis inferioribus, sed ad calidum & frigidum, humidum, & siccum, graue & leue, quæ sunt comprehensibilia tactu, nullum est superius vniuocè dictum, ergo. Probatur minor. Nam non est aliqua ratio superior, sub cuius ratione hæc à sensu tactus percipiantur. Confirmatur. Quia contrarietas calidi & frigidi, humidi atque sicci sunt primæ contrarietates, ergo in genere qualitatis non est alia eis ptior, aliàs non essent primæ.

¶Quartò. Per tactum sentimus famem, sitim, voluptates, dolores corporeos; sed iste tactus, quo hæc sentimus, non põt esse idẽ cum tactu, quo sentimus hæc externa tangibilia, ergo. Probatur minor. Quia ista tangibilia interna magis distant à tangibilibus externis, quam sapor ab eisdem externis; sed sensus saporis est distinctus à tactu, ergo, & horum sensus. Confirmatur. Quia differt modus immutandi, externa enim per medium, interna sine medio percipiuntur. Confirmatur secundo. Quia si tactus sentiret dolorem in se, & voluptates, vtique posset suam sentire sensationem, quod nulli sensui

sensui exteriori conceditur, ergo alius sensus ad hoc requiritur. Ac tandẽ vltimo. Nã separantur hæ potentiæ & actus, ita vt in ea parte, in qua tanguntur externa, nõ sentiatur fames & sitis, nec alia, ut in manu, & illa in parte determinata sentiantur, vt potè stomacho & aliis, non in reliquis animalis partibus, atq; ita non spectabunt ea obiecta, & omnes illi ad vnam potentiam, sed ad diuersas.

HAnc quæstionẽ mouet Ari. 2. de Anima c. 11. tex. 106. vbi nihil certi diffinit. Propter quã causam Arist. interpretes diuisi sunt in hac quæstione. Quidã enim dicunt, q̃ tactus materialiter vnus est propter vnũ sensoriũ in quo subiectatur; at formaliter plures sunt, idest, in vno sensorio sunt multæ potentiæ tactiuæ distinctę, vna ad percipiendũ frigidum, & calidum, altera ad percipiendum humidum & siccum. Hanc sententiã tenent Themi. li. 2. de Anima. c. 37. & 39. Alexan. Aner. commento. 108. Auicenna lib. 6. natural. part. 2. c. 3. Albertus in præsenti & in sua summa. Iandu. q. 27. Apoll. q. 40. & Gaetan. Thyen. & alii multi. Hi autem diuisi sunt. Quidam enim tantum ponunt duos tactus, alterum ad frigidum & calidũ, alterũ ad humidũ & siccũ. Alexander autẽ multiplicat tactus secundùm numerũ contrarietatum, scilicet, duri & mollis, grauis & leuis, & aliarum. Idem Themistius. Auerrois ponit tres, scilicet, duos cùm prioribus, & præterea aliũ ad tangendũ graue, & leue, & hoc idẽ Albertus. At verò durum & molle, asperum, & leue, ad siccum & humidum refert. Addit etiam Albertus cum Auic. alios duos, alterum circa solutionẽ continui, & consolidationẽ, quo sentimus vulneris dolores, vel sanationis delectationem; alterum particularem ad sentiendas delectationes venereas. Alii addunt aliũ ad sentiendam delectationẽ in cibis. Alii vt Paulus Venetus vlterius multiplicant alios in stomacho ad sentiendã famẽ & sitim. Alii verò ponunt duos tactus specie distinctos aliũ ad sentiẽda tangibilia externa, aliũ ad sentiendũ tãgibilia interna. Ita tenent aliqui ex inniioribus. Alia verò sententia aliorum Philosophorum est, q̃ sensus tactus est vnus specie specialissima, quam sententia sequntur multi ex Philosophis. S. Thom etiam in hac parte videtur varius fuisse. Nam in hoc articu. ad tertium, vtramque sententiam relinquit sub dubio, quod & idem facit in quæst. de Anima arti. 13. ad 17. in. 2. autem lib. de Anima lect. 22. expresè diffinit, quòd tactus formaliter loquendo non est unus, sed plures, est autẽ vnus subiecto. Propter quam rationem etiam eius discipuli sunt diuisi. Aliqui enim vt Caie. 2. de Anima. c. 10. & Iauellus ibidem q. 47. tenent, q̃ est plures, & vnus subiecto, alii verò q̃ est vnus tantum secundùm speciem specialissimam.

PRO decisione sit vnica conclusio. Tactus est vnus sensus specie specialissima, sicut visus & alii sensus exteriores. Hanc conclusionem existimo esse magis conformem Aristo. Quanuis enim in locis citatis dubius de hac re videatur tamen postea in capi. 13. disputans de numero sensuum tantum illos esse quinque affirmat, sed alii quatuor habent vnitatẽ specificã, ergo & tactus. Aliàs enim plures essent sensus, quam quinque. S. Thom. eriã magis inclinat in hanc sententiam. Etenim in hoc art. ad tertiũ. & in illa quæst. de Anima, & in opusculo. 43. cap. 3. semper hanc sententiam statuit secundo loco, & eam explicat, & defendit. Et probatur primo ratione, quę colligitur ex eo. Vnitas cuiuscunque potẽtiæ non est sumenda ex vnitate, aut multiplicitate obiecti materialis, sed obiecti formalis, ut patet inductiuè in omnibus potentiis. Idem enim visus respicit equũ, bouem, coloratum, nigrum, album, pallidum, &c. quæ quanuis materialiter distinguantur, ut tamen respiciunt eandem potentiam conueniunt in una ratione formali obiecti potentiæ visiuæ. Sed quanuis tactus percipiat multa, & diuersas imò contrarias qualitates, quę licet in ratione rei & materialiter distinguantur, tamen in ratione sensibilis, & vt percipiuntur à sensu tactus conueniunt in una ratione formali obiecti, ergo. Consequentia cùm maiori sunt nota, & probatur minor ex D. Tho. quoniã omnes illæ contrarietates conueniunt in vna ratione formali tãgibilis, licet illa ratio sit innominata. Et preterea probatur exemplo. Nam sicut videmus species

Universidad de Deusto
Biblioteca

albedinis & nigredinis in medio & in potentia absque aliqua contrarietate sub eleuationi ratione sensibilis proprij visus; ita iudicandum est de speciebus frigidi & calidi quæ recipiuntur in medio & in sensu tactus absque aliqua contrarietate in ratione proprij sensibilis tactus Confirmatur. Nã certum est, quòd in coitus voluptate est sensatio tactus, & tamen neq; est formaliter calidi, neque humidi, neque frigidi, neque sicci, neque mollis, neque duri, sed alicuius communioris, quod sentitur, ergo iã omnia ista conueniunt in vna ratione formali, quæ est superior ad has omnes contrarias qualitates, & hic fuit, in quo omnes qui multiplicant sensũ tactus decepti sunt. Cum enim illud, in quo istæ contrarietates conueniunt, nomine careat, atque nobis sit inimanifestũ, plurificabant illum penes contrarietates quas sensus tactus percipit, secundum realem distinctionem, quam inter se habent; cum tamen id fieri non debeat, sed sicuti alij sensus percipiũt omnia alia obiecta vt conueniunt in aliqua ratione superiori in ratione sensibilis, ita ét tactus percipit omnia tangibilia siue externa, siue interna in ratione quadam superiori ad omnia illa in ratione sensibilis proprij tactus. Hoc autem obiectum, quod hæc omnia continet, potest appellari tangibile aut tangibilis qualitas. ¶ Secundo probatur conclusio. Omnes istæ contrarietates eodem modo immutant sensum, ergo ille est vnus. Probatur consequentia, quia penes diuersum modum immutandi sensum D. Th in hoc artic. distingunt potentias. Et antecedens etiam est eiusdem Diui Thomæ, nam docet, quòd omnes contrarietates pertinentes ad tactum immutant illum immutatione naturali, tam ex parte obiecti, quam ex parte organi. Pro cuius rationis intelligentia notandũ est quod etiam iã supra dub. 11. cœpimus explicare, quòd duplex est immutatio, vna naturalis, altera spiritualis. Immutatio naturalis est, quæ intro ducit in passo aliquam formam naturalem, & sibi similem in passo, vt quando ignis calefacit lignum, aut generat ignem. Immutatio spiritualis est, quando forma immutantis recipitur in eo, quod immutatur secundũ esse spirituale, vt similitudo coloris in pupilla, quæ per hoc non fit colorata, similitudo soni, & harmoniæ in auditu, qui per hanc receptionem non sonat nec mouetur. Quare ratio sensibilis consistit in hoc, quòd est motiuum sensus sine materia, sicut ratio sensus in hoc quòd est susceptiuus sine materia, & secundum quòd diuersimode se habet ad mouere aut moueri sine materia, sic diuersa est sensibiliũ & sensuum ratio. Cùm ergo sensus immutatio non sit naturalis, neque illa sufficiat ad sentiendum, ut Ait Aristote. 2. de Anima text. 121. & 124. qua ratione dicit ibi, quòd alias plantæ cum frigescunt, & calesiunt, sentirent, idem etiam dicit lib. 3. text. 37. & 38. Spiritualis erit, quæ est necessaria, atque adeo immutatio spiritualis est sensui, in quantum sensus est, essential is, sine qua nõ contingit esse sensum, & per quam non res ipsa sensibilis, sed intentio sensibilis in sensu recipitur. Lapis enim non est in anima, sed forma lapidis, dixit Arist. 3. de Anima. text. 58. Ex his D. Thom. optime enumerauit quinq; sensus exteriores. Immutatio. nã sit pure spiritualis constituit visum, quia species, quæ ad eum deferuntur, multiplicantur per diaphanum illuminatum subito absque motu locali & sine aliqua alteratione reali & naturali, vel ex parte medij potentiæ, aut obiecti. Si autem non sit pure spiritualis, sed partim spiritualis, partim naturalis: tunc vel illa naturalis miscetur ex parte obiecti tantum, vel constituet auditum. Sonus enim qui est eius obiectum, & causatur ex aeris percussione & commotione. per motum localem diffunditur vsque ad certam partem spatij, & postea intentionaliter vsq; ad auditum, quamuis aliquando propter corporis sonantis propinquitatem sonus per motum perueniat vsque ad aurem, ibi tamen prinsquam attingat potentiam auditiuam, emittit intentionaliter species per aerem internum, qui est in ipso organo, & est medium intrinsecum potentiæ auditiuæ. Si vero naturalis immutatio misceretur duntaxat ex parte eiusdem obiecti secundum alterationem constituit olfactum. Nam odor spiratur per alterationem, postea tamen intentionaliter in sensu recipitur. Quòd si naturalis illa immutatio misceatur cum spirituali

tuali ex parte organi, vt contingit in gustu & tactu, tunc immutatio illa naturalis fit à qualitate, quæ primo & per se sibi proprie obijcitur, & sic immutatur organum tactus, tamen organum gustus non per se à qualitate propria, vt sapor, sed ab illa, quæ præambula est cum humectatione ipsius gustus. Quare isti duo sensus gustus & tactus magis materiales sunt, quoniam ex parte organi naturali immutatione immutentur, at tactus adhuc ipso gustu materialior est, quia immutatio naturalis in gustu non fit à proprio obiecto, sed à præambulo, vt humido, immutatio autem naturalis in tactu fit ex parte proprij & per se obiecti: quoniam tactus calet, friget, humectatur, & siccatur. Sensatio tamen neque tactus, neque gustus, neque odoratus, neque auditus propria, & per se secundum hanc naturalem immutationem, non absoluitur neque completur, sed in spirituali immutatione, quæ vt patet ex dictis intrinseca & essentialis est sensui vt sensus est, & sine qua non contingit esse sensum. Quod Arist. 2. de Anima. text. 121. iterum optimè dixit sub alijs verbis: Proprium est recipere omni sensui rerum formas sine materia. Vnde differentia horum sensuum sumenda est secundùm intentionalem immutationẽ sensibilis. Quã immutationem spiritualem in auditu & in olfactu antecedit immutatio naturalis ex parte obiecti, in gustu & tactu ex parte organi. S. Thom. verò, quia istæ immutationes naturales sunt magis rerum, & spirituales magis ignotæ, imo i tactu id est difficillimum explicare, venatus est distinctione horum sensuum per immutationes naturales veluti à posteriori. Ex quo patet vis nostræ secundæ rationis pro conclusione. Nam vnitas tactus sumenda est ex immutatione spirituali, quæ certe vna est, & omnes qualitates tangibiles conueniunt inquantum sensibilia in hac ratione immutandi sensum tactus. Tertiò probatur conclusio. Organum tactus est tãtum vnũ, quod est diffusum per totum corpus, & habens in qualibet parte corporis eandẽ sensationem, & eiusdem tangibilis, ergo est vnus secundum speciem. Probatur consequentia, quoniam si essent plures secundũ speciem haberent diuersa organa, sicut habent alij sensus. Hæc ratio amplius patebit cum de organo tactus seriosiorem habuerimus. Quarto. In alijs sensibus reperiuntur plures contrarietates, vt ipse etiã Arist. fatetur lib. 2. de Anima. cap. 10. text. 107. & nihilominus quilibet sensus est vnus secundum speciem, propterea quòd habet eundem modum immutandi, & eandem rationem formalem obiecti, sed hæc duo habet enim sensus tactus, ergo est vnus secundum speciem.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum respondetur illam rationem esse inductam ab Arist. disputandi gratia, non vero tanquam efficacem. Vade negatur consequentia illius. Quoniam omnes illas contrarietates respicit tactus sub vnica ratione formali tangibilis, & sub vno modo immutandi sensũ. ¶ Ex quo patet ad secundum. Nam idcirco visus est vnus sensus secundum speciem, quoniam omnes cõtrarietates respicit sub vna ratione formali, & vno modo immutandi, quamuis in ratione rei distinguantur, ita in proposito.

¶ Ad tertiũ patet ex dictis. Ad cõfirmationem respondetur, q̃ nõ est cõtra rationẽ primæ qualitatis, quòd ipsæ conueniant in aliquo superiori, v. g. in qualitate vel ét cõueniant in ratione sensibilis, & constituant vnum obiectum. ¶ Ad quartum negamus minorem, quin potius illi pertinent ad tactum. Vt enim dixit Arist. 2. de Anima text. 28. Fames est appetitus calidi & sicci, & sitis humidi & frigidi. Hæc autem ad obiectum tactus pertinent, ad quem pertinet defectum horum sentire ad restaurandum id, quod per calorem naturalem deperditur. Etenim cùm animalis substantia sit in continua destructione, natura prouidit, vt per nutritionem repararetur, aliquo modo recepto alimento & sumpto ab externo, fãme autem significauit defectum talis alimenti. At quia nutrimentum erat graue & consistens, vt non posset facile prolabi per partes & vias actas corporũ, addidit potũ rerũ fluidarum, cuibus cibus deferat per vias, & huic visui est aqua & potus, simul ét vt refrigeret calorẽ vehementẽ concoctionis. Ad minorẽ tãdem, q̃ in ratione rei

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc magis distent à tangibilibus externis, A quam à saporibus, cæterum in ratione sensibilis non magis distant. quin potius conueniunt in vna ratione specifica tangibilis. Ad primam confirmationem negatur antecedens, sed eodem modo immutant. Ad secundam negatur sequela, quia tactus non sentit suam sensationem, sed defectum sicci & calidi, & frigidi & humidi. Ad vltimã respondetur, quòd tactus, propterea quòd est diffusus per totũ corpus, habet aliquos actus in vna parte, quos non habet in alia B propter diuersas dispositiones subiecti, in quo reperitur, sicut in potentia generatiua habet sentire delectationes venereas, quas non sentit alibi.

DVbitatur secundo. Quod sit sensorium tactus? An caro, An nerus? ¶ Videtur quòd sit caro. Primò ex Arist. qui. 1 de histor. animal. cap. 4. & lib. 2. de partibus. cap. 1. & c. 5. carnem sensorium tactus posuit. Confirmatur. Nã nerui sunt terrestres admodum & frigidi, & sicci, vt dicitur. 2. C de Gener. animal. cap. 4. adeo vt ipse Arist. 1. de Anima. tex. 79. dixerit pilos, ossa, neruos non habere sensum ob terrestreitatem.

¶ Secundò. Ideſt tactus sensorium, quod magis est temperatum in qualitatibus; sed caro & præsertim cutis est pars nostri corporis temperatissima, ergo ipsa est tactus sensorium.

Tertiò. Si aliqua ratione caro non esset sensorium, maximè propter rationem Aristot. quia aliàs sensibile supra sensum positum faceret sensationem; sed hæc ratio est nulla, ergo. Probatur minor. Experientia ostendit, quòd neruus denudatus à carne sentit, si pungatur, ergo si neruus est sensorium, iam sensibile supra sensum positum sentitur, ac per consequens ista ratio est nulla. ¶ Quartò. Quia alicubi est tactus, vbi nullus est neruus; vt in iecore dolor sentitur, & in corde, in vænis, in ossium tunicis, non ergo sensorium tactus est neruus. Confirmatur. Nam neruus non est expansus E per totum corpus sicut pellis, & tamen in quocunque situ corporis sentitur tactus, ergo.

IN hac re sunt diuersæ sententiæ. Etenim Themistius capite 40. libro secundo. de Anima. ponit tactum in corde. Itaque hic autor putat cor esse, quod potentiam habet tangendi, reliqua sunt media, per quæ ipsum tangit, sicut manus, quæ per baculum tangit corpora. Hæc sententia videtur habere pro se Aristotel. qui quatuor locis videtur tactum ponere in corde, puta de sensu & sensato. cap. 2. de senect. capi. 2. de somno & vigil. cap. 2. lib. 2. de partibus animal. cap. 10.

¶ Secunda sententia est aliorum, qui in carne tactiuam potentiam ponunt, & hunc sensum tangibilia super se posità sentire dicunt. Hi sunt Alexand. lib. 2. de Anima cap. de contactu, & Philopp. super textu. 116. & Auicenn. 6. natural. par. 2. capit. 3. & quanuis Auerr. in 2. de Anima dicat neruũ esse organum tactus, tamen videtur postea retractasse sententiam lib. de sensu. cap. 2. & lib. 2. collect. cap. 8. & 13. Ex recentioribus etiam multi sequuntur istam sententiam, imo Caietan. 2. de Anima cap. 10. in fine dicit, quod organum tactus est caro quę dam interior, quæ viuit vita animalis, & continuata est cùm reliqua carne, per quã sentit anima omnia tangibilia. Caro autem altera exterior, quæ est sub cute, non est organum tactus, sed potius medium quoddam ipsius organi, & existimat Caiethanc suam sententiam esse Aristot. 2. de partibus animal. cap. 8.

¶ Tertia sententia est Aristot. 2. de Anima text. 116. quia carnem non sensorium, sed medium potius esse determinat, sensorium vero intus latere docet. Credit enim esse ipsum neruum, qui sub pelle, & sub carne, & intra carnem est. Quam sententiam sequuntur multi philosophi. Galenus lib. de vsu partium. cap. 16. lib. 2. de temperamentis. c. 10. Auerroes commento. 118. Albertus, S. Tho. Iandunus q. 29. & est ferè communis sententia.

PRO decisione sit prima conclusio. Caro quæ est in toto, est medium, per quod sensus tactus recipit species rerum tangibilium, & non sensorium tactus. Pro intelligẽtia huius conclusionis aduerte, q in quolibet sensu est duplex medium, aliud internum aliud externum. Internum est illud, quod ipsius animalis est pars, vt in potentia visiua huiusmodi medium est perspicuum illuminatum, quod est in oculo, & in

in aure aer internus, qui est circa myringã. A
Aliud est externum, quod non est pars animalis, vt aer illuminatus in visu: in præsenti conclusione loquimur de medio interno tactus, quod est caro. in sequenti autem dubio, quæremus; Vtrum habeat medium externum? Hæc conclusio sic explicata est Arist. 2. de Anima. tex. 116. & D. Th. ibi, & probatur eorum ratione. Primò. Sensibile positum supra sensorium non sentitur, vt supra probatum est. Tangibilia autem supra carnem posita sentiuntur, vt patet de aere, B & aqua quæ immediata sunt carni, ergo caro non est sensorium. Secundò probatur ratione eiusdem Aristot. in text. 109. Si caro esset sensorium, maximè esset ex eo, q statim admota carne circa obiectum sit sensus tangibilis, sed hoc non. Quia & nunc si aliquis supra carnem extenderet pellicu- lam, aut telam subtilem, statim ad tactum ipsius, quod super extenderetur super illam carni, sentiretur tangibile, sed tamen constat q organum sensus tactus non est in illa pelle super-extensa, ergo. C

¶ Secunda conclusio. Neruus quidam extensus per totum corpus, & coniunctus carni est organum tactus. Hæc conclusio est expressa Aristot. vbi supra. & D. Thom. ibidem, & in 3. de Anima lect. 3. Alberti Magni. 2. de Anima tract. 3. cap. 31. & 34. Præterea Aristot. 2. de partibus animal. cap. 10. dicit expresè, quòd tactus primum sensorium non est caro, vel aliqua eius pars, sed D aliquid intimum. De quare legendus est etiam. 2. de Gener. animal. capit. 4. insinuat etiam hanc sententiam Greg. Nissenus lib. 4. philosophiæ. ca. 16. & apertiùs D. Damascenus. 2. lib. de fide orthodoxa cap. 18. vbi dicit, q tactus fit neruis ex cerebro per totum corpus transmissis, & D. Ambros. lib. 6. examer. cap. 9. dicit, q nerui sunt velut organa omnium sensuum, qui à cerebro oriuntur, & diffunduntur per totum corpus ad diuersa officia exercenda.

¶ De mirabili compositione huius ner- E ui multa dicunt Medici, & Anathomistæ. Breuiter dico, quòd iste neruus à cerebro egreditur, & per varios ramos in toto corpore diffunditur carne inuolutas, estq; velut rete quoddam per totum corpus diffusum & sparsum, quod animal munit, & sæpit, vt vndique quam citissimè præsentiat quid nociuum, quid vtile sit. In hoc neruo tactus consistens vim habet sentiendi in cute, & carne, & reliquis partibus corporis. De hoc vide copiosiùs Andræam Vesalium libro. 1. de fabrica corporis humani. cap. 2. & cap. 5. Quòd si queras, cum in toto corpore sit diffusus sensus tactus, in qua parte magis vigeat? Ad hoc respondet S. Tho. in 4. dist. 23. q. 2. articu. 3. quæstiun. 2. corpo. quòd maximè viget in pulpis digitorum. Albertus autem in locis citatis respondet, q in palma manus, & in palma pedis, præcipuè vero in digito indice, ac medio. Ibi n. est caro nernosa, & contẽperatissima inter calidum & frigidum, humidum & siccum durum & molle.

¶ Etsi iterum quæras, ex qua materia sit hoc medium tactus, & neruu? Rndetur ex Arist. et D. Tho. 2. de Anima à tex. 117. vsq; ad 121. q neruus & caro debent esse denudata, ideſt, non habere in se qualitates tangibiles, quia medium & organum, si est receptiuum alicuius qualitatis, debet esse priuatum ea, iuxta illud; Intus existens prohibet receptionem extranei. Propter quam rõnem diximus supra de visu, q diaphanum & pupilla debent esse priuata omni colore, vt recipiant omnem speciem coloris; sic & caro & neruus vt recipiant calidũ & frigidum, humidum, & siccũ debent esse priuata his qualitatibus. Sed aduertunt Aristo. & Diu. Thom. quòd non eodem modo D id accidit in alijs sensibus, vt in tactu. Nam in alijs sensibus medium & organum sunt omnino priuata specie sui obiecti, vt diaphanum nullo modo est coloratũ, nec aer aut myringa vllum habent sonum, & sic de alijs. In sensu vero tactus id non potest fieri. Nam caro & nerui sunt composita ex elementis, & per consequens necessario debent habere in sua compositione calidum & frigidũ, humidum & siccum, sed sunt reducta ad medium, & habent quan- E dam temperiem. Et propterea non sentit manus aliquod corpus, quod habeat in se tantam caliditatem, vel frigiditatem, vel humiditatem, quanta est in complexione manus; sentit vero calidum vel frigidum excedens compositionem ipsius manus. Debent igitur istæ qualitates esse in

carne

carne redactæ ad quoddam medium, & propter hoc quanto animal habet complexionem magis redactam ad medium, tanto habet meliorem tactum. Vnde homo inter omnia animalia est melioris tactus, vt postea explicabitur.

AD argumenta in principio posita respondetur. Ad primum respondetur, quòd certè Aristo. in hac parte varius fuisse videtur. Commentator libro 2. de Anima text. 108. sic respondet ad has autoritates dicens: Oportet opinari, quòd velit Aristot. quòd sensus tactus est plusquam vnus, & quòd caro est quasi medium: licèt iste sermo sit contrarius sermoni in libro de animalibus. Sed tamen fortè ille sermo fuit secundùm quòd apposuit illic, scilicet, quod sciuit de membris animalium in illo tempore, tunc enim adhuc nesciebat nervos, & dixit quòd instrumentum sensus istius est caro, &c. Ad confirmationem respondetur, quòd licèt illi nervi ex natura sua sint terrestres & frigidi, tamen in eis est quædam vis aerea subtilis & calida, quæ ad temperiem optimam illos reducit, & etiam habiles facit ad ferendas species, quas recipit, vsque ad sensum communem. ¶ Ad secundum respondetur, q nervus secùndum quòd habet illos spiritus, & coniungitur illis, habet maiorem temperiem, quàm caro vel cutis, aut saltim est magis ad hoc quòd sit organum tactus.

¶ Ad tertium respondetur, quòd ratio Arist. est optima. Ad improbationem variè respondetur à multis. Breuiter dicitur, q si ille nervus daretur nudus ab omni carne, non plus sentiret quàm os, aut vngvis, aut capilli. Si autem modo dolet quando pungitur, est ratione carnis sibi cõiunctę. ¶ Ad quartum respondetur, quòd vbicunque in corpore non est caro, & nervus, nullus est sensus tactus, & ideo ossa nuda, nec vngues, nec capilli habent sensum tactus. Vnde si esset possibile pungere purũ os aut vnguem, non tenuretur aliquis dolor, sicut nec cũ incidutur capillus, sed quia adhærent carni mixtæ cum nervis, ideo nõ pungũtur sine dolore. Similiter dico, quòd in cecore, venis, & aliis huiusmodi, per tactum sentimus dolorem, propterea quòd coniunguntur carni, quæ est medium tactus, & nervo, qui est eius sensorium.

DVbitatur tertiò. Vtrum aer vel aqua, vel aliud corpus possit esse medium externum tactus? ¶ Videtur q̃ non. Primo. Illud, quod est mediũ in aliquo sensu, debet esse denudatum à qualitatibus sensibilibus talis sensus, sicut diaphanum quod est medium visus nullum habet colorem; sed aer & aqua habent tangibiles qualitates, ergo non possunt esse medium sensus tactus. ¶ Secundo. Ea quæ se tangunt, necessario debent habere vltima simul, quia secundùm Arist. 5 Phys. tex. 22. & 26. contigua sunt quorũ extrema sunt simul; sed implicat, quòd si aqua aut aer aut aliquod aliud corpus mediat interea, quæ se tangũt, q̃ eorum vltima sint simul, ergo. Probatur minor. Quodlibet corpus habet superficiem, & profunditatè, ergo si mediat corpus, superficies aliorum non poterunt esse simul, ac per cõsequens vltima eorum non sunt simul. ¶ Tertio. Quia si semper mediaret aer vel aqua, sequitur q̃ ratio, qua probat Arist. q̃ caro non est sensorium tactus, sit nulla. Probat sequela. Ratio Aristo. est, quia sensibile positum sup. carnem sentitur. Hoc autem non valeret, quia tale sensibile nunquam est immediatum carni, sed semper mediat aer, vel aqua.

IN hac quæstione Auctores commento 115. super 2. de Anima tenet, quòd vniuersaliter semp tactus indiget medio externo ad sentiendum. Cuius sententiam Sanctus Thomas impugnat tribus ibidem lect. 23. Cuius rationibus conantur respondere Iandunus quæstione 28. & Ægidius in 2. de Anima super textum 113. Sed Iauellus ibidem quæstione 49. S. Thom. defendit ab his autoribus.

¶ Quapropter relicta Commentatoris sententia sit prima conclusio. Duo corpora, quorum vnum est fluidum vt aqua, vel molle vt aer, immediate se possunt tangere cum quolibet corpore etiam solido. Hæc est S. Thom. vbi supra, & ab omnibus acceptatur. Et probatur experientia. Aqua enim immediatè tãgit lapides, & infrigidat, similiter immediate aer nos tangit, ergo. ¶ Secunda conclusio. Regulariter & per se loquendo corpora solida & dura, vt duo hoües, duo ligna, duo lapides, & cõ-

nõ se possunt secundum se immediatè tangere, nisi inter eos mediet aer vel aqua, & propterea regulariter loquendo medium externum tactus est aer aqua. Per hanc cõclusionem explico Arist. & S. Thom. qui in locis citatis videntur vniuersaliter ponere conclusionem, quòd duo corpora solida non se possunt tangere immediatè, sed intelligendi sunt iuxta nostram conclusionẽ, quæ probatur. Primo. Quia corpora dura regulariter sunt inæqualia, & habent superficies diuerso modo, alia prominentiores, alia humiliores, & ècouerso, ergo non possunt se tangere immediatè secundum se tota, regulariter loquendo. Hoc tamen non vetat, quin immediatè se tangant secundum aliquas partes, vt si iungas palmam manus alterius manus palmæ experieris nostram conclusionem. Secundo. Nã regulariter loquendo omnia corpora dura & solida habent suum locum naturalem in aere, & in aqua, sed inter corpora solida, quæ se tangunt in aere, vel in aqua, semper mediat aliquid aeris vel aquæ, ergo. Probatur minor. Nam omnia corpora, quæ se tangunt in aqua, necesse est q̃ habeant inter se aquam mediam, qua vltima eorum repleta sunt, nisi fortè velis dicere, q̃ sint sicca in aqua existentia, quod est impossibile. Similiter eodem modo se habet de aere. Sicut enim inter ea quæ sunt in aqua semper mediat aliqua aqua, ita etiam inter ea, quæ se tangunt in aere. Et quamuis vtrumque horum ad sensum non ita pateat, tamen magis nos latet hoc de aere, tum quia continuè sumus in aere, & sic imperceptibiliter inhæret nobis, tum quia aer est subtilior & minus perceptibilior sensu quàm aqua, & in hoc consistit ratio Aristo. & S. Tho. vbi sup. text. 113.

¶ Ex hac conclusione sequitur differentia inter medium tactus, & aliorum sensuum, quòd medium exteraum in tactu non requiritur per se, & necessario, & ex propria ratione tactus, quin potius si nihil mediaret præter medium internum, melius tactus sentiret suum tangibile. At vero in aliis sensibus per se, & necessario requiritur medium externum, propterea quòd obiectum prius immutat medium, & per medium immutat sensum, quam differentiam assignat Aristot. vbi supra.

¶ Tertia conclusio. Si darentur duo corpora omnino proportionata, quæ haberent æquales superficies, secundum se rota immediatè se tangerent. Hæc conclusio ad sensum ita videtur clara, vt nisi voluntariè negari non possit. Etenim nullum impedimentum video, quare talia corpora non se tangerent, præsertim quia si sunt omnino equalia nullus remanet locus, vbi possit aer esse intra illa.

¶ Ex dictis in his tribus dubiis sequitur apertè contra aliquos ex iunioribus (satis erasse in hac parte philosophantes) quòd sensus tactus de necessitate indiget spectebus intentioribus, tum primo quia, vt probauimus ex Aristotele in primo dubio de ratione sensus est, quòd habeat aliquam sensationem spiritualem, & immaterialem, at vero si non haberet species, tantum immutaretur immutatione naturali; tum secundo, quia si tactus est intra carnem in nervo, & caro est medium, vt diximus in secundo articulo. tangibile in esse reali non intraret illud interius, vbi est nervus, ergo de necessitate debent poni species, ratione quarum tangibile intret illuc. Tum tertio quia aliquando tangibile mouet tactum per medium externum, vt dixi mus in hoc tertio dubio, at tunc necesse est quòd ponant species, quas sensibile per illud medium externum immittat vsque ad medium internum, & inde vsque ad organum. Tum vltimo, quia sensationes omnium sensuum exteriorum terminantur ad sensum communem, qui est centrum illorum, & illic immittunt species, quas ipsi à sensibilibus externis acceperunt. At si tactus nullas species accipit, quas quæso mittit vsque ad sensum communem? Argumenta quæ isti autores faciunt pro sua sententia, nullius sunt ponderis.

AD argumenta facta in principio respondetur. Ad primum respondetur ex Di. Thom. vbi supra, quòd quia aer, & aqua sunt facilè mutabilia ab extraneis qualitatibus, & præcipuè quando sunt modicæ quantitatis, sicut accidit in aere, & aqua, quæ sunt inter alia duo corpora se tangentia, propter hoc non impeditur sensus tactus, quin per mediũ aerem & aquam

fieri

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri possit. Et minus etiam impedit aer quam aqua, quia habet qualitates tangibiles parum sensibiles. Vnde si intendantur qualitates tangibiles aeris, vel aquę magis ipeditur tactus, ut potè cùm aer vel aqua intensàm frigiditatem vel caliditatem habuerint. Vnde dicimus, ꝙ quia regulariter in pauca quantitate mediat aer vel aqua', imò impercceptibiliter ita vt in plurimũ, & ferè semper non possit esse immediatio tactus, nihil censetur mediare inter tangentia se in aqua vel in aere. ¶ Ad secundum & tertium ex his potest responderi. Illa enim parua seu potius inperceptibilis portio aquæ seu aeris non tollit, quin censeatur sensibile esse supra sensum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm interiores sensus conuenienter distinguantur.

388 De anima. arti. 13. con. col. 3.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd interiores sensus inconuenienter distinguantur. Commune enim non diuidi tur contra proprium. Ergo sensus communis non debet enumerari inter vires interiores sensitiuas prater sensus exteriores proprios.

¶ 2 Prætera. Ad id, ad quod sufficit sensus proprius & exterior, non oportet ponere aliquam vim apprehensiuam interiorem. sed ad iudicandum de sensibilibus sufficiunt sensus proprij & exteriores. Vnusquisque enim sensus iudicat de proprio obiecto. Similiter etiam videntur sufficere ad hoc quòd percipiãt suos actus. Quia cùm actio sensus sit quodammodo medium inter potentiam & obiectum, videtur quòd multo magis visus possit suam visionem tanquam sibi propinquiorem percipere, quàm colorem. Et sic de alijs. Non ergo necessariũ fuit ad hoc ponere interiorẽ potentiam, quæ dicatur sensus communis.

Lib. de memor. & remin. cap. 1. to. 2.

¶ 3 Prætera. Secundùm Philosophum, * phantasticum & memorativũ sunt passiones primi sensitiui. Sed passio non diuiditur cõtra subiectum. Ergo memoria & phantasia nõ debent poni alia potentia prater sensum.

¶ 4 Prætera. Intellectus minus dependet à sensu quàm quæcunque potentia sensitiua partis. Sed intellectus nihil cognoscit nisi accipiendo à sensu. Vnde dicitur in * 1. Posterior. ꝙ quibus deest vnus sensus, deficit vna scientia. Ergo multo minus debet poni vna potentia sensitiua partis ad percipiendum intentiones, quas non percipit sensus, quam vocant æstimativam.

Lib. 1 Post. to. 33. to. 1

¶ 5 Prætera. Actus cogitativa, qui est conferre, & componere, & diuidere, & actus reminiscitiua, qui est quodam syllogismo vti ad inquirendũ, non minus distat ab actu æstimativa et memorativa, quàm actus æstimativa ab actu phantasiæ. Debet ergo vel cogitativa & reminiscitiva poni alia vires præter æstimativam & memorativa: vel æstimativa & memorativa non debent poni aliæ vires præter phantasiam.

¶ 6 Prætera. Augustin. 12. super Genes.* ad literam ponit tria genera visionem, s. corporalem, quæ fit per sensum: & spirituale, quæ fit per imaginationem siue phantasiã: et intellectuale, quæ fit super intellectũ. Non est ergo aliqua vis interior, quæ sit media inter sensum & intellectũ: nisi imaginativa tantũ.

Cap. 3* & 14. 27. 28. 29. & tomo. 3

SED contra est, quod Auicen. in suo lib. de Anima ponit quinque potentias sensitiuas interiores, scilicet, sensum communem, phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuam, & memoratiuam.

RESPONDEO dicendum, quòd cùm natura non deficiat in necessarijs, oportet esse tot actiones animæ sensitiuæ, quot sufficiãt ad vitam animalis perfecti. Et quæcunque harũ actionũ quę non potest reduci in vnũ principium, requirit diuersas potentias, cùm potentia anima nihil aliud sit quàm proximũ principium operationis anima. Est autẽ considerandum, quòd ad vitam animalis perfecti requiritur, quòd non solum apprehendat res apud præsentiam sensibilis, sed etiã apud eius absentiam: alioquin cùm animalis motus & actio sequantur apprehensionem, non moueretur animal ad inquirendũ aliquid absens. Cuius contrariũ apparet maximè in animalibus perfectis, quæ mouetur motu processiuo. Mouentur enim ad aliquid absens apprehensum. Oportet ergo, quòd animal per animã sensitiuam non solum recipiat species sensibiliũ, cùm præsentialiter immutatur ab eis, sed etiam eas retineat & conseruet. Recipere autẽ & retinere reducuntur in corporalibus ad diuersa principia. Nã humida bene recipiũt & male

& male retinẽt: è contrario autẽ est de siccis. Vnde cùm potentia sensitiua sit actus organi corporalis, oportet esse aliam potentiam quæ recipiat species sensibilium, & quę conseruet.

Rursus considerandum est, quòd si animal moueretur solum propter delectabile & contristabile secundum sensum, non esset necessarium ponere in animali, nisi apprehensionem formarum quas percipit sensus, in quibus delectatur, aut horret. Sed necessariũ est animali, vt quærat aliqua vel fugiat, nõ solũ quia sunt conuenientia vel nõ conuenientia ad sentiendum, sed etiam propter aliquas alias commoditates & vtilitates, siue nocumenta. Sicut ouis videns lupum venientem fugit, non propter indecentiam coloris vel figuræ, sed quasi inimicum naturę. Et similiter auis colligit paleam, non quia delectet sensũ, sed quia est vtilis ad nidificandũ. Necessariũ est ergo animali ꝙ percipiat huiusmodi intentiones, quas non percipit sensus exterior. Et huius perceptionis oportet esse aliquod aliud principiũ, cùm perceptio formarum sensibilium sit ex immutatione sensibili, non autem perceptio intentionum prædictarum. Sic ergo ad receptionem formarũ sensibilium ordinatur sensus proprius & communis. De quorum distinctione postea dicetur.* Ad harũ autẽ formarum retentionem aut cõseruationem, ordinatur phantasia, siue imaginatio, quasi thesaurus quidã formarũ per sensum acceptarum.

In solu. ad 1. & 2. argu.

Ad apprehendendum autem intentiones, quæ per sensum non accipiuntur, ordinatur vis æstimativa. Ad conseruandũ autẽ eas vis memorativa, qua est thesaurus quidã huiusmodi intentionum. Cuius signum est quòd principium memorandi sit in animalibus ex aliqua huiusmodi intentione: puta quod est nocium vel conueniens. Et ipsa ratio præteriti, quam attendit memoria, inter huiusmodi intentiones computatur. Considerandum est autem quòd quantum ad formas sensibiles, non est differentia inter hominem et alia animalia: similiter enim immutantur à sensibilibus exterioribus. Sed quantum ad intentiones prædictas differentia est. Nã alia animalia percipiunt huiusmodi intentiones solum naturali quodam instinctu, homo autem per quandã collationem. Et ideo quę in aliis animalibus dicitur æstimativa naturalis, in homine dicitur cogitativa, quæ per collationem quandam huiusmodi intentiones adinuenit. Vnde etiã dicitur ratio particularis, cui Medici assignant determinatum organum, scilicet mediam partem capitis. Est enim collativa intentionum individualium, sicut ratio intellectiua intentionum vniuersalium. Ex parte autem memorativa nõ solum habet memoriã, sicut cætera animalia in subita recordatione præteritorum, sed etiam reminiscentiã, quasi syllogisticè inquirendo præteritorum memoriam, secundũ individuales intentiones. Aui cenna verò ponit quintam potentiã mediam inter æstimativam & imaginativã, quæ componit & diuidit formas imaginatas, vt patet cùm ex forma imaginata auri, et forma imaginata montis, componimus vnã formã montis aurei quem nunquam vidimus. Sed ista operatio non apparet in alijs animalibus ab homine: in quo ad hoc sufficit virtus imaginativa. Cui etiam hanc actionem attribuit Auerr. in lib. quodam quem fecit de sensu & sensibilibus. Et sic non est necesse ponere nisi quatuor vires interiores sensitiuæ partis, scilicet, sensum communem, & imaginationem æstimativam, & memorativam.

Q. 77. arti. 1.

AD primum ergo dicendum, quòd sensus interior non dicitur communis per prædicationem sicut genus, sed sicut communis radix & principium exteriorum sensuum.

AD secundum dicendum, ꝙ sensus proprius iudicat de sensibili proprio discernendo ipsum ab alijs quæ cadunt sub eodem sensu: sicut discernendo album à nigro vel à viridi. Sed discernere album à dulci nõ potest neque visus, neque gustus: quia oportet ꝙ qui inter aliqua discernit, vtrunque cognoscat. Vnde oportet ad sensum communem pertinere discretionis iudicium, ad quem referantur sicut ad communem terminum omnes apprehensiones sensuum, à quo etiam percipiantur intentiones sensuum, sicut cùm aliquis videt se videre. Hoc enim non potest fieri per sensum proprium, qui non cognoscit nisi formam sensibilis, à quo immutatur, in qua immutatione requiescit visio: & ex qua immutatione sequitur alia immutatio in sensu cõmuni qui visionem percipit.

AD tertiũ dicendũ, ꝙ sicut vna potẽtia oritur ab anima, alia mediãte, ut supra dictũ est: * ita et anima subijcitur alij potẽtia, mediante alia. Et secundũ hũc modũ phantasticũ & memorati-

ratium, dicuntur passiones primi sensitiui.

AD quartum dicendum, q licet intellectus operatio oriatur à sensu, tamen in re apprehensa per sensum intellectus multa cognoscit, quæ sensus percipere non potest. Et similiter æstimatiua, licet inferiori modo.

AD quintum dicendum, quòd illam eminentiam habet cogitatiua & memoratiua in homine: non per id quod est proprium sensitiui partis: sed per aliquam affinitatem & propinquitatē ad rationem vniuersalem secundùm quandam refluentiam. Et ideo non B *sunt alia vires sed eadem perfectiores quàm sint in alijs animalibus.*

AD sextum dicendum, q Augu. spiritualem visionem dicit esse, quæ fit per similitudines corporum in absentia corporum. Vnde patet q communis est omnibus interioribus apprehensionibus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Necesse est in animali ponere sensus aliquos interiores præter quinque sensus exteriores. C

¶ Secunda conclusio. In primis necessarii sunt duo sensus interiores, vnus qui ad prçsentiã sensibiliũ exteriorũ recipiat species sensibiles, qui dicitur sensus communis, alter verò, qui in absentia conseruet illas species, qui dicitur phantasia, vel imaginatiua. D

¶ Tertia cõclusio. Præter istos duos sensus sunt necessarii alii duo sensus interiores, vnus qui percipiat species non sensatas, & non perceptas per sensus exteriores, qui dicitur extimatiua, alius verò qui conseruet illas species non sensatas, qui dicitur memoratiua.

¶ Quarta conclusio. Isti duo sensus, E de quibus loquitur tertia cõclusio, alia nomina sortiti sunt in hominibus, quàm in cæteris animantibus. Nam in hominibus extimatiua dicitur cogitatiua, vel rõ particularis; memoratiua verò vocatur reminiscentia.

¶ Quinta conclusio. Conuenienter ponũtur quatuor tantùm sensus interiores, videlicet, sensus communis, imaginatiua, extimatiua, & memoratiua. Has omnes conclusiones probat D. Tho. supponens duo. Primum. Tot oportet esse actiones animalis quot sufficiant ad uitã animalis perfecti. Secundum. Quæcunque harũ actionũ non possunt reduci in vnum principiũ, requirunt diuersas potentias. Ex his duobus fundamentis probatur secunda conclusio, quã tùm ad sensum communẽ & imaginatiuam, sic. Ad vitam animalis perfecti requiritur, vt non solum apprehendat rem in præsentia, sed etiam in absentia, ergo necesse est vt habeat aliquem sensum interiorẽ, qui recipiat speciem ab obiectis præsentibus. Antecedens patet experientia, cum animalia perfecta moueantur ad obiectũ absens. Cõsequentia probatur. Quia sensus exterior non sufficeret ad hoc, quia cum ĩterius maneant species, interius debẽt recipi. Deinde recipere & retinere non possunt in rebus corporalibus reduci ad idem principiũ, ergo necessariæ sunt duç potentiæ interiores, altera quæ recipiat, altera quæ conseruet species sensibiliũ. Hæ sunt sensus cõmunis & imaginatio. Antecedens probatur experientia, nam humida bene recipiunt, & male retinent, sic ca retinent bene, & male recipiunt. Deinde probatur tertia conclusio. Necessarium est animali vt quærat aliquid, vel fugiat, non solùm quia sunt conuenientia ad sentiendũ, scilicet, propter delectabile aut cõtristabile secũdùm sensum, sed etiã propter aliquas cõmoditates & vtilitates, seu nocumenta, quæ sensu exteriori non percipiuntur. v.g. ouis fugit lupum,

&c. auis colligit palleas, &c. ergo necessaria est alia potentia interior, quàm sensus cõmunis ad percipiendũ eius intentiones conuenientis aut disconuenientis, quia sensus cõmunis solùm percipit ea quæ sensus exteriores deferunt & imaginatio ea conseruat, sed quia idem non bene & cito recipit & conseruat, requiritur adhuc quarta potentia quç conseruet species abstractas ab speciebus sensaris. Necessariæ sunt ergo extimatiua & memoria.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo sicut & in præcedenti Prius agemus de eis, quæ cõueniunt omnibus sensibus interioribus in communi, postea de quolibet sensu interiori in particulari. Quantum ad primum

DVbitatur primò, Vtùm sensus interiores sint tantũ quatuor? Pro parte negatiua arguitur primò. Quoniã apud Arist. 3. de Anima c. 1. & 2. vbi disserit de his potentijs, solum reperitur sensus cõmunis & phantasia; & in libello de reminiscentia c. 1. præter sensum communẽ & phantasiam superaddit memoratiuam, ergo secundùm Aristotelem tres tantùm sunt: imo verò D. Greg. Nissenus li. 4. Philosophiæ c. 8. & D. Damascenus li. 2. de fide orthodoxa c. 20. tantum referunt tres potentias interiores, imaginatiuam, extimatiuã, & memoratiuam. ¶ Secundò probatur. In cerebro animali tres tantum sunt ventriculi siue organa sensuũ interiorum, ergo tres tantũ sunt potentiæ. Probatur consequentia. Quoniã numerus potentiarũ optimè colligitur à posteriori ex numero organorũ. ¶ In hoc dubio sunt plures sententiæ. Prima sententia est, quorundam qui opinantur tantum esse duos sensus realiter distinctos, videlicet sensum cõmunem, & imaginatiuam, cçtera ipsam imaginatiuam nõ distinguũt realiter ab extimatiua, & memoria. Ratio isto rum est, quoniã omnis hæc diuersitas quã D. Tho. assignat in isto articulo inter imaginatiuã & extimatiuã & memoriam, est accidentalis: sed diuersitas accidentalis non sufficit distinguere potentias realiter, vt ipse D. Tho. docet q. prçc. art. 3. ergo. Hanc sententiam tenent aliqui ex iunioribus. & conantur probare eam esse Ari. ex multis eius testimoniis. ¶ Secunda est, quæ docet tres tantùm esse potentias sensitiuas interiores, videlicet, sensum communẽ, imaginatiuam, & memoratiuã. Existimant enim isti autores, q extimatiua nõ est potentia realiter distincta ab imaginatiua, sed tantùm formaliter. Hanc sequuntur alii ex iunioribus. ¶ Tertia sententia est, quam D. Tho. docet in hoc art. & Commen. li. 3. de Anima. commen. 6. & 20. quæ docet, quatuor tantum esse interiores sensus realiter inter se distinctos. Primus est sensus communis. Secundus est imaginatiua seu phantasia. Tertius est extimatiua, quæ in homine dicitur cogitatiua. Quartus est memoria, quæ in hominẽ solet vocari reminiscentia. Hanc sententiam sequuntur discipuli D. Tho. ¶ Quarta sententia est aliorum, qui opinantur sensus interiores esse numero quinque. Quam opinionem D. Tho. in hoc art. tribuit Auicennę, & habet illam in. 6. natura. par. 4. c. 1. qui tertio loco post imaginatiuam, & ante æstimatiuam constituit quandam phantasiam, cuius operatio sit componere & diuidere species imaginatas: quemadmodum si ex specie montis, & ex specie auri, componat speciem montis aurei, quem nunquã vidit. Existimabat n. Auicenna, q potentia imaginatiua non cognoscit, sed tantũ habet cõseruare species. Et præter Auicennã constituit etiã quinq; sensus interiores Albertus Magnus in 2. de Anima tract. 4. c. 7. quamuis alio ordine. Nã phantasiam cõstituit ipse quarto loco post æstimatiuam, cuius officium sit coniungere species, tam sensatas quam nõ sensatas. Existimat enim hanc potentiam phantasię esse potissimam inter omnes sensitiuas, & hanc esse quæ in hominibus vocatur cogitatiua. Cæterum pro hac sua sententia nulla argumenta adducit Albertus.

PRO decisione huius quæstionis notandum est primo ex communi doctrina tã Philosophorum naturaliũ, quam Medicorũ (quã expresè docet Gre. Niss. li. 4. philosophicę. c. 6. & 7. & D. Damas. lib. 2. de fide orthodoxa. c. 17. & seq. vsq; ad 20.) q cũ sensus interiores sedem habeant in cerebro animalis, oportet in illo distin

guere

guere tres quasi ventriculos, quorũ primus A est in anteriori parte ipsius cerebri, vbi collocatur sensus communis ad percipiendas species sensatas, & in eadẽ etiam anterior parte collocatur phantasia ad conseruãdas illas species in absentia sensibilium; in media verò parte cerebri est alter ventriculus, in quo collocatur extimatiua ad percipiendas species non sensatas; & in posteriori parte collocatur alter ventriculus, in quo habet sedem memoratiua ad conseruandas illas species non sensatas. ¶Secundò notan- B dum est, quòd quando D.Tho.in art.distinguit inter potentias receptiuas specierum, & conseruatiuas, non sic debet intelligi, ꝙ potentia conseruatiua non sit etiam receptiua. Non enim posset conseruare species, quas primò non reciperet, sed intelligenda est hæc distinctio penes præcipua officia illarũ potentiarũ, ex eo, quòd in quibusdam potentijs proprium munus est recipere species nõ conseruando illas nisi ad breue tempus, & huiusmodi potentiæ sunt sensus cõ- C munis & extimatiua; in alijs vero potentijs proprium munus est conseruare longo tempore species receptas, & huiusmodi potentiæ sunt phantasia & memoratiua.

HIS positis respondetur ad quæstionẽ, & sit vnica conclusio. Sensus interiores sunt tantum quatuor, quos enumerat S. Tho. in isto art. Hęc cõclusio probatur primo ratione, quæ iam in eius litera est explicata. Quatuor sensus interiores sunt necessarij ad debitã cõseruationẽ animalis, & quin D tus superfluit, ergo. Probat maior. Quoniã ad rectã conseruationẽ animalis requiritur vna potentia interior, quæ recipiat species sensatas in presẽtia sensibiliũ, & altera quę illas conseruet in absentia. Præterea requiritur alia potentia, quæ recipiat species non sensatas, altera verò ad conseruandas, ergo sunt quatuor distinctę realiter. Probatur cõsequentia. Quoniã organa realiter distincta, optimè inferant distinctionẽ realẽ illarum potentiarũ. Quòd verò organa realiter E differant, ostendit D.Tho.in art. ex diuersa dispositione penes humidũ & siccũ. Minor verò probatur. Quoniã vt D.Tho.docet in art. illa operatio quinti sensus in animalibus brutis non apparet, in hominibus verò exercetur per imaginatiuã, quæ non solùm suscipit species, sed etiã cõponit & diuidit. Secundò probatur à posteriori. Experientia videmus quosdam homines benè & facile imaginari, qui tamen malè iudicant, aut è conuerso bene iudicare, & siniſtrè imaginare. Præterea constat etiã quosdam homines veloces esse ingenio, alios verò non ita veloces ingenio, habere rectitudinẽ iudicii: sed velocitas illa pertinet ad imaginatiuam: rectitudo verò iudicii ad extimatiuã, ergo differunt realiter isti sensus. Hæc argumẽta nõ probant manifestè sententiã D. Tho. esse certã, probant tamẽ illam esse probabiliorem, & magis consonam cum humana ratione & experientia.

AD argumenta in principio facta respondet. Ad primũ respõderi potest, ꝙ Philosophus fortè nõ ita expresse loquutus est de potentia extimatiua, aut eam intellexit nomine memoriæ. Vnum autẽ hoc est certũ, ꝙ Philosophus nunquam negauit eiusmodi potentiã, de quo amplius patebit in dubijs sequẽtibus. Ad D.Gregoriũ, & D. Dam. respondet dupliciter. Primo, ꝙ fortè nomine imaginatiuę intellexerunt cõmunẽ sensũ propter maximã vicinitatẽ quã istæ duæ potentiæ habent in ipso organo cerebri, & in pcipiendo species rerũ sensibiliũ. Secundo respondet, ꝙ fortassis loquebatur de sensibus ita interioribus, ꝙ habeant suas operationes in absentia obiecti, & siue cõcursu sensuũ exteriorum, cuiusmodi sunt illæ tres potentiæ. Nã de sensu communi ꝙ habilis est multorũ sentẽtia, quòd nunquã habet operationẽ suam sine cõcursu sensuũ exteriorem, neque aliquid cognoscit in absentia obiecti, de quo posteà dicemus. ¶Ad secundũ respondetur, quòd licet, vt in primo notabili diximus, ijdẽ S. Greg. & Dam. distinguant tres partes in cerebro, vbi sedẽ habent isti sensus interiores, scilicet, anteriorem, mediam, & posteriorẽ; tamen in anteriori parte cerebri, quę latitudinẽ habet, sunt duo organa distinguẽda secũdũ D. Tho. penes diuersam dispositionẽ humidi & sicci, & in vno colocat sensus cõmunis, in altero vero imaginatiuã, siue phantasia. Ad argumentũ vero primæ sententię respondetur quòd D. Thom. in arti. ostendit istos quatuor sensus interiores habere operationes & obiecta formaliter distincta.

Quare

Quare non multum placet nobis Caiet. 2. A de Anima.c.15.vbi dicit, ꝙ in Philosopho nõ cõstat tres potentias esse realiter distinctas, licet constet operationes illarum esse distinctas. Ratio est, quia D.Tho.in artic. tanquam doctrinam collectam ex Philosopho docuit illas potẽtias realiter distingui, quæ veritas amplius patebit posteà.

DVbitatur secundo. Vtrum in his potẽtijs interioribus sint iudicia, vel propositiones, vel discursus aliqui circa singularia sensibilia. B

¶Pro parte affirmatiua arguitur primo ex Aristo.lib.3.de anima a text. 144. vsque ad tex.149.vbi inquit, ipsum sensum communem dicere, album & dulce esse diuersa, discernere, ac denique iudicare; & ibid. S.Thom.lec.3.passim tribuit iudicium sensibus. Et hic expresse ad secundum dicit, quòd sensus proprius iudicat de sensibili proprio discernendo ipsum ab aliis, quę eadunt sub eodem sensu, &c. Denique est vsitatissimus modus loquendi, quòd sensibi- C lia sensu iudicamus. Auris enim verba diuidicat, & fauces comedentis saporem. Iob 12.& 34. Auris enim verba probat, & gustus escas diiudicat. ¶Secundo. Bruta habẽt iudicia, ergo ad sensum potest pertinere iudicium. Consequentia patet, quia bruta carent ratione. Antecedẽs probatur, quia bruta ex sensus cognitione, fugiunt, aut prosequuntur aliqua, vt ouis lupum fugit, & anis congregat palleas, sed sola apprehensio obiecti non sufficeret ad eiusmodi motus & D operationes, ergo requiritur iudicium, quo discernatur hoc esse conueniens, aut discõueniens. Probo minorẽ, quia si sola apprehensio obiecti sufficeret, multa alia fugeret ouis, s. lapidem, &c. Quare ergo hoc fugit, aut sequitur, illa neq; fugit, neq; prosequitur si vtraq; apprehendit? Itẽ probatur eadem minor ex differentia, quam ponit Arist. 3. de ani. tex. 154. inter phantasiam & opinionem, sanè ꝙ cùm opinamur aliquid malum esse, atq; terribile perturbamur; at E cùm imaginamur talia, s. sola apprehensione, perinde afficimur, atq; si in pictura eadem spectaremus. Ex quo videtur colligi, ꝙ cum eiusmodi apprehensio non causet motum in nobis, neque etiam in brutis, e ausa motus erit sine iudicio.

¶Tertio. In quibusdam animalibus videtur esse prudentia, quemadmodum de apibus & formicis docet Aristo. 1. Metaph. cap. 1. & Prouer. 6. de formica dicitur; Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & discę sapientiam. Similiter in aliis animalibus reperitur industria, & sagacitas, vt in vulpe & cane, &c. De quibus multa scitu dignissima refert D. Ambros. libro 6. exame. cap. 3. & 4. & Aristo. 9. histor. cap. 6. & 7. & Plin. libro nono. cap. 42.

¶ Quarto arguitur & probatur, quòd saltim in homine aliqui sensus interiores habeat iudicia, propositiones & discursus. Nam Dt. Thom. in isto arti. & infra quæst. 81. artic. 3. dicit, quòd cogitatiua hominis est collatiua intentionum singularium, sicut ratio intellectiua est collatiua intentionum vniuersalium. Et posteà subdit, quòd hac ratione à Philosophis cogitatiua solet vocari ratio particularis, ergo intelligit D. Thom. quòd hoc habet cogitatiua ex sibi propriis, & vt distinguitur ab extimatiua brutorum. Confirmatur ex D. Thom. in 2. 2. quæst. 49. art 2. ad tertium, vbi dicit, ꝙ recta extimatio de fine particulari est sensus inquantum est particularis. Et inf. subdit hoc esse intelligẽdum de sensu interiori, quo iudicamus de particulari, ergo intelligit D. Tho. de iudicio vt importat propositionem. Nam iudicium quod importat apprehensionem simplicem, reperitur etiam in sensu exteriori, vt infra ostendemus apertè. ¶Quinto ad idem. Cogitatiua est virtus animæ etiam secundùm quòd rationalis est, ergo habet aliquid rationis sibi proprium, scilicet, collationem, vel discursum. Probatur antecedens, quoniam si cogitatiua esset virtus animæ secundum quod sensitiua est, conueniret etiam brutis. ¶ Sextò. Experientia docet, quòd in actu reminiscentiæ est inquisitio vnius ex altero, ergo & discursus. Confirmatur ex Dt. Thom. in hoc artic. Nam in corpore dicit, quòd reminiscentia in homine habet actum per quandam inquisitionem ad modum syllogismi, & nõ p subitam recordationem, sicut habet memoria in aliis animantibus, & in quinto argumento dicit, ꝙ cogitatiuæ actus est componere, conferre, & diuidere. Actus vero reminiscẽtię

est vti quodam syllogismo ad inquirendū, & postea in solutione ad quintum non negat ista, sed dicit, quòd hanc excellentiam habent ex propinquitate & coniunctione ad rationem vniuersalem secundum quandam refluentiam, ergo secūdum D.Th. in his potentijs est compositio & discursus.

IN hac quæstione in primis cauendus est error, quem multi autores tribuunt Laurentio Valle in lib.de Dialectica cap.9. qui ausus est asserere, quòd in brutis est ratiocinatio, & discursus. Et motus est leuissimis argumentis, quorum præcipuum est tertium à nobis propositum. Huic opinioni fauet multum Galenus in oratione suasoria ad bonas artes, & in 2.Metaph. capit. 8. vbi ponit differentiam inter rationem hominis & brutorum, tantum penes intentionem, & eam expresè sequitur autor libri cuiusdam, qui inscribitur, Examen de ingenio, capitulo 3. sed iam totum hoc caput ex eius libris iussum est omnino deleri per sanctam Inquisitionem. & merito. Est enim hæc sententia falsissima & aliena à philosophia naturali. & à communi omnium hominum consensu, & à recta ratione. Primo. Quoniam sacra Scriptura. 2. Pet. 2. vocat pecora irrationabilia. Præterea communis consensus Ecclesiæ & Sanctorum docet, cætera animalia præter hominem carere omni prorsus ratione. Tertiò, Aristo. lib.3.de Anima cap.3.text.157. docet, quòd bestijs inest quidem imaginatio, non autem ratio, & in lib.de memor. & remin.cap.1.lect.4.docet, nulla animal præter hominem reminisci, propterea q reminiscentia est velut quidam discursus aut syllogismus. Quarto. Esse ratiocinatiuum vel discursiuum ita est homini proprium, quòd per hoc distinguitur à cæteris animantibus, & in hoc excedit omnia illa secundum communem intelligentiam sanctorum in illud Gen.1. Faciamus hominē, &c. & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs terræ (de quo testimonio agemus infra quæst.93.) ergo impossibile est, quòd ratiocinari conueniat alijs ab homine. Quinto probatur. Nam si in his animantibus esset ratiocinatio, vel discursus; consequenter esset in illis libertas, atque adeo peccatum & virtus, quę omnia sunt absurda & impossibilia.

¶ Hæc ergo sententia tanquam stultissima relicta, potissima difficultas huius quæstionis est de potentijs sensitiuis in ipso homine. An in aliqua ipsarum sint iudicia, vel propositiones, vel discursus circa singularia, maximè vero in cogitatiua, aut reminiscētia? In qua re est prima sententia quam docuit Auicenna lib.de Anima par.4.ca.2. vbi expresè docet, q cogitatiua & reminiscentia possunt habere propositiones singulares, vel discursus circa singularia. Quę sententia postea placuit alijs autoribus, & videtur placuisse Caiet.in 1.2.q.74.artic.4. vbi docet, q cogitatiua hominis & etiam reminiscentia est collatiua singularium, & eandē insinuat in 2.2.quæst.47.ar.3.& 49. art.2. ¶Secunda sententia est opposita, quę magis communis est inter discipulos D. Thom. quę asserit, q neque cogitatiua formar propositiones singulares propriè loquendo, neque reminiscentia habet discursus circa singularia.

PRo decisione notandum est quid sit iudicium vel iudicare. Est enim secundū primęquam significationē ius seu iustum dicere, vt colligitur ex D. Tho. in 1.2.q.93. art.2. ad tertium. & 2.2.q.60. art.1. ad primum. Iustum autem est, quod est adęquatum siue regulę & mensurę, vt dicitur calceus iustus, quia pedi commensuratus. Ex quo deriuatum est ad significandum rectam determinationem in quibuscunque rebus tam practicis quam speculatiuis. Vnde quia verum est quoddam conforme siue regulę, iudicare solet sępe accipi pro hoc quod est verum dicere, idest, cognoscere. Deinde quia rectum est iudex obliqui, ideo etiam dicitur iudicare cognoscere falsum esse quod est falsum. Nihilominus vsu receptum est, vt ēt cùm quis falsitur circa verum aut falsum, dicatur iudicare, quia siue erret, siue non erret, tamen semper putat se iustum dicere, seu verum cognoscere. Et ita dicit S.Tho.q.1.de verit.ar.3. Tunc iudicat intellectus de re apprehensa quando dicit, quòd aliquid est vel non est.

¶ Notandum est secundo, quòd iudicare in hac secunda acceptione prout pertinet ad cognitionem potest contingere tripliciter. Primo enim accipitur large & improprie secundùm quòd importat simplicem quandam apprehensionem rei, vel obiecti. Quo pacto iudicium etiam potest conuenire sensui exteriori, verbi gratia, quando visus percipit album, &c. Secūdo accipitur minus largè & impropriè, secundùm quòd dicit apprehensionem rei, vel obiecti, vt habet rationem conuenientis vel disconuenientis siue ista conuenientia sit secundùm sensum, vt quando visus iudicat aliquid esse pulchrum, siue conuenientia sit secundùm illa commoda, quę non possunt percipi sensu exteriori, sicut quando ouis apprehendit inimicitiam lupi. In quo sensu Aristote. dixit 3. de Anima capite. 3. text. 154. quòd cum opinamur vel iudicamus aliquid malum & terribile statim perturbamur. Tertio modo accipitur iudicare proprie secundum quòd importat compositionem vnius cum altero, vel diuisionem, secundum quam fit affirmatio vel negatio, in qua sit veritas vel falsitas.

HIs positis sit prima conclusio. Ad quēlibet sensum etiam exteriorem pertinet iudicare accipiendo iudicium large & improprie secundum quòd dicit simplicem apprehensionem rei. Hęc conclusio, probatur primo & secundo argumento proposito in principio, & de ea sumus aliqua loquuti supra in articuli præcedenti dubio 4. Et præterea probatur ex communi vsu loquendi Scripturę & Philosophorum, & sanctorum. In primis Iob 12. dicitur; Nonne auris verba dijudicat, &c. & capit.34. Auris verba probat, & guttur escas gustu dijudicat, &c. & D.Gregor. libro 11. moral. capit.3. dicit, quòd sensus exteriores habēt vim discretionis, & quòd est vnus iudex cerebri, qui intrinsecus præsidet. Et D. Augustin. in 6. libro musicæ capite. 4. & in libro de vera religione, capit. 32. & 33. expresè docet in sensibus esse naturale quoddam iudicium de sensibilibus. Præterea Aristote. in 3. de Anima. cap.2.text.144 & sequentibus docet, quòd visus iudicat differentiam albi & nigri, sensus vero communis iudicat differentiam albi & dulcis. Secundo probatur. Secundùm quòd docet Aristotel. in 3.de Anima. capite.3. text.152. & 161. Sensus nunquam decipiuntur circa propria obiecta, sed semper sunt veri, nisi adsit aliquod extrinsecū impedimentum, ergo iudicat de ipsis obiectis isto genere iudicij. Tertio probatur ex D.Tho. in hoc articulo ad secundum, & in 3. de Anima lect. 3. vbi docet hęc iudicia inueniri in sensibus, & in opus. 57. docet, q in sacramento Eucharistię per fidem sensus à deceptione immunes reddūtur, qui de accidentibus iudicant sibi notis.

¶ Secunda conclusio. Sensus communis potest iudicare aliquid esse conueniens aut disconueniens, & offendere appetitui bonum aut malum secundum sensum, non tamen potest iudicare aliquid esse conueniēs secundùm illa commoda, quę non percipiuntur sensu, sed tale iudicium pertinet ad extimatiuam. Pro intelligentia huius conclusionis notandum est, quod nocumēta, aut commoda animalium sunt in duplici differentia, vt S.Thom. insinuat in ar. Quędam enim sunt commoda, aut incommoda quatenus exteriori sensu percipiuntur, & de ciusmodi dicimus, quod iudicat sensus communis. Quædam sunt inconuenientia propter alias incommoditates, quę sensu exteriori nō percipiūtur, sicut lupus est oui horribilis, & ouis fugit illū nō propter figuram aut colorē, quę oculis percipit, sed propter speciē, quā ex tali figura, & colore æstimatiua naturalis abstraxit, & de huiusmodi non iudicat neq; sensus cōmunis, neq; phantasia, sed sola æstimatiua. Ista cōclusio sic explicata quantùm ad omnes tres partes colligitur aperte ex D.Thom. in hoc art. & in 3. de Anima lect. 4. Et probatur prima pars experientia in illis animalibus imperfectis, quæ non habent nisi sensum commune, & tamē si quis ea tāgat aut pungat, statim refugiunt, & se constringunt; & vt Arist. dicit. 3. de Anima cap. 11. text. 56. sentiunt dolorem, aut voluptatē, ergo sensus cōmunis eorum iudicat aliquid vt cōueniēs. Item nimius calor est nociuus complexioni hominis, sed species coloris recipitur in sensu communi, ergo sentit nociuum secundum illam speciem. Secunda vero pars probatur. Ad hoc iudiciū necessarię sunt species non sensatæ, sed in sensu communi aut phantasia non possunt esse huiusmodi species, verbi gratia, repræsentan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentantes inimicitiam lupi, sicut D.Thom. dicit in articulo, ergo nec potest esse tale iudicium. Tertia pars probatur. In extimatiua ponuntur eiusmodi species non sensatæ (vt D.Th. dicit in isto art. & postea ostẽdemus) ergo ad istam potentiam pertinet tale iudicium.

¶Tertia conclusio. Quicquid iudicat potentia sensitiua inferior, iudicat etiam sensitiua superior, quanuis sub ratione magis vniuersali, verbi gratia si sensus communis iudicat aliquid esse conueniens secundum sensum, etiam extimatiua habet idẽ iudicium, quanuis sub ratione magis vniuersali. Ista conclusio probatur primo ex regula quam adhibet D.Thom. infra quæstione 86. artic. 1. ad quartum, & quæstio. 110. artic. 2. ad secundum. Vbi dicit, quod virtus cognoscitiua superior potest illud, ꝙ virtus cognoscitiua inferior, sed eminentiori modo sicut intellectus cognoscit sensibilia excellentiori modo, quàm sensus, ergo similiter extimatiua iudicat idem quod sensus communis, vel phantasia. Secundo. Iudicium sequitur apprehensionem, sed illa quæ apprehendit potentia sensitiua inferior, apprehendit etiam superior, ergo similiter iudicat id, quod inferior, imo vero in dictum sensus communis perficitur iudicio extimatiuæ, quanuis sit eadem re sensibili sicut in homine iudicium sensus interioris, perficitur iudicio intellectus de eadem re.

¶Sed contra hanc conclusionẽ est argumentũ, ꝙ aliqui magni faciunt. In extimatiua non sunt species sensatæ, ergo nec iudicium de conuenientia rei secundum sensũ. Consequentia videtur nota, quoniam sine speciebus nõ põt esse iudicium. Antecedẽs vero colligitur ex D.Tho. in hoc artic. vbi habetur, quòd species sensatæ recipiuntur in sensu communi, & reseruantur in phantasia, in extimatiua vero & memoria collocat D.Thom. species non sensatas. Confirmatur. Si species sensatas recipit extimatiua, ergo & memoria conseruat illas, & ex consequenti, iam essent duo receptacula ad conseruandas species sensatas, quod videtur aperte falsum, & alienum à litera Diui Thomæ. Ad hoc tamen facile respondetur, quòd sicut sensus communis iudicat de omnibus obiectis, de quibus iudicant sensus exteriores, à quibus percipit species omnium illorum obiectorum non eiusdem rationis, sed eleuatiores & puriores, & abstractiores, per quas tamen potest iudicare de colore secundum quòd est visibilis, & de sono secundum quòd est audibilis, (subultioti tamen ratione) ita prorsus extimatiua ex speciebus sensatis, quæ sunt in phantasia, accipit alias eleuatiores & puriores, per quas potest iudicare de conuenientia rei secundum sensum, sub perfectioti tamen ratione quam phantasia. Species enim sensuum superiorum, eminenter continent quicquid habent species inferiorum, sicut etiam ipsæ potentiæ eminenter continent quicquid habent potentiæ inferiores. Vnde intellectus & eius species intelligibilis eminenter & altissimo quodam modo continent quicquid potentiæ sensitiuę, & species sensibilis. Et in hoc habet fundamẽtum illa maxima, quã adduximus in probationibus conclusionis quòd virtus cognoscitiua superior potest quicquid, &c.

¶Quarta conclusio. Iudicium particulare tertio modo, quod consistit in compositione, vel diuisione, & in quo reperitur veritas vel falsitas, non potest esse in aliquo sensu interiori etiã in extimatiua, secundum quòd in sensus est, & secundũ ea quæ sunt sibi propria. Hæc conclusio probatur primo ex Aristotel. 3. libro de Anima cap. 6. tex. 21. & sequentibus, vbi docet compositionem, & diuisionem esse propriam operationem intellectus, & secundum interpretes Aristotelis ibi includitur altera operatio intellectus, quæ est discursus, propterea quòd est quædam compositio præmissarum cũm conclusione, sed operationes, quę sunt propriè intellectus, non possunt conuenire alicui sensui, ergo. Confirmatur. Nam secundum doctrinam D. Thom. supra quæstione 16. arti. 2. & quæst. 17. art. 2. Veritas vel falsitas in solo intellectu reperitur propriè loquendo, in quo solo reperitur compositio & diuisio, ergo in nullo sensu secundum propria est propositio. Probatur consequentia. Quoniam impossibile est dari propositionem in qua non sit veritas, vel falsitas proprie loquendo. Secundò. Si in cogitatiua vel in reminiscentia esset compositio vel discursus secundum ea quæ sunt sibi propria sequitur, quòd in sensualitate, quę sequitur iudicium cogitatiuę esset aliqua libertas propria præter libertatem voluntatis. Consequens est falsum, ergo. Sequelam huius argumenti concedit Caieta. in illa quæstio. 74. supra citata. Sed minor ostenditur aperte vera contra ipsum in eodem loco, propterea quòd alias sequeretur quòd in ipsa sensualitate posset esse aliquod peccatum ex propria libertate ipsius seclusa libertate voluntatis, quòd tamen reputatur maximum inconueniens, & contra regulam D. Augustin. in libro de vera religione capitulo 14. Si non est voluntarium, non est peccatum. Tertiò. Nam si hoc habent isti sensus, certe idẽ videtur esse tribuendum sensibus etiam brutorum, cũ absolute sint eiusdem speciei, siquidem habent idem obiectum & eundẽ modum cognoscendi, scilicet, per species non sensatas.

¶Quinta cõclusio. Quãuis probabile existimẽ, ꝙ cogitatiua & reminiscentia etiam ex coniunctione ad intellectum non habent prædictum iudiciũ, probabilius tamẽ existimo oppositum. Prima pars probatur argumentis factis pro præcedenti conclusione. Et præterea probatur primò. Quantuncunq; sensus interior sit vicinus intellecti ui, semper tamẽ manet affixus organo corporeo, ergo etiam in hac ratione nõ potest habere operationem, quę est propria intellectus. Et si dicas, ꝙ propria operatio intellectus est, quę versatur circa terminos vniuersales, at vero circa terminos singulares potest etiam componere & diuidere sensus interior, quod videtur asserere S. Tho. in locis citatis inter arguendum, quando dicit, quòd cogitatiua est collatiua intentionum singularium, sicut ratio vniuersalis vniuersalium. Contra hanc solutionem. Probatur conclusio secunda. Ex eo, ꝙ sensus interior sit potentia affixa organo corporeo impeditur, ne possit reflecti supra suum actum (vt docet D.Th. in q. 1. de veri. ar. 9.) sed ex peritia constat, ꝙ in actu inquisitiuo reminiscentię inuenitur aliquando reflexio potentię supra suum actum, ergo sicut ista reflexio supra singularia non est sensus, sed intellectus: ita nec compositio & discursus. Probatur consequentia. Quoniam tanta spiritualitas requiritur ad discursum, quanta ad reflexionem supra proprium actum. Minor vero probatur exemplo. Nam quando intendimus recordari alicuius, quod memoria excidit, contingit aliquando, quod inquirimus per reminiscentiam, & recordamur nos habuisse recordationem illius rei, & ab vno in aliud procedendo tandem deuenimus in actualem recordationẽ illius. Tertio. Copula propositionis nõ potest percipi aliquo sensu interiori, sed nulla propositio potest constare si ne copula, ergo nulla potest esse in sensu interiori. Probatur maior. Quoniam copula cùm sit terminus indeterminatus, consequenter habet, ꝙ sit improportionatus sensui, sicut quicunq; terminus cõmunis siue vniuersalis est improportionatus sensui.

¶His tamẽ non obstantibus oppositum censeo multo probabilius, & conformius D.Thom. in locis citatis inter arguendũ, præcipuè notandus est locus in 2.2.q.49.ar. 2. vbi in corpore dicit, ꝙ cogitatiua vocat intellectus cognoscitiuus minoris propositionis, quã oportet esse singularem in syllogismo prudentię, ergo secundum D. Th. in ipsa cogitatiua est propositio. Quapropter existimo, ꝙ sicut cælum inquantũ corpus ex natura sua nõ potest producere aliquod viuens, ex coniunctione tamen ad intelligentiã, quę est viuens, habet virtutẽ ad producendã viuentia, & sicut phantasma ex natura sua non habet, ꝙ possit producere species intelligibiles, id tamen habet in homine secundum ꝙ coniungitur cũ intellectu agente, cuiusmodi alia multa exempla facillimè poterant adduci, ita etiam cogitatiua & reminiscentia, quanuis ex natura sua & secundum se sumpta, nõ possint habere propositiones, discursus, & iudicia, tamen ex coniunctione ad intellectum & ex participatione virtutis eius potest hęc munia supra suam naturam exercere. Quod adhuc põt probari ex illo communi axiomatẽ. Infimi supremum attingit infimum supremi.

¶Et ad argumenta pro altera sententia facillimè potest respõderi. Ad loca Aristo. & D. Thomas ꝙ intelligũtur de diuersibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa vniuersalia, & propositionibus vniuersalibus, & quòd conueniat ex natura sua. Contra quod non est, quòd alicui id conueniat circa singularia, & non ex natura sua, sed ex coniunctione & participatione ipsius intellectus. Ad aliud, quòd tunc haberet appetitus sensitiuus libertatē; concedimus quòd sicut cogitatiua discurrit circa singularia non ex se, sed ex participatione intellectus, ita etiam in appetitu, qui sequitur eius iudicium, est libertas quædam, quæ conuenit ei non ex natura sua, sed ex participatione voluntatis mediante iudicio cogitatiuæ, in quo est discursus ex dicta participatione. Doctrina est D. Tho. in 2. quæstione 74. artic. 3. ad primum. Ad alia patet ex dictis. Neq; putamus aliquod inconueniens, quòd reminiscentia habeat aliquam reflexionem ex vicinitate ad intellectum circa suos actus, qui versantur circa singularia. Ad aliud de copula propositionis respondetur, quòd quanuis illa copula absolutè sit terminus communis, tamen quando est in propositione, vbi vtrunque extremum est terminus singularis, verbi gratia, Petrus est hoc album, determinatur ad hoc quòd ſter & accipiatur non pro esse in communi, sed pro hoc esse in particulari.

AD argumenta facta in principio respondetur. Ad primum & secundum patet ex dictis in prima conclusione. Ad tertium respondetur ex communi doctrina Philosophorum, quam tradit Albertus 8. libro de animalibus tracta. quinto, capite primo. & postea Di. Thom. in 1. 2. quæstione 13. artic. 2. ad tertium. & in 2. 2. quæstione 47. articulo 15. ad tertium, quòd in his animantibus omnes illæ operationes fiunt instinctu quodam & ductu naturæ, à qua diriguntur & aguntur. Non autem propterea quòd in ipsis inueniatur ratio aut prudentia, aut discursus, aut industria, nisi fortè impropriè, & per quandam similitudinem. Propter quam causam fortè dixit D. Augustl. lib. 11. de ciuitate cap. 27. quòd in animalibus irrationabilibus, quanuis nullo modo sit scientia, est tamen aliqua similitudo scientiæ, & huius veritatis affert signum certissimum D. Tho. quòd omnia animalia, quæ sunt vnius speciei, habent vnum modum operandi. Ex quo colligitur illas operationes procedere ex instinctu naturæ, non autem ex ratiocinatione & discurso. ¶ Ad quartum. Illi, qui tenent primam partem vltimę conclusionis respondent, quòd D. Thom. in hoc art. non dicit, quòd ipsa cogitatiua ex sibi propriis faciat propositionem, aut reminiscentia syllogismos: sed solùm docet esse discrimen inter alia animalia & hominem, quòd cætera animalia simplici tantum apprehensione iudicant ex instinctu naturæ: homo vero iudicat per quandam collationem; & propterea in homine vocatur cogitatiua, quæ in aliis animantibus dicitur extimatiua. Quanuis enim ipsa cogitatiua ex sibi propriis non conferat, aut faciat propositiones, sed ipse homo per intellectum, tamē intellectui ministrat immediatè ipsa cogitatiua sua singularia, & ratione huius ministerij & coniunctionis vocatur hæc potētia collatiua, vel cogitatiua. Et ad eundem modum intelligendus est D. Tho. in quæst. 14. de veritate art. 1. ad nonum, vbi eodem modo loquitur. Ad confirmationem etiam respondent, quòd D. Thom. in illo loco solùm intendit docere, quod in sensu interiori est extimatio & iudicium de re particulari, quod nos concessimus in secunda conclusione, sed non intelligit de iudicio propriè sumpto, quod est propriè sed impropriè, & per similitudinem. ¶ Ad quintum itidem respondent primo negando antecedens, imo vero quilibet sensus etiam interior procedit ab anima secūdùm quòd sensitiua est, & non intellectiua est. Et ad probationem respondetur, quòd ipsa substantia potentię cogitatiuæ reperitur etiam in aliis animantibus perfectis, sed in homine habet actum perfectiorem ex cōiunctione ad rationem. Secundo respondent quòd cogitatiua est potentia animæ sensitiuæ non vtcumque, sed secundùm quòd coniuncta est cum intellectiua, & hoc sufficit vt distinguatur ab extimatiua aliorū animalium. ¶ Ad sextum tenendo eandem priorem partem quintæ cōclusionis respondetur eodem modo sicut ad quartū, quòd reminiscentia in homine satis distinguitur à memoria aliorum animalium, non ex eo quòd ipsa propriè habeat discursum, sed quia coniungitur intellectui, in quo propriè est discursus, ipsa reminiscentia ministrante illi singularia, sicut diximus de cogitatiua. Ad confirmationem respondetur eodē modo. Vbi notandum est, quòd D. Tho. consulto dixit, quòd reminiscentia procedit ad modum syllogismi, ad significandum quòd propriè loquendo non discurrit, sed per quandam similitudinem, ex eo quod coniungitur cum intellectu discurrente. Et ad verba D. Tho. ex quinto argumento respondetur, quòd Di. Tho. in solutione ad quintum, nunquā admittit quod cogitatiua propriè componat, vel reminiscētia discurrat: sed solum dicit, quòd eminentiam quandam habēt istæ potentiæ ex vicinitate & coniunctione ad rationem. Et hoc vocat per quādam refluentiā, & non per id, quod est proprium sensitiuæ partis. Nihilominus tamen nos, qui iudicamus secundam partem illius conclusionis probabiliorē, respondemus autoritates adductas in quarto argumento D. Tho. illam conuincere, quod & idem probant quintum & sextum argumentum.

DVbitatur tertio. Vtrum sensus cōis sit ponendus, & in qua parte cerebri constituatur? ¶ Ad hoc respondetur quòd omnes philosophi tenent sensum cōem esse ponēdum. Huius rei duas causas assignat hic S. Tho. quas desumpsit ex Aristo. lib. de somn. & vig. c. 2. & secundum aliquos eam etiam ponit Arist. 2. de Ani. tex. 136. Prima causa est, quòd præter notitiam directam, quam habent animalia de suis sensibilibus exterioribus habent ēt notitiam reflexam, qua cognoscant se sentire, eiusmodi autem cognitio non potest fieri per ipsos sensus exteriores, quapropter necesse fuit statuere sēsum communem per quem animal cognosceret se videre, aut se audire, &c. Hanc rationē copiosē iam explicuimus art. præced. in dub. 10. ¶ Secunda causa quam assignat D. Thom. est, quòd animal non tm discernit inter album & nigrum: sed ēt inter albū & dulce & sonorū, hæc autem discretio inter obiecta sensuum exteriorum non pōt fieri per aliquem sensum particularem, propterea quòd nullus sensus particularis potest se extendere vltra suum obiectum formale. Quapropter necesse fuit ponere in animalibus sensum communem, ad quem pertinet cognoscere hanc differentiam inter obiecta sensuum particularium. Hæc secunda causa desumpta est ēt ex Aristo. in 3. de Anima. c. 2. tex. 144. quam etiam ibi explicat S. Tho. lect. 3. & eandem causam tradit supra q. 57. ar. 2. Ad cuius explicationē norandum est quòd duplici modo potest aliqua potentia discernere contraria. Primo Persipiendo differentiam quæ est inter illa, tanquam obiectum suum. Et hoc pacto cognoscit intellectus vel cogitatiua illam differētiam. Alio modo per hoc quod ipsa potentia apprehendit eiusmodi contraria diuersis immutationibus aliter afficientibus ab vno obiecto quam ab altero. Et hoc secundo modo intellexit Di. Tho. sensum cōem percipere differētiam inter obiecta sensuū exteriorū, qm̄ vt postea explicabimus sensus communis immutatur etiam ab ipsis obiectis sensuum exteriorum. De hac secūda causa legendus est Caie. in 2. de Ani. ca. 14. vbi illam tractat. Alij vero autores solent adhibere tertiam causam ex Commētatore 3. de ani. tex. 134. Videlicet vt sit aliquis sensus proprius cui per se competat percipere sensibilia communia. Et D. Tho. in illo opus. 43. c. 4. non reprobat istā cām. Cæterum in 2. de Anima. lect. 13. illā reiicit ex professo tanquam falsam. Et rō est. Qm̄ sensus cōis est potentia ad quā per se terminantur immutationes sensuum exteriorum, ergo non potest habere aliqd obiectum proprium quod non sit etiam obiectum alicuius sensus exterioris. Quod si qs nobis obiiciat quod sensibilia communia cognoscuntur non per se primo, sed mediis sensibilibus propriis, vt explicatum est in art. 3. dub. 4. ergo oportet esse aliquam potentiam, à qua per se primo percipiantur illa communia sensibilia. Probatur consequentia. Qm̄ secundum regulam Arist. lib. 11. Metaph. c. 7. prius est illud quod est per se, quā illud quod est per aliud. Ad hoc respondetur primò, quòd illa regula Arist. debet intelligi nō quidem quòd omne quod est per aliud, sit ēt per se in ordine ad aliam cām, vel potentiam. Sed in hoc sensu, quòd omne per aliud reducitur ad illud quod est per se primo, cui adiungitur. Quēadmodū videmus in hoīe & risibili per cōparationē p ordinē ad generantē. Nā generatio homi

nis per se primo terminatur ad hoiem: ad risibile vero per se secundo, siue per aliud. Nihilominus tñ risibile nunquã comparatur per se primo ad aliquã cãm generantẽ. Secundo dico, quod sensus cõis quãuis nõ habet aliqua alia obiecta, pter obiecta sensuum exteriorũ, tñ oĩa illa particularia sensibilia respicit ĩadequatè, & sub vna quadã rõne formali cõi & sibi adequata, quæ est rõ sensibilis exterioris. Ita docet D.Tho. supra q.1.art.3.ad 2. & de veritate q.15. ar.1. ad 3. Et ab ista ratione cõi adequata accipit sensus cõis suam essentiam & distinctionẽ ab aliis sensibus interioribus. Quantũ ad fm, oẽs Philosophi conueniunt in hoc, q organum sensus cõis est prima cellula cerebri quæ est super frontẽ in qua radicantur oẽs nerui descendẽtes ad organa sensuum exteriorum, vt à sensu cõi deriuetur virtus sentiendi ad oẽs sensus exteriores, sicut à fronte deriuantur varij riuuli, & ad sensum cõem transmittuntur oẽs species obiectorum q apprehenduntˉ à sensibus exterioribus, omnes.n. sensus exteriores vniuntur in sensu cõi, sicut multæ lineæ egredientes à circunferẽtia vniuntur in centro circuli, & fm Auicen. se habent sensus exteriores ad sensum cõem sicut serui ad Regem ad quẽ reuertuntur cum lucris. Quidquid.n. oculus videt eius speciem transmittit ad neruos qbꝰ affixi sunt oculi ad sensum cõem. Idem intellige de auditu & odoratu, &c.

DVbitatur quarto. An iste sensus communis solum sentiat in præsentia sensibilium exteriorum, & per notitiam quandam intuitiuam, An vero cognoscat etiam in absentia sensibilium, & per notitiã quãdam abstractiuam? ¶In hoc dubio Caieta. 2.de Anima c.15. & lib.3.cap.7. circa quintam conclusionẽ opinatur quòd sensus cõmunis solum habeat cognoscere in præsentia sensibilium exteriorũ, & qñ sensus exteriores percipiunt illas: ita q iste sensus nũquam habet notitiã abstractiuam, sed semper intuitiuam. Et per easdem species per quas ipsi sensus exteriores immutantur tãquam radix & consummatio ipsorum sensuum exteriorum. Et subdit Caiet. quod in hoc differt sensus communis à phantasia, quod phantasia supponit sensum in actu perfecto. At vero sensus communis non supponit sensum perfectum: sed potius est consummatio ipsius exterioris sensationis. Hæc doctrina Caieta. videtur consona cum doctrina Di. Thom. in 1.2. quæst. 15. arti.1. dicit, quòd prius est sensus, quàm fit cognoscitiuus rerum præsentiæ, vis autem imaginatiuæ est apprehensiua similitudinum corporalium, etiam rebus absentibus, quarum sunt similitudines. Et postea quæst.17. arti.7. ad tertium dicit, quòd quia ad apprehensionem sensus requiritur præsentia sensibilium exteriorum, non est in nostra potestate apprehendere aliquid sensu nisi sensibili præsenti. Et statim subdit hoc non esse necessarium in potentia imaginatiua. Alij verò discipuli Di. Tho. contrarium opinantur, videlicet quod sensus communis cognoscit etiam in absentia sensibilium exteriorum: ita quod habet aliquando notitiam abstractiuam. Et probant suam sententiam. Primo ex D. Tho. infra quæstio. 84. articulo 8. ad secundum vbi dicit, quod si motus vaporum fuerit modicus, non solum ipsa imaginatio manet libera, sed etiam sensus communis ex parte soluitur, ita quod homo rudetur interum dormiendo ea quæ videt esse somnia, quasi diiudicans inter res & similitudines rerum. Cæterùm ex alia parte manet sensus communis ligatus. Et propterea quanuis aliquas similitudines discernat à rebus, semper tamen in aliquibus decipitur, ergo secundùm D.Thom. sensus communis cognoscit in absentia sensibilium. Secundo probant ex Di.Thom. in hoc arti. ad sextum, vbi explicans locum Di. Augu. lib.12. super Gene. ad literam. capi.24. & sequen. (qui constituit tria genera visionum, nempe corporalium quę fiunt per sensum, & spiritualium quæ fiunt per imaginationem, & intellectualium quæ fiunt per intellectum) respondet, quod visionem spiritualem vocat quæ fit per similitudinem in absentia corporum, vnde communis est omnibus interioribus apprehensionibus: sed sensus communis connumeratur inter sensus interiores, ergo secundùm Di. Tho. habet hanc visionem spiritualem in absentia sensibilium. In hoc dubio vtraque sententia si rectè intelligatur habet suam probabilitatem.

¶Quapropter sit prima cõclusio. Quando sensus communis habet cognitionem distinctam & perfectam, semper cognoscit in præsentia rerum sensibilium. Hæc conclusio probatur primo ex locis D.Tho. adductis ex.1.2. & ex his quæ adduximus dubio 2. ad probandum quod sensus communis est qui tetminat immutationes sensuũ exteriorum: Secundo probatur ex D. Tho. in hoc arti. vbi docet, quod sensus communis ponitur in animali ad percipiendas species sensatas in præsentia sensibilium. Et phantasia ponitur ad conseruandas illas species in absentia sensibilium, sicut etiam probatum est dubio 1. ergo secundùm Di. Tho. sensus communis semper cognoscit in præsentia sensibilium. Tertio probatur. Sensus exteriores nunquam operantur nisi concurrente simul sensu communi à quo oriuntur. Quemadmodum etiam docuit D.Gregor. lib.11. moralium c.3. ergo è contra etiam ipse sensus communis non operatur sine sensu exteriori quando perfectè cognoscit. Probatur consequentia. Quoniam alias non possemus rectè percipere, quo pacto sensus communis se habeat tanquam radix vel centrum in ordine ad sensus exteriores. Quarto probatur. Quoniam D.Th. in hoc artic. tam in corpore quam in solutione ad secundum, non assignat distinctionem inter sensum communem, & sensus particulares, nisi tãtum in illis duabus causis quas explicuimus dubio 2. nunquam tamen ponit discrimen penes hoc quod est cognoscere in præsentia sensibilium, & in absentia, Imo vero potius docet in hoc esse pares, ergo quantum ad cognitionem distinctam, ita tenendum est.

¶Secunda conclusio. Quando sensus cõmunis habet cogoitionem imperfectam & indistinctam, potest cognoscere in absentia sensibilium. Ista conclusio probatur testimoniis D.Tho. adductis pro secũda sententia, ex quibus maximè probabiliter colligitur. Secundo probatur & explicatur, qñ ad illam cognitionem imperfectam, sufficiens est aliqua species non desumpta ex sensibus exterioribus, sed deriuata ab ipsa phantasia in sensum communem propter vicinitatem organi, ergo illa specie mediante poterit cognoscere indistinctè. Qui ergo defendit primam conclusionem, quã etiam tanquam probabiliorem docet Toletus ille in lib.3. de Anima. capi.3. q.6. respondeat ad argumenta secundæ sententię quod D. Th. satis explicatur & saluatur de cognitione imperfecta sensus communis, qualis contingit in somniantibus. Maximè vero quoniam in solutione ad sextum huius articuli D.Thom. nunquam dixit quòd visio spiritualis in absentia corporum, est communis omnibus interioribus sensibus. Sed quod est communis omnibus interioribus apprehensionibus, vt ostenderet qd apprehendere in absentia obiecti non solum conuenit imaginatiuæ, sed etiam extimatiuæ & memoriæ, quæ sunt potentiæ mediæ inter imaginatiuam, & intellectũ, nam de his potentiis procedebat sextum argumentum, & nullo modo de sensu communi. Qui vero defendunt secundam conclusionem respondeant ad argumenta facta pro prima quòd omnia illa probant de sensu communi quantum ad cognitionem perfectam & distinctam. Ad illa verò loca citata ex. 1. 2. respondeti posset quòd Di. Tho. nihil ibi meminit de sensu communi, sed assignabat discrimen inter sensus exteriores & imaginatiuam, quod illa cognoscit in absentia obiecti, isti vero semper in præsentia sensibilium. Et hæc de hoc dubio.

DVbitatur quinto. Vtrùm phantasia sit motus à sensu secundum actũ factus, & sit potentia cognoscitiua.

¶Pro parte negatiua arguitur primo. Nam ista diffinitio ita conuenit sensui cõmuni sicut phantasiæ. Nam etiam sensus communis potest dici quantum ad actum suum, quòd est motus factus à sensu, id est, ab immutatione sensus exterioris. Non enim sensus communis sentit nisi ad eum terminetur immutatio exterior. Confirmatur. Quia potentia animæ non est motus, sed principium motus, sed phantasia est potentia animæ, ergo non est motus. Confirmatur secundo. Nam contingit homini phantasiari etiã nullo sensu exteriori actu sentiente, vt patet in somniante, ergo non benè dicitur, quòd phantasia est motus factus à sensu secundum actum. ¶Secundo & probatur, quòd non sit potentia cognosci-

gnoscitiua. Nam si imaginatiua esset potentia cognoscitiua, sequitur quòd semper actu cognoscat quando habet species, consequens est contra experientiam, ergo. Probatur sequela. Primò. Quoniam nihil illis videtur deesse, vt actu cognoscant. Secũdo. Quoniam sensus communis quotiescunq; habet species semper actu cognoscit. Confirmatur. Extimatiua quãdocunque habet species habet ẽt actualem operationem, ergo similiter illi sensus si sunt cognoscitiui. Probatur consequentia ex paritate rationis.

¶ Tertio. Nam si imaginatiua cognoscit, esset sensus communis superfluus, et si memoratiua cognosceret, esset superflua extimatiua, consequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Quoniam illud, quod cognoscit sensus communis, satis cognoscitur per imaginatiuam, & quòd apprehendit extimatiua sufficienter cognoscit memoratiua. Confirmatur. Quoniam sequeretur ex opposita sententia quod nulla esset ratio distinctionis inter imaginatiuã, & sensum communem, maximè vero secũdum illam opinionem, quòd sensus communis cognoscit in absentia sensibilium, & recipit in se species sensatas, & similiter si memoria cognosceret, nulla esset ratio distinctionis inter extimatiuã, & memoriã, cũ vtraq; potentia recipiat species non sensatas, & cognoscat obiecta non sensata.

¶ Quarto. Nam sequitur q̃ sensus communis non distinguatur nisi accidentaliter ab imaginatiua. Consequens est falsũ, ergo. Probatur sequela. Vtraque potentia cognoscit per easdem species, & eiusdem rationis, & tantum differunt penes hoc q̃ vna benè retinet, & altera non, quæ differentia tantum est accidentalis, aut dato, quòd sit essentialis, saltim sequitur, quòd in ratione potentiæ cognoscitiuæ non differant, ergo. Antecedẽs autem patet. Nam species, quas sensus communis recipit à sẽsibus exterioribus, conseruantur in imaginatiua, & per eas vtraque potentia cognoscit. Certe difficile videtur explicare, in quo differant istæ species. Quod si non differunt, certe potentiæ eiusdem speciei videntur. Nam potentiæ distinctæ speciei necessãrio debent habere species diuersæ rationis. Confirmatur. Imaginatio nihil plus minusvè cognoscit quam sensus communis, ergo sunt eiusdem speciei. Antecedens est clarum, siquidem vtraque potentia cognoscit omnia sensata, & non plus quã sensata. Cõsequentia vero patet. Quia potentiæ distinguuntur per obiecta. Quòd si quis dicat imaginatiuã in absentia obiecti cognoscere. Respõdetur, q̃ hoc nõ variat rationem potentiæ, magis quam si oculus ex propinquo aut remoto videret, aut si visus meus videret in absentia, & alterius in præsentia.

IN hac quæstione Auicenna in 6. naturalium parte 4. cap. 1. quem refert S. Tho. in 2. contra gent. cap. 74. docuit imaginatiuam & memoriam solum esse conseruatiuas specierum, non aũt cognoscitiuas. Quæ sententia iudicatur probabilis à quibusdã recentioribus, & de memoria existimat esse sententiam probabiliorem Toletus 3. de anima q. 6.

¶ Pro decisione est notandum primo, q̃ licèt communiter vt patet ex D. Thom. in isto articulo, & ex his, quæ diximus dub. 1. acceptentur quatuor virtutes interiores, scilicet, sensus cõmunis, phantasia seu imaginatiua, æstimatiua seu cogitatiua, memoria seu reminiscentia, tamen non constat certo apud Arist. quid ipse de hoc senserit. Nam in capite. 15. lib. 2. de anima, vbi tractat de viribus interioribus, tantum facit mentionem de sensu communi, & phantasia. Verum est tamen, quòd in alijs locis mentionem ipse fecit memoriæ & reminiscentiæ. Vnde nomine phantasiæ ibi intelligit Aristote. tres vires animæ interiores excepto sensu communi. Est enim phantasia nomen genericum, quod distinguitur in tres species, quarum vna propter penuriam nominum remansit nomine generis, sicut sæpe contingit. Cuius signum est, quòd in homine absque dubio cogitatiua est, quæ ministrat intellectui, & tamen eius species siue idola & simulachra, quæ formar, solet ipse Arist. & D. Tho. imo omnes communiter phantasmata dicere, vt quando dicimus: Oportet intelligentẽ phãtasmata speculari, & quòd phantasmata vt assumuntur ab intellectu agente habent virtutem producendi species intelligibiles, quæ

quæ certe de cogitatiua intelligi debent. Ita explicant Arist. Caiet. in 2. de anima cã. 15. & Iauellus in 2. de anima quæst. vltima. Imo vero D. Thom. expresse Aristot. interpretatur. 3. de anima lectione. 16. Vbi circa diffinitionem quid nominis, phantasiæ, in hac acceptione. Aduerte, quòd phos in græco est idem quòd lux, & inde venit phanos quod est apparitio, vel illuminatio, & phantasia. Et quia visus est præcipuus inter alios sensus eo quòd est spiritualior, & plurium cognoscitiuus, nomine visus, vires interiores appellantur phantasia. Ita dicit Aristote. expresse in 2. de anima text. 161. In hac ergo acceptione Aristote. ibi diffiniuit phantasiam secundum quòd est commune ad phantasiam in particulari seu imaginatiuam, & ad extimatiuam & memoriam dicens, quod est motus a sensu secundum actum factus. Cuius diffinitionis sensus est vt ibi D. Thom. exponit, quòd est motus à sensu factus, quia phantasia nõ potest fieri sine sensu, sed tantum est in habentibus sensum, scilicet, in animalibus, & est illorum tantum, quorum est sensus, scilicet illorum, quę sentiuntur. Angeli enim non habent phantasiam, neque ea quæ sũt intelligibilia tantum, non cadunt in phantasiam. Præterea, in hac diffinitione nõ diffinitur ipsa potentia phantasiæ, sed operatio ipsius potentiæ phantasticæ. Vnde ly phantasia accipitur hic pro phantasiari, sicut aliquando sumitur voluntas pro ipso velle. Cæterum ex hoc facile colligi potest diffinitio ipsius potentię. Est enim principium huius motus, siue actus qui est à sensu secundum actum factus. Itaque phãtasia dicitur motus à sensu secundum actũ factus non quia phantasia non possit habere actum in absentia obiecti, hoc enim falsum est, vt patet in dormientibus; sed quia non potest habere actum nisi circa sensibilia, quæ prius perceptа fuerunt à sensibus exterioribus, & à sensu communi, vnde actus phantasię præsupponit quòd in actum fuerint redacti sensus exteriores, & sensus communis, & propterea dicit, quòd est motus à sensu secundum actum caudactum iam in actu. Vnde hæc diffinitio est veluti causalis, sicut quando diffiniuit Aristotel. sonum. 2. de anima cap. 8. quod est motus ex percussione duorum corporum causatus, intelligitur præsuppositiue, & antecedenter ita vt sit sensus. Sonus est, qui causatur, siue præsupponit motum duorum corporum, quæ se adinuicem percutiunt. Similiter solemus dicere quòd ita est ascensio sanguinis circa cor, id est, præsupponit ascensionem sanguinis circa cor. Ita prorsus in hac diffinitione, phantasia est motus a sensu secundum actum causatus, ideſt, est motus, qui præsupponit sensum in actum redactum, quanus quando actu phantasiatur non est necesse, quòd ẽt sensus sentiat actu, sed satis est quòd iam fuerit in actum redactus. Et huius ratio est, quia omnis nostra cognitio interior tam intellectiua, quam sensitiua ortum habet à sensu, ideſt, à cognitione sensus exteriorис. Quod si dicas. Phantasia intelligere potest montem aureum, cuius species non accepit à sensu, ergo falsum est, quòd phãtasia in omni suo actu præsupponit sensum in actum redactum. Respondetur, quòd phantasia ex speciebus montis, & ex speciebus auri, quas accepit à sensibus, elicit aliam tertiam qua cognoscit montem aureum, & ita ratione partium sensus priùs fuit reductus in actum, quam phantasia illum montem aureũ cognosceret. Sicut ẽt omnis cognitio intellectiua ortum habet à sensu; quamuis sepissimè ex speciebus, quas intellectus agens producit mediantibus phantasmatibus ipse intellectus eliciat alias. Sicut D. Thomas supra quæst. 12. art. 9. ad secundum, dixit contigisse in recordatione D. Pauli, qua recordabatur eorũ quę vidit in Diuina essentia.

¶ Secundo notandũ est, q̃ phantasia situatur in secunda parte cerebri in parte anteriori capitis post sensum cõem, & id optima ratione prouidit. Nam phantasia habet retinere & conseruare species apprehensas à sensibus exterioribus, & transmissas ad sensum communem: verbi gratia, visus in se recipit colorem pomi, & figuram, hanc speciem transmittit per neruos ad sensum communem, & sensus communis eam transmittit ad phantasiam, in qua vt in quodam thesauro conseruantur. Idẽ intellige de omnibus speciebus. Et si quæras, quare

quare sensus communis recipiens tales spe A cies non retinet, & eas conseruat sine hoc quòd transmittat eas ad phantasiam. Respondeo quod sensus communis non potest eas retinere. Nam situatur in prima parte cerebri super frontem, vbi est multa humiditas, & mollicies, proprium est autem rei mollis, bene & faciliter recipere, male autem retinere, sicut cera mollis recipit figuram sigilli, & male retinet, facile est enim talem figuram delere. Hæc igitur est ratio, quare sensus communis cùm faci B litate species sensatas recipiat à sensibus exterioribus, sed eas non potest retinere, & ideo est necesse, vt transmittantur ad aliã potentiam quæ sit situata in parte sicca ipsius capitis, & hæc est phantasia. Nam in secunda parte anterioris capitis non est tã ta humiditas, & est maior duricies, & ideo phantasia, quæ ibi situatur, bene retinet, & conseruat ipsas species, & ideo vocatur à philosophis thesaurus specierum sensatarum. ¶ Tertiò notandum est, quòd neces- C sitas ponẽdi phantasiam est, vt animal perfectum, cui non semper coniuncta sunt ea quę sunt opportuna regimini vitæ suę, ex recordatione rerum, quę sunt necessariæ vi tę suæ moueretur localiter ad quærendum ea, verbi gratia homo non semper habet ci bum sibi præsentem, & quando famescit incitatur ad quærendum cibum. Non posset autem citari nisi haberet in phantasia sua species panis & pomi conseruatis. Ex ijs enim speciebus conseruatis recordatur, D quòd panis & vinum, & pomum, quæ aliquãdo gustauit, sunt cibus sibi conuenies, & ideo quando famescit, mouetur localiter ad quærendum cibum. Sic incitatur canis, sic leo ad vænandum quando famescit ex recordatione ciborum sibi conuenientium. Vnde inquit Aristo. in 3. de anima, quòd animalia patiuntur, & operãtur per phantasiam. Animalia verò imperfecta, quæ non mouentur secundum locum, vt ostrea, non habent phantasiam determi E natam, vt dicemus dubio sequenti, quoniã habent suum cibum, quicunque sit, semper sibi præsentem, & ideo non est opus ei recordari, nec moueri ad aliquem locum diffantem ad quærendum cibum.

His positis est prima conclusio. Phanta sia seu imaginatiua est bene conseruatiua specierum sensatarum, sicut memoria specierum non sensatarum. Hæc conclusio ab omnibus conceditur, & sequitur ex dictis. Etenim vt dicebamus in secundo notabili habet retinere species sensatas & transmissas à sensu communi propter suam duritiem & siccitatem. Est enim veluti thalamus, & thesaurus sensus communis, vt dixit Algazel. Nam sensus communis est sicut rex in solio, ad quem redeunt sensus exteriores cum speciebus apprehensis sicut serui cum lucris, & has species velut lucra recondit conseruanda in phantasia & in suo thesauro. Vnde quamuis phantasia absolute sit potentia nobilior quam sensus communis propter alias operationes, quas habet, in hac tamen ratione excedit à sensu communi propterea q̃ subsecuit illi, quodammodo & ab eo recipit species conseruandas ad phantasiandum in absentia obiectorum.

¶ Secunda conclusio. Phantasia non solum est retentiua, & bene conseruatiua specierum sensatarum, sed etiam apprehensiua, & cognoscitiua. Idem dico de memoria seu reminiscentia respectu specierum non sensatarum. Hęc conclusio est contra Auicennam, sed probatur primo ex Aristotele. Nam tertio de anima capite. 3. tex. 153. & 154. docet hanc esse differentiam inter imaginationem, & opinionem, quod phantasia quamuis cognoscat, & apprehendat, non tamen mouet nos, quemadmodum non mouet nos ea quæ videmus in pictura, opinio vero alicuius mali mouet nos. Præterea. Imaginari est in nostra potestate, opinari vero non est in nostra potestate, quoniam semper est alicuius veri aut falsi. Et in hoc capite. 3. multi interpretes Aristotelis docent hãc conclusionem secundam tanquam manifestam, & expressam mentem Aristotelis. Albertus Magnus in 3. de anima tract. 1. cap. 6. vsque ad 9. Et Ægidius super textum ibi dubio 2. & 3. & 4. Eandem sententiam docet de imaginatiua Titelmanus lib. 10. philosophiæ c. 3. Probatur secundo, quòd sit doctrina D. Th. quoniam inf. q. 81. art. 3. ad secundum dicit, quòd appetitus sensitiuus natus est mo-

moueri non solum ab extimatiua, sed etiã A ab imaginatiua, & sensu. Sed manifestum est, quòd appetitus semper mouetur media apprehensione potentię cognoscitiuæ, ergo imaginatiua est apprehensiua secundum D. Thom. Præterea. Infra quæstione 84. articu. 8. ad secundum expresse tribuit potentiæ imaginatiuæ, quòd habeat iudicium, & cognitionem, & in 1.2. quæst. 15. artic. 1. & quæst. 17. art. 7. ad tertium docet, quòd imaginatiua habet apprehensionem quæ potest subiacere impe B rio rationis. Tertio probatur ratione. Experientia constat, q̃ passim imaginamur multa, quæ iudicamus non ita esse, hoc autem iudicium non potest pertinere ad extimatiuam, ergo pertinet ad imaginatiuam. Confirmatur. Eadem experientia nos docet, q̃ sępè recordamur præteritorũ vt præterita sunt, sed iste actus non põt conuenire alteri sensui interiori, q̃ memoriæ, ergo.

¶ Tertia conclusio. Phantasia non solum habet percipere per species sensatas, C sed etiam habet illas adinuicem componere. v.g. in phantasia est conseruata similitudo montis, quem aliquando vidi, & similitudo auri, quod aliquando vidi, phantasia habet virtutẽ ad componendas has duas species ad inuicem, & fingendum montem aureum, licèt non inueniatur in natura. Cõclusio est D. Thom. supra quæst. 12. art. 9. ad secundum. Ex hac conclusione sequit, quòd omnia entia fictitia vt sunt figmenta poetarum, entia chimerica. v.g. animal, D cuius caput sit leonis, & pedes auis, & cauda serpentis, & alæ vulturis &c. omnia huiusmodi sunt per operationem phantasiæ componentis varias species rerum sensibilium ad inuicem. Et si potest phantasia hęc chimerica componere, dum homo vigilat, potest multo magis dum dormit. Vnde à phantasia plerumque causantur visiones, quæ fiunt in somnijs, & nisi hæc potentia existeret in animali perfecto, nũquam animal nec homo somniarent. Et propter hãc E rationem, hæc potentia (quę alio nomine vocatur imaginatiua) manet cum nomine generis, & appellata est phantasia. Quia vt dicebamus in primo notabili phantasia idem est græce, quod apparitio, siue illuminatio, & inde deriuatur phanta-

A sia, quasi apparitiua, ideſt, causans apparitiones & visiones. Ex quo patet, quòd phãtasia in suis operationibus decipitur sæpissimè & multo magis quam sensus communis. Nam sensus communis semper iudicat, in presentia obiectorum saltim quãdo percipit perfectè, & dum sensus exteriores percipiunt sua sensibilia propria, circa quę talia non possunt, at vero phantasia in absentia obiectorum potest percipere. Quam tẽ copiosè & bene explicant Arist. & D. Tho. B 2. de anima tex. 161.

¶ Quarta conclusio. Phantasia seu imaginatiua est eiusdem rationis, & speciei cũ sensu communi in ratione potentiæ cognoscitiuæ, similiter memoria & æstimatiua; differunt tamen in ratione retinendi species. Prima pars huius conclusionis cuidenter vt videtur mihi, probatur quarto argumento facto à principio. Quod confirmatur. Nam certe tam sensus communis, quã imaginatiua intelligunt per species, sensatas, similiter æstimatiua, & memoria per C species non sensatas, species sensatæ, quibus cognoscit sensus communis, & imaginatiua, & species non sensatæ, quibus cognoscit æstimatiua, & memoria, sunt eiusdem rationis, ergo & potentię. Probatur cõsequentia. Nam potentiæ specie distinctæ habent etiam species distinctas & diuersi generis, vt patet inductiuè in omnibus potentijs. Secunda pars probatur. Nam distinguuntur secundum dispositionem organi, D scilicet, quia humidum bene recipit, & male retinet, siccum autem bene retinet, licet non facile recipiat, ergo penes hoc distinguentur. Cæterum non est existimandum eas potentias, quæ bene retinent, esse vsq; adeo siccas, vt nihil humiditatis habeant, sed quia non sunt partes tam humidæ, dicuntur siccæ, quin potius crediderim totũ cerebrum esse humidissimum.

¶ Quod si arguas contra primam partẽ huius conclusionis. Nam ex ea videtur sequi, quod tantum sint duæ potentiæ interiores, scilicet, sensus cõmunis, & æstimatiua, quod est contra ea, quę diximus dubio primo huius articuli. Probatur sequela. Distinctio penes bene aut male retinere, facile aut difficile recipere, nõ est distinctio specifica sed materialis, s. penes dispositionem organi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

organi, & ex alia parte in ratione cognoscendi sunt eiusdem speciei, ergo tantum erunt duæ potentiæ. Præterea. Istæ potentiæ habent diuersas naturas, & habent actus omnino diuersos, & incommunicabiles, ergo in ratione potentiæ cognoscitiuæ. Nam memoria habet actum reminiscendi, quē non potest habere æstimatiua. Similiter, imaginatiua habet componere species sensatas ad inuicem, & per eas intelligere, qđ non habet sensus communis, ergo.

¶Ad primum horum respondetur concedendo quòd in ratione cognoscitiui tantum sunt duæ potentiæ interiores, quæ distinguūtur specie; absolute tamen sunt quatuor. Propterea quòd istæ potentiæ à Diu. Thom. vt patet ex toto discursu articuli non distinguuntur penes modum cognoscendi, cùm in hoc conueniant, sed penes modū recipiendi, in qua rōne distinguunt specie. Etenim sensus communis in ratione potentiæ receptiuæ distinguitur specie ab imaginatiua, quia ille bene percipit & male retinet, hæc autem bene retinet, & male percipit species sensatas. Similiter æstimatiua bene percipit species nō sensatas, & male illas retinet, memotia autem, male illas recipit, & bene retinet. Vnde in hac ratione sensus communis, & æstimatiua pertinent ad secundam speciem qualitatis, sed naturalem impotentiā, at vero imaginatiua & memoria ad naturalē potētiam. Quare sunt quatuor potētiæ. Nam sensus communis sub specie naturalis impotentiæ distinguitur ab æstimatiua, quia ille recipit bene, & male retinet species sensatas, hæc aūt recipit bene & male retinet species non sensatas. Similiter imaginatiua, & memoria sub specie naturalis potentiæ distinguuntur, quia illa recipit male & retinet bene species non sensatas, hæc autem recipit male, & retinet bene species non sensatas. Ex quo sequitur, quod imaginatiua inquantum percipit, distinguitur specie à seipsa inquantum retinet. Similiter sensus communis distinguitur inquantum est cognoscitiuus à seipsa inquantum est perceptiuus. Idem dico proportionabiliter de imaginatiua, & memoria. Ad secundum concedo, quòd imaginatiua habeat aliquos actus, quos non habet sensus communis, & memoria quos non habet æstimatiua, quia tamen imaginatiua habet illos actus per species eiusdē rationis, quas sensus cōmunis, & memoria similiter per species eiusdem rationis, quas æstimatiua, inde est quod in ratione cognoscitiui non distinguuntur specie. Vnde absolute loquendo omnes actus, quos potest habere imaginatiua, potest etiam habere sensus communis, & econuerso, & similiter omnes actus, quos potest habere memoria, potest habere æstimatiua, si tamen non habent, est per accidens inquantum neque sensus communis, neque æstimatiua possunt percipere nisi in præsentia obiecti, propterea quod sunt in organo, quod male retinet spēs. Quæ qdē sunt valde notāda.

AD argumenta facta in principio respondetur. Ad primum respondetur quòd sensus communis non est aliqua vis animæ distincta omnino contra sensus exteriores quasi potentia disparata, ita q̄ sensus quilibet exterior seorsum sua opera perficiat, & postmodum communis sensus habeat seorsum opus suum. Vt enim diximus in dubio præcēdenti, sensus communis saltim perfectè non potest operari nisi in præsentia obiectorum, & dum simul sensus exteriores aut aliquis saltim illorum operetur, neque etiam ipsi sensus exteriores possunt exercere suas operationes nisi simul sensus communis cùm eis operetur. Quare nullius sensus exterioris operatio est perfecta & completa absque concursu sensus communis. Cuius signum est, quòd impedito communi sensu nullo sensu possumus vti, vt patet in dormientibus. Ex quo sequitur, quòd sensatio sensuum exteriorum, & sensus communis, non sunt extimandæ vt duæ disparatę sensationes, sed potius vt vna continuata, & perfecta. Sensus igitur communis non est motus factus à sensu secundū actum, sed est ipsa cōsumatio motus sensus secundum actum. Propter quod sensus communis non est aliud quàm principium, & terminus omnium sensuum, & omnes sensus vniuntur in sui principio, & termino. Sicut lineæ ductæ à circumferentia ad centrum nō terminantur nisi per centrum; ita actus videndi & aliorum sensuum exteriorum inchoatur à sensu, & completur in sensu cōmuni. Ex quo patet differētia inter cōmunē sensum & phantasiam, quoniam hęc est motus factus à sensu secundum actum perfecto, ille vero est ipsa perfectio sensus secundum actum. Ad duas confirmationes patet ex dictis in primo notabili.

¶Ad secundum nego sequelam. Ratio est, quoniam ista est natura specierum, quę conseruantur in absentia obiecti, quòd nō semper actu mouent, sed pendent ex vsu ipsius habentis. Quemadmodum n. species intelligibiles quæ sunt in intellectu nō semper actu mouent, sed pendēt ex vsu ipsius habentis. Sicut docet D. Th. in q. 79. art. 6. ad tertium, & in 2. contra gent. ca. 74. in fine. Imo vero & Arist. expresse in 3. de anima cap. 4. in tex. 8. Ita etiam philosophandum est de speciebus sensitiuis quæ seruantur in phantasia, aut in memoria. Et ad probationem dico, q̄ sensus communis & sensu exteriores quandocunque recipiunt species tunc etiam immutantur actu ab obiectis, quoniam hæc est natura istarum potētiarum quòd non conseruant species in absentia obiecti, atq; adeo quādo actu illa recipiunt actu etiam cognoscunt.

¶Ad confirmationem de extimatiua respondetur, q̄ ista potentia in hoc conuenit cum sensu communi, q̄ nunquam conseruat species in absentia obiecti. Vnde neque cognoscit illud nisi in eius præsentia. Quapropter quando actu illa recipit semper actu immutatur & cognoscit. Secus verò est de imaginatiua, & memoria, quę conseruant species quando actu non immutantur.

¶Ad tertium respondetur, quod patet eius solutio ex his quę diximus in vltima cōclusione. Præterea dico q̄ idē obiectū potest apprehēdi à pluribus potentijs, & tūc multo melius & efficacius cognoscitur si cur idē obiectum cognoscibile multo melius cognoscitur quando cognoscitur intellectu & sensu, qua si solo intellectu cognoscatur. Similiter aliquod bonum multo perfectius amatur quando illud prosequimur voluntate & appetitu sensitiuo, quam si sola voluntate illud prosequamur. Adiuuant enim se mutuo istæ potentiæ. Idem similiter in præsenti.

¶Ad confirmationem & quartum argumentum patet ex dictis in vltima conclusione.

DVbitatur sexto. Vtrùm omnia animalia etiam imperfecta vt apes, formicæ, & muscæ habeant phantasiam, & memoriam? ¶ Videtur, quòd omnia habeant phantasiam. Primo. Nam Aristotel. in 2. de anima text. 20. dicit, quòd in quibus est sensus, ibi est imaginatio, & 1. Metheororum cap. 1. Animalia omnia phantasijs viuere dicit. Et ratio etiam fauet huic rei. Nā formica est animal valde prudens, apes autem multùm artificiosę, ergo videntur habere phantasiam. Neque valet dicere cum S. Thom. 2. de anima text. 156. quòd hæc, quæ operantur, instinctu, & ductu naturæ faciunt. Contra hoc enim arguitur. Quia quamvis ductu naturę operētur, tamē phātasia media cooperantur. Nam instinctus determinat phantasiā ad cognitionem eorum quæ operantur.

¶ Arguitur secundo & probatur, quòd nullum animal præter hominem habeat memoriā. Nulla est operatio brutorū, quæ necessario requirat memoriam, sed pōt saluari per actum imaginatiuæ aut extimatiuæ: v.g. quando canis timens fustem, quo olim percussus fuerat, cessat a latratu, illud fit ex eo, q̄ species percussiōis impressa cani coercet illum à latratu. Similiter quādo hirundo construit nidum, illud efficit, quoniam iudicat opus sibi conueniens & delectabile. ¶ Tertiò. Memoria includit recordationē præteriti vt præteritum est (vt docet D. Thom. quæstione sequenti art. 6. ad secundum, & est doctrina expressa Aristo. in lib. de mem. capit. 1. & lib. 2. Rethoricorum cap. 2.) sed præteritum vt sic non videtur posse conuenire brutis, ergo. Confirmatur. Quoniam non bene capit intellectus, quo pacto sit recordatio in brutis, & illa reflectantur supra actus suos.

IN hac quæstione. Aristotel. in 2. de anima tex. 156. dicit quòd formicæ, & apes & vermes non habent phantasiam. Super quem locum Commentator facit differentiam inter vermes, & muscas, & inter apes ac formicas. Nam quo ad muscas, & vermes tenet negatiuam, quo ad apes & formicas tenet affirmatiuam. Vnde inquit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit: Extimatur enim, quòd non omne animal imaginatur, & est animal quod nõ mouetur ad sensibilia nisi apud præsentiam eorum in actu, vt vermes & muscæ. Apes vero & formicæ necessario imaginãtur. Apes quidem propter artificium, formicæ autem propter depositionem, sed nõ curatur de exemplo. Albertus autem Magnus libro 3. de anima tract. 1. capitulo 7. tenet cum Commentatore. Ad Aristotel. autem respondet, quod vitio interpretum vel impressorum apposita sunt illa exẽpla autem S. Thom. super hunc locum & 3. de anima lect. 16. defendit Arist. etiam, quauram ad exemplũ de formicis & apibus quibus phantasiam inesse negat.

¶Quantum autem attinet ad memoriã Scotus in 4. d. 45. q. 3. ar. 1. quanuis ipse probabilius cẽseat memoriã reperiri in brutis, dicit tamen probabiliter posse defendi, q̃ in brutis non est memoria.

PRo decisione notandum est, quòd animalia sunt in triplici differentia. Quædam imperfectissima, vt spongiæ, conchilia, &c. Alia imperfecta quidem, sed perfectiora his, vt apes, & formicę, & muscæ. Alia perfecta, vt homo, equus, leo, &cę. Phantasia etiam duplex, alia perfecta, alia imperfecta, quæ quidem aliis nominibus vocatur ab Arist. & D. Thom. in locis citatis, scilicet, q̃ phantasia alia est determinata, alia indeterminata. Phantasia indeterminata est idem quòd phantasia imperfecta. Determinata autem idem est quòd perfecta. Rursus phantasia imperfecta seu indeterminata habet suos gradus, alia est enim imperfectior quam alia, alia vero perfectior.

HIs positis est prima conclusio. In animalibus imperfectissimis tantum est quędam phantasia indeterminata, & illa tam imperfecta, quòd non mouentur nisi in præsentia obiecti, atque adeo in eis quasi in nullo distinguitur phantasia à sensu communi. Hęc est communis omnibus, & ita probatione non indiget. Est n. manifesta ad sensum.

¶Secunda conclusio. In animalibus imperfectis, quę tamẽ habẽt aliquã perfectionem maiorẽ, q̃ ea, de quibus loquuti sumus in precedenti conclusione vt in apibus, & formicis, & muscis, &c. aliquãto altius reperitur imaginatiua, & phãtasia quãuis suo modo imperfecto. Nam instinctu quodã, & ductu naturæ operantur secundum imaginationẽ, Et præterea ponitur in eis quasi quoddam genus prudentię, quę nihil aliud est, quam ipse ductus & instinctus naturę. Præterea in eis est quoddam genus memorię. Nam formicę inest veluti quędam memoria, per quam reuertitur ad foueam, in qua frumentum congregare cęperat. Sed nõ est perfecta memoria, sed quædam similitudo memorię. Nam non reuertitur, quia memoratur, sed quia est in cõtinuo exercitio. Vnde videmus, quòd si interrumpatur semita facta à formicis, & cessent ab actu illi, & cõtinuato exercitio, nesciũt ad pristinum locum reuerti. Hęc conclusio est D. Tho. in locis citatis, & q̃ non habeant proprię memoriam expresse adnotauit D. Th. lib. de mem. & reminisc. lect. 2.

¶Tertia conclusio. Animalia perfecta vt homo & equus &c. habent perfectam phãtasiam, & perfectam memoriam. Hæc cõclusio quantum ad primam partem est cõmunis omnibus Doctoribus quantum ad secundam. Probatur primo ea Arist. in lib. de mem. c. 1. & lib. 1. met. ca. 1. & lib. 7. eth. c. 3. In quibus locis expresse ponit memoriam, & recordationem in brutis. Secundo probatur ex D. Aug. lib. 10. confess. capit. 17. vbi dicit: Habent memoriam & pecora, & aues, alioquin nunquam cubilia, nidosque repeterent, neque alia multa facerent, quibus assuescunt, & lib. 1. musicæ c. 4. Idẽ docet, & in huius rei confirmationẽ adducit ex Odissea Homeri, quòd canis dominum suum iam hominibus oblitum cognouisse prędicatur. Adducit etiam ex Virgilio Georgica. 3. hunc versum.

Atque ipsa memores redeant in tecta capellæ.

Tertio probatur ratione. Memoria deseruit conseruationi specierum in absentia sensibilium, sed in brutis sunt species conseruatæ in absentia sensibilium, vt Diuus Thom. probat in articulo manifestis exemplis, ergo in ipsis est memoria. Constitmatur. Manifesta experientia. Bruta in itinere memorantur loci illius, in quo offenderunt, & retrahunt gressum quasi consulendo sibi ab offensione, & casu. Hoc autem impossibile est fieri sine memoria præteritæ offensionis, ergo.

AD argumenta facta in principio respondetur. Ad primum, bona est solutio ibi assignata. Ad replicam respondetur, q̃ non colligit D. Tho. animalia imperfecta non habere phantasiam quia operantur ex instinctu naturæ. Hoc enim commune est omnibus animalibus, sed ex hoc toto, videlicet, quia imaginantur tantum actu præsentes, scilicet, congregare, & fabricare, qui actus ordinantur ad finẽ, ideſt, ad sustentationem suam non ex apprehensione futuri, sed ex naturali inclinatione tali modo existente in formica, & ape.

¶Ad secundum respondetur quòd ille timor canis, aut illa constructio nidi, non potest benè intelligi nisi ponamus in brutis recordationem brutorum, quæ sit subita recordatio præteriti boni aut mali, vt colligitur ex locis citatis D. Aug. ¶Ad tertium respondetur negando minorem. Imo verò per subitam recordationem potest animal memorari aliquod præteritũ absque collatione tamen & inquisitione vt D. Tho. docet in articu. Ad confirmationem respondetur, quòd optimè percipit intellectus recordationẽ sine reflexione quando illi est subita recordatio, & sine discursu, & quasi materialis, sicut in. 1. 2. q. 1. docet D. Tho. q̃ bruta agũt propter finem, & cognoscunt finem materialiter, ideſt, non cognoscendo ordinẽ & proportionẽ mediorum ad finẽ, sed ipsam rem, quę est finis.

DVbitatur septimo. De extimatiua siue cogitatiua. In qua re notandum est primò, quòd iste tertius sensus interior qui in brutis dicitur extimatiua in hominibus appellatur cogitatiua. Et in hoc tractatu breuissimè declarabimus quatuor. Primò quale sit organum huius sensus. Secundò. Quæ sit propria eius actio. Tertiò. Qualiter differat in brutis & in homine, ac demum quid sit vtraque earum. ¶Circa primum notandum est ex Auicen. lib. 6. naturalium, & Auerro. in libro de sensu & sensato, q̃ cogitatiua in homine situatur in media parte cerebri cõsequenter post phantasiam, vbi est cellula quædam quæ superemet toti capiti; extimatiua verò in brutis est in posteriori parte mediæ cellulæ cerebri, ita q̃ declinet à summitate capitis ad partem posteriorem. Et hæc de primo.

¶Circa secundum nota ex Auicenna ibidem, & Algazel in libro de anima, quòd proprius actus huius potentiæ est elicere quasdam species non sensatas ab speciebus sensatis quas inspicit in phantasia. verbi gratia ex phantasmate lupi elicitur species inimicitiæ, & similiter ex aliis phantasmatibus elicit species amicitiæ, conuenientis & disconuenientis, paternitatis & filiationis, vt si quis aspiciat hominem iracundè sibi loquentem, aut torno aspectu, talis hominis locutio & figura defertur ministerio sensuum exteriorum & sensus communis ad phantasiam. Et inde cogitatiua elicit speciem non sensatam iræ vel inimicitiæ illius hominis ad se ex speciebus sensatis illius figuræ & locutionis quæ erant in phantasia; & sic apprehendit illum hominem sibi inimicum aut iratum quasi concludens, hic est inimicus meus quia ira cundè mihi loquitur &c. Proportionabiliter ex benenola allocutione & benigno aspectu elicit speciem amicitiæ & amoris, erga se. ¶Circa tertium nota ex D. Tho. hic & Auerroe vbi suprà, quòd hæc est differentia inter extimatiuam bruti & cogitatiuam hominis, quòd illa cognoscit illas intentiones non sensatas ut inimicitiam, conuenientiam &c. naturali instinctu & absq; aliquo discursu. verbi gratia, Auicula naturali instinctu cognoscit per extimatiuam hanc paleam sibi conuenire ad nidificandum, & ouis hanc herbam esse sibi conuenientem ad cibum, & illam nociuam. Et denique omnia amant vel abhorrent bruta, timent vel defugiunt per cognitionem extimatiuæ, sed sine aliquo discursu solũ ex instinctu naturæ. Cogitatiua verò in homine (vt pluries diximus) ex cõitione ad rationem habet aliqualẽ discursum, & non solùm ex instinctu naturæ, sed cum aliquo discursu apprehẽdit huiusmodi intentiones non sensatas. v. g. facit hunc syllogismum. Hic est mihi inimicus, & hic est Petrus, ergo Petrus est mihi inimicus. Similiter potest formare huiusmodi discursum, Plato est mihi inimicus, Ioãnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

est filius Platonis, ergo Ioannes est mihi A inimicus. Præterea cogitatiua hominis est quę causat iudicia temeraria in illo. Vt v.g. quando ex leui inuicia, vel negatione alicuius leuis obsequii concludit inimicitiam inter aliquos vel è contra, ex insufficientibus iudiciis colligit turpem amorem inter virum & fœminam & alia huiusmodi. Et ideò nisi reguletur per rationem multoties irrationabiliter mouet omnes appetitus irascibilem & concupiscibilem. ¶ Circa vltimum nota q̃ Algazel, sic definit B extimatiuam quòd est potentia apprehendens ex sensato non sensatum. Sensus est, q̃ si potentia cognoscens ex specie sensibili reseruata in phantasia speciem non sensibilem vt amicitiã, inimicitiam conuenientiam et disconuenientiã. Cogitatiua autem definitur q̃ sit potentia apprehendens ex specie sensibili intentionem non sensatam cum aliquo discursu syllogistico. Intelligentia harũ definitionum cõstat ex dictis.

DVbitatur octauo. De quarto sensu in C teriori, qui in brutis appellatur reminiscentia in homine autem memoria. In qua disputatione quatuor breuissimè explicare oportet. Primò. Quale sit organum huius potentię tam in brutis quàm in homine. Secundò. Quæ sit eius propria operatio. Tertiò. In quo differt memoria à reminiscentia; ac demum quid sit vtraque. ¶ Circa primum nota quòd memoria siue reminiscentia secundum Auicennam & omnes alios medicos situatur in poste- D riore parte capitis post extimatiuam siue cogitatiuam. Illa enim pars capitis est multum sicca & ideò bene retẽtiua; vnde ratio nabiliter collocatur ibi. ¶ Circa secundum nota ex Auicenna ubi suprà & ex sententia omnium medicorum, q̃ propria operatio memorię est retinere & conseruare species non sensatas quas extimatiua vel cogitatiua abstraxit ab speciebus sensatis, quæ in phantasia conseruabantur. Vnde sicut phantasia est area & thesaurus in quo con E seruantur species quas sensus communis abstrahit ab speciebus sensuum exteriorũ sic etiam Memoria siue reminiscentia est area & rhesaurus specierum non sensatarum quas extimatiua siue cogitatiua abstrahit à phantasmatibus. Postquàm enim extimatiua siue cogitatiua abstrahit intentiones non sensatas inimicitiæ siue amicitiæ, conuenientis siue disconuenientis, huiusmodi species transmittit ad memoriam ibi conseruandas. Ex hoc colligitur necessitas huius potentiæ. Nisi enim memoria conseruaret huiusmodi nociua, animal non fugeret nociua, nec quæreret sibi conuenientia. Ea enim quorum oblitiscimur non quærimus, nec fugimus. ¶ Circa tertium dubitatur. Vtrùm in homine memoria & reminiscentia sint diuersæ potentiæ; an potius sit eadem. ¶ Arguitur primò & probatur, quòd non sit eadem potentia. Potentiæ distinguuntur penes actus & obiecta formalia: sed diuersi actus sunt memoriæ & reminiscentiæ, ergo diuersæ potentiæ. Maior est manifesta ex dictis in quæstio. 77. articu. 3. Et minor probatur, quoniam actus memoriæ est reseruare aliquid sub ratione præteriti, actus verò reminiscentiæ est inuestigatio alicuius quod excedit à memoria. Sicut dicit Nissenus lib. 4. Philosophiæ capitu. 6 ¶ Secundo. Memoria reperitur in brutis, sed in illis non reperitur reminiscentia, ergo. Probatur consequentia. Quoniam si sunt eadem potentia nunquàm separantur ab eodem subiecto. ¶ Tertiò. Aristote. docet in lib. de memoria & reminiscentia capitu. 1. quòd aliqui sunt bene memoratiui qui tamẽ non benè reminiscuntur, & è conuerso, ergo signum est q̃ illæ potentię sunt distinctæ.

NIhilominus sit vnica conclusio. Eadem potentia secundum rem est in homine memoria & reminiscentia, distincta verò secundum rationem. Hæc conclusio est expressa sententia Diui Thomæ hic, & in pluribus aliis locis. Quam etiam docet Albertus in summa de homine tractatu de reminiscentia. q. 2. & est communis sententia omnium sapientum. Est etiã doctrina D. August. libro 10. confess. c. 19. & in epi. 72. ad Nebridium, vbi semper pro eodem accipit in homine memoriam & reminiscentiam. Sed probatur secundo ratione. Ad eandem potentiam pertinet discursus quo colligitur aliqua conclusio, & ipsa conclusio illata: sed reminiscentia est quidam discursus cuius conclusio terminatur ad memoriam, ergo. Simili ferè ratione probat D. Thom. q. sequen. arti. 8. q̃ intellectus & ratio sint eadem potentia secundũ rem, distincta verò secundum rationem. Tertio probatur. Nullum est inconueniens quòd memoria in homine propter coniunctionem ad rationem habeat aliquam operationem altiorem quàm in brutis: sicut dicimus de cogitatiua & de appetitu sensitiuo hominis, & Diuus Thomas docet hic, & in 1.2. quæstio. 74. arti. 3. ad primum, ergo.

AD argumenta in principio proposita respondetur. Ad primum, quòd actus memoriæ & reminiscentiæ versãtur circa idem obiectũ formale potentiæ; differunt verò accidentaliter sicut differunt intelligere & ratiocinari, & propterea non diuersificant potentiam. Ad secundũ patet solutio ex proposita conclusione. Eadem enim potentia in homine & est memoria & reminiscentia secundum diuersas considerationes, & secundum diuersos actus. Ad tertiũ respondetur. Illam diuersitatem prouenire, tum propter diuersam horũ complexionem penes humidum & siccum, tum etiam quia memoria in homine habet illos diuersos actus memorandi & reminiscendi. De qua re agit Albertus vbi suprà q. 4. Sed multò meliùs D. Tho. in libro de memoria & reminiscentia lectione prima. Denique quo modo & quibus mediis & qua industria possit in homine conseruari & perfici & quàm sit vtilis, docet D. Tho. 2.2. q. 49. arti. 1. ad 2. Et Quintilianus lib. 11. de institutione oratoria c. 2. per totum. Disputat etiam eleganter de virtute & laudibus memoriæ D. Augustinus 11. confess. c. 8. & sequent. vsque ad 21. & lib. 11. de Trinitate. cap. 3. vsque in finẽ. ¶ Quarto dicere oportet quid sit memoria & quid reminiscẽtia. Memoria ergo definitur ab Auicenna lib. 6. naturalium, quod est potentia ordinata in posteriori concauitate cerebri, conseruans id quod apprehendit virtus extimatiua de intentionibus non sensatis. Eodem modo definienda est reminiscentia, solùm debet addi hæc particula, cum aliquali discursu. Per hanc enim differt reminiscẽtia à memoria quæ est in brutis. Sicut in præcedentibus diximus cogitatiuam hominis in hoc etiam differre ab extimatiua brutorum.

QVAESTIO LXXIX.
De potentiis intellectiuis.

DEINDE quęritur de potentiis intellectiuis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm intellectus sit aliqua potentia animæ.

AD PRIMVM sic proceditur 389
Videtur, quòd intellectus non sit Ver. qõ.
aliqua potentia animæ, sed sit ip- 17.ar.1.
sa eius essentia. Intellectus.n.idẽ cor.
videtur esse quod mens. Sed mens non est potentia animæ, sed essentia. Dicit enim Augus. li. 9. de
9. de Trinita. Mens et spiritus nõ relatiuè di- tri. c. 4.
cũtur, sed essentiam demõstrant. Ergo intelle- circa
ctus est ipsa essentia animæ. mediũ,

¶ 2 *Præterea. Diuersa genera potentiarũ* to. 3.
animæ non vniuntur in aliqua potẽtia ánæ, li. 2. de
sed in sola essentia animæ. Appetitiuum autẽ anima.
& intellectiuum sunt diuersa genera potẽtia- tex. 27.
*rum animæ: vt dicitur in *2. de Anima: cõue-* to. 2.
niunt autem in mente: quia Augustin.† 10. † lib. 10.
de Trinitate, ponit intelligentiam & voluntã- de trinit.
tem in mente. Ergo mẽs & intellectus est ipsa c. 11. circa me-
essentia animæ, & non aliqua eius potentia. dium

¶ 3 *Præterea. Secundum Gregorium* in* tom. 3.
homil. Ascensionis, homo intelligit cum An- * Est ho
gelis Sed Angeli dicuntur mentes & intelle- mil. 29.
ctus. Ergo mens & intellectus hominis non est in euan-
aliqua potentia animæ, sed ipsa anima. gel. non

¶ 4 *Præterea. Ex hoc conuenit alicui sub-* multũ
stantię quòd sit intellectiua: quia est immate- remotè
rialis. Sed anima est immaterialis per suã es- à princi
sentiam. Ergo videtur quòd anima per suam pio.
essentiam sit intellectiua.

SED contra est, quod Philosophus ponit tex. 27.
intellectuam potentiam animę: vt patet in tom. 2.
** 2. de anima.*

RESPONDEO dicendum, quòd ne- Q. 54.
cesse est dicere secundum præmissa, quòd in-* ar. 3. &
tellectus sit aliqua potentia animę & non ipsa 59. ar. 2.
anima essentia. Tunc enim solum immedia- & 77.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum principium operationes est ipsa essentia rei operantis, quando ipsa operatio est eius esse. Sicut enim potẽtia se habet ad operationẽ, vt ad suũ actum, ita se habet essentia ad esse. In solo autem Deo idem est intelligere quod sicum esse. Vnde in solo Deo intellectus est eius essentia, in alijs autem creaturis intellectualibus intellectus est quædam potentia intelligentis.

AD primum ergo dicendum, quòd sensus accipitur aliquando p potentia, aliquando verò pro ipsa anima sensitiua. Denominatur enim anima sensitiua nomine principalioris suę potentię, quæ est sensus. Et similiter anima intellectiua quandoque nominatur nomine intellectus quasi à principaliore sua virtute. Sicut dicitur in primo de anima q intellectus est substantia quædam. Et etiam hoc modo Augustinus dicit, quòd mens est species vel essentia.*

lib. 1. de anima tex. 65. to. 2.

AD secundum dicendum, quòd appetitiuum & intellectiuum sunt diuersa genera potentiarũ animæ secundum diuersas rationes obiectorum. Sed appetitiuum partim conuenit cum intellectiuo, & partim cum sensitiuo quantum ad modum operandi per organum corporale, uel sine huiusmodi organo. Nã appetitus sequitur apprehensionem. Et secundũ hoc Augustinus ponit voluntatem in mente, & Philosophus in ratione.†

Aug. lib. 10. in. arg. citato. † li. 3. de anima tex. 42. to. 2.

AD tertium dicendum, quòd in Angelis non est alia vis quàm natura intellectiua & voluntas, quę ad intellectum consequitur. Et propter hoc Angelus dicitur mens vel intellectus, quia tota virtus sua in hoc consistit. Anima autem habet multas alias vires, sicut sensitiuas & nutritiuas. Et ideo non est simile.

AD quartum dicendum, q ipsa immaterialitas substantię intelligentis creatæ non est eius intellectus: sed ex immaterialitate habet virtutem ad intelligendum. Vnde nõ oportet quòd intellectus sit substantia animę, sed eius virtus & potentia.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est. In solo Deo intellectus est sua essentia.

¶ Secunda conclusio. In alijs creaturis intellectualibus intellectus est quædam potentia intelligentis. Istæ conclusiones probatur à D. Thoma hac ratione. In solo Deo intelligere est suum esse, ergo in solo Deo intellectus est sua essentia, ergo in creaturis intellectualibus, in quibus intelligere non est suum esse, intellectus distinguitur ab essentia. Vim huius rationis explicuimus suprà q. 56. ar. 1. du. 2. vbi similem rationem examinauimus. De aliis verò, quæ pertinent ad istum articulum & intelligentiam illius, satis diximus suprà quę. 14. art. 4. & quęst. 54. ar. 3. & quæst. 77. art. 1.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm intellectus sit potentia passiua.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q intellectus non sit potentia passiua. Patẽ enim vnumquodque secundum materiam, sed agit ratione formę. Sed virtus intellectiua cõsequitur immaterialitatem substantiæ intelligentis. Ergo videtur q intellectus non sit potentia passiua.

3 p. q. 89. ar. 1. 2. & 2. cont. 59. 2. cont. 96. ver. 16. ar. 2. ad 13. 1 Q. 79. ar. 2. li. 3. de anima tex. 20. to. 2. * Au. li. 12. c. 16. in fine. 12. cõfes. 20.

¶ 2 *Præterea. Potentia intellectiua est incorruptibilis, vt suprà dictum est.* Sed intellectus si est passiuus, est corruptibilis, vt dicitur in † 3. de anima. Ergo potentia intellectiua non est passiua.

¶ 3 *Præterea, Agens est nobilius patiente, vt dicit Aug.* * 12. super Genes. ad literã. & Arist. in † 3. de anima. Potentię autem vegetatiuæ partis omnes sunt actiuæ, quæ tamẽ sunt infimæ inter potentias animæ. Ergo multo magis potentię intellectiuę, quę sunt supremæ, omnes sunt actiuæ.

SED contrà est, quod Philosophus dicit in 3. de anima, *quòd intelligere est pati quoddam.*

RESPONDEO dicendum, quòd pati tripliciter dicitur. Vno modo proprijssimè, scilicet quando aliquid remouetur ab eo quod conuenit sibi secundum naturam, aut secundùm propriam inclinationẽ, sicut cùm aqua frigiditatem amittit p calefactionem. & cùm homo ęgrotat, aut tristatur. Secundo modo ui-

nus propriè dicitur aliquis pati ex eo quod aliquid ab ipso abiicitur, siue sit ei cõueniens siue nõ conueniens. Et secundum hoc dicitur pati non solum qui ægrotat, sed etiam qui sanatur: non solum qui tristatur, sed etiã qui lętatur: vel quocunque modo aliquis alteretur, vel moueatur. Tertio dicitur aliquis pati communiter ex hoc solo, q id, quod est in potentia ad aliquid, recipit illud ad quod erat in potentia absque hoc q aliquid abijciatur. Secundum quem modum omne quod exit de potentia in actum potest dici pati: etiam cùm perficitur. Et sic intelligere nostrum est pati. Quod quidẽ hac ratione apparet. Intellectus enim, sicut supra dictum est, habet operationẽ circa ens in vniuersali. Considerari ergo potest utrum intellectus sit in actu vel potentia, ex hoc q consideratur quomodo intellectus se habeat ad ens vniuersale. Inuenitur enim aliquis intellectus, qui ad ens vniuersale se habet sicut actus totius entis: & talis est intellectus diuinus, qui est Dei essentia in qua originaliter & virtualiter totũ ens præexistit sicut in prima causa. Et ideo intellectus diuinus nõ est in potentia, sed est actus purus. Nullus autem intellectus creatus potest se habere vt actus respectu totius entis vniuersalis: quia sic oporteret q esset ens infinitum. Vnde omnis intellectus creatus per hoc ipsũ quod est, non est actus omnium intelligibilium, sed comparatur ad ipsa intelligibilia, sicut potẽtia ad actum. Potentia autẽ dupliciter se habet ad actum. Est enim quędam potentia quæ semper est perfecta per actum, sicut dicimus de materia corporum cælestium. Quędam autẽ potentia est quæ non semper est in actu, sed de potentia procedit in actum. sicut inuenitur in generabilibus & corruptibilibus. Intellectus igitur angelicus semper est in actu suorum intelligibilium propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est actus purus, vt suprà dictũ est*. Intellectus autem humanus, qui est infimus in ordine intellectuũ, et maximè remotus à perfectione diuini intellectus est in potẽtia respectu intelligibiliũ, et in principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptũ, vt Philosophus dicit in* 3. de anima. *Quod manifestè apparet ex hoc, quòd in principio sumus intelligentes solum in potentia: postmodum autem efficimur intelligentis in actu. Sic igitur patet, q intelligere nostrum est quoddam pati secundũ tertium modum passionis. & per consequens intellectus est potentia passiua.*

Q. 58. ar. 1. & 2. & 78. ar. 1. Q. 5. ar. 2. & 3. & q. 14. ar. 1. li. 3. de anima tex. 14. to. 2. A B C D E

AD primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de primo & secundo modo passionis, qui sunt proprij materiæ primæ. Tertius autem modus passionis est cuiuscunque in potentia existentis, quod in actum reducitur.

AD secundum dicendum, quòd intellectus passiuus secundum quosdam dicitur appetitus sẽsitiuus, in quo sunt animę passiones, qui etiam in 1. Ethi. *dicitur rationalis per participationẽ, quia obedit rationi. Secundũ* Ethi. ca. vl. to. 5. *alios autẽ intellectus passiuus dicitur virtus cogitatiua, quę nominatur ratio particularis. Et vtroque modo passiuum accipi potest secundum primos duos modos passionis, inquantum talis intellectus sic dictus est actus alicuius organi corporalis. Sed intellectus equi est in potẽtia ad intelligibilia (quæ Aristoteles* ob hoc nominat intellectu possibile) nõ est passiuus, nisi tertio modo: quia non est actus organi corporalis. Et ideo est in corruptibilis.* li. 3. de anima, tex. 17. & tex. 5 tom. 1.

AD tertium dicendum, quòd agens est nobilius patiẽte, si ad idẽ actio & passio referatur: nõ autem semper, si diuersa. Intellectus autẽ est uis passiua, respectu totius entis vniuersalis. Vegetatiuum autem est actiuum respectu cuiusdam entis particularis, scilicet et corporis coniuncti. Vnde nihil prohibet huiusmodi passiuum esse nobilius tali actiuo.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Intellectus diuinus nõ est in potentia, sed est purus actus. Hanc conclusionem probat Diuus Thomas, quoniam intellectus diuinus habet se ad ens vniuersale sicut actus totius entis, ergo non est in potentia respectu alicuius entis, ergo actus purus. Antecedens probatur, quoniam intellectus diuinus est ipsa essentia diuina, in qua originaliter & virtualiter totum ens præexistit. Consequẽtia verò probatur, quoniam cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiectum intellectus sit ens, si respectu entis se habet vt actus eius, non potest esse in potentia ad illud. ¶ Secunda conclusio. Intellectus angelicus est potentia, quæ semper est in actu suorum intelligibilium. ¶ Tertia conclusio. Intellectus noster est potentia passiua secundum quòd pati dicit recipere id ad quod erat in potentia. Has duas conclusiones probat D.Tho. ex propinquitate naturæ angelicæ ad diuinam, & recessu naturę humanę ab eadē. Natura enim angelica media est inter humanā & diuinam; vnde cùm Deus in genere intelligibilium sit purus actus, & homo in pura potē tia. (Est enim in principio intellectus noster tanquàm tabula rasa, in qua nihil est scriptum) angelicus intellectus mediū tenet locū, & sic erit potentia, quæ sēper est in actu.

COMMENTARIVM.

DE prima conclusione huius articuli non est modo disputandum, Proprius enim locus eius est suprà quæstione. 3. & quæstione 14 articulo. 1. vbi satis ostendimus, quòd Deus est purus actus subsantias & simplicissimus. De qua etiam conclusione satis diximus suprà in materia de angelis specialiter quæstione. 58 articu. 1. ¶ Circa tertiam conclusionem est tota difficultas præsentis articuli, circa quam norandum est, quòd noster intellectus possibilis ad tria potest comparari. Primo ad obiectum intelligibile, à quo habet recipere species. Secundo ad ipsas species, quæ efficiunt vnum principium cum ipso intellectu ad producendam intellectionem, vt explicabitur artic. tertio sequenti. Ac denique potest comparari ad ipsam intellectionem, quæ elicitur ab intellectu.

DVbitatur ergo. Vtrùm noster intellectus dicatur potentia passiua tam respectu obiecti, quàm specierum intelligibilium, quàm etiam respectu intellectionis, & qua ratione sit potentia passiua respectu horum?

¶ Arguitur primo ad probandum, q̄ nō dicatur potentia passiua respectu obiecti intelligibilis. Anima intellectiua & ipse intellectus est multo perfectior omni re corporea, ergo intellectus non potest pati à phantasmate corporeo. Cōsequentia probatur ex doctrina Diui Augustini libr. 12. super Gen. ad lit. c. 16. dicente q̄ corpus nullo modo potest agere in spiritum, ac p̄ consequens intellectus sine concursu obiecti intelligibilis per se ipsum potest producere intellectionem.

¶ Secundo. Intelligere est actio vitalis, ergo producit effectiuè ab ipso principio vitali intellectiuo, ergo intellectus est principiū actiuū, non autem passiuū. Prima cōsequentia probatur ex natura operationis vitalis. Secunda vero videtur manifesta. Cōfirmatur ex Arist. 9. metaphy. text. 16. vbi intellectionem connumerat inter actiones immanentes, ergo intelligere est actio & non passio, & per consequens, intellectus potius dicit debet potentia actiua, quàm passiua.

¶ Tertiò arguitur argumento Scoti in. 1. distin. 3. quæst. 7. §. respondeo ad quæstionem, & in quodlibeto. 13. arti. 3. ad quodam secundum argumentum. Obiectum concurrit ad intellectionem actiuè simul cum intellectu ergo intellectus non patitur ab obiecto, imò simul est principium actiuum cum illo. Consequentia videtur nota, & probatur antecedens. Intellectio non solùm habet, quòd sit actio vitalis, sed etiam quòd sit determinata ad naturam talis obiecti, sed hæc determinatio non causatur ab intellectu sed ab obiecto, ergo sicut intellectus habet elicere intellectionem, qua ratione actio vitalis est, sic etiam obiectum causat intellectionem, qua ratione est actio determinata ad tale obiectum. Confirmatur ex Diuo Augustino libro. 9. de Trinitate capite. 12. vbi docet, q̄ à cognoscente & cognito gignitur notitia, ergo vtrunque concurrit actiuè.

¶ Arguitur quarto & probatur quòd intellectus non dicatur potentia passiua

per ordinem ad speciem intelligibilem. Omne illud, quod efficit species intelligibilis simul cum ipso intellectu, faceret sine dubio obiectum ipsum, si esset vnitum ipsi intellectui, ergo accidit obiecto, quòd non agat per se ipsum, sed per speciem sui, & ex consequenti intellectus possibilis per accidens & non per se patitur ab specie. Probatur antecedens, quoniam species intelligibilis agit in virtute obiecti. Vnde Diuus Thomas suprà quæstione. 12. articulo. 2. docet, quòd in beata essentia diuina supplet vicem speciei, quoniam est sufficienter vnita ipsi intellectui, & in quæstione. 56. articulo. 1. idem docet de essentia angeli in ordine ad propriam cognitionem, ergo intellectus non per se, sed per accidens patitur ab specie, ac per consequens non dicitur potentia passiua respectu illius per se loquendo, sed solùm per accidens. ¶ Arguitur quintò. Si intellectus noster est potentia passiua, quia recipit speciem intelligibilem & intellectionem, sequitur primò, quòd eadem ratione intellectus angeli dicatur potentia passiua; consequens est falsum & contra Diuum Thomam suprà quæstione. 54. articulo. 4. ubi negat intellectum passibilem in angelis. Sequela probatur. Quoniam species angelicæ, vt suprà quæstione. 55. definitum est, & etiam intellectio sunt accidentia quædam superaddita intellectui angelico sicut etiam species intelligibiles & intellectio humana. Sequitur etiam secundo, quòd eadem ratione etiam voluntas dicatur potentia passiua. Probatur sequela. Quoniam voluntas etiam recipit in se suam actionem. Et confirmatur, ex ratione Diui Thomæ in corpore articuli, ubi dicit quòd intellectus noster dicitur potentia passiua tertio modo, qua ratione pati dicitur recipere aliquid, ad quod antea erat in potentia. Ex hoc sic arguitur. Etiam voluntas recipit suam volitionem, ad quam antea erat in potentia, ergo si illa ratione intellectus dicitur potentia passiua, etiam voluntas dicetur potentia passiua.

IN hac quæstione sunt variæ sententiæ, quas refert Caietanus hic & libro. 3. de anima capitu. 1. Prima est Henrici in quodlibeto. 4. quæstione. 7. vbi asserit, quòd intellectus noster nulla ratione est potentia passiua, nec nostrum intelligere est pati nec formaliter nec causaliter. Existimat enim, quòd obiectum intelligibile non immutat ipsum intellectum, sed concurrit ad intellectionem terminatiuè tantum. Hanc sententia probat aliquibus ex argumentis propositis in principio dubii. ¶ Secunda sententia est, quàm videtur tenere Scotus ubi suprà, quo loco docet, quòd intellectus est potentia passiua, non tamen per se, sed per accidens. Existimat enim Scotus duo. Primum est, quòd obiectum intelligibile habet se quodammodo actiuè in ordine ad intellectionem. Alterum vero est, quòd non immutat intellectum ipsum per se, sed simul cum ipso in tellectu concurrendo ad producendam in tellectionem.

¶ Tertia sententia media est, q̄ nostrum intelligere est quoddam pati per se & simpliciter, non quidem formaliter, sed causaliter; & ex consequenti nostet intellectus possibilis per se & simpliciter est potentia passiua. Hanc sententiam tanquam veram & tanquam doctrinam Aristotel. docet Diuus Thomas in hoc articulo, & est communis sententia discipulorum eius. Quam tenet & explicat diffusius Caietanus hic & in. 3. de anima capitu. 1. & Capreolus eam explicat in. 4. distinctione. 49. quæstione. 4. ad argumenta Aureoli contra secundam conclusionem, & Ferr. 2. contra gent. capite. 60. circa quintam rationem, & capitu. 82. & 98.

PRO decisione huius difficultatis sit prima conclusio. Si intellectus noster possibilis comparetur ad obiectum intelligibile, ille est potentia passiua simpliciter loquendo. Hæc conclusio est expressa mens Aristotelis & Diui Thomæ in locis citatis, & probatur breuissimè vnica ratione. Intellectus possibilis nihil agit in ipsum obiectum, & obiectum producit speciem in intellectu, ergo intellectus passiuè tantùm se habet respectu intelligibilis. Ex hac conclusione & ratione eius sequitur contra Scotum in. 2. distinctione. 3. quæstione vltima, quòd angelicus intellectus nullatenus dicetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentia passiua maximè si comparetur ad A obiectum; quoniam intellectus angelicus nullam speciem recipit ab obiecto, nec aliquo alio modo patitur ab illo. Sed de his plura diximus suprà q.54.artic.4.

¶ Sed est obiectio contra hanc conclusionem, & rationem eius. Intellectus Christi Domini & prothoparentis Adæ erat potentia eiusdem rationis cum nostra, & habebant intellectum possibilem & agentē sicut & nos habemus: tamen species intelligibiles eorū non fuerunt receptæ ab obie B cto, sed à Deo infusæ, vt docet Diuus Thomas, de Christo Domino in 3. parte quæstione. 12. & de primo parente infrà quæstione. 94. ergo intellectus noster nulla ratione dicetur potentia passiua per ordinem ad obiectum. Confirmatur. Quoniam in via Dini Thomæ, vt suprà quæstione. 55.articulo.2.dubio.2.asseruimus, probabile est species intelligibiles angelicas non fluere ab eorum essentijs per modum propriæ passionis, sed speciali actione esse productas à Deo in eorum intellectibus. At nulla ratione saltim in via Diu. Thom. est probabile, quòd intellectus angelicus sit potentia passiua in ordine ad obiectum, ergo eadem ratione nullo modo est asserendum, quòd intellectus Christi Domini, & prothoparentis sint potentia passiua in ordine ad obiectum à quo non recipiunt species intelligibiles.

¶Ad hanc obiectionem respondetur primo, quòd secundum doctrinam Diui Tho D mæ in locis citatis in argumento, Christus Dominus & Adam præter species, quas acceperunt in sui conditione à Deo infusas, processu temporis colligebant alias ab ipsis rebus, & hoc satis fuerit, vt eorum intellectus diceretur potentia passiua simpliciter, & eadem ratione cum nostro intellectu in ordine ad obiectum intelligibile.

Secundò respondetur, quòd si species quas Christus Dominus & Adam acceperunt in sui productione à Deo infusas, considerentur E secundùm naturam suam, & secundū modum productionis quem ex natura sua postulabant, simpliciter & secundum omnem rationem sunt eiusdem ordinis & rationis cum speciebus nostris: & ita dicuntur à Theologis illæ species per se acquisitæ & acceptæ à rebus, per accidens autem infusæ. Sic etiam proportionabiliter, si intellectus Christi Domini & Adami considerentur secundum se, sunt potentiæ passiuæ & receptiuæ specierum; per accidens autem fuit naturæ eorum, vt à Deo infunderentur species quas successu temporis ipsi accepturi erant à rebus, & ita simpliciter etiam in ordine ad obiectum debet dici potentia passiua.

¶ Secunda conclusio. Intellectus noster possibilis, si comparetur ad speciem intelligibilem, quam recipit; est etiam potentia passiua simpliciter. Probatur. Intellectus possibilis non producit in se species intelligibiles, vt articulo sequenti explicabimus, sed causantur in illo per actionem intellectus agentis, ergo. Confirmatur. Quoniam vt præcedenti conclusione diximus, intellectus noster non habet species naturaliter sibi congenitas, sicut habet intellectus angelicus; sed potius, vt refert C Diuus Thomas in articulo ex Aristot. 3. de anima text. 14. in principio. est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, ergo purè passiuè se habet in ordine ad speciē.

¶ Sed circa hanc conclusionem notandum est, quòd quando dicitur, quòd intellectus noster est potentia purè passiua respectu speciei, quam in se recipit, intelligenda est solùm respectu specierum, quas accipit à rebus non respectu illarum, quas ipse ex alijs, quas præhabet, potest produ D cere, & sæpè producit. Constat enim ex doctrina Diui Thomæ suprà quæstione 12.articulo.9.ad secundum; quòd tam imaginatiua, quàm intellectus ex præconceptis speciebus formant alias species similes prioribus, vt ex specie montis & auri formant speciem montis aurei, & ex præconceptis speciebus imaginis formant speciem imperatoris. Sic etiam solent dicere multi Philosophi, quòd noster intellectus intelligit res immateriales & entia rationis per E species proprias ipsorum, non quidem acceptas ab ipsis rebus, quæ nullo modo percipiuntur sensibus, sed per species formatas per virtutem intellectus ex similitudine & proportione ad species rerum corporalium præexistentes in intellectu. Dicimus ergo, quòd intellectus noster respectu

spectu harum specierum non dicitur potentia purè passiua, nam ex speciebus quas antea habebat producit istas, ac proinde non tantum passiuè concurrit in ordine ad istas, quas producit sed etiam actiuè. Vnde Caietanus explicans in hoc articulo quædam verba Diui Thomæ in quolibeto. 8. articulo. 3. vbi dicit, quòd intellectus possibilis est patiens cooperans agenti, inquit, quòd hæc verba debent intelligi de intellectu possibili iam formato, qui ex præceptis speciebus, potest species alias in se producere multo magis, quàm imaginatiua, quæ etiam non nuda sed formata iam ex speciebus montis & auri format in se speciem montis aurei.

¶ Tertia conclusio. Si intellectus possibilis consideretur in ordine ad intellectionem, est potentia actiua simpliciter, non passiua, nisi secundum quid. Hanc conclusionem quantum ad primam partem satis conuincunt argumenta à principio dubij proposita, & amplius probabitur circa finem huius dubij. Ostendemus enim contra aliquos Theologos, quòd intellectus noster concurrit actiuè ad suam intellectionem, vt Diuus Thomas definit in hoc articulo & suprà quæstione. 56. articu. 1. Iam verò probatur nostra conclusio quātum ad secundam partem, scilicet, quòd tantum secundum quid sit potentia passiua in ordine ad intellectionem. Nam cum intellectio sit actio immanens, quæ recipitur in ipso intellectu tanquàm in subiecto necessariò est dicendum, quòd sit potentia D passiua in ordine ad receptionem intellectionis. Hoc autem est esse potentiam passiuam tantum secundum quid, quoniam alias etiam intellectus angelicus, & voluntas humana, essent potentiæ passiuæ simpliciter, quia recipiunt suas operationes, quod nullus admittet, ergo.

¶ Quòd si aliquis quærat, quare intellectus dicatur potentia passiua, potius quàm actiua simpliciter loquendo, siquidem sicut per ordinem ad obiectum & spe E ciem dicitur simpliciter potentia passiua, ita consideratus in ordine ad intellectionem dicitur simpliciter potentia actiua? Respondetur, quòd cum potentia ex sua natura dicatur per comparationē ad obiectum (vt explicatum est suprà quæstione. 77. & quæstione. 88. articulo. 3. prima parte articuli dubio. 2.) inde prouenit, quòd determinatio, & denominatio potentiæ qualis sit, debeat sumi per comparationē ad ipsum obiectum, & quoniam intellectus in ordine ad obiectum habet pati non agere in obiectum, vt explicatum est in prima & secunda conclusione, inde est q dicatur simpliciter potentia passiua, vt Diuus Thomas dicit, quod etiam docuit A Albertus Magnus in summa de homine tractatu de intellectu possibili q.1.

¶ Quarta conclusio. Si loquamur causaliter, nostrum intelligere est quoddam pati absolute & simpliciter. Ad intelligentiam huius conclusionis aduertendum est. Primò. Quòd quando dicimus nostrum intelligere esse quoddam pati causaliter, volumus dicere quòd nostrum intelligere causatur ex passione intellectus ab obiecto intelligibili. Secundò notandum est ex Caietano in hoc articulo & su- C prà quæstione. 14. quòd res quælibet ex hoc est cognoscitiua, quòd est tam eleuatæ naturæ, quòd potest fieri alia à se. At vnam rem fieri aliam contingit tripliciter. Actu puro, potentia pura, & medio modo; quodam modo, scilicet, actu, & quodam modo potentia, & in horum infimo gradu anima nostra est posita. Est enim à principio tanquàm tabula rasa, in qua nihil est depictum. Ex quo colligitur, quòd si anima aliquid cognoscere debet, oportet eam actu esse res cognitas. Hoc supposito probatur conclusio. Intellectus noster est in potentia purè passiua ad intelligibile & ad speciem intelligibilem, ergo intellectus possibilis patitur ab intelligibili. Antecedens est notum ex his quæ in prima & secunda conclusione dicta sunt, & etiam in secundo notabili modo posito; consequentia autem est euidens. Tunc vltra. Ex ista passione intellectus ab intelligibili causatur nostra intellectio, ergo E nostra intellectio causaliter est passio. Hæc etiam secunda consequentia manifesta est ex primo notabili. Ibi enim diximus idem esse dicere nostram intellectionē esse causalitèr passionem, & illam oriri ex aliqua pręuia passione intellectus.

¶Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quod si quis respondeat ad hanc ratio A
nem, passionem illam intellectus ab intelligibili per accidens se habere ad nostrã intellectionem, nam etiam si nulla esset talis passio, dum tamen esset vnio obiecti intelligibilis cum intellectu esset intellectio & propterea non dicit nostram intellectionem causaliter passionem, quia ad hoc esset necessarium, quod illa passio per se, se haberet ad nostram intellectionem. Ad hoc dicimus, quòd cum anima nostra ex natura sua in genere intelligibilium sit in pura potentia, vt dictum est in secundo notabili, non se habet per accidens talis passio ad intellectionem, nisi quis (vt inquit Caietanus hic) adeo deliret, vt dicat animam, quæ est intelligibilis in potentia, fieri actu intelligibilem, quod est per accidens intellectio nem. Per illam enim passionem intellectus ab intelligibili constituitur anima nostra, actu intelligibilis, quę sine illa erat intelligibilis in potentia pura.

¶Secundo probatur conclusio. Hæc est differentia inter potentiam essentialem, & accidentalem, quòd illa non potest reduci in actum nisi per mutationem antecedentem operationem, quæ ab extrinseco debet prouenire, hæc verò se ipsa potest exire in actum vltimum, vt habet doctrina Arist. in 8. physicorum, & secundo de anima, sed anima nostra est in potentia essentiali ad intellectionem, ergo necessarium est, vt præcedat in illa mutatio à potentia D
essentiali ad accidentalem, quæ ab extrinseco debet prouenire, ergo passio proueniens in intellectu nostro per talem mutationẽ per se se habet ad intellectionem, ergo intelligere nostrum est causaliter pati.

¶Ex his colligitur, quòd loquendo formaliter de intellectione nostra eodem prorsus modo est actio sicut & intellectio angelica, nec in hoc est assignandum aliquod discrimen in doctrina Diui Thomę, sed tota differentia est loquendo de E
intellectione causaliter tantum, propterea, quòd intellectus angeli nunquam fuit in potentia ad actum primum, sed semper habuit species rerum omnium sibi congenitas, intellectus vero noster successu temporis per virtutẽ luminis intellectus agentis abstrahit species ab ipsis rebus. Cæterum postquam iam est semel constitutus in actu per species intelligibiles actiue concurrit ad eliciendum intellectionem, sicut & intellectus angelicus, & in hoc nullum est discrimen inter illos.

AD primum argumentum in oppositum respondetur cum Caietano hic, quòd intellectus possibilis, non patitur principaliter à phantasmate, sed ab intellectu agente, qui est potentia etiam spiritualis sicut intellectus possibilis. Nullum autem est inconueniens, quòd mediate & minus principaliter patiatur à phantasmate corporeo. Secundo & melius nos respondemus, quòd intellectus possibilis nullo modo patitur à phantasmate, sed solus intellectus agens per suum lumen est, qui actiue abstrahit species intelligibiles à phantasmatibus in intellectu possibili.

C ¶Ad secundum argumentum respondetur, quod solum probat intellectum esse potentiam actiuam tantum in ordine ad intellectionem, quod nos concessimus in tertia conclusione, non autem probat q̃ in ordine ad obiectum & speciẽ non sit potentia passiua, & quòd nostra intellectio non sit causaliter passio.

¶Ad tertium argumentum, quod erat Scoti, respondetur solum probare, quòd tam obiectum quàm intellectus concurrant ad intellectionem, at quòd vtrunque concurrat actiue nec apparenter quidem probat. Nam solus intellectus actuatus tamen & determinatus per speciem intelligibilem secundum modum (quem in sequentibus explicabimus) est qui actiue elicit intellectionem. Idem respondetur ad confirmationem.

¶Ad quartum negatur antecedens. Primo. Quoniam impossibile est, q̃ obiectum se ipso vniatur intellectui in esse intelligibili, tum quoniã materiale est; tum etiã quoniam seipso non potest proportionari intellectui, vt sit illi ratio operandi circa tale obiectum. Vnde species intelligibilis non se habet per accidẽs ad intellectionem sed per se, & ex cõsequẽti per se intellectus patitur ab specie intelligibli. Proborũ maiori in-

intelligẽtia notandum est id, quod in q.12. A
ar.2. & q.56.ar.1. dictũ est. Duplex esse munus speciei intelligibilis, primum vnire obiectum cum potentia in esse intelligibili, per quam vnionem intellectus fit vnum cum obiecto intelligibili, & cõstituitur in actu, vt possit elicere intellectionem circa tale obiectum, & hoc est munus principale speciei intelligibilis. Habet secundo species intelligibilis, quòd sit intellectui forma & ratio operandi. Et vtrunque horum se habet per se respectu intellectionis, vnde merito dicimus per se intellectum nostrum pati ab specie intelligibili, quia obiectum ipsum in esse reali non potest vniri nostro intellectui, sic vt efficiat vnum cum intellectu in esse intelligibili, & sit simul forma, per quam virtus intellectus determinetur, vt possit operari, vnde necesse est, quòd per speciem intelligibilem id fiat. Quod vero in argumento obijcitur. Aliquod obiectum supplere vicem speciei intelligibilis in suo proprio intellectu aut etiam alieno, non obstat prædictæ doctrinæ. Specialissima est enim ratio, & de Diuina essentia respectu intellectus beati, & de essentia angelica respectu proprij intellectus. Quòd enim essentia diuina possit habere rationem speciei intelligibilis in ordine ad intellectum beati ad se ipsam cognoscendum: hoc prouenit ex infinitate di D
uinæ essentiæ in esse intelligibili; vnde se ipsa essentia diuina habet quidquid perfectionis est in specie intelligibili. De quo vide quæ diximus supra quæst.12.art.2.ne eadem pluries repetamus. Quod vero attinet ad essentiam angeli respectu proprii intellectus, est etiam specialis ratio, quare possit habere rationẽ speciei intelligibilis ad se cognoscendum. Hoc enim prouenit, vt supra q.56.ar.1. latius explicuimus, quia essentia angeli se ipsa est vnita proprio intE
ellectui in esse intelligibili eminentissimo modo, quia, scilicet, finit intellectus angelicus & virtus actiua ipsius ab essentia angeli determinatus & actuatus perfectissimo modo ad se cognoscendum propter proportionem & affinitatem, quæ est inter illos. Vide supra. De reliquis omnibus manifestũ est non esse parem rationem, atque adeo necessaria est omnino species intelligibilis super addita, vt intellectus constituatur in actu primo per illam ad eliciendum intellectionem.

¶ Ad vltimum argumentum, quod attinet ad intellectum nostrum in ordine ad intellectionem, iam diximus in tertia cõclusione tantum secundum quid esse potẽtiam passiuam, & quantum ad hoc nulla est differentia intellectus nostri ab omnibus aliis potentiis, quarum actiones sunt immanentes, siue sint angelicæ siue humaB
næ. Intellectus enim angelicus, & voluntas, similiter imaginatiua, visus &c. omnes sunt potentiæ passiuæ secundũ quid, sicut intellectus humanus quia recipiunt in se suas operationes. Nihilominus respectu speciei intelligibilis latum est discrimen inter intellectum nostrum & angelicum. Nam intellectus noster ex natura sua C
est in potentia essentiali, & tanquam tabula rasa, vnde respectu speciei intelligibilis, quam recipit de nouo, dicitur potentia passiua ex doctrina Diui Thomæ in articulo dicentis, quòd intellectus dicitur potentia passiua, quia recipit aliquid ad quod antea erat in potentia. Cæterum intellectus angeli ex natura sua est in actu respectu speciei, & nunquam fuit in potentia essentiali, vnde non dicitur potentia passiua respectu speciei. Ad confirmationem satis constat ex dictis, sed nihilominus respondetur, quòd quando Diu. Thom. dicit in articulo, quòd intellectus noster est potentia passiua respectu illius, ad quod erat in potentia, debet intelligi de potentia essentiali non accidentali. Vnde cum solummodo respectu actus primi, qui est species intelligibilis, sit in potentia essentiali, solum respectu illius dicetur potentia passiua.

DVbitatur secundo ad maiorem explicationem præcedentis dubii, & præcipue tertiæ conclusionis. Vtrum intellectio producatur effectiue ab ipso intellectu, an vero meré passiuè se habeat respectu illius saltim de potentia Dei absoluta?

¶Arguitur primo & probatur, q̃ intellectio nõ producat effectiue ab intellectu. Sequitur ex opposita sentẽtia. Primo. Quod idẽ sit causa materialis & efficiẽs respectu eiusdẽ formę, cõsequẽs est cõtra Arist. 3. Physic. vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi latè probat, quòd materia & efficiens non coincidunt. Sequela verò probatur. Quoniam intellectus est subiectum suæ actionis, est enim actio intellectus immanens non transiens, ergo est causa materialis respectu intellectionis. Probatur consequentia. Quia subiectū est causa materialis omnium accidentiū. Secundò sequitur, ꝙ idem sit ageus & patiens respectu eiusdē: consequens nullatenus est admittendū, ergo. Probatur sequela, quoniā intellectus patiē ab intellectione, quatenus recipitur in illo, vt diximus in tertia conclusione præcedentis dubii, & ex alia parte affectiuè producit illā, ergo. Minor verò probatur. Quoniā aliàs idē referretur ad se ipsum relatione reali, cōsequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Quoniam inter agens & patiens semper est relatio realis, vt docet Ari. in.c.de ad aliquid. Minor verò probatur. Quoniā secundū doctrinam Ari.5.Meth.tex.20. inter alias conditiones ad relationē realē requisitas precipua est, ꝙ sit inter extrema realiter distincta. ¶Secundò principaliter arguitur. Si intellectus produceret affectiuè intellectionē. Sequit ꝙ etiā effectiuè producat visionē Dei; consequens est falsum, ergo. Sequela videtur manifesta, quoniam eadem est ratio respectu omnis intellectionis. Minor verò probatur. Quoniam aliàs ex efficientia & actiuitate intellectus aliquid perfectionis accresceret visioni, & ex consequenti qui perfectiorem haberet intellectū, cum minori vel saltim æquali lumine glorię posset perfectius videre Deum quàm ille qui nō est præditus tanto lumine. Et confirmatur. Nam ex opposita sententia sequitur, ꝙ illa visio non sit omnino supernaturalis, haberet enim aliquid naturale effectiuè productum à potentia naturali. ¶ Tertio arguitur, & probatur ꝙ saltim de potentia Dei absolutā possit homo intelligere eius intellectu merè passiuè se habeute. Arguitur sic. Deus potest producere intellectionem alicuius rei in intellectu hominis, vt concedunt sapientissimi viri de visione beata in. 1.2. q.3. arti. 2. Tamen effectus formalis illius intellectionis erit facere hominem intelligentem, ergo potest homo saltim de potentia Dei absoluta intelligere aliquid eius intellectu merè passiuè se habente. ¶ Quarto arguitur ad idem. Esse est effectus formalis formæ, vt sæpè dicit Diuus Thomas; sed Deus potest facere, quòd homo existat sine esse, quod sit effectus formalis formæ, vt patet in Christo Domino, ergo etiam potest facere, quòd homo intelligat, & non per intellectionem productam à se. Probatur consequentia. Quoniam etiam intellectio est quoddam esse intellectus in genere intelligibilium, vt quàm sæpius dicit D. Thom. in hac prima parte.

¶ Quinto arguitur. Actus virtutum infusarum dicunt intrinsecum ordinem ad ipsas uirtutes, sicut actus vitales ad potentias, sed potest facere Deus, quòd ego credam & amem Deum sine habitibus infusis, vt concedunt sapientiores Theologi in. 1. secundæ quæstione. 62. ergo similiter potest facere, quòd ego intelligam, & non per actum productū ab intellectu. Et confirmatur. Nutritio & augmentatio sunt actiones vitales, tamen Deus potest facere, vt homo nutriatur & augeatur sine hoc quòd istæ actiones producantur ab eo, ergo similiter potest facere, quòd homo intelligat sine hoc quòd producat intellectionem. ¶ Vltimò. Dependentiam formalem potest Deus supplere, ergo etiam si actus vitalis dicat dependentiam formalem à potentia vitali, potent Deus illam supplere. Antecedens patet, Nam obiectum est causa formalis actus, & tamen Deus potest facere, quòd ego habeam notitiam Antichristi non terminatam ad Antichristum, vt patet in visione beata, ergo.

AD explicationem huius quæstionis notandum est, in hac re fuisse varias sententias & extremas. Quidam enim renent, quòd non solùm de possibili sed etiam de facto in omni intellectione nostra etiam naturali intellectus noster concurrit merè passiuè. Ita tenent Godofredus quodlibeto. 5. quæstione. 2. vt refert Capr. in. 2. distinctione. 3. quæstione. 2. & Adam. Tenent etiam illam alii recentiores, inter quos vnus est laudatus in. 2. de anima quæstione. 16. & in 3. de anima quæstione. 23 & 24. & Paulus Venetus

Venetus in summa de anima capite. 10. & fuit sententia, quam olim docuit Ægydius tractatu de cognitione angelorum quæstione. 1. Alij autores dicunt, quòd licèt in cognitione naturali intellectus noster actiuè producat intellectionem, tamen saltum in visione Dei merè passiuè se habet. Ita tenet Marsilius in 3. quæstione. 10. artic. 2. & eandem docuit perpetuò Gabr. vt patet in 1. distinctione. 1. quæstione. 2. articulo. 2. & in 2. distinctione. 7. quæstione. 1, articulo. 1. & alijs locis. In hanc etiam sententiam referunt alios quàm plures Magister Soto in quarto distinctione. 49. quæstione. 2. articulo. 3. circa primam conclusionem, & Magister Medina in 1.2. quæstione. 3. articulo. 2. dubio. 3. Hanc sententiam probant prædicti autores secundo argumento à nobis proposito. Tertia sententia est aliorum, qui dicunt quòd licèt de facto semper concurrat actiuè noster intellectus in omni sua operatione, tamen de potentia Dei absoluta potest intelligere merè passiuè se habens respectu intellectionis. Ita tenent Sonzinas. 9. Meth. quæstione. 20. ad 4. & alij, quos refert Magister Medina vbi suprà. Alij tamen dicunt, quòd licèt Deus possit producere intellectionem in intellectu meo, tamen per illam non possum dici intelligens, sed tantum erit illa intellectio in intellectu meo per modum qualitatis, non per modum intellectionis. Hanc sententiam tenet Caietanus suprà quæstione. 12. articulo. 5. & Ferr. 3. contra. Gent. capite. 54. Capr. in 4. distinctione. 49. quæstione. 4. ad vltimum. 4. loco, Soto ibidem quæstione. 2. Maioris in 4. distinctione. 12. q. 1. ad 6. & dist. 49. q. 9. in fine, & Olchot. quodlib. 8. art. 3.

PRo decisione huius difficultatis, vt certa ab incertis separemus, primum omnium supponendum est de prima sententia nullum esse dubium, quin sit falsa, nec de illa est in præsenti disputandum. Videatur Capreolus vbi suprà, & Caiet. hic.

¶ Et ad primum argumentum, cui assertores illius nituntur, facilè respondetur negando illa duo incōuenientia relata in primo argumento. Nam eadem ratione probarent omnes potentias tam humanas quā angelicas, quarum operationes sunt immanentes, tantùm passiuè se habere in suis operationibus; eodem enim modo habent esse subiecta suarum operationum, atque etiam pati ab illis; vt in tertia conclusione præcedentis dubij explicuimus. Ad Aristotelem vero dicimus, quòd quando docuit in 3. physicorum non coincidere materiam & efficientem causam; debet intelligi de materia propriè dicta & de causa efficiente, quæ verè sit causa efficiens. nō autem de subiecto accidentium, quæ non est propriè materia, sed metaphoricè, nec de intellectu, qui non est propriè causa efficiens, sed potiùs habet modum causæ efficientis, sicut ipsa intellectio etiam non est actio sed qualitas, quanuis habeat modum actionis. Et idem respondemus ad secundum inconueniens, quòd infertur in argumento. Ad illud autem, quod vltimo infertur, scilicet, quòd idem referretur ad seipsum relatione reali, negamus etiam consequentiam, si loquamur formaliter. Volumus dicere, quòd intellectus vt elicit intellectionem distinguitur à seipso, vt est subiectum illius. Etenim, vt explicuimus suprà pluribus in locis, præsertim quæstione. 56. articulo. 1. intellectus & species intelligibiles non ponunt in numero, vt sunt principium intellectionis. Nam intellectus constitutus in actu per speciem intelligibilem est, qui elicit intellectionem. Cæterum intellectus est subiectum intellectionis nudus, & nō prout informatur specie intelligibili, & constituitur in actu secundo per illam. Ex quo colligitur quòd non refertur idem ad seipsum formaliter loquēdo, sed solùm materialiter, quod nullum est inconueniens.

TOta ergo difficultas huius quæstionis versatur circa alias tres sententias. Pro cuius declaratione sit prima conclusio. Secunda opinio, quæ asserit intellectum beati merè passiuè se habere in visione Dei, est falsa & temeraria. Hæc conclusio est certissima inter modernos Theologos, & aliqui non solum temerariam, sed & periculosam esse in fide existimant. Quod potest probari. Primò. Quoniam in Clementina Ad nostrum. de hæreticis, definit Concilium Lugdunense. Lumen gloriæ esse necessarium in beatis ad videndum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum Deum, & ipso beatè fruendum, ergo A habetur antequàm de fide, quòd iustificatio nostra sit à nobis effectiuè; sed tantum
intelligit Concilium, hoc lumen esse necessarium ad videndum Deum, & vt intellectus producat visionem Secundò. Quoniã definit, quòd excitati diuina gratia disponimus nos, & cooperamur per liberum arbitrium ad nostram iustificationem. Pari, ergo modo possent isti autores sine periculo fidei dicere, quod per Dei gratiam nos disponimus ad beatitudinem. Ad tertium dicimus, quòd quanuis sit certum secundum fidem, quod beati in patria vident Deum, vt in 1.2.quæstio.3. articul.4. demonstratur, tamen non est euidens lumine naturali, quòd visio debeat produci effectiuè ab ipso vidente, & non possit produci à solo Deo. Nam sunt autores graues, quos ad primam sententiam retulimus, qui non solùm de possibili sed etiam de facto ita contingere opinantur, non solum in visione Dei, sed in omni alia intellectione. Et quemadmodum quidam concedunt, quòd illa visio in genere qualitatis posset produci à solo Deo in intellectu nostro: ita etiam illi concedunt, quòd in ratione visionis potest produci à solo Deo. Et inter discipulos Diu. Thomę acutissimus Sonzinas.9 metha. quæstio 20. ad 4. concedit vniuersaliter non esse de essentia operationis immanentis, quòd producatur effectiuè ab ipso, in quo recipitur: sed posset Deus se solo producere intellectionem in intellectu nostro, ipso intellectu tantum receptiuè se habente, ergo cum illa minor non sit cui dens lumine naturali, non colligitur, quòd nostra sententia sit certa ex fide, & opposita periculosa.

intelligit Concilium, hoc lumen esse necessarium ad videndum Deum, & vt intellectus producat visionem Secundò. Quoniã in Concilio Tridentino sess. 6. can. 4. damnatur qui dixerit in iustificatione nostrum liberum arbitrium non se disponere & cooperari ad iustificationem ex diuina gratia, sed merè passiuè se habere, ergo etiã damnaret Cõcilium, in beatificatione, nostrum intellectum merè passiuè se habere. Tertiò probatur. Quoniam hæc nostra sententia colligitur per bonam consequẽtiam ex vna de fide, & altera euidenti lumine naturali, ergo est proxima fidei, ita vt opposita sit periculosa & erronea. Consequentia patet ex regula Theologorum ad cognoscendas propositiones erroneas. Antecedens vero probatur. Quoniam de fide est, quòd beati in patria vident Deum, vt patet ex testimonijs. 1 Cor. 13. & 1. Ioan. 3. Est autem euidens, quòd visio est actio vitalis, de cuius natura est, vt producatur ab ipso vidente, ergo. Nihilominus tamen hæc censura nimis seuera & rigida videtur, & satisfuerit asserere illam secundam sententiam esse temerariam aut periculosam. Hoc non aliter probatur quam soluendo argumenta prædicta. Ad primum enim dicimus, quòd Concilium ibi non definit, ꝙ illud lumen gloriæ sit necessarium, vt intellectus effectiuè producat visionem Dei, quare sine periculo fidei possent prædicti autores asserere illud lumen esse necessarium ex parte intellectus, vt possit recipere visionem Dei, quam ipse Deus producit. Itaque sicut D. Thom. suprà quæs. 12. articul. 2. fatetur, quòd lumen gloriæ est necessarium, vt intellectus possit recipere essentiam diuinam in ratione speciei intelligibilis, & sicut dicunt Philosophi, quod lumen in diaphano est necessarium vt possit suscipere species visibiles: ita etiam isti autores possent sine errore proportionabiliter dicere de lumine gloriæ, quòd sit necessarium, vt intellectus possit suscipere visionem Dei. Ad secundum etiam respondetur primo, quòd Concilium tantum loquitur de viatoribus in iustificatione, non autem debeatis. Secundo etiam potest dici, quòd ex illo loco Concilij nullatenus

¶ Cæterum quanuis istæ rationes non probent hanc sententiam esse erroneam: tamen sufficienter probant nostram conclusionem. Et præterea probatur. Visio beata est operatio vitalis, sicut ambulatio & comestio, sed nunquam homo dicitur ambulare aut comedere, nisi effectiuè producat illos actus, ergo similiter nunquam intellectus creatus dicetur videre Deum nisi effectiuè producat visionem. Maior videtur manifesta, cum visio beata sit operatio intellectus. Minor autem demonstratur à Diuo Thoma suprà quæstio. 51. artic. 3. ad 2. 3. & 5. Et confirmatur. Gratia & lenia hac ratione dicimus, ꝙ non se mo-

uent, sed mouentur ab alio, & ꝙ aliquando homo non ambulat sed trahitur quoniã illæ operationes non procedunt effectiuè à principio intrinseco viuente, Secundò probatur. Dilectio & fruitio Dei in patria producitur effectiuè ab ipso beato (vt etiam autores, qui contrarium nostrę conclusionis tenent, fatentur) ergo etiam visio beata. Consequentia probatur ex paritate rationis. Vltimò tandem probatur nostra cõclusio. In via cognoscimus & diligimus Deum per actus elicitos effectiuè ab intellectu mediantibus habitibus virtutum fidei charitatis, ergo etiam in patria beati vident & amant per actus effectiuè elicitos. Probatur consequentia. Quoniam eadem charitas, quæ erat in via, perseuerat in patria, & loco habitus fidei succedit habitus luminis gloriæ, qui perfectius actuat & corroborat intellectũ, ergo intellectus & voluntas etiam actiuè operantur in patria.

cludit in sua essentia, ꝙ producat à principio intrinseco viuente, ergo non põt producere à solo Deo. Probat cõsequentia. Quoniã Deus non põt supplere illud, quod pertinet ad rõnem formalem & essentialem alicuius effectus: quia rõne dicitur, ꝙ nõ potest producere se solo operationem liberã voluntatis. Ad quatuor autem argumenta à principio quæstionis proposita quatenus impugnant hanc conclusionem pro hac secunda parte suo loco satisfiet.

AD argumenta in oppositum respondendum est. ¶ Ad primum iam diximus satis. ¶ Ad secundum argumentum supra q. 12. art. 6. aliqua diximus, sed quoniã adhuc argumentum habet suam difficultatem: breuiter in præsenti dicendum nobis est, quod attinet ad argumẽti solutionem. Ad quod Caiet. 3. par. q. 10. art. 4. & Scotus in 4. dist. 50. q. 50. & Maioris dist. 49. q. 10. ad 7. & Olchot in illa quæst. 8. citata, omnes concedunt secundam sequelam argumenti, quoniam tenent partem affirmatiuam huius quæstionis, & sic non reputant inconuenieus concedere consequens argumenti. Henricus vero quodlib. 12. q. 6. qui etiam tenet partem affirmatiuam quæstionis, respondet ad argumentum, quòd in illo casu non videbit ille Deum perfectius ex parte obiecti, cæterum ex parte potentiæ perfectius videbit, quoniam magis expedite & multò facilius producet actum visionis; quanuis etiam alter, qui habet imperfectiorem intellectum, producet suam visionem absque aliquo impedimento. Et quando vlterius infertur, ꝙ tunc quantitas gloriæ essentialis non responderet quantitati charitatis & meritorum, respondẽt aliqui eorum, ꝙ cum Deus sit iustissimus remunerator, confert maius lumen gloriæ, illi qui habet intellectum minùs perfectũ, vt possit habere æqualem visionem cũ eo, qui habet intellectum perfectiorẽ. Sed ista solutio asseritur sine fundamento, & est falsa & insufficiens. Primò, qm̃ omnino voluntariè & absque rõne dicitur, ꝙ habens perfectiorem intellectum naturalem accipiat in patria minus lumẽ gloriæ, q̃ acciperet si haberet imperfectiorem intellectum. Secundò. Quoniam, ex illa manifestè sequitur, quòd aliquid præmij essentialis correspõderet

¶ Secunda conclusio. Satis probabile est, quòd Deus potest producere se solo quamlibet intellectionem in ratione qualitatis, non in ratione intellectionis, ac per consequens intellectus per illam intellectione non dicetur intelligere. Hæc conclusio est contra autores tertiæ sententię, & probatur prima pars. In productione illius qualitatis nulla inuoluitur ratio formalis aut essentialis, sed sola ratio causæ efficientis, sed Deus potest producere se solo illud, quod producit cum causa secunda efficiente, ergo. Probatur minor. Quoniam Deus potest supplere vicem causæ purè efficientis: quoniam quando concurrit cum illa, nullam dependentiam habet ab ipsa etiam in ordine ad effectum. Confirmatur. Deus se solo potest producere in intellectu nostro species intelligibiles, & potest etiam producere verbum mentis, ergo pari ratione potest producere illam qualitatem, quæ est intellectio. Probatur consequentia. Quoniam ẽt species, & verbum dicunt ordinem ad extrinsecum. Hanc etiam conclusionem probant efficaciter quatuor argumẽta vltima in principio huius dubij proposita.

¶ Secunda pars huius cõclusionis probatur efficaciter argumẽto facto ad probationem primę conclusionis. Nam intellectio, vt intellectio est, cũ sit operatio vitalis in-

sponderet naturali perfectioni intellectus, & ex illa proueniret; quod alienum est ab omni veritate. Tertiò. Quoniam secundum communem doctrinam Theologorum in pueris, qui statim post baptismum decedunt, est æqualis gloria & lumen gloriæ; at non habent esse omnes æqualis perfectionis naturalis intellectus, ergo solutio est omnino falsa.

¶ Alij theologi (qui falsò sibi Thomistarum nomen vsurpare volunt) supponentes certò nobiscum, perfectioni naturali intellectus nihil gloriæ correspondere; aiunt huic argumento, ꝙ visio beatifica in eo, qui habet perfectiorẽ intellectum, est perfectior quantum ad ipsam substantiam actus, quæ prouenit ab intellectu secundum se, cæterum non est perfectior quantum ad modum operandi, qui prouenit ab ipso habitu luminis gloriæ. Sed hæc soluno est falsa. Primò. Quoniam secundum veram doctrinam, quam tradit D. Tho. 2. 2. quæstio. 171. art. 2. ad 3. visio beatifica est omnino supernaturalis non solum quantum ad modum, sed etiam quãtum ad substantiam. De quo alibi disputandum est. Secundò. Quoniam ratio generica visionis & specifica talis visionis non distinguuntur in visione beatifica, nisi sola ratione: nam secundum rem, ratio generica & specifica non possunt distingui, ergo ab eodẽ principio debet prouenire substantia visionis & determinatio talis visionis. Sed hoc secundum prouenit ab intellectu vt illustrato lumine gloriæ, ergo etiam substantia visionis.

¶ Alij, qui nobiscum sentiunt in hoc, ꝙ ex perfectione naturali intellectus nihil perfectionis prouenit visioni beatæ, dicũt, ꝙ intellectus in illa se habet vt instrumentum Dei, quod elevatur per virtutem lumi nis gloriæ. Operatio autem semper commensuratur virtuti principalis agentis, nõ autem virtuti ipsius instrumenti. Et hac ratione perfectio visionis beatæ commensuratur lumini gloriæ, & non actiuitati ipsius intellectus. Hæc etiam solutio non satisfacit argumento, est enim omnino falsa. Primò. Quoniam intellectus beati habet essentiam diuinam sibi vnitam in ratione speciei intelligibilis, & habitum luminis gloriæ per modum formæ permanentis: instrumentum autem vt sic nunquam recipit virtutem à principali agente per modũ habitus permanentis, sed tantum per modum actualis motionis: vt D. Thom. sæpè docet, ergo intellectus non potest habere rationem instrumenti. Secundò. Quoniam instrumentum nunquàm recipit in se operationem, & effectum principalis agentis, tanquàm perfectionem propriam, ergo intellectus beati non est instrumẽtum respectu visionis. Tertiò. Quoniã quando principale agens in omnibus alijs est æquale, tunc perfectius agit, quãdo agit per instrumentum magis perfectum, ergo etiam si intellectus esset instrumentum Dei. Insufficienter explicat hæc solutio, quare intellectus perfectior non producat visionem perfectiorem cum æquali lumine gloriæ. Quare aliter nobis videtur respondendum ad argumentum.

¶ Vera igitur solutio huius argumenti est, ꝙ cũ visio beatifica sit operatio omnino supernaturalis, non põt commensurari cum perfectione naturali intellectus nostri, sed necessariò debet proportionari eĩ perfectione ipsius luminis gloriæ. Sicut quando aqua eleuatur per virtutem caloris, vt ipsa possit calefacere manum, tunc quantitas illius calefactionis necessariò debet proportionari quantitati caloris, nõ autem actiuitati propriæ, quam habet ipsa aqua. Vbi aduertendum est, ꝙ quãuis hoc exemplum non teneat in omnibus (diuersus n. modus actiuitatis est in aqua respectu calefactionis, atq; in intellectu respectu visionis beati) tñ quod attinet ad præsens est satis accommodatum. Hoc n. in primis supponere debemus, ꝙ aqua calefaciens manum effectiuè calefacit, quamuis illa efficientia proueniat à virtute ignis nõ à propria ipsius aquæ. Nam sicut aqua calefaciens manum effectiuè concurrit ad calefaciendum, efficientia tñ illa modificatur omnino secundùm quantitatem caloris: sic etiam virtus actiua propria ipsius intellectus, modificatur & determinatur tanquã à causa propria & vniuoca ab ipso lumine gloriæ ad visionem Dei eliciendam. Põt etiam esse aliud exemplum in causis vniuersalibus. Nam quãdo sol concurrit cum homine

homine ad generationem hominis, habet propriam actiuitatem in ordine ad illum effectum, nihilominus tamen eius actiuitas modificatur & determinatur ab ipsa cã secunda. sic adeò vt quando cõcurrit cum equo non possit producere perfectiorem effectum quam fit generatio equi, & quando concurrit cum homine producit perfectiorem effectum. Multo ergo magis actiuitas intellectus in ordine ad visionem beatificam determinatur & limitatur per lumen gloriæ, sic vt non possit esse perfectior visio, quã fuerit quantitas luminis gloriæ.

¶ Ad argumentũ ergo in forma respondetur concedendo sequelam. Et ad probationem minoris, scilicet, quòd ex actiuitate intellectus aliquid perfectionis accresceret visioni beatæ, negatur propter rationẽ dictam. Ad confirmationem aliqui dicunt, quòd illa visio licet sit simpliciter supernaturalis: non tamen est omnino supernaturalis, propter vtilitatem, quam habet anexam, sed hæc sententia non videtur nobis vera. Cum illa visio sit vnica & simplicissima entitas, non videtur, ꝙ partim sit naturalis & partim supernaturalis, nam naturale & supernaturale sunt differentiæ entitatis. Dicendum est ergo breuiter, ꝙ ratio vitalitatis, vt procedit à potentia naturali, & secundum formam naturalem, est naturalis, ratio vero vitalitatis procedens à potentia ſm virtutem supernaturalem est supernaturalis, & talis est vitalitas visionis beatæ. ¶ Ad tertium respondetur, quòd sicut relatio diuina potest considerari vt subsistens & vt exercita, sic etiam illa visio potest considerari vt exercita per modum actionis, & vt inhærens secundum modũ qualitatis. Primo modo considerata habet pro effectu formali facere videntem, nam videre est habere visionem productam à vidente. Secundo vero modo considerata, effectus formalis eius erit nõ facere videntem, sed facere quale vel affectum tali qualitate, scilicet, visione inhærente per modum qualitatis. Hoc autem non sufficit vt dicatur videns, sed requiritur quòd visio producatur à vidente. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Differentia est, nam esse intrinsecè solum dicit primam actualitatem rei, siue sit esse proprium siue alienum communicatum naturæ: facit enim rem esse extra nihil. At uero operatio vitalis ex natura sua & intrinsecè dicit, ꝙ sit ab eo, cuius est operatio, aliàs viuere actualiter non esset à viuente substantialiter, quod non videtur intelligibile. Nam aliàs anima non esset principium vegetãdi, sentiendi, & intelligendi, & sic anima non esset anima. Cõfirmatur. Quia sicut non est in intelligibile, ꝙ Petrus generet Paulum, & actus generandi non sit à Petro, & similiter est in intelligibile, ꝙ aliquid appetat aut velit, & ꝙ appetitus eius nõ sit ab anima, ita est in intelligibile ꝙ aliquid viuat vita actuali, quæ est intelligere, & ꝙ ipsum intelligere non sit ab ipso intelligente. ¶ Ad quintum respondetur primo negando maiorem, id quod explicari solet in 1. 2. loco citato in argumento. Secundo respondetur, quòd licèt Deus possit producere illũ actum sine habitu, non tamen habitus dicitur producere illum nec operari; & idem contingit in nostra disputatione, quòd, scilicet, intellectus noster nõ dicitur elicere actum, quando merè passiuè se habet. Ad confirmationem respondetur, quòd Deus se solo potest producere terminum nutritionis aut augmentationis, scilicet, conseruationem vitæ aut maiorem quantitatem, non tamen facere potest, ꝙ ipsum animal se augeat vel nutriat per actum alienum, & idem proportionabiliter est dicendum in nostro proposito. ¶ Ad vltimum respondetur, ꝙ Deus potest supplere quidquid obiectum habet efficientiæ, non tamen quod habet formalitatis. Nam in casu argumenti, si Deus communicat mihi notitiam Antichristi in sua essentia vel in alio obiecto immediato, quod non sit Antichristus, illa notitia nõ erit eiusdem speciei cum notitia immediatè terminata ad ipsum Antichristũ.

ARTICVLVS III.

¶ An sit ponere intellectum agentem.

AD TERTIVM sic procedi- 391
tur. Videtur quòd non sit ponere De ani.
intellectum agentem. Sicut enim artic. 4.
se habet sensus ad sensibilia, ita se
hẽt intellectus ad intelligibilia. Sed quia sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sius est in potẽtia ad sensibilia, nõ ponitur sensus agens, sed sensus patiens tantum. Ergo cũ intellectus noster sit in potentia ad intelligibilia, videtur, quòd non debeat poni intellectus agens, sed possibilis tantum.

¶ 2 Præterea. Si dicatur, ꝙ in sensu etiã est aliquod agens, sicut lumen: cõtra. Lumen requiritur ad visum, inquantũ facit mediũ lucidum in actu. Nam color ipse secundùm se est motivus lucidi. Sed in operatione intellectus nõ ponitur aliquando medium, quod necesse sit fieri in actu. Ergo non est necesse ponere intellectum agentem.

¶ 3 Præterea. Similitudo agens recipitur in patiente, secundùm modum patientis. Sed intellectus passibilis est virtus immaterialis. Ergo immaterialitas eius sufficit ad hoc ꝙ recipiantur in eo forma immaterialiter. Sed ex hoc ipso aliqua forma est intelligibilis in actu, ꝙ est immaterialis. Ergo nulla necessitas est ponere intellectum agentem, ad hoc, ꝙ faciat species intelligibiles in actu.

SED cõtra est quod Philosophus dicit in 3. de Anima, *ꝙ sicut in omni natura, ita & in anima est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid, quo est omnia facere. Est ergo ponere intellectum agentem.*

*RESPONDEO dicendũ, quòd secundùm opinionẽ Platonis nulla necessitas erat ponere intellectũ agentem ad faciendum intelligibilia in actu, sed fortè ad prabendũ lumen intelligibile intelligenti, vt infra dicetur *. Posuit enim Plato formas rerũ naturaliũ sine materia subsistere, & ꝙ cõsequens eas intelligibiles esse: quia ex hoc est aliquid intelligibile actu ꝙ est immateriale. Et huiusmodi vocabat species, siue ideas. Ex quarum participatione dicebat etiã materiã corporalẽ formari ad hoc ꝙ individua naturaliter cõstituerentur in propriis generibus, et speciebus: et intellectus nostros ad hoc ꝙ de generibus, & speciebus rerũ scientiã haberẽt. Sed quia Arist.* nõ posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia (formę autẽ in materia existẽtes nõ sunt intelligibiles actu) sequebatur quòd natura, seu forma rerũ sensibiliũ, quas intelligimus, non essent intelligibiles actu. Nihil autẽ reducitur de potentia in actũ nisi per aliquod ens actu: sicut sensus fit in actu per sensibile in actu. Oportet igitur ponere aliquam virtutẽ ex parte intellectus, quæ faceret intelligibilia in actu per abstractionem specierũ à conditionibus materialibus. Et hęc est necessitas ponendi intellectum agentem.*

AD primum ergo dicendũ, quòd sensibilia inueniũtur actu extra animã: & ideo nõ oportuit ponere sensum agentem. Et sic patet quòd in parte nutritiua omnes potentiæ sunt actiuæ: in parte autẽ sensitiua omnes passiuæ. In parte verò intellectiua est aliquid actiuũ, & aliquid passiuum.

*AD secundũ dicendum, quòd circa effectũ luminis est duplex opinio. Quidam enim dicunt ꝙ lumen requiritur ad visum, vt faciat colores actu visibiles. Et secundùm hoc similiter requiritur & propter idẽ intellectus agens ad intelligendũ, propter quod lumen ad videndũ. Secundũ alios verò lumen requiritur ad videndũ, nõ propter colores vt fiant actu visibiles, sed vt mediũ fiat actu lucidũ. vt Cõment. dicitur in *2. de Anima. Et secundum hoc similitudo quæ Arist. * assimilat intellectũ agẽti lumini, attenditur quantum ad hoc quòd sicut hoc est necessariũ ad videndum, ita illud ad intelligendum, sed nõ propter idem.*

AD tertium dicendum, quòd supposito agente benè contingit diuersimodè recipi eius similitudinem in diuersis propter eorũ dispositionem diuersam. Sed si agens non præexistit, nihil ad hoc faciet dispositio recipientis. Intelligibile autẽ in actu nõ est aliquid existens in rerũ natura quantũ ad naturã rerũ sensibilium, quæ non subsistunt præter materiam. Et ideo ad intelligendum non sufficeret immaterialitas intellectus possibilis, nisi adesset intellectus agens, qui faceret intelligibilia in actu per modum abstractionis.

Li. 3. de anima, tex. 17. — * 3. de Anima

Ar. sc. & q. 84. arti. 6.

Li. 3. meta. à tex. 10. vsq; ad finẽ libri, to. 3.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Secundùm opinionẽ Platonis nulla necessitas erat ponere intellectũ agentẽ. Probatur. Intellectus agens ponitur vt ea, quę sunt intelligibilia in potentia, faciat intelligibilia in actu; sed secundùm Platonem omnia sunt actu intelligibilia extra animam, ergo. Minor probatur. Quoniam Plato posuit formas rerum separatas ab omni materia, ergo intelligibiles actu.

¶ Secunda cõclusio. Secundùm sententiam Aristotelis & veritatem, oportet ponere intellectum agentẽ. Probatur. Intellectus noster est in potentia ad intelligibile, (vt in superioribus determinatum est) ergo reducitur in actum per intelligibile in actu; sed intelligibile in actu non est extra animam, ergo oportet ꝙ fiat. Ergo ex parte intellectus debet poni virtus, quę intelligibilia in potẽtia faciat intelligibilia in actu: & hanc virtutem appellamus intellectum agentem.

¶ Tertia conclusio ad primum. Nõ oportet ponere sensum agentem. Probatur. Sensibilia in actu reperiũtur in rebus, ergo non oportet ponere ex parte sensus virtutem, quæ illa faciat sensibilia actu.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem nihil est in præsenti disputandum. Iam enim inter graues Philosophos receptum est fictitias esse illas ideas Platonis, & nullam naturam esse vniuersalem in essendo, sed omnes fieri vniuersales per operationem intellectus agentis vel possibilis. De quo in Logica quæst. 3. vniuersaliũ latè disputat. ¶ Tota ergo difficultas huius articuli est circa secundam conclusionem. Est ergo primum dubium de illius veritate. Arguitur primo contra rationem quã D. Tho. probat illam in hoc articu. quæ est etiam Aristo. 3. de Anima. tex. 17. scilicet, quòd quando aliquid est quandoque in actu, quandoque in potentia, debet habere duo principia, alterũ quod sit in potentia, alterum verò quod reducat illam potentiam in actum. Arguitur sic. Natura angelica est aliquando in potentia ad cognoscendas plures veritates, in ordine ad quas potest fieri in actu: & tamen in illa non ponitur intellectus agens, vt D. Tho. docuit supra quæst. 54. articu. 4. Ergo. Et confirmatur.

Nam D. Tho. in hoc art. videtur ponere intellectum agentem in nobis, quia res intelligibiles à nobis non sunt actu intelligibiles, sed tantùm in potentia. Contra. Res immateriales intelliguntur à nobis, tamen sunt actu intelligibiles, ergo saltim respectu illorũ nõ debet poni intellectus agens.

¶ Secundo principaliter arguitur. Sicut se habet intellectus ad intelligibilia, sic se habet sensus ad sensibilia; sed non est in nobis collocandus aliquis sensus agens, qui faciat sensibilia in actu, ergo nec debet poni intellectus agẽs. Maior patet ex 3. de Anima. c. 4. vbi Ari. dicit, quòd intelligere est sicut sentire. Minor verò probatur ex supra dictis quæst. præced. articu. 3. vbi assignauimus ex doctrina D. Thomæ & Arist. sensus interiores & exteriores absque vllo sensu agente. ¶ Tertiò. Intellectus agens non manet in anima separata, ergo nõ est ponendus. Antecedens probatur. Anima separata non potest abstrahere speciem à phantasmatibus, nec illa potest illuminare, ergo in illo statu non manet intellectus agens. Consequentia est nota, quoniam ad hæc duo officia ponitur intellectus agens à D. Tho. & Aristote. Consequentia verò principalis probatur. Quoniam omnis potentia animæ est immaterialis & perpetua sicut & ipsa anima, vt patet ex Aristo. 3. de Anima tex. 19. Confirmatur. Quoniam in Christo Domino nõ potuit habere aliquã operationem, vt videtur dicere D. Thom. in 3. dist. 14. arti. 3. quę. 5. ad tertium. & de verit. quæst. 20. ar. 3. ad primum. ¶ Quartò. Qualitas materialis & corporea agit intentionaliter in sensum, & producit in illo speciem quodammodo immaterialem & altioris ordinis, ergo species etiam, quæ est in sensu interiori, potest producere speciem immaterialem & altioris ordinis in intellectu possibili. Antecedens constat in omnibus obiectis sensuum exteriorum. & consequentia probatur ex paritate rationis. Confirmatur. Obiectum sensibile, quod est in imaginatiua, põt producere speciem non sensatam in cogitatiua, ergo ẽt obiectum, quod est in cogitatiua, põt producere speciem immaterialem in intellectu possibili, & ex consequenti superfluit intellectus agens. Probatur consequentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoniam sicut se habet non sensatum ad sensatum, ita etiam se habet immateriale ad materiale. Confirmatur secundo. Secundum communē regulam D. Dionysij, supremum infimi attingit infimum supremi, sed obiectum cogitatiuæ est supremū sensibile, ergo attingit intellectum possibilē, q̄ est infimus in genere intelligibilium.

¶ Quinto. Si intellectus agens est ponēdus, sequitur q̄ cum sit intellectus, habeat aliquā operationem, per quā intelligat & cognoscat, consequēs est falsum, ergo. Probatur minor. Qm̄ si intellectus agens cognosceret, ipse ēt fieret omnia sicut possibilis, quod tamen expressè negat Aristo. 3. de ani. tex. 17. ¶ Tandem arguitur ratione Durandi. Nulla operatio intellectus agentis est necessaria in anima, ergo non debet poni intellectus agens. Cōsequentia est nota, & probatur antecedens. Vel illa operatio est necessaria ratione phantasmatis, vel ratione intellectus agentis, vel ratione vtriusque simul, sed nullo istorum modorum est necessaria, ergo. Consequentia est manifesta, qm̄ non est imaginabile, q̄ ad aliq̄d aliud sit necessaria. Antecedēs vero quo ad singula sigillatim probatur. Et primum, q̄ non sit necessaria ratione phātasmatis. Nā vel est necessaria, vt agat in ipsa phātasmata, & tunc cum effectus producatur in illis sit necessariò materialis sicut ipsa phantasmata, ex consequenti non magis monebit quam ipsa phantasmata. Vel est necessaria, quia abstrahit speciem intelligibilē à phātasmatibus, vt videtur asserere D. Th. hoc tamen impugnatur à Durando dupliciter. Primo. Illæ species nunquam fuerunt in phātasmatibus, cum illa sint materialia. Secundo. Qm̄ species nunquam migrant de subiecto in subiectum, ergo non extrahuntur. Quòd si aliquis respondeat (inquit Durandus) q̄ intellectus agens educit speciē intelligibilem de potentia phantasmatis, quemadmodum agens naturale educit formam de potentia materiæ, q̄ videtur insinuasse Arist. in illo tex. 17. cum dixit, quòd intellectus agens se habet sicut ars ad materiam. Contra. Forma quæ educitur de potentia materiæ, semper subiectatur in ipsa māteria, sed species intelligibiles non subiectantur in ipsis phantasmatibus, ergo. Quòd si aliquis adhuc respondeat, q̄ operatur in ipsa phantasmata, quia efficit vt obiectum intellectus appareat illic sine cō ditionibus materialibus, sicut lumen efficit, vt colores appareant visibiles, quod vī insimasse Arist. in tex. 18. Contra hoc est argumentum. Qm̄ ista apparentia non pōt fieri nisi mediante aliqua operatione intellectus agentis ex supra positis & impugnatis. ¶ Secunda pars antecedētis probatur, q̄ scilicet non agat in ipsum intellectū possibilem. Qm̄ vel agit solus intellectus agēs, vel simul cum phantasmate: si dicatur, q̄ agit solus. Contra hoc est argumentum, Qm̄ sequeretur, q̄ à principio produxisset omnes species intelligibiles, cum ipse sit agens & intellectus possibilis patiens, & sint sufficienter approximati cum sint intra idem subiectum, & ex alia parte nullum est impedimentum. Item sequeretur, q̄ non omnis nostra cognitio ortum haberet à sensu, cuius contrarium docet Arist. 1. Poster. tex. 32. Similiter sequeretur, q̄ non oporteret intelligentem phantasmata speculari, cuius contrarium docet Aristo. 3. de Ani. tex. 39. Quòd si quis respondeat, q̄ solus intellectus agens producit species, sed vt producat, requiritur tanquam necessaria conditio, vt conuertat se ad phantasmata; quā cōuersione determinatur modo ad producēdas species istas, & postea alias secundum diuersitatem phantasmatum, ad quæ conuertitur. Contra hoc est argumentum. Qm̄ ista conuersio nō potest fieri aut intelligi nisi media aliqua actione ex his, quas supra cōmemorauimus & impugnauimus, ergo. Denique probatur tertia pars antecedentis. Quoniam cum intellectus agens sit immaterialis, & phātasma sit materiale; non rectè percipitur, quo pacto ex his duobus fiat vnum principium ad producendas species intelligibiles. Confirmatur. Quoniam phantasma secundum se nō habet hanc virtutem cum sit materiale, ergo nec etiam simul cum intellectu agente habet illam virtutem, cum semper maneat materiale & corporeum.

IN hoc dubio sunt uariæ sententiæ Philosophorum. Prima est illorum, qui absolutè negant esse intellectum agentem. Albertus Magn. in summa de hoīe, tractatu de intellectu agente quæst. 3. dicit, sectatores Themistij negasse intellectū agentē, & plures autores referunt quendam Philosophum nomine Isaac Narbonēsem, qui etiam negauit intellectum agentem. Sed inter alios Durandus in 1. distin. 3. parte. 2. quæstione 5. aperte docet doctrinam esse de nomine, assignare intellectum agentem, in re autem nullum esse intellectum agentem.

¶ Secunda sententia est aliorum, qui quamuis asserant esse intellectum agentem dicunt tamen illum esse habitum primorum principiorum, quem Arist. in 6. Ethic. ca. 6. & 11. vocat intellectum principiorū. Hanc opinionem refert Albertus vbi supra quæst. 3. & Ægidius super 3. de Anima text. 18. dub. 2. & D. Bonauentura in 2. d. 24. artic. 2. quæst. 4. Et argumenta pro hac sententia nulla sunt præter locum Arist. in 3. de Anima c. 5. Nam in text. 17. & 18. dicit, quòd intellectus agens est sicut habitus & ars. Constat autem ex 6. Ethic. ca. 4. quòd ars est habitus intellectus, ergo &c.

¶ Alij vero opinantur, quòd intellectus agens nihil aliud est, quàm lumen quoddam communicatum nobis in intellectu à substantia separata ad modū qualitatis tertiæ speciei. Huius opinionis meminit Albertus Magnus. 3. de Anima trac. 2. c. 8. Argumenta huius opinionis sunt nullius momenti, potest tamen probari ex Aristo. in 3. de Anima textu. 18. & alibi sæpè dicente, q̄ intellectus agens est sicut lumen, ergo.

¶ Alij minus deuiant à veritate, dicunt enim intellectum agentem nec esse habitum, nec lumen, sed veram potentiam animæ; cæterum non admittunt, q̄ sit potentia realiter distincta ab ipso intellectu possibili. Itaque sicut nos dicemus cum Diuo Thoma artic. 7. quòd memoria & ratio non sunt potentiæ realiter distinctæ ab intellectu possibili, sed sola ratione formali, sic dicit hæc opinio, quòd intellectus agens sola ratione formali distinguitur ab intellectu possibili. Hanc sententiam docet expressè Abulensis super Exodum capitu. 23. quæstione 70. Et eandem docuit postea Augustinus Nyphus libro 1. de intellectu, tract. 4. cap. 21. & aliqui ex iunioribus eam sequuntur, alij vero probabilem illā putant. Et potest probari ex Arist. lib. 2. de Cælo. c. 12. dicente: Melius est rē absolui per pauciora, quàm per plura, si illud ferat natura. Sed omnia quæ agit intellectus agens, possunt optimè intelligi fieri ab ipso, etiam si non distinguantur realiter ab illo, ergo. ¶ Vltima tandem sententiam est, quam docet Diuus Thomas hic, quod intellectus agens est vera potentia animę, & distincta realiter ab intellectu possibili. Et quoniam hæc sententia sine dubio est vera, ad eius explicationem sic procedamus.

¶ Notandum est primo ex D. Thoma art. præcedenti, & Caiet. supra quæst. 54. artic. 4. quod sicut in esse entitatiuo est triplex genus rerū, quędam sunt purus actus vt Deus; quędam pura potentia, vt materia prima: alia vero permixta ex actu, & potentia, vt homo, angelus, &c. Ita etiam in esse intelligibili quędā sunt purus actus vt Deus, qui respectu totius entis essentialiter est in actu intellectiōis: alia vero sunt pura potentia instar materiæ primæ, qualis est intellectus humanus, qui ex natura sua nihil habet actualitatis in esse cognoscibili: sed est tanquam materia prima, & tabula rasa absque aliqua forma. Medius tamen gradus est, qui componitur ex actu & potentia, & habet aliquam actualitatē permixtam potētialitati, & huiusmodi est intellectus angelicus, qui ex affinitate ad supremum intellectum à principio sui est actuatus omni forma intelligibili pertinē te ad ordinem vniuersi, & omnibus scientijs naturalibus: vt late in materia de angelis explicuimus. ¶ Secundo notandum est, quòd illa quæ intelliguntur ab intellectu nostro, nullatenus possunt ab illo intelligi nisi in eo (mediantibus formis intelligibilibus) ponerentur alio modo quam sunt à parte rei. Licet enim obiectum intellectus nostri sit quidditas rei materialis, quia tamen abstractum debet esse à conditionibus indiuiduantibus & materialibus; & in phantasia omnia sint singularia & materialia, necessarium est ad hoc vt ab intellectu nostro aliquid intelligatur, q̄ in alio esse eleuatiori quam erat in phātasia (nempe, denudatū à talibus conditionibus) in eo ponatur. Atqui hoc pacto res secundū hoc esse abstractū à materia & cōditio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus singularibus, quod habent in intellectu nostro, dicũtur intelligibiles actu: secundum vero esse quod habent in phantasmatibus dicuntur intelligibiles in potentia.

Decisio Autoris.

PRima conclusio. Necesse est ponere intellectum agentem, cuius oppositum nullam habet probabilitatem in Philosophia. Hęc est Diui Thom. hic, & vbicunque loquitur de hac re, specialiter supra q. 54. artic. 4. & 2. contra gent. capite 76. & de veritate quæstione 10. ar. 6. & de spiritualibus creaturis quæst. 9. artic. 10. & quęstione de Anima art. 4. & alibi sæpè. Est etiam Aristot. 3. de Anima, text. 17. & sequentibus, vbi docet necessarium esse in anima intellectum agentem. Est etiam communis sententia Theologorum in 1. dist. 3. vno excepto Durãdo, cuius sentẽtiam iã retulimus. Est ẽt contra aliquos ex inuioribus qui probabilem reputant sententiam Durandi, & dicunt, q̃ sicut non habemus duplicem voluntatem, duas memorias, nec duos appetitus, nec duas imaginationes, sed vnam: ita etiam dicere possumus, quòd non habemus nisi vnicũ intellectũ. Sed rõ ista est nulla, quia non tot requiruntur ad volendum, vel ad memorandum, appetendũve, aut ad imaginandum, quot requiruntur ad intelligendum, vt docet D.Thom. infra q. 83. per totam, & 3. par. quæst. 9. arti. 4. & 2. contra gent. cap. 77. Videatur etiam Scotus in 1. dist. 3. quæst. 8. & Herueus 2. senten. d. 17. quæst. 2.

¶ Hæc conclusio efficassimè probatur ratione D.Thom. in hoc art. Cuius explicationem vide in Ferrar. 2. contra gent. c. 77. Et euidenter colligitur eius efficacia ex notabilibus a nobis propositis. Si enim intellectus noster ex se est potentia pura absque aliqua forma intelligibili, & non constituatur in actu essentiali ad intelligendum, nisi per formas actu intelligibiles; necesse est asserere in anima nostra esse virtutem, quæ formas intelligibiles in potentia, quales sunt existentes in phantasia, faciat intelligibiles in actu. Hæc conclusio amplius manifestabitur in sequentibus.

¶ Secunda conclusio. Necesse est ponere intellectum agentem in anima nostra, saltim ratione formali distinctum ab intellectu possibili. Hæc etiam conclusio est certa secundum doctrinam Aristot. 3. de Anima. cap. 5. & probatur ratione illius in text. 17. In omni natura, quę quandoque est in potentia, & quandoque in actu, oportet ponere aliquid quasi materiam, quod sit in potentia ad oĩa illius generis, & aliquid qđ sit agens reducens illam potentiam ad actum sed anima nostra secundum partem intellectiuam quandoque est in potentia, & quandoque in actu, ergo oportet ponere in illa aliquid quasi materiã, quod sit in potentia ad omnia intelligibilia, & iste est intellectus possibilis; & aliquid quasi agens q̃ reducat talem potentiam ad actum & iste est intellectus agens, ergo in anima nostra oportet distinguere intellectum agentem à possibili saltim ratione formali. Vim huius rationis habes satis explicatam in Ferrar. 3. de Anima quæst. 9. Et confirmatur. Ita natura cõparatũ est, vt omnis potentia passiua habeat actiuã sibi correspondentẽ, per quam reducatur in actum; sed in anima nostra est potentia passiua respectu formæ intelligibiles, ergo in illa debet esse potentia actiua, quę reducat illam potentiam passiuam in actũ, ergo sunt potẽtiæ saltim formaliter distinctę. Maiorem huius rationis explicat elegãter Ferr. 2. cõt. gent. c. 60. & Sonzinas 5. Metaph. q. 17. & 18. Quòd si Durandus respondeat, quòd ipsum phantasma habet vicem potentiæ actiuę ad reducẽdum intellectum possibilem in actũ. Contra. Phantasma est aliquid corporeum, & materiale & singulare, ergo impossibile est, quòd propria virtute reducat intellectũ possibilem, qui est immaterialis. Confirmatur. Actiuum semper est præstantius passiuo, secundum regulam Arist. 3. de Anima text. 19. Et D. August. 12. super Genes. cap. 16. dicit, quòd agens semper est nobilius patiente: sed intellectus possibilis, qui est principium passiuum, est immaterialis, & spiritualis, ergo principium actiuum debet esse immateriale & spirituale. Hoc argumentum adeo est efficax, vt propter ipsum Plato coactus fuerit asserere, quod intellectus possibilis mouetur ab ideis separatis à materia. Confirmatur secundo. Intellectus debet moueri ab intelligibili in actu; sed phantasmata, cum sint materialia & singularia, non sunt intelligibilia in actu, ergo necessarius est intellectus agens, vt faciat ea intelligibilia in actu. Hæ omnes rationes non solum probant hanc secundam cõclusionem, sed etiam primam.

¶ Tertia conclusio. Multò tamen probabilius est intellectum agentem & possibilem esse potentias distinctas realiter. Hæc conclusio est D.Thom. art. 10. sequenti, & supra quæst. 54. art. 1. ad primum, & in 2. d. 17. quæst. 2. art. 1. & in 3. dist. 14. art. 1. q. 2. ad secundum. & 2. cont. gen. cap. 77. & 78. & opusc. 3. cap. 83. & 88. & est contra Abulensem loco supra citato: est tamen communis sententia Thomistarum, quam etiã tenet Albertus Magnus in summa de homine, tract. de intellectu agente quæst. 6. & Scotus in 1. dist. 3. quæst. 8. ad primum. Et probatur primo argumentis, quibus probata est secunda conclusio, quę etiam hãc sententiam probant.

¶ Præterea probatur. Intellectus, qui recipit speciem intelligibilem, non potest illam seipso immediate recipere à phantasmatibus, quę sunt materialia, & singularia atque adeo sunt improportionata intellectui possibili, ergo debet assignari altera potentia actiua pure, quę producat illas species in intellectu possibili. Confirmatur primo. Intellectus possibilis ex natura sua est in pura potentia ad species intelligibiles, sicut materia prima ad formas substantiales, vt diximus in primo notabili, ergo non potest per se ipsum reduci in actũ illarum specierum. Consequentia probatur. Quoniam si posset se reducere in actũ respectu illarum non esset in pura potentia ad illas. Hoc amplius explicatur duplici exemplo. Primo. Quoniam materia prima propterea quod est in pura potentia in ordine ad formam substantialem, nullo modo potest se reducere in actum, sed reducitur à causa efficienti. Secundo. Quoniã intellectus possibilis propterea reducit se in actum secundum intellectionis, quoniã in ordine ad intellectionem non est in pura potentia, sed iam est constitutus in actu primo per speciem intelligibilem, sicut explicatum est in art. 2. dubio. 1. & 2. ergo vt intellectus possibilis reducatur de potentia ad actum primum, necessaria est altera potentia actiua realiter distincta ab ipso. Confirmatur secundo. Propterea quòd sensus est in pura potẽtia in ordine ad species sensibiles, quas recipit, nullo modo concurrit actiuè ad producendum illas, sed tãrum producuntur actiuè ab ipso obiecto, vt explicabimus circa solutionem ad secũdum, ergo cum intellectus possibilis sit pura potentia in ordine ad species, distinguitur realiter ab illa potentia, cuius operatio est productio specierum.

¶ Quarta conclusio. Intellectus agens non est habitus primorum principiorum, nec est lumen communicatũ ab intelligentia, sed est vera & realis potentia animæ in secunda specie qualitatis. Hęc conclusio statuitur contra autores secundæ sententię & eius prima pars est D.Thom. in 2. d. 17. quæst. 2. art. 1. in corp. & 2. cont. gent. capit. 77. ad quartum, & quæst. de Anima artic. 5. & super 3. de Anima lect. 10. in princ. quibus in locis expresse asserit nostram conclusionem. Item in 2. distin. 28. quæst. vnica art. 5. & de veritate quæst. 9. artic. 1. ad secundum & quæst. 10. arti. 13. in corp. & qu. 11. art. 3. & in corp. & quæst. 12. artic. 3. & q. de Anima ar. 4. ad sextum & art. 5. in corp. & quotlib. 10. artic. 7. ad secundum, & alibi sæpè dicit, quòd prima principia sunt instrumenta intellectus agentis. Et probatur ratione D.Thomæ in illo art. 5. quæstionis de anima. Primã principia indemonstrabilia intelligimus abstrahendo illa à singularibus, sicut & omnia alia intelligibilia: vt testatur Arist. 1. Poster. ergo necessario ante illorum cognitionem est ponenda ad potentia, quę abstrahat illa à singularibus, sed illa est intellectus agens, ergo. Confirmatur. Cognitio principiorum à sensibilibus accipitur, vt docet Arist. lib. 2. Poster. text. vltimo, sed à sensibilibus non possunt intelligibilia accipi nisi per abstractionem intellectus agentis, ergo intellectus agens præsupponitur habitui principiorum. Confirmatur secundo. Intellectus constitutus in actu per habitum primorum principiorum non potest se reducere in actum conclusionum nisi virtus intellectus agentis adsit, ergo il

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ia distinguitur ab habitu primorum princi A
piorum. Antecedens probatur. Quoniam
intellectus quantumlibet sit actuatus ha-
bitu primorum principiorum necessario
dēt abstrahere species intelligibiles a phan
tasmatibus, vt cognoscat conclusiones, er-
go præter habitum primorum principio-
rum requiritur etiam virtus intellectus a-
gentis, ergo. Secundo probatur eadem pars
conclusionis argumento Diui Thomæ in
lectione 10. 3. de anima. Habitus primo-
rum principiorum est qualitas primæ spe- B
ciei, & recepta in intellectu possibili ad
cognoscendas primas veritates indemon-
strabiles præsuppositaiam cognitione ter-
minorum, vt colligitur ex Aristo. 2. Poster.
text. 27. Sed intellectus agens est qualitas
secundæ speciei, vt probatum est in præce-
dentibus conclusionibus, & non præsuppo
nit cognitionem terminorum, nec subiecta
tur in intellectu possibili, nec destinatur à
natura ad cognoscendas primas veritates,
sed ad abstrahendas species intelligibiles à C
phantasmatibus, ergo. Cōfirmatur primo.
Habitus primorum principiorum non se
extendit ad omnia intelligibilia, sed tantū
ad principia indemonstrabilia; sed intelle-
ctus agens versatur circa omnia intelligibi
lia producendo species illorum in intelle-
ctu possibili, ergo. Confirmatur secundò.
Lumen intellectus agentis eodem modo
se habet ad omnia intelligibilia, siue sint
demonstrabilia, siue non; habitus primo-
rum principiorum non sic se habet vt con D
stat, ergo. ¶ Secunda pars conclusionis est
manifesta. Nam, vt constat ex dictis in qu.
77. potentiæ animæ fluunt per simplicem
emanationem ab ipsa anima ad modū pro
priæ passionis, ergo absurdum est in vera
Philosophia potentias animæ appellare
participationem alicuius substantiæ sepa-
ratæ. Hæc pars nostræ conclusionis satis
demonstratur à Diuo Thoma in illo artic.
5. quæstionis de Anima. ¶ Tertia vero pars
conclusionis colligitur à sufficienti diuisio E
ne. Nā virtus operatiua, quæ est in anima,
si non est habitus nec species intelligibilis,
necessario debet esse potentia de secunda
specie qualitatis. ¶ Ad argumētum vero ex
verbis Aris. in tex. 18. respondetur primo,
quòd Aristol. nunquam dixit intellectum
agentem esse habitum aut artem, sed esse
ad modum habitus ad significandum, q̄
non est verè habitus, sed per quandam si-
militudinem. Idem docet D. Thom. loco
proximè citato, quòd scilicet intellectus
agens comparatur ad prima principia sicut
ars ad artificiata, non autem dicit quòd sit
ars, imo in solutione ad sextum dicit, quòd
hæc similitudo non tenet quantum ad om
nia. Secundo respondetur, q̄ intellectus
agēs dicitur esse admodum habitus vel ar
tis secundum intelligentiam D. Tho. ibid.
lect. 10. & Ægidij dubio 2. accipiendo nō
mē habitus largo modo & improprie pro
quacunq; forma aut virtute aut perfectio-
ne ipsius animæ. Vel dicitur ad modum ha
bitus, secundum explicationem, quam ad-
hibet Albertus 3. de Anima tracta. 2. capit.
18. & Caieta. in 3. de Anima cap. 2. tex. 18.
Quoniam, sicut habitibus vtimur cum vo-
lumus, ita etiā anima vtitur intellectu agē
te, quando vult producere species in intel-
lectu possibili. Quod vero in text. 18. ibid.
dicit Aristo. quòd intellectus agens dicitur
esse sicut lumen, Di. Thomas explicat in ar
ticu. ad secundum argumentum, quòd si-
cut lumen reddit colores actu visibiles, ita
etiam intellectus agens reddit phantasma-
ta intelligibilia actu, vt patebit in dubio
secundo & tertio.

¶ Vltima conclusio. Intellectus agens
nullo modo est potentia cognoscitiua. Hęc
cōclusio in primis est contra illos autores,
qui opinantur, quòd intellectus agens non
distinguitur realiter ab intellectu possibili:
est etiam expresè contra Albertum in sum
ma de homine vbi supra quæstione 7. vbi
docet, quòd intellectus agens intelligit per
essentiam suam, & non per aliquam spe-
ciem receptam in ipso, & est contra alios
autores ex iunioribus, qui opinantur, quòd
intellectus agens agit per species receptas
in ipso intellectu possibili, quibus ipse vtī
tur in ordine ad intellectionem producen
dam. Scotus etiam in 1. dist. 3. quæst. 8. ad
primū, sub dubio relinquit, an intellectus
agens cognoscat. Caietanus etiam libro 3.
de Anima circa text. 18. expresè docet, q̄
cum intellectus agens sit intellectus & sit
agens, fatendū est quòd intelligat. Nihilo-
minus tamē nostra conclusio est cōmunis
doctrina

doctrina inter viros doctos. Quam etiam A
docet Henricus quotlib. 8. q. 12. Et quòd sit
mens Diui Thomæ & vera, probatur pri-
mo. Nam Diuus Thomas in 3. di. 23. quæs.
prima. arti. 1. dicit, quòd intellectus agens
ad vnam tantum operationem determina-
tur. Et in quæstione de Anima artic. 4. ad
2. dicit, quòd in homine vnicum est tan-
tum intelligere, quamuis ad illud concurrat
vterque intellectus & possibilis & agens.
Secundo probatur ratione. Nostrum intelli
gere est quoddam pati causaliter, vt in ar- B
ti. præcedenti explicatum est, atque adeo
illa potentia, quæ intelligit, debet recipere
in se species intelligibiles & ipsam intelle-
ctionem, quæ est actio immanens, sed in-
tellectus agens nullam in se recipit speciē,
qua ratione dicitur potentia purè actiua,
ergo non intelligit. Tertio probatur. Si in-
tellectus agens intelligit, sequitur quod su
perfluè ponatur in anima intellectus possi
bilis realiter distinctus ab agente, conse-
quens est falsum, ergo. Probatur sequela. C
Quoniam si intellectus agens habet illas
duas operationes & producere species & in
telligere res ipsas, superfluè ponitur alius
intellectus ad intelligendum, ergo. Quar-
to probatur. Quoniam Arist. in 3. de ani. c.
5. vbi ex professo disseruit de intellectu a-
gente, nunquam illi tribuit, quòd habeat
actum cognitionis, sed tantum quod faciat
intelligibilia in actu. Vltimo tandem pro-
batur conclusio. Si intellectus agens est po- D
tentia cognoscitiua & elicitiua intellectio-
nis; sequitur & intelligere non sit actio im
manens, consequens est contra Aristot. 9.
Metaphy. tex. 16. Probatur autem sequela,
quia intelligere non recipitur in intellectu
agēte, ergo. Qualis autem sit hæc operatio
intellectus agentis, explicabitur dub. 2. &
3. vbi trademus varias sententias, quæ de
hac re versantur inter doctores.

¶ Ex hac doctrina sequitur quā falsum
sit id, quod tradit Iandunus in 3. de Ani. q.
23. q̄ intellectus agens ponitur ad hoc, vt E
producat ipsam intellectionem in intelle-
ctu possibili. Cuius ratio est, quoniam in-
telligere nihil aliud est, quàm suscipere in
se passiuè intellectionem, quā actiuè pro-
ducit ipse intellectus agens. Sed hoc funda-
mentum quam falsum sit iam nos expli-
cuimus art. 2. dub. 1. ¶ Sed est obiectio con-
tra hanc conclusionem. Intelligere est no-
bilissima operatio hominis, vnde in hac ope
ratione Philosophus in 10. Æthicor. c. 8. &
& 10. felicitatem hominis ponit, ergo prin
cipium illius est nobilissima virtus & po-
tētia hominis. Sed intellectus agens est hu-
iusmodi, vt docet D. Tho. in 2. dis. 20. quę-
stio. 2. art. 2. ad secundum, & de veritate q.
10. artic. 8. & quæst. de Anima art. 5. ad de-
cimum, quibus in locis dicit expresse Di.
Tho. quòd intellectus agens est perfectior
& nobilior potētia, quàm intellectus possi
bilis, ergo intelligere potius est operatio in
tellectus agentis, quam possibilis. Ad hanc
obiectionem respondetur negando antece
dens, & distinguendo consequens. Si enim
in illo loquamur de principio proximo &
elicitiuo operationis, negatur consequen-
tia; at vero si loquamur de principio pri-
mo intellectionis aut de totali, concedi-
mus consequentiam, sed nihil infertur con
tra nos. Etenim primum principium in-
tellectionis in nobis est intellectus agens,
totale autem agens simul cum possibili.
De his autem concedimus, quòd sint no-
bilissimæ potentiæ hominis. Conclusio er-
go nostra non negat intellectum agentem
esse principium intellectionis. Hoc enim
necessario est dicendum, sed solùm negat,
quòd intellectus agens sit potentia cogno
scitiua. Quod idem est atque dicere, quòd
intellectus agens non est principium eli-
ciens intellectionem.

AD argumenta à principio posita re-
spondetur. Ad primum respondetur
esse maximum discrimē inter naturam an
gelicam & humanam. Etenim potentiali-
tas intellectus non est atteadenda penes
actum intelligendi, sed penes principium
primum & proximum, vel penes speciem,
per quam intellectus constituitur in actu.
Semel enim intellectu constituto in actu
per speciem intelligibilem, sine sui mu-
tatione potest intelligere. Vnde quando
Arist. & D. Thom. ex illa maxima scilicet,
In omni natura, quæ quandoque est in
actu, quandoque in potentia, debent esse
duo principia, &c. colligunt intellectū agē
tem in homine, loquuntur de potentia pu-
ro & essentiali. Hęc enim requirit aliam,
quæ

quæ reducat ipsam in actum essentialem, A non autem loquuntur de potentia, quæ tantum est in potentia accidentali, & iam constituta in actu per formam, quæ est principium operandi. Hęc enim potentia se ipsam potest reducere in actum completū. Cum ergo intellectus humanus ex natura sua sit in potentia pura & essentiali, vt explicuimus in primo notabili, optimè ex illo principio colliguat D. Thomas & Aristote. intellectum agentem in homine, vt reducat eius intellectum possibilem in B actum essentialem. In angelo vero, quia ex natura sua est in actu essentiali, licet sit in potentia accidentali ad aliquas intellectiones, non debet poni intellectus agens, quare non est eadem ratio in homine, & angelo. Ad confirmationē respondetur negando minorem, scilicet, quod res immateriales sint actu ītelligibiles in ordine ad intellectum nostrū, imo vero minus sunt intelligibiles in ordine ad nos: quia intellectus noster magis est in potentia respectu C illarum, quàm respectu materialium rerū. Quod manifestum est, quoniam in intellectu nostro nulla datur, sed nec dari potest species intelligibilis primo & per se repræsentans angelum, sed cognoscitur à nobis per speciem rerum materialium, & per proportionem ad res materiales abstrahendo speciem intelligibilem à phantasmatibus. Quare ēt ad res spirituales cognoscendas debet poni in nobis intellectus agens.

AD secundum argumentum vt respon- D deamus, necesse est dissoluere illam difficultatem. An sicut ponimus intellectū agentem, oporteat ēt ponere sensum agentem qui producat species sensibiles in ipsis sensibus. De qua re iam plura diximus supra quæstione 78. articu. 3. dub. 2. In hac parte Commentator. 2. de Anima text. 60. opinatus est partem affirmatiuam, cuius sententiam alij recentiores sequuti sunt, inter quos est Iandunus. 2. de Anima quæst. 16. contra quem Augustinus Nyphus edi- E dit tractatum integrum, quem intitulauit de sensu agente. Alijs etiam visum est, non esse improbabile saltim inter sensus interiores, ponere aliquem sensum agentē. Ratio illorum est, quoniā cum omnis cognitio interior non fiat sine aliquo lumine, illud lumen sensibile potest recte dici sensus agens. Possumus etiam & nos arguere pro hac sententia ex ratione D. Tho. & Aristo. supra allata ad probandum intellectum agentem, quia hac ratione asseruimus supra esse intellectum agentē, quia scilicet intellectus possibilis ex natura sua est in pura potentia in genere intelligibilium, & ideireo indiget aliqua potentia actiua quæ reducat ipsum ad actum primū & essentialē. Sed etiam sensus nostri sunt ex natura sua ī pura potētia ad obiectū sensibile (quilibet enim sensus ex natura sua est tanquā tabula rasa in qua nihil est depictum, non enim ex natura sua sunt actuati speciebus sensibilibus, sed recipiunt illas successu tēporis ab obiectis sensibilibus) ergo vt reducantur in actum primū & essentialem indigent aliquo sensu agente.

¶ Nihilominus tamē D. Tho. ad primū & alijs locis aperte negat ponendū esse aliquem sensum agentem. Et Albertus in 2. de Anima tract. 3. cap. 6. reijcit duas sententias, quorundam asserentium debere poni sensum agentem, & Abulensis in illa q. 70. negat ēt sensum agentem, & Caiet. & hic apertius in 2. de Anima cap. 5. idem tenet. Ratio huius colligitur ex doctrina D. Tho. hic ad primum argumentum, & infra in quæst. 85. artic. 1. ad tertium. Quia, scilicet, obiecta sensibilia habent eundem modum existendi prout sunt in materia corporali individuali, sicut in potentijs sensitiuis: & ideo se ipsis possunt imprimere suam similitudinem in sensum, sed phantasmata eū sunt similitudines individuorum, & existant in organis corporeis, non habent eundem modum existendi, quem habet intellectus humanus, & ideo non possunt sua virtute imprimere in intellectum possibilem; sed virtute intellectus agentis resultat quædam similitudo in intellectu possibili ex conuersione intellectus agentis supra phantasmata, quæ quidem est repræsentatiua eorum, quorum sunt phantasmata, solum quantum ad naturā speciei. Hæc sunt verba D. Thom. loco citato, ex quibus manifesta est differentia inter sensum & intellectum quantum ad hoc.

¶ Ad secundum ergo argumentū principale rīdetur prædicta doctrina negando con-

sequentiam. Et ratio discriminis est, A quoniam potentiæ sensitiuæ sunt materiales & corporales, sicut ipsa obiecta sensibilia. Quapropter ipsa obiecta sufficienter sunt in actu vt possint producere species & immutare ipsos sensus. At vero intellectus possibilis est potentia immaterialis, quapropter non pōt immediate immutari ab aliquo obiecto materiali, secundum illam regulam D. August. 12. super Genesim ad literam c. 16. quòd nullum corpus pōt immediate agere in spiritum, atque adeo ne- B cessarius est intellectus agens, a quo immediate immutatur ipse intellectus possibilis.

¶ Quòd si aliquis roget, quomodo possunt potentiæ sensitiuæ inferiores mouere potētias superiores producendo in illis species, quæ necessario debent esse perfectiores, quàm sint illæ species, quæ subiectantur in inferioribus, maximè vero difficile videtur intellectu, quomodo possit imaginatiua, quæ habet species sensatas, producere species non sensatas in cogitatiua? Ad hoc C dupliciter possumus respondere, primo, q potentiæ inferiores sensitiuæ non immutant potentias superiores tanquam principalia agentia & virtute propria, sed tantū virtute animæ, & tanquam instrumenta illius, sicut dicimus quod semē virtute animalis & vt instrumentum illius producit aliud animal. Illud autem, quod concurrit tanquam instrumentū, non oportet, vt sit ita perfectum sicut ipse effectus, quem producit. Respondetur secundo, q si proprie lo- D quamur, potentiæ inferiores non immutāt potētias superiores, sed obiecta ipsa sensibilia transmissis speciebus p potētias inferiores dicuntur immutare etiam ipsos superiores. Vbi illud est maxime notandum, q obiectum potentiæ sensitiuæ secundum, quòd obiectum sensibile est, perfectius quid est ipsa potentia sensitiua, & ex consequenti potest producere species materiales & singulares in ipso sensu. Nam secundum regulam Aristote. in illo text. 19. cita- E to, agens inquantum agens, nobilius est patiente vt sic. Item etiam quoniam obiectum sensibile habet virtutem producendi species in ipso sensu, non inquantum aliquid materiale est præcise, sed inquantum participat aliquid superioris naturæ, sicut explicat D. Thomas in q. 5. de potentia ar. 8. & nos copiosè explicuimus q. præcedenti art. 3 pluribus locis.

¶ Et per hoc ēt patet, quid dicendum sit ad argumentum nunc propositū pro autoribus contrariæ sententiæ, iam. n. explicuimus esse magnum discrimen inter sensus, & intellectum.

¶ Ad tertiū omnes Theologi fatentur intellectū agentem manere in anima separata, & hoc efficaciter conuincit argumentū propositum tertio loco. Sed non conuenit B inter illos explicare quem actum habeat in anima separata, & omissis alijs, Abulensis super Matth. c. 25. q. 579. ad nonum dicit, q quanuis actio intellectus agentis non possit versari circa species abstractas à phantasmatibus, cum ibi nulla sint phātasmata, versatur tamen circa species influxas animæ à superioribus substantijs, quæ species cum sint vniuersaliores, ex natura sua determinātur & trahuntur ad particularia, vt sint accommodata intellectui ipsius animę, qui est intellectus potentialis. Sed hic modus dicendi non placet nobis, quoniā omnino voluntarie asseritur & absque ratione, q illæ species infundantur à superioribus substantijs, & tamen non sint determinatę iuxta capacitatem intellectus in quo infundūtur. Ēt preterea, quia nullo mō videtur intelligibile, qua ratiōe determinētur illę species ad obiecta particularia. Quando. n. anima separata vult cognoscere Petrum, secundùm istam sententiam dicendum est, q cognoscit illum per speciem vniuersalem v. g. hominis, influxam à substātijs separatis: vel ergo ista species ex natura sua habet, q sit repræsentatiua Petri & omnium conditionum individuantium illius; vel hoc habet, quia determinatur ad hoc obiectum particulare repræsentandum per aliquam virtutem intellectus agentis. Si primum, impertinenter poneretur ibi virtus intellectus agentis de- E terminans illam speciem ad particulare obiectum. Secundum autem est omnino intelligibile, maxime cum determinatio illa speciei sit à voluntate libera, sicut & in cognitione Petri prius debet determinari voluntas ad volendum illā, quā determinetur species ad hoc particulare obiectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum repræsentandum. Cum ergo omnem A actum voluntatis precedat cognitio intellectus, ante determinationem illius speciei ad representandum Petrum, cognoscit intellectus Petrum, ergo omnino in intelligibile & implicatorium est, quòd speciem vniuersalem ex natura sua, determinet virtus intellectus agentis ad representandum obiectum particulare. Simili argumẽto vsi sumus contra Scotum supra q. 55. ad probandum, quòd angeli non intelligunt per species acceptas à rebus. His igitur omissis B nobis dicendum videtur intellectum agentem in anima separata non poni ad abstrahendas species a phantasmatibus, quę ibi non sunt, nec ad determinandas illas ad particularia obiecta, vt iam probatum est, sed ad præstandum virtutem intelligendi ipsi intellectui possibili, vt dicit Diuus Thomas in quæstione de Anima ar. decimoquinto. ad septimum. Sed non explicat qualis sit hæc virtus. Fortassis prębet illi virtutem per modum cuiusdam illustratio C nis, sicut exponit Ferrariensis 3. cont. gen. cap. 45. circa finem. Vide autorem tabulæ aureæ in dubio 1218. vbi breuiter, sed optime loquitur. De speciebus autem infusis, quibus anima separata intelligit, dicendũ nobis videtur esse eiusdem rationis cũ speciebus intelligibilibus angelorum quantũ ad modum representandi. Sicut enim supra diximus de speciebus angelicis in q. 55. quod sunt vniuersales & primo & per se & immediate representatiuę alicuius naturę D specificę vel genericę, secundario vero omnium indiuiduorum, quę sub tali natura continentur cum omnibus suis accidentibus & modis; sic etiam species infusę animę separatę immediate representant aliquam naturam, & mediate & secundario indiuidua illius naturę cum omnibus suis accidentibus. Differentia tamen inter illas est. Primo, quòd species angelicę sunt perfectiores & vniuersaliores secundum mo- E dum explicatum loco citato. Secundo etiã, quòd species angelicę sunt proprię passiones illorum, & per se & ex natura sua illis conueniunt, species autem animę separatę nec sunt proprię passiones illarum, nec per se illis conueniunt, sed per accidens. Ad confirmationem respondetur, quòd Christus Dominus per scientiam acquisitã intelligebat per species acceptas à rebus, & eius intellectus agens abstrahebat species à phantasmatibus, vt expresse asserit S. Thomas 3. par. quæst. 9. articu. 4. corp. Quod si ipse in locis in argumento citatis, & alibi oppositum asserere videatur, corrigẽdus est iuxta dicta in isto loco, vt etiam ipse Diu. Tho. aduertit ibi.

¶ Ad quartum argumentum respondetur ex doctrina tradita ad secundum, negando consequentiam, quanuis enim illæ species sensibiles sint quodammodo intentionales, & spirituales, simpliciter tamen loquendo sunt materiales, & recipiuntur in potentijs materialibus: quapropter possunt optimè produci ab ipsis obiectis materialibus. At vero species intelligibiles sunt omnino immateriales, & spirituales, & recipiuntur in potentia immateriali, quare non possunt attingi ab aliquo obiecto materiali propria virtute, sed opus est C virtute intellectus agentis. Ita soluit hoc argumentum Diuus Thomas infra q. 84. articulo 4. ad secundum & quæstione. 85. articulo 1. ad tertium. Quę doctrina habenda est tanquam fundamentum in hac materia.

¶ Ad primam confirmationem respondetur negando consequentiam. Et ratio diferiminis est, quòd species sensata, & non sensata quanuis differant secundum magis & minus perfectum, conueniunt tamẽ in hoc quod ambę species sunt materiales & singulares, atque adeò possunt conuenire in eodem genere actiui & passiui, sicut ignis & lignum, quia ambo sunt materialia conueniunt in eodem genere actiui & passiui. At vero species, & quę sunt in intellectu possibili, sunt omnino immateriales, & spirituales, illæ vero, quę sunt in phantasia, sunt materiales, qua propter non possunt conuenire in eodem genere actiui, & passiui. ¶ Ad secũdam cõfirmationẽ respondetur, quòd supremum infimi dicitur attingere infimum supremi secundum proportionem quandam & similitudinẽ, videlicet, ꝙ sicut intellectus possibilis proprie ratiocinatur & cõponit, ita ẽt cogitatiua per quandam similitudinem participat aliquid ratiocinationis: ad eum modum quo explicuimus suprà quæstione. 78. articulo 4. dubio 6. Cæterùm nunquam supremum infimi sic attingit infimum supremi, vt sit simpliciter in eodem genere cum ipso supremo, nec vt possit sua virtute aliquid imprimere in ipso. Et hac ratione non potest cogitatiua propria virtute imprimere species in intellectu possibili. ¶ Ad quintũ argumentum patet solutio ex quinta conclusione, in qua probatum est, ꝙ intellectus agens nullo modo habet actum cognitionis. Et ad probationem respondetur primo, ꝙ etiam ipsa anima vocatur intellectus, ut D. Th. dixit in art. 1. ad primum, adducto expresso testimonio Arist. 1. de Anima tex. 65. & tamen nullus dicet, ꝙ ipsa anima sit potentia intellectiua immediatè, vnde negãda est consequentia argumenti. Secundò respondetur ꝙ propter penuriam nomi- C num vocatur intellectus agens illa potentia, cuius propria operatio est facere intelligibilia actu. Vbi illa dictio, agens, est quasi distrahens vel alienans à ratione intellectus, cuius operatio est intelligere aut cognoscere. Tertiò respõdetur, ꝙ intellectus agens uocatur intellectus non formaliter, sed causaliter, propterea, ꝙ eius operatio est abstrahere species intelligibiles, quæ in intellectu possibili sunt rationes & formæ ad intelligendum. Sicut ipsa species intelligibilis solet uocari imago vel similitudo D impressa, vbi illa dictio impressa, secundũ opinionem satis probabilem significat, ꝙ non est similitudo formaliter, sed solũ causaliter, propterea ꝙ est principium producendi verbũ, quod est similitudo expressa.

AD vltimum argumentum, quod est Durandi respondendum est, explicata priùs illa difficultate, Quæ nam sit propria operatio intellectus agentis? Vbi notandum est, ꝙ triplex operatio tribuitur intellectui agenti, scilicet, illustrare phantas- E mata, facere intelligibilia in actu, & abstrahere speciem intelligibilem à phantasmatibus. ¶ Quæritur ergo primo, qua ratione intellectus agens dicatur illustrare phantasmata, & specialiter; An dicatur illustrare phantasmata ratione alicuius qualitatis, quam in eis intimè producat? ¶ Et videtur, ꝙ producat in eis aliquam qualitatem, ratione cuius dicatur illustrare phantasmata. Arguitur primo sic. Intellectus agens dicitur, & est lumen animæ nostræ, vt asserunt D. Thomas & Aristoteles pluribus in locis, ergo aliquid ponit & causat in illuminatis. Consequentia est manifesta ex analogia ad lumen externum. Etenim lumen externum aliquid reale causat in diaphano, vel colore, quem illustrat, ergo & intellectus agens causat aliquid in phantasmatibus. Probatur consequentia, quoniam illustrat phantasmata. ¶ Secundò. Per istam illustrationem intellectus agentis fiunt phãtasmata apta, vt ex eis abstrahantur species intelligibiles, ergo ista illustratio aliquid reale ponit in eis, quo fiãt apta, vt ex eis abstrahantur species intelligibiles. Consequentia videtur euidens, & antecedens asseritur ab omnibus Theologis & Philosophis. Et probatur. Quoniam phantasma ex propria ratione absque illustratione intellectus agentis non habet, ꝙ possit ex illo abstrahi species intelligibilis; nam aliàs etiam à phantasmate bruti posset abstrahi species intelligibilis. ¶ Tertiò. Phãtasmata per illustrationem intellectus agentis fiunt habilia, vt possint esse instrumenta intellectus agentis ad producendum speciem intelligibilẽ, ergo ista illustratio intellectus agentis, aliquid reale causat in eis. Probatur consequentia, quoniam aliàs nullo modo potest intelligi, quomodo antea non essent apta instrumenta intellectus agentis, modo vero sint apta.

IN hac difficultate est prima sententia, quam referunt Caietanus infrà quæstione. 85. articulo primo circa solutionem ad quartum Diui Thomæ, & Ferrariensis. 2. contra gent. capite 77. quòd propria operatio intellectus agentis est imprimere quandam virtutem spiritualem siue dispositionem in ipsis phantasmatibus, per quam E possint simul cum ipso intellectu, producere species intelligibiles & immateriales in intellectu possibili, sicut virtus artis communicatur & imprimitur instrumento, per quam eleuatur & fit potens ad producendam. v.g. imaginem vel aliud artificiatum. Ex hac doctrina explicant prædicti autores; quod fit, quod dicitur intellectum agentem illustrare phantasmata. Quoniam ex communicatione huius spiritualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritualis virtutis incipit apparere in ipsis A
phãtasmatibus natura & quidditas rei ma
terialis, que priùs latebat in ipsis sub con
ditionibus singularibus. Hanc sententiam
existimat esse omnium probabilissimam,
quidam Antonius Montecatinus Ferrariẽ
sis. 3. de Anima capite 5. & contra se obijcit
plura argumenta, quæ conatur soluere, nec
tamen soluit. Potest præterea probari hæc
sententia ex Diuo Thoma. 2. contra gen
tes. cap. 77. vbi videtur velle, quòd phantas
mata se habeant ad intellectum agentem, B
sicut se habet instrumentum respectu ar
tis: sed in instrumentis repetitur virtus ar
tis per modum cuiusdam intentionis, vt
docet Diuus Thomas in quæstione. 3. de
potentia. artic. 7. ad septimum, ergo etiam
in phantasmate est impressa virtus intelle
ctus agentis.

¶Secunda sententia est Caietani in hoc
articulo dicentis, ꝙ intellectus agens illu
strat phantasmata obiectiuè non formali
ter. Pro cuius explicatione notat, ꝙ duplex C
est effectus luminis formalis. Primus est
esse illuminatum, vt patet in diaphano, ꝙ
constituitur formaliter illuminatum per
lucem sibi inhærẽtem. Alter est obiectiuus
in ratione obiecti, qui est apparere, vt pa
tet in colore existente in pariete. Dicit ergo
Caietanus, ꝙ phantasma illustratur hoc se
cundo modo, scilicet, obiectiuè vt color,
non formaliter vt diaphanum, quia non
subiectatur illud lumen in phantasmate.
Addit etiam dominus Caietanus, ꝙ hæc il D
lustratio non facit apparere totum, quod
est in phantasmate, non enim facit appare
re conditiones singulares & materiales, &
principia indiuiduantia, sed solam quiddi
tatem materialem seclusis conditionibus
indiuiduantibus, ita ꝙ hæc illuminatio est
velut abstractiua. Quòd si quæras à Caieta
no, quare hoc lumen facit in phantasmate
apparere quidditatem & non conditiones
indiuiduantes? Respondet, ꝙ in promptu
est causa, quia singularitati materiali repu E
gnat talis illustratio passiua, sicut & intelli
gibilitas, quidditati autem non repugnat.
Vnde sicut lumen corporale facit in pomo
apparere colorem & non saporem aut odo
rem, quia repugnat illis apparere lumine
illo, non autem cojori; sic etiam quidditas
rei materialis redditur manifestabilis hoc
lumine intellectus agentis, non vero singu
laritas. Itaque phantasma illustratur, quo
ad vnum & non quo ad alterum. Hanc suã
positionẽ conatur Caietanus probare qui
busdam testimonijs D. Thomæ, de quibus
in dubio sequenti erit dicendum.

¶ Tertia sententia est Ferrariensis. 3. con
tra gentes. cap. 73. & diffusiùs capit. 77. vbi
asserit: phantasma illustrari ab intellectu
agente non est ꝙ recipiat aliquid acciden
tale ab intellectu agente, vt ponebat pri
ma opinio, neque ꝙ in eo appareat quidditas rei repræsentat absque singularitate, vt ponebat secunda opinio: sed est ipsum phã tasma, ex hoc, ꝙ productum est à potentia radicata in eadem essentia animæ cum intellectu agente (qui est lumen partis intellectiuæ) esse ex natura sua & intrinsecè clariùs & virtuosius, quàm si esset producti à potentia non coniuncta intellectui agenti. Et sic dicitur illuminare phantasmata intellectus agens: non propriè effectiuè, aliquid accidentale phantasmati iam producto infundendo, sed radicaliter & fundamentaliter, ratione animæ in qua ipse intellectus agens radicatur, inquantùm anima in qua intellectus agens radicatur, consequitur naturali concomitantia, phantasia productiua phantasmatis illuminati, atq; ad intellectionem ordinati.

PRo explicatione huius sententiæ notat Ferrariensis, ꝙ forma, quæ secundùm esse est perfectior, est etiam perfectior in operatione, non solùm in illa, quæ est propria talis formæ, sed etiam in illis, quæ deseruiunt huic, & ex consequenti potentiæ etiam & formæ per quas operantur, debẽt esse perfectiores. Ex quo sequitur, ꝙ cùm anima rationalis sit forma omnium perfectissima, eius propria operatio, quæ est intelligere, debet esse perfectissima inter omnes operationes formarum omnium. Et non solum ista, sed omnes aliæ, quæ deseruiũt huic, debent esse perfectiores; & non solùm ipsæ operationes, sed etiam potentiæ, per quas eliciuntur istæ operationes. Cùm ergo phantasia inter cæteras sit potentia deseruiens intellectui in homine, debet esse perfectior in illo, quàm in reliquis animalibus. Secundò notat, ꝙ quia secundum

dum doctrinam Dionysij inferiorum su
prema attingunt infima superiorum: infe
riores potentiæ non solum in proprio gra
du sunt perfectiores (sicut nutritiua anima
lis est perfectior quam nutritiua plantæ
quia in illo generat carnem, & non in plan
ta (sed etiam participant aliquid superioris
supra propriam naturam; vt cogitatiua in
homine discurrit circa singularia, quæ ope
ratio non conuenit sibi ex propria natura,
sed ex coniunctione ad potentiam rationa
lem; sic etiam virtus formatiua phantas
matum in homine ex hoc, ꝙ in eadem es
sentia cum intellectu radicatur, longè per
fectior est quam phantasia bruti, & ideò
perfectiora & virtuosiora phantasmata ef
ficit, vt pote ex sua natura habilia ad cau
sandum simul cum intellectu agente spe
ciem intelligibilem in intellectu possibili,
quod phantasmati bruti nullatenus con
uenire potest.

¶ Ex hac ergo doctrina colligit Ferra
riensis, quòd per intellectum agentẽ priùs C
natura & duratione, phantasmata illustrã
tur ab intellectu agente, imo & fiunt intelli
gibilia actu, quam species recipiatur in in
tellectu possibili. Hanc suam sententiam
probat Ferrariensis ex Diuo Thoma infra
quæstione. 85. artic. 1. ad quartum. vbi ait,
quòd phantasmata illustrantur, quia sicut
pars sensitiua ex coniunctione ad intelle
ctum efficitur virtuosior; ita phantasmata
ex virtute intellectus agentis reddũtur ha
bilia, vt ab eis intentiones intelligibiles ab D
strahantur. Constat autem, quòd pars sen
sitiua non redditur virtuosior, quia aliquid
recipiat ab intellectu siue naturę superad
ditum, sed tantùm quia cum in eadem es
sentia cum intellectu fundetur, & conse
quenter à perfectiori natura originetur
quàm pars sensitiua bruti, est intrinsecè &
in sua natura virtuosior ac perfectior, ergo
proportionabiliter secundùm sententiam
D. Th. de phantasmate erit dicendum.

Decisio Autoris.

PRima conclusio. Impossibile est, quòd
phantasmata illustrentur per aliquam
qualitatem aut entitatem spiritualem rece
ptam in illis per actionem intellectus agẽ
tis. Hęc conclusio asseritur cõtra illos, qui A
tenent primam sententiam à nobis relatã,
cuius falsitatem probant dominus Caieta
nus & Ferrariensis locis ibi citatis, & Her
ueus in 2. distinctione. 17. quæstione. 2. arti
culo, 2. Et probatur primò. Illa qualitas siue
entitas recepta in phantasmatibus est
materialis & coporea, ergo per illam phan
tasmata non possunt actuari & fieri apta,
vt causent speciem intelligibilem in intel
lectu possibili. Consequentia est manifesta
ex doctrina horum autorum, qui hac ratio B
ne dicunt illam virtutem esse spiritualem,
vt phantasmata illustrentur & fiant apta
ad causandum speciem intelligibilem in
intellectu. Antecedens autem est manife
stum, quoniam omnis qualitas & virtus re
cepta in corpore, est corporea. Ad hoc ar
gumentum respondent prædicti autores,
quòd virtus recepta in corpore permanen
ter & per modum habitus necessario debet
esse corporea; at virtus quæ recipitur in cor
pore transeunter & per modum dispositio C
nis potest esse spiritualis, quemadmodum
aqua baptismi recipit virtutem spiritualẽ
ad producendam gratiam. Contra hãc so
lutionem arguitur, & sit secundum argu
mentum ad probandum nostram conclu
sionem. Instrumentum siue sit coniũctum
siue separatum nullam aliam virtutem re
cipit à principali agente præter actualem
motionem & vsum, quo ad talem effectũ
destinatur à principali agente, ergo simili
ter phantasma nullam aliam virtutem seu D
dispositionem recipit ab intellectu agente
præter actualem motionem ad producen
das species intelligibiles. Antecedens ma
nifestum est in omnibus instrumentis, ver
bi gratia. Calor, qui est instrumentum ani
mæ vegetatiuæ ad nutriendum, calamus
qui est instrumentum scriptoris ad scriben
dum, similiter aqua in exemplo allato,
quæ est instrumentum Christi ad regene
randum, nullam virtutem aut dispositio
nem recipit præter actualem motionem, E
qua assumitur & eleuatur ad talem effec
tum. Præterea illa solutio deficit, quia
in exemplo posito aqua est instrumentum
diuinæ virtutis supernaturalis, in præsenti
autem solum disputamus de causis & in
strumentis naturalibus. Tertiò probatur

con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio. Nulla qualitas potest esse subiectum alterius qualitatis productæ ab extrinseco præter qualitates secundæ speciei: phantasmata autem non sunt in secunda specie qualitatis, ergo non possunt esse subiectum huius qualitatis & virtutis, quam isti ponunt. Consequentia cum minori est nota, & maior est manifesta si fiat inductio in omnibus.

¶ Secunda conclusio. Phantasmata non dicuntur illustrari per actionem intellectus agentis ex sola cõiunctione phantasię ad animam rationalem. Hęc conclusio est contra Ferrarienſem, cuius sententiam tertio loco explicuimus, & probatur primo ex doctrina Diui Thomæ in 2.2. quæstione 173. articulo 2. vbi dicit, quòd secundum imperium rationis disponuntur phantasmata in ordine ad id, quod est intelligendum. Sed non disponuntur nisi per illustrationem intellectus agentis, ergo illustratio est secundum imperium rationis. Illa autem coniunctio phantasiæ ad animam intellectiuam non est secundum imperium rationis, sed est naturalis. Item 2. contra gent. capite 77. dicit, quòd actio intellectus agentis in phantasmata præcedit receptionem intellectus possibilis (qua scilicet recipit species intelligibiles) sed nulla actio intellectus agentis in phantasmata potest intelligi præcedere actionem intellectus agentis, qua causat species intelligibiles in intellectu præter illustrationem phantasmatum, ergo. Ad hoc respondet Ferrariensis, quod illa actio intellectus agentis, quam dicit Diuus Thomas præcedere receptionem speciei intelligibilis in intellectu possibili, nihil aliud est quàm efficere ipsa phantasmata per quandam naturalem resultantiam secundum suam naturam clara & habilia ad hoc, vt ex ipsis possit species intelligibilis abstrahi. Hoc autem (inquit) conuenit illis, inquantum potentia eorum factiua cum intellectu agente essentia animæ radicatur. Sed certe hæc solutio extorquet manifeste sensum Diui Thomæ & eius intentum, nam ibi manifestissime loquitur de actione intellectus agentis, quo similitudines existentes in phantasmatibus eleuantur ad aliquid altius, vt scilicet, sint abstractæ à conditionibus indiuiduantibus materialibus. Constat autem, quòd similitudines existentes in phantasmatibus non sunt abstractæ ad aliquid altius (vt inquit Diuus Thomas) & ad esse immateriale ex illa coniunctione phantasiæ ad animam rationalem: nam phantasmata nostra, dum non abstrahuntur per actionem intellectus agentis, etiam si virtus formatiua eorum sit coniuncta animę rationali, semper repræsentant rem in singulari & cum conditionibus indiuiduantibus & materialibus, ergo solutio Ferrariensis est nulla. Præterea secundo probatur ex communi modo concipiendi. Nomine illustrationis & actionis nullatenus potest intelligi id quod Ferrariensis commentatur, sed debet intelligi vera actio, ergo irrationabiliter dicitur, quòd quando asserunt Philosophi intellectum agentem illustrare phantasmata, non intelligant de illustratione, quæ sit vera actio. Tertio impugnatur hæc sententia, & probatur nostra conclusio. Quoniam iuxta istum modum dicendi potius deberet dici intellectum agentem illuminare phantasiam quam phantasmata, imo vero si phantasmata illuminarentur, potius deberent dici illustrata a phantasia quam ab intellectu agente. Probatur vtraque sequela. Sola virtus formatiua phantasmatum est cõiuncta animę rationali nõ phantasmata, ergo ex illa coniunctione potius virtus formatiua phantasmatum debet dici illustrata, quàm ipsa phantasmata. Probatur consequentia à simili, quoniam ex coniunctione virtutis cogitatiuæ ad partem superiorem ipsa cogitatiua dicitur participare virtutem partis superioris, quæ ipsa postea communicat suo actui, ergo eadem ratione phantasia dicitur primo illustrari ab intellectu agente, quòd lumen postea ipsa communicat phantasmatibus. Secunda etiam sequela probatur. Omnem virtutem, quam intellectus agens communicat phantasmatibus ratione illius coniunctionis phantasiæ ad animam rationalem, communicat media ipsa phantasia, tanquam causa principali & proxima, ergo si ratione illius coniunctionis

nis illustratur, potius ipsa phantasia diceretur illustrare phantasmata, quàm intellectus agens.

¶ Tertia conclusio. Phantasmata non dicuntur illustrari actionem intellectus agentis, quia appareat obiectiuè in illis quidditas rei materialis actu intelligibilis. Hæc conclusio est contra dominum Caietanum, cuius sententiam sufficienter impugnat Ferrariensis vbi supra, & præterea probatur falsitas eius, & nostra conclusio. Quidditas illa, vt relucet in phantasmate per illam illustrationem obiectiuam non est perceptibilis ab aliqua potentia, ergo non debet poni talis illustratio nec obiectum illustratum & apparens. Consequentia est euidens. Quia sicut non debet poni aliqua potentia absque obiecto & termino, sic etiam non debet poni aliquod illustratum vel intelligibile actu vel apparens obiectiuè (vt dicit Caietanus) nisi sit aliqua potentia, cui sit intelligibilis actu vel apparens obiectiuè.

¶ Antecedens autem probatur. Illud obiectum sub tali abstractione non cognoscitur à cogitatiua, quæ est perfectissima potentia inter sensitiuas, vt docet ipse Caietan. quoniam aliàs cogitatiua cognosceret intelligibile actu, quod est intelligere, ac per consequens cogitatiua esset intellectus. Nec cognoscitur ab intellectu. Obiectum enim intellectus debet esse immateriale; illa vero quidditas etiam vt est sub tali illustratione est sensibilis in esse, vt Caietanus dicit, & concedere tenetur, quoniam illa quidditas secundum doctrinam eius, est in ipso phantasmate, ergo sententia domini Caietani est falsa.

¶ Vltima conclusio. Intellectus agens dicitur illustrare phantasmata, quatenus ex eis educit speciem intelligibilem, qua repræsentetur vt intelligibilis actu quidditas rei materialis, quæ sub phantasmatibus erat intelligibilis tantum in potentia. Pro explicatione huius conclusionis aduertendum est, quòd præter effectus luminis assignatos à domino Caietano in hoc articulo, formalem, scilicet, & obiectiuum; alius tertius est, scilicet, facere colores aptos, vt possint mouere visum per immissionem specierum. Non disputamus modo, Vtrùm lumen in visione corporali requiratur propter colores ex parte obiecti, an solùm ex parte medij. De hoc enim in fine commentarij huius articuli dicemus. Quidquid autem dicatur de lumine externo, hoc tamen est certum in doctrina Diui Thomæ, & necessarium (vt aduertit Ferrariensis loco citato) quòd lumen intellectus agentis requiritur propter ipsa phantasmata & intelligibilia materialia. Hoc ergo supposito dicimus, quòd intellectus noster agens dicitur lumen, non habita proportione ad lumen externum quantum ad effectus eius formales, qui sunt constituere luminatiuum, & apparere colores, sed ad alium effectum eius, qui est dare virtutem efficientem ipsis coloribus, vt possint immutare visum per immissionem specierum. Quod ex eo manifestatur, quia intellectus agens non est lumen propriè, quod est qualitas tertiæ speciei, sed potius secundum suam essentiam est habitus pertinens ad secundam speciem qualitatis, vnde cum non sit lumen secundum suum esse, non oportet quod habeat effectum luminis primariũ, qui est facere id, in quo est luminatiuum, nec secundarium, qui est apparere colores in proprio esse, sed tantum habet alium effectum proportionabilem illi, quem explicuimus in lumine, scilicet, facere ipsa phantasmata apta, vt possint mouere intellectum possibilem per productionem speciei intelligibilis in illo per eleuationem intellectus agentis, quæ dicitur illuminatio phantasmatum, quatenus vtitur illis tanquam instrumentis ad producendum speciem intelligibilem in intellectu possibili, qua constituatur intellectus possibilis in actu ad cognoscendam quidditatem materialem vt intelligibilem actu, quæ prius erat tantum intelligibilis in potentia, vt potè sub conditionibus singularibus latens. Ex hac ergo doctrina probatur nostra conclusio optima ratione.

¶ Intellectus agens dicitur illuminare phantasmata ratione alicuius actionis proportionatæ ad effectum luminis externi, quam habet circa colores; sed intellectus agens nullam habet actionem circa phantasmata, quæ possit pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

portionari alicui effectui luminis externi
præter illam, qua eleuat vel assumit phan-
tasma ad producendum species intelligi-
biles in intellectu possibili, ergo ratione
istius actionis dicitur illustrare phantas-
mata, & non ratione alterius. Maior est
manifesta ex doctrina proposita. Et mi-
nor probatur quo ad singula. Primo enim
nullo modo potest assimilari aliqua actio
intellectus agentis primo effectui luminis
externi. Nam per illam actionem non ef-
ficitur anima, quæ est subiectum intelle-
ctus agentis, illuminata: nec assimilari
potest secundo effectui, vt probauimus in
præcedenti conclusione cõtra Caietanum.
Restat ergo quòd assimiletur tertio effe-
ctui secundum modum explicatum. Hæc
conclusio sic explicata videtur nobis de
mente Diui Thomę, secunda secundę que-
ne 173. articulo secundo. in corpore, vbi
dicit Diuus Thomas, quòd intellectus pos-
sibilis immutatur à speciebus phantasma-
tum secundum illustrationem intellectus
agentis. Ex quo loco sic arguitur. In-
tellectus possibilis non immutatur à spe-
ciebus phantasmatum, nisi secundum q
phantasmata assumuntur ab intellectu
agente ad producendum speciem intelli-
gibilem in intellectu possibili (quod latè
explicabitur dubio quarto sequenti:) sed se
cundum Diuum Thomam phantasmata
immutant intellectum possibilem secun-
dum illustrationem intellectus agentis,
id est, quatenus illustrantur ab intellectu
agente, ergo de mente D. Thom. idem est
phantasma assumi & eleuari ad producen-
dum speciem intelligibilem in intellectu
possibili, & illustrari ad immutandum in-
tellectum possibilem.

EX his, quæ in processu huius quæstio-
nis dicta sunt, facillimum est respon-
dere ad argumenta in principio quæstio-
nis proposita.

¶ Ad primum respondetur, quòd iam
explicuimus in vltima conclusione, qua
ratione intellectus agens sit lumen. Ex
hoc enim solummodo dicitur lumen, quia
eleuat phantasmata ad causandum spe-
ciem intelligibilem in intellectu, habita
proportione ad lumen externum, quod
reddit colores aptos, vt causent speciem
sensibilem in visu. Quamuis in hoc etiam
sit differentia, nam color est causa effi-
ciens principalis in productione speciei
sensibilis propter proportionem, quæ est
inter ipsum & potentiam visuam & spe-
ciem. At phantasmata non possunt esse, ni
si causa instrumentalis ad producendum
speciem, vt explicabimus dubio quarto.
Concesso ergo antecedenti argumenti, iux-
ta modum explicatum, negatur consequen
tia. Causa enim principalis nullam virtu-
tem cõmunicat instrumento præter actua
lem motionem & vsum, quo ad talem ef-
fectum producendum assumitur.

¶ Ad secundum & tertium argumen-
tum respondetur negando antecedens.
Nam phantasmata non redduntur habilia,
vt ex eis abstrahi possint species intelligi-
biles, vel vt possint esse instrumenta intel-
lectus agentis per illustrationem, sed hoc
habẽt ex natura sua, qua ratione sunt phan
tasmata in homine ex coniunctione phan-
tasiæ ad animam rationalem, vt docebat
Ferrariensis. Per illustrationem uero de
facto intellectus agens abstrahit ab illis
species intelligibiles, & assumit illa ut in-
strumenta ad producendum illas.

¶ Ad testimonium Diui Thomæ allatum pro sententia Ferrariensis ex quæstione 85. articulo primo. ad quartum, huius primæ partis respondetur, quòd ille locus non est contra nos, sed potius pro nostra sententia. Nam similitudo allata à Diuo Thoma non est omnimoda similitudo, sed proportionalis. Est ergo sensus Diui Thomæ, quòd sicut pars sensitiua cõiunctione ad intellectum (siue illa coniunctio sit per aliquam actionem siue habitualis, hoc enim nihil refert ad propositum) efficitur virtuosior, sic etiam phantasmata ex vir-tute intellectus agentis redduntur habilia, vt ab eis intentiones intelligibiles abstra-hantur. Quod verissimum est & confor-me nostræ sententiæ; nam (vt dicebamus) per virtutem actualem intellectus agentis, non ex coniunctione ad intellectum agen-tem redduntur habilia phantasmata, vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur de facto. Nam, vt dubio explicabimus, per solam motionem actualem intellectus agentis abstrahuntur species à phantasmatibus.

tibus. Per illam uero coniunctionem, quam ponebat Ferrariensis, fiunt potentia remota, vt possint abstrahi ab illis species intelligibiles, non verò vt facto abstrahantur.

QVæritur tertio. Quomodo intellectus agens faciat intelligibilia in actu? Vbi notandum est, q quandoq; Di. Thomas dicit, quòd intellectus agens facit res materiales intelligibiles in actu, vt in hoc articulo, & supra quæstione 54. articulo quarto. & quæstione de Anima, articulo quarto. & in quæstione de spiritualib. creaturis, articulo 10. & in pluribus aliis locis. Aliquando verò dicit Diuus Thomas, q facit phantasmata intelligibilia in actu, vt 2. contra gent. capi. 77. & quæst. de Anima arti. 15. Aliquando etiam (vt vult Ferra. loco citato) quòd facit species intellectus possibilis intelligibiles in actu. Sed non affert aliquem locum ad id probandũ, nec nos aliquando reperimus. De singulis ergo explicandum erit qua ratione fiant intelligibilia in actu?

DOminus Caietanus consequenter ad dicta in præcedenti dubio dicit, quòd per illam relucentiam obiectiuam fit actu intelligibilis quidditas materialis latens in phantasmate, quia per illam relucentiam vocat abstractiuam, quæ apparere facit quidditatem in phantasmate absque condi tionibus indiuiduantibus, fit actu intelligi bilis. Ex hoc enim aliquid constituitur in-telligibile in actu, quòd abstrahitur & ve luti denudatur à cõditionibus singularibus & materialibus, & sic in phantasmate illu strato relucet actu intelligibile, ipsum ve-ro phantasma est de genere sensibilium. Nec hoc (inquit) est mirabile contemplan tibus vim abstractionis & perspicuè viden tibus, quòd hoc nihil aliud est, quam phan tasma illustrari quo ad vnum & non quo ad alterum. Hunc modum dicendi asse-rit esse singularem non tamen despicien-dum, & conatur illum deducere ex doctri na Diui Thomæ. Nam Diuus Thomas 2. contra gent. vbi supra dicit, quòd in ani-ma intellectiua est virtus actiua in phan-tasmata faciens ea intelligibilia in actu, & quòd actio intellectus agentis in phan-tasmate præcedit receptionem intellectus possibilis. Ex quibus videtur colligi, quòd in ipso phantasmate prius fiat intelligibile in actu, quam species intelligibilis in intel lectu fiat. Item in 2. contra gentes. capite 62. dicit, quòd Aristoteles attribuit intelle ctui possibili pati ab intelligibili, susci-pere species intelligibiles, & esse in potentia ad eas. Vbi constat, quòd species intelli-gibiles condistinguit ab intelligibili actu. Non enim pari potest ab intelligibili nisi in actu, & sic oportet in phantasmate esse intelligibile in actu, antequam species fi-at in intellectu possibili. Ac tandem in quę-stione de Anima articulo 15. dicit, quòd intellectus agens per fantasmata facta ab eo intelligibilia in actu, causat scientiam in intellectu possibili. Igitur secundum sen tentiam D. Thomæ asserendum est, quòd antequàm producatur species intelligibilis in intellectu possibili, sit iam intelligibile in actu in phantasmate. Quod non vide-tur aliter intelligibile, nisi per illam relu-centiam obiectiuam seu per illuminatio-nem abstractiuam.

¶ Secunda sententia est Ferrariensis lo-co citato asserentis, quòd intellectus agens dicitur facere intelligibilia. Primo, res ma-teriales, secundo phantasmata, ac etiam tertio ipsas species intellectus possibilis, diuersa tamen ratione vnumquodque eo-rum. Pro cuius intelligentia notat primo, quòd intelligibile primo & per se nominat obiectum & terminum intellectus, sicut sensibile obiectum sensus, secundario ve-ro etiam dicitur intelligibile omne illud, quod est aliquid ipsius obiecti intelligibi-lis ad intellectionem intellectus tanquam aliquid ad eam deseruiens ordinatum. Et quia species rei intelligibilis existens in in-tellectu, & phantasma illius est aliquid ip-sius obiecti intelligibilis ad intellectionem deseruiens, species quidem vt repræsenta-tiua naturæ absque conditionibus indiui-duantibus, phantasma autem vt repræsen tatiuum eiusdem cum materialibus con-ditionibus; & vtrumque suo modo deser-uit intellectioni, hinc fit, quòd dicantur intelligibilia non primo & per se, sed se-cundario & quasi indirectè. Ex hoc no-tabili sequitur secundum, quod sicut ob-iectum dicitur intelligibile aut in actu, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

in potentia, sic etiam species & phantasma dicentur intelligibilia in actu aut in potentia proportionabiliter ab obiectum. Cum autem duo pertineant ad obiectum intelligibile, sicut & ad obiectum sensibile, scilicet, mouere & terminare; tunc dicetur obiectum intelligibile in actu, quando habuerit actu vnde possit mouere actu intellectum, & terminare actionem ipsius, & tunc intelligibile in potentia quando non habuerit actu, sed tantum in potentia. Et quia species & phantasma non possunt deseruire intellectioni vt termini sed vt mouentes, tunc dicentur intelligibiles in actu, quando actu habuerint vnde possint mouere intellectum: tunc vero intelligibilia in potentia, quando id habuerint in potentia solummodo.

¶ His positis dicit primo, quòd obiectum dicitur intelligibile in potentia secundum esse materiale & singulare, quod habet extra animam, intelligibile vero in actu in ratione motiui secundum esse, quod habet in phantasmate illustrato, in ratione vero terminatiui secundum esse, quod habet in intellectu possibili per speciem intelligibilem.

¶ Dicit secundo, quòd phantasma dicitur intelligibile in potentia secundum id, quod habet ex hoc, quòd est phantasma, scilicet, vt est præcisè similitudo rei materialis, intelligibile vero in actu inquantum est phantasma hominis, scilicet, inquantum lumine intellectus agentis est illustratum secundum modum dubio præcedenti ex eius doctrina explicatum.

¶ Dicit tertio, quòd species intelligibilis est intelligibilis in potentia secundum esse, quod habet in virtute actiua phantasmatibus illustrati, actu vero intelligibilis, secundum esse formale, quod habet in intellectu possibili. Horum singula probat ex fundamentis propositis. in prædictis enim statibus habent vnde actu vel potentia mouere vel terminare possint.

NIhilominus sit prima conclusio. Intellectus agens non dicitur facere intelligibile actu, quia per virtutem eius, & illam illuminationem obiectiuam, appareat in phantasmate quidditas materialis intelligibilis in actu. Hæc conclusio est contra dominum Caietanum, & satis probata manet ex tertia conclusione præcedentis dubij, sed adhuc probatur primo. Intellectus noster facit intelligibilia in actu, inquantum res sensibiles & materiales transfert ad ordinem intelligibilem; sed obiectum relucens in phantasmate est in ordine rerum materialium & sensibilium, ergo non est intelligibile in actu secundum illud esse, quòd habet phantasmate. Maior est nota, & minor conceditur expresse ab ipso Caietano circa finem commentarij huius articuli, & probatur. Illa quidditas est in phantasmate corporeo, ergo necessario est dicendum esse sensibilem & materialem.

¶ Quòd si dicas satis esse abstractam à conditionibus materialibus secundum illam relucentiam abstractiuam, licèt in esse suo sit sensibilis: contra hoc arguitur, & sit secundum argumentum pro conclusione. Etiam supposita illa illuminatione abstractiua, abstractio intellectus agentis non constituit rem intelligibilem quasi ipsa sit id, quo res formaliter fit intelligibilis, vt clarè demonstrauimus suprà quæstione prima, articulo secundo. sed vt conditio abstrahens quidditatem materialem à conditionibus materialibus, & vt melius dicamus, extrahens illam ab ordine rerum sensibilium ad ordinem intelligibilem, ergo etiam si ponatur talis abstractio, si non extrahatur res ad ordinem intelligibilem (quod tamen implicat contradictionem) non erit intelligibilis actu. Vltimò probatur conclusio. Nam Caietanus ponit hoc intelligibile in actu, ut possit mouere intellectum possibilem, vt licèt colligere ex eius doctrina. Etenim ex loco allegato ex Diuo Thoma, secundo contra gentes capite sexagesimosecundo. sic colligit. Ex his patet, quòd Diuus Thomas contra species intelligibiles diuidit intelligibile actu, non enim pati potest intellectus ab intelligibili nisi in actu. Contra. Nam vel intellectus possibilis patitur ab hoc intelligibili actu, vt à forma vel vt efficiente. Non primum, nam ponit illud in phantasmate, & dicit esse sensibile in esse. Si secundum, ergo vt ab efficiente vt instrumento vel vt causa principali; non vt ab efficiente tanquam causa principali, quoniam est sensibile, & corporale in esse, res autem corporalis, & sensibilis nō potest agere in spiritualem, qualis est intellectus possibilis, vt causa principalis. Si autem patitur ab illo, vt instrumento intellectus agentis, sicut necessario tenetur dicere. Contra. Etiā ipsum phantasma, corporale, & materiale repræsentās singulare potest esse, imo de facto est instrumentum intellectus agē tis ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili, ergo nulla est necessitas ponendi hoc intelligibile in actu, vt possit intellectu possibilis pati ab illo.

¶ Secunda conclusio. Phantasma etiam nominis nullo modo est intelligibile in actu formaliter, sed tantùm causaliter, quatenus ex ea educitur intelligibile in actu per virtutem intellectus agentis. Hæc conclusio est contra Ferrariensem, sed est sententia domini Caietan. hic expresse negantis phantasma esse intelligibile, quod necessario est intelligendum de intelligibile in actu. Probatur primo conclusio. Intelligibile in actu semper fit ex intelligibili in potentia, sed phantasma hominis nunquam est intelligibile in potentia secundum Ferrariensem, ergo non fit intelligibile in actu. Maior est euidens in Philosophia, & minor in doctrina Ferrariensis. Nam ipse dicit, quòd phantasma per suam naturam habet, quòd sit illustratum lumine intellectus agentis, & intelligibile in actu, in quantum est productum tale & ordinate ab imaginatione, quæ in eadem essentia animæ cum intellectu agente radicatur. Sed respondet Ferrariensis, quod phantasma hominis habet, quòd sit intelligibile in potentia, vt considerat tur secundum id, quod habet ex hoc, quòd est phantasma, scilicet, vt est præcisè similitudo rei materialis. Sed contra hoc arguitur dupliciter. Primo, quoniam ex hoc euidenter sequitur, quod phantasma hominis non sit intelligibile in actu, cum nunquam habuerit esse intelligibile in potentia, sicut etiam homo non dicitur fieri ex animali, quia nunquam inuenitur homo sine animali. Secundò. Sequitur, & etiam phantasma bruti sit intelligibile saltim in potentia. Probatur. Phantasma bruti habet, quòd sit similitudo rei materialis. & habet omne id, quod ad phantasma vt sic pertinet; sed hoc sufficit ad constituendum intelligibile in potentia, ergo. Secundò probatur conclusio. Phantasma etiam hominis vt sic est aliquid materiale & corporale, ergo non potest esse intelligibile in actu formaliter. Antecedens est notum, & probatur consequentia. Quoniam quidquid formaliter pertinet ad ordinem intelligibilē, debet necessario esse aliquid immateriale & spirituale. Tertio arguitur ex fundamento ipsius Ferrariensis, vt simul soluamus rationem eius. Ad hoc, vt aliquid si actu intelligibile in ratione motiui, est necessarium secundum Ferrariensem, quod sit in potentia naturali & proxima, vt possit mouere intellectum, sed phā tasma hominis etiam vt hominis est, non est in potentia proxima & naturali, vt possit mouere intellectum, ergo non dicetur intelligibile in actu. Maior est doctrina expressa Ferrariensis, & minor probatur. Potentia, quam habet phātasma hominis ad mouendum intellectum, solum est obedientialis, vt potè possit assumi vt instrumentum ab intellectu agente ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili; sed hæc potentia non est naturalis, & proxima, ergo. Ex hoc colligit secunda pars conclusionis, quoniam si est intelligibile in actu vt dicit Diuus Thomas loco citato, & non formaliter vt iam probatum est, necessario debet esse intelligibile in actu causaliter, & in hoc sensu explicādus est Diuus Tho. locis citatis.

¶ Tertia conclusio. Species intelligibiles nunquam dicuntur intelligibiles in potentia, sed semper sunt essentialiter intelligibiles in actu. Hęc etiam conclusio est contra Ferrariensem, intelligibilis ex propria ratione, & definitione est forma, & actus, quo intellectus constituitur in actu primo, & essentiali ad intelligendum; sed ex hac ratione dicuntur species intellectus possibilis intelligibiles actu, ergo essentialiter ex propria

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione & definitione habent, quòd sint intelligibiles in actu. Maior est manifesta. Etenim species intelligibilis ex illis rebus, quas Deus constituit esse, non vt sint, sed vt repræsentent, vt explicatum est in materia de angelis. Falsus ergo fuit Ferrariensis existimans, quòd quia secundum esse, quod habet in phantasmate, habet esse in potentia, consequenter etiam habet quòd sit intelligibilis in potentia; in hoc enim est manifesta fallacia. Ex hoc enim solum sequitur, quòd intelligibile in actu non habeat esse actu sed potentia, in præsenti autem non disputamus de esse existentiæ speciei intelligibilis, sed de potentialitate, siue actualitate, quæ essentialiter & ex propria ratione conuenit illi in esse intelligibili. Confirmatur hæc ratio. Quando aliquid conuenit alicui essentialiter, eius oppositum nullo modo potest illi conuenire, vt docet Diuus Thom. 3. & 4. cap. de ente & essentia, sed speciei intelligibili per se & essentialiter conuenit esse intelligibile in actu, ergo nullo modo potest conuenire illi esse intelligibile in potẽtia. ¶Secundo probatur, quòd species intelligibilis non dicatur intelligibilis in potentia secundum esse, quod habet in virtute phantasmatis illustrati, vt dicit Ferrarien. Intellectus agens nullo modo dicitur facere intelligibile in potẽtia, ergo species intelligibilis non dicitur intelligibilis in potentia secundum esse, quod habet in virtute phantasmatis illustrati. Antecedens est notum, & probatur consequentia. Qm̃ intellectus agens est, qui confert illam virtutem & illustrationem phantasmati, ergo secundum hoc esse phantasmatis, non habet species intelligibilis, quòd sit intelligibilis in potentia. Confirmatur. Species vt intelligibilis in potentia est ipsummet phantasma ut illustratum iuxta mentem Ferrariensis, ergo qua ratione dicitur intellectus agens illustrare phantasmata, dicetur etiam producere speciem, vt intelligibilem in potentia, quod nullus Philosophorum admittit.

¶Ex doctrina huius conclusionis sequitur, quòd intellectus agens non dicitur facere intelligibilem in actu speciem intelligilem proprie loquendo, sed dicetur producere illam. Probatur. Non dicitur propriè aliquid fieri tale in actu, nisi fuerit in potentia tale; sed species intelligibilis nunquam fuit intelligibilis in potentia, ergo non dicetur fieri intelligibilis in actu, sed dicetur propriissimè produci species intelligibilis, quæ ex sua essentia habet ꝙ sit intelligibilis in actu. Et in hoc sensu explicandus est D. Thom. in 3. dist. 14. artic. 1. q. 2. in corp. vbi dicit, ꝙ per lumen intellectus agentis fit species intelligibilis, intelligibilis in actu.

¶Vltima conclusio. Res quæ intelligitur, est intelligibilis in potentia secundum esse, quod habet extra animã, vel in phantasmate, fit vero intelligibilis actu secundum esse intelligibile, quod acquirit in specie intelligibili per virtutem intellectus agentis. Hæc conclusio colligitur euidenter ex dictis, & est communis sententia omnium Philosophorum & Theologorum vno excepto Ferrariense, qui consequenter ad ea quæ ex illo retulimus, deuiat ab illa quatenus dicit, rẽ secundùm esse, quod habet in phantasmate hominis, esse intelligibilem in actu ratione motiui. Sed hæc sententia iam satis impugnata manet in præcedentibus. Probatur ergo nostra conclusio. Intellectus agens dicitur aliquid facere intelligibili in potentia, non phantasma, vt iam probatum est, nec speciem intelligibilem, ergo rem quæ intelligitur. Quòd si aliquis inquirat, quare nec phantasma nec species intelligibilis dicuntur fieri intelligibilia in actu, res vero intelligibilis sic? Respondetur, quòd huius ratio colligitur ex supradictis. Etenim quædam instituta sunt à Deo vt sint, quales sunt omnes substantiæ; alia vt repræsentent, & huiusmodi sunt phantasmata & species intelligibiles, vnumquodque eorum suo modo. Cum ergo ex propria essentia habeãt phantasmata repræsentare non quomodocunque, sed vt deseruiẽtia & ministrantia materiam intellectui, & hoc sit in illis esse intelligibile in potentia, hinc fit, quòd nullo modo possunt per virtutem intellectus agentis aut aliam quamlibet fieri intelligibilia in actu, quia ex propria ratione, habent ꝙ sint intelligibilia in potentia. Species vero intelligibilis ex propria ratione & definitione habet, ꝙ sit forma & actus, quo intellectus cõstituitur in actu essentiali ad intelligendum, & consequenter ex propria ratione habet, ꝙ sit intelligibilis in actu. Hinc fit, quòd nullo modo possit esse intelligibile in potentia, & per consequens nec fieri intelligibile in actu. Aliis autem, quæ sunt instituta vt sint, non conuenit ex propria ratione & definitione, quòd pertineant ad ordinem intelligibilium, sed hoc accidit eorum essentijs. Et hinc est, quòd quandoq; possiunt esse intelligibilia in potentia, aliquando vero intelligilia in actu, cum neutrum eorum conueniat illis essentialiter, sed vtrunque accidentaliter. Quia tamen esse, quod habent res in phantasmate, per se ordinatum ad esse intelligibile, qđ habent in specie intelligibili, & est veluti potentia ad illud; consequenter secũdum esse, quod habent in phantasmate, sunt intelligibiles in potentia, quæ potentia potest reduci in actum per virtutem intellectus agentis producentis speciem intelligibilem eorum in intellectu possibili, in quo habent esse vltimum & actuale intelligibilitatis.

AD argumenta proposita pro sententia Caietani, ex testimoniis Diui Thomæ, omissis solutionibus Ferrariensis facile erit respondere ex dictis. Ad primum respondetur, quòd quando Diuus Thom. dicit, quòd intellectus agens facit phantasmata intelligibilia actu, est sensus causalis, quasi dicat: intellectus agens educit ex phantasmatibus intelligibile in actu, vt explicatum est in secunda conclusione. Quando vero dicit, quòd actio intellectus agentis in phantasma præcedit receptionem intellectus possibilis, respondetur, quòd præcedit prioritate causalitatis non temporis; nec loquitur de actione, qua in phantasmate fiunt intelligibilia in actu, sed qua assumuntur phantasmata ad producendum intelligibile in actu in intellectu possibili. Ad aliud testimonium ex 2. cont. gen. ca. 62. Respondetur, quòd iam diximus circa primam cõclusionem, quod non oportet ponere intelligibile in actu in phantasmate, vt intellectus possibilis possit pati ab illo, imo de facto patitur à phantasmate corporeo quod est intelligibile solum in potentia, vt dubio sequenti explicabimus. Ad vltimum testimonium ex quæstione de Anima itidem respondetur ac responsum est ad primum.

¶Ad rationem & fundamenta Ferrariensis vnico verbo respondetur ex dictis. Dicitur enim quod attinet ad speciem intelligibilem, quod semper habet actu vnde moueat & actuet intellectum, vnde nunquam erit intelligibile in potentia, sed semper in actu. Phantasma uero etiam hominis non habet virtutem naturalem, & potentiam proximam ad immutandum intellectum per productionem speciei intelligibilis, sed tantum potentiam veluti obedientialem vt possit assumi vt instrumentum ab intellectu agente ad illam producendam. Relinquitur ergo quod sola res intelligibilis fit intelligibilis actu ex intelligibili in potentia, vt iam explicatum est.

TErtio explicandum est, quomodo intellectus agens dicatur assumere phãtasmata ad producendum speciem intelligibilem.

¶Quæritur ergo quarto; An intellectus agens se solo producat species intelligibiles efficienter, phantasmatibus solummodo concurrentibus vt causæ materiales ministrantes materiam: an etiam phantasmata concurrant in illarum productione vt causæ efficientes saltim instrumentales?

¶Arguitur primo & probatur, ꝙ phantasmata non fiũt instrumenta intellectus agentis ad producendum species intelligibiles. Phantasma est similitudo materialis & corporalis huius indiuidui, ergo non põt assumi vt instrm̃ ad productionem speciei intelligibilis, q̃ est similitudo immaterialis, & solam naturam repræsentans. Antecedens est notum, & probatur consequẽtia. Quoniam ita videmus in omnibus causis & effectibus naturalibus, quod ad producendos effectus spirituales assumuntur instrumenta & formæ spirituales, ergo nõ est dicendum in proposito, quòd phantasma corporeum assumatur vt instrumentum ad producendam speciem intelligibilem. Respondent ad hoc autores oppositum tenentes, quòd phantasma non habet ex se & ex propria ratione, vt possit assumi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumi vt instrumentum ad productionē ali A
cuius effectus spiritualis, sed vt est phan-
tasma hominis, & vt producitur ab imagi-
natione, quæ in eadem essentia cum intel-
lectu agente radicatur. Contra hoc arguit-
tur. Nam illud phantasma quantumuis ele
uetur ex coniunctione ad animam ratio-
nalem, semper est corporeum & materiale,
ergo non potest assumi ad effectum spiri-
tualem. Nec similitudo, quæ communiter
affertur à Thomistis, aliquid facit ad pro-
positum. Dicunt enim, quòd sicut calor, B
qui est in animali ex coniunctione ad ani-
mam sensitiuam, habet quòd possit esse in-
strumentum nutritiuæ ad producendā car
nem, quod non habet se solo & separatus;
sic etiam phantasma, &c. In hoc enim ex-
emplo effectus est proportionatus instru-
mento, vterque enim est corporeus. At in
nostro proposito phantasma etiam eleua-
tum ex coniunctione ad animam rationa-
lem semper est improportionatum ad spe-
ciem intelligibilem. C

¶Secundo. In intelligibile videtur, quòd
forma existens in vna potentia possit assu-
mi vt instrumentum ab alia ad aliquem
effectum producendum. Sensus enim com
munis non potest vti specie visibili vt in-
strumento ad aliquem effectum producen
dum, sed sola potentia visiua, ergo etiam
si phantasma sit instrumentum ad produ-
cendum speciem intelligibilem, erit instru
mentum phantasiæ, & nō intellectus agen
tis. Confirmatur. Species intelligibilis pro- D
ducta per se primo assimilatur phantasiæ
constitutæ in actu primo per phantasma
hominis & non intellectui agenti, ergo
phantasia per formas in ea existētes est cau
sa principalis & proxima ad producendum
speciem intelligibilem. Antecedens proba-
tur, quoniam phantasia constituta in actu
primo per phantasma hominis, assimila-
tur in actu primo huomini, cuius etiam si-
militudo est species intelligibilis producta,
intellectus autem agens nullam similitudi E
nem hominis habet in se, ergo.

¶Tertio. Phantasma est materia vel ob-
iectum, ad quod respiciens intellectus pos-
sibilis producit speciem intelligibilem in
intellectu, ergo non potest esse instrumen-
tum ad producendum speciem intelligibi-
lem. Antecedens asseritur à plerisque Tho-
mistis, & ab ipsomet Diuo Thoma &, ve-
rissimum est, vt infra probabimus. Conse-
quentia uero videtur cuidens, cum omni-
no sit in intelligibile, quòd idem sit instru-
mentum & materia ad eundem effectum
producendū, maximè cum Arist. in 3. phy.
doceat expresse, quòd efficiens & materia
non coincidunt. ¶ Vltimo arguitur. Si phan
tasma est materia & instrumētum ad pro-
ducendum speciem intelligibilem, sequi-
tur quod secundum diuersitatem phantas-
matis, quo vtitur intellectus agens, produ
catur diuersa species intelligibilis, etiam si
actio intellectus agentis esset omnino ea-
dem quando vtitur hoc uel illo phantas-
mate; consequens est falsum, ergo. Proba-
tur sequela à simili. Nam etiam si actio so-
lis sit eadem omnino, tamen ex diuersa cō
ditione & dispositione materiæ producit
varios effectus, v.g. exsiccat lutum, emollit
ceram propter diuersam dispositionem ma
teriæ, ergo eadem ratione in proposito ex
phantasmate Petri albi & magni & Pauli
nigri & pusilli producuntur in intellectu
possibili diuersæ species intelligibiles. Mi-
nor uero probatur. Eandem numero specie
intelligibilem hominis produceret nunc
intellectus agens ex phantasmate Petri, si
obiiceretur illi, atque producit de facto ex
phantasmate Pauli, ergo secundum diuer-
sitatem phantasmatis non producitur di-
uersa species intelligibilis.

IN hac quæstione Henricus quodlib. 4. q-
21. & quodlibeto 8. quæst. 12. & 13. omni-
no negat actionem intellectus agētis ad
producendum species intelligibiles in intel
lectu possibili. Existimat enim Henricus,
quòd intellectus agens solum habet illu-
minare phantasmata ad eundem ferè mo-
dum (vt nobis videmur) quo Caietanus,
cuius sententiam in præcedentibus dubiis
reiecimus; & phantasmatibus sic illustra-
tis vtitur intellectus possibilis in sua opera-
tione. Et omnia, quæ Aristoteles dixit de
speciebus intelligibilibus, existimat satis
verificari in phantasmatibus sic illustratis,
eo quòd sint iam intelligibilia in actu, &
quibus potest intellectus possibilis uti in
sua operatione. Hanc etiam sententiam
sequutus fuit per omnia Ioannes Bacho-
nis

nis Carmelita in quæs. 2. Prologi senten- A
tum artic. 2. & copiosius in 2. dist. 3. quæst.
2. articu. 3. & 4. vbi conatur probare hanc
sententiam multis argumentis, & dissolue
re etiam alia plura contra suam sententiā.
Sed de hac sententia non est nobis in præ-
senti curandum, sat fuerit ostendere quòd
est expressa contra Aristotelem. Nam Ari-
stoteles in tertio de anima cap. 4. text. 6. di-
cit, quòd anima est locus specierum, non
omnis, sed intellectiua, & in cap. 8. tex. 38.
dicit, quòd lapis non est in anima, sed for-
ma lapidis, necesse est autem res ipsas aut
formas in anima esse. Sunt alia loca Aristo
telis, quæ in hunc modum loquuntur. Sed
respondent hi autores hæc loca sic esse in-
telligenda, non quòd imprimantur species
in ipso intellectu possibili subiectiuè, sed
quòd intellectus vtatur illis existentibus
in phantasia, illustratis tamen. Sed hæc ex-
plicatio est omnino violenta; nam Aristo-
teles in locis citatis ex professo intendit do
cere, quòd sicut materia secundum se est
in pura potentia, & actuatur forma substa-
tiali, sic etiam intellectus noster ex natura
sua est in pura potentia ad formas intelligi
biles, & per ipsas fit in actu vt possit intel-
ligere. Preterea. Hac ratione in articulo pre
cedenti ostendimus de mente Aristotelis,
quòd nostrum intelligere est quoddam pa
ti, quia scilicet recipit in se species intelligi D
biles. Est etiam hæc sententia Henrici con-
tra Diuum August. lib. 11. de ciuit. cap. 27.
& lib. 12. c. 7. vbi expresse admittit intelli-
gibiles species in intellectu, sicut & sensibi
les in sensu. Probatur etiam ratione quòd
sit falsa. Intellectus possibilis secundum se
est in pura potentia, & indeterminatus ad
particularia obiecta, ergo necesse est vt pos
sit intelligere illa, quòd prius fiat in actu
primo per formas intelligibiles eorum, re-
ceptas in intellectu possibili. Antecedens E
est notum, & probatur consequentia ex si-
militudine adducta sæpius ex Aristotele
de materia prima, quæ ita determinatur
per formam, quòd actuatur & informatur
intrinsecè per illam. Argumenta vero qui-
bus autores huius sententiæ illam probāt,
sunt facillima, quæ poterunt videri apud
Capreolum in 1. distinct. 35. quæstio. 1. ad
argumenta Henrici, & aliorum contra pri-
mam conclusionem, & in 2. dist. 3. quæst. 2.
ad argumenta etiam Henrici contra quar
tam conclusionem.

HAc ergo sententia omissa in hac quę-
stione sit prima conclusio. Intellectus
agens vtitur phantasmatibus vt instrumen
tis ad producendas species intelligibiles.
Hæc conclusio est expressa Diui Tho. plu-
ribus in locis, specialiter in 3. par. quæst. 9.
articu. 4. ad secundum, vbi dicit, quòd hu-
mana mens dicit respectum ad inferiora,
B id est, ad phantasmata, quæ sunt apta mo-
uere mentem humanam per virtutem in-
tellectus agentis. Et clarius in quodlib. 8. ar
ti. 3. vbi dicit, quòd in productione specie-
rum intelligibilium intellectus agens con-
currit principaliter, phantasma vero con-
currit instrumentaliter. Et quodlib. 2. artic.
2. dicit, quòd phantasmata mouent intelle-
C ctum possibilem, non autem ad hoc sibi
sufficiunt ex seipsis, cum sint intelligibilia
in potentia, intellectus autem non mouet-
ur nisi ab intelligibili in actu. Vnde opor-
tet, quòd superueniat actio intellectus agē
tis, cuius illustratione phantasmata fiunt
actu intelligibilia, sicut illustratione lucis
corporalis fiunt colores actu visibiles. Et
sic patet, quòd intellectus agens est princi-
pale agens, quod agit rerum similitudines
in intellectu possibili; phantasmata autē,
D quæ à rebus exterioribus accipiuntur, sunt
quasi agentia instrumentalia. Hæc D. Tho.
Est etiam hæc conclusio communis inter
discipulos Diui Thomæ. Eam tenet Ca-
preolus in 2. distin. 3. quæst. 2. ad argumen-
ta Durandi tertio loco inducta contra octa
uam conclusionem, vbi Capreolus pluries
dicit, quòd phantasmata concurrunt cum
intellectu agente tanquam instrumentum
vel concausæ. Eandem etiam tenet Caieta-
nus hic, & supra quæst. 55. artic. 2. in dubio
E circa solutionem ad 2. & etiam in loco ci-
tato tertiæ partis, & ibidem quæst. 8. art. 4.
circa solutionem ad tertium. Eandem etiā
tenent Ferr. 2. contra gent. cap. 77. Sonzinas
7. Meth. quæst. 12. & 14. & Iauell. in 3. de
anima tractatu de intellectu agente quæ-
stio. 3. Extra scholam etiam Diui Thomæ
illam tenet Scotus in 1. distin. 3. quest. 8. ad
primum. Quòd si quæras ab autoribus hu-
ius sententiæ, vnde habent phantasmata

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc virtutem vt possint esse instrumenta A intellectus agentis ad producendum speciem intelligibilem? Respondent satis docte, quòd hanc excellentiã habent ex coniunctione ad animam intellectiuam. Sicut enim calor, qui est in animali ex coniũctione ad ipsam animam, cuius est virtus, & instrumentũ, potest attingere altiorem effectũ, scilicet, productionem carnis, vt Aristo. docuit in 2. de ani. c. 4. tex. 41. quẽ effectum non potest attingere secundum, q̃ est virtus ignis: eodem etiam modo pars sensitiua in homine ex coniunctione ad animam intellectiuam fit habilis & potens, vt sit instrumentum ad producendũ species immateriales. Hæc etiam explicatio videtur ad mentem Diui Thomæ in loco, quem supra attulimus, scilicet, infra quæst. 85. articu. 1. ad 4. vbi dicit, quòd sicut pars sensitiua ex coniunctione ad intellectum efficitur virtuosior; ita phantasmata ex virtute intellectus agentis redduntur habilia, vt ab ipsis abstrahantur intentiones intelligibiles. Nec ex hac habilitate, quam phantasmata participant ex coniunctione ad animam rationalem ad productionem speciei intelligibilis, sequitur, quod non requiratur virtus intellectus agẽtis ad producendum species intelligibiles. Nam hæc coniunctio solum tribuit phantasmatibus, vt possint esse instrumenta ad producendum speciem intelligibilem; ex hoc autem non sequitur, quòd non requiratur intellectus agens ad producendum D species intelligibiles, imo oppositum. Quod explicatur exemplo desumpto ex physicis. Calor .n. qui est in animali, ex cõiunctione ad vitam sensitiuam eleuatur & fit aptus, vt possit assumi tanquam instrumentum à potentia nutritiua ad producendum carnem, nihilominus tamẽ nõ sufficit illa coniunctio, qua fit aptus vt possit esse instrumentũ ad producendum carnem, vt de facto producat illam, sed necessariũ est vt assumatur à potentia nutritiua vel augE mentatiua, per quam immediate determinetur ad illum.

¶Secunda conclusio. Phantasma non solùm est instrumentũ intellectus ad producendũ speciem intelligibilẽ, sed ẽt materia ex cuius potentia educit intellectus agens speciem intelligibilem. Itaque respiciens intellectus agens phantasmata, vtitur illis ad producendas species immateriales, huius naturæ vel illius secundum diuersitatem phãtasmatis, à quo determinatur eius virtus actiua. Hæc conclusio probatur ex Diuo Thoma infrà quæst. 84. art. 6. vbi dicit, quòd sensibilis cognitio non est totalis & perfecta causa intellectualis cognitionis, sed magis est quodammodo materia causæ. Præterea in quæst. 85. art. 1. ad 4. dicit, quòd phantasma ex virtute intellectus B agentis habilitatur, vt ab ipso intentiones intelligibiles abstrahãtur, ergo secundum Diuum Thomam phãtasma se habet sicut materia, à qua species intelligibiles abstrahuntur. ¶Pro explicatione huius conclusionis notandum est, quòd aliquando contingit in rebus naturalibus produci varios effectus non ex diuersitate causę efficientis principalis, sed ex diuersitate instrumenti, & ex diuersa conditione & x dispoC sitione materię. v.gr. quando sol sua actione & emollit ceram & indurat lutum, eadem est causa efficiens, & eadem virtus agentis; sed producit diuersos effectus propter diuersam dispositionem materiæ. Similiter in moralibus secundum illam opinionem, quam postea tractabimus quæst. 82. quòd obiectum voluntatis non concurrit efficienter in ordine ad ipsam volũtatem, sed tantũ se habet vt materia circa quam; quòd voluntas determinetur ad volendum hoc vel illud obiectum prouenit D ex parte causę materialis vel obiectiuæ, ad quam respicit ipsa volũtas. Eodem modo dicimus in præsenti, q̃ phantasma concurrit ad productionem speciei intelligibilis non solum mouendo efficienter intellectum possibilem vt instrumentum intellectus agentis, sed etiam determinando intellectum agentem ad hoc vt ipse producat speciẽ hominis vel equi propter diuersitatem phantasmatum, à quibus determinatur, sic vt phantasmate equi non possit producere speciem intelligibilẽ hominis, sed solam speciem equi, phantasmate hominis non nisi speciem hominis.

¶Sed rogat quis qua ratione fieri possit, vt phantasma sit causa efficiens instrumẽtalis ad producendũ species intelligibiles, & simul

& simul sit materia vel obiectum ad pro- A ducendum illam? In exemplis enim allatis videmus; quòd dispositio, quæ est in luto siue cera vt liquefiat vel induretur, solũmodo est causa materialis liquefactionis aut indurationis, nulla autem ratione est causa efficiens instrumentalis. Similiter in alio exemplo obiecti voluntatis secundũ illam sententiam non habet rationem causæ efficientis etiam instrumentalis. Ad hoc respondetur, quod hoc est maximè verum & consonum doctrinæ Aristotelis & omB nium Philosophorum. Et in exemplo allato de actione solis dicimus, quòd illa dispositio, quæ est in cera & in luto ad diuersos effectus, quos producit sol in illis, nõ solum cõcurrit materialiter, sed etiam est quodammodo instrumentũ ad determinãdum actionem solis ad hos effectus. Sicut dicunt Metaphysici in libro 7. Sonzinas q. 21. & Iauellus q. 11. quod sol determinat ad producendum animalia quædã imperfecta ex dispositione putredinali, quæ est C in terra ab ipso calore, quæ dispositio reputatur etiam quasi semen instrumentaliter determinans actionem solis ad effectum illius speciei. Similiter etiam semen in generatione animalis vel plantæ est instrumentum virtutis vegetatiuę ad generandũ simile in specie, tamen iuxta sententiam grauissimorum medicorum non solum cõcurrit vt instrumentum, sed etiam vt ministrans materiam. Potest etiam esse exemD plum in artificialibus. Nam colores, quibus vtitur pictor ad pingendam imaginẽ sunt non solum materia ministerialis figurę imaginis, sed etiam sunt quodammodo instrumenta pictoris ad pingendam imaginem, quando assumit illos in penicilo ad pingendum imaginem. quia agens principale vtitur illis vt instrumentis ad producendum effectum, quem intendit. Sic ẽt in proposito nostro dicimus; quòd phantasmata sunt propriè materia ministerialis E specierum intelligibilium non subiectiua (vt dicit Caietanus hic) & simul sunt etiã instrumenta intellectus agentis ad producendum species intelligibiles, quatenus assumit illa & vtitur eis ad producendum speciem intelligibilem. Determinatio etiã virtutis actiuæ intellectus agentis ad talẽ effectum, puta, speciem hominis, & non A equi prouenit ex determinatione phantasmatis, quo vtitur ad talem effectum, quia scilicet determinatã materiam ministrat; phantasma enim hominis non potest ministrare materiam nisi speciei intelligibili hominis. Sicut in exemplo allato, si pictor vellet depingere pratum, necessario sibi vtẽdum esset coloribus aptis ad effectũ intẽrũ; qui, scilicet, sint apti ministrare materiam tali figuræ. ¶ Aduerte tamen non esB se necessarium, quòd similitudo teneat in omnibus. Diuerso enim modo colores ministrant materiam tali figuræ, & alio phãtasma hominis ministrat materiam speciei intelligibili hominis. Nam colores in propria natura & specie ministrant materiam imagini, at phantasmata in alio esse eleuatiori quàm propria eorum natura expostulet; per eleuationem, scilicet, & abstractionem intellectus agentis; qui ex phãC tasmate Petri, vbi virtualiter & in potentia continetur homo, producit speciem hominis, & non equi, qui nulla ratione continetur in illo.

¶Ex doctrina huius conclusionis sequitur falsos fuisse quosdã discipulos D. Tho. qui in commentarijs D. Tho. super hunc articulum existimant in sententia D. Tho. tenendum esse, phantasmata tantum concurrere vt instrumenta intellectus agentis ad producendam speciẽ intelligibilem, nõ vero vt materia vel obiectum. Falluntur ẽt alij, qui vtrunque reputant probabile in doD ctrina Diui Thomæ, alterum tamen altero probabilius, quasi hæc duo sint simul incõpossibilia, quod falsum esse iã satis est ostẽsum. Nec loca allata ex Diuo Thoma aliquid habent contra hoc, imo oppositũ colligitur ex illis, specialiter ex loco allegato quæstionis 84. vbi expresse videtur asserE re, quod nos dicimus. Dicit enim expresse ibi, quod sensibilis cognitio non est totalis causa nostræ cognitionis (quasi sit aliqualis causa) sed magis (inquit) est quodammodo materia causæ. Hanc etiam sententiam ferè tenet Caiet. infra q. 85. art. 1. in fine commentariorum, vbi dicit quòd phantasmata non sunt tam propriè instrumẽta, sed potius materia causæ, vt dixerat D. Th. loco cita. q. 84.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur; quòd solum probat, quòd phantasma etiam vt eleuatum ex coniunctione ad animam rationalem non potest per se vt causa principalis producere virtute propria speciem intelligibilem. Cæterum non probat, quòd tanquàm instrumentum intellectus agentis, qui est causa principalis productionis speciei, non possit attingere illum effectũ immaterialem. Sicut aqua baptismi virtute Christi, a quo eleuatur, producit instrumentaliter gratiam in anima, & ignis inferni eleuatur diuina virtute, vt tãquam instrũm Dei possit cruciare dæmones, & animas. Et regula Diui Augustini 12. super Genes. cap. 16. ꝙ corpus non potest agere in spiritum, verum habet de agente principali nõ autem de agente instrumentali.

¶ Quòd si adhuc instes. Quoniam in his exemplis per virtutem diuinæ omnipotentiæ eleuatur corpus, vt possit esse instrumentum ad aliquem effectum spiritualem. At nũquã inuenit, ꝙ aliquod agẽs naturale, quale est intellectus agẽs, vtatur instrumẽto corporeo ad aliquẽ effectũ spiritualem producendum; signũ ergo est ꝙ non est in natura aliqua virtus, quę possit eleuare aliquod corpus ad effectũ spirituale producẽdũ. Ad hoc respondetur, ꝙ ẽt in causis naturalibus datur aliquòd instrumẽtũ corporale ad aliqd spirituale attingẽdũ. Et offert se nobis exẽplũ in semine, quod est instrumentũ aĩę ad attingẽdũ vnionem animæ rationalis cum corporẽ. Et similiter nutritiua est instrumentũ animæ ad imprimendum formã naturæ humanæ in nutrimentum cõuũctũ. Itaq; semẽ attingit formã humanã, quæ est spiritualis & cõiungit illã materiæ, & nutritiua imprimit eandẽ formã in parte materiæ. Hęc doctrina, quod attinet ad semẽ est D.Th. inf. q.118. art.2. & ibidẽ Caietani specialiter circa solutionẽ ad 4. Dicit D.Th. ꝙ semẽ humanũ, quia est virtus animę generantis secũdũ ꝙ anima est actus corporis, attingit animã geniti nõ quo ad eẽ, sed inesse, vt explicat Caietanus. Ex qua doctrina D.Thom. in quęstione sequenti 119. art. 1. concludit de nutritiua, quòd imprimat etiam illa in virtute animæ vt instrumentum eiusdẽ aĩę formam humanam in parte materiæ. Ita etiã dicimus in nostro proposito, ꝙ phãtasmata nostra ex hoc, quòd sunt producta à potentia coniuncta in eadem essentia animæ cum intellectu agente, habent virtutem & aptitudinem per illã coniunctionẽ, vt possint esse instrumenta ad producendas species intelligibiles non quascunque sed illas, quæ sunt actus & formæ intellectus nostri in hoc statu dum est in corpore, & ex propria ratione dicunt talem ordinem ad ipsa phantasmata, vt non possit intelligere intellectus noster per illas pro hoc statu, nisi conuertendo se ad phantasmata, vt explicabitur infra q.84.

¶ Ad secundum argumentum respondetur negando maiorem. Et ad probationem dicimus, quòd nõ est eadem ratio de sensu communi respectu specierum visibilium, ad aliquem effectum producendũ; & de intellectu agẽte respectu phantasmatum ad producendum species intelligibiles. Phãtasmata enim ex coniunctione ad potentiam superioris ordinis qualis est intellectus agens, fiunt apta, vt possint esse instrumenta ad aliquem effectum superioris ordinis, puta species intelligibiles. At species visibiles ex coniunctione ad sensum communẽ non eleuantur ad aliquem effectum altioris ordinis, quã earum natura expostulet.

¶ Propter confirmationem huius argumenti aliqui tenent, ꝙ phantasma concurrit ad speciem intelligibilem producendã vt instrumentum phantasiæ, quam dicunt esse causam vniuocam & proximam speciei intelligibilis; intellectum vero agentẽ esse causam æquiuocam & vniuersalem. Sed hæc sententia manifestè conuincitur falsitatis ex his, quæ in præcedentibus diximus. Quoniam illud qđ est corporale & materiale, non põt propria virtute & tanquam causa principalis habere effectũ spiritualẽ, nec attingere spiritum, vt docet D. Augu. 12. super Gen. c. 16. Sed phantasia est aliquid materiale & corporale, & species intelligibiles aliquid spirituale, ergo. Cõfirmatur. Causa secunda & vniuoca semper est eiusdẽ rationis cũ suo effectu, sed phãtasma corporale & species intelligibilis nõ sunt eiusdẽ ordinis, vt adnotauimus dubio primo in solutionibus argumentorũ, ergo. Ad

Ad argumentũ igitur factum in confirmatione prætermissa hac sententia respondetur primò, ꝙ licet species intelligibilis producta assimiletur quodãmodo phantasmati quantum ad speciẽ naturę repræsentatę, quæ erat in virtute actiua phantasmatũ; at vero quantũ ad modum repręsentandi & quantum ad esse immateriale & spirituale (quod precipuè est attendendũ in presenti) potius assimilatur intellectui agẽti, qui est agens principale speciei intelligibilis. Secũdo respondetur, quod cũ phantasma concurrat tãquam obiectum & materia, de cuius potentia ministeriali abstrahit intellectus agens speciem intelligibilem, consequenter determinat actionem intellectus agentis, & propterea species intelligibilis producta assimilatur illi quantũ ad rationẽ specificã illius naturæ hominis; scilicet, vel equi, cuius singularia representantur in ipso phantasmate, quanuis ipsa species intelligibilis in esse repræsentatiuo, & etiam entitatiuo sit alterius speciei & ordinis ab ipso phantasmate. ¶ Ad tertiũ argumentũ respondetur, ꝙ iã explicuimus circa secundã cõclusionẽ quomodo non sit in intelligibile, imo verissimũ ꝙ idẽ possit simul esse materia vel obiectum, & etiã instrumentũ ad aliquẽ effectũ producendũ. Et Aristoteles tantũ loquitur de materia, quæ est subiectũ formæ & de causa principali efficienti. In præsenti aũt nec phãtasma est subiectũ speciei intelligibilis, nec causa principalis illius. ¶ Ad vltimũ respõdetur cõcedendo sequelã, si phãtasmata fuerint obiectorũ, quę differant speciẽ, tũc.n. species intelligibiles, quę ab illis producunt, necessario debent esse diuersæ speciei. v.g. species hominis & equi, quæ differunt specie, necessario debent differre specie etiã ex parte obiecti phantasmata, quæ sunt illarũ causæ. At nõ est necessarium, ꝙ secũdum diuersitatẽ numericã obiectorũ phantasmatũ, ipsæ ẽt species intelligibiles differãt numero, vt argumentũ, phat. Huius ratio est, qa diuersitas numerica phãtasmatũ ex parte obiecti, esse similitudines harũ vel illarũ cõditionũ indiuiduãtiũ omnino per accidẽs se habet ad productionẽ huius speciei intelligibilis, puta, hominis, quæ ex natura sua est repręsentatiua quidditatis hominis secluſis cõditionibus indiuiduantibus, quæ quidditas in Petro & in Paulo seclusis accidẽtibus & cõditionibus indiuiduãtibus non est diuersa. Quare omnino per accidẽs se habet, ꝙ phantasmata has vel illas cõditiones indiuiduãtes repræsentent, dũmodo quidditas in virtute cõtẽta sub illis, seclusis accidẽtibus & cõditionibus indiuiduãtibus sit omnino eadẽ. ¶ Ex dictis cõstat, quid sit in tellectum agentẽ illustrare phantasmata, facere intelligibile in actu, & abstrahere speciẽ intelligibilẽ à phãtasmatibus. Constat ẽt clarè, quid respondendum sit ad argumentum Durandi vltimo loco propositum in primo dubio.

DVbitatur vltimo in hoc articulo circa solutionem ad secũdum D. Tho. An lumen sit necessarium propter colores ex parte obiecti, an vero tãtũ ex parte medij.

¶ Ratio dubitandi est. Nam Di. Tho. hic ad secundum & in pluribus alijs locis vtraque sententiam reputat probabilẽ. Similiter Alber. in 2. de ani. tra. 3. c. 7. dicit esse necessarium ex parte obiecti, vt faciat formaliter colores & formaliter visibiles, quanuis c. 6. præcedenti dixerat, tantum requiri ex parte medij. Caieta. etiam in 2. de anima c. 6. & in 3. de ani. ca. 2. quanuis admittat lumen esse necessarium ex parte medij, tamẽ non audet reijcere sententiam quæ asserit esse necessarium ex parte obiecti, vt faciat formaliter colores & formaliter visibiles. Quam etiam sententiam primo docuerat Auicenna libro 6. naturalium parte 3. capi. 1. vbi docet, quòd colores sine lumine non sunt colores actu & formaliter, sed tantum materialiter & in potentia, & propterea necessariũ eẽ lumen, vt faciat illos actu & formaliter colores. Quam sententiam etiam sequũtur alij interpretes Aristo. in 2. de anima circa textum 66. & sequentes. Et quòd hæc sententia sit vera probatur primo. Nã Aristot. in 3. de anima capit. 5. text. 18. dicit expresse quòd lumen potentia colores, facit actu colores, ergo lumen est necessarium etiam ex parte obiecti.

¶ Secundo. Omnis illuminatio est receptio coloris, nam lux est quidam color diaphani, vt habetur 2. de anima text. 69. & de sensu, & sensato lectione sexta. apud D. Thom. sed nihil recipit colorem secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum quòd habet colorem, quia recipiens debet esse denudatũ &c. ergo diaphanum vt illuminatum non recipit colorem, ergo lux non requiritur propter medium.

¶ Tertio. Aristote. 3. de Anima text. 18. ait sic se habere lumen ad colores, sicut intellectus agens ad phantasmata; sed intellectus agens tribuit virtutem phantasmatibus mouendi intellectum possibilem. ergo. ¶ Quarto arguitur argumento Auicennæ loco citato. Quando potentia visiua existit in aliquo medio obscuro videt colores si sint illustrati, non autem è conuerso; quãdo illa est in medio illuminato, colores autẽ in loco obscuro, signum ergo est lumen requiri ex parte obiecti & non ex parte medij. Consequentia videtur nota, & antecedens constat manifesta experientia. Confirmatur. Obiectũ illuminatum paruo lumine videtur à remotissimis locis; at illud lumen nõ potest illuminare totam illam distantiam medij, ergo signum est, quòd lumen est necessarium ex parte obiecti, non ex parte medij. ¶ Nihilominus contraria sententia videtur doctrina Diui Thomæ, quòd scilicet, lumen non est necessarium ex parte obiecti tanquam forma intrinseca coloris, sed tantum requiritur ex parte medij. Et quòd ista sit mens Diui Thomæ probatur. Quanuis enim in hac solutione secũdi argumeti vtranque opinionem ex æquo tradat vt probabilem, tamen in q. de anima art. 4. ad 4. dicit expresse melius dici, quòd lumen requiritur ex parte medii, quam, q requiratur ex parte obiecti. Et in 2. de anima lectione 14. dicit esse contra mentem Aristotelis asserere, quòd lumen est necessarium propter ipsos colores, sed tantum requiritur secundũ eius sententiã ex parte diaphani, quòd fit in actu per ipsum lumen. Inquit enim Aristote. ibi in text. 67. Omnis enim color motiuus est eius, quod secundum actum est diaphani, & hæc est ipsius natura. Vnde nihil est visibile sine lumine, sed omnino vnusquisque color per lumen est visibilis. Et eandem doctrinam habet postea in 3. de anima lectione 10. Cuius sententiam sequitur Ægydius in 2. de anima text. 66. dubio 1. & Durandus in 2. dist. 28. quæst. 1. ad primum, & est communis doctrina in schola D. Thomæ, & etiam est sententia Commentatoris in 2. de anima commento. 67. Et probatur primo ex Aristote. 2. de anima text. 66. dicente, quòd color est per se visibilis, & in se habet causam vt sit visibilis; & in text. 67. subdit, q non est visibilis sine luce, ergo intelligit esse necessarium lumen ex parte medij. Probatur consequentia. Quoniam si esset necessarium ex parte coloris, sequitur q ipse color non esset per se visibilis.

¶ Secundo probatur. Lux secũdum Aristotelem est proprius actus ipsius diaphani, ergo non est actus coloris. Probatur cõsequentia, quoniam color est immutatiuus diaphani. ¶ Tertio. Si lux esset forma coloris & per se visibilis, sequeretur q omnes colores essent eiusdem speciei; consequens autem est falsum, ergo. Sequela probatur, quoniam omnia illa, quæ habent esse formale ab vnica forma, sunt eiusdem speciei. Pro intelligeatia huius quæstionis notãdum est, quòd color, (vt explicatum est q. 78. art. 3. dubio 1. de visu) componitur ex admixtione primarum qualitatum cũ luce. Et in presenti non est quæstio de ista luce, sed de luce exteriori, quæ illuminat diaphanum, & de ista quæritur in præsenti. Vtrum sit necessaria.

QVo posito est prima conclusio. In hac quæstione medio modo videtur nobis dicendũ, quòd scilicet, lumen requiritur ex parte obiecti non ad faciendos colores, sed vt eos faciat visibiles actu. Primam partem huius dicti sufficiẽter probant argumenta, & testimonia adducta in secundo loco. Secunda vero pars probatur. Obiectum formale visus est lucidum; color autem est obiectum materiale, ergo colores fiunt actu visibiles per lucem. Consequẽtia est manifesta, & antecedens expresse asseritur à Diuo Thoma de veritate quæstione 23. articulo 7. in corp. & loco citato fuit à nobis satis probatum. Præterea probatur. Colores sunt visibiles ex participatione lucis, ergo. Probatur antecedẽs. Colores, qui magis participant de luce, sunt magis visibiles, & q minus sint minus visibiles, ergo q sint visibiles habent simpliciter ex participatione lucis. Probat consequentia, quia sicut se habet magis ad magis; ita se habet simpliciter ad simpliciter. Hæc sententia

tentia videtur esse Diui Thomæ supra quæstione 67. articulo 3. ad 3. & in 1. dist. 45. ar. 2. ad primum, & in 2. dist. 13. quæst. 1. artu. 3. corp. & dist. 20. quæst 2. art. 2. ad 2. & in 3. distinct. 14. artic. 1. quæstiuncula 2. corp. & dist. 24. arti. 1. quæstiuncula 1. corp. quodl. 8. art. 3. in corpore, quibus in locis & in plerisque alijs semper dicit, q lux facit, q color, qui est visibilis in potentia, fiat visibilis actu. Hanc etiam sententiam confirmant argumenta, & testmonia propositа in primo loco.

¶ Secunda conclusio. Lumen non tribuit colori virtutem, qua sit visibilis. Hæc cõclusio probatur argumentis secundo loco factis. Et præterea probatur primo. Nam aliàs sequitur, quod color nõ sit per se, sed per accidens visibilis, cõsequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam propterea substantia non per se sentitur, quia est sensibilis per formam alienam; sed si lux tribueret colori virtutem qua sit visibilis, esset sensibilis per formam alienam. ergo. Secundo. Color est visibilis per se, ita quòd visibilitas cõuenit ei in secundo modo perfectatis, vt probauimus supra quæst. 78. art. 3. dubio. 1. de visu not. 2. quod etiam docet Caieta. 1. par. quæstio. 1. Et libro 2. de anima c. 10. ait, q esse obiectum conuenit ei per se in secundo modo; sed si lux tribueret illi virtutẽ vt sit visibilis, nõ posset esse visibilis per se, ergo. Probatur minor. Id quod conuenit alicui per se debet esse intrinsecum ei, sed lux est forma extrinseca colorum, vt ibidẽ not. 4. versus finem probauimus, ergo. Tertio. Quia color in tenebris est visibilis in potẽtia, & conuenit ei hæc propria passio, ergo.

¶ Tertia conclusio. Lumen tribuit virtutem colori, vt actu videatur. Pro intelligentia huius nota ex Caieta. hic, q duplex est effectus luminis: alter illuminare, alter facere vt aliquid appareat. Iuxta illud D. Pauli Ephes. 5. Omne quod manifestatur lumẽ est. Primum effectum non potest lux habere nisi recipiatur in eo, quod illuminat vt patet in diaphano, quod si illuminatur est per lucem, quam in se recipit. Secundum aũt bene põt causare etiam si non recipiatur in eo quod apparet per hoc tantum, q attingat vltimam superficiem eius quod apparet, vt patet in corporibus, quæ quidẽ apparent & videntur à nobis, per hoc quod lux attingit vltimam eorum superficiem. Lux ergo tribuit virtutem colori per quod facit illum apparere, ad quod non requiritur lumen in ipso colore, vel perspicuo terminato recipi, sed in superficie perspicui interminati contingente superficiem terminati, nam ex hoc sequitur, quòd color appareat. ¶ Secũdo nota, quòd agens est duplex. Alterum perfectum, quod potest suam formam inducere, & simul materiam pro illa disponere, vt ignis. Alterum imperfectum quod licèt habeat virtutem ad causandum, de facto tamen non potest aliquem effectũ producere nisi per adiutorium alicuius extrinseci, sicut intellectus in se habet virtutem actiuam ad intelligendum, de facto tamen non intelligit nisi recipiat in se species, per quas reducatur in actum, & huiusmodi est color in ratione visibilis. In se enim habet virtutẽ ad causandum species, & mouẽdum sensum intentionaliter: quia tamen istæ species debent transire per medium illuminarum, per quod ipse mittit species vsque ad sensum, & ipsi sensui appareat, & hoc non potest per se efficere, sed lumen id efficit, inde est quod lux & requiratur ex parte medij, & etiam colores ipsos faciat quodãmodo actu visibiles inquantũ facit illos apparere, vt possint illi species intentionaliter per medium usque ad sensum diffundere. Per has duas conclusiones patet sensus primę nostræ conclusionis.

AD argumenta facta pro prima sententia. Ad primum respõdet Diuus Thomas ibidem lectione 10. quòd propterea dixit Aristotel. lumen quodammodo facere colores actu quoniam facit ipsum diaphanum in actu, vt possit actu moueri à colore, & sic deinde ipse color possit videri, & ideo dixit quodammodo. Eandem explicationem habet Ægydius ibidem dubio tertio. ¶ Ad secundum respondetur, quòd lux non dicitur color propriè, sed improprie. ¶ Ad tertium patet ex præcedentibus dubijs, vbi explicuimus quomodo intellectus agens illuminat phantasmata.

¶ Ad quartum dicimus, quod probat nostram sententiam quòd scilicet, lumen faciat colores, qui sunt potentia visibiles, actu visibiles, & quod requiritur ex parte obie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiecti, non vt faciat colores actu, sed visibiles actu. ¶ Ad alia argumenta respondetur facile. Et primo ad testimonia adducta ex Diuo Thoma dicimus, quòd quoties Diuus Tho. dicit lumen non esse necessarium ex parte obiecti, intelligitur ad faciendos colores in actu, non autem ad reddendos illos visibiles, vt iam explicatū est. Et ad illud Arist. 3. de anima tex. 66. Respondetur, ꝙ quādo dixit quòd color per se est visibilis, & quòd in se habet causām suæ visibilitatis, intelligitur in hoc sensu, quòd ex se est aptus ad recipiendum lucem, qua constituitur visibilis formaliter, quod explicuisse videtur Aristote. sequenti tex. 67. cum dixit, quòd non est visibilis sine luce formaliter, sed tantum fundamentaliter. De quo vide Ferr. 1. contra gent. c. 76. ratione prima. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ lux est forma diaphani, quia inhæret illi: ratione etiam dicitur forma coloris non quia inhæret colori, sed quia vt forma superior assistens dat illi esse formaliter visibile, & ꝙ possit immutare diaphanum & potētiam visiuam perfectiori & altiori modo, quàm si esset inhærens, sicut explicuimus supra quæst. 56. articu. 1.

¶ Ad tertium respondemus, ꝙ potius illud probat nostram sententiam. Nam colores, quia ex propria sua natura habent esse colores, secundum suas differentias species diuersificantur specie. At quia per lucem, quæ est forma simplex & vnius speciei, cōstituuntur in esse visibilis, hinc est, quòd in ratione visibilis non differant specie, quamuis secundum proprias naturas differant specie, sed omnes sunt eiusdem speciei athomæ sicut & potentia visiua.

¶ Notandum tamen est circa doctrinā huius dubij, quòd D. Tho. aliquando acceptat vt probabilem quamlibet harum opinionum, quando, scilicet, magis illi fauet ad explicandam doctrinam, quam tradit, vt ex suppositione illius opinionis melius explicet suam mentem. Est exemplum in primo sentent. distinctione. 45. quæstione vnica. articulo 2. ad primum. vbi Diu. Thomas vtitur nostra sententia, quam nunc explicuimus ad probandum, quòd Deus eodem actu velit se, & alia à se, sicut eodem actu videmus lumen & colores, qui fiunt actu visibiles per lumen. E contra vero supra quæstione 12. articulo 5. ad primum. loquitur iuxta aliam sententiam, quæ asserit lumen solum requiri ex parte potentiæ, ad probandum, quod lumen gloriæ in beatis non requiritur ex parte obiecti beatifici, sed solum ex parte potentiæ intellectiuæ, sicut lumen requiritur ex parte medij ad videndos colores. Itidem loquitur Di. Thomas supra quæstione 77. articu. 3. ad 3. & de verit. quæstione 8. articu. 14. ad 6.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm intellectus agens sit aliquid animæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus agens non sit aliquid anima nostra. Intellectus enim agens effectus est illuminare ad intelligendum. Sed hoc fit per aliquid quod est altius anima: secundū illud Ioan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ergo videtur quòd intellectus agēs non sit aliquid animę.

¶ 2 Præterea. Philosophus in* 3. de anima, attribuit intellectui agenti, quòd non aliquando intelligit, et aliquando non intelligit. Sed anima nostra non semper intelligit, sed aliquando intelligit & aliquando non intelligit. Ergo intellectus agens non est aliquid animę nostrę.

¶ 3 Præterea. Agens & patiens sufficiūt ad agendum. Si igitur intellectus passiuus est aliquid animę nostrę, qui est virtus passiua: & similiter intellectus agens, qui est virtus actiua, sequitur quòd homo semper poterit intelligere cùm voluerit: quod patet esse falsum. Non est ergo intellectus agens aliquid anima nostrę.

¶ 4 Præterea. Philosophus dicit in* 3. de anima, quòd intellectus agens est substantia actu ens. Nihil autem est respectu eiusdē in actu, & in potentia. Si ergo intellectus possibilis qui est in potentia ad omnia intelligibilia, est aliquid anima nostra, videtur impossibile quòd intellectus agens sit aliquid anima nostra.

¶ 5 Præterea. Si intellectus agens est aliquid anima nostra, oportet quòd sit aliqua potentia: non est enim nec passio, nec habitus. Nam habitus & passiones nō habent rationē agentis respectu passionum animæ, sed magis passio est ipsa actio potentia passiua, habitus autem est aliquid quod ex actibus consequitur. Omnis autē potentia fluit ab essentia animæ: sequeretur ergo quòd intellectus agens ab essentia anima procederet. Et sic nō inesset animę per participationem ab aliquo superiori intellectu. Quod est inconueniens. Non ergo intellectus agens est aliquid animę nostræ.

SED contra est, quòd Philosophus dicit* 3. de Anima, ꝙ necesse est in anima has esse differentias, scilicet intellectum possibilem, & agentem.

RESPONDEO dicendum, quòd intellectus agens, de quo Philosophus loquitur, est aliquid anima. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd supra animam intellectiuam humanam necesse est ponere aliquem superiorem intellectum, à quo anima virtutem intelligendi obtineat. Semper enim quod participat aliquid, et quod est mobile, & quod est imperfectum, præexigit ante se aliquid quod est per essentiam suam tale, & quod est immobile & perfectum. Anima autem humana intellectiua dicitur per participationem intellectualis virtutis. Cuius signum est, quòd nō tota est intellectiua, sed secundum aliquam sui partem. Pertingit etiam ad intelligentiā veritatis cum quodā discursu & motu arguendo. Habet etiam imperfectam intelligentiam. Tū quia nō omnia intelligit. Tū quia in his quæ intelligit de potētia procedit ad actū. Oportet ergo esse aliquem altiorem intellectum, quo anima iuuetur ad intelligendū. Posuerunt ergo quidam hunc intellectum secundum substantiam separatum esse intellectum agentē: qui quasi illustrando phantasmata facit ea intelligibilia actu. Sed dato ꝙ sit aliquis talis intellectus agens separatus, nihilominus tamē oportet ponere in ipsa anima humana aliquā virtutē abillo intellectu superiori participatam, per quā anima humana facit intelligibilia in actu. Sicut & in alijs rebus naturalibus sunt ꝙdam virtutes indite singulis rebus præter vniuersales causas agentes, etis ab vniuersalibus agentibus deriuatę. Nō enim solus sol generat hominē, sed est in homine virtus generatiua hominis: & similiter in alijs animalibus perfectis. Nihil autē est perfectius in inferioribus rebus anima humana. Vnde oportet dicere, ꝙ in ipsa sit aliqua virtus deriuata à superiori intellectu, per quam possit phantasmata illustrare. Et hoc experimento cognoscimus, dū percipimus nos abstrahere formas vniuersales à cōditionibus particularibus, ꝙ est facere actu intelligibilia. Nulla autē actio cōuenit alicui rei, nisi per aliqđ principium formaliter, ei inhærens, vt supra dictum* est, cùm de intellectu potentiali ageretur. Ergo oportet virtutem, quę est principium huius actionis, esse aliquid in anima. Et ideo Aristot.* comparauit intellectum agentem lumini, quod est aliquid receptū in aere. Plato autem intellectum separatū imprimentē in animas nostras cōparauit soli, vt Themistius dicit in cōment. tertij de anima. Sed intellectus separatus secundū nostrā fidei documēta, est ipse Deus, qui est creator animę, & in quo solo beatificatur, vt infra patebit.* Vnde ab ipso anima humana lumen intelectuale participat, secundū illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

AD primum ergo dicendum quòd illa lux vera illuminat, sicut causa vniuersalis, à qua anima humana participat quandam particularem virtutem, vt dictum est.*

AD secundum dicendum, quòd Philosophus illa verba nō dicit de intellectu agente, sed de intellectu in actu.* Vnde supra de ipso præmiserat, idem autem est secundum actum sciētia rei: vel si intelligatur de intellectu agēte, hoc dicitur quia nō est ex parte intellectus agentis hoc quod quandoque intelligimus, & quandoque non intelligimus, sed ex parte intellectus qui est in potentia.

AD tertium dicēdum, quòd si intellectus agens compararetur ad intellectum possibilem, vt obiectum agens ad potentiā, sicut visibile in actu ad visū, sequeretur quod statim omnia intelligeremus, cùm intellectus agens sit, quo est omnia facere: nunc autem nō se habet vt obiectū, sed vt faciens obiecta in actu, ad quod requiritur præter præsentiam intellectus agentis præsentia phantasmatū & bona dispositio virium sensitiuarum, & exercitiū in huiusmodi opere: quia per vnum intellectū fiunt etiam alia intellecta, sicut per terminos, propositiones, & per prima principia conclusiones.

li. 3. de anima tex. 17. & 18. to. 2.

3 pa. 2. col. 2

76. & 78. Ro.

li. 3. de anima tex. 20. to. 2.

li. 3. de anima tex. 19. to. 2.

Q. 76. ar. 1.

li. 3. de anima tex. 13. to. 2.

Q. 106. art. 2.

In corp. arti.

li. 3. de anima tex. 19. to. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siones. Et quantùm ad hoc non differt vtrũ intellectus agens sit aliquid animę, vel aliquid separatum.

AD quartum dicendum, quòd anima intellectiua est quidem actu immaterialis, sed est in potentia ad determinatas species rerum. Phantasmata autem è conuerso sunt quidem actu similitudines specierũ quarundam, sed sunt potentia immaterialia. Vnde nihil prohibet vnam & eandem animam in quantùm est immaterialis in actu habere aliquam virtutẽ, per quã facit immaterialia in actu abstrahendo à conditionibus individualis materię, quę quidem virtus dicitur intellectus agens: & aliam virtutem receptiuã huiusmodi specierũ, qua dicitur intellectus possibilis, inquantũ est in potentia ad huiusmodi species.

AD quintum dicendum, quòd cùm essentia animæ sit immaterialis à supremo intellectu creata, nihil prohibet virtutẽ, quæ à supremo intellectu participatur, per quam abstrahitur à materia ab essentia ipsius procedere: sicut & alias eius potentias.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est, Intellectus agens de quo Aristotel. loquitur est aliquid animæ. Hanc conclusionem probat Diuus Thomas duplici ratione. In omni natura perfecta prę-
ter virtutem actiuam causatum vni uersalium, inditę sunt virtutes actiuę propriæ ad propria opera illius naturæ perficienda: sed anima intellectiua est perfectissima iter omnia inferiora, ergo pręter virtutẽ intellectus diuini, qui quasi causa vniuersalis communicat virtutẽ intelligendi nostro intellectui possibili erit alius intellectus in ipsa anima, qui actuẽ reducat intellectum possibilẽ de potentia ad actum. Secundo probat. Quoniã experimento cognoscimus nos abstrahere species intelligibiles à phantasmatibus, quod est facere actu intelligibilia, sed nulla actio cõ-
uenit alicui nisi p principia sibi formaliter inhęrentia, ergo intellectus qui est principium talis abstractionis est aliquid ipsius animæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm intellectus agens sit vnus in omnibus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q intellectus agens sit vnus in omnibus. Nihil enim quod est separatũ à corpore, multiplicatur secundũ multiplicationem corporum. Sed intellectus agens est separatus, vt dicitur in * 3. de anima. Ergo non multiplicatur in multis corporibus hominum, sed est vnus in omnibus. 3m

¶ 2 *Præterea. Intellectus agens facit vniuersale, quod est vnum in multis. Sed illud quod est causa vnitatis, magis est vnũ. Ergo intellectus agens est vnus in omnibus.* 2o. 2.

¶ 3 *Præterea. Omnes homines cõueniũt in primis conceptionibus intellectus. His autem assentiunt per intellectũ agentem. Ergo conueniunt omnes in vno intellectu agente,*

*SED contra est, quod Philosophus dicit in * 3. de anima, quod intellectus agens est sicut lumen. Non autem est idem lumen in diuersis illuminatis. Ergo non est idem intellectus agens in diuersis hominibus.* li. 3. de anima tex. 18. to. 2.

*RESPONDEO dicendum, quòd veritas huius quæstionis dependet ex præmissis. * Si enim intellectus agens nõ esset aliquid animæ, sed esset quædam substãtia separata, vnus esset intellectus agens omniũ hominũ. Et hoc intelligunt qui ponũt vnitatẽ intellectus agentis. Si autẽ intellectus agens sit aliquid animæ, vt quædam virtus ipsius, necesse est dicere, quòd sint plures intellectus agẽtes secundum pluralitatẽ animarum, quæ multiplicantur secundum multiplicationẽ hominum, vt suprà dictum est *. Non enim potest esse, quod vna & eadem virtus numero sit diuersorum subiectorum.* Arist. prop. 5. 2. de anima tex. 18. to. 2. Q. 76. art. 2.

*AD primum ergo dicendum, quòd Philosophus probat intellectum agentem esse separatum per hoc, quod possibilis est separatus. Quia (vt ipse * dicit) agens est honorabilius* li. 3. de anima tex. 18. to. 2.

bilius patiente. Intellectus autem possibilis dicitur separatus, quia nõ est actus alicuius organi corporalis. Et secũdum hunc modum etiam intellectus agens dicitur separatus, nõ quasi sit aliqua substantia separata.

AD secundum dicendum, quòd intellectus agens causat vniuersale abstrahẽdo à materia. Ad hoc autẽ non requiritur, quòd sit vnus in omnibus habentibus intellectum, sed q sit vnus in omnibus secundum habitudinem ad omnia, à quibus abstrahit vniuersale, respectu quorum vniuersale est vnũ. Et hoc competit intellectui agenti in quantum est immaterialis.

*AD tertium dicendum, quòd omnia quę sunt vnius speciei, communicant in actione consequente naturam speciei: & per consequens in virtute, quę est actionis principium, non quod sit eadem numero in omnibus. Cognoscere autem prima intelligibilia est actio consequens speciem humanam. Vnde oportet quòd omnes homines communicent in virtute, quæ est principium huius actionis. Et hæc est virtus intellectus agentis. Non tamen oportet quòd sit eadem numero in omnibus, oportet tamen quòd ab vno principio in omnibus deriuetur. Et sic illa communicatio hominum in primis intelligibilibus, demonstrat vnitatem intellectus separati, quem Plato comparat soli, non autem vnitatem intellectus agentis, quem Aristot. * comparat lumini.* li. 3. de anima tex. 18. to. 2.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est negatiua. Quam probat Diuus Thomas clarè ex doctrina præcedentis articuli. Nam si intellectus agens est aliquid animæ, necesse est dicere, q multiplicatur secundum multiplicationẽ animarum, non enim esse potest q vna & eadem virtus sit diuersorum subiectorum.

COMMENTARIVM.

NOn est nobis immorandum in explicatione horum duorum articulorũ. Satis enim abundè ipse D. Thomas explicuit doctrinam illorum pluribus in locis specialiter videatur. 2. contra gen. cap. 76. & 77. & 78. & ibidem Ferrariensis Quo in loco D. Thomas demonstrat pluribus ac manifestissimis rationibus intellectũ agentem esse aliquid animæ contra antiquos, specialiter contra Alexandrum in lib. 1. & 2. de anima, qui docuit intellectum agentẽ esse ipsum Deum, & alios antiquiores, qui existimabant esse aliquam substantiã separatam de numero intelligentiarum. Quam sententiam inter alios docuerant Commentator in Epithome libri Metaphysicę tract. 4. & in libello de beatitudine animæ capi. 5. & Auicenna. 9. metaph. ca. 4. & in lib. 6. naturalium. parte. 5. Horum argumenta plurima refert & soluit Antonius Montecatinus. 3. de anima capite. 5. quæstio. de intellectu agente. ¶ Circa articulum quartum specialiter aduertendum est cũ Caietano hic, q D. Thom. in illo & in. 2. contra gent. capitu. 78. non solum intendit docere, quòd secundum veritatem intellectus agens est aliquid animę, sed etiã secundum mentem & doctrinam Aristotelis. Quod aduertimus propter eundem Caietanum, qui in. 3. de anima capi. 2. dicit, q p ex doctrina Aristotelis non haberur, q p intellectus agens sit in ipsa anima, sed q p in ipsa natura sit aliquod agens, quod respondeat intellectui passibili animæ nostræ. Sed Diuus Thomas affirmat & probat in fine corporis huius articuli de mente Aristotelis, quod in ipsa anima nostra sunt hæ duæ potentiæ, scilicet, intellectus agens & possibilis. ¶ Secundo notandum est in eodem articulo id, quod Diuus Thomas dicit, quod abstrahere formas vniuersales à conditionibus singularibus, hoc est facere intelligibile in actu. Quod adnotamus ad confirmandam nostram sententiam positam articulo. 3. dubio tertio contra Caietanum, quòd intelligibilia in actu non sunt in ipsis phantasmatibus per relucentiam, sed solùm per abstractionem specierum intelligibilium factam ab intellectu agente. Quod etiam est contra sententiam Ferrariensis, qui posuit intelligibile in actu ipsum phantasma secundũ illam coniunctionem ipsorum phantasmatum ad intellectum agentem sine ali-

qua actione. ¶ Circa solutionem ad tertium Diui Thomæ in articulo. 5. nota, q̃ quando ibi dicit intellectum agentem esse principium illius actionis, quę est cognitio principiorum, non sic est intelligendus quasi sit principium elicitiuum illius. Hoc enim iam improbauimus, nam intellectus agens non est potentia cognoscitiua: sed voluit dicere, quòd per uirtutem intellectus agentis habet intellectus possibilis speciem intelligibilem, qua informatus intellectus possibilis eliciat intellectum principiorum, ne quis erraret existimans intellectum possibilem habere actum saltim circa prima principia sine adiutorio intellectus agentis. Itaque Diuus Thomas voluit docere, quòd non est peculiaris ratio ponendi intellectum agentem ad obiecta particularia cognoscenda, quàm ad prima principia cognoscenda, & quòd ad quamlibet intellectionem concurrit æquè vterque intellectus, quamuis intelligere sit vnum tantum, vt docet ipse D. Thomas quæstione de anima arti. 4. ad octauum.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm memoria sit in parte intellectiua animæ.

364 2. con. c. 75. fi. & veri. q. 10. art. 2. * c. 3. & 8. circa prin. † li. 12. de trin. ca. 2. in princip. 10. 3.

AD SEXTVM sic proceditur. *Videtur, quòd memoria non sit in parte intellectiua animæ. Dicit enim Augustinus* 12. de Trin. quòd ad partem superiorem animæ pertinent quæ non sunt hominibus pecoribusque communia. Sed memoria est hominibus pecoribusq; communis. Dicit enim † ibidem, quod possunt pecora sentire per corporis sensus corporalia, & ea mandare memoriæ. Ergo memoria non pertinet ad partem animæ intellectiuam.*

¶ 3 *Præterea. Memoria præteritorũ est, sed præteritum dicitur secundum aliquod determinatum temporis. Memoria igitur est cognoscitiua alicuius sub determinato tẽpore quod est cognoscere aliquid sub hic, & nunc. Hoc autem non est intellectus, sed sensus. Memoria igitur non est in parte intellectiua, sed solum in parte sensitiua.*

¶ 3 *Præterea. In memoria conseruantur species rerũ, quę actu non cogitantur. Sed hoc non est possibile accidere in intellectu, quia intellectus fit in actu per hoc q̃ informatur specie intelligibili. Intellectũ autem esse in actu, est ipsũ intelligere in actu. Et sic intellectus omnia intelligit in actu, quorum species apud se habet. Non ergo memoria est in parte intellectiua.*

SED contra est, quod Augu. dicit* 12. de Trin. quòd memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna mens. li. 10. de trin. ca. 11. circa prin.

RESPONDEO dicendum, quòd cùm ante tractatum de ratione memoriæ sit conseruare species rerum, quę actu non apprehenduntur: hoc primum considerari oportet, vtrum species intelligibiles sic in intellectu cõseruari possint. Posuit enim Auic. hoc esse impossibile. In parte enim sensitiua dicebat hoc accidere quantũ ad aliquas potentias, inquantũ sunt actus organorum corporalium, in quibus conseruari possunt aliquę species absque actuali apprehensione. In intellectu autẽ, qui caret organo corporali, nihil existit nisi intelligibiliter. Vnde oportet intelligi in actu illud, cuius similitudo in intellectu existit. Sic ergo secundum ipsum quàm citò aliquis actu desinit intelligere aliquam rẽ, definit esse illius rei species in intellectu: sed oportet si denuo vult illam rẽ intelligere, quòd conuertat se ad intellectũ agentẽ, quem ponit substantiã separatam, vt ab illo effluãt species intelligibiles in intellectũ possibilẽ. Et ex exercitio & vsu conuertendi se ad intellectũ agentẽ relinquitur secundũ ipsum quædam habilitas in intellectu possibilis conuertendi se ad intellectum agentem, quem dicebat esse habitum scientię. Secundum igitur hanc positionẽ nihil conseruatur in parte intellectiua, quod nõ actu intelligatur. Vnde nõ poterit poni memoria in parte intellectiua secundum hunc modum. Sed hoc opinio manifestè repugnat dictis Arist. Dicit enim* 3. de anima, quod cum intellectus possibilis sit fiat singula, vt sciens dicitur quis secundum actũ, & q̃ hoc accidit cùm possit operari per se ipsum: est quidẽ igitur et tunc potentia quo dammodo, nõ tamen simpliciter vt ante addiscere, aut inuenire. Dicitur autẽ intellectus possibilis fieri singula secundum quod recipit species singulorum. Ex hoc ergo q̃ recipit species intelligibiliũ habet q̃ possit operari cùm voluerit, nõ autẽ quod semper operetur: quia & tunc est quodammodo in potentia, sed aliter quã ante intelligere: eo scilicet modo quo sciens in habitu est in potentia ad considerandum in actu. Repugnat etiam prædicta positio rationi. Quod enim recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis. Intellectus autẽ est magis stabilis natura, et immobilis, quàm materia corporalis. Si ergo materia corporalis, formas, quas recipit, non solũ tenet dum per eas agit in actu, sed etiam postquam agere cessauerit, multò fortius intellectus immobiliter & inamissibiliter recipit species intelligibiles siue à sensibilis acceptas, siue etiã ab aliquo superiori intellectu effluxas. Sic igitur, si memoria accipiatur solũ pro vi cõseruatiua specierũ, oportet dicere memoriã esse in intellectiua parte. Si verò de ratione memoriæ sit quòd eius obiectum sit præteritũ vt præteritum, memoria in parte intellectiua non erit, sed sensitiua tantum, qua est apprehensiua particularium. Præteritum enim vt præteritum, cùm significet esse sub determinato tpe, ad cõditionẽ particularis pertinet.

li. 3. de anima tex. 6. com. 2.

AD primũ ergo dicendum, q̃ memoria, secundũ quod est cõseruatiua specierum, nõ est nobis pecoribusq; cõmunis: species enim conseruantur nõ in parte animæ sensitiua tantũ sed magis in coniuncto, cùm vis memorativa sit actus organi cuiusdã. Sed intellectus secundũ seipsum est conseruatiuus specierũ præter comitantiã organi corporalis. Vnde Philosophus dicit in* 3. de anima, quòd anima est locus specierum non tota, sed intellectus.

AD secundum dicendum, q̃ præteritio potest ad duo referri, scilicet ad obiectũ, quod cognoscitur, & ad cognitionis actũ. Quę quidẽ duo simul cõiunguntur in parte sensitiua, quæ est apprehensiua alicuius per hoc q̃ immutatur à præsenti sensibili. Vnde simul animal memoratur se prius sensisse in præterito, & se sensisse quoddam præteritum sensibile. Sed quantum ad partem intellectiuam pertinet, præteritio accidit & non per se conuenit ex parte obiecti intellectus. Intelligit enim intellectus hominem inquantum est homo. Homini autem inquantum est homo accidit vel in præsenti, vel in præterito, vel in futuro esse. Ex parte verò actus præteritio per se accipi potest et in intellectu, sicut in sensu: quia intelligere animæ nostræ est quidam particu-

laris actus in hoc, vel in illo tempore existẽs: secũdum quod dicitur homo intelligere nũc, vel heri, vel cras. Et hoc non repugnat intellectualitati: quia huiusmodi intelligere, quamuis sit quoddam particulare, tamen est immateriale actus, vt supra de intellectu dictum est. * Et ideo sicut intelligit seipsum intellectus, quamuis ipse sit quidam singularis intellectus, ita intelligit suum intelligere: quod est singularis actus, vel in præterito, vel in præsenti, vel in futuro existens. Sic igitur saluatur ratio memoriæ, quantum ad hoc q̃ est præteritorũ in intellectu secundum quod intelligit se prius intellexisse, non autem secundum quod intelligit præteritũ, prout est hic & nunc. Q. 75. arti. 3.

AD tertium dicendum, quòd species intelligibiles aliquando sunt in intellectu in potentia tantũ. Et tunc dicitur intellectus esse in potentia. Aliquando autem secundo multimam completionem actus: & tunc intelligit actu. Aliquando medio modo se habet inter potentiam & actum: & tunc dicitur esse intellectus in habitu. Et secundum hunc modũ intellectus conseruat species etiam quando actu non intelligit.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si memoria accipiatur solùm pro potentia conseruatiua specierum ponenda est in parte intellectiua. Hanc ponit D. Tho. contra Auicennam, qui nullas species existimat conseruari posse nisi in aliquibus potentiis, quę sunt in organis corporeis, cuius sententiam clarè refert D. Tho. in artic. Probat igitur D. Tho. hanc conclusionem primo ex Ari. 3. de anima c. 1. tex. 8. vbi dicit, q̃ intellectus dicitur sciens, quando potest operari per se ipsum: quod contingit quando habet in se species rerum. Secundo probat D. Tho. conclusionẽ ratione sic. Materia corporalis formas, quas recipit, tenet nõ solum quando actu operat, sed etiam quando agere cessauerit; ergo & intellectus retinet species per

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas intelligit, postquàm intelligere cessauit. Consequentia probatur, quia intellectus est magis immobilis & stabilis naturæ, quàm materia corporalis, ergo. Probatur consequentia, quia vnumquodque recipitur ad modum recipientis, si ergo, est magis immobilis intellectus quã materia corporalis, magis immobiliter retinet formas p quas operãt.

¶Secunda conclusio. Si memoria accipiatur pro potentia, cuius obiectum sit præteritum vt præteritum non est in parte intellectiua sed sensitiua. Probat hanc conclusionẽ breuissimè. Nam præteritum vt sic pertinet ad cõditiones particulares obiecti, sicut esse hic vel illic, ergo, vt sic non cognoscitur per se ab intellectu.

¶Tertia conclusio ad secundum. Ratio memoriæ saluatur in intellectu quantum ad hoc quod est præteritorum, secundũ quod intellectus, intelligit se prius intellexisse, nõ autẽ prout intelligit præteritum prout est hic & nunc.

COMMENTARIVM.

DVbitatur in hoc articulo. Vtrũ in parte intellectiua animæ sit proprie memoria? ¶ In hac quæstione, quæ grauissima est, fuit prima sententia Auicennæ, quã refert Di. Thomas hic, & in 2. contra gent. capi. 74. & de veritate quæstione 10. artic. 2. & alibi sæpe, quòd in parte intellectiua nullo modo est ponẽda memoria. Hoc euidenter colligitur ex eius doctrina in libro 6. de naturalibus parte 5. capitulo 6. vbi docet expressè, quòd in parte intellectiua nõ est conseruatio specierum, sed quamprimũ aliquis desinit intelligere aliquam rem, de finit esse species illius rei in intellectu. Cũ ergo conseruatio specierum quæ actu apprehenduntur, sit de ratione memoriæ, consequenter negat memoriam in parte intellectiua. Attamen in eodem lib. part. 4. cap. A 1. docet, quòd in parte sensitiua est vere & proprie memoria; & deinde in c. 3. dicit, quòd in hominibus est etiam reminiscentia vel recordatio præteritorum, qualis non est in alijs animantibus.

¶Hanc suam sententiam probat Auicenna. Primo ratione, quam D. Th. insinuat in corpore articuli. Quidquid recipitur in intellectu, recipitur non quomodocunq; sed sicut cognitũ est in cognoscente, quod Auicenna vocat recipi intelligibiliter vel cognoscibiliter, ergo non possunt conseruari B species in intellectu, quando actu non cognoscit. Probatur consequentia. Quoniam tales species non essent in intellectu cognoscibiliter, sed per modum rei conseruatæ ad producendam postea intellectionem. Nec est cadẽ rõ in sensu atq; in intellectu, inquit Auicenna. In parte enim sensitiua q̃ attinet ad aliquas potentias dicuntur conseruare species sensibiles in quantum sunt actus organorum corporalium, in quibus conseruari possunt aliquæ species absque C actuali consideratione, cæterum in intellectu qui caret organo corporeo, nihil potest esse nisi intelligibiliter.

¶Secundo. Intellectus noster pro hoc statu necessario intelligit per conuersionem ad phantasmata, vt docet D. Thom. infra quæstio. 84. articu. 7. ergo impertinenter ponitur in intellectu virtus conseruatiua specierum. Probatur consequentia. Quoniam sufficienter prouisum est ab autore naturæ intellectui nostro de necessarijs ad intelligendum, cum semper habeat phantasmata D iuxta se, & virtutem intellectus agentis, qua producat species intelligibiles in intellectu possibili. Confirmatur. Quoniam hac ratione in potentia visiua superfluit virtus conseruatiua specierũ visibilium, quoniam ad visionem necessario requiritur præsentia obiecti, ad quam necessario sequitur immissio speciei visibilis in potentiam visiuam, ergo si ad intellectionem est necessaria conuersio intellectus agentis ad phãtasE mata, superfluit conseruatio specierum intelligibilium. Probatur consequentia, quoniam ex ista conuersione, intellectus ad phantasmata, producitur species intelligibilis in intellectu.

¶Secunda sententia est Di. Thomæ hic, &

& in 2. contra gentes, & de veritate locis citatis, & alibi sæpe, quæ dicit duo. Primum est. Si memoria accipiatur pro vi conseruatiua specierum, oportet dicere memoriam esse in parte intellectiua. Secundum est, quòd memoria quatenus importat recordationem præteriti vt præteritum est, non reperitur in parte intellectiua. Quòd si quæras à Diuo Thoma, an simpliciter & absolute sit concedendum esse memoriam in parte intellectiua. Respondet de veritate vbi supra in corp. quòd memoria propriè loquendo non est in parte intellectiua, sed sensitiua tantum. In his duobus dictis conueniunt cum D. Thoma Durand. in 1. distinctione 3. parte 2. quæstione 3. & Scotus in 1. distinctione 3. quæstione 6. & in 4. distinctione 45. quæstione 3. articulo 2.

¶Primum dictum præter rationes adductas à Diuo Thoma in articulo. Probatur primo. Pars intellectiua est multo perfectior & minus immutabilis, quam sensitiua, sed in parte sensitiua ponitur virtus conseruatiua specierum sensibilium, ergo in intellectu multo melius conseruantur. Nec valet solutio Auicennæ, est enim omnino impertinens ad propositum ratio discriminis, quam ex ipso attulimus in primo argumento pro eius sententia. Nam nulla potest fingi ratio ad probandum, q̃ si ponuntur species intelligibiles quando actu non intelligimus, illæ debeant esse in aliquo organo corporeo; sicut species sensibiles. Etenim species sensibiles, cum sint materiales necessario sunt ponendæ in organo vel potentia sensitiua & materiali; at species intelligibiles, cum sint immateriales, debent esse in subiecto spirituali & immateriali, quale est ipse intellectus, in quo possunt esse sicut habitus spirituales fidei, scientiæ &c.

¶Secundo probatur. Secũdum doctrinã communem Philosophorum & Theologorum, quæ sunt dispersa & diuisa in inferioribus, sunt vnita in superioribus, de quo D. Tho. sup. q. 57. art. 2. & Caietanus ibid. sed inter potẽtias interiores sensitiuas quædam sunt apprehensiuæ tantum, aliæ conseruatiuæ non tamen apprehensiuæ, ergo virtus intellectus nostri (qui est superior ad omnes istas potẽtias) erit simul apprehensiua A & conseruatiua. Minor constat ex dictis supra q. 78. art. 4. ¶Tertio probatur. Anima separata recordatur eorum, quæ gessit in hac vita, ergo necesse est ponere in parte intellectiua animæ aliquam potentiã cõseruantem species intelligibiles, quas acquisiuit in hac vita. Antecedẽs videtur omnino certum ex libro Sapientiæ cap. 4. & Lucæ cap. 16. vbi expressè fit mentio de memoria dãnatorum respectu rerum præteritarum.

¶Secundum dictum D. Tho. potest probari ex ratione eius in corpore, & ad solutionem ad secundum. B

PRo explicatione huius sententiæ Diu. Tho. quæ absque dubio verissima est, notandum est id, quòd insinuat D. Tho. hic & alijs pluribus in locis, quod duo requiruntur, vt aliqua potentia dicatur memoria. Alterum, quod sit conseruatiua specierum, quas accepit de rebus; alterum vero, quòd feratur in præteritum vt præteritum est. v. g. p cognoscat Petrus, qui mortuus, C est quatenus viuebat in tali tempore præcedente instans præsens. Et cum memoria, nominet potentiam, quæ potest ferri in præteritum vt sic sola illa potentia potest dici absolute & simpliciter memoria, quæ potest directè & per se tendere in præteritũ vt sic. Dicetur etiam memoria licèt non simpliciter & absolutè tamẽ extenso vocabulo, omnis illa potentia, quæ potest ferri in præteritum vt sic, siue directe siue indirectè, siue quocunq; alio modo. Primum vero, quod diximus requiri, vt aliqua potentia possit dici memoria, scilicet, esse conseruatiuam specierum, non requiritur vt aliquid intrinsecè specificans & formaliter constituens memoriam in esse memoriæ, sed requiritur vt aliquid necessario præ requisitum, vt talis potẽtia possit ferri in præteritum vt sic. Quæ necessitas prouenit ex hoc quod nulla potẽtia põt aliquid cognoscere sine speciebus, quas iam non potest accipere à re præterita, vnde necesse est, vt E antea acceptas conseruet, vt possit ferri in præteritum vt sic. Ex hac doctrina sequitur quod si daremus aliquam potentiam, quæ posset ferri in præteritum vt sic sine illa cõseruatione specierũ, illa propriè diceretur memoria. Hoc constat primo, quoniam illa potentia tenderet in obiectũ formale spe

Universidad de Deusto
Biblioteca

cificans actum memorię, ergo illa esset pro A
ptiè memoria, sicut si daretur in homine ali
qua potentia, quæ tenderet in quidditatem
rei materialis abstractam &c. licet nunquā
accepisset species à rebus illa esset potentia intellectiua humana.

¶ Hoc supposito statuitur prima conclu
sio. Licèt in parte intellectiua sit vis conser
uatiua specierum intelligibilium, tamen
non ex hoc ponitur memoria in parte intel
lectiua. Probatur hæc conclusio. Primò,
quoniam si ex hoc solùm poneretur memo B
ria in parte intellectiua, sequeretur, quod
absolutè, & simpliciter deberet poni memo
ria in parte intellectiua, imò & magis pro
ptiè, quàm in parte sensitiua. Probatur se
quela, quoniam propriè reperitur in parte
intellectiua vis conseruatiua specierum in
telligibilium, imò & perfectiùs quàm in
parte sensitiua, vt Diuus Thomas demon
strat in hoc articulo. Consequens autem ne
gat Diuus Thomas hic & vbicunque de
hoc loquitur specialiter in loco allegato ex C
quæstione. 10. de veritate.

Secundò probatur conclusio. Omnis po
tentia actiua specificatur & dicitur talis ex
actu secundo quem potest elicere, sed con
seruare species non est actus elicitus à me
moria, non enim est actus secundus, ergo
memoria non potest dici talis potentia ex
hoc, quòd est conseruatiua specierum. Con
firmatur. Memoria, vt nominat actum, se
cundum communem vsum loquentium
accipitur pro notitia præteritorum; & non D
pro conseruatione specierum, vt D. Thom.
asserit loco proximè citato in principio cor
poris articuli, ergo & potentia, quæ dicitur
memoria, est talis, quia potest elicere talē
notitiam præteritorum, & non quia est con
seruatiua specierum intelligibilium.

¶ Tertiò probatur. Conseruare species
est aliquid prærequisitum ad eliciendum
notitiam præteritorum quatenus iam non
potest accipere species à re præterita ad eli
ciendum notitiam talis rei præteritæ, ergo E
ex tali conseruatione non ponitur memo
ria in parte intellectiua, sicut intellectus
non dicitur talis potentia, quia potest acci
pere species intelligibiles à rebus, sed quia
potest elicere intellectionem.

¶ Quartò arguitur ex Diuo Thoma q.
10. de veritate artic. 2. in corp. vbi ex sen
tia Auicennæ negantis conseruationem spe
cierum intelligibilium non infert totalem
negationem memoriæ, sed eius quę causa
tur ex conseruatione specierum. Intelligit
ergo D. Thomas, quòd conseruatio specie
rum non sit de ratione memoriæ simplici
ter. ¶ Vltimò arguitur. Omnes potentiæ te
nent & conseruant proprios habitus & for
mas, ergo si intellectus habet rationem me
moriæ, quatenus conseruare potest for
mas, quas intelligit, eadem ratione omnes
aliæ potentiæ dicentur habere rationem
memoriæ. Sed contra hanc conclusionem
videtur esse Diuus Thomas in principio
corporis articuli vbi dicit, quòd de ratione
memoriæ est conservare species rerum, quę
actu non apprehenduntur. Et similiter cir
ca finem corporis articuli ponit primam
conclusionem articuli, scilicet, quòd si me
moria accipiatur solùm pro vi conseruati
ua specierum, oportet ponere memoriam,
in intellectiua parte.

¶ Ad hoc testimonium Diui Thomæ re
spondetur, quòd ibi D. Thomas non sic in
telligit conseruationem specierum esse de
ratione memoriæ; quasi propria ratio me
moriæ sumatur per ordinem ad conserua
tionem specierum, sed solum voluit dicere,
quòd nunquam inuenitur memoria, quin
sit conseruatiua specierum, quod verissi
mum est. Et quòd hæc sit mens Diui Tho
mę, manifestum est ex contextu literæ, vbi
postquàm dixisset, quòd conseruare species
rerum est de ratione memorię, explicare
volens contra doctrinam Auicennæ, q⁹ in
tellectiua pars non deficit à ratione memo
riæ ex defectu huius, vt dicebat Auicenna,
in processu articuli solummodo demon
strat intellectiuam partem posse conserua
re species, non autem q⁹ de ratione intelle
ctiuę partis sit conseruare species, quod
probare debuisset, si esset de ratione memo
riæ conseruatio specierum, vt sic bene infer
ret primam conclusionem à nobis propositā
dicens: Sic igitur si memoria accipiatur
solùm pro vi conseruatiua specierum, opor
tet dicere memoriam esse in intellectiua
parte. ¶ Et ex dictis manifesta est soluto ad
argumentum, quod sumitur ex hoc testi
monio contra nostram conclusionem. Di-
cimus

cimus enim, q⁹ hæc conclusio illata fuit à A
Diuo Thoma ex rationibus, quibus demon
strauit contra Auicennam in parte intelle
ctiua esse virtutem cōseruatiuam specierū,
qui ex negatione huius negabat memoriā
in parte illectiua, quibus solummodò inten
debat demonstrare intellectum non defice
re à ratione memoriæ quia non esset in illo
virtus conseruatiua specierum. Est ergo con
clusio illata à D. Thoma conditionali, qua
si diceret si memoria acciperetur pro vi cō
seruatiua specierum, oportet dicere memo- B
riam esse in intellectiua parte.

¶ Secunda conclusio. In parte intellecti
ua non est memoria simpliciter & pro
priè sumpta. Probatur primo ex dictis. Me
moria est potentia, cuius proprius actus est
notitia, quæ primò & per se & directè respi
ciat præteritum vt sic, sed in parte intellecti
ua non potest esse talis notitia, ergo. Maior
est nota & communis animi conceptio, &
minor probatur. Intellectus non potest pri
mò & per se & directè versari circa obie- C
ctum singulare, & materiale: sed præteritū
vt sic est obiectum singulare concernens ta
le nunc, ergo non potest in intellectiua par
te poni simpliciter & propriè potentia, quæ
respiciat præteritum vt sic.

¶ Secundo probatur. Non potest sumi
propria ratio alicuius potentię penes id, qđ
se habet secundariò & per accidens ad obie
ctum formale eius; sed omninò per accidēs
se habet ad obiectum intellectus esse præte
ritum vel præsens, ergo. Maior est manife- D
sta, quoniam hac ratione negamus intelle
ctum esse potentiam cognoscitiuam singu
larium, quia in obiecto eius primario non
reperitur singularitas, imò abstrahit ab illa,
quamuis etiam cognoscat singularia per ac
cidens & cognitione reflexa. Minor autem
est D. Thomæ hic, & manifesta. Quoniam
esse præteritum est conditio singularis con
cernens tempus tale, sicut esse præsens.

¶ Tertiò probatur ex Arist. in lib. de me- E
moria & reminiscentia cap. 2. vbi cum do
cuisset memoriam esse præteritorum, sub
dit, q⁹ in parte intellectiua, vbi non est phā
tasma, est per accidens, vbi D. Th. lectione
2. in fine idem docet.

¶ Vltimò probatur ex D. August. 14. de
Trinit. cap. 11. vbi docet, q⁹ memoria partis
intellectiuæ æquè se habet ad præterita &
absentia, & etiam ad præsentia, quod ablq;
dubio dicit D. Augustinus, quia existimat
q⁹ abstrahit ab his omnibus, ergo sentit et
Diuus Augustinus, quod in parte intellecti
ua non est propriè memoria.

¶ Vltima conclusio. Nihilominus ponē
da est in parte intellectiua virtus, quæ pos
sit cognoscere præterita vt sic, saltim indire
ctè & per reflexionem, ac per consequens
ponenda est etiam memoria extenso vocā
bulo. ¶ Hæc conclusio quantum ad eius pri
mam partem eandem habet certitudinem
cum doctrina Diui Thomæ infrà quæstio
ne. 86. articulo. 1. vbi Diuus Thomas often
dit, quod intellectus noster non possit co
gnoscere directè & sine reflexione singula
ria terum materialium, licèt per reflexio
nem omnia singularia cum suis conditioni
bus & circunstantijs singularibus possit co
gnoscere. Etenim præteritum vt sic est cir
cunstantia singularis rei præteritæ, sicut esse
præsens in nunc temporis est conditio sin
gularis rei existentis. Sed quia hęc doctri
na amplius explicabitur in loco allegato,
differatur vsque in illum locum probatio
huius conclusionis, quod attinet ad primā
partem illius. Secunda uero pars huius con
clusionis euidenter colligitur ex prima.
Nam sicut dicimus in intellectu esse virtu
tem cognoscitiuam singularium ex hoc,
quod intellectus est cognoscitiuus singula- D
rium (saltim indirectè & reflexè) sic etiam
in parte intellectiua debemus concedere
virtutem, qua reminiscimur præteritorum
non tamen est concedendum simpliciter,
quod in illa sit memoria, quia ibi nulla est
potentia, quæ directè & per se tendat in præ
teritum vt sic; sicut non ponimus in parte
intellectiua potentiam cognoscitiuam sin
gularium, quia nulla est in parte intellecti
ua, quę feratur in singularia directè & primo. ¶ Sed est obiectio contra hanc conclu- E
sionem ex doctrina Diui Thomę in solutio
ne ad secundum, vbi adnotauimus tertiam
conclusionem. Etenim quamuis singularitas
obiecti cogniti, & circunstantiæ particula
res illius, vt præsentia vel præteritio per ac
cidens se habeant ad obiectum intellectus,
quando. v. g. intelligit hominem; tamen hæ
circun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

circunstantię & conditiones singulares per
se se habent ad ipsam actionem, qua intelligitur homo, ergo saltim quatenus intellectus intelligere potest se intellexisse hominem heri, debet poni simpliciter memoria in parte intellectiua. Probatur cõsequentia ex doctrina D.Tho. nam antecedens ipse expresse asserit. Intellectus per se intelligit actionem propriam, quia quanuis sit singularis, tamen est immaterialis; ergo per se cognoscere potest illam vt præteritam, quæ est vna ex conditionibus singularitatis illius. Huius difficultatis non potest in præsenti dari plena solutio, pendet enim ex his, quæ dicenda sunt infra q.87. vbi ostendemus, quomodo intellectus cognoscat singularia immaterialia, quæ sunt in ipso suppposito vt puta animam, se habitus existentis in illo, proprios actus, &c. Sed pro nunc breuiter dicimus, quòd sicut cognitio horum est perfectior, quàm cognitio singularium materialium; tamen quia non est omnino perfecta, sed reflexa (quod pro nunc supponatur) sic etiam in intellectu virtus cognoscitiua horum est perfectior quam virtus cognoscitiua singularium materialium, ac per consequens magis propriè ponitur in parte intellectiua virtus reimemoratiua horum, quàm singularium materialium; quanuis ex hoc non sequatur, quòd in intellectu est propriè memoria, quia ad hoc ponendum necessariò esset dicendum, quod intellectus absque vlla reflexione cognoscit hæc singularia immaterialia, quod non est verum, vt loco citato explicauimus.

A

B

C

D

E

AD argumenta Auicennæ respõdetur. Ad primum dicimus primo, quod eodem argumento probaret, quòd imaginatiua non possit conseruare species sensibiles, ac per consequens q̃ non ponatur memoria in parte sensitiua. Nam quando vis sensitiua non sentit, species illæ non sunt in illa sensibiliter, sed solummodo realiter. Nec ratio discriminis assignata ab Auicenna inter sensum & intellectum est ad propositum, vt demonstrauimus in prima probatione primi Diui Thomæ. Respondetur secundo, quòd dupliciter potest aliquid esse in intellectu, vel in actu primo per speciem intelligibilem, vel in actu secundo per actualem cognitionem, & vtroque modo dicitur esse in intellectu intelligibiliter, quanuis diuersimode vt Caietanus explicat in hoc articulo, & similiter Di. Tho. in corpore, & ad 3. Et in hoc deceptus fuit Auicenna, quoniam existimauit nihil esse in intellectu nostro intelligibiliter, nisi quando est in actu secundo, quod tamen est falsum & contra Aristotelem. Proportionabiliter dicendum est de speciebus sensibilibus, quòd quando eis non vtitur actu sensus ad sentiendum sunt in eo sensibiliter in actu primo, nõ in actu secundo. ¶ Ad secundum argumentum, quod est difficile, respondent aliqui Thomistæ. Primo, quòd quandiu species conseruantur in intellectu possibili, nunquam producuntur aliæ eiusdem obiecti per cõuersionem ad phantasmata, quoniam alias cum omnes species intelligibiles eiusdem obiecti formalis sint eiusdem speciei, plura accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto, quod est contra doctrinam Aristotelis, & Diui Thomæ. Et hac ratione quandiu in intellectu conseruantur species intelligibiles alicuius obiecti, nõ possunt produci in illo aliæ eiusdem obiecti. Sicut D.Tho. in 1.2. quæst.54. ar.4. ad 3. docet, quòd si quis per vnum actum demonstrationis produxit habitum in intellectu, quanuis postea multiplicet actus eiusdem demonstrationis, nunquam producit de nouo alios habitus, sed primus intenditur & perficitur per actus sequẽtes. Nam alias (inquit Diuus Thomas) duo accidentia solo numero differentia essent in eodem subiecto. Sed hæc solutio quãuis verissima sit, non tamen est ad intentũ argumenti, quoniam argumentum non intendit probare, quòd quanũs conseruentur species alicuius obiecti in intellectu possibili, possint produci aliæ per virtutem intellectus agentis, sed solùm non esse necessariam illam conseruationem, siquidem quoties voluerit habet virtutem ad producendum species intelligibiles. Respondetur ergo ad argumentum, quòd non obstante quòd in intellectu sit virtus ad producendas quaslibet species intelligibiles de nouo, tamen necessarium est præexistentes conseruari. Cuius rationem à priori ponit Diuus Thomas

mas in articulo ex perfectione, immutabilitate, & spiritualitate intellectus nostri. Aliam etiam rationem nos colligere possumus ex doctrina Aristotelis, quã D.Tho. tradit hic ex 3. de anima cap. 4. text. 6. & 8. quoniam si intellectus non haberet in se species intelligibiles nisi in actuali consideratione, nõ diceremur scientes quãdo actu non cõsideramus, quanuis possemus abstrahere species intelligibiles à phnatasmatibus. Et hoc maxime verum habet, si teneamus illam sententiam, quam sæpè videtur insinuare D. Thomas, quòd scientia est collectio specierum coordinatarum in intellectu possibili. Et quanuis hoc non haberet verum, nihilominus esset necessaria conseruatio specierum, quia sine speciebus existentibus in intellectu esset intellectus noster sicut à principio sui tanquam tabula rasa, quod omnino est falsum & contra Aristotelem, qui ratione istarum specierum intelligibilium, quę conseruantur in parte intellectiua etiam quando intellectus actu non considerat, dicit in locis allegatis à Diuo Thoma in corpore articuli, quòd est factus omnia illa, quorum habet speciem, & similiter sciens actu quando habet species intelligibiles, quibus potest operari, alias inquit Aristoteles, quãdo acquiremus illas species, denuo diceremur addiscere, quod est contra communem modum concipiendi. Alij Theologi conseruationem, speciemrum reducunt vt in causam ad incorruptibilitatem intellectus nostri. Sed hęc eadem fere est ratio cum illa, quam antea adduximus ex Diuo Thoma in hoc articulo. Alij assignant causam huius conseruationis propter animam separatam, quia scilicet anima aliquãdo est separata à corpore, oportet ergo quòd conseruentur eius species, vt post separationem possit habere cognitionem illarum rerum, quas in corpore gessit. Sed de hac ratione dicemus infra quæstione 89. vbi late differemus de cognitione animæ separatæ.

A

B

C

D

E

¶ Ad confirmationem negatur consequentia, dispar enim est ratio de conseruatione speciei intelligibilis atque de specie visibilis. Huius diuersitatis duplex solet cõmuniter assignari ratio. Prima est ex parte causæ materialis, quoniã in sensu exteriori non est sufficiens dispositio organi ad cõseruandas species in absentia sensibilium, sicut supra quæst.78. artic.4. explicuimus. Et idem diximus de sensu communi & extimatiua, quæ quanuis recipiant species, nõ tamen conseruant illas, propterea, quòd in organis, in quibus subiectantur, non est sufficiens dispositio ad conseruandas species.

¶ At vero intellectus possibilis cum non sit in aliquo organo corporeo, sicut apprehendit species intelligibiles, ita etiam est sufficiens ad conseruandas illas. Secunda causa, quæ communiter solet assignari, est quoniam quamdiu obiectum sensus exterioris est presens potentiæ, semper producit actu species in ipso sensu ita quod species naturaliter & necessario producuntur ab obiecto, quando medium est sufficienter dispositum. At vero quanuis in phantasmate sint species rerum singularium, non necessario intellectus agens abstrahit species intelligibiles. Ratio est, quoniam anima non vtitur necessario operatione intellectus agentis, sed libere quando ipsa vult. Quapropter Aristoteles 3. de anima text. 18. dixit, quòd intellectus agens est sicut habitus, quoniam sicut habitibus vtimur, quando volumus, ita anima vtitur intellectu agente, quando ipsa vult. Sed nobis nostra solutio placet. Prima quidẽ, quia nimis superficialiter soluit argumentum. Quando enim argumentum petit, vt explicetur quare in intellectu conseruantur species intelligibiles, in sensu vero non species sensibiles, superficialiter respoderetur, si quis diceret quia in visu non est dispositio, & virtus conseruatiua, in intellectu vero sic. Huius enim rationem quærimus, quare scilicet in visu non sit ponenda hæc virtus, & dispositio conseruatiua, in intellectu vero sic. Secunda etiam ratio non placet; impertinenter enim omnino se habet, nec aliquam habet connexionem, quòd visus necessario moueatur a visibili præsenti, vel intellectus iuxta imperium, & deliberationem rationis moueatur, & recipiat speciem intelligibilem, cum hoc, quod, est habere virtutem conseruatiuam specierum, vel non habere. Præterea etiã definit hæc ratio, quia sicut operatio intellectus agentis est libera quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad exercitium, sic etiam operatio potentiæ visiuæ est libera quantum ad exercitium, & quemadmodum operatio potentiæ visiuæ est necessaria quo ad specificationem, quia scilicet si applicatur ad opus, necessario debet habere talem actionem, scilicet, recipere species visibiles, videre &c. sic etiam eodem modo operatio intellectus agentis est necessaria quantum ad specificationem, quia si operatur necessario debet illustrare phantasmata, abstrahere speciem &c. ergo nulla est differentia quod attinet ad libertatem inter intellectum agentem & potentiam visiuam, ac per consequens illa differentia assignata non continet verum. Qua propter dicendum nobis videtur, quòd cum natura dederit homini omnes potentias tam sensitiuas quàm rationales ad ipsius suppositi perfectionem, consequenter est dicendum, quòd si in intellectiua parte est virtus conseruatiua specierũ intelligibilium in potentia verò visiua & alijs nõ hoc prouenit ex eo, quod illa virtus conseruatiua specierum congruit tali fini, scilicet, perfectioni hominis quatenus homo est, in potentia vero visiua & alijs non congruit, imo derogat tali fini, ac proptera non est in illis talis virtus conseruatiua specierum. Vt ergo explicemus, quare ad perfectionem hominis non congruit talis virtus conseruatiua specierum; aduertendum est, quòd cognitio sensibilis in homine non est, propter se ipsam, sed propter intellectiuam cognitionem. Cum enim intellectus humanus à principio sui sit tanquàm tabula rasa, & omnis cognitio nostra incipiat à sensibus, necessarium fuit ponere in nobis cognitionem sensitiuam non propter se ipsam sed propter intellectiuam. Ex quo sequitur, quòd cognitio sensitiua in nobis non pertineat ad perfectionem suppositi, nisi quatenus est necessaria ad intellectiuam cognitionem, quæ est propria perfectio hominis. Cum igitur ratio mediorum ex fine sit pensanda, colligitur euidenter quòd cognitio sensitiua data est homini prout magis congruit cognitioni intellectiuæ. Hoc igitu suppolito dicimus, quòd in potentijs sensitiuis, quę tantum sunt apprehensiuę, sola apprehensio obiecti sensibilis deseruit intellectioni, conseruatio verò specierum non solùm non prodesset ad intellectionem, imo potiùs obesset. In potentijs vero, quæ sunt conseruatiuæ, conseruatio specierum deseruit intellectioni. Ethæc est ratio à priori & optima, quare in aliquibus potentijs ponimus solam virtutem apprehensiuam, in aliis tamen etiam retentiuam. Quòd si aliquis interroget; quare in potentijs, quæ dicuntur apprehensiue, sola apprehensio deseruit intellectuali cognitioni, in aliis vero etiam retentio specierum? Respondetur, quòd huius ratio est, quia operatio potentiarum, quas dicimus apprehensiuas, non est necessaria ad actualem intellectionem, sed tantum est necessaria remotè & præsuppositiuè, vt possit apprehendi obiectum, & vt possint abstrahi species minus sensibiles & materiales in potentias sensitiuas superiores, ac tandem à phantasmatibus possint abstrahi species intelligibiles. At operatio potentiarum, quas dicimus habere virtutem conseruandi species semel susceptas, requiritur etiam in actuali operatione intellectus, quare necesse fuit, vt in illis esset vis conseruatiua specierum, vt possint ministrare intellectui, quoties intelligere velit. Quod autem operatio potentiarum apprehensiuarum non sit necessaria post apprehensionem obiecti ad actualem operationem, constat. Quoniam operatio potentiæ, verbigratia, visiuæ non solùm non est necessaria ad intellectionem, imò ex parte impedit intellectum à sua operatione, quia operatio sensuum exteriorum distrahit intellectum à consideratione proprii obiecti. At operatio sensuum superiorum dum sumus in via, necessario comitatur operationem intellectus. Natu non possumus intelligere sine conuersione ad phantasmata, quare in illis non fuit necessaria virtus conseruatiua specierum, in istis autem, sic propter rationem assignatam.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus.

1p. q. 54. arti. 1. & 2. cõ. & 74. fi. & 87. arti. 7. ad ter. & 9. ar. 3. c. 11. & 12. to. 3. † q. 78. art. 4. li. 10. de trin. cu. 11. to. 3.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus. Augustin. enim in * 10. de Trini. ponit in mente memoriam, intelligentiam & voluntatem. Manifestum est autem, quòd memoria A B C D E sium, & est alia ab intellectu. ¶ 2 Præterea. Eadem ratio distinctionis est potentiarum sensitiuæ partis, & intellectiuæ. Sed memoria in parte sensitiua est alia potentia à sensu, vt supra dictum est.† Ergo memoria partis intellectiuæ est alia potentia ab intellectu. ¶ 3 Præterea. Secundum Augst.* memoria, intelligentia, & voluntas sunt sibi inuicem æqualia: & vnum eorum ab alio oritur. Hoc autem esse non posset, si memoria esset eadem potentia cum intellectu. Non est ergo eadem potentia.

lib. 3. de anima text. 7. tom. 1. *Ar. præced. Q. 77. ar. 3. Q. 77. ar. 3.

SED contra. De ratione memoriæ est, q̃ sit thesaurus vel locus conseruatiuus specierum. Hoc autem Philosophus in †3. de anima attribuit intellectui, vt dictum est.* Non ergo in parte intellectiua est alia potentia memoria ab intellectu.

RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) potentiæ animæ distinguuntur secundum diuersas rationes obiectorum, eo quod ratio cuiuslibet potentiæ consistit in ordine ad id, ad quod dicitur, quod est eius obiectum. Dictum est etiam supra, * quòd si aliqua potentia secundum propriã rationem ordinetur ad aliquod obiectum secundum communem rationem obiecti, non diuersificabitur illa potentia secundum diuersitates particularium differentiarum. Sicut potentia visiua, quæ respicit suum obiectum secundum rationem colorati, non diuersificatur secundum rationem albi & nigri. Intellectus autem respicit suum obiectum secundum communem rationem entis, eo quòd intellectus possibilis est, quo est omnia fieri. Vnde secundum nullam differentiam entium, diuersificatur differentia intellectus possibilis. Diuersificatur tamen potentia intellectus agentis, & intellectus possibilis: quia respectu eiusdem obiecti aliud principium oportet esse potentiã actiuam, quę facit obiectum esse in actu: & aliud potentiam passiuam, quę mouetur ab obiecto in actu existente: & sic potentia actiua comparatur ad suum obiectum, vt ens in actu ad ens in potentia. Potentia autem passiua comparatur ad suum obiectum è conuerso, vt ens in potentia ad ens in actu. Sic igitur nulla alia differentia potentiarum in intellectu esse potest nisi possibilis & agẽtis. Vnde patet q̃ memoria non est alia potentia ab intellectu. Ad rationem enim potentiæ passiuæ pertinet conseruare, sicut & recipere.

AD primum ergo dicendum, quòd quamuis. in tertia distinctione primi sententiarum dicatur, quòd memoria, intelligentia, & voluntas sint tres vires: tamen hoc non est secundum intentionem Augustin. qui expresse dicit in 14. de Trinit. quòd si accipiatur memoria, intelligentia, & voluntas secundum quod semper præsto sunt animæ, siue cogitentur, siue non cogitentur, ad solam memoriam pertinere videntur. Intelligentiam autem nunc dico, qua intelligimus cogitantes: & eam voluntatem siue amorem, vel dilectionem, quę istam prolem parentemque coniungit. Ex quo patet, quòd ista tria non accipit Augu. pro illis tribus potentijs. Sed memoriã accipit pro habituali animæ retentione: intelligentiam autem pro actu intellectus, voluntatem autem pro actu voluntatis.

AD secundum dicendum, quòd præteritum, & præsens possunt esse propriè differentia potentiarum sensitiuarum secundum diuersitatem obiectorum, non autem potentiarum intellectiuarum, ratione suprà dicta.*

AD tertium dicendum, quòd intelligentia oritur ex memoria, sicut actus ex habitu. Et hoc modo etiam æquatur ei, non autem sicut potentia potentiæ.

Ar. præced.

SVMMA ARTICVLI.

VNica conclusio. In intellectu nulla potest esse diuersitas potentiarum, nisi agentis & possibilis, ac per consequens memoria intellectiua non est potentia distincta ab intellectu possibili. De hac conclusione

sione quantum attinet ad distinctionem intellectus agentis à possibili, iam in articul. 2. huius quæstionis satis diximus. Sed probatur quo ad alteram partem. Intellectus primo & per se respicit communem rationem entis, ergo ex rationibus particularibus entis non variatur potentia intellectiua. Antecedens est manifestum, & probatur consequentia. Quoniam eiusmodi rationes particulares, vt purà præteritum, futurum, &c. sunt omnino accidentales ad rationem formalem obiecti adæquati intellectus, sicut etiam non est alia potentia, cuius obiectum est coloratum, & quæ sentit albedinem.

A

B

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo breuiter dubitatur de veritate secundæ partis conclusionis. Nam vt refert Diuus Thomas ad primum argumentum, Magister sentent. in 1. dist. 3. cap. 7. & sequentibus docet, ꝙ in intellectiua parte est propriè memoria sicut in sensitiua: & secundo, quod illa est potentia realiter distincta ab intellectu & voluntate. Et quòd hæc fuerit mens Magistri colligitur ex eius doctrina loco citato cap. 12. vbi dicit, quòd intellectus, memoria, & voluntas, sunt naturales proprietates, vel vires ipsius animæ, & à se inuicem distinguuntur. Et postea cap. 18. iterum dicit, quòd illa tria sunt à se inuicem distincta.

C

D

¶Probatur primo sententia Magistri. Quoniam Sancti & Theologi communiter asserunt tres esse potentias animæ, intellectum, memoriam, & voluntatem: vt patet ex multis locis, quæ Magister refert ibi, maximè vero ex Diuo Augustino lib. 10. de Trinitat. capit. 11. & 12. Sed intellectus est potentia distincta à voluntate, ergo etiã est distincta à memoria. Confirmatur. Quoniam sancti sæpius explicant mysterium Trinitatis personarum in vnitate essentiæ ex similitudine diuersitatis trium potentiarum animæ in vna essentia animæ: sed si memoria & intellectus non distinguuntur realiter, supponunt falsum, ergo.

E

¶ Secundò arguitur ad probandum alterum, quod dicit magister, scilicet, in parte intellectiua esse propriè memoriam. Aristot. lib. de memoria & reminiscentia cap. 1. loquens de memoria secundùm qd est præteriti: ponit exemplum in actu, quo recordamur triangulum habere tres angulos: sed iste actus necessariò pertinet ad partem intellectiuam, ergo ibi est propriè memoria. Probatur minor. Quoniã ille actus versatur circa quod quid est trianguli inuniuersali, ad quod non potest pertingere operatio sensus. Confirmatur. Quoniam in eodem capit. 1. subdit Aristot. quòd animalia, quæ cognoscunt tempus, habent memoriã: sed intellectus potest propriè cognoscere tempus, ergo in parte intellectiua est propriè memoria. ¶ Tertiò arguitur ad idem. Præteritum vt præteritum est, est aliquid commune & vniuersale, ergo potest per intellectum apprehendi, ac per consequens ibi est propriè memoria. Confirmatur. Apprehendere præteritum vt præteritum est, non est aliud quam apprehendere rem, & simul apprehendere tempus, quo mensuratur duratio talis rei; sed hæc apprehensio rei cum mẽsura suę durationis pertinet ad intellectum, ergo intellectus apprehendit tempus præteritum vt præteritum est. Minor probatur ex Arist. 4. Physic. textu. 131. vbi docet, quòd intellectus apprehendit tẽpus, & cognoscit illud vt mensuram prioris & posterioris, ergo.

¶Vltimò. Intellectus apprehendit tempus præteritum non solum in communi & in vniuersali, sed etiã in singulari, ergo ibi est propriè memoria. Probatur antecedens. Intellectus cognoscit singularia præsentia, ergo etiam recordatur singularium præteritorum, sicut recordabatur ille, de quo dicitur. 2. Machab. 9. Nunc recordor malorum, quæ feci in Hierusalem. Confirmatur. Anima separata à corpore recordatur rerum singularium, quæ gessit, quando erat in corpore, ergo signum est, ꝙ in parte intellectiua est propriè memoria. Antecedẽs probatur ex illo Lu. 16. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Sap. 5. Ambulauimus vias difficiles, &c.

IN hac quæstione sit vnica conclusio. Memoria, (quam imperfectam posuimus articulo

articulo præcedenti in parte intellectiua) est potentia sola ratione distincta ab intellectu possibili. Hæc conclusio non potest aliter melius probari, quam ratione D.Th. in hoc articulo quæ est efficacissima. Quæ ratio adeo est efficax, vt propter eam multi teneant, quòd in vniuersum memoria non solum in parte intellectiua, sed etiam sensitiua nõ est potentia distincta ab illis, quæ sunt apprehensiuæ, & cognoscitiuæ suorum obiectorum, de qua re iam diximus supra quæst. 78. artic. 4. Confirmatur ratio D.Thomæ. Non est alia potentia intellectiua, quę cognoscit singularia ab illa, quę cognoscit vniuersalia, propterea ꝙ nõ respicit singularia primo & per se; ergo nec est alia potentia, quæ respicit præteritum, vt præteritum est siue in communi siue in particulari ab illa, quæ respicit ens tanquã obiectum adæquatum. Probatur consequẽtia. Quoniam si consideremus præteritum in singulari, & in exercitio est vna ex conditionibus obiecti singularis, ergo sicut nõ distinguit aliam potentiam intellectiuam obiectum singularis, sic etiam non distinguet aliam potentiam intellectiuam conditio singularis ipsius obiecti singularis. Si autem accipiatur præteritum in communi, est pars subiectiua entis, quod est obiectum proprium intellectus, eodem prorsus modo sicut quidditas hominis: sed hæc diuersitas obiecti non diuersificat potentiam, vt manifestũ est, & ratio Diui Thomæ demonstrat, ergo. Alterum, quod dicit Magister, in parte intellectiua esse propriè memoriam, iam in articulo præcedenti impugnatum est sufficienter, ibi enim probauimus, quòd quanuis in intellectu sit cognitio præteritorum vt sic tam in communi, quam in singulari, non tamen est propriè memoria. Quare in præsenti solummodo restat respondere rationibus obiectis pro illius sententia.

A

B

C

D

AD primum respõdetur ex Diuo Thoma hic ad primum, quod illa distinctio memoriæ ab intellectu non est ex parte potentiarum, sed solum ex parte actuũ maxime vero apud D. August. qui frequenter in libris de Trinitate solet asserere, tria esse in anima, memoriam, & notitiam & amorem. Ad confirmationem respondetur cum Iauello 3. de Anima tract. de intellectu agente quæstione 3. quòd ad explicationem mysterij Trinitatis ex hoc exemplo, satis fuerit distinctio rationis inter memoriam & intellectum per comparationem ad diuersos actus. Secundo respondetur, quòd saltim explicant per illam similitudinem pluralitatem, & distinctionem personarum in vnitate essentiæ, quanuis non explicent trinitatem personarum, & hoc sufficit.

E

¶Ad secundum respondetur, ꝙ eodẽ argumento probaretur memoriam non respicere præteritum, imo nec aliquod aliud tempus. Nã ille actus, triãgulus habet tres angulos; secundum illam abstractionẽ abstrahit ab omni tẽpore. Respondetur tamẽ ꝙ Arist. loquitur de actu singulari, quo recordamur nos habuisse tempore præcedenti circa illud obiectum, triangulus habet tres angulos, &c. iuxta explicationẽ D.Th. art. præced. ad secundum. Circa quem locũ iam explicuimus, quomodo in parte intellectiua non sit propriè memoria qua recordetur propriarum operationum, quas habuit. Nec mirum, ꝙ Arist. obiter attulerit exemplũ in actu, quo recordamur triangulũ habere tres angulos, ipse. n. explicat ex professo ex suam sententiam, quòd scilicet in sola parte sensitiua est propriè memoria. Ad cõfirmationem respondetur, ꝙ cùm Arist. dixit esse memoriam in animalibus percipientibus tempus, est intelligendus percipientibus in singulari & in exercitio ipsam durationem temporis, quod ex modo loquendi ipsius colligitur. ¶Ad tertium respondetur primo, ꝙ præteritum potest sumi dupliciter. Primo modo in communi ut præteritum est, & in hac consideratione à solo intellectu potest percipi, vt argumentum probat. Secundo modo põt sumi in particulari, & tunc adhuc potest cõsiderari dupliciter, primo modo in ratione obiecti potentiæ cognoscitiuæ, ita quòd ipsa potentia apprehendat hoc præteritũ sub ratione huius præteriti. Et hoc pacto non potest conuenire potentiæ sensitiuę etiam interiori. Nam sicut potentia visiua apprehendit obiectum præsens, non tamen cognoscit præsentialitatis rationem: ita ẽt memoria sensitiua recordatur alicuius præteriti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

riti,non tamen cognoscit rationem præteriti vt sic. Alio modo potest considerari præteritum non in ratione obiecti,sed tanquam conditio necessaria ipsius obiecti apprehensi : & hoc modo potest pertinere ad partem sensitiuam,imò vero sic accipit Aristotel. in definitione memorię vbi suprà, & sic intelligendus est Diu.Thom.art. præceden.ad secundum.& artic.7 etiam ad secundum,quando dicit, quòd memoria sensitiua respicit præteritum. Secundò potest responderi elariùs,& ferè est eadem solutio sub alijs verbis,quòd apprehendere præteritum vt sic,cõtingit dupliciter, primo modo in actu signato,idest,cognoscendo illud sub ratione præteriti : & hoc est proprium partis intellectiuæ; alio modo in actu exercito , idest, cognoscendo se vidisse aut gustasse, &c. Et hoc modo conuenit apprehẽsio etiam parti sensitiuæ, vt dicit D. Thom. articul. præcedent.ad secundum.

¶ Ad quartum cum sua confirmatione respondetur , quòd probat id, quod nos in articulo præcedenti diximus,scilicet,in parte intellectiua esse cognitionem præteriti vt præteritum est etiam in singulari; id tamen cognoscit in actu signato , quod non sufficit ad ponendum memoriam propriè dictam in parte intellectiua.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm ratio sit alia potentia ab intellectu.

396 Verit. q. 15. ar. 1. & q. 16. ar. 1. cor. fi. & 3. de anima, text. 24. fin.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ ratio sit alia potẽtia ab intellectu. In libro enim *de spiritu & anima* dicitur: Cũ *ab inferioribus ad superiora ascendere volumus,prius occurrit nobis sensus,deinde imaginatio,deinde ratio,deinde intellectus. Est ergo alia potentia ratio ab intellectu,sicut imaginatio à ratione.*

* Aug. c. 14. ante med. to. 1. Li. 5. ex prosa. 4. a medio

¶ 2 *Præterea. Bet.* † *dicit in lib.de consolatione quòd intellectus comparatur ad rationem,sicut aternitas ad tempus . Sed non est eiusdem virtutis esse in aternitate, & esse in tempore. Ergo non est eadem potentia ratio, & intellectus.*

¶ 3 *Præterea . Homo communicat cum angelis in intellectu , cum brutis vero in sensu. Sed ratio quę est propria hominis , quia & animal rationale dicitur, est alia potentia à vi. sumpta sensu.Ergo pari ratione est alia ab intellectu: sumpta qui propriè conuenit angelis.Vnde & intellectuales dicuntur .*

SED contra est,quòd Augustin. dicit . 3. super Genesi. * *ad literam , quòd illud quo homo irrationabilibus animalibus antecellit est ratio,vel mens,vel intelligentia: vel si quo alio vocabulo commodius appellatur.*

Ratio ergo & intellectus , & mens sunt vna potentia .

RESPONDEO dicendum,ꝙ rõ et in Li.3 de Trinitate. intellectus in homine non possunt esse diuersa potẽtia.Quod manifestè cognoscitur si vtrius que actus consideretur . Intelligere enim est Eth. 11. *simpliciter veritatem intelligibilẽ apprehendere.Ratiocinari autem est procedere de vno intellecto ad aliud.ad veritatem intelligibilẽ cognoscendam. Et ideo angeli,qui perfectè possident secundum modum suæ naturæ cognitionem intelligibilis veritatis,non habent necesse procedere de vno ad aliud , sed simpliciter & absque discursu veritatem rerum apprehendunt:vt Dion.* * *dicit.7.c de diui. no. Homines autem ad intelligibilem veritatem cognoscendam perueniunt , procedendo de vno & ad aliud,vt ibidem dicitur : & ideo rationales dicuntur.Patet ergo ꝙ ratiocinari comparatur ad intelligere,sicut moueri ad quiescere, vel acquirere ad habere : quorum vnum est perfecti,aliud autem imperfecti . Et quia motus semper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur: inde est ꝙ ratiocinatio humana,secundùm viam acquisitionis vel inuentionis procedit à quibusdam simpliciter intellectis,quæ sunt prima principia : Et rursus in via iudicij resoluendo redit ad prima principia,ad quæ inuenta examinat. Manifestum est autem ꝙ quiescere & moueri ad inuicem reducuntur ad diuersas potentias.sed ad vnã & eandem etiam in naturalibus rebus: quia per eandem naturam aliquid mouetur ad locum,& quiescit in loco. Multo ergo magis per eandem potentiam intelligimus, & ratiocinamur.Et sic patet ꝙ in homine eadem potentia est ratio & intellectus.*

AD primum ergo dicendum , quòd illa enumeratio fit secundùm ordinem actuum, non secundùm distinctionem potentiarum.

In corp. art.

uis liber ille non sit magnæ autoritatis .

AD secundum patet responsio ex dictis .

† *Æternitas enim comparatur ad tempus, sicut immobile ad mobile. Et ideo Beet. comparauit intellectum æternitati,rationem verò tempori .*

AD tertium dicendum,ꝙ alia animalia sunt ita infra hominem , quòd non possunt attingere ad cognoscendam veritatẽ, quam ratio inquirit . Homo verò attingit ad cognoscendam intelligibilem veritatẽ quam angeli cognoscunt, sed imperfectè. Et ideo vis cognoscitiua angelorum nõ est alterius generis à vi cognoscitiua rationis , sed comparatur ad ipsam , vt perfectum ad imperfectum .

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Ratio & intellectus in homine non possunt esse diuersę potentię. Probatur hac ratione. Intelligere & ratiocinari se habent sicut quiescere & moueri ; sed quiescere & moueri nõ pertinẽt ad diuersas potentias sed ad easdẽ,ergo intellectus & ratio sunt eadẽ potentia. Maiorem huius rationis probat primo D.Tho.quia intelligere significat apprehẽdere simpliciter,ratiocinari autẽ procedere de uno ad aliud,quare angeli appellantur intellectuales, nos verò rationales.Secundò probat eadem maior,quoniã omnis motus tendit ab ĩmobili ad quietũ,sed ratiocinari ab intellectu principiorũ venando,& ad intellectũ vsque principiorũ resoluendo prouenit,ergo ratiocinatio cõparatur motui,intelligere verò quieti . Minorẽ probat D.Th.quoniã moueri & quiescere reducunt semper ad idẽ , vt patet in grauibus & leuibus.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm ratio superior & inferior sint diuersę potentię.

397 1.2.q. 74.ar.7. cor. &

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod ratio superior & inferior sint diuersa potentia. Dicit enim Augustꝰ. * 12. de Trini. *quòd imago Trinitatis est in superiori parte rationis: non autem in inferiori. Sed partes animæ sunt ipsa eius potentia,ergo duæ potentiæ sunt ratio superior & inferior.* 2 di. 24. ar. 2. & ver it. q. 25. ar. 2.

¶ 1 *Præterea. Nihil oritur à seipso. Sed ratio inferior oritur à superiori, & ab ea regulatur & dirigitur . Ergo ratio superior est alia potentia ab inferiori .* *Cap. 4. in fi.

¶ 3 *Præterea. Philosophus dicit in.6.Eth.* † *quòd scientificum animæ, quo cognoscit anima necessaria , est aliud principium, & alia pars animæ ab inopinatiuo & ratiocinatiuo, quo cognoscit contingentia . Et probat* * *per hoc,quia ad ea,quę sunt genere altera, altera genere particula animę ordinatur. Contingens autẽ & necessarium sunt altera genere : sicut corruptibile & incorruptibile. Cùm autem idem sit necessarium quod æternum , & temporale idem quod contingens : videtur ꝙ idem sit quod Philosophus vocat scientificũ & superior pars rationis , quæsecundùm Augu.* * *intendit æternis conspicien du & consulendis:& ꝙ idẽ sit ꝙ Philosophus vocat ratiocinatiuũ, vel opinatiuum,& inferior ratio, qua secundùm Aug.* † *intendit temporalibus disponendis.Est ergo alia potẽtia animę & ratio superior,et ratio inferior.* lib. 6. Eth. c. 1. à medio, to. 5. Li. 6. Et c. 1. to. 5. Lib. 12. de Trinit. ca. 7. in fi. to. 3. † Eodẽ loco nunc dicto. li. 2. ortho. fidei c. 22.

¶ 4 *Præterea. Damasc.* * *dicit ꝙ eximaginatione fit opinio , deinde mens diiudicans opinionem siue vera sit, siue falsa, diiudicat veritatem . Vnde & mens dicitur à metiendo. De quibus igitur iudicatum est iam & determinatum, verè dicitur intellectus . Sic igitur opinatiuum,quod est ratio inferior,est aliud à mente & intellectu , per quod potest intelligi ratio superior .*

SED contra est quod Augu. dicit 12. de Trin. * *ꝙ ratio superior & inferior non nisi per officia distinguuntur . Non ergo sunt duę potentiæ .* Lib. 12. de Trinit. cap. 4. to. 3.

RESPONDEO dicendum,ꝙ ratio superior & inferior secundùm quod ab Augu. accipitur, nullo modo duæ potentiæ animę esse possunt . Dicit enim * *ꝙ ratio superior est qua intendit æternis conspiciendis,aut consulendis . Conspiciendis quidem secundùm qđ ea in seipsis speculatur,consulendis verò secundùm quod ex eis accipit regulas agendorum. Ratio verò inferior ab ipso dicitur qua intendit temporalibus rebus. Hæc autẽ duo, scilicet, temporalia & æterna comparantur* Lib. 12. de Trinit. capi. 7. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cognitionem nostram hoc modo, q vnum eorum est medium ad cognoscendum alterũ. Nam secundùm viam inuentionis per res tẽporales in cognitionem deuenimus æternorũ, secundùm illud Apost. ad Roman. 1. Inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. In via verò iudicij per æterna iam cognita de temporalibus iudicamus, & secundùm rationes æternorum temporalia disponimus. Potest autem contingere quòd medium & id ad quod per medium peruenitur ad diuersos habitus pertineant, sicut principia prima indemonstrabilia pertinent ad habitũ intellectus: cõclusiones verò ex his deducta ad habitum scientię. Et ideo ex principiis Geometriæ contingit aliquid concludere in alia scientia, puta in perspectiua. Sed eadẽ potẽtia rationis est: ad quam pertinet & medium & vltimum. Est.n actus rationis quasi quidam motus de vno in aliud peruenientis. Idẽ añt est mobile quod pertransiens mediũ pertingit ad terminum. Vnde vna & eadẽ potentia rationis est ratio superior & inferior, sed distinguuntur secundùm Aug. per officia actuum, & secundùm diuersos habitus. Nã superiori rationi attribuitur sapientia, inferiori verò scientia.*

Lib. 12. de Tri. cap. 4. in prin.

AD primum ergo dicendum, q secundùm quamcunque rationẽ participationis potest pars dici: inquantùm verò ratio diuiditur secundùm diuersa officia, ratio superior & inferior partitiones dicuntur, & non quia sint diuersæ potentiæ.

AD secundum dicendum, quòd ratio inferior dicitur à superiori deduci, vel ab ea regulari, inquantum principia, quibus vtitur inferior ratio, deducuntur & diriguntur à principijs superioris rationis.

AD tertium dicendum, q scientificũ, de quo Philosophus loquitur, non est idem quod ratio superior. Nam necessaria sibilia inueniuntur etiam in rebus temporalibus, de quibus est scientia naturalis & mathematica. Opinatiuũ autẽ & ratiocinatiuum in minus est quàm ratio inferior, quia est contingentiũ tantũ. Nec tamen est simpliciter dicendu, q sit alia potentia qua intellectus cognoscit necessaria, & alia qua cognoscit contingentia: quia vtraq; cognoscit secundùm eandẽ rationem obiecti, scilicet secundùm rationem entis & veri. Vnde & necessaria quę habent perfectũ esse in veritate, perfectè cognoscit: vt potè ad eorũ quidditatẽ pertingens, per quã propria accidentia de his demonstrat. Contingentia verò imperfectè cognoscit, sicut & habent imperfectum esse & veritatẽ. Perfectũ autem & imperfectum in actu non diuersificant potentiã, sed diuersificant actus quantũ ad modũ agendi: & per consequens principia actuũ & ipsos habitus. Et ideo Philosophus posuit duas particulas animæ, scientificũ, & ratiocinatiuum: non quia sint duæ potentiæ, sed quia distinguuntur secundùm diuersam aptitudinẽ ad recipiendum diuersos habitus, quorum diuersitatẽ ibi inquirere intendit. Contingentia enim & necessaria etsi differant secundùm propria genera, conueniunt tamen in cõmuni ratione entis, quam respicit intellectus, ad quã diuersimode se habent secundùm perfectum & imperfectum.

AD quartum dicendũ, q illa distinctio Damasc. est secundùm diuersitatẽ actuũ, non secundùm diuersitatem potentiarum. Opinio enim significat actũ intellectus, qui fertur in vnam partẽ contradictionis cũ formidine alterius. Diiudicare verò vel mensurare est actus intellectus applicantis principia certa ad examinationem propositorum. Et ex hac sumitur nomen mentis. Intelligere autem est cum quadam approbatione diuersis inhærere.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est, ratio superior & inferior est eadem potentia, distincta tamen secundùm rationem per ordinem ad diuersos actus.

COMMENTARIVM.

CConclusio huius articuli est desumpta ex doctrina Diui Augusti. 12. de Trinita. capitu. 4. 7. & 8. Et mens Diui Thomę in præsenti solum est assignare simplicem differentiam inter rationẽ superiorem & inferiorem. Nam explicare, quo pacto se habeat ratio inferior & superior in ordine ad actus humanos tam virtutum quã vitiorum, ad alium locum reseruauit, scilicet, in. 1. 2. quæst. 15. articu. 4. & quæst. 74. articu. 7. & 9. & 10. Notandum tamen est id, quod Caietanus docet in responsione primi dubii, quòd quando conclusio syllogismi est vndique singularis, scilicet, tam ex parte subiecti, quam ex parte prædicati: tunc simpliciter pertinet ad cogitatiuam & non ad intellectum. Loquitur enim Caietanus iuxta suam opinionem, qua existimat in cogitatiua esse verè & propriè discursum & propositiones circa singularia, de qua re copiosè diximus suprà q. 78. ar. 4.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm intelligentia sit alia potentia ab intellectu.

398. 1. d. 3. q. 4. arti. 1.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, q intelligentia sit alia potentia ab intellectu. Dicit enim in li. de Spiritu & anima,* quod cum ab infertoribus ad superiora ascendimus, prius occurrit sensus, deinde imaginatio, deinde ratio, postea intellectus, & postea intelligentia. Sed imaginatio & sensus sunt diuersæ potentiæ. Ergo & intellectus, & intelligentia.

Li. 1. ca. 11.

Li. 5. de consol. prosa 5.

¶ 2 Præterea. Boet.* dicit in. 5. de consolatione. Ergo videtur quòd intelligentia sit alia potentia quàm intellectus: sicut ratio est alia potentia quàm imaginatio & sensus.

Li. 2. de anima tex. 33. co. 2.

¶ 3 Præterea. Actus sunt præuii potentiis, vt dicitur in. 2. de Anima:* sed intelligentia est quidã actus ab alijs actibus, qui attribuũtur intellectui, diuisus. Dicit enim Dama.† q primus motus intelligentia dicitur. Quæ verò circa aliquid est intelligentia, intentio vocatur. Quę permanens & figurans animã ad id quod intelligitur, excogitatio dicitur. Excogitatio verò in eodem manens, & seipsã examinans & diiudicans, Phronesis dicitur, id est, sapientia. Phronesis autem dilatata facit cognitionem, idest, interius dispositum sermonem. Ex quo ait prouenire sermonem per linguam enarratum: Ergo videtur quòd intelligentia sit quædam specialis potentia.

† Dam. li. 2. ortho. fidei. cap. 22.

lib. 3. de anima tex. 21. to. 2.

SED contra est, quod Philosophus dicit in. 2. de Anima,* quòd intelligentia indiuisilium est, in quibus non est falsum. Sed huiusmodi cognoscere pertinet ad intellectum. Ergo intelligentia non est alia potentia præter intellectum.

RESPONDEO dicendum, quod hoc nomen, Intelligentia, propriè significat ipsũ actum intellectus, qui est intelligere. In quibusdam tamen libris de Arabico translatis, substantię separatę, quas nos angelos dicimus, intelligentię vocantur: fortè propter hoc q huiusmodi substantia semper actu intelligunt. In libris tamẽ de Græco translatis dicuntur intellectus seu mentes. Sic ergo intelligentia ab intellectu nõ distinguitur sicut potentia à potentia, sed sicut actus à potẽtia. Inuenitur enim talis diuisio etiam à Philosophis. Quandoque enim ponunt quatuor intellectus, scilicet intellectũ agentem, possibilem, & in habitu, & adeptum. Quorum quatuor intellectus agens & possibilis sunt diuersæ potentię: sicut & in omnibus est alia potentia actiua, & alia passiua. Alia verò tria distinguuntur secundùm tres status intellectus possibilis. Qui quandoq; est in potentia tantum. Et sic dicitur possibilis. Quandoque autem in actu primo qui est scientia. Et sic dicitur intellectus in habitu. Quandoque atũ in actu secundo: qui est considerare. Et sic dicitur intellectus in actu, siue intellectus adeptus.

AD primum ergo dicendum, quòd si recipi debet illa autoritas, intelligentia ponitur pro actu intellectus. Et sic diuiditur contra intellectum, sicut actus contra potentiam.

AD secundum dicendum, q Boet. accipit intelligentiam pro actu intellectus, qui transcendit actum rationis. Vnde ibidẽ dicit, quòd ratio tantum humani generis est. Sicut intelligentia sola Dei. Proprium enim Dei est quod absque omni inuestigatione omnia intelligat.*

Li. 5. de consol. pos. 5. ante med.

AD tertium dicendum, quòd omnes illi actus, quos Dama. enumerat, sunt vnius potentię, scilicet intellectiuæ. Quę primo quidem simpliciter aliquid apprehendit. Et hic actus dicit intelligentia. Secũdo verò id quod apprehendit, ordinat ad aliquid aliud cognoscendum vel operandum, & hic vocatur intẽtio. Dum verò perfistit in inquisitione illius quod intẽdit, vocatur cogitatio. Dum verò id qđ est excogitatũ examinat ad aliqua certa, dicit scire vel sapere: quod est Phronesis vel sapien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientia. Nam sapientia est iudicare, vt dicitur. in. 1. Metaph. Ex quo autem habet aliquid pro certo, quasi examinatum, cogitat quomodo possit illud alijs manifestare: & hæc est dispositio interioris sermonis, ex qua procedit exterior locutio. Non enim omnis differentia actuum potentiæ diuersificat, sed sola illa, quæ non potest reduci in idem principium, vt supra dictum est.*

Ca.2.nō procul à princip. to. 3.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Intelligentia distingui tur ab intellectu sicut actus à potentia. Probatur primo ex quid nominis intelligentię, quę significat propriè actum secundum intellectus; & hinc factum est, quòd apud Arabes substantiæ separatæ vocantur intelligentiæ trāsumptiuè, quia semper sunt actu intelligentes. Secundò probatur ex eo, q̃ hæc distinctio intellectus ab intelligentia consonat dictis Philosophorū, vt clarè potest videri in litera.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrùm intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ.

399 3.d. 23. q.2.arti. 3.q.2.& ver.q.3. ar.3. Et 3.de anima lc.15. col.2. Tex.27. to.2.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ intellectus speculatiuus & practicus sint diuersa potentia. Apprehensiuum enim & motiuum sunt diuersa genera potentiarum, vt patet in. 2. de Anima.* Sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantum, intellectus autem practicus est motiuus, ergo sunt diuersa potentię.

¶ 2 Præterea. Diuersa ratio obiecti diuersificat potentiā. Sed obiectum speculatiui intellectus est uerum: practici autē bonum. Quæ differunt ratione. Ergo intellectus speculatiuus & practicus sunt diuersa potentię.

¶ 3 Præterea. In parte intellectiua intellectus practicus comparatur ad speculatiuum, sicut æstimatiua ad imaginatiua in parte sensitiua. Sed æstimatiua differt ab imaginatiua, sicut potentia à potentia, vt supra dictū est.* Ergo & intellectus practicus à speculatiuo.

Q. 79. ar. 4.

SED contra est, quod dicitur in. 3. de Anima*, q̃ intellectus speculatiuus per extē sionem fit practicus. Vna autem potentia nō mutatur in aliam. Ergo intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersa potentię.

Videtur colligere

RESPONDEO dicendum, q̃ intellectus practicus & speculatiuus non sunt diuersæ potētię. Cuius ratio est, quia, vt supra dictum est,* quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam respicit aliqua potē tia, non diuersificat potentiā. Accidit enim colorato q̃ sit homo, aut magnum, aut parui. Vnde omnia huiusmodi eadem uisiua potentia apprehenduntur. Accidit autem alicui apprehenso per intellectum q̃ ordinetur ad opus, uel non ordinetur. Secundum hoc autem differunt intellectus speculatiuus & practicus. Nam intellectus speculatiuus est, qui quod apprehendit, non ordinat ad opus, sed ad solam ueritatis considerationē. Practicus verò intellectus dicitur qui hoc quod apprehendit, ordinat ad opus. Et hoc est quod Philosophus dicit in. 3. de Anima*, q̃ speculatiuus differt à practico fine. Vnde & à fine denominatur vterque. Hic quidem speculatiuus, ille verò practicus, id est operatiuus.

tex. 49 to. 2.

AD primum ergo dicendum, q̃ intellectus practicus est motiuus non quasi exequēs motum, sed quasi dirigens ad motum. Quod conuenit ei secundùm modum suæ apprehensionis.

AD secundum dicendum, quòd verum & bonum se inuicem includunt. Nam verū est quoddam bonum: alioquin non esset appetibile. Et bonum est quoddam verum: alioquin non esset intelligibile. Sicut igitur obiectum appetitus potest esse verum inquantum habet rationem boni, sicut cùm aliquis appetit veritatem cognoscere: ita obiectum intellectus practici est bonum ordinabile ad opus, sub ratione veri. Intellectus enim practicus veritatem cognoscit, sicut speculatiuus, sed veritatem cognitam ordinat ad opus.

AD tertium dicendum, q̃ multa differentię diuersificant sensitiuas potentias, quæ nō diuersificant potentias intellectiuas: vt supra dictum est.*

* In illis ar. & q. 77. ar. 3.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Idem intellectus est practicus & speculatiuus per ordinem ad diuersos actus. Probatur. Differentiæ per accidens alicuius potentię non diuersificant illam potentiam; sed ordinari vel non ordinari ad opus, quæ sunt differentiæ intellectus practici & speculatiui, sunt differentiæ per accidens, ergo non diuersificant intellectum.

COMMENTARIVM.

DE his quę pertinent ad differentiam intellectus practici & speculatiui serundùm q̃ inueniuntur in habitibus scientia rum, tam satis dictum est supra q.1. ar.4. & q.14.ar.16.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrùm synderesis sit quędam specialis potentia ab aliis distincta.

400 2.d.24. q.2.arti. 3.& ver. q.16. ar.1.& ar.2.ad 4. hoc per illud quod fuit dictum vni to.5.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ synderesis sit quędam specialis potentia ab alijs distincta. Ea enim quæ cadunt sub una diuisione, uidētur esse vnius generis. Sed in gloss. Hiero.* Ezec.1. diuiditur synderesis contra irascibilem, & concupiscibilem, & rationalem: quę sunt quædā potentiæ. Ergo synderesis est quędam potentia.

¶ 2 Præterea. Opposita sunt vnius generis: sed synderesis & sensualitas opponi uidētur, quia synderesis semper inclinat ad bonū, sensualitas autem semper ad malum. Vnde per serpentem significatur: vt patet per Aug. 12. de trinita.* Videtur ergo quod synderesis sit potentia sicut & sensualitas.

* Li.12. de Tri. cap.12. & 13.

¶ 3 Præterea. Augustin.* dicit in li. de libero arbit. quòd in naturali iudicatorio adsunt quędam regulæ, & semina virtutum, & veræ sim. Cùm ergo regulę incommutabiles quidam sui superiorem partem vt Aug. dicit

* Li.2. de li.ac.ca. 10. post med. num.1.

A 12. de Tri.* videtur q̃ synderesis sit idem q̃ ratio. Et ita est quędam potentia.

Lib.12. de Tri. c.2. circa fi. to. 3. Ari.li.9. Metap. tex.3. to.3.

SED contra. Potentia rationales se habent ad oppositа secundùm Philosophum.* Synderesis autem non se habet ad oppositа, sed ad bonum tantum inclinat. Ergo synderesis non est potentia. Si enim esset potentia, oporteret q̃ esset rationalis potentia. Non enim inuenitur in brutis.

RESPONDEO dicendum, q̃ synderesis non est potentia, sed habitus: licet quidā

Hiero. Exech. capi.1. Arti. 8. huius quęst.

B posuerint synderesim esse quandam potentiā ratione altioren: quidam verò dixerint eam esse ipsam rationem, non vt est ratio, sed vt est natura.

Ad huius autem euidentiam considerandum est, q̃ sicut supra dictum est,* ratiocinatio hominis, cùm sit quidam motus, ab intellectu progreditur aliquorū, scilicet naturaliter notorū absque inuestigatione rationis: sicut à quodā principio immobili: & ad intellectum etiam terminatur, inquantū iudicamus per principia per se naturaliter nota de his, quæ ratiocinando inueniuntur. Constat autē q̃ sicut ratio speculatiua ratiocinatur de speculatiuis, ita ratio practica ratiocinatur de operabilibus. Oportet igitur naturaliter nobis esse indita, sicut principia speculabilium, ita & principia operabiliū. Prima autem principia speculabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad aliquam specialem potentiā, sed ad quendam specialē habitum, qui dicitur intellectus principiorū, vt patet in.* 6. Ethi. Vnde & principia operabiliū nobis naturaliter indita nō pertinent ad specialem potentiā, sed ad specialē habitū naturalem, quę dicimus synderesim. Vnde & synderesis dicitur instigare ad bonum, & murmurare de malo: inquantum per prima principia procedimus ad inueniendum, & iudicamus inuenta. Patet ergo quòd synderesis non est potentia, sed habitus naturalis.

C

Lib.6. Ethica. 6. to. 5.

AD primum ergo dicendum q̃ illa diuisio Hiero. attenditur secundùm diuersitatem actuū, non secundū diuersitatē potentiarum. Diuersi nutē actus possunt esse vnius potentię.

AD secundum dicendum, quòd oppositio sensualitatis & synderesis attenditur secundùm oppositionem actuum, non sicut diuersarum specierum vnius generis.

D

AD tertium dicendum, q̃ huiusmodi in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

commutabiles rationes sunt prima principia operabilium, circa quæ non contingit errare: & attribuuntur rationi sicut potentiæ, & synderesi. sicut habitui. Vnde et vtroque. scilicet ratione & synderesi. naturaliter iudicamus.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Synderesis non est potentia, sed habitus naturalis circa prima principia practica. D. Tho. ad probandum hanc conclusionem aduertit, q̃ à natura sunt nobis indita principia prima operabilium sicut & speculabilium. Probat hoc D. Tho. sic. Omnis ratiocinatio nostra procedit à naturaliter cognitis, & terminatur rursus ad eadem naturaliter cognita ordine resolutionis, ergo etiam ratiocinatio de operabilibus debet procedere à naturaliter cognitis principiis, & rursus ordine resolutionis ratiocinatio terminatur ad eadem naturaliter cognita. Hoc posito fundamento probat D. Tho. suam conclusionem. Cognitio indita à natura primorũ principiorum speculabilium nõ est potentia sed habitus, qui ab Arist. 6. Ethic. dicitur intellectus principiorum, ergo cognitio primorum principiorum operabilium non est potentia sed habitus; sed talis cognitio est synderesis, ergo. Totus processus est clarus, & hæc vltima minor probatur ab actu synderesis, qui est instigare ad bonum, & murmurare de malo, qui actus procedunt ex cognitione principiorum naturalium circa operabilia.

COMMENTARIVM.

DVbitatur in hoc articulo. V. rùm synderesis sit habitus pertinens ad intellectum, an verò pertineat ad voluntatem?

¶ In qua quæst. primò ommittendæ sunt opiniones Durandi in. 1. dist. 3. par. 2. quæst. 4. & in. 2. distin. 39. quæst. 4. Gabrielis in. 2. distin. 16. quæst. vnica. arti. 2. qui opinantur, quòd intellectus & voluntas sunt eadem potentia realiter, distincta tamen secundùm rationem, ita quòd eadem potẽtia est affectiua & intellectiua. Hoc ergo supposito dicit Durandus, quod synderesis est habitus pertinens ad hanc potentiam non inquantum est intellectiua, sed inquantum est affectiua, & ex consequenti inquit est habitus effectiuus. Gabriel vero existimat, quòd synderesis pertinet ad eandem potentiam non inquantum est affectiua, sed inquantùm est intellectiua, & ex consequenti est habitus intellectiuus. Sed fundamentum horum autorum falsum est, vt patet ex dictis suprà quæ. 77. de quo etiam itẽrũ dicemus infra quæst. 82. Quare supponẽdo pro nunc cum Diuo Thoma & cum omnibus ferè Theologis, quòd intellectus & voluntas sint duę potentię distinctæ tanquam res à re, quærimus. Vtrùm synderesis sit habitus, qui subiectatur in voluntate, an verò in intellectu? D Bonauẽtura in. 2. distin. 39. articu. 2. quæst. 1. & Alexander Alens. in. 3. par. quæst. 27. membro. 2. arti. 3. opinantur, quòd synderesis est habitus residens in voluntate, vel potiùs inclinatio seu pondus voluntatis inclinans illam ad bonum honestum, sicut in intellectu ponitur lumẽ inclinans illum ad assensum principiorum. Henricus etiam quodlib. 1. q. 18. inclinat in eandem sententiam. ¶ Probatur primo hæc sententia. Aristo. 6. Ethic. cap. 3. & sequent. numerauit omnes habitus intellectuales; sed non meminit inter illos synderesis, ergo synderesis non est habitus intellectus. ¶ Secundò. Proprium obiectum synderesis est bonum, vt constat ex diuo Thoma hic & alibi sæpè dicente, quòd proprius actus synderesis est instigare ad bonum & murmurare de malo, ergo synderesis pertinet ad voluntatem non ad intellectum. Probatur consequentia. Quoniam sola voluntas respicit bonum sub ratione boni, vel malum sub ratione mali. ¶ Oppositam tamen sententiam tenet D. Thomas hic & in. 1. 2. q. 49. articu. 1. & alibi sæpè, quòd synderesis est habitus intellectus practici circa prima principia operabilia,

lia, & non solum Diuus Thomas, sed & alii quàm plures sunt huius sententiæ. In primis Albertus in summa de homine tracta. de synderesi quæstio. 1. & Altisiodor in summa Theologica libro. 2. tractat. 12. quæstio. 1. & 3. Similiter alij antiquiores tenent eandem sententiam. Solus Ricardus in 2. distinctio. 39. artic. 3. quæstio. 1. & 2. refert synderesim & ad intellectum & ad voluntatem. ¶ Sententia Diui Thomæ est communis inter recentiores Theologos, vt est videre in Magistro Soto lib. 1. de iustitia quæstio. 4. articu. 1. Et probatur primo ex illo Psalmi. 4. Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumẽ vultus tui, &c. & ex illo Pauli ad Roman. 2. Ostendunt enim opus legis scriptum in cordibus suis. Quæ loca optimè explicantur de lumine naturali synderesis, quod ostendit bonum esse faciendum & malum esse euitandum, & de iudicio naturali synderesis: sed lumẽ & iudicium ad intellectum pertinent, ergo synderesis est habitus pertinens ad intellectum. Et Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriadem sic dicit, Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens praui & recti iudicium exercet, ergo ad intellectum pertinet synderesis. Item super caput primum Ezechielis dicit, quòd synderesis est superior scintilla rationis, quæ nec in Caim extincta fuit. Quem locum Diuus Thomas in 2. distinctio. 24. quæstione. 3. articulo. 3. ad quintum. & distinct. 39. quæstio. 3. artic. 1. in corp. & ad secundum. & de veritate quæstione. 16. articul. 1. ad nonum dicit, quòd synderesim vocat scintillam, quia sicut scintilla est modicum quid ex igne euolans, ita hęc virtus est quædam modica participatio intellectualitatis respectu eius, quod in angelo est de intellectualitate. Quapropter in eodem loco Diuus Hieronymus comparat synderesim aquilę, quę cætera animalia in volando transcendit; ita & hæc virtus transcendit partem rationalem, quæ per hominem inter illa quatuor animalia significatur. Quare Diuus Tho. locis citatis, & de veritate q. 17. art. 2. ad tertium dicit, q̃ synderesis non nominat rationem superiorẽ nec inferiorem, sed aliquid communiter se habens ad vtranque, & q̃ est participatio intellectualitatis naturæ angelicæ, & q̃ est suprema & purior pars rationis. Ex cuibus colligitur, q̃ synderesis ad intellectum pertinet non ad voluntatem. Est etiam sententia D. Augu. in lib. 2. de sermone Domini in monte, & super Psalmũ. 57. Hæc etiam sententia videtur expressa D. Basilij homi. 1. super Prouerbia circa medium dicentis, in nobis esse naturale iudicium, quo discernimus bona à malis. Simile iudicium naturale docet etiam D. Augu. lib. 2. de libero arbitrio c. 10. Sed hoc naturale iudicium pertinet necessario ad intellectum, vt docet D. Tho. hic ad tertium, ergo & synderesis. Ac tandem probatur ratione D. Thomę specialiter in 2. dist. 39. q. 3. artic. 1. corp. & de veritate q. 16. art. 1. etiam corpor. In natura humana inuenitur cognitio naturalis sine inquisitione & discursu eorũ, quę agere debet conformiter ad rectam rationem, sed talis cognitio est per synderesim, ergo synderesis pertinet ad intellectũ non ad voluntatem. Consequentia est nota & maior probatur. In natura humana inuenitur quædam participatio cognitionis angelicę circa prima cognoscibilia; nam sicut angelus cognoscit omnes veritates absque discursu & inquisitione, sic etiã natura humana, quę in sui supremo debet attingere naturam angelicam secundùm doctrinam D. Dionysij. 7. capit. de diui. nominibus, cognoscit primas veritates absque discursu per simplicem assensum, ergo pari rõne debet inueniri hęc eadem participatio cognitionis angelicæ circa prima agenda agibilia. Et cõfirmatur. Habitus quo iudicamus de primis principijs speculatiuis pertinet ad intellectum, ergo & ille quo iudicamus de primis principijs practicis.

AD primum argumentum in oppositum respondetur, quod synderesis annumeratus fuit ab Aristotel. loco citato in argumento inter habitus intellectuales. Nam, vt docet Diuus Thomas locis citatis, synderesis est habitus, qui ab Arist. appellatur intellectus principiorũ. Habitus enim primorum principiorum operabilium est synderesis, & sic habitus primorum principiorum speculabilium retinuit nomen generis, vt autem condistinguitur ille habitus per ordinem ad operabilia dicitur synderesis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deresis. ¶Ad secundum argumentum respō detur, q̄ obiectum synderesis non est bonum sub ratione bon, sed potiùs sub ratione veri practici, & ordinabilis ad operationem, sicut de obiecto intellectus practici dixit D.Tho ar.11.ad secundum.

DVbitatur secundo in hoc articulo. Vtrùm synderesis ita sit naturalis, q̄ sit congenitus siue innatus ipsi intellectui, an verò sit acquisitus nostris actibus? Et videtur quòd non sit naturalis. Nam Aristot. multoties asserit intellectum nostrum esse tanquam tabulam rasam, in qua nihil est scriptum. Item in 2. Posteriorum cap. vltimo inquirens de causa habitus principiorum in nobis (quem idem esse diximus atque synderesim) dicit, quòd ex sensibus, & experientijs producitur in nobis. Ipse etiam Diuus Thomas in 1. 2. quæstione. 52. artic. 1. & 2. contra gentes capite. 78. dicit, quòd habitus principiorum partim est naturalis, & partim acquisitus, ergo falso dicit in hoc articulo esse simpliciter naturalem. Item Diuus Thomas in prima secundæ quæstione. 57. articulo. 2. ad secundum. & in 2. distinctione. 24. quæstione secunda, articulo quarto ad sextum, dicit, quòd habitus principiorum & conclusionum, quæ ex eis eliciuntur, non sunt diuersi habitus; sed habitus conclusionum est acquisitus, est enim habitus scientificus, vt ipse dicit. 1. Posteriorum lectione septima. in medio. & lectione 44. ergo habitus principiorum, qui est synderesis, non est naturalis. Sed quia hæc quæstio solet communiter disputari in 1. 2. loco citato, & quæstione. 63. articulo. 1. Ideo breuissimè nos expediemus ab illa. Magister sapientissimus Soto libro. 1. de iustitia. quæstio. 4 articul. 1. & alij existimant, quòd habitus primorum principiorum etiam circa operabilia est omnino naturalis, & quòd non est qualitas distincta ab ipso intellectu, sed ipsemet intellectus quatenus est propensus, & inclinatus ad assentiendum primis principijs, dicitur & est habitus primorum principiorum. Huic sententiæ adhæserat priùs Durand. in 3. distinctione. 33. quæstione. 1. ad secundum.

¶ Alij existimant esse qualitatem distinctam ab intellectu, sed nullo modo acquisitam sed innatam. Alij vero dicunt esse habitum acquisitum à nobis per primum assensum circa prima principia operabilia vel speculabilia. Quam sententiam tenent multi ex modernis Theologis.

IN hac difficultate omnino præsupponere oportet id, quod dubio præcedenti diximus, synderesim non distingui ab illo habitu, quem Aristoteles vocat intellectum principiorum. Dicitur enim intellectus principiorum, retento nomine communi ille habitus, quatenus per illum assentimur primis principijs speculabilibus; synderesis autem quatenus per eúdem assentimur primis principijs operabilium, vt bonum est prosequendum, malum autem fugiendum. Hoc supposito idem iudicium erit de habitu primorum principiorum speculabilium, atque de synderesi quantum ad hoc quod in præsenti quærimus.

¶Sit ergo conclusio. Synderesis siue habitus primorum principiorum, partim est à natura, partim acquisitus. Hæc conclusio sub hac forma est Diui Thomę locis citatis à principio, & explicatione potius indiget quam probatione. Aduertendum est ergo, quod habitus primorum principiorum includit duo, lumen ipsum intellectuale, & species acquisitas. Hoc supposito sensus conclusionis est, quod habitus primorum principiorum quod attinet ad lumen intellectus est naturalis, æ vero est acquisitus quantùm ad species. Ex hac conclusione sic explicata facile erit intelligere testimonia Aristotelis, & Diui Thomæ à principio quæstionis proposita. Respondetur enim, quòd quando Aristoteles dixit, quod intellectus noster à principio est tanquam tabula rasa; id asseruit, quia nullas habet species: quando autem dicit, quod habitus principiorum ex sensibus & experientijs producitur in nobis, intelligitur quantum ad species. Ad testimonia Diui Thomæ iam constat ex hac conclusione. Ad vltimum eorum respondetur, quod quando Diuus Thomas dixit esse eundem habitum principiorum, & conclusionum, intelligitur de vnitate ordinis & causalitatis inquantùm scientia non habet neque potest habere rationem scientię nisi per continuationem ad habitum primorum principiorum,

cipiorum, iuxta illud quod dixit Aristotel. 1. Posteriorum. non posse habere aliquem scientiam nisi sciat conclusiones resoluere vsque ad prima principia.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrùm conscientia sit quędam potentia.

401 2.di.24. q.2. art. 4. & veri.q.17. art.1. Et Rom.2. li.3.col. 4. * Non multũ remotè ante me dium.li. 2. in epi stol. ad Ro. to. 3.li.12. de Tri. cap.7.2 med.to. 3.

AD tertiumdecimum sic proceditur, Videtur, quòd conscientia sit quadam potentia. Dicit enim Origen. * quòd conscientia est spiritus corrector & pædagogus animæ sciatus, quo separatur à malis, & adhæret bonis. Sed spiritus in anima nominat potentiam aliquam. Vel ipsam mentem, secundùm illud Ephesi. 3. Renouamini spiritu mentis vestræ. Vel ipsam imaginationem. Vnde & imaginaria visio spiritualis vocatur: vt patet per Augustinum. 12. super Genesim ad literam. * Est ergo conscientia quædam potentia.

¶ 2 Præterea. Nihil est peccati subiectum nisi potentia animæ. Sed conscientia est peccati subiectum. Dicitur enim ad Timotheum. Habens quibusdam quòd inquinatę sunt eorum mentes & conscientia. Ergo videtur quòd conscientia sit potentia.

¶ 3 Præterea. Necesse est quòd conscientia sit actus, vel habitus, vel potentia. Sed non est actus, quia non semper maneret in homine. Nec etiam habitus, nō enim esset vnum quid conscientia, sed multa. Per multos enim habitus cognoscitiuos dirigimur in agendis. Ergo conscientia est potentia.

Hier. c. 1. Ezec.

SED contra. Conscientia deponi potest, non autem potentia. Ergo conscientia non est potentia.

RESPONDEO dicendum, quòd conscientia, propriè loquendo, non est potentia, sed actus. Et hoc patet, tum ex ratione nominis: tum etiam ex his quę secundùm communem vsum loquendi conscientia attribuuntur. Conscientia enim secundum proprietatem vocabuli importat ordinem scientiæ ad aliquid. Nam conscientia dicitur, cum alio scientia. Applicatio autem scientiæ ad aliquid, fit per aliquem actum. Vnde ex ista ratione nominis, patet quòd conscientia sit actus. Idem autem apparet ex his, quæ conscientiæ attribuuntur. Dicitur enim conscientia testificari, ligare, vel instigare, vel etiam accusare, vel etiam remordere siue reprehendere. Et hęc omnia consequuntur applicationem alicuius nostræ cognitionis, vel scientię ad ea, quæ agimus. Quæ quidem applicatio fit tripliciter. Vno modo secundùm quod recognoscimus aliquid nos fecisse, vel non fecisse, secundùm illud Eccles. 7. Scit conscientia tua quia & tu crebro maledixisti alijs. Et secundùm hoc conscientia dicitur testificari. Alio modo applicatur secundùm quod per nostram conscientiam iudicamus aliquid esse faciendum, vel non faciendum. Et secundùm hoc dicitur conscientia ligare vel instigare. Tertiò modo applicatur secundùm quod per conscientiam iudicamus, quòd aliquid quod est factum, sit benè factum, vel non benè factum. Et secundùm hoc conscientia dicitur excusare vel accusare, seu remordere. Patet autem quòd omnia hæc consequuntur actualem applicationem scientię ad ea quæ agimus. Vnde propriè loquendo, conscientia nominat actum. Quia tamen habitus est principium actus, quandoque nomen conscientiæ attribuitur primo habitui naturali, scilicet synderesi: sicut Hieron. * in gloss. Ezech 1. synderesim conscientiam nominat: & † Basilius naturale iudicatorium. Et Damascē. dicit, quòd est lux intellectus nostri. Consuetum enim est quod causa & effectus per inuicem nominentur. Super illud quatuor facies vni tom.5. †Basi.in princip. Prouer.

AD primum ergo dicendum, quòd quando conscientia dicitur spiritus, pro mente ponitur, quia est quoddam mentis dictamen.

AD secundum dicendum, quòd inquinatio dicitur esse in conscientia non sicut in subiecto, sed sicut cognitum in cognitione: inquantum, scilicet, aliquis scit se esse inquinatum.

AD tertium dicendum, quòd actus, etsi non semper maneat: semper tamen manet in sua causa, quæ est potentia & habitus. Habitus autem, ex quibus conscientia informatur, etsi multi sint, omnes tamen efficaciam habent ab vno primo principio, scilicet ab habitu primorum principiorum, qui dicitur synderesis. Vnde specialiter hic habitus interdum conscientia nominatur, vt supra dictum est. * In corp. artic.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Conscientia propriè loquendo nec est potentia nec habitus, sed est actus synderesis.

¶ Secunda conclusio. Aliquando à sanctis Patribus conscientia vsurparur pro ipso habitu naturali synderesis.

COMMENTARIVM.

DVbitatur in hoc articulo breuiter. Vtrũ conscientia sit potentia vel actus vel habitus. ¶ In hac difficultate Alexander in 2. parte quæstione. 77. membro. 1. & sequentibus, aliquando dicit, quòd est potentia, aliquando vero quòd est habitus. D. Bonauentura in 2. distinct. 39. articulo. 1. quæstione. 1. quanuis sub dubio tractet, An sit actus vel habitus, magis tamen inclinat in illam sententiam, quòd est habitus in ipso intellectu, & in eandem sententiam inclinant alij, vt Scotus distinctio. 39. quæstione. 2. & Gabriel quæstione vnica, articulo. 2. & videtur illis fauere Diuus Damascen. libro. 4. de fide orthodoxa capit. 23. vbi dicit, quòd conscientia est lex mentis nostræ. Alij vero existimant conscientiam non esse habitum sed actum; dicunt tamen esse actum voluntatis; quæ sententia est Henrici quodlibeto. 1. q. 18. & Durand. q. 4.

¶ Nihilominus tamẽ vera sententia est, quam docet Diuus Thomas hic, & de veritate quæstio. 17. articul. 1. quòd conscientia est actus intellectus practici. Et quòd sit actus sufficienter conuincitur à Diu. Thoma. locis citatis. Quod vero pertineat ad intellectum practicum Sacræ scripturæ testimonijs videtur probari, quæ commodè explicari non possunt, nisi conscientia referatur ad intellectum, verbi gratia illud Genesi. 43. Non est in nostra conscientia, qui hoc fecerit. Ecclesiastes. 7. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti alijs. Item 1. ad Corinthios. 10. dicitur. Vt quid enim libertas nostra iudicatur ab aliena conscientia. Hinc sumitur argumentum. Scire & iudicare necessario referuntur ad operationem intellectus, ergo, &c. Et confirmatur. Quoniam conscientia dicitur reddere testimonium nobis, vt patet ad Romanos. 2. & 9. Item 1. ad Corinthios. 1. & Sapientiæ. 17. dicitur. Conscientiam redarguere, quæ omnia ad intellectum pertinent. Deinceps Sanctorum testimonia adiuuant. Nam Diuus Chrysostomus homilia. 17. super Genesi. vocat conscientiam iudicem incorruptum, & homilia. 2. super Psalm. 50. dicit conscientiam esse librum, in quo scribimus peccata, quæ gessimus. Ad quem modum loquitur Diuus Augustinus libro. 20. de ciuitate Dei. capit. 14. & 15. vbi dicit illos libros, qui aperiendi sunt in iudicio, significare conscientias nostras. Et Diuus Gregorius libro. 26. mora. capite. 18. & Seneca epistola 43. vocant conscientiam testem fidelissimum. Vide etiam D. Ambros. libro. 7. epistolarum, epistola 44. Et confirmari possunt hęc omnia ex illo veteri Prouerbio, quod Erasmus refert Chiliade. 1. centuria. 10. prouerbiorum, ex Quintiliano. 5. libro de instit. rethor. quòd conscientia est mille testes. Tertiò denique probatur ratione. Conscientia secundum communem doctrinam Theologorum in illa distinctione. 39. & Diui Thomæ in 1. 2. quæstione. 19. articulo. 3. dicitur aliquando erronea, aliquando vero recta. Hoc autem non potest pertinere nisi ad intellectum, in quo est scientia & error, ergo. Respondent tamen Henric. in illa quæstione. 18. quòd conscientia dicitur erronea propterea quòd non est conformis rectę rationi. Sed hæc solutio nulla est, quoniam pari ratione posset uocari à Theologis electio aut intentio erronea, quando non est conformis rectę rationi, quod tamen nullus Theologorum dixit. Denique sententiam D. Thom. docuit etiam Albertus in summa de homine, titu. de conscientia, quæs. 1.

¶ Sed contra hanc veritatem obijcit Durand. quędam argumenta, quæ tamen facilia sunt, & ad ea satis respondet Capreol. distinct. 39. quæstio. vnica ad argumenta Durand. contra quartam & quintam conclusionem. Maximè vero quoniam Durandus non negat conscientiam esse actum intellectus, sed dicit pertinere etiam ad voluntatem, & quæstionem esse de nomine tantum, de re autem constare apud omnes Theologos. ¶ Sed Henric. arguit pro sua sententia. In Sacra scriptura appellatur conscientia bona, ut patet. 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; sed bonũ propriè pertinet ad voluntatem, ergo. ¶ Respondetur primò, quòd cum conscientia sit actus intellectus practici, nihil mirum est, si in Sacra scriptura dicatur bona, sicut & ipse intellectus practicus vocatur bonus in Psal. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Item etiã, consiliũ actus intellectus practici est, vt patet. 1. 2. quæstione. 14. articu. 1. & tamen vocatur consilium bonum. 1. Macha. 4. Incidit illi consilium bonum. Vocatur autem conscientia bona non formaliter sed transumptiuè, videlicet, per participationem ab ipsa bonitate voluntatis, & per analogiam ad ipsam, sicut Scotus docet in illa distin. 39. ad primum. Respondetur secundò, qꝫ in illo testimonio D. Pauli, conscientia dicitur bona vocatur (vt insinuat D. Tho. ibid. lect. 2. & 4.) quando homo ita conuersatur, vt sine aliqua offensione sit ad Deum, vel proximum, sicut quando Actor. 23. dixit D. Paulus. Ego omni conscientia bona cõuersatus sum ante Deum, hoc est, sine aliqua offensione ad Deum, vel proximum, ex hoc autem non sequitur, quòd conscientia sit actus voluntatis. Respondetur tertio, quòd D. August. super Psal. 31. dicit conscientiam in illo testimonio accipi pro spe bonorum supernaturalium, sed hoc debet intelligi iuxta explicationem Diui Thomę quæst. 17. de verit. articu. 1. ad quintum secundo loco, quòd bona conscientia dicitur spes non formaliter, sed causaliter, quoniam bona conscientia efficit in homine, ut possit sperare bona supernaturalia.

QVAESTIO LXXX.

De potentiis appetitiuis in communi.

DEINDE *considerandum est de potentiis appetitiuis, Et circa hoc considerandа sunt quatuor. Primò, de appetibili in communi. Secundò, de sensualitate. Tertiò, de voluntate. Quartò, de libero arbitrio.*

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm appetitus sit aliqua specialis animę potentia.

AD PRIMVM *sic proceditur. Videtur, quòd appetitus non sit aliqua specialis anima potentia. Ad en enim, quę sunt communia animatis & inanimatis, nõ est aliqua potentia animæ assignanda. Sed appetere est commune animatis & inanimatis, quia bonum est quod omnia appetunt, vt dicitur in 1. Ethicorum.* Ergo *appetitus non est specialis potentia animæ.*

¶ 2 *Præterea, Potentia distinguuntur secundum obiecta. Sed idem est quod cognoscimus & appetimus. Ergo vim appetitiuam non oportet esse aliam prater uim apprehensiuam.*

¶ 3 *Præterea, Commune nã distinguitur contra proprium. Sed qualibet potentia animæ appetit quoddã particulare appetibile, scilicet obiectum sibi conueniens. Ergo respectu huius obiecti quod est appetibile in communi, non oportet accipi aliquã potentiam ab aliis distinctam quæ appetitiua dicatur.*

SED *contra est, qꝫ Philosophus* in 2. de Anima. *distinguit appetitiuum ab aliis potentiis. Damas* † *etiam in 2. lib. distinguit vires appetitiuas à cognitiuis.*

RESPONDEO *dicendum, quòd necesse est ponere quandam potentiam animæ appetitiuam.*

AD *cuius euidentiam considerandũ est, quod quanlibet formã sequitur aliqua inclinatio. Sicut ignis ex sua forma inclinatur in superiorem locum, & ad hoc qꝫ generet sibi simile. Forma autem in his, quę cognitionem participant, altiori modo inuenitur quàm in his, quę cognitione carent. In his enim, quæ cognitione carent, inuenitur tantummodo forma ad vnum esse proprium determinans vnumquodque, quod etiã naturale vniuscuiusque est. Hanc igitur formam naturalem sequi-*

Lib. 1. Ethi. c. 2. to. 5.

Li. 2. de anima, tex. 27. tom. 2.

Dam. li. 2. orth. fid. cap. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur naturalis inclinatio, quę appetitus naturalis vocatur. In habentibus autem cognitionę sic determinatur vnumquodque ad propriũ esse naturale per formam naturalem, qã tamẽ est receptiuum specierum aliarum rerum. Sicut sensus recipit species omnium sensibilium, & intellectus omnium intelligibilium. Et sic anima hominis scit omnia quodammodo secũdum sensum & intellectum. in quo quodammodo cognitionem habentia ad Dei similitudinem appropinquant, in quo omnia præexistunt, sicut Dionys. dicit. Sicut igitur forma, altiori modo existunt in habentibus cognitionem supra modũ formarum naturaliũ, ita oportet q̃ in eis sit inclinatio supra modũ inclinationis naturalis, quæ dicitur appetitus naturalis. Et hæc superior ẽclinatio pertinet ad uim animę appetitiuã, per quã animal appetere potest ea, quæ apprehendit, non solũ ea ad quæ inclinatur ex forma naturali. Sic igitur necesse est ponere aliquã potentiã animæ appetitiuam.

In cor. art.

AD primum ergo dicendum, quòd appetere inuenitur in habentibus cognitionem supra modum communem, quod inuenitur in omnibus, vt dictum est. Et ideo oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animæ.*

AD secundum dicendum, quòd id quod apprehenditur & appetitur, est idẽ subiecto, sed differt ratione. Apprehenditur enim vt est ens sensibile vel intelligibile, appetitur verò vt est cõueniens aut bonũ. Diuersitas autem rationum in obiectis requiritur ad diuersitatem potentiarum, non autem materialis diuersitas.

AD tertium dicendum, quòd vnaquæque potentia anima est quadam forma seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquęque appetit obiectum sibi conueniens naturali appetitu, supra quem est appetitus animalis consequens apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiæ, vtpotè, visio ad videndũ, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Necesse est ponere in anima appetitum, qui sit specialis potentia animæ. Ratio. Quia omnem formam sequitur aliqua inclinatio; sed in cognoscentibus reperitur forma altiori modo, quam in cognitione carentibus, ergo in illis inuenitur altior inclinatio, quàm in istis; quę inclinatio dicitur potentia animæ appetitiua, per quam animal appetere potest ea, quæ apprehendit, & non solùm ea, ad quæ inclinatur ex forma naturali.

COMMENTARIVM.

DE conclusione huius articuli nulla est difficultas aut controuersia. Est enim expressa sententia Aristot. 3. de Anima text. 29. & 42. & sequentibus. & in. 6. Ethicor. cap. 6. vbi docet esse ponendum appetitum in anima, qui sit specialis potentia, & speciale principium agendi. Est etiam sententia D. Damasce. 2. lib. de fide orthod. cap. 12. & communis sanctorum, & Theologorum & Philosophorum, & ratio D. Tho. (Caieta. dicit) demonstrat conclusionem à priori. ¶ Ad cuius explicationem notandum est primo cum eodẽ Caietano, quòd sicut anima potest considerari in homine secundum duplicẽ statum, videlicet, vel secundùm esse naturale, qua rationale, tribuit homini esse determinatum sub tali specie, vel inquantùm est determinabilis per formas aliarum rerum apprehensas, per quas anima quodammodo fit omnia, vt Aristoteles dicit in. 3. de Anima text. 37. & explicatum est iam quæstione. 78. artic. 3. & 4. & quæstione. 79. artic. 2. & 3. quam duplicem distinctionẽ D. Thomas insinuat hic & supra quæstione. 14. artic. 1. Ita etiam oportet distinguere in animę duplicẽ inclinationem. Prima est naturalis, quæ consequitur omnem naturam iuxta primum modum essendi; & hæc inclinatio neque est potentia neque actus, sed est quædam propensio, vel pondus ipsius naturæ in illud, quod est sibi conueniens: sicut dicimus, quòd in igne est naturalis inclinatio ad locum sursum, & in lapide ad locum deorsum. Altera verò inclinatio est, quæ

quæ consequitur naturam iuxta secundum modum essendi, iuxta quem alias multas formas apprehendit tanquam sibi conuenientes, & hęc inclinatio dicitur appetitus, qui est specialis potentia elicitiua actuum; quæ potentia quoniam sequitur formam, ratione secundi status hoc habet, vt non possit exire in actum appetendi, nisi ipsa forma constituatur in eodem statu per aliquam apprehensionem potentiæ cognoscitiuæ. Vnde ortum habuit illud, quod Diuus Augustinus libro. decimosexto. de Trinitat. capite primo, & secundo dixit, quòd voluntas nunquam fertur in illud, quod est ignotum, & commune axioma est Philosophorum, quòd nihil est volitum, quin sit præcognitum.

¶ Secundò notandum est circa solutionem ad tertium, quòd quauis quęlibet potentia siue sensitiua, siue intellectiua inclinetur naturaliter in suum proprium actum secundùm quòd est sibi conueniens, tamen quia actiones alicuius potentię exercentur aliquando non solum propter bonum speciale ipsius potentię, sed etiam propter bonum aliarum partium. Non enim semper videt oculus propter bonum ipsius potentiæ tantum, sed etiam propter bonum capitis, pedis, &c. sicut insinuauit Apostolus. 1. Corint. 12. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo, neque rursus caput pedibus, non estis mihi necessarij; propterea in animali præter inclinationem naturalem, quam habet quelibet potentia ad suum actum, oportet assignare aliam potentiam, quæ sit appetitus, & inclinatio totius animalis, & inclinet alias potentias ad suos actus secundùm quod sunt vtiles aliis partibus, & ipsi animali, siue ille sit appetitus sensitiuus, siue intellectiuus. Nam in hoc articulo Diuus Thomas solum diffinit de appetitu naturali in communi. Cæterùm de hac distinctione appetitus in naturalem, & animalem iam dictum est supra quæstione. 78. artic. 1. & legendus est Caietan. supra quæst. 19. art. 1.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm appetitus sensitiuus & intellectiuus sint diuersæ potentię.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod appetitus sensitiuus & intellectiuus non sint diuersæ potentię. Potentię enim non diuersificantur per accidentales differentias, vt supra dictum est. Sed accidit appetibili quòd sit apprehensum per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersæ potentiæ.* 403 Veri. q. 15. ar. 3. corp. & q. 22. ar. 4. Et 1. de Ani. lect. 10. col. 3

¶ 2. Præterea. Cognitio intellectiua est uniuersalium, & secundùm hoc distinguitur à sensitiua, quæ est singularium. Sed ista distinctio non habet locum ex parte appetitiuæ. Cũ enim appetitus sit motus ab anima ad res, quæ sunt singulares, omnes appetitus uidentur esse rei singularis. Non ergo appetitus intellectiuus debet distingui à sensitiuo. Et li. 3. lect. 14. col. 2. * q. 77. ar. 3. & 79. ar. 7.

¶ 3 Præterea. Sicut sub apprehensiuo ordinatur appetitiuum, vt inferior potentia, ita & motiuum. Sed non est aliud motiuum in homine consequens intellectum, quàm in alijs animalibus consequens sensum. Ergo pari ratione neque est aliud appetitiuum.

SED contra est, quòd Philosophus in 3. de Aia distinguit duplicem appetitum, & dicit quòd appetitus superior mouet inferiorẽ.* Li. 3. de Anima. text. 57. tom. 2.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere appetitum intellectiuum esse aliam potentiam à sensitiuo. Potentia enim appetitiua est potentia passiua, quæ nata est moueri ab apprehenso. Vnde appetibile apprehensum est mouens non motũ, appetitus autẽ mouens motum, vt dicitur in 3. de Anima, & 11. Met. Passiua aũt & mobilia distinguuntur secundùm distinctionem actiuorum & motiuorum, quia oportet motiuũ esse proportionatum mobili, & actiuum passiuo; & ipsa potentia passiua propriam rõnem habet ex ordine ad suum actiuum. Quia igitur est alterius generis apprehensum per intellectum, & apprehensum per sensum, consequens est quòd appetitus intellectiuus sit alia potentia à sensitiuo.* Li. 5. de anima, tex. 54. to. 2. & 11. Met. ta. text. 35. to. 3.

AD primum ergo dicendum, quòd appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, vel intellectum, sed per se ei conuenit.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam appetibile non mouet appetitum nisi A *inquantum est apprehensum. Vnde differentiæ apprehensi sunt per se differentiæ appetibilis. Vnde potentiæ appetitiuæ distinguuntur secundum differentiam apprehensorum, sicut secundùm propria obiecta.*

AD secundùm dicendum, quòd appetitus intellectiuus, etsi feratur in res, quæ sunt extra animam singulares, fertur tamen in ea secundùm aliquam rationem vniuersalem, sicut cum appetit aliquid quia est bonum. Vnde Philosophus dicit in sua Rhetorica, quod B

Li.2. ar- *odium potest esse de aliquo vniuersali, puta*
tis rhet. *cùm odio habemus omne latronum genus. Si-*
c.4. non *militer etiam per appetitum intellectiuum ap*
remotè *petere possumus immaterialia bona, quæ sen-*
à fine, *sus non apprehendit, sicut scientiam, virtu-*
tom. 6. *tes, & alia huiusmodi.*

AD tertium dicendum, quòd sicut dicitur
Li. 3. de *in 3. de Anima,* opinio vniuersalis non mo-
æia. tex. *uet nisi mediante particulari, & similiter ap*
57.& 58 *petitus superior mouet mediante inferiori. Et*
tom. 2. *ideo non est alia vis motiua consequens intel* C
lectum & sensum.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Ratio Passiua, & mobilia distinguuntur secundùm distinctionem actiuorum & motiuorum, quia motiuum debet esse proportionatum mobili, & actiuum passiuo; sed appetitus est potentia passiua apta nata moueri ab obiecto apprehenso, ergo cum duplex sit apprehensum, scilicet, apprehensum per intellectum, & apprehensum per sensum, duplex etiam erit appetitus, videlicet, intellectiuus & sensitiuus.

COMMENTARIVM

CONclusionem huius articuli constituit Diuus Thomas tanquam doctrinam E Aristotelis 3. de Anima capite. 11. text. 57. & sequentibus, & est communis doctrina & certissima apud omnes, qui rectè sentiunt. Quapropter in hac re nullo modo est audiendus Gregorius Arim. in 2. distinctio. 16. circa finem articuli, vbi docet, quòd appetitus sensitiuus & intellectiuus non distinguuntur realiter, sed solum ratione, quem sequuntur alij autores minoris notæ. Sed iste error trahit originem ex altero errore eiusdem Gregorij eadem distinctio. 16. vbi existimauit potentias animæ intellectiuas & sensitiuas non distingui realiter ab ipsa anima. Contra quam opinionem iam diximus satis superque in superioribus, quæstio. 77. artic. 1. & 3. Ex ibi dictis patet confutatio istius sententiæ.

¶ Quòd si quis argumentetur contra conclusionem argumento primo Diui Thomæ. Potentiæ non diuersificantur secundùm illa, quæ per accidens conueniunt suis obiectis, vt explicatum est quæstione. 77. articul. 3. & quæstione. 79. articul. 6. & 7. sed quòd bonum apprehendatur vt vniuersale, vel vt particulare per accidens se habet ad rationem boni, ergo non distinguit potentias appetitiuas. Respondetur cùm D. Thom. negando minorem, quoniam obiectum appetitus non est bonum præcisè, sed bonum apprehensum: quapropter diuersa ratio in apprehendendo bonum efficit diuersas potentias appetitiuas. Sed contra hanc solutionem replicatur. Sequitur ex illa, quòd etiam sint assignandi plures appetitus sensitiui iuxta diuersos modos apprehendendi bonum sensibile per sensus interiores, vel exteriores, quos modos explicuimus in quæstione. 78. articulo. 3. & 4. Consequens autem est falsum, ergo. Ad D hoc respondetur, quòd diuersitas apprehensionis per sensus exteriores, vel interiores per accidens se habet ad bonum sensibile. Semper enim apprehendit obiectum sub ratione speciali boni sensibilis, ita quòd non variatur ratio formalis obiecti ipsius appetitus. Cæterùm quo pacto variatur ratio obiecti ad distinguendum appetitum in irascibilem, & concupiscibilem; explicandum est quæstione sequenti ar. 2.

AT verò circa hanc solutionem & rationem Diu. Thom. pro conclusione dubitatur primo. Vtrùm apprehensio obiecti sit ratio formalis ipsius finis in ordine ad appetitum, & non sola conditio, vel applicatio? Quæstio sanè vetus & difficilis inter Metaphysicos. Quapropter libet eam latiùs discutere, ac definire.

¶ Arguitur primo & probatur, quòd sit A ratio formalis. Quoniam, vt docet D. Thomas in ista ratione, bonum apprehensum per intellectum est obiectum formale voluntatis, & bonum apprehensum per sensum est obiectum formale appetitus sensitiui, ergo apprehensio non est sola conditio ad distinguendas species istas potentias. Et confirmatur. Nam in solutione ad primum dicit, quòd appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, vel per intellectum, sed per se illi conuenit esse apprehensum, quia appetibile non mouet appetitum nisi inquantum est apprehensum. Vnde differentiæ apprehensi, sunt per se differentiæ appetibilis. Et in 1. 2. quæstione. 31. articulo. 3. ad primum, dicit, quòd diuersitas apprehensionis pertinet quodammodo ad diuersitatem obiecti, & prius in eadem quæstione articul. 1. ad primum dixerat: Finis quamuis sit postremus in executione, est tamen primus in intentione agentis, & hoc modo habet rationem causæ, ergo secun- C dùm esse, quod habet in intentione, habet rationem formalem causæ finalis: imo vero & Caietan. in 1. 2. quæstione. 30. articul. 3. circa solutionem ad secundum docet expresè, quòd apprehensio respectu obiecti appetitus non se habet sicut approximatio actiui vel passiui, sed vt ratio obiectiua: & opposita dicit esse alienum a vera philosophia. Quod & probat ibi aliquibus argumentis.

¶ Secundò. Finis aut est bonum verum, D aut apparens bonum, vt Aristoteles dicit. 2. Physicorum text. 31. sed apparens bonum est tale secundum esse, quod habet in apprehensione, ergo.

¶ Tertiò. Bonum secundùm esse, quod habet in apprehensione, & non secundum esse quod habet in re, dat speciem actibus humanis, ergo esse in apprehensione est ratio, & non conditio. Probatur consequentia. Quoniam species semper constituitur ex ratione formali, & non ex conditione. Antecedens vero probatur dupliciter. E Primò ex Diuo Thoma in 1. 2. quæstio. 1. articul. 3. ad secundum, vbi dicit, quòd finis secundùm quòd est prior in intentione dat speciem actui humano. Secundò, quoniam bonum, quod à parte rei est tale, si apprehē-

datur vt malum, & volùtas illud prosequatur, efficitur malum, vt patet. 1. 2. q. 19. art. 5. ad tertium, & ex consequenti illud obiectum secundum qp est in apprehēsione dat speciem. Confirmatur. Bonum & malū secundùm diuersas apprehensiones causant operationes diuersas specie. v.g. quādo malum apprehenditur vt præsens, causat tristitiam; quando verò apprehenditur vt futurum, causat timorem; vt D. Tho. docet in 1. 2. tract. de passionibus, ergo.

B ¶ Quartò. Apprehēsio nō solū est necessaria, vt bonū appetibile sit cōiunctū, & approximatū appetitui, sed etiam vt sit illi debitè proportionatū, ergo. Probat consequentia. Qm̄ idcirco lux dr̄ rō sub qua color mouet visum, quoniam per lucem constituitur color in esse obiecti proportionati potētiæ visiuę, & propterea abstractio dr̄ rō sub qua obiecti scientifici, quoniam per illam proportionatur formaliter ipsi scientię. Antecedens vero probatur & explicatur. Quoniā bonum appetibile secundùm esse, quod habet in re, non est sufficienter proportionatū naturæ animali, vel intellectuali, sed ei proportionatur per apprehensionem secundū qp fit quodammodo vnum cū ipso afali in esse cognito, & ex consequēti proportionatum appetitui eius, quoniam appetitus sem per sequitur naturam suæ formæ.

¶ Quintò. Nam sequitur. qp si apprehensio est conditio sine qua non, respectu appetitus, qp saltim per potentiam diuinam possit appetitus ferri in bonum non apprehensum, consequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam quamcunque conditionem potest Deus supplere, vt quòd ignis agat in passum non approximatum.

IN oppositum est primo Di. Thom. in 2. 2. quæstione. 26. articulo. 2. ad primum, vbi expresè dicit. Dupliciter est aliquid causa amoris. Primò, tanquam id, quod est ratio diligendi, & sic bonum est causa dilectionis, quia vnumquodque diligitur E inquantùm habet rationem boni. Secundò, quia est via ad acquirendam dilectionem, & hoc modo visio est causa amoris, non quòd ea ratione aliquid est diligibile, quia est visibile, sed quia per visionem ducimur ad dilectionem. Præterea in quæstio. 25. de veritate articulo. 1. ad sextum dicit, qp diuersitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersitas apprehensionum per accidens se habet ad vires appetitiuas, nisi adiungatur ei diuersitas apprehensorum. Nam sensus non apprehendit bonitatem absolutam, quam tamen apprehendit intellectus, ex quo diuersificantur appetitus inferior, & superior, ergo sentit Diuus Thomas, quòd visio vel apprehensio obiecti non est ratio sub qua.

¶ Secundò. Idem Diuus Thomas in 1.2.quæstione.67.articul.6.arguit sic secundo loco. Obiectum amoris est bonum apprehensum; sed alia est apprehensio viæ; & alia patriæ, ergo alia charitas est viæ, & alia patriæ. Et respondet ad secundum, quòd charitas non habet pro obiecto ipsam cognitionem, sic enim non esset eadem charitas viæ & patriæ; sed habet pro obiecto ipsam rem cognitam, quæ eadem est in via & in patria, & propterea manet eadē charitas. In quo loco Caietanus animaduertit, quòd respectu charitatis, cognitio vel apprehensio tenet se ex parte subiecti, & non ex parte obiecti ac ex consequenti per accidens se habet ad charitatem. Ad hoc argumentum aliqui respondent, quòd diuersa apprehensio non causat diuersam appetitionem secundùm speciem, nisi quando apprehenditur bonum sub diuersa ratione boni. In charitate verò viæ & patriæ apprehenditur eadem ratio boni, & propterea non variatur species charitatis.

¶ Sed hęc solutio alijs non satisfacit. Aiunt enim quòd in multis deficit. Primò. Quia secundum eam iam admitteretur diuersitas apprehensionis, quæ non sit ratio sub qua ex parte obiecti vel finis, sed sola conditio vel applicatio obiecti. Secundò. Quoniam Diuus Thomas in locis modo citatis absolutè docet, quod visio vel cognitio non se tenet ex parte obiecti, neque variat rationem formalem boni. Certum est autem etiam apud istos autores, quòd ratio formalis sub qua variat rationem obiecti, & causat diuersam speciem. Tertiò. Quoniam si sola illa apprehensio causat diuersam appetitionem secundum speciem in qua apprehenditur bonum sub diuersa ratione boni, ergo non ex parte apprehensionis diuersæ, sed ex diuersa ratione boni apprehensi uariantur appetitiones secundùm speciem. Quod certè videtur legitimus sensus in illa quæstione vigesimaquinta de veritate citata, quando dicit, quòd diuersitas apprehensionum per accidens se habet ad potentias appetitiuas, nisi adiungatur ei diuersitas bonorum apprehensorum. Quartò. Quoniam apprehensio nunquam potest causare diuersam rationem boni in genere causæ formalis & tanquam ratio obiectiua, sed solùm in genere causæ efficientis, vel manifestantis, inquantùm proponit voluntati aliquod bonum esse in re siue illud sit verè bonum in re, siue fingatur esse, ergo hæc solutio non potest esse vera, nec ad mentem Diui Thomæ. Probatur consequētia. Quoniam id, quod pertinet ad causam efficientem, non potest esse ratio sub qua ex parte obiecti.

¶ Alij ergo viri docti reiecta hac solutione conantur huic argumento respondere, quòd apprehensio intellectus, quam ipsi dicunt esse rationem formalem sub qua, non est apprehensio speculatiua, sed practica: visio autem beatifica & cognitio fidei non distinguuntur in ratione practica, sed in speculatiua, quoniam vna est clara & euidens, altera verò est obscura: euidentia autem & obscuritas pertinent ad speculationem, & non ad praxim. Quapropter illa diuersitas non pertinet ad rationem obiecti, nec sufficit variare speciem charitatis. Sed hæc etiam solutio alijs non videtur minus falsa quam prima: Primò. Quoniam inquiunt, quòd non explicat qua ratione si illa apprehensio esset practica variaret speciem. Nam si variaret speciem propterea q apprehendit diuersam rationem formalem obiecti, iam coincidit cùm priori solutione. Si verò non apprehendat diuersam rationem formalem boni, certum est quod etiam si apprehensio sit practica, non sufficit variare potentiæ vel habitus speciem. Secundo. Quoniam Diuus Thomas in illa solutione ad secundùm absolutè respondet, quòd ipsa cognitio non pertinet ad obiectum charitatis formale, neque distinguit de cognitione practica; aut speculatiua, sed infert, quod si cognitio pertineret ad obiectum charitatis, non esset eadem charitas in via & in patria. Tertiò. Quoniam iam supponit Diuus

Diuus Thomas tanquam notum, quòd apprehensio boni, quod proponitur voluntati, vt voluntas illud prosequatur & amet; semper est apprehensio practica saltim extensiuè: & de visione beatifica constat 1.2.quæstione 3. articulo quinto. quod est aliquo modo practica inquantum proponit voluntati diuinam bonitatem, vt illam amet, & ea fruatur; & de cognitione fidei docent discipuli Diui Thomæ in secunda secundæ quæstione quarta. articulo secundo, ad tertium. quòd est etiam practica extensiuè, aut eminenter, inquantum mouet charitatem ad amandum & operandum. Quarto. Quoniam hæc solutio sicut & prior non potest satisfacere verbis Diui Thomæ citatis ex quæstione 25. de veritate articulo primo. ad sextum. vbi Diuus Thomas dicit, quòd diuersitas apprehensionum per accidens se habet ad potentias appetitiuas, nisi adiungatur ei diuersitas bonorum apprehensorum: vbi Diuus Thomas non distinxit de apprehensione speculatiua vel practica: quin potius supponebat tanquam notum, quòd apprehensiones destinatæ ad mouendas potentias appetitiuas semper sunt practicæ.

¶ Tertio arguitur principaliter. Bonitas finis, quæ est in re, est eadem realiter & formaliter cùm bonitate, quæ est in intentione, quanuis differant secundum modum essendi in re, aut in intellectu; quod quidem est, accidentale ad rationem bonitatis ut sic: quemadmodum docet Diuus Thomas in capite quarto. de ente & essentia, quòd homini ut homo est accidentaliter conuenit, quòd sit in intellectu aut in rebus: sed una & eadem ratio bonitatis accidentaliter tantum uariata non potest esse ratio sub qua sui ipsius, ergo esse in apprehensione non potest esse ratio sub qua bonitatis, quæ est in re. Maior ab omnibus conceditur, & est notissima. Minor ueto probatur. Quoniam si sola differentia accidentalis uersatur inter bonitatem, quæ est in re, & quæ est in intellectu, hæc non potest sufficere, ut una sit ratio sub qua altera.

¶ Sed etiam ad hoc argumentum conantur respondere aliqui autores, quòd bonitas apprehensa secundum quòd est in apprehensione, habet ex natura sua, quòd sit ratio sub qua respectu uoluntatis, propterea quòd ex natura sua habet efficere proportionem inter bonitatem finis & ipsam uoluntatem, quanuis eadem bonitas, quæ est in apprehensione, sit etiam ratio formalis quæ, non ratione sui ipsius, sed tanquam gerens uicem bonitatis, quæ est in re. Sed contra hanc solutionem arguitur primo. Quoniam si eadem bonitas formaliter est in rebus, & in apprehensione, & illi accidit iste diuersus modus essendi, non potest bene intelligi, quo pacto bonitas, quæ est in apprehensione, sit ratio formalis sub qua bonitatis, quæ est in re per ordinem ad uoluntatem. Ratio est, quoniam esse in apprehensione nihil addit supra bonitatem finis, quæ est in re, præter entitatem aut relationem rationis. Certum est autem, quòd entitas aut relatio rationis nō potest esse ratio sub qua entitatis, quæ est in re, quanuis possit esse conditio. Quemadmodum communiter dicitur ex mente D. Thomæ, quòd esse abstractum à singularibus, siue esse uniuersale, est conditio necessaria, ut intellectus feratur in suum obiectum, non tamen potest esse ratio formalis sub qua. Secundo. Quoniam si illa solutio esset uera; pari ratione sequeretur, q̄ per ordinem ad obiectum intellectus, esse intentionale, quòd obiectū habet in specie intelligibili uel cōceptu, esset ratio sub qua ipsius obiecti secundum q̄ est in re: consequēs est falsum, ergo. Probatur sequela. Quoniam obiectū intellectus proportionatur ipsi intellectui per esse intentionale, quod habet in specie intelligibili; imo uero prius & magis requiritur ista proportio in ordine ad intellectum, cui proprium est trahere res ad se: nam uoluntas potius trahitur ad res ipsas, dummodo illi proponantur ab intellectu. Tertio. Q̄m etiam applicatio agentis ad passum constituit proportionem necessariam inter ipsa, ut actu possit esse operatio: nam ante applicationem non est sufficiens proportio inter agens & passum, & tamen hæc applicatio non est ratio formalis sub qua sed sola conditio, ergo illa solutio non est sufficiens, quæ procedit ex proportione obiecti ad voluntatem.

¶Quartò arguitur principaliter. Ratio formalis sub qua cuiuslibet potentiæ, vel habitus quamuis primo se teneat ex parte potentiæ, tamen refunditur in obiectum, propterea quòd obiectum non attingitur, nisi vt stat sub illa ratione; sed apprehensio finis non refunditur isto mõ in obiectũ appetitus, ergo. Maior ab omnibus conceditur propter illam rationem. Minor verò probatur. Quoniam voluntas fertur in bonum vel finem ex ratione, qua bonum est & conueniens non attendendo aliquam aliam rationem apprehensionis, ergo illa apprehensio non refunditur in obiectum tanquam ratio illius.

¶Ad hóc argumẽtum respondent etiam aliqui, quòd vt illa ratio sub qua dicatur refundi in obiectum, nõ oportet vt in actu signato exprimatur in ipso obiecto formali, sed satis est quòd in actu exercito potentia non feratur in obiectum, nisi vt stat sub illa ratione, ver. gr. lumen intellectuale est ratio sub qua obiecti intellectus, & tamen ex parte ipsius obiecti formalis non explicatur hæc ratio luminis in actu signato, & eodem modo contingit in voluntate respectu apprehensionis boni: satis ergo est, q ex parte potentiæ sit aliquod medium formale, per quod feratur in ipsum obiectũ, & diffundi possit in ipsum obiectum, vt dicatur ratio sub qua. Hæc solutio non caret probabilitate, in doctrina quam ipsi adhibent. Nihilominus tamen secundum probabiliorem doctrinam in schola Diui Thom. id, quod se tenet ex parte subiecti vel potentiæ quando non transit in obiectum ita vt sit differentia per se illius, non dicitur ratio sub qua formalis ipsius obiecti, sed dicitur conditio obiecti, v.gra. docet Caiet. in 2.2. quæst. 1. artic. 6. circa solutionem ad secundum, quòd esse non visum, quod ex subiecto redundat in obiectum fidei, non est propriè ratio formalis obiecti fidei, sed est conditio illius tenens se ex parte subiecti. ¶Quinto arguitur principaliter. Apprehensio nihil reale ponit in obiecto voluntatis, sed ratio formalis sub qua obiectum mouet potentiam necessariũ est ponat aliquid reale in obiecto mouente potentiam, ergo apprehensio non est ratio formalis sub qua obiecti voluntatis. Minor probatur. Obiectum mouet realiter potentiã, ergo ratio formalis sub qua mouet, debet esse aliqua realis perfectio ipsius obiecti. Et confirmatur. Obiectum quod alicuius potentiæ, specificat operationes eius quatenus indut rationem formalem sub qua, sed specificat illas realiter, ergo ratio sub qua specificat debet esse realis in ipso obiecto. ¶Sextò & vltimo arguitur. Apprehensio finis non est aliud ꝙ manifestatio finis facta voluntati, sed manifestatio obiecti non est ratio formalis obiectiua, sed sola conditio, ergo. Minor patet, maior probatur. Apprehensio finis non constituit aliquã proportionem inter voluntatẽ & ipsum finem, nam tota proportio voluntatis ad finem consistit in habitudine ipsius voluntatis ad bonitatem & conuenientiam, quæ se tenet ex parte finis prout est ad extra, ergo. Confirmatur. Vniuersi. Metaphysici constituunt hanc differentiã inter intellectum & voluntatem, ꝙ intellectus fertur ad res prout sunt in ipso intellectu, voluntas verò fertur ad res prout sunt ad extra in semetipsis, ergo esse in apprehensione non est ratio sub qua obiecti voluntatis, nam aliter voluntas tenderet ad rẽs prout sunt ad intra.

IN hac difficultate prima sententia est, quam communi consensu hactenus docuerunt vniuersi discipuli Diui Thom. Dominus Caietanus 1. parte quæst. 5. artic. 4. & in 1.2. quæstione 1. articu. 1. circa solutionem ad primum. & contra ibidem Ferrarien. 1. contra gent. capite 44. Soncin. 5. Metaphys. quæstione 3. Soto in 2. Physicorum quæstione 3. & omnes alij. Hæc sententia consistit in tribus conclusionibus.

¶ Prima conclusio. Finis mouet operantem secundum illam bonitatem, quam habet à parte rei. Probatur primò. Finis est id cuius gratia aliquid fit, vt habetur 2. Physicorum text. 29. sed bonitas finis, quæ est in re, est cuius gratia aliquid fit, ergo. Secundo. Finis est vltimum & optimum, quod si non obtineamus dicimur frustrari, vt Aristoteles dicit 2. Physicorum text. 31. Sed hæc conueniunt fini secundum esse quod habet à parte rei: nam bonum & malum in rebus sunt & non in anima, vt dicitur 6. Metaph. tex. 8. ergo.

¶Secun-

¶Secunda conclusio. Finem esse in apprehensione operantis est conditio necessaria, vt finis moueat. Itaque sicut in actionibus physicis applicatio agẽtis ad passum est conditio necessaria, quia vt habetur 7. Physicor. text. & 1. de Generat. text. 78. Vbi non est contactus actiui & passiui non est actio, ita etiam vt finis moueat, est necessaria applicatio per apprehensionem potentiæ cognoscitiuæ. In quo sensu Aristoteles dixit 1. de Generatione text. 55. quòd finis mouet operantem metaphoricè & intentionaliter, id est, non applicatus applicatione physica, sed intentionaliter per apprehensionem potentiæ cognoscitiuæ. In quo sensu probatur conclusio. Finis est prima causarum, & mouet alliciendo appetitum, vt Aristo. docet 2 Physico. tex 89. sed non potest esse prima causa nisi applicetur per apprehensionem, ergo.

¶ Tertia conclusio. Finis secundum ꝙ est in executione & in effectu nec dicit rationem formalem causæ, neque conditionem necessariam. Istam conclusionem docuit expressè Auicenna in sua Metaph. tract. 6. c. 5. & probat hoc argumento. Finis in executione est effectus causæ efficientis, ergo non habet rationem causæ neque finis. Confirmatur. Arist. docet in 1. de generatione text. 51. quòd adepto iam fine cessat motus tendentiæ in ipsum finem, quam propositionem explicat satis Ferr. 1. cont. gen. cap. 20. ergo cessat etiam omnis ratio, & conditio causæ finalis. Ex his colligit, hæc sententia, quòd quando dicitur, finis mouet secundum bonitatem quam habet à parte rei, illa dictio, secundum, importat rationem formalem mouendi & finalizandi. Quando verò dicitur, finis mouet secundum quòd est in intentione vel apprehensione, illa dictio, secundum, importat solam conditionem necessariam, sine qua non mouetur.

¶Secunda sententia est, quam sequuntur alij nostri temporis Theologi, quę consistit in duplici assertione. Prima est, quòd finem esse in apprehensione non solum est conditio necessaria, sed etiam est ratio formalis sub qua appetitus fertur in bonum siue finem propter illius consequutionem. Secunda est, ꝙ finis non mouet secundum ꝙ est in apprehensione, quia non mouet vt illum habeamus in intentione seu apprehensione, sed vt consequamur in re. Etenim hoc sensu habet verum illa prima sententia discipulorum Di. Thomæ. Cæterum in hoc dicunt illos esse deceptos, quia existimant apprehensionem finis solum esse cõditionem sine qua non moueret.

¶Sunt autem nonnulli, qui conantur cõciliare has duas opiniones. Dicunt enim, ꝙ finis potest considerari dupliciter. Primo, secundum ꝙ specificat actum voluntatis tanquam obiectum per se illius, & hoc modo videtur necessario tenenda secunda sententia propter illius argumenta. Secundo potest cõsiderari finis, secundum ꝙ exercet causalitatem finis, & mouet voluntatem ad amorem sui, & sic videtur necessario tenenda prima sententia.

¶Hæc tamen cõciliatio est contra mentem illarum opinionum, & est manifestè falsa. Probatur primo. Quoniam prima sententia absolutè docet, quòd apprehẽsio boni vel finis non est ratio sub qua, sed tantum conditio, tam ad specificandum actũ voluntatis, quàm ad mouendam ipsam voluntatem. Secunda vero sententia absolutè etiam docet, ꝙ apprehensio finis est ratio sub qua ad specificandum & ad mouendũ. Secundũ istam solutionem est euidens argumentum. Si apprehensio obiecti est ratio formalis sub qua ad specificandũ actũ voluntatis, ergo etiam ad mouendum voluntatem ad amorem finis. Probatur consequentia. Quoniam obiectum potentiæ sub ea ratione formali mouet potentiam, sub qua specificat ipsam vel actum eius. Concurrit enim in genere causæ formalis primo, ad specificandum, deinde ad mouẽdum. Quod certè inductiuè patet in quolibet obiecto potentiæ vel habitus, semper enim est euidens consequentia, ꝙ si est ratio formalis sub qua ad specificandum, est etiam ad mouendum, quamuis ẽconuerso non valeat consequentia apud multos autores, quòd si est ratio sub qua ad mouendum, sit etiam ad specificandum.

¶Tertia sententia aliorum est. Pro cuius intelligentia notant, quòd nomine apprehẽsionis possumus intelligere vel actualem apprehensionem qua res apprehendi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& proponitur uoluntati,uel apprehen A sionem non prout dicit actum, sed aptitudinem, ita vt sit idem quod apprehensibile. Sicuti & abstractio, quæ dicitur conditio scienciarum, & secundum alios ratio sub qua, potest accipi pro actione intellectus, qua actualiter abstrahit obiectum à materia,vel pro abstractione aptitudinali, quæ se tenet ex parte obiecti, & conuenit illi etiã nullo intellectu considerante,quãuis non possit à nobis perfectè intelligi & explicari, nisi per ordinem ad abstractionẽ,quæ est actio intellectus, & hoc modo abstractio nihil aliud est quàm obiectum ipsum,secundum q̃ est abstrahibile in potentia remota. ¶Hoc posito dicunt primo, q̃ si apprehensio accipiatur primo modo est conditio tantum obiecti voluntatis, & non ratio sub qua. Hoc probant omnibus argumẽtis secundo loco factis quæ omnia confirmant. Nam antequàm actualiter apprehendatur obiectum voluntatis,iam voluntas est potentia constituta in esse talis C potentiæ,ergo habet suum obiectũ, à quo specificetur. Aduertunt vero, q̃ ista conditio est necessario,& per se requisita, ita vt implicet volũtatem actualiter ferri in suũ obiectum nisi apprehẽdatur ab intellectu. Neque enim obiectum voluntatis specificare potest voluntatem nisi per ordinem ad istam apprehensionem:propterea quòd obiectum voluntatis est bonum secũdum quòd est apprehensibile ab intellectu: apprehensibile autem intelligi nõ potest absque ordine ad intellectum apprehendentẽ. Quapropter censent nõ esse idoneum exẽplum ad explicandam hanc conditionem requisitam ad obiectum voluntatis, quod affert soleat à quibusdam auctoribus, videlicet, quòd apprehẽsio finis ita requiritur, vt finis moueat voluntatem sicuti est necessaria applicatio ignis ad passũ, vt ignis comburat. Etenim quòd ignis applicetur ad passum non est conditio per se requisita, & quæ desumatur ex natura formæ E ignis, sed est conditio sine qua non, vniuersalis omnium agentium naturalium secundum ordinem vniuersi. At uero quòd obiectum voluntatis fit apprehensibile & apprehendatur, oritur ex natura specifica voluntatis, ut patet ex articu. præcedenti.

Et præterea,quia voluntas in rõne potentiæ per se pendet ab intellectu, & non fluit ab essentia animæ nisi mediante intellectu,& dependenter ab illo naturali dependentia: atque ideo obiectum eius sicut & ipsa potentia necessario & per se pendet ab apprehensione intellectus,ut moueat voluntatem. Vnde aptius exemplum putant esse, quo vtitur Caietan.1.2.quæst.1.art.1.videlicet, q̃ sicuti vt ignis calefaciat, calor est ratio formalis, quòd vero calor existat in igne B est conditio per se requisita ad calefaciendum, ita proportionabiliter dicunt, quòd vt finis moueat voluntatem ratio formalis quæ mouet est ipsa bonitas, & conuenientia, quam finis habet à parte rei,ratio uero quæ dicitur sub qua est quòd ista bonitas sit apprehẽsibilis, apprehensio uero actualis eiusdem conuenientiæ est conditio per se & necessario requisita, vt finis moueat actualiter. ¶Dicunt secundo,quòd si apprehensio accipiatur secundo modo est ratio formalis sub qua obiecti voluntatis, & nõ solum conditio sine qua non.Hoc probant omnibus argumentis primo loco factis, quæ sibi videntur demonstrationes, saltim in doctrina Di. Tho.Per hæc duo dicta putant conciliari illas duas extremas sententias à nobis propositas.Quando enim asserit prima, quòd est conditio sine qua non, loquitur de apprehensione primo modo; quando vero secunda asserit, quòd est ratio formalis sub qua,loquitur de apprehen D sione secundo modo. ¶Hæc tamen sententia,quanuis prima facie videatur facilis, & vera quædam misceat: tamen si quis introspexerit,inueniet eam obscuriorem,& minus vtilem ad defendendam propositam difficultatem. Et in primis etiam si admittatur distinctio apprehensionis in actualem & aptitudinalem, tamen falsum est primum dictum,quod priori modo est tãtum conditio obiecti uoluntatis. Etenim si loquitur de obiecto potentiæ uoluntatis, per quod specificatur, non opus est apprehensione actuali, vt ipsimet aiunt: voluntas enim est constituta in sua specie anteqũ apprehendatur eius obiectũ. Si aũt sit sermo de uoluntate ut nominat actũ,iam sibi sunt contrarij in secundo dicto. Qd si apprehẽsio consideret, quatenus p ordinẽ ad illam

illam obiectum voluntatis specificat potentiã:iam tunc nõ dicetur cõditio tantum,sed re vera formalis vel radicalis ratio,sub qua bonũ specificat potentiã voluntatis. Deinde secundũ dictum omnino est inutile ad propositã difficultatẽ dissoluendam. Ratio est:quia hic inquirimus de causalitate finis actualiter finalizantis motum voluntatis, an ratio formalis eius sit apprehensio, vel potius conditio? At dictum secundum loquitur de apprehensione aptitudinali,& de obiecto potentiæ voluntatis:quod certe nõ finalizat,nec mouet voluntatem,nisi quando voluntas actualiter tendit in bonum apprehensum.

Decisio Autoris.

EGo sanè,dum in scholis ante annos tres dictarem super.q 1.primæ secundę, & hæc difficultas occurrisset, ad hunc modũ eius solutionem tradidi. Notandum ergo primo id, quod supra quæst.5. art. 4.in nostris commentarijs aduertimus, quomodo bonum habeat rationem causæ finalis:quę est doctrina Sancti Tho. illic. Potest enim ratio cuiuslibet causę dupliciter considerari. Vno modo prout explicatur illa ratio per diffinitionem ipsius causæ, vt causans est.v.g.causa efficiens est, vnde incipit motus realiter; sic etiam finis est id,cuius gratia aliquid fit. Altero modo consideratur & sumitur ratio causę pro principio,per quod ipsa causa habet potestatẽ causandi. v.g.ratio causæ efficientis dicitur esse forma, per quam est in actu,& habet potestatẽ efficiẽdi. Ad hunc modum ratio causę finalis est bonitas rei,quia per illam cõstituitur res in esse finalizatiuo, etiã si nihil fiat actu propter finem.Et isto pacto Deus habet maximã rationẽ finis ab æterno per suam bonitatem summam,per quam est finalizatiuus multorum bonorum, quæ ipse potest facere,& ordinare ad seipsum: etiam si nihil esset operaturus.Et hæc eadem est ratio E appetibilitatis,quam D.Thomas sæpe dicit esse eandem rationem atq; boni & finis.Accepit enim rationem appetibilis,vt importat proximum fundamentũ,vt appeti possit. ¶Nota secundò, q̃ quantum ex Aristo. doctrina potest colligi, finis siue causa finalis non propriè mouet,sed mouet metaphoricè,vt patet libro 1.de generatione tex.55. Etenim mouere propriè est proprium causæ efficientis, & ita diffinitur causa efficiẽs, quod sit principium primum, vnde incipit motus. At vero finis dicitur mouere metaphoricè non alia ratione,nisi quia repræsentatur vt bonum appetitus,per quem homo se mouet in finem, vel alia mouet ad finem. ¶Nota tertio,quòd quanuis finis metaphoricè moueat,tamen realiter causat,& realiter finalizat actionem agentis,vel effectum illius ordinatum ad finem.Quod quidem dixerim propter Deum, qui quanuis maximè agat propter finem nõ eius actio non finalizatur,sed effectus illius, vt iam explicatũ est in solutione ad primũ. Quod autem sit necessarium dicere,quod finis realiter causat probatur.Nam cum Philosophi diuidunt causam quadrupliciter: certe de causa reali loquũtur.Item,quia causa finalis ab omnibus dicitur potissima causarum C ergo in ratione causandi realis & propriè causa est:alioquin quomodo esset potissima inter causas, si causa efficiens realiter efficeret, & materialis realiter materializaret, & formalis realiter constitueret speciem rei, & tamen causa finalis non realiter causaret,aut finalizaret? Cæterum vt intelligatur quomodo realiter finis causet,seu finalizet, oportet recurrere ad diffinitionem causæ receptam à Philosophis. Causa enim est id, ad quod aliud sequitur. D Quæ diffinitio datur de causa in actu,non de causa in potentia. Item verbum, illud sequitur,nõ importat solũ dialecticam consequentiam,nam isto modo risibile diceretur causa rationalis,quia bene sequitur, est risibile,ergo est rationale. Importat ergo realẽ dependentiam, quam omnis effectus habet à causa, quatenus causa est.Et quem admodum inuenitur dependentia vnius rei ab alia, ita inuenitur ratio causæ in illa, à qua pendet.Hinc est, quòd causæ sunt sibi inuicem causæ propter diuersam dependentiam ab inuicẽ,vt materia pendet à forma, & forma à materia. Hinc colligitur, quod cum aliquid realiter sequitur ab alio cum dependẽtia ab illo:tũc illud,ad quod aliud realiter sequitur,est causans realiter,& causa realis. Ad hunc ergo modum intelligo,

quòd finis etiam quando non existit realiter, causat realiter, & finalizat realiter actionem agentis, vel effectum illius proportionatum ad finem. Si autem adhuc instes, & quæras, quid nam sit ista realis causatio, & vbi sit? Respondetur, quòd re vera finalizatio actualis est in finalizato, s. quædam proportio ad finem intentum, tanquam ad mẽsuram. Sit exemplum scientia de rosa, quando nulla est rosa, mẽsuratur ab obiecto realiter, quanuis obiectum non existat à parte rei: sed nihilominus intelligimus dependẽ- A
tiam intrinsecam realem in ipsa scientia ab obiecto, tanquam à causa mensuratiua per suam quidditatem. Ita oportet considerare causalitatem finis actualem, etiam si finis non existat realiter. Nã bonitas vera possibilis intenta, est mensura, & regula eorum, quę proportionantur ad finis aĩlequutionẽ- B
sme res, quę est finis, existat, sicut Deus semper existit, siue non existat, sicut sanitas intenta per medicationem.

¶ Nota quarto impertinens esse ad hoc, quòd finis realiter finalizet, quod referatur relatione reali ad suum effectum, vel effectus ad finem. Nam Deus finalizat, & tamẽ non refertur realiter ad effectum. Sanitas finalizat, & non refertur realiter effectus ad illam quę non est.

¶ Tandem notandum est quinto, ꝙ finis potest multipliciter considerari. Vno modo D
prout est in apprehensione intellectus iudicantis bonũ, & conueniens operanti, vel alĩ cui alteri, vt infirmus apprehendit sanitatẽ, & medicus similiter illa, quæ sunt bona, & cõuenientia infirmo. Altero modo consideratur prout finis & bonum est in desiderio: tertio modo prout est in intẽtione. Hæc enim distincta sunt, esse in desiderio & esse in intentione. multa.n. desideramus, quę nõ intendimus. Desiderat quis summum Pontificatum, & non intendit, quia vt in 1.2.q. E
13. dici solet, intentio non est impossibilĩ, sed possibiliũ per media, quæ iudicatur proportionata ad effectionem boni alicuius. Quarto modo potest cõsiderari finis, prout est in re actualiter existens, sicut est aurum in visceribus terræ, quod homo intendit inuenire, & possidere. Quinto dicitur finis causare, seu habere rationem causæ secundum quod est in re, non actualiter modo existens, sed secundum realitatem bonitatis realis, quæ est in virtute causæ effectuæ, & iudicatur vt possibilis.

His suppositis sit prima conclusio. Ad hoc quòd finis finalizet aliquã actionem agentis: non opus est vt sit in apprehẽsione vel intentione agentis finalizati. Hoc patet. Nam ignis agit propter finem, & finalizatur eius actio: & tamen nõ est in intentione aut notitia agentis propter finem. Sed dices: sufficit, quòd in cognitione Dei. Id etiam nos dicimus, sed tamen finis intẽtus non est causa finalis respectu intentionis Dei quia illa non finalizatur. Hinc poterit constare, quòd ratio causandi finalizando non consistit aliquo modo in cognitione finis quam habet agens qui finalizatur, neq; vt ratio quæ, neque sub qua, neque vt conditio, vel aliquid aliud: sed si requiritur respectu alicuius agentis, id erit vt se dirigat in finem; & tunc per se requiritur ad talem directionem cognitio finis, & ordinis in finem: ut explicabitur sequenti conclusione.

¶ Secunda conclusio. Respectu eorum, quæ se dirigunt in finem, apprehensio finis cum iudicio conuenientiæ, non est sola cõditio causæ finalizantis taliter, sed est ratio taliter finalizãdi. Exemplum sit. Vult infirmus potionem amaram intendens sanitatem: tunc certe sanitas quæ est finis, secundum se, tamen est in apprehensione iudicatiua, est ratio quare homo se moueat, & dirigat in finem ipsum, qui finalizat talem actionem, ergo non est sola conditio ex parte sic intendentis finem. Notandum tamen quòd quando bonum intentum consistit in conformitate ad tale iudicium, iam iudicium est regula & mensura cui proportionantur ea quæ sunt ad finem verbi graria. Vult aliquis studiosam vitam agere: quę cõsistit in actionibus proportionatis regulæ rationis. Tunc certum est, quòd iudicium rationis est ratio eorum, quæ sunt ad finẽ, est enim mensura eorum. Quando vero ratio boni non consistit in huiusmodi conformitate, sed appetitur aliquid, quod alias cõueniens est rei ex propria natura sua, sine dependentia a dictamine rationis: tunc iudicium conuenientiæ non potest esse ratio mensurandi: ac proinde nec finalizandi ex

ex parte obiecti. Exemplum est, cum infirmus intendit sanitatem vt sibi conuenientem non quidem vt proportionatam iudicio rationis, sed vt est humorum proportio ex natura sua. A

¶ Tertia conclusio. Finis prout est in solo desiderio non finalizat actualiter. Probatur: quia vt sic non consideratur vt possibilis, vnde nondũ proportionata media diriguntur, vel intenduntur.

¶ Sed contra. Desiderium tendit in bonum: ergo in finem. Respondetur distinguendo antecedens: imperfectè cum quadam velleitate virtualiter conditionali, cõcedo: at vero absolutè non tendit in finẽ, quod requiritur ad rõnem finis finalizãtis. B

¶ Quarta conclusio. Finis prout est in intentione nostra, est causa finalis finalizans. Sed tamen particula (prout est) vel (secundum quod est) non importat rõnem formalem finalizandi ex parte finis: hæc .n. est bonitas rei intentæ, per quam ante quam finalizet, est finalizatiua, sicut ignis per eandem formam, per quam est calefactiuus, calefacit actu. Sed neque finem esse in intentione nostra est sola conditio finalizandi, sed est sicut mensura in mensurato, & sicut causa in primo effectu suo. Considerandum est enim, quòd sicut causa efficiens, v.g. ignis calefaciens, denominatur calefaciens actualiter, non solum à forma per quam est calefactiuus, sed etiam à calore qui recipitur in passo: ita finis non finalizat, nec denominatur finalizans à sola D
bonitate sua, sed simul ab effectu, quem causat in finalizato: qui nihil aliud esse intelligitur, quàm ipsa actio, vel effectus agẽtis proportionatus & directus ad finem. Et sic intelligitur S. Thomas, dum ait, quòd finis est prior secundum quod est in intentione, & quod sic est causa. C

¶ Quinta conclusio. Si finis consideretur secundum ꝙ est in intentione Dei: sic est prima ratio finalizans: imo est ipse finis, in cuius virtute alij fines finalizant: quia E
est summa bonitas.

¶ Vltima conclusio. Quando dicimus finem causare secundum quòd est in re, non est intelligendum secũdũ quod actualiter existit, vel obtinetur: sed quòd ratio finalizatiua est realis bonitas. Cæterum sicut non sufficit, vt ignis calefaciens dicatur, qđ ille habeat calorem, per quem est calefactiuus: ita finis non finalizat eo solum ꝙ est finalizatiuus, nisi effectus sit realiter in finalizato, vt dictum est.

¶ Ex dictis sequitur, ꝙ prima sententia nõ est vniuersaliter vera de omni fine finalizante. Nec enim verificatur, quòd apprehensio sit ratio formalis sub qua, finis finalizat omne agens vel actionem eius, aut motum. Constat enim, ꝙ ipse Deus maximè agit propter finem, & tamen ipse, neq; actio eius finalizat. Rursus, ignis agit propter finem, & mouetur sursum propter finem, & tamen non est aliqua apprehensio finis, quæ possit esse ratio formalis sub qua ipse finis illius actionis, aut motus, finalizet actionem vel motum ignis. Non enim diuina cognitio potest esse huiusmodi ratio, sub qua finis specialis specificans actionem vel motum ignis sit causa huiusmodi actionis vel motus: alias actio ignis; & motus essent eiusdem speciei cum actione & motu aquæ. Potest tamen dici, quòd illa cognitio Dei habet se vt exemplar eminens & determinans speciales motus rerũ omnium in suos fines. Hæc præsuppositа doctrina facile mihi erit dissoluere omnia aliarum opinionum argumenta.

Ad argumenta primæ sententiæ.

AD primum argumentum, quod desumitur ex dictis à D.Tho. respõdetur, ꝙ nusquam reperitur in D.Tho. ꝙ apprehensio finis sit ratio formalis sub qua finis moueat vel finalizet actionem cuiuslibet agentis. Cęterum quod in isto articulo dixit, bonum apprehensum per intellectum esse obiectũ formale voluntatis, & bonum apprehensum per sensum esse obiectũ formale appetitus sensitiui, apertam habet intelligentiam. Intendit.n. D.Tho. potentias istas specie distinguere ex distincta ratione boni, quod est vtriusq; potentię obiectum. Appetitus quidem sensitiui obiectum est, bonum quoddam limitatum & materiale, quale per sensum apprehendi potest. Non tamen intelligas, ꝙ ipsa apprehensio est bonitas obiecti specificantis appetitum sensi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuum. Non.n.est talis apprehensio intrinseca obiecto specificanti, sed omnino respectu obiecti actualis appetitus, est conditio necessaria; respectu autem, ipsius potentie appetitiuæ potentia apprehensiua habet se vt radix, vnde prouenit, quòd operatio appetitus pendeat ab operatione potentiæ apprehensiuæ tanquam à radice, non tamen tanquam à ratione formali sui obiecti, neq; vtq, neq, vt sub qua. Hinc igitur D. Tho. distinxit volútatē ab appetitu sensitiuo, qa sicut radix volútatis est intellectus, ita operatio voluntatis debet esse circa obiectum per intellectum apprehensibile. Vnde concedimus, quòd in confirmatione argumenti obiicitur ex solutione ad primum ex Di. Thom. quòd appetibili non accidit esse apprehensum ad hoc, quòd actualiter sit obiectum appetitus; imo concedimus, quòd differentiæ apprehensi sunt per se differentiæ appetibilis, non tamen ita quòd ipsa apprehensio sit formalis differentia sed radicalis. Formalis autem differentia est ipsa aptitudo boni vt sic apprehendatur, scilicet, per intellectum vel sensum. Et ita verificatur, quod ibidem ait D. Thomas, q potentiæ appetitiuæ distinguuntur secundum differentiam apprehensorum. Nusquam tamen dixit, quòd ipsa apprehensio sit ratio formalis differentiæ, quauis vt diximus sit vera ratio radicalis, vnde oritur specifica differentia potentiarum appetitiuarum. Veruntamen hic attentè considera, quòd specificatis semel potentiis appetitiuis ex illa prima radice, non necesse est, vt postea appetitus sensitiuus distinguatur in species suas, sc. in concupiscibilem & irascibilem ex diuersa potentia apprehensiua, vt constat ex doctrina D. Thom. quæstione sequenti artic. 2. Etenim illa ratio potentiæ appetitiuæ est quasi generica respectu omnium actionum appetendi. Sic etiam motus & actiones voluntatis specie differunt non ex differentia radicali actionum intellectus, & ex modo intelligendi: sed differūt ex propriis obiectis secundum differentiam bonitatis, quauis illa ratio, quæ specificat intellectū, extendatur quasi genericè & radicaliter ad omnia obiecta actionum voluntatis, quæ aliàs suam formalem & specificam differentiam habent.

A Et per hæc patet, quomodo intelligantur alia dicta D. Thomæ. Cæterum quod ibidem in primo argumento obiicitur ex Caietano videlicet, quòd apprehensio respectu obiecti appetitus non se habet sicut approximatio actiui, & passiui, sed vt ratio obiectiua, nos admittimus tanquam verum, si intelligatur de ratione obiectiua radicali, non autem, de ratione obiectiua formali. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd verus finis finalizans actum voluntatis est verum bonum. Cum autem dicitur vel apparens bonum, non ideo dicitur eo quòd apparentia sit ratio formalis obiecti, aliàs etiam posset dici, quòd illa apparentia quæ est in apprehensione falsa, esset ratio formalis, quæ, & non solum sub qua. Iterum dum voluntas frustratur tendens in aliquid, quod non est verè bonum in particulari, non inuenitur ibi ratio formalis quæ, potius quàm ratio formalis sub qua, præter ipsam apprehensionem. Igitur argumentum commoueret (si quid valeret) quòd apprehensio finis esset ratio formalis quæ, & non solum ratio formalis sub qua. Dicendum igitur est, quòd semper voluntas fertur in verum bonum sub ratione veri boni, quauis in particulari non inueniatur vel non sit possibilis illa ratio veri boni, ea q media realiter non sunt proportionata ad finem intenctum.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd specificatio humanorum actuum sumitur per conformitatem vel difformitatem ad regulam rationis siue tali vel in tali materia morali. Dixerim in tali vel in tali materia morali, quoniam si distinctio humanorum actuum sumeretur solum ex cōformitate, vel difformitate ad regulam rationis, inueniretur duntaxat duæ species in actibus humanis, videlicet, virtus, & vitiū.

¶ Ex qua doctrina planissimè constat, q debile sit tertium argumentum. Dicimus .n. primo, q ipsa apprehensio aliquādo est regula humanorum actuum, & habet rōnem finis, videlicet, mensuræ, cui conformantur actus voluntatis. Dicimus secundo falsum esse antecedens, si vniuersaliter intelligatur de omni specie humanorum actuum. Constat enim non omnem huiusmodi speciem desumi ex apprehensione intellectus practici. Vnica enim prudentia sit, potest vnico iudicio & dictamine regulare actum iustitiæ, & actum fortitudinis & actum temperantiæ, quos constat esse specie differentes. Et per hoc patet ad probationes, quæ sine arte multiplicantur in ipso tertio argumento. ¶ Ad quartum argumētum negatur, quòd apprehensio boni sit necessaria, vt ipsum bonum sit proportionatum appetenti. Etenim antequàm apprehendatur tanitas, est bonū satis proportionatum infirmo; sed requiritur apprehensio, vt appetens dirigat se vel media proportionata in finem, quod quidem nō est ratio formalis finalizandi absolutè, quauis possit dici ratio formalis vel saltē radicalis sub qua finis taliter finalizat, & hoc est quod probat argumētum factū, dum in probatione antecedentis dicitur, q bonum appetibile secundum esse, quod habet in re, non est sufficienter proportionatum naturæ animali vel intellectuali.

¶ Ad quintum argumentum respondetur, quòd nos non ponimus apprehensionem esse conditionem vniuersaliter necessariam in eo, q mouetur vel agit propter finem, vt satis ostendimus in prima & secunda conclusione: quauis sit necessaria in aliquibus in eo, qui seipsum & actionem suam vel aliquā aliā media dirigit in finē; imo ostendimus, quòd illo modo tam non est cōditio quomodolibet sed ratio formalis & radicalis, sub qua finis taliter finalizat. Vnde ad argumentum respondetur, q apprehensio finis est omnino inseparabilis ab eo, qui se vel actione suam dirigit in finem. Cæterum in aliis agentibus propter finem, vel quæ mouentur propter finem, constat quòd nulla est apprehensio finis et si verè & realiter finalizentur.

Ad argumenta secundæ sententiæ.

AD primum respondetur, quòd Di. Thomas in illis locis loquitur de ratione obiecti, quę se tenet ex parte rei inquantum bona est, non autem loquitur de ratione formali vel radicali sub qua aliquis dirigit se vel alia in finē. Cæterum testimoniū, quod ibi affertur ex q. 25. de veritate,

A confirmat quod nos diximus in solutione ad primū argu. prime sñæ, q ipsa apprehēsio non erat ratio formalis distinguendi obiecta appetitus. ¶ Ad secundum argumen. respondetur, q similiter probat, q ipsa apprehensio nō sit ratio formalis distinguens bonum, quod est obiectū voluntatis, quanis aliquando ex distincta apprehensione colligatur distincta ratio obiectorū potentiarum appetitiuarum. Hoc n. est, quod docuit Di. Tho. in loco citato de veritate, &

B p hoc patet quomodo intelligātur ea, quæ in eodem secundo argumento replicantur contra solutionem ad intelligentiam, quā aliqui adhibent ad testimonium ibidem citatum ex D. Tho. in 1. 2. Sed tamē qui constiterit in iis, quę diximus, facilè omnia dissoluit, quæ illic videntur implicata & perplexa, & dissoluet reliqua argumenta, quę fiunt pro secunda sententia à principio disputationis. Cæterum de tertia sententia, quam retulimus, satis dictum est à nobis.

C ¶ Circa propositionem, quam D. Tho. ponit in ratione huius articuli, s. quòd potentia appetitiua est passiua, quæ nata est moueri à bono apprehenso.

DVbitatur secundo. Vtrùm bonum apprehensum moueat appetitum in genere causæ finalis, vel formalis? ¶ Hęc qō disputari solet à discipulis D. Th. variis in locis. Quidā. n. eam tractant inf. q. 82. ar. 3. alij verò ferè oēs eam disputant in 1. 2. q. 9. ar. 1. Quidā vero eā tractat cū Caiet. in hoc

D art. ¶ Ad cuius explicationē oportet in primis reiicere quasdam sñas falsas, quæ ad hanc difficultatem pertinere solent, nec tñ oportet eas sigillatim cōfutare. Primo reijcienda est illorum sña, quæ asserit q volūtas potè passiuè se habet in ordine ad suū actum, mouetur aūt effectiuè vel à suo obiecto, vel vt alij minus verè asserūt, a quadā alia voluntate agēte, cuius proprium munus est producere volitionē in volūtate, q̄ est potētia passiua. Hāc sñam refert & impugnat Sonzi. 9. Meta. q. 10. & solet confutari à Theol. 1. 2. q. 3. ar. 2. Et de potētia intellectiua hoc confutauimus simile sñam sup. q. 79. ar. 2. & 3. Deinde secundo reiicēda est altera sña, quæ in alio extremo asserit, q voluntas in tantū est activa suę volitionis, q nullo mō dependet ab intellectu,

sed

sed potest ferri in ignotum. Quam opinionem Caietanus in hoc articulo circa solutionem ad primum D.Thomæ dicit relinquēdam esse tanquam stultam,& Capreol.agit contra ipsam in 2.dist.25.quæst. vnica maximè ad argumenta Henrici contra secundam conclusionem : & legendus est ipse Henricus quodlibe. 9. vbi diffuse agit de hac re. ¶Præterea notandum est ad intelligentiam huius quæstionis,quod cum intellectus non moueat voluntatem nisi proponendo illi obiectum : tota difficultas præsens ad hoc reducitur , vt explicemus duo. Alterum,in quo genere causæ obiectū propositum voluntatem ipsam moueat. Alterum; in quo genere intellectus proponens obiectum moueat voluntatem , seu quod idem est , in quo genere causæ obiectum, quatenus per intellectum proponitur voluntati moueat ipsam .

ARguitur ergo primo & probat , quòd tam obiectum, quam intellectus moueant voluntatem in genere causæ efficientis. Arist.3.de anima text.54.dicit, quòd appetibile monet appperitum quatenus est intellectum seu imaginatiuum . Ecce vbi Aristoteles docet,quod obiectum voluntatis prout est propositum per intellectum mouet voluntatem ; mouere autem dicit efficientiam. Aristoteli consentit D.Tho.in hoc articulo dicens,voluntatem esse potentiam passiuam,quatenus est mobilis à bono apprehenso per intellectum , & in 1.2. q.22.ar.2. dicit potentiam appetituam esse potentiam magis passiuam,quam intellectus; sed intellectus mouetur effectiuè à suo obiecto,ergo & voluntas.

¶Secundo . Appetitus sensitiuus mouetur effectiue a bono sensibili proposito per apprehensionem sensituam, ergo & appetitus intellectiuus effectiuè mouetur à bono proposito per intellectum . Antecedens apparet manifestum ; nam appetitus sensitiuus necessitatur ad operādum à bono sensibili per sensum apprehenso;at hęc necessitas non potest intelligi absque motione effectiua,ergo.Consequentia probatur.Quia eodem modo se habet bonum sensibile apprehensum ad appetitum sensitiuum, sicut se habet ad voluntatem bonum apprehensum per intellectum.Et ita Aristoteles loco citato in primo argumento , eodem modo loquitur de appetibili per sensum & per voluntatem , quòd attinet ad motionem appetitus .

¶ Tertio. Voluntas in omnibus suis operationibus mouetur a bono apprehenso in vno & eodem genere causæ ; sed in multis operationibus mouetur in genere causæ efficientis,ergo & in omnibus.Probatur minor.In volitionibus indeliberatis, quæ sunt pure naturales & necessariæ, voluntas effectiuè mouetur a bono apprehenso , quoniam necessitas , quæ in his operationibus reperitur , non potest prouenire aliundè , quàm ex motione efficaci obiecti apprehensi, ergo.

¶Quarto.Experimento constat,quod ad præsentiam obiecti voluntas rapitur in eius amorem, aut odium , in tristitiam aut delectationem , si fuerit bonum præsens delectat nos; si malum præsens contristat,ergo in obiecto apprehensione aliqua reperitur efficientia ad mouendum voluntate .

¶Quinto.Voluntas non mouetur à quacunque apprehensione boni , sed solum ab apprehensione practica,imò non mouetur nisi ab imperio practico intellectus,sed imperium,vt dicitur in 1.2.quæstio.17.habet vim effectiuam ad mouendum voluntatē, ergo. Si dicas cum D.Tho. ibi , quòd tota vis effectiua imperij prouenit originaliter a voluntate applicante intellectum ad imperandum , & ita quòd voluntas semper sam mouet mediante imperio intellectus, & ita ipsa potest suspendere intellectum , qñ illi placuerit,& ex consequenti vis motiua imperij non est referēda ad efficaciam intellectus,sed potius volūtatis. Cōtra hoc replicatur primo. Deuenicndum est ad aliquod primum imperium intellectus,cuius efficacia ad mouendum voluntatem nō originetur ex ipsa voluntate sed a solo intellectu,ergo absolute concedendum est intellectum effectiuè mouere voluntatem per proprium imperium. Antecedēs probatur. Voluntas in prima sui operatione mouetur ab intellectu per aliquod imperium,sed illud imperium, cum antecedat omnem voluntatis operationem , nō potest ab ipsa voluntate originari, & desumere suam efficaciam ab illa,ergo.

¶Se-

¶Secundo replicatur contra eandem solutionem.Quicquid sit de efficacia imperij illud tamen est certissimum , quòd efficacia iudicij practici singularis , si quam habet,non prouenit à voluntate, sed à solo intellectu:sed iudicium eiusmodi singulare efficaciter mouet volūtatem ad operandum, ergo intellectus practicus ex semetipso habet hanc efficaciam mouendi voluntatem. Probatur minor. Nam stante iudicio practico singulari quo intellectus iudicat amādum esse aliquod bonum. v.g. sanitatem , voluntas necessitatur ad eius amorem , ergo efficaciter mouetur ab illo iudicio.

¶Sexto arguitur principaliter. Voluntas est in pura potentia ad amandum quodcunque bonum particulare , ergo vt reducatur ad actum amoris respectu alicuius boni particularis. v.gr causa diuitiarum eget aliquo motiuo,à quo actuetur , sed huiusmodi motiuum non potest esse aliud , quam obiectum apprehensum,ergo .

¶ Septimo.Iste actus voluntatis,volo diuitias , est effectus in rerum natura , ergo habet aliquam causam efficientem non solum quantum ad rationem sui genericam prout est volitio,sed etiam quantum ad rationem specificam prout est talis volitio , sed sola voluntas non potest esse causa effectiua huius actus quantum ad rationē eius specificam,ergo assignanda est alia effectiua causa,quæ non poterit esse alia præter obiectum apprehensum. Probatur minor. Voluntas secundum se est in potentia ad amandum quodcunque bonum,& nullam habet actualitatem,per quā possit esse principium effectiuum huius operationis quantum ad eius speciem,ergo ipsa sola non est principium effectiuum huius actus quantum ad speciem. Confirmatur.Si sola volūtas est totale &adęquatum principium actuum omnium suarum operationum,sequitur , quod omnes operationes voluntatis sint simpliciter eiusdem speciei:consequēs est falsum,ergo.Sequela probatur. Voluntas se sola considerata secundum eandē rationem,& eādem prorsus actualitatem efficit omnem suam operationē : concurrit enim quatenus potentia volitiua est . Ipsa enim per se non habet aliam formam , & actualitatem , ergo omnis operatio procedit a voluntate secundum,qp habet rationē eiusdem, & vnius principij , & ex consequenti habent eandem speciem.

¶ Octauo & vltimo.In diuinis verbum effectiuè concurrit ad operationem voluntatis,scilicet, ad productionem amoris,ergo id ipsum contingit in nobis.Probatur cō sequētia. Verbum diuinum & verbum nostri intellectus differunt in eo , quòd alterum est per se subsistens,alterum vero inexistens;sed hæc distinctio non sufficit mutare genus causalitatis.Nam calor subsistēs si daretur,& calor inexistens in eodem genere causæ efficientis concurrerent ad calefactionem . Confirmatur. Fides effectiuè concurrit ad actum dilectionis secundum illud,quod habetur ad Galat. 5.Fides , quæ per dilectionē operatur. Similiter lumē gloriæ actiuè concurrit ad actum fruitionis,& amoris in patria secundùm quòd dicitur in Clemētina.Ad nostrum. de hęreticis.quòd hoc lumen est necessarium ad beate fruendum Deo, ergo similiter intellectus actiuè concurrit ad actum voluntatis . Probatur consequentia ex paritate rationis .

IN oppositum est primo. Nam Aristo.1. de Generatione text. 55. dicit finem nō mouere propriè,sed per metaphoram,at si effectiuè moueret , certè moueret propriè, & D.Tho.in 1.2.quæst.9.articu.1.dicit, qp intellectus mouet voluntatē tanquam præsentans sibi obiectum , & per modum causæ finalis,& infra quæst.82.art.4.assignans discrimen inter modum, quo voluntas mouet intellectum,& intellectus voluntatem dicit , quòd voluntas mouet intellectum in genere causæ efficientis , intellectus vero mouet voluntatem in genere causæ finalis illuminādo & dirigendo illam, quod etiam docet in quæst.22.de verit.art.12.ad tertium,& in artic.11.in solutione ad quintum,dicit,quòd intellectus regit voluntatē non inclinando illam in illud, ad quod tendit,sed ostendendo illi quo tendere habeat. Et in hunc modum sunt alia plura loca D. Thomæ.Sed pro hac sentētia & contra opinionem Caietani,maximè notandus est hic locus D.Tho.in 1.contra gent.cap.78.argumento 6.vbi sic dicit. Quamuis intellectus non secundum modum causę efficientis & mouentis, sed secundum modum causę finalis

nalis, mouet voluntatem proponendo illi A
suum obiectum, quod est finis &c. Vbi D.
Tho. & reijcit sententiam Caietani, & docet
sententiam Capreoli.

¶ Secundo. In alijs motibus & actionibus, terminus motus concurrit quidem in ratione finis, & formæ specificantis motū non autem in genere causæ efficientis, ergo idem est dicendum de obiecto & termino operationis voluntatis. Antecedens inductione constat, albedo, quæ est terminus albefactionis, non concurrit effectiuè ad il B
lam, centrum non effectiuè causat motum lapidis. Et confirmatur. Si quando obiectū effectiuum cōcurrit ad operationem, illud ex eò contingit, quia potentia eget speciebus acquisitis ad operandum; sed voluntas non eget specie, aut aliqua forma superaddita ad operandum, ergo.

¶ Tertio. Si intellectus effectiuè mouet voluntatem: sequitur, quòd voluntas nunquam operatur libere: consequens non est C
admittendum, ergo. Sequela probatur. Intellectus mouet voluntatem ad modū causę naturalis, ergo si mouet illam efficienter in omni eius operatione, totaliter illam determinat, ac proinde tollit libertatem. Confirmatur. Voluntas mouet intellectum actiue, ergo non potest actiuè moueri ab ipso intellectu. Probatur consequentia. Ex communi sententia Philosophorum, quòd in eodem genere causæ non potest idem esse mouens & motum.

¶ Quarto. Ad hoc vt voluntas moueatur D
& operetur, satis est, quòd illi proponatur bonum ab intellectu, nec requiritur alia efficientia ex parte obiecti, quamuis sit necessaria efficientia quantum ad exercitium ex imperio rationis & voluntatis, ergo bonū apprehensum non concurrit efficienter ad actum voluntatis. Antecedens probatur & explicatur; nam vt auarus moueatur ad appetitum pecuniæ, nihil aliud requiritur ex parte obiecti, nisi quòd proponatur illi pecunia, & sicut D. Augustinus dicit tract. 16. E
super Ioann. Ramum viridem ostendas oui & trahis eam. Certum est autem, quod ostēsio rami siue ramus ostensus non agit in appetitum ouis effectiuè, sed tantum finaliter & obiectiuè.

¶ Quinto. Intellectus non ponit aliquid in voluntate, quod sit præuium volitioni & sit actiuum illius, ergo non concurrit efficienter. Antecedens ab omnibus conceditur, & probatur consequentia. Quoniam non bene intelligimus, quo pacto intellectus moueat effectiuè voluntatem & ponat aliquid in ipsa. Confirmatur. Apprehensio quantuncunque sit practica non est realiter in ipsa voluntate, ergo neque illam efficienter mouet, neque concurrit cum illa efficienter ad eius operationem.

¶ Sexto. Voluntas est causa principalior ipsius volitionis, ergo si intellectus apprehendēs bonum concurrit efficienter ad ipsam volitionem; vel concurrit tanquam forma, vel tanquam instrumentum. Non potest dici, quod tanquam forma, quoniā forma, quæ est principium agendi, debet esse cōiuncta cum ipso operante. Nec potest dici, quod tanquam instrumentum, quoniam instrumentum semper agit virtute principalis agentis & mouetur ab ipso; bonum tamen apprehensum non mouet voluntatem, est enim mouens immotum, vt Aristotel. dicit in 3. de anima capitulo 10. text. 54.

IN hoc dubio antequam referam opinionum diuersitatem.

¶ Notandum est, quòd in hac quæstione duo implicantur. Primum, Vtrum intellectus seu obiectum, prout est in apprehensione, moueat voluntatem ad operandum. Secundum est, An concurrat effectiue cum voluntate ad eius operationem. Hæc enim duo sunt ab assimilia omnino; nam bene stat, quod aliqua forma concurrat effectiue ad operationem alicuius agentis, & tamen non moueat ipsum agens, sicut calor ignis concurrit effectiuè cum igne ad calefactionem, & tamen non mouet effectiuè ignem ad calefaciēdum. Similiter bene stat, quòd aliqua potentia moueat ad operandum, & tamen non concurrat cum illa effectiuè ad operationem proprie loquendo, vt voluntas mouet efficienter potentiam visiuam ad videndum, & tamē non concurrit cum ipsa effectiue ad eliciendum visionem.

¶ His positis est prima sententia, quam docet Palud. in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 1. & Gregorius Arim. in 2. dist. 25. quæst. 1. contra secundam conclusionem, & Gabriel eadem

dem distinct. 25. quęstione vnica dubio 3. A
quòd bonum apprehesum mouet voluntatem in genere causæ efficientis tanquam quædam causa partialis, ita quòd ex voluntate & intellectu proponere obiectum efficitur vna causa completa & totalis. Eādem sententiam sequutus est Sonzinas, 9. metaphy. quæst. 11. & copiosius quæst. 13. & conatur comprobare multis testimonijs Commentatoris in 3. de anima & 12. metaphy. Deinde vero probat testimonio D. Thom. in 2. dist. 24. quæstione 2. art. 1. vbi dicit, q̄ ratio elicit actum voluntatis. Quæ verba non possunt commode explicari, nisi dicamus quòd intellectus concurrat actiuè ad actum voluntatis.

¶ Secunda sententia est, quam docere solebat doctissimus Magister Cano in commentarijs huius primæ partis quæst. 27. & quæst. 82. Supponit hæc sententia, quòd volitio potest esse duplex. Altera naturalis, quæ procedit à voluntate, vt est quædam natura; altera vero libera, quæ procedit à voluntate vt voluntas est, quod fundamentum est expressa sententia D. Thom. in 1. 2. quæst. 10. articu. 1. & plurimis alijs locis. Hoc suppositio dicit hęc sententia duo. Primo dicit, quòd ad volitionem liberam non cōcurrit efficienter bonū apprehensum, sed tantum per modum causæ finalis vel formalis. Probatur, volitio libera non potest D
dependere a causa efficienti, quæ non habeat dominium illius actus; sed bonum apprehensum agit naturaliter & non tanquā habens dominium, ergo non concurrit actiuè ad volitionem sed per modum finis. Secundo dicit, quòd ad volitionem naturalē, & necessariam concurrit bonum apprehensum efficienter. Hoc probat exemplis, videmus enim, quòd Verbum diuinum actiuè concurrit ad productionem amoris diuini. Præterea. In motibus subitis, quos E
Theologi appellant primo primos, appetitus rapitur efficacissimè, & ad modum appetitus brutorum, ergo bonum apprehensum efficientiam habet in ordine ad illum motum.

¶ Tertia sententia est, quam semper docuit Caietanus in hoc articulo, & infra q. 82. ar. 4. & 5. & q. 27. ar. 1. & 3. & in Cōmentarijs super libros de anima lib. 3. capitu. 6. dubio penultimo. In his omnibus locis docet Caietanus, q̄ intellectus siue bonū apprehensum per intellectum mouet voluntatē non solū in genere causæ finalis & formalis, sed etiam in genere causę efficientis. Hanc eandem sententiam sequitur sapientissimus Magister Medina in 1. 2. quæst. 9. art. 1. Est tamen differentia inter hos duos autores, quòd Magister Medina totam efficaciam mouendi voluntatem reducit ad imperium. Existimat enim intellectum nō
B mouere voluntatem per iudicium practicū, sed tantùm per imperium, & quod imperium vim habet effectiuam mouendi voluntatem quo ad exercitium. At Caietan. nihil meminit de efficacia imperij, sed vim motiuam tribuit obiecto prout est sub practica apprehensione.

¶ Quarta sententia est quam docet Ca-
C preolus in 2. dist. 24. quæst. vnica ad argumenta cōtra quintā cōclusionem & postea dist. 15. quæst. 1. ad argumenta cōtra primā conclusionem, quòd intellectus mouet voluntatem non quidem in genere causę efficientis, sed tantum in genere causæ finalis & formalis. Quam sententiam tanquā probabiliorem & magis consonam cum doctrina Di. Thomæ communiter recipiunt eius discipuli. Inter quos hanc sententiam recipit Hispaliensis in 2. dist. 25. quæst. vnica arti. 3. notabili primo, & Chrysost. Iauellus lib. 9. metaphy. quæst. 6. parte 2. & Torres. in tract. de Trinitate. q. 27. artic. 2. parte 4. & art. 3. in fine.

¶ Quinta sententia est, quæ videtur media inter opinionem Caietani, & Capreoli quam docet Ferr. 1. cont. gen. cap. 44. vbi dicit, quòd appetibile apprehensum potest cō parari ad voluntatem dupliciter. Primo respectu illius actus, quo vult finem. Secundo respectu illius actus, quo eligit media E
propter finem apprehensum & intentum. Quo supposito dicit duo.

¶ Primo dicit, quòd si appetibile apprehē sum, quod est finis, comparetur ad voluntatem primo modo, non mouet illam effectiuè propriè loquendo tanquam principium actiuū aut elicitiuum volitionis, sed mouet eā formaliter per modū formę specificantis actū. ¶ Secundo dicit, q̄ si finis apprehensus comparetur ad voluntatē secundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

do modo, tunc sine dubio mouet voluntatem per modum efficientis tanquam ratio eligendi media. Et postea Ferr. cod. lib. 1. c. 74. existimat hãc suam opinionem esse sententiam Di. Tho. propterea quòd supra q. 19. artic. 2. ad 2. & in 1. 2. quæst. 9. art. 3. ad primum dicit, quòd in his, quæ volumus propter finem, tota ratio mouendi est finis. Cum ergo secundum assertum Ferr. ab omnibus concedatur vel saltim sit extra præsentem disputationem, in qua tantum agimus de modo, quo obiectum absolutè consideratum mouet voluntatem, censendus est Ferr. tenere in præsenti disputatione sententiam Capreoli, imo vero ipse Ferr. ita fatetur, & ita se explicat in 4. cont. gent. capi. 19. vbi docet, quòd verbum intellectus in nobis non concurrit actiuè ad actum amoris, sed tantum concurrit formaliter quantum ad eius specificationem. Istæ sunt opiniones quæ versantur in hac parte inter viros graues, & doctos; sed vt explicemus, quid in tanta varietate probabilius sit, & veritati & doctrinę D. Tho. magis consentaneum, sic procedimus.

Decisio Autoris.

PRima conclusio. Obiecti voluntatis esse, quod habet in re, mouet quidem voluntatem per modum finis & formę extrinsecæ, non autem per modum efficientis.

Ista conclusio, quod ad vtramque partem est communiter à Theologis recepta & prima pars probatur, quoniam obiectum secundum esse, quod habet in re verum aut existimatum, est id cuius gratia aliquid fit, & cuius gratia mouetur voluntas, & præterea secundum illud esse specificat voluntatis operationes, mouet ergo per modum finis & formę. Secunda pars cõclusionis probatur. Quoniam Aristo. D. Thom. & multi alij graues Philosophi sæpe docent obiectũ voluntatis non mouere voluntatem propriè sed metaphoricè, ideſt, nõ mouere per modum efficientis sed per modum finis, ergo ista doctrina saltim erit intelligenda de obiecto secũdũ esse, quod habet in re, quidquid sit de apprehensione eius obiecti.

¶Secunda conclusio. Sententia secunda, quam docet Magister Cano non videtur ad mentem Diui Thomæ, neque vera. Probatur primo, quoniam D. Thom. in tota summa Theologiæ nunquam distinxit de actu libero vel necessario, quando loquitur de motione voluntatis à bono apprehẽso, sed absolute docet, quòd bonum apprehensum mouet voluntatem ad modum causæ finalis; ergo distinctio illa non fundatur in D. Tho. Antecedens patet ex locis D. Thom. citatis in quarta sententia. Probatur secundo. Secundum Di. Thom. in 1. 2. questi. 10. artic. 2. obiectum voluntatis nunquam necessitat illam ad actum in aliquo statu, sed tantum ad specificationem, ergo etiam in actibus necessarijs solum mouet illam in genere causæ formalis vel finalis. Et confirmatur. D. Thom. docet in quæst. 22. de verit. artic. 11. ad quintum, quod intellectus non regit voluntatem inclinando illam in illud ad quod tendit, sed ostẽdẽdo illi obiectum, in quod tẽdat; ergo etiam in actu necessario non concurrit efficienter. Probatur consequentia, quoniam si efficienter cõcurreret, inclinaret ipsam voluntatẽ, quemadmodum habitum, qui est in potentia principium efficiens, inclinat ipsam ad operationem, & calor, qui est in igne principium efficiens, inclinat illum ad calefactionem. Tertio probatur, quoniam exempla illa, quæ adducunt autores illius opinionis, nihil eam iuuant. Nam quòd verbũ diuinũ sit principium actiuum producendi amorẽ ad intra nõ habet ex eo, ꝙ proponit bonum voluntati, sed alia ratione longe diuersa, quam statim explicabimus in solutione argumentorum pro sententia Caietani. Similiter etiam, quòd motus primo primi rapiant efficacissimè appetitum, non prouenit ex aliqua efficientia boni apprehensi, sed ex eo, quòd isti motus sunt quasi naturales & præueniunt iudicium rationis & libertatem voluntatis. Docet autem D. Tho. in 1. 2. q. 9. art. 2. & q. 10. artic. 3. quòd etiam appetitus sensitiuus mouet voluntatem ex parte obiecti, & aliquando rapit illam efficacissimè, nunquam tamen docet neque potest docere, quòd appetitus moueat voluntatem in genere causę efficiẽtis. Quarto probatur. Apprehẽsio boni nõ mouet effectiuè voluntatem, sed est conditio necessaria, vt ipsum bonum moueat obiectiuè,

ctiuè, ergo similiter ipsum bonum apprehensum non mouet efficienter. Probatur consequentia, quoniam in hac re ad idem genus causarum reducitur apprehensio boni & ipsum bonum apprehensum. Sed ad hoc argumentum conantur respondere autores, qui defendunt secundam sententiam quòd apprehensio boni potest considerari dupliciter. Primò. Secundum quod proponitur voluntati ipsum bonum, & hoc pacto solum habet quòd sit conditio necessaria, vbi obiectum bonum moueat in genere causę formalis vel finalis. Alio modo potest cõsiderari apprehensio boni secundum quòd est naturalis origo actus voluntatis. Nam quemadmodum D. Tho. docet supra q. 77. art. 7. quòd inter potẽtias animæ vna fluit ab altera in genere causæ efficientis: sic philosophandum est & de actibus, quòd actus vnius potentiæ originatur naturaliter ex actu alterius potentiæ. v. g. actus voluntatis ex actu intellectus. Hæc autem origo pertinet ad genus causæ efficientis, & hac ratione in actibus volũtatis necessarijs apprehensio intellectus concurrit in genere causæ efficientis tanquam origo & causa illius actus, & non vt conditio obiecti.

¶Contra hanc solutionẽ arguitur. Quia D. Tho. in q. 25. de veritate artı. 1. absolutè docet, quòd actus appetitiuę potentię quodammodo oritur ex apprehensione potentiæ cognoscitiuæ, & in hoc nullam distinctionem assignat D. Tho. inter actus necessarios & liberos, sed in actibus liberis etiã isti autores fatentur, quòd non concurrit in genere causę efficientis, sed tantum in genere causę finalis, ergo idem prorsus dicendum est in actibus necessarijs ipsius voluntatis vel appetitus.

¶Tertia conclusio. Intellectus per apprehensionem obiecti nõ mouet effectiuè voluntatem. Hęc conclusio statuitur contra Caietą & Magistrum Medina in 1. 2. q. 9. articu. 1. qui vt defendat, quòd intellectus mouet voluntatem in genere causæ efficiẽtis, confugit ad actionem intellectus, quæ est imperium. Nihilominus probatur primo omnibus argumentis factis secundo loco. Et præterea probatur ex communi sententia omnium ferę Theologorum, & Metaphysicorum asserentium voluntatem nõ moueri effectiuè nisi à Deo, vel autore naturæ, vel gratiæ, vel à semetipsa. Ita docet S. Tho. in 1. 2. q. 10. art. 1. & Caietan. ibi hoc bene explicat, sed potissime probatur qua parte procedit contra modum, quem sequitur Magister Medina. Nam imperium, ad quod ipse reducit totam efficaciam intellectus supra voluntatem, non habet eiusmodi efficaciã ab intellectu, vt aduertebamus inter arguendum, sed ab ipsa voluntate, ergo non est tribuendũ intellectui, quòd moueat effectiuè voluntatem per imperium. Illud autẽ quod ipse dicit, scilicet, deueniẽdum esse ad aliquod primum imperium, cuius efficacia non sumitur à volũtate, primo est satis dubium. Nam probabilius existimo nullum esse imperium in intellectu insitum ab autore naturæ, sed omne imperium intellectus à voluntate pẽdet, de qua re agitur in 1. 2. quæstio. 17. Præterea. Ello admittamus eiusmodi imperium insitum à natura, illud impertinens est ad propositum nostrum: quia alia imperia intellectus quibus mouet voluntatem ad operationes deliberatas, non habent vim mouendi voluntatem ab illo primo imperio, sed potius ab ipsa voluntate, ergo ex positione illius primi imperij tantum colligitur, quòd voluntas in prima sui operatione mouetur effectiuè ab intellectu, nõ autem in alijs omnibus operationibus. Probatur antecedens. Si haberent efficaciam mouendi ab illo primo imperio, & non ab ipsa voluntate, tolleretur tota libertas voluntatis, quia moueretur necessario, & efficaciter ab autore naturæ, hoc autem non est admittendum, ergo. ¶Quarta conclusio. Bonum apprehensum vt est sub apprehensione est ratio formalis agendi voluntati quasi ab intrinseco specificans eius operationes. Itaq; siue illa apprehensio sit cõditio, siue ratio formalis obiecti voluntatis; bonitas tamen ipsa apprehensa est ratio formalis agendi voluntati. Hæc conclusio probatur primo. Voluntas nudè considerata non potest esse proximum principium, à quo sumant speciem eius operationes: sed omnis operatio sumit speciem à proximo formali principio, à quo procedit, ergo necesse est constituamus aliquam formam, quæ sit voluntati formalis ratio agendi, ipsamque constituat pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

proximum principium specificatiuũ suarum operationum. Minorem docet Sãctus Thomas in 1.2.quæstione 1.artic.3. Maior probatur. Voluntas nude considerata, est generale quoddã principiũ omnium volitionum; ergo non est proximum principium formale specificatiuum alicuius specialis volitionis. Confirmatur. Ita se habet voluntas nudè considerata ad volitionem in communi, sicuti potentia visiua secundum se cõsiderata absque speciebus se habet ad visionem, sed potentia visiua secundum se non est proximum principium specificatiuum alicuius visionis particularis, sed hoc habet ab specie visibili, per quam constituitur in actu ad videndum, ergo voluntas nõ habet ex se, quòd sit proximum principiũ specificatiuum alicuius volitionis, sed hoc habet ab obiecto secundum, quòd est sub apprehensione practica. Sed dices cum Capreol. vbi suprà, quòd voluntas secundum se naturaliter est determinata ad amorem vltimi finis, & ex amore vltimi finis constituitur determinata ad amorem mediorum ergo non eget aliqua forma, per quam determinetur, & constituatur in actu ad amãdum aliquod bonum. Ad hoc respondetur, quòd ex hac doctrina vt plurimum colligi potest voluntatem esse plene determinatã, & actuatam ad volitionem vltimi finis, & illorum mediorum, quę habent naturalem & necessariam connexionem cum fine vltimo, huiusmodi sunt quædam bona valde connaturalia, scilicet esse, viuere &c. cęterũ respectu mediorum, quæ non habent omnimodam connexionem cum fine vltimo, voluntas non potest habere plenam, & cõsummatam actualitatem & determinationem, & ita eget aliqua forma speciali determinante, quæ non potest esse alia nisi bonitas obiecti vt est sub apprehensione, siue apprehensio sit cõditio, siue ratio formalis. Respondetur secundo, quod determinatio, voluntatis ad vltimum finem non est plene consummata, nisi accedat apprehensio ipsius finis vltimi. Et ratio est, quoniã vltimus finis non est vndequaque proportionatus appetitui rationali si cõsideretur præcisæ secundum formam realem, quam in se habet, sed necessium est vt fiat consummata proportio per formam apprehensam per rationem, ita vt finis habeat formaliter rationem finis naturę rationalis. Dixi in cõclusione, quasi ab intrinseco &c. propterea q̃ in omni opinione non est forma intrinseca ipsi voluntati, sed extrinseca, cùm illa bonitas apprehensa sit in intellectu nihilominus tamen in eius defensionem & explicationẽ. ¶ Sit quinta cõclusio. Bonũ apprehensum, vt est sub apprehensione, est voluntati ratio formalis agendi tanquam forma, quæ est principium actiuum volitionis quantum ad speciem ipsius. Hanc sententiam docet Caietanus vbi supra, quem sequitur Conradus in 1.2. vbi supra. Hæc conclusio ita explicãda est, quod bonitas obiecti vt est sub apprehensione concurrit quidem efficienter cum voluntate tanquam principium, quo actiuum ad totam substãtiam & generica & specificam volitionis: sed tamen formaliter & per se primo ratio generica volitionis referenda est ad voluntatem tanquam ad proprium eius principium. Ratio vero specifica referri debet in formam apprehensam tanquam in principium proportionatum, a quo desumitur. Quemadmodum in potentia uisiua ratio & substantia generica uisionis per se & formaliter desumitur à potentia uisiua, substantia uero specifica uisionis desumitur per se primo ab specie uisibili, quanuis de facto potentia simul & species visibilis per modum unius principij effectiue producant totam visionẽ. Hęc est intelligentia, & explicatio Caietani, q̃ consulto dixerim, quoniam aliqui falsò imponunt Caietano, quòd docuerit substãtiã genericam volitionis effici à sola voluntate, substãtiam vero specificam à sola forma apprehensa, quod nec somniauit Caietanus. Nam hunc modum dicendi soli autores primæ sententiæ sequuntur, qui putant formam apprehensam non concurrere ad volitionem tanquam rationem formalem agendi, sed tãquam principium quoddam partiale. Hæc tamen sentẽtia vel ex eo apparet minus probabilis, quia non satis intelligitur, quo pacto voluntas producat vnam partem volitionis, nempe substãtiam genericam, forma vero apprehẽsa producat aliam partem, s. substantiam specificam. Probatur ergo conclusio sic expositа. Primo. In conclusione præcedenti probauimus, quod forma apprehensa est voluntati ratio formalis agendi constituens ipsam in ratione proprij principij volitionis tanquam specificans eius actionem, sed in uniuersum omnis forma, quæ est ratio formalis agendi alicui potentiæ, est principium quo actiuum operationis illius potentiæ, nec poterit huius rei afferri instantia, ergo. Et confirmatur primo. Voluntas quatenus determinatur & actuatur per formam apprehensam constituitur in ratione principij proximi specificatiui uolitionis; sed uolitio, prout actio est, specificatur à principio actiuo secundum quod est actiuum, ut diximus conclusione præcedẽti ex D.Tho. 1.2.q.1.art.3. ergo forma apprehensa concurrit ut principium actiuum uolitionis. Et confirmatur secundo. Forma apprehensa est necessaria ad uolitionem, vt perficiat & compleat uirtutem actiuam uolitionis, quę non est satis determinata & completa ad producendam specificam rationem volitionis, ergo concurrit cum uoluntate forma apprehensa ut uirtus & ratio actiua. Denique hanc conclusionem confirmant satis probabiliter duo ultima argumenta ex his, quæ proposuimus pro parte affirmatiua huius quæstionis.

AD argumenta facta secundo loco, quę sunt contra hanc conclusionem respondetur. Ad primum respondetur, quod bonum apprehensum potest cõsiderari dupliciter, primo sm q̃ est in re, quo pacto ut diximus in prima conclusione habet rationem finis, & formę extrinsecę respectu uoluntatis: & sm hanc conclusionẽ certum est, quòd bonum apprehensum nõ concurrit actiue, sed finaliter ad mouendam uoluntatem. Et in hoc sensu intelligi debent Arist. & D.Thom. in locis citatis in hoc argumento, & ubicunque dicunt, quòd intellectus non mouet uoluntatem efficienter, sed per modum finis. Secundo potest considerari bonum apprehensum secundũ q̃ iam est apprehensum in ipso intellectu, quo pacto bonũ ultimare proportionatur uoluntati in ratione finis, ut dicebamus in quarta cõclusione, & hoc modo dicitur cõcurrere actiuè ad actum uolitionis tanquã forma & ratio agendi ipsius voluntatis, nõ aũt q̃ agat in ipsam uoluntatẽ, aut influat, uel ponat aliquid in ipsa. Quæ distinctio (ut aduertit Caietan. hic) uidetur doctrina Commentatoris. 12. metaphy. commento. 36. ubi docet, quod appetibile mouet appetitum in duplici genere causę, uidelicet, in genere causæ efficientis secundum quòd est in anima, & in genere causæ finalis secundum q̃ est extra animam.

¶ Ad secundum respõdetur, quòd obiectum & terminus motus secundum esse q̃ habet à parte rei concurrit ad specificationem motus ut motus est per modũ formę extrinsecæ, cæterũ specificatio motus prout actio est desumitur à principio proximo actiuo, & ab obiecto & termino secundũ esse, quod habet intra potẽtiam operantem, & ita actio voluntatis specificatur ab obiecto secundũ esse, quod habet per formam apprehensam in ipsa voluntate. Ad confirmationẽ patet ex dictis in 4. conclusione cõtra solutionẽ Capreoli. ¶ Ad tertium respondet q̃ ex eo, q̃ uoluntas sit potentia libera, solum sequitur, q̃ possit habere actũ uolitionis, quando ipsa uoluerit: cæterum supposito q̃ uelit habere actum circa proprium obiectum, tunc bonum apprehensum concurrit cùm illa tanquam forma, & ratio producendi uolitionem huius speciei, uel alterius. Ad confirmationem respondetur nullam esse repugnantiam, quod uoluntas moueat intellectum actiuè quantũ ad exercitium

Universidad de Deusto
Biblioteca

citium actus, & ꝙ intellectus seu potius A bonum apprehensum ab illo concurrat ad volitionem huius obiecti, vel altetius tanquã forma & ratio agendi ipsius voluntatis: hæc enim duo longe diuersa sunt. Esset autem maximum inconueniens, quòd voluntas moueat intellectum actiue quantũ ad exercitium, & ꝙ in eodem genere moueatur actiuè ad exercitium ab ipso intellectu. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ non sufficit ipsum bonum proponi voluntati nisi bonum apprehensum concurrat cum ipsa voluntate tanquam ratio agẽdi, vt amplius explicabitur ad quintum. ¶ Ad quintum respondetur, ꝙ intellectus non dicitur mouere voluntatem actiuè propterea quòd ponat aliquid in ipsa, quod etiã Caietanus fatetur; argumentum tamen non probat, ꝙ bonũ apprehensum non concurrat tanquã forma & ratio agendi in ordine ad ipsam volitionem. Non autẽ oportet hanc formã esse cõiunctam cum ipsa potentia operatiua, dum tamẽ fit in eadem essentia animę. Hoc enim est proprium voluntati, ꝙ operetur propter bonum apprehẽsum ab alia potentia, quæ sit in eadem anima, ita ꝙ per illud bonum apprehensum fiat in actu ad eliciendam volitionem. Cuius rei exempla solent hic aliqui adducere. v.g. secundũ doctrinam D.Tho. vt solet ostendi in 1. 2. q. 56. ar. 4. virtus tẽperantiæ, quę est in appetitu, concurrit actiuè ad producendam electionem rectam in voluntate, non quidem quantum ad entitatem, & substantiã actus sed quãtum ad rationem specificã illius virtutis. Itẽ etiã virtus religionis, quæ est in, voluntate concurrit tanquã forma ad actũ orationis, qui est in intellectu; de quo solet disputari in 2. 2. q. 88. art. 3. Ad eundẽ ergo modum bonum apprehensum per intellectum concurrit actiue vt forma ad determinationem specificã actus volũtatis. Sed hæc exempla videntur supponere prauam illam intelligentiam Caietani, quam impugnauimus in quinta conclusione. Etenim recta electio solum effectiuè quantum ad substantiam est à voluntate, quantum autẽ ad modum, & regulationem a temperantia. Similiter actus orationis ab intellectu tantum elicitur, licèt à religione, quæ est in voluntate reguletur. At vero substantia generica & specifica volitionis est a voluntate prout informatur a bono apprehenso. Quapropter possunt adduci alia exempla. Nam iuxta probabilissimam sententiam, de qua loquuti sumus quæstione præcedenti art. 3. dubio. 1. ad 3. quam etiam auctor tabulę aureæ dubio 1218. colligit ex doctrina D.Tho. intellectus agens effectiuè concurrit cùm intellectu possibili ad omnem eius operationem, & tñ in doctrina D.Th. vt ibidem ẽt nos diximus, intellectus agẽs realiter differt ab intellectu possibili; imo non desunt viri docti, qui docent, ꝙ intellectus agens habet rationem hãbitus primorum principiorum concurrens cùm intellectu possibili ad assensum principiorũ. Item phantasma prout illustratur lumine intellectus agentis, vt probabilis fert opinio, causat species intelligibiles in intellectu possibili, & tñ lumẽ intellectus agentis non inhæret phantasmati. Deniq; ex colore & lumine visibili cõstituitur vnũ obiectum, & motiuum & terminatiuum visus, & tamen lumẽ quod habet rationẽ formæ in hoc visibili obiecto non inheret colori.

¶ Ex quibus patet ad sextũ. Dicimus. n. ꝙ cõcurrit tanquam forma, & ratio agẽdi.

HAs solutiones apposuimus ad defensandam sententiam Caietani tanquã probabilem, sed nihilominus non videntur satisfacere, neque pacare intellectum. Primo. Quoniam D.Th. in loco citato 2. contra gent. c. 72. ratione 6. absque vlla distinctione docet, & quòd intellectus nõ mouet voluntatem effectiuè, & ꝙ illam mouet per modum finis, atque idẽ fere docet in aliis locis citatis. Secundo. Quoniam non rectè percipimus, quòd aliquid sit causa & ratio agendi respectu voluntatis, & ꝙ non inclinet illã ad operationem, siquidem ipsa natura uoluntatis est inclinatio quedã in obiectum. Sed D. Tho. docet expresse in quæst. 22. de veritate arti. 11. ad quintũ, ꝙ intellectus non inclinat voluntatẽ in bonum, ꝙ appetit, ergo non est illi ratio agendi. Tertio probatur & est maxime notãdum. Quoniam ipse conceptus boni apprehensi non est forma specificans actum voluntatis, sed potius bonitas repræsentata per illum cõceptum est ratio, quæ specificat, sed huiusmodi bonitas in cõceptu mentis nõ habet verum

tũ esse reale, sed tantum esse cognitũ, ergo A impossibile est, ꝙ actiuè sit actio & causa actus voluntatis, sed tãtũ per modũ finis.

¶ Quod si quis arguat. Species intelligibiles hominis aut equi continent hominẽ, & equũ, nõ in esse reali, sed tãtũ in esse cognito, & tamẽ concurrit actiue tãquã ratio producendi intellectionẽ hominis, ergo simili ter illa bonitas potest esse ratio producendi actiue volitionem boni. Respõdetur, ꝙ secundũ Arist. in 6. metaph. tex. 8. verum & B falsum habẽt se in intellectu, bonum vero & malum non in intellectu, sed in rebus. Ex quo sequitur, quòd species intelligibilis hominis aut equi habet verum esse in genere intelligibilium, & propterea potest cõcurrere actiuè ad producendã intellectionem hominis, sicut explicatum est q. 79. art. 2. At vero bonum, quod repræsentatur in conceptu, non habet ibi verum esse in genere appetibilium, & propterea non potest actiuè concurrere ad producendam volitionem boni, sed tantum finaliter & metaphorice, sicut etiam Aristot. docuit in 1. de generatione, text. 55. Igitur propter hæc argumenta & illa quæ in tertia conclusione sunt apposita ad resolutionem dubij.

¶ Sit sexta conclusio. Probabilius & magis consonum cùm doctrina D. Thomę nobis videtur, quòd bonum apprehensum habet tantum rationem principij formalis, & finalis respectu voluntatis, & non principij actiui; siue apprehensio habet rationem conditionis, siue rationis formalis.

AD argumenta primo loco facta, quæ sunt contra hanc conclusionẽ respondetur. Ad primum respondetur, quòd appetibile mouet appetitum in ratione finis, & formæ, quæ est motio metaphorica & non in ratione efficientis, & propter hanc motionem metaphoricam dixit Aristoteles, appetibile mouere appetitum. Ad D. Thom. respondetur, quòd vocat voluntatem potentiam passiuam, non vt passiuum respondet vere actiuo, sed vt importat aliqd inde terminatum, & quod natum est determinari ab alio & reduci in actum, quemadmodum si quis dicat, quòd forma ignis est potentia passiua respectu caloris, à quo determinatur, & actuatur ad calefaciendum. Eodem ergo sensu, obiectum voluntatis dicitur actiuum à D. Thom. in 1. 2. quæst. 22. artic. 3. ad secundum, & vocat illud motiuum postea quæst. 72. art. 9. Nec est eadẽ ratio de obiecto potentiæ cognoscitiuæ: nã cum hæc potentia cognoscat trahendo ad se, consequenter habet pati ab obiecto per susceptionem speciei, potentia vero appetitiua non trahit res ad se, sed potius fertur ad ipsas, vt D. Thom. notauit quæstione sequenti articulo 1. & propterea nihil recipit ab obiecto, nec patitur ab illo nisi metaphoricè vt dictum est.

¶ Ad secundũ argumentum non desunt viri docti, qui putant appetitum sensitiuũ præsertim in brutis moueri effectiuè etiam quo ad exercitium ab appetibili apprehenso per estimatiuã. Ceterum, vt secundũ argumentum contendit, multò probabilius est appetitum sensitiuum in eodẽ genere causæ moueri ab appetibili apprehẽso per æstimatiuam seu cogitatiuam, in quo voluntas mouetur à suo appetibili apprehenso C per intellectum. Et ita ad argumenta dicitur, quòd necessitas, quæ reperitur in appetitu sensitiuo per ordinem ad propriã operationem, non prouenit ab obiecto apprehenso, sed ab inclinatione naturali ipsius appetitus. Vnde mouetur ad exercitiũ operationis, non ab obiecto sed ab autore naturæ. ¶ Ad tertium respondetur, quod in operationibus voluntatis naturalibus & necessarijs, necessitas quo ad exercitium ex sola voluntatis naturali inclinatione prouenit, D per quam naturaliter rapitur ad obiectũ sibi propositum per iudicium indeliberatũ. Et quanuis cõtingat quãdoque, quod obiectum ita proportionatum non habeat proportionẽ connaturali voluntatis inclinatione, vt cõtingit in quibusdam motibus primo primis. v.g. cũ quis inaduertenter vult leuare festucã, fricare barbã, interficere seipsum: at quatenus eiusmodi obiectũ proponit voluntati modo quodã naturali, scilicet, per iudiciũ indeliberatum, quo iudica E tur illud obiectum esse cõueniens & ꝓportionatũ appetenti, fit quædã cõnaturalitas inter voluntatem, vt est quędam natura, & inter illud obiectum. ¶ Ad quartum respondetur, quòd quando obiectum proponitur voluntati indeliberata quadã apprehensione, tunc veriſſimum est, nos experiri illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

immutationem voluntatis, de qua procedit argumentum: in quo casu verificatur illud Augustini. Impossibile est, quin visis tangamur: & tunc hæc immutatio voluntatis non ad obiectum neque ad apprehensionē est referenda, sed ad naturalem voluntatis inclinationem. Secus est autem, quādo mouemur deliberatis apprehensionibus, tunc enim cessat illa experientia, imo potius experimur voluntatē tunc se mouere ex sua libertate. ¶Quintum argumentum manet solutum ex dictis circa tertiā conclusionē, & similiter prima replica facta cōtra solutionem assignatam inter arguendū, quę est legitima solutio. Ad secundā replicā respondetur, non constare apud viros doctos, An stante iudicio practico singulari volūtas necessario velit bonum sibi proportionatū tali iudicio. De qua re quæstione sequenti art. 2. Pro nunc dico, q̄ si voluntas stante illo iudicio necessario exit in actum, necessitas non est referenda in iudicij efficaciam, sed in naturam voluntatis, quod in 1.2. quæst. 50. solet explicari amplius. ¶Ad sextum patet ex dictis circa quartam conclusionem, vbi diximus, quòd voluntas determinatur ad amandū aliquod bonum in particulari per bonū apprehensum tanquam per formam & finē & obiectū; quo terminat operationē voluntatis. ¶Ad septimū respondetur, q̄ secundū veram Philosophiā illud agēs quod producit effectum specialē, producit illum secundum substantiam, & secūdum speciem & secundum conditiones individuantes in genere causę efficiētis. v.g. quando equus generat aliquē equum, equus generans est principium actiuum geniti, & quantum ad speciem & quantum ad cōditiones individuantes, neq; distinguimus duas causas actiuas, vnā substantię, & alteram rationis specificę. Ita dicimus, q̄ volūtas est causa actiua suæ volitionis & quantum ad substantiam, & quantum ad speciē & cōditiones particulares, neq; oportet distinguere principiū actiuū substātię actus, à principio actiuo specificationis illius. Et ad pbationē respōdetur negādo, q̄ sequat omnes volitiones esse eiusdē speciei: nam quanuis causa actiua sit vna; tamen obiecta formalia, à quibus volitiones specificātur sunt diuersa. Et hac ratione differūt species, quēadmodū idē mobile prorsus mouetur motu sursum & motu deorsum, & tota actiuitas se tenet ex parte illius qui se mouet: nihilominus tamē illi duo motus differūt specie, quoniā termini, ad quos tendūt, differūt specie. Sic ergo voluntas actiue causat volitiones & quantū ad speciē & quātū ad conditiones individuantes, bonū vero apprehensum causat specie per modū obiecti aut formæ aut finis. Et quod ista sit legitima mens D. Tho. probatur ex 1.2. quæst. 72. artic. 3. ad primum & secundū, vbi docet, quòd volūtas, quę est principium actiuum actus humani, cum non sit determinata ad vnum, non sufficit ad producendos actus humanos, nisi determinetur ad vnū per intentionem finis, sicut Aristoteles docet 9. Metaphysic. text. 15. & 16. & ideo ex fine & obiecto perficitur esse & species actus humani.

¶Ad octauum prima solutio est, quam adhibēt autores secundæ sententiæ, quòd cum amor diuinus sit naturalis & nō liber, nihil mirum si verbum diuinum concurrat actiue ad productionem illius. Sed negatur consequentia, quòd sit eadem ratio de actu libero voluntatis, quanuis benè sequatur in ordine ad actum naturalem & necessarium voluntatis. Sed hanc sententiam & solutionē iam supra reiecimus conclusione 1. tanquàm alienā à D. Thom. ¶Secundo respondetur, q̄ illa maior argumenti non semper est vera, maximè in substantia diuina: imò vero aliquando variat modū agendi, propterea q̄ diuina substantia est. v.g. Adhuc est quæstio sub iudice inter Theologos, An per actum volūtatis in nobis producatur aliquid in ipsa voluntate sicut per actum intellectus producitur verbum in ipso intellectu: & tamen certum est ex fide, quod per actum voluntatis diuinæ producitur amor in ipsa voluntate diuina, qui est Spiritus sanctus. De qua difficultate agitur in proprio loco quæst. 37. ar. 1. Hęc solutio vera est, non tamen exactè respondet ad punctum difficultatis. Et propterea. ¶Tertio respondetur transeat antecedens, & negatur consequentia. Primo, quoniam verbū intellectus absolute & ex sua ratione consideratum non habet, quod actuc causet amorem: sed tantum per modum

modum proponentis obiectum voluntati. Neque verbum diuinum illud habet ea ratione, qua proponit diuinæ voluntati summum bonum, vt patet in intellectione, & amore essentiali, per quem nihil producitur in voluntate diuina, sed quod actiuè producat amorem habet diuinum verbum ea ratione, qua infinitum & diuinum est, & persona subsistens. Secundo, quoniam in diuinis personis nullus alius ordo est, q̄ ordo originis, secundum, quem vna persona procedit ab alia tanquā à principio actiuo. At vero inter voluntatem & bonum apprehensum est ordo potentiæ ad obiectū vel finem: finis autem apprehensus mouet solum mataphorice, vt dictum est. Tertio, quoniam bonitas, quæ reperitur in verbo intellectus nostri, non habet ibi verum esse reale, sed tantum esse cognitum: & propterea, non potest esse causa actiua realis actus voluntatis. At vero verbum diuinum habet in se realem & præsentem bonitatē, & propterea potest esse actiuum principiū amoris diuini ea ratione, qua verbum diuinum est. Ad confirmationem respondetur negando consequentiam: ratio est, quoniā fides & lumen gloriæ sunt habitus in intellectu infusi, qui sua natura ordinantur ad producendos acto fidei & visionis: bonum vero apprehensum tantum habet rationem finis & obiecti, cui competit mouere voluntatem metaphorice per modum finis, & specificare, actum illius per modum formæ.

Circa solutionem ad secundum D. Th. Caietanus tractat duas dubitationes satis obscure: sed ad eius rei explicationem notandum est primo, quòd differentia inter istos duos appetitus consistit in duobus potissimè. Primo, quod appetitus intellectiuus potest ferri in bona immaterialia, sicut in Deum & Angelos: appetitus vero sensitiuus non potest ferri in hæc immaterialia. Cuius ratio est, quia appetitus, sensitiuus sequitur apprehensionem sensus, qui non se extendit vltra materialia & singularia; appetitus vero intellectiuus sequitur apprehensionem intellectus, qui pertingit etiam ad materialia.

¶ Secundo notandum est, quod appetitus intellectiuus fertur in singularia sub aliqua ratione, communi & vtili, quæ per intellectum sit communis. In cuius rei cōfirmationem adduxit S. Thomas locum Aristotelis lib. 2. artis Rethoricę capitu. 4. quòd odium potest esse de aliquo vniuersali, videlicet, de genere latronum. At vero appetitus sensitiuus fertur quidem in appetibilia singularia sub ratione communi, idest, non sub aliqua ratione particulari huius boni aut illius; non tamen sub ratione communi, quæ per intellectum sit facta communis, quoniam hoc non attingitur à potentia sensitiua. Quemadmodum dicimus, quod visus fertur in hoc coloratum sub ratione communi coloris, nō sub ratione facta communis per intellectū sed quasi negatiue non sub aliqua speciali ratione coloris. Et hoc vult docere Caietanus in responsione ad primam dubitationem: cuius doctrina explicatur magis, & confirmatur ex his, quæ D. Thom. docet in 1.2. q. 29. artic. 6. qui locus est maxime notandus. ¶An vero appetitus intellectiuus feratur in bonum in communi vniuersaliter sumptum, & in actu signato, Caietanus in hac prima dubitatione videtur asserere partem affirmatiuam: alijs vero magis placet pars negatiua, & quando dicitur, quod volūtas fertur in bonum vniuersale, intelligendum est, quod fertur in bonum, quod claudit in se oēm rationem boni honesti utilis, & delectabilis: ita ut dicat bonū vniuersale vniuersalitate perfectionis & p̄dicationis, sicut quādo dicitur Exo. 33. Ego ostendam tibi omne bonum. Hæc tamen disputatio habet proprium locum in 1.2. quæst. 13. artic. 6. ¶ Tertio notandum est id, quod Caietanus aduertit in solutione ad secundam dubitationem, quod uoluntas nostra semper dirigitur ab intellectu practico, qui actu cognoscit res singulares. Parum uero refert, quòd ipsa cognitio singularium per intellectum practicum per reflexionem fiat, ad hoc quod uoluntas feratur in ipsa singularia, quoniam non est necesse si cognitio est reflexa, quod etiam uolitio sit reflexa. Possumus .n. uelle multa directè, quæ intellectus non potest cognoscere nisi per reflexionē, ut constat de multis, quæ sunt in anima nostra v.g. actus vel habitus, &cę. quæ pro isto statu noster

intellectus non cognoscit nisi per reflexionem, vt ostendetur infrà quæst.87.& tamen voluntas directè fertur in illa. ¶ Aduertit vero optime Caietanus nullum esse inconueniens, quod cogitatiua, quæ concurrit simul cum intellectu ad cognitionem singularium, dicatur mouere appetitum intellectiuum non virtute propria, sed ex coniunctione ad intellectum possibilè, quemadmodum suprà diximus q.79.art.3.quod est coniunctione ad intellectum agentem, potest concurrere instrumentaliter ad producendam speciem immaterialem in intellectu possibili.

CIrca solutionem ad tertium Di. Tho. in qua dicit. Appetitus superior mouet mediante inferiori. Notandum est, ꝙ de intelligentia Di. Tho.non conuenit inter eius discipulos. Caietanus fatetur,quod attinet ad potentiam apprehensiuam, ꝙ absolutè & semper verum habet id, quod Aristoteles dixit in 3. de anima capi. 11.& text.57.& 58.quòd opinio vniuersalis nunquàm mouet nisi mediante particulari. At vero quantum attinet ad potentiam appetitiuam, docet Caietanus, quòd non semper & necessario si voluntas fertur in bonum apprehensum,fertur etiam in ipsum, appetitus inferior. Neque D.Tho.hoc sentit,sed quòd regulariter & vt in plurimum si volùtas fertur in aliquod bonum, simul etiam fertur appetitus inferior suo modo. Et eodem pacto solent Philosophari aliqui discipuli D. Thomæ de actu penitentiæ in 3.par.q.85.art.4. quòd si voluntas dolet & tristatur de peccato, non necessario tristatur etiam appetitus sensitiuus, quanuis regulariter ita fiat. Cui sententiæ videt apertè fauere Magister Soto in 4. distin.14.quæstio.2.artic. 4.& distinctione 17. quæstio. 2.art.4. Alij vero discipuli D.Thom.oppositum existimant, videlicet, ꝙ in statu huius vitæ,quando voluntas fertur in bonum apprehensum,semper appetitus inferior habet etiam actum illi proportionatum suo modo. Itaque quèadmodum in statu hoc, quando intellectus fertur in aliquod obiectum,semper habet actum suo modo sensus inferior, iuxta illud quod docet Aristoteles in 3.de anima.ca.8.tex.39.quod oportet intelligentem phantasmata speculari, A quod dictum in hoc sensu explicabimus posteà.quæst.84.art.7.Ita etiam dicendum est de appetitu superiori & inferiori.Et hæc intelligentia videtur maximè consona cũ D.Tho. in hac solutione ad tertium. Non enim se offert sufficiens ratio, propter quã possit Caietanus assignare discrimé in hac re inter potentiam apprehensiuam & appetitiuam. Ex his duabus sententiis vtraque censenda est probabilis, sed diffinire quæ sit probabilior & magis ad mentem D.Th. B non est præsentis loci.

QVAESTIO LXXXI.
De sensualitate.

DEINDE considerandum est de sensualitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm sensualitas solum sit appetitiua.

AD PRIMVM sic proceditur. 404
Videtur,quòd sensualitas non solum sit appetitiua. sed etiam cognitiua. Dicit.n.Aug.12.de Tri. Ver.q.25.ar.1i.12.de Tri.c.12.
ꝙ sensualis anima motus qui in corporis sensu intenditur, nobis pecoribusq; cõmunis est. Sed corporis sensus sub vi cognitiua continetur: ergo sensualitas est vis cognitiua.

¶ 2 Præterea. Quæ cadunt sub vna diuisione,videntur esse vnius generis.Sed Aug. † in 12.de Trini.diuidit sensualitatem contra rationem superiorem & inferiorem, quæ ad cognitionem pertinent, ergo sensualitas etiã est vis cognitiua. † Li.12. de Tri. c.12. ad to.3

¶ 3 Præterea. Sensualitas in tentatione hominis tenet locum serpentis.Sed serpens in tentatione primorum parentũ se habuit, vt nuntians et proponens peccatum ꝙ est vis cognitiua,ergo sensualitas est vis cognitiua.

SED contra est, quòd sensualitas diffinitur esse appetitus rerum ad corpus pertinentium.

RESPONDEO dicendum, quòd nomẽ sensualitatis sumptum videtur à sensuali motu,de quo Aug loquitur 12. de Trini. * *sicut ab actu sumitur nomen potentiæ, vt à visione*

visione visus. Motus autem sensibilis est appetitus apprehensionem sensitiua consequẽs. Actus.n.apprehensiuæ virtutis non ita propriè dicitur motus sicut actio appetitus. Nam operatio virtutis apprehensiuæ perficitur in hoc ꝙ res apprehensa sunt in apprehendente: operatio autem virtutis appetitiuæ perficitur in hoc,ꝙ appetens inclinatur in rem appetibilem. Et ideo operatio apprehensiuæ virtutis assimilatur quieti, operatio autem virtutis appetitiuæ magis assimilatur motui. Vnde per sensualem motum intelligitur operatio appetitiuæ virtutis. Et sic sensualitas est nomen appetitus sensitiui. A B

AD primum ergo dicendum: ꝙ per hoc quod dicit Augus. quòd sensualis animæ motus intenditur in corporis sensu, non datur intelligi quòd corporis sensus sub sensualitate comprehendantur, sed magis quòd motus sensualitatis sit inclinatio quædam ad sensus corporis, dum scilicet appetimus ea, quæ per corporis sensus apprehenduntur. Et sic corporis sensus pertinent ad sensualitatem quasi præambuli. C

AD secundum dicendum, ꝙ sensualitas diuiditur contra rationem superiorem & inferiorem,inquantum cõmunicant in actu motionis, vis.n.cognitiua, ad quam pertinet ratio superior & inferior,est motiua sicut et appetitiua,ad quam pertinet sensualitas.

AD tertium dicendum, quòd serpens nõ solum ostendit & proposuit peccatum, sed etiam inclinauit in effectum peccati. Et quantum ad hoc sensualitas per serpentem D *significatur.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Sensualitas est nomẽ appetitus sensitiui. Ratio, per motum sensualem intelligitur motus appetitus sensitiui, ergo sensualitas est nomen appetitus sensitiui. E Probatur consequentia, quia sensualitatis nomen à motu sensuali sumptum videtur, sicut ab actu sumitur nomen potentia vt à visione visus.

COMMENTARIVM.

NOtandum est in hoc articulo, ꝙ sensualitas eadem est secundum rem cũ appetitu sensitiuo; differt tamen ab illo secundum rationem. Nam sicut adnotauit D.Tho.in 2.d.24.q.2.art.1.ad 3.& Durand.ea.d.q.5.appetitus sensituus significat absolutè potentiam sensitiuam,cui competit inclinatio ad bonum sensibile; sensualitas vero importat eundem appetitum connotando,quòd præueniat perfectum vsum rationis, aut non sequatur rationem. In qua significatione agit de sensualitate D. Tho. 1.2.q.74.art.3.& 4. Et propter hanc distinctionem rationis, quædam proprietates solent tribui sensualitati, quæ non tribuuntur appetitui sensitiuo absolutè considerato,v.gra ꝙ sensualitas ut sic non est capax habitus virtutis, & ꝙ sensualitas semper instigat ad malum, & propterea significatur per serpentem, vt dicitur in artic. ad 3. & ꝙ sensualitas est perpetuæ corruptionis. Propter quam causam D. Tho.3.par.q.18. artı.2.in corpore,& ad secundum docet optimè, quòd in Christo quanuis fuerit sensualitas quãtum ad naturam appetitus sensitiui, nõ tñ fuit in illo quãtũ ad corruptionis connotationem. Verum est tamen, ꝙ frequenter sensualitas solet vsurpari pro ipso appetitu sensitiuo non connotando illã corruptionem, & in hoc sensu vsurpat Di. Tho.hoc nomen in hac quæst.ex D. Augu. 12.de Trin.c.12.& 13.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm appetitus sensitiuus distinguatur in irascibilem & concupiscibilem sicut in potentias diuersas. 405 Ver.qõ. 15.ar.3. cor. & q.25.ar. 2. Et 2. Eth.lec. 5.co. 2. Et 3. de anim. lec. 14. c. 2. *li. 2.de ani.tex. 107.t.2

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur,ꝙ appetitus sensitiuus non distinguatur in irascibile & concupiscibile sicut in potentias diuersas. Eadem.n.potentia animæ est contrarietatis,vt visus albi & nigri, vt dicitur in 2.de Ani. *Sed conuenientia & nocua sunt contraria. Cùm ergo concupiscibilis respiciat conuenientia, irascibilis vero nociuum, videtur quòd eadem potentia animæ sit*

sit irascibilis & concupiscibilis.

¶ 2 *Præterea Appetitus sensitiuus non est nisi conuenientium secundum sensum. Sed cõueniens secundum sensum est obiectum concupiscibilis. Ergo nullus appetitus sensitiuus est à concupiscibili differens.*

¶ 3 *Præterea Odium est in irascibili. Dicit enim Hiero.* super Matt. Possideamus in irascibili odium vitiorum. Sed odium cùm contrarietur amori, est in concupiscibili. Ergo eadem vis est concupiscibilis & irascibilis.*

Super illud Matth. 13. Simile est reg. cælo. fermento, to. 9. † Nice. li. 4. c. 9. in prin. * Dam. lib. 2. c. 12. cir. fin.

SED contra est, quod Greg. Nicenus† et Damas. ponunt duas vires, irascibilem & concupiscibilem partes appetitus sensitiui.*

RESPONDEO dicendum, quòd appetitus sensitiuus est vna vis in genere, quæ sensualitas dicitur, sed diuiditur in duas potentias, quæ sunt species appetitus sensitiui, scilicet in irascibilem, & concupiscibilē. Ad cuius euidentiam considerare oportet, q̃ in rebus naturalibus corruptibilibus, non solũ oportet esse inclinationem ad consequenda cõuenientia, & refugienda nociua, sed etiã ad resistendum corrumpentibus et cõtrarijs, quæ conuenientibus impedimentum præbent, & ingerunt nocumenta. Sicut ignis habet naturalem inclinationem non solum vt recedat ab inferiori loco, qui sibi non conuenit, et tendat in locum superiorem sibi conuenientem, sed etiam quòd resistat corrumpentibus et impedientibus. Quia igitur appetitus sensitiuus est inclinatio consequens apprehensionem sensitiuam, sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formam naturalem, necesse est q̃ in parte sensitiua sint duæ appetitiuæ potentiæ. Vna, per quam anima simpliciter inclinatur ad prosequendũ ea, quæ sunt conuenientia secundum sensum & ad refugiendũ nociua. Et hæc dicitur concupiscibilis. Alia vero, per quam animal resistit impugnantibus quæ conuenientia impugnant & nocumẽta inferunt. Et hæc vis vocatur irascibilis. Vnde dicitur q̃ eius obiectũ est arduũ quia, sustendit ad hoc q̃ superet contraria, et superemineat eis. Hæ autem duæ inclinationes non reducũtur in vnum principium, quia interdum anima tristibus se ingerit contra inclinationem concupiscibilis, vt secundum inclinationem irascibilis impugnet contraria. Vnde etiã passiones irascibilis repugnare videntur passionibus concupiscibilis. Nam concupiscentia accensa minuit iram, & ira accẽsa minuit concupiscentiã, vt in pluribus. Patet etiã ex hoc q̃ irascibilis est quasi propugnatrix & defensatrix concupiscibilis dũ insurgit contra ea, quæ impediunt conuenientia quæ concupiscibilis appetit, & ingerunt nociua quæ concupiscibilis refugit. Et propter hoc omnes passiones irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis, & in eas terminantur. Sicut ira nascitur ex illata tristitia, & vindictam inferens in lętitiam terminatur. Propter hoc etiam pugnæ animalium sunt de concupiscibilibus, scilicet de cibis & venereis, vt dicitur in 8. de animalibus.

A

B

Lib. 8. c. 1.

AD primum ergo dicendum, q̃ vis concupiscibilis est cõuenientis, & inconuenientis. Sed irascibilis est ad resistendum inconuenienti quod impugnat.

*AD secundum dicendum, q̃ sicut in apprehensiuis virtutibus in parte sensitiua est aliqua vis æstimatiua, scilicet perceptiua eorum, quæ sensum non immutant, vt supra dictum est, * ita etiam in appetitu sensitiuo est aliqua vis appetens aliquid quod non est conueniens secundum delectationem sensus, sed secundum quod est vtile animali ad suæ defensionem. Et hæc est vis irascibilis.*

C

Qu. 77. art. 4.

AD tertium dicendum, quòd odium simpliciter pertinet ad concupiscibilem, sed ratione impugnationis, qua ex odio causatur, potest ad irascibilem pertinere.

SVMMA ARTICVLI.

D

PRima conclusio est affirmatiua, s. Appetitus sensitiuus est vna potentia genere distinguitur autem in irascibilem, & concupiscibilem tanquam in species.

¶ Secunda concl. Concupiscibilis est potentia, per quã animal concupiscit conuenientia sibi secundũ sensum, & fugit discõuenientia: irascibilis vero est potentia, per quã animal resistit insurgentibus ad impediendum consequutionẽ boni sensibilis.

E

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa primam conclusionẽ, An irascibilis & concupiscibilis

sint diuersę potentię realiter inter se distinctæ? ¶ Videtur q̃ non primo. Voluntas non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem, ergo neque appetitus inferior. Antecedens probabitur quæstione sequen. art. 3. & consequentia probatur, quia si bonum sensibile arduum requirit aliã potentiam, sequitur q̃ bonum apprehensum per intellectum arduum requirat aliã potentiam.

A

¶ Arguitur secundo. Obiectum irascibilis & concupiscibilis est bonũ sensibile, ergo habent idem obiectum formale, & ex consequenti non distinguunt realiter. Consequentia patet ex dictis supra q. 77. art. 3 q̃ identitas vel distinctio potentiarum attenditur penes obiecta formalia. Quòd si quis respondeat, q̃ obiectum concupiscibilis est bonum delectabile secundum sensum; Obiectum vero irascibilis est bonũ sensibile arduum. Contra. Bonum, & bonũ arduum non sufficiunt variare potentias, alias enim in voluntate variarent illas, ergo ex hac parte non distinguuntur. Confirmatur. Bonum arduum supra bonum non addit aliquam rationem boni, sed potius mali; est.n. est malum, q̃ bonum & conueniens sit impeditum, ergo bonum arduum nõ requirit aliam potentiam, quàm bonũ.

B

¶ Arguitur tertio. In naturalibus rebus percandẽ virtutem mouentur corpora ad suũ locum, & remouent prohibẽs, vt lapis sio pondere fertur deorsum, & frangit trabem impedientem, & ignis eadem virtute, s. calore prosequitur suum bonũ, & refugit malum contrarium, & resistit illi atq; superat ipsum. Nam eodem calore aquam calefacit, & resistit frigiditati, atq; eam expellit, ergo etiam animalia eodem appetitu moueuntur in bonum, & remouent inconueniẽtia. Confirmatur. Nam D. Tho. in articulo, ex proportione virtutis, quę reperitur in rebus naturalibus ad consequenda cõuenientia, & refugienda nociua, & resistendũ corrumpentibus & contrarijs, colligit etiã in animalibus huiusmodi virtutẽ reperiri dehere; sed, vt dudũ ꝓbatũ est, in naturalib. ad hęc omnia vnica virtus & potentia sufficit, ergo & in animalibus. Ac per cõsequẽs cõcupiscibilis & irascibilis nõ erũt duę potentię specie distinctę. ¶ Arguitur quarto, & probatur quod irascibilis non distingua

C

D

E

tur à concupiscibili per hoc, q̃ obiectum irascibilis sit bonum arduum. Quoniã nomine ardui vel intelligimus bonũ absens, quod excedit omnia alia bona, vel bonũ, quod superat vires nostras: sed nullũ istorũ potest dici, ergo. Probatur minor, & quòd non bonum absens, patet. Nam bonum arduum, quod pertinet ad speciem, manebit in patria, & tenebimus illud siue cõprehendemus, quod tamen non erit absens. Præterea, q̃ non sit bonum excedens omnia alia bona. Quoniã multa naturalia assequimur per irascibilem, quæ tamen non excedunt omnia bona. Denique, q̃ non sit bonum superans vires nostras, qm̃ per irascibilem sumimus vindictã de his, quæ sunt nobis nociua: hoc autem non superat vires nostras, ergo. Confirmatur. Actus adæquatus irascibilis est irasci, sicut actus adæquatus intellectus est intelligere, ergo obiectũ eius non est bonum arduum. Probatur consequentia, quoniã irasci non est aliqd arduum. Nam sicut docet D. Aug. lib. 2. cõf. ſſ. c. 6. & 14. de ciuit. c. 15. imò & colligitur ex Ari. 2. Ethic. c. 2. & sequẽtibus, irasci nihil aliud est, q̃ appetere vindictã siue punitionẽ, hoc autẽ nihil hẽt arduitatis, ergo.

SCotus in 3. di. 26. quæst. vnica negat, q̃ bonũ arduum possit esse obiectum irascibilis, quem sequutus est Gabr. ea. di. & q. articu. 3. dub. 1. vbi etiam opinatur, quòd irascibilis & concupiscibilis non sunt duę potentiæ realiter inter se distinctæ sed sola ratione per ordinem ad diuersos actus, sicut D. Tho. dixit quæst. 79. art. 11. q̃ intellectus practicus & speculatiuus sola rõne differunt per ordinem ad diuersos actus, & hanc sentẽtiam eligit inter alias Nauarro in Manuali præludio 3. nu 8. ¶ Prima cõclusio. Irascibilis & concupiscibilis sunt potentiæ realiter distinctæ. Hæc conclusio est ferè communis inter omnes, Thologos & Philosophos, est.n. doctrina expressa Philosophi, quoniam in 3. de ani. c. 9. tex. 42. dicit, q̃ in parte appetitiua irrationali est cõcupiscentia & ira, & in 1. lib. magn. moral. cap. 13. docet appetitum esse triplicem, s. concupiscibilem, irascibilem, & rationalem. Et D. Tho. in art. adducit Damascẽ. in lib. 2. de fide orthodo. capi. 12. & Gregor. Nissenum in libro 4. Philosophiæ. capi. 8.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 9.In quibus locis hi sancti Patres expressè diuidunt appetitum in irascibilem & cõcupiscibilem.Tenet etiam hanc conclusionem Henricus quodlib.8.quæst.15.& D. Bonauen.in 3.dist.33.art.1. quæst.3.& Albertus Magnus in 3.de Anima tractatu.4. capite 2.& in summa de homine tracta.de irascibili quæst.2.Eandem tenet Di.Thom. vbicunque de hac re loquitur,præcipuè videndus est quæst.25.de veritate articu.2.Et probatur primo ratione sumpta ex isto loco.Quia recipere & agere ad diuersas potẽtias & principia referuntur, vt ignis per leuitatem fertur sursum,& per calorem contraria corrumpit;sed concupiscibilis est ordinata ad recipiendum (appetit enim vt ei suum obiectum coniungatur) irascibilis vero est ordinata ad agendũ,quia per actionem aliquam superat id, quod est contrarium ponens se in quadam altitudine victoriæ super ipsum,ergo.

¶Sed contra hanc rationem D. Tho. est argumentum.Hæc est differentia inter potentias appetitiuas & cognoscitiuas, quòd illæ feruntur extra se, neque sunt receptiuę obiectorum:cognoscitiuæ vero cognoscũt, apprehendentes in se, male ergo sumitur ad probandam distinctionem irascibilis à concupiscibili,quòd concupiscibilis est receptiua, irascibilis autem actiua. Ad hoc respondetur quòd S. Thom. non intelligit ipsam potentiam concupiscibilem esse receptiuam in se,sed quòd appetit aliquid,vt recipiatur in ipso animalis sensu,vt appetimus vinum ad gustandum irascibilis autẽ contendit,vt obiectum vincatur per aliquã operationem ipsius animalis, vt quod percutiatur & occidatur inimicus,& sic intellecta hæc ratio, quanuis non sit demonstratio,est tamen congruens.Secundo solet probari cõclusio ab aliquibus hac ratione.Passiones irascibilis & concupiscibilis mutuo sibi pugnant,& se impediunt,ergo signum est,quod non sunt in eadem potentia.Antecedens docet D. Thom.hic vbi asserit, q ira minuit concupiscentiam,& concupiscẽtia minuit iram.Hoc tamen argumentum tanquam probabile habendum est,non vero vt conueniens,quoniam vt docet Philosophus in 10.Ethic.cap.5.& D.Tho.in 1.2. quæst.31.arti. 8.etiam inter delectationes, quæ sunt in cõcupiscibili est pugna & contrarietas, & aliquando vna delectatio impedit vel minuit aliã & tamen omnes sunt in eadem potentia. Quare probatur tertio nostra conclusio ratione euidenti.Nam irascibilis & concupiscibilis respiciunt diuersa obiecta formalia, ergo sunt diuersæ potentiæ.Antecedens probatur, quia obiectũ cõcupiscibilis est bonũ delectabile sm sensum,obiectum vero. Irascibilis est bonum arduum conueniens animali secundũ alias commoditates,licet non sit delectabile secundum sensum. Appetit enim irascibilis ea,quæ conducunt ad conseruationem, & defensionem animalis,licèt non sint delectabilia.Præterea irascibilis respicit,ea quę impediunt bonum sensibile, non quidem fugiendo ea:ad hoc enim sufficit concupiscibilis,vt dicitur ad primum,sed potius resistendo illis & contranitendo, vnde respicit illa impedimenta tanquam mala, quæ sunt impugnanda & vincenda,& hac ratione respicit illa tanquam ardua & difficilia. Et quoniam impugnare, & vincere huiusmodi impedimenta habet rationem boni, idcirco absoluta dicimus, quòd irascibilis habet pro obiecto bonũ arduũ, & per hoc distinguitur à concupiscibili.Præterea. Est aliud discrimen, quod D. Thom. docet, & Caiet.explicat hic ad secundũ, quòd cõcupiscibilis ex sua natura habet ferri i bonũ, sensatum per sensus exteriores; at vero irascibilis non fertur in hoc bonum sensatum, sed potius in bonum non sensatum per sensus exteriores, sed apprehẽsum per extimatiuam, in qua sunt species non sensatæ.

¶ Quod si quis roget, quodnam sit proprium subiectum siue organum irascibilis & concupiscibilis? Quidam enim existimant esse cerebrum, alij vero opinantur, esse ipsum cor.

¶ Ad hoc respondetur & sit secunda cõclusio.In animalibus imperfectis,in quibus est tãtum sensus tactus,qui diffunditur per totum corpus, etiam appetitus diffusus est per totum corpus: in animalibus autẽ perfectis, probabilior sententia est appetitum sensitiuum subiectari in corde. Prima pars huius conclusionis est communis sententia omnium; secundam autem insinuat D. Thom.supra quæst.20.arti.1.ad primum, & in 1.2.quæst. 22.art.2. ad tertium, licèt non aperte eam doceat.Cæterum in quæst. 26.de verit.artic.3.eam aperte docet, & est communior sententia. Et probatur hac ratione. Experientia constat,quòd insurgentibus passionibus appetitus sensitiui,statim concitatur cor & alteratur;ergo signum est quòd ibi residet appetitus. Antecedens patet in passionibus iræ & delectationis. Vbi obseruãdum est,quòd sicut diximus q. 74. art.4.in cerebro sunt diuersa organa secundum diuersas dispositiones, apta ad diuersos sensus interiores,ita etiam modo dicendũ est, quòd in corde sunt duo organa per varias dispositiones proportionata ad has duas potentias, irascibilem, & concupiscibilem.

¶Sed contra hanc doctrinam est argumentum. Nam dolor subiectatur in appetitu sensitiuo, secundum D.Tho. in 1.2.q. 35.art.1.& 2.sed sicut docet D. Tho.q. 26. de veri.art.4.ad quartũ. Dolor immediate recipitur in corpore, vbi est sensus tactus, ergo &ipse appetitus immediate subiectat in ipso corpore. Ad hoc argumentum respondetur primo,quòd D.Thom.in illa q. 26.de verit.non est sequutus veram sententiam, quam tamen postea sequutus est in 1.2.quæst.citata. Respondetur secundo, q dolor subiectiuè quidẽ est in appetitu sensitiuo & in corde,at vero in corpore dicitur esse non subiectiue, sed causaliter tantùm, propterea quòd in corpore est læsio,ex qua causatur dolor cordis in appetitu. Quæ solutio est expressa D.Th. in illa q.citata 35. art.1.ad primum.

¶Ex his colligendum est,quòd cum appetitiuum, & secundum locum motiuum, non distinguantur realiter, sed tantum ratione,vt probatum est q.78.art.1.consequẽter dicendum est,quòd organum potentiæ motiuæ in animalibus non est cerebrum, vt existimabat Galenus, & eius sectatores, quibus videtur fauere Gregorius Nisſenus lib.4.de viribus animæ cap.16.& infra,sed eius organum est ipsum cor,quod dicimus esse organum appetitus sensitiui, & ita tenent vniuersi sectatores Aristote. & videntur sibi colligere hanc sententiam ex Arist. 3.de Anima c.10.text.55.& lib.2.de partibus animalium capit.7.Quam sententiam etiam sequutus est Auicenna in 6.naturali. par.5.c.8.& D.Tho.eam docet supra q.26. art.1.ad primum.

AD primum argumentum respondetur,quòd sicut quæst.77.& 78.dictũ est de cognoscitiuis potentijs,quòd stat optimè multiplicari potentias,quę in organo corporeo recipiuntur, non multiplicata potentia intellectiua, quę immediate recipitur in anima:eo quòd potentia intellectiua respicit obiectum commune & uniuersale, quod sub se continet plures rationes particulares:potentiæ vero,quæ subiectantur in organo corporeo,respiciunt obiecta magis particularia & determinata. Similiter philosophandum est hic de potentijs appetitiuis,quòd stat optimè eas multiplicari, quæ subiectantur in organo corporeo,non multiplicata voluntate, quæ immediate recipitur in anima,eo quòd uoluntas,quæ immediatè sequitur apprehensionem intellectus respicit bonũ sub ratione communi & uniuersali,quæ continet sub se particulares rationes boni, quas respiciunt potentiæ interiores sub rationibus magis determinatis, Quòd docet etiam D. Thom. supra quæst. 59.articulo 4.& infra quæstione 82. articu. 5.& in 3.de Anima lect.14.

¶Ad secundum & replicam eius, patet quid sit dicendum ex dictis præcipuè in tertia probatione primæ conclusionis.Ad confirmationem respondetur, quod bonũ sensibile, vt est obiectum concupiscibilis, est bonum delectabile secundum sensum, & huius contrarium fugit concupiscibilis, sicut eadem virtutem ascendit ignis sursum & discedit ab inferiori loco. Bonũ autem, quòd ponitur obiectum irascibilis non est bonum delectabile secundum sensum, sed habet rationem boni utilis, quia ordinatur ad bonum concupiscibilis futurum. Cum ergo dicimus,quòd bonũ arduum est obiectum irascibilis,non est quia irascibilis appetat difficultatem, sed quia mouetur ad propellendam difficultatem & impedimentum,& sub hac ratione bonum arduum addit aliquam rationem bonitatis, quæ concupiscibili non competit,scilicet, propulsare incommoda. Respicit itaque irascibilis malum & difficile & arduum ut propulsabile,& sic bonum est. Ipsa autem concupiscibilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

scibilis respicit bonum sensibile ut accepta A
bile, malum autem vt fugiendum: No para
acometer y vencer, sicut respicit irascibilis.

¶Ex quibus patet quid sit dicendum ad tertium. Nam irascibilis non ponitur ad fugiendum malum, quod opponitur bono delectabili; ad hoc enim sufficit concupiscibilis; sed ponitur ad resistendum impedimentis insurgentibus circa illud bonum, & ad vincendum ea, ad quod bonum non sufficit appetitus concupiscibilis, sicut Theologi docent, quòd charitas, quæ amat bonũ B
diuinum, sufficit ad fugam & odium peccati. At vero ad detestationem peccati, & eius impugnationem, & ad sumendam vindictam de illo per ordinem ad satisfactionem, quæ debetur diuinæ iustitiæ, non sufficit charitas; sed requiritur alia distincta virtus, quæ dicitur pœnitentia, & quodammodo pertinet ad iustitiam vindicatiuam. Ita docet D. Thom. in 3. par. quæst. 85. art. 2. ad primum. Eodem ergo modo philosophandum est hic de fuga, & detestatione mali C
sensibilis; quòd alio modo refertur ad irascibilem, & alio modo ad concupiscibilem tanquam ad diuersas potentias. Ad confirmationem respondetur, quòd res naturales inanimatæ non habent, omnem modum perfectionis, quem habent viuentes, sed ea perfectio, quæ reperitur in non viuentibus, debet reperiri etiam in viuentibus. Vnde bene arguit S. Tho. ex eo quòd in quibusdam non viuentibus reperitur, vt quandam virtutem habeant ad corrumpendum contraria, & alteram ad suos fines, vt hoc melius reperiatur in animalibus. Item in plantis, alia est virtus conuersiua alia expulsiua.

¶Ad quartum patet ex dictis ẽt. Nã bonũ arduũ nõ importat aliquod genus boni ex insinuatis in argumento, sed importat, bonum quoddam difficile, quoniam superare illa, quæ impediunt consequutionem boni concupiscibilis, sine dubio habet rationem boni ardui: & hoc bonum respicit irascibilis tanquam proprium obiectum, vt E
iam sæpe dictum est. Ad confirmationem negatur antecedens. Quoniam etiam secũdum Scotum in 3. dist. 34. quæstione vnica, fortitudo, & audacia pertinent ad irascibilem, imò vero illud docet expresse Philosophus in 3. Ethic. cap. 10. quare argumentũ

nullum est. Vnde Gabr. in illo artic. 3. dub. A
1. licet teneat sententiam Scoti, non tamen vult concedere, quòd irasci sit actus adæquatus irastibilis, sed quòd sit actus principalis illius.

DVbitatur secundo supposito, quòd irascibilis & concupiscibilis distinguuntur tanquam duæ potentiæ realiter distinctę, quæ illarum sit altera præstantior?

¶Et videtur, quòd concupiscibilis sit præstantior irascibili. Primo. Operatio concupiscibilis est præstantior operatione irascibilis, ergo. Probatur consequentia ex dictis quæst. 77. quòd potentię constituuntur, & distinguuntur per ordinem ad operationes & obiecta. Antecedens vero probatur, quoniam operatio irascibilis est propter operationem concupiscibilis tanquam propter finem; certum est autem, quòd finis est præstantior his, quę sunt ad finẽ. Vnde D. Tho. refert hic ex Philosopho. 8. de animalibus ci 1. quòd animalia irascuntur & pugnant propter concupiscibilia.

¶Secundo D. Thom. docet hic, & 1. 2. q. 25. ar. 1. quòd operationes irascibilis & similiter passiones incipiunt à passionibus cõcupiscibilis & ad ipsas terminãtur, ergo cõcupiscibilis se habet vt finis ad irascibilem, & ex consequenti præstantior.

¶Tertio. Concupiscibilis per se & immediatè respicit ea, quæ sunt conseruatiua animalis secundum individuum & secundum speciem; bonum vero, quòd respicit irascibilis, non est per se & immediate conseruatiuum animalis, sed potius se habet quasi remouens prohibentia conseruationem illam, ergo concupiscibilis præstat irascibili. D

¶Sed ex alia parte non desunt etiam argumenta non contemnenda ad probandũ, quòd irascibilis sit excellentior potentia, quàm concupiscibilis. Primo. Irascibilis magis participat rationem quam concupiscibilis, ergo est præstantior. Antecedens docet expresse Philosophus in 2 Ethic. capit. 6. & explicat illum D. Tho. in 1. 2. quæst. 46. art. 4. Consequentia vero probatur. Quoniam inter potentias sensitiuas illa est præstantior, quæ magis participat rationem & illi coniungitur.

¶Secundo. Philosophus docet. 7. Ethico. capite. 6. quòd ira est magis naturalis homini

mini, quàm concupiscentia. Et D. Tho. 1. A
2. quæst. 46. art. 5. exponit, quòd si consideretur homo ex parte speciei, & secundum ꝙ naturalis est, sic magis naturalis est ira quam concupiscentia, sed præstantius est illud, quod conuenit homini secundum rationem speciei, quàm quod conuenit cidẽ secundum rationem generis, ergo. ¶Tertio. Fortitudo, quæ est virtus irascibilis, est perfectior, quàm temperantia, quæ est virtus concupiscibilis, ergo irascibilis est præstantior. Consequentia probatur. Qm̃ nobiliori virtuti cæteris paribus debetur nobilius subiectum. Antecedens vero docet expresse D. Tho. 1 2. quæst. 66. ar. 1. & 4. & in 2. 2. q. 123. art. 12.

IN hac quęstione sunt diuersæ sitę. Hẽri. enim in quodlib. 8. que. 15. docet, quòd cõcupiscibilis est præstantior potentia; irascibilis uero est quædam virtus illi adiuncta & quasi eius ministra. At vero D. Tho. in quæst. 25. de verit. 2. in fine corp. expresse videtur tenere oppositum. Dicit enim, C
ibi, quòd irascibilis iuuat concupiscibilẽ, & est superior, & dignior illa, sicut extima tiua est dignior inter potentias sensitiuas apprehensiuas. Addit que propter hoc, ꝙ incontinens iræ minus turpis est, quàm incontinens concupiscentiæ, vt potè minus priuatus ratione, vt dicit Philosophus 2. Æthic. ¶Pro solutione huius notandum est contingere duas potentias vel duas virtutes ita se habere, quòd una sit dignior ex parte obiecti, & altera sit dignior ex parte D
modi operandi, ver. gr. D. Thom. docet q. sequenti arti. 3. quòd ex parte obiecti intellectus est dignior volũtate, at vero ex modo operandi & per ordinem ad exercitium voluntas est dignior intellectu. Præterea. D. Tho. docet, 1. 2. quæstio. 65. art. 3. quòd ex parte obiecti intellectuales virtutes sunt excellentiores moralibus; at vero ex parte modi operandi & per ordinem ad exercitium, virtutes morales sunt præstantiores intellectualibus; quoniam vt ipsemet D. Tho. explicuerat in 1. 2. q. 57. ar. 1. virtutes intellectuales præstant quidem facultatem bene operandi, nõ tamen rectũ vsum, at uero uirtutes morales utrunq; præstant. Similiter scientiæ Mathematicæ sunt dignissimæ quantum ad modum procedendi; Metaphysica tamẽ ex obiecto, & scientia de aĩa, sunt eis digniores, de quo solet agi in c. de Ani. Hoc posito fundamẽto est

PRima conclusio. Simpliciter loquendo, ex parte scilicet obiecti, cõcupiscibilis est præstantior, quàm irascibilis. Hãc conclusionem probant argumenta primo loco facta, quibus possumus addere. Primò. Volitio finis immediata præstantior est, q̃ volitio mediorum, ergo potentia, quæ immediatius ordinatur ad finem, præstantior est; talis autem est concupiscibilis respectu irascibilis, ergo. Confirmatur. Assensus præmissarum præstantior est, quàm conclusionum, ex eo, quòd ex illis infertur conclusio, & ad illas resoluitur, ergo pari modo appetitus concupiscibilis erit præstãtior, à quo incipit operatio irascibilis, & ad quem terminatur. Secundo quasi à posteriori. Licet in voluntate non sit distinctio irascibilis & cõcupiscibilis secundum rem sed tantum secundum rationem, vt ostendemus quæst. sequen. artic. 5. tamen virtus charitatis dicitur pertinere ad concupiscibilem, virtus vero spei ad irascibilem, sed absque dubio charitas est præstantior virtus quàm spes, ergo concupiscibilis ut sic est præstantior quam irascibilis.

¶Secunda conclusio. Si considerentur istæ duæ potentiæ ut sunt hominis, & non tantum vt animalis, & quantum ad modum operationis; ipsa irascibilis habet excellentiam supra concupiscibilem. Hanc conclusionem probant argumenta secundo loco facta, quibus addimus alia. Primo, quia in modo operationis sequitur apprehensionẽ boni vtilis, quę quidẽ apprehẽsio est similior rõni, q̃ ordinat media in finẽ. Et hęc rõ probat, ꝙ ẽt quodãmodo in animalibus sit perfectior irascibilis, s. quantũ ad modũ operandi, licet non quantũ ad obiectũ & finẽ. Secundo. Quia in hoĩe nõ ita impeditur rõ passionis iræ, sicut cõcupiscẽtiæ quantũ ad exercitiũ: quod notant addiderim, quia profecto is, q̃ irascitur tametsi opera rõnis exerceat, tñ uehementer errat ĩ illis. Quare difficile est eiusmodi ad rectã rõnẽ reducere, tantoq̃; periculosius errant, quãto sibi magis cũ rõne irasci videtur. Illi usro, q̃ incõtinentes sunt cõcupiscentiæ, quãuis non ualeãt exercere opera rõnis, &

ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo turpiter peccent, tamen ex hoc citius resipiscunt, quòd se turpiter egisse recedente passione facile agnoscunt. ¶Ex dictis facile conciliari possunt illæ duæ sententiæ à principio dubij propositæ. Prima enim debet intelligi, quòd ex parte obiecti, vel finis dignior est concupiscibilis. Secunda vero, quòd ex parte modi operandi dignior est irascibilis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm irascibilis & concupiscibilis obediant rationi.

406 1.2.qõ. 17. ar.7. & q.50. art.3. & q.56. ar tic.4. Et verit. q. 25. ar.4

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̃ irascibilis & concupiscibilis non obediant rationi. *Irascibilis n. & concupiscibilis sunt partes sensualitatis, sed sensualitas non obedit rationi. Vnde per serpentem significatur, vt dicit Aug. 12. de Tri.* Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi.

* ca.12. & 13.

¶ 2 *Præterea. Quod obedit alicui, non repugnat ei. Sed irascibilis & concupiscibilis repugnant rationi secundùm illud Apostoli ad Roma 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rõni.*

¶ 3 *Præterea. Sicut rationali parte anima inferior est vis appetitiua, ita etiam & vis sensitiua. Sed sensitiua pars animę non obedit rationi. Non enim audimus nec videmus quando volumus, ergo similiter neq; vires sensitiui appetitus, s. irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi.*

lib.2.ortho. fidei.c.12 cir. fin.

SED contra est, quòd Damasce. dicit, quòd obediens & persuadibile rationi diuiditur in concupiscentiam & iram.*

RESPONDEO dicendum, quòd irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori parti in qua est intellectus siue ratio & voluntas, dupliciter. Vno modo quidẽ, quantũ ad rationem. Alio vero modo quãtum ad voluntatem. Rationi quidẽ obediunt quantum ad ipsos suos actus. Cuius ratio est, quia appetitus sensitiuus in aliis quidẽ animalibus natus est moueri ab extimatiua virtute. Sicut ouis extimans lupum inimicum, timet.

q. 78.ar ti.4.

Loco autem extimatiuæ virtutis est in homine, sicut supra dictum est, vis cogitatiua, quæ dicitur à quibusdã ratio particularis, eo quòd est collatiua intentionum individuarum, vnde ab ea natus est moueri in homine appetitus sensitiuus. Ipsa autem ratio particularis nata est moueri & dirigi in homine secundùm rationem vniuersalem. Vnde in syllogisticis ex vniuersalibus propositionibus concluduntur cõclusiones singulares. Et ideo patet, quòd ratio vniuersalis imperat appetitui sensitiuo, qui distinguitur per concupiscibilem & irascibilem. Et hic appetitus est obediens. Et quia deducere vniuersalia principia in conclusiones singulares non est opus simplicis intellectus, sed rationis, ideo irascibilis & cõcupiscibilis magis dicuntur obedire rationi, quàm intellectui. Hoc ẽt quilibet experiri põt in seipso. Applicando.n. aliquas vniuersales considerationes mitigatur ira aut timor aut aliquid huiũsmõi, vel ẽt instigatur. Voluntati etiã subiacet appetitus sensitiuus quantũ ad executionẽ, quę fit per vim motiuam. In aliis.n. animalibus statim ad appetitum concupiscibilis & irascibilis sequitur motus, sicut ouis timens lupũ, statim fugit, quia non est in eis superior appetitus qui repugnet. Sed hõ non statim mouetur secundũ appetitũ irascibilẽ et concupiscibilem, sed expectatur imperium voluntatis quod est appetitus superior. In omnibus.n. potentiis motiuis ordinatis secundũ mouens nõ mouet, nisi virtute primi mouentis. Vnde appetitus inferior non sufficit mouere nisi appetitus superior consentiat. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de Ani.* q̃ appetitus superior mouet appetitum inferiorem, sicut sphæra superior inferiorem. Hoc ergo modo irascibilis et concupiscibilis rationi subduntur.*

lib.3.de ani.co.57.

*AD primum ergo dicendum, quòd sensualitas significatur per serpentem quantum ad id, quod est proprium sibi ex parte sensitiuæ partis. Irascibilis autẽ & concupiscibilis magis nominant sensitiuum quàm appetitum ex parte actus, ad quem inducuntur ex ratione, vt dictum est.**

Ar.1.de anim.text.2.huius que est *Lib.de Polit. 3.post med. tex. 5.

AD secundum dicendum, q̃ sicut Philosophus dicit in 1. Politicorum, est quidem in animali contemplari & dispoticum principatũ & politicum. Anima quidem corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui politico & regali. Dicitur enim despoticus principatus quo aliqs principatur*

cipatur seruis, qui non habent facultatem in aliquo resistendi imperio præcipiẽtis, quia nihil sui habent. Principatus autẽ politicus & regalis dicitur, quo aliquis principatur liberis, qui etsi subduntur regimini præsidentis, tamen habent aliquid proprium ex quo possunt reniti præcipiẽtis Imperio. Sic igitur anima dominatur corpori despotico principatu, quia corporis membra in nullo resistere possunt imperio animæ, sed statim ad appetitum animæ mouetur manus & pes et quodlibet membrum, quod natum est moueri voluntario motu. Intellectus autem seu ratio dicitur principari irascibili & concupiscibili politico principatu, quia appetitus sensibilis habet aliquid proprium: vnde potest reniti imperio rationis. Natus est.n. moueri appetitus sensitiuus, non solum ab extimatiua in aliis animalibus, & cogitatiua in homine, quam dirigit vniuersalis ratio, sed etiam ab imaginatiua & sensu. Vnde experimur irascibilem vel concupiscibilem rationi repugnare, per hoc q̃ sentimus vel imaginamur aliquod delectabile, quod ratio vetat, vel triste, quod ratio præcipit. Et sic per hoc quòd irascibilis & concupiscibilis in aliquo rationi repugnant, non excluditur quin ei obediant.

AD tertium dicendum, q̃ sensus exteriores indigent ad suos actus exterioribus sensibilibus, quibus immutentur, quorum præsentia non est in potestate rationis. Sed vires interiores tam appetitiuę quàm apprehensiuæ nõ indigent exterioribus rebus. Et ideo subduntur imperio rationis, quę potest non solum infligare vel mitigare affectus appetitiuæ virtutis, sed etiam formare imaginatiuæ virtutis phantasmata.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Irascibilis & cõcupiscibilis obediũt intellectui & rationi. Ratio prima. Appetitus sensitiuus dirigitur in homine ab extimatiua, quę est ratio particularis collatiua intẽtionum indiuiduata, sed hęc ratio particularis apta nata est moueri & dirigi in homine secũdùm rõnem vniuersalem, ergo & ipse appetitus, qui distinguitur p concupiscibilem & irascibilem, dirigitur à ratione vniuersali, ac per cõsequens est ei obediens. Maior probatur. Quia appetitus sensitiuus in aliis animalibus mouet ab extimatiua virtute, sicut ouis extimans lupũ inimicum timet; sed in homine loco extimatiuæ est cogitatiua, ergo. Minor probatur. Quia cõclusiones singulares concluduntur ex vniuersalibus propositionibus. Ratio secũda desumitur ab experiẽtia, per quã constat applicando aliquas rationes vniuersales mitigari iram, aut timorem, aut aliquid huiusmodi, aut etiam instigari.

¶Secunda conclusio. Irascibilis & concupiscibilis magis dicuntur obedire rationi, quàm intellectui. Licet enim ratio & intellectus sint eadem potentia realiter, quia tamen deducere vniuersalia principia in cõclusiones singulares, nõ est opus intellectus, cuius proprius actus est simplex apprehensio sed rationis, ideo ei dicuntur magis obedire.

¶Tertia conclusio. Appetitus etiã obedit volũtati quantùm ad exequtionem, quæ fit per vim motiuam. Ratio prima. Homo non statim mouetur secundum appetitum sensitiuum, sed expectatur imperium voluntatis, quę est appetitus superior, ergo. Antecedens patet ex differentia, quæ est inter alia animalia & hominem in hoc quòd est moueri localiter. Secunda ratio. In omnibus potentiis motiuis ordinatis secundum mouens non mouet nisi in virtute primi mouẽtis, ergo appetitus inferior non sufficit mouere, nisi appetitus superior consentiat. Vnde optimè dixit Aris. 3. de Anima, quòd appetitus superior mouet inferiorẽ, sicut sphæra superior inferiorẽ.

¶Quarta conclusio ad secundum. Hoc imperiũ rationis & intellectus respectu

respectu concupiscibilis & irascibilis non est imperium despoticum, sed politicū. Ratio. Quia appetitus sensitiuus habet aliquid proprium, vnde possit reniti tali imperio.

COMMENTARIVM.

CIrca quæstionem huius articuli nulla est peculiaris dubitatio, quoniam ipse D.Thomas hic, & 1.2.quæst.17.art.7.probat conclusiones locis Sanctorum & Philosophi, simulque optimis rationibus. Vbi aduerte, certum esse secundum fidem, appetitum inferiorem esse nobis subiectum quantum ad hoc, quòd appetitus superior possit continere illum, ne homo prosequatur bona sensibilia, ad quæ appetitus inferior inclinat. Quod probatur. Hominem esse liberi arbitrij est certum secundum fidem: sed non esset liberi arbitrij compos, nisi posset sensum inferiorem & appetitū mutare in oppositum, ergo. Solet etiā hoc idem probari ex illo Genes.4. Subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Ex quo loco D.Gregor.4.moral. cap. 22. & D. Bernardus sermone 5. in Quadra. colligunt appetitum sensitiuum posse frænari à ratione, & contineri sub eius obedientia: ita quod nunquam imputetur homini peccatum, nisi ratio & voluntas consentiat. Et licèt Di. Chrysosto. to.1.hom.18. super Genes. in fi.hom. & tomo 5. oratione 5. contra Iudæos explicuit hunc locum in alio sensu longe diuerso, s. de dominio primogenituræ Caim per fratrem Abel: tamen D.August.lib.15.de Ciuit.capi.7. expresè reiicit hanc intelligentiam, & explicat locum in sensu D.Greger. & D. Bernar. locis citatis, quæ explicatio est ferè communis, vnde maximè facit iste locus pro conclusione D. Thomæ.

DVbitatur cum Caieta. circa rationem, qua D.Tho. probat tertiam conclusionem, vbi supponit appetitum sensitiuum in homine non posse moueri sine motione appetitus superioris. Vtrùm hoc habeat verum? Et videtur quòd non. Primo. Quoniam appetitus hominis multo perfectior est appetitu brutorum; sed in brutis appetitus mouet absque aliqua motione voluntatis, ergo & in homine. ¶ Secundo. Quoniam pueris & amentibus, & in hominibus, qui ex sola imaginatione habēt actus indeliberatos, & in quibusdam etiā membris ex solo appetitu renitente voluntate, est motus, vt docet D. August. 14. de Ciuit. cap. 16. ergo.

¶ Ad hoc respondetur breuiter, & dicimus primo, quòd non est huius loci explicare ad vnguem, quo pacto appetitus sensitiuus obediat rationi, & aliæ potentiæ, vel membra hominis obediant, vel non obediant imperio rationis. Hoc enim explicatur ex professo in 1.2.quæst.17.articu.7. & seq. & in q.50.art.3. & q.56.arti.4.

¶ Dicimus secundo, quòd hæc propositio D.Tho. sic intelligenda est, quod appetitus sensitiuus in homine deductis omnibus impedimentis tam ex parte corporis, quàm ex defectu vsus rationis, & quatum est ex parte sua, nunquam mouet nisi mouente etiam appetitu superiori aut formaliter, aut saltem virtualiter siue interpretatiuè. Nam aliàs experientia nos docet, q̄ inuitis nobis solent persuerare aliqui motus ex appetitu sensitiuo causati. Item ex subito appetitu vindictæ sine aliqua debita ratione potest quis monere brachium ad percussionem inimici. Et quòd hæc propositio sic intellecta sit vera. Probatur. Transgressio appetitus, semotis omnibus impedimentis, est culpabilis & voluntaria, ergo ibi interuenit motio voluntatis vel formalis vel interpretatiua, & propterea alij interpretantur hanc propositionem aliter, scilicet, q̄ D. Thom. loquitur de actibus humanis, qui procedunt ex deliberatione rationis & voluntatis, aut formaliter, aut virtualiter, in quo sensu certissima est propositio D.Tho. Potest etiam explicari ex solutione ad secūdum, quòd quanuis in aliquo & aliquando non obediat, tamen obedit in multis aliis, & ita est verum, quod appetitus nō sufficit mouere, quia si per se sufficeret semper moueret sicut in brutis.

AD primum argumentum negatur cōsequentia, imo vero ex eo quòd appetitus hominis est perfectior, quam appetitus brutorum conuenit illi, quòd agat ex imperio rationis & voluntatis, & consequenter, quod sit capax virtutis aut vitij. Vnde & Philosophus 1.Polit.c.3. dicit, q̄ appetitus efficitur melioris conditionis ex eo q̄ coniungitur meliori se. Quod Caie. in ar. explicat optimè quibusdam exemplis, quibus potest addi aliud exemplū desumptum ex dictis quæstio. 79 artic. primo. ad tertium, vbi Di. Thom. dicit multo nobilius esse pati à nobiliori, quam agere in inferiora.

CIrca solutionem ad primum nota litteram D.Thom. esse maximè vitiatam. Nam vbi dicitur, Irascibilis & concupiscibilis magis nominant sensitiuum quàm appetitiuum ex parte actus, ad quem ex ratione ordinatur, legendum est: Irascibilis & concupiscibilis magis nominant sensitiuum appetitum ex parte actus, ad quem ex ratione ordinatur. Ita corrigitur hæc lectio in quodam libello, qui circumfertur de emendatione locorum, quæ sunt errata in summa D Thom. & hoc modo expresè legitur in prima parte manu scripta, quæ habetur in bibliotheca celeberrimi, & toto orbe nominatissimi collegij Di. Gregorij Vallisoletani: vbi per quatuor annos lesum. Et quòd ita sit legendum, patet. Nam prima lectio nullum sensum efficit nisi falsum: secundæ autem sensus est, quòd sensitiuus appetitus, si consideretur secundum ea, quæ sibi sunt propria, non habet vnde obediat rationi. Si vero consideretur ex ea parte, qua potest moueri à ratione; inde habet, quòd possit obedire rationi: & quoniam irascibilis & concupiscibilis magis nominant appetitum sensitiuum ex parte actus, ad quem ex ratione ordinari possunt, ideirco dicitur, quòd irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi. ¶ Circa solutionem ad secundum aduerte, quomodo imaginatiua iudicet secundum sententiam S. Thomæ, siquidem mouetur appetitus ad apprehensionem eius, & non tantum ad apprehensionem extimatiuæ.

QVAESTIO LXXXII. De voluntate.

DEINDE considerandum est de voluntate.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm voluntas aliquid ex necessitate appetat.

*AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ voluntas nihil ex necessitate appetat. Dicit enim Augu. * in. 5. de Ciuitate Dei, q̄ si aliquid est necessariū, nō est volūtariū. Sed omne quod voluntas appetit, est voluntariū. Ergo nihil quod voluntas appetit, est necessario desideratum.*

*¶ 2 Præterea. Potestates rationales secundùm Philosophum † se habēt ad oppositа, sed voluntas est potestas rationalis, quia vt dicitur in 3. de Anima * Voluntas in ratione est. Ergo voluntas se habet ad oppositа. Ad nihil ergo de necessitate determinatur.*

¶ 3 Præterea. Secundùm voluntatem sumus domini nostrorū actuum. Sed eius quod ex necessitate est, non sumus domini. Ergo actus voluntatis non potest de necessitate esse.

*SED contra est, quod Augu. dicit in 13. de Trin. * quòd beatitudinem omnes vna voluntate appetunt. Si autē nō esset necessariū, sed cōtingens, deficeret ad minus in pauciorib⁹: ergo voluntas ex necessitate aliquid vult.*

RESPONDEO dicendum, quòd necessitas dicitur multipliciter. Necesse est enim quòd non potest non esse. Quod quidem conuenit alicui vno modo ex principio ītrinseco, siue materiali, sicut cum dicimus, quòd omne compositum ex contrarijs necesse est corrūpi: siue formali, sicut cum dicimus, quod necesse est triangulū habere tres angulos æquales duobus rectis. Et hæc est necessitas naturalis, & absoluta. Alio modo conuenit alicui q̄ nō possit non esse ex aliquo extrinseco, vel fine, vel agēte. Fine quidem, sicut cum aliquis non potest sine hoc consequi aut bene consequi finem aliquem, vt cibus dicitur necessarius ad vitā, & equus ad iter; & hæc vocatur necessitas finis, quæ interdū etiā vtilitas dicitur. Ex agēte autē hoc alicui cōuenit. Sicut cū aliquis cogitur ab aliquo agente, ita q̄ nō possit cōtrariū agere: & hæc vocatur necessitas coactionis. Hæc igitur coactionis necessitas omnino repugnat voluntati. Nā hoc dicimus esse violentū, q̄ est cōtra inclinationē rei. Ipse autē motus voluntatis est inclinatio quædam in aliquid. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo ſicut dicitur aliquid naturale, quia eſt A
ſecundùm inclinationẽ naturæ, ita dicitur ali
quid voluntariũ, quia eſt ſecundùm inclina-
tionẽ volũtatis. Sicut ergo ipoſſibile eſt ꝙ ali
quid ſimul ſit violẽtũ & naturale: ita impoſſi
bile eſt, ꝙ aliquid ſimpliciter ſit coactũ ſiue
violẽtũ & voluntariũ. Neceſſitas aũt finis nõ
repugnat voluntati quando ad finẽ nõ poteſt
perueniri niſi vno modo. Sicut ex voluntate
tranſeundi mare fit neceſſitas in voluntate,
vt velit nauẽ. Similiter etiã nec neceſſitas na
turalis repugnat voluntati, quinimò neceſſe B
eſt ꝙ ſicut intellectus ex neceſſitate hæret pri
mis principijs, ita voluntas ex neceſſitate in
hæreat vltimo fini, qui eſt beatitudo. Finis. n.
ſe habet in operatiuis ſicut principiũ in ſpecu
Lib. 2. Ph. tex. 89. to. 2. *latiuis, vt dicitur in 2. Phyſicor. * Oportet. n.*
ꝙ illud, ꝙ naturaliter alicui cõuenit et immo
biliter, ſit fundamentũ & principiũ omnium
aliorũ: ꝙa natura rei eſt primũ in unoquoq;
& omnis motus procedit ab aliquo immobili.

AD primum ergo dicendum, ꝙ verbũ Au C
Li. 5. de ciu. Dei c. 20. in princ. *gu. * eſt intelligendũ de neceſſario neceſſitate*
coactionis. Neceſſitas autẽ naturalis non au-
fert libertatem voluntatis, vt ipſemet in eo-
dem libro dicit.

AD ſecundum dicendum, quòd voluntas
ſecundùm quod aliquid naturaliter vult, ma
gis reſpondet intellectui naturaliũ principio-
rum quàm rationi, quæ ad oppoſita ſe habet.
Vnde ſecundùm hoc magis eſt intellectualis
quàm rationalis poteſtas.

¶ AD tertium dicendum, quòd ſumus do
mini noſtrorum actuum ſecundùm quod poſ D
ſumus hoc vel illud eligere. Electio autem nõ
eſt de fine, ſed de his quæ ſunt ad finem, vt dici
Lib. 3. Ethi. ca. 3. ĩ me. to. 5. *tur in 3. Ethicor. * Vnde appetitus vltimi*
finis non eſt de his, quorum domini ſumus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Neceſſitas coactionis repugnat voluntati. Ratio prima. Violentum eſt contra inclinationem eius, quod cogitur; ſed velle non poteſt eſſe contra inclinationem voluntatis, ergo velle non poteſt eſſe violentum. Minor probatur. Quia ipſe motus voluntatis eſt inclinatio illius in aliquid. Ratio ſecunda. Sicut aliquid dicitur naturale, quia eſt ſecundùm inclinationem naturę: ita dicitur aliquid voluntarium, quia eſt ſecundùm inclinationẽ voluntatis, ergo ſicut impoſſibile eſt, quòd aliquid ſimul ſit violẽtum & naturale; ita impoſſibile eſt, quòd aliquid ſimpliciter ſit coactũ ſiue violentum & voluntarium.

¶ Secunda concluſio. Neceſſitas finis vel neceſſitas ex ſuppoſitione non repugnat voluntati. Ratio. Quia quando vno tantùm medio ad finẽ perueniri poteſt; ad illud vnum medium voluntas neceſſitatur.

¶ Tertia concluſio. Neceſſitas naturalis conuenit etiam voluntati. Ratio prima. Intellectus ex neceſſitate inhęret primis principijs, ergo & voluntas ex neceſſitate inhæret vltimo fini, qui eſt beatitudo. Probatur conſequentia. Quia finis ſe habet in operatiuis ſicut principiũ in ſpeculatiuis, vt dicitur 2. Phyſi. tex. 2. Ratio ſecunda. Fundamentum & principium aliorum oportet ineſſe naturaliter, & immobiliter; ſed natura rei eſt primum in vnoquoque, ergo

COMMENTARIVM.

DE difficultate huius articuli & ſequẽtis ſolent diſputare Theologi in 2. diſtin. 25. & Di. Tho. ex profeſſo eam tractat in 1. 2. queſt. 10. per quatuor articulos. De prima cõcluſione huius articuli agit in eadem 1. 2. q. 6. arti. 4. & ibi ſolent de ea diſputare copioſè diſcipuli Di. Thom. Nos autem hic circa eam aliquantiſper immorabimur.

QVapropter circa iſtam primam concluſionem dubitatur primo. Vtrum actus voluntatis poſſit eſſe coactus. ¶ Pro cuius quæſtionis intelligentia aduerte, quòd vt colligitur ex D. Thom. loco proximè citato, actus voluntatis eſt duplex; alter elicitus, & eſt ille, qui producitur ab ipſa volũtate, & manet in ea, ſicut eſt dilectio Dei, volitio reddendi debitum. A
Alter vero eſt imperatus à volũtate, ppea quòd producitur ab alia potẽtia, ſed voluntate illam potentiam mouente ad exercitium, verbi gratia quando voluntas mouet intellectum ad actum ſcientiæ, vel mouet appetitum ad actum temperantię vel fortitudinis. In hoc igitur dubio quando quærimus; Vtrum actus voluntatis poſſit eſſe coactus, tantum querimus de actu elicito ipſius voluntatis: in ſequenti uero idẽ quærimus de actibus imperatis.

¶ Pro parte igitur affirmatiua huius quæ- B
ſtionis arguitur primo. Actus peccati eſt cõtra naturalem inclinationem voluntatis, quæ eſt ad bonum rationis, vnde Di. Tho. ex ſententia D. Damaſc. infert in 1. 2. queſt. 71. articu. 2. peccatum eſſe contra naturam hominis, ergo erit actus violentus & non voluntarius. ¶ Arguitur ſecundo. Homo eſt cauſa alteri homini, vt inuolũtariè operetur, v. gr. ſi latro minetur mortem viatori, niſi dederit pecunias, tunc ille homo nol C
let dare pecunias, & nihilominus dat, ergo voluntas cogitur contra ſuam inclinationem. Confirmatur primo. Quia tunc homo dando pecunias latroni, habet quidem uoluntarium mixtum cum inuoluntario, ergo ſaltem voluntas partim cogitur à latrone. Conſequentia probatur. Quia ſunt duo motus contrarij ſimul, ſcilicet, nolle & velle reſpectu eiuſdem obiecti, ergo ſi vnus eſt naturalis, alter erit violentus. Cõ firmatur ſecundo. Quando lapis mouetur D
deorſum motu naturali; ſi ab aliquo impediatur, ne feratur tanta velocitate, quanta moueretur ſecundum ſuam grauitatem, patitur violentiam, ergo in caſu propoſito voluntas partim vim patitur, ſiquidem mouetur ad dandum pecunias cum quadam contranitentia voluntatis ipſius.

¶ Arguitur tertio. Tunc aliqua res cogitur & violentiam patitur, quando impeditur in ſuo opere, in quod ſuaptè natura erat propenſa: lapis enim violenter detineE
tur in ſuperiori loco, quoniã impeditur à loco infero, in quem ſuaptè natura erat propenſus; ſed Deus poteſt impedire noſtram voluntatem, ne feratur in bonum, in quod de ſua natura erat propenſa, ergo tunc voluntas cogetur. Probatur minor. Nã Deus poteſt non cõcurrere & ſubtrahere influentiam, ita vt non poſſit voluntas amare beatitudinem in communi, ad quam ſuaptè natura eſt inclinata, tunc illud non amare eſſet contra inclinationem volũtatis, ſicut eſt contra inclinationem lapidis, ꝙ impediatur ne moueatur deorſum. Confirmatur ex Ariſt. lib. 2. Ethi. ad Eudemium circa medium libri, vbi appellat violentum, ꝙ aliquod agens extrinſecum contra internũ impetum mouerit, aut ſedauerit, ergo coactio eſt, quando potentia detinetur & impeditur à ſua operatione contra internam inclinationem, quam habet ad operãdum; ſed cum voluntas ceſſat à ſua operatione propterea ꝙ Deus ſubtrahit illi concurſum generalem, impeditur ab operatione, ad quam habet inclinationem, ergo tunc cogitur.

¶ Arguitur quarto contra rõnem Di. Th. Nam ex ea ſequeretur cęteras potentias pter uoluntatẽ non poſſe cogi; conſequens C
eſt falſum, ergo Probatur ſequela. Nã violentum dicitur, quod eſt à principio extrinſeco paſſo nõ conferente vim; ſed operatio cuiuſcunq; potentiæ vitalis. v. gr. intellectus vel viſus etiam renuente voluntate non eſt contra inclinationẽ naturalẽ ipſius potentiæ quæ immediatè producit operationem, quin potius eſt ſecundum naturalem inclinationem ipſius, ergo reſpectu ipſius potentię nullo modo poteſt dari operatio violenta. Hac enim rõne D. Tho. probauit, ꝙ operatio voluntatis non poſſit eſſe D
violenta. Confirmatur primo. Nulla cauſa põt producere actum intellectus niſi in ordine ad ſuum proprium obiectum, ſ. in ordine ad uerum, ſed talis actus ſemper eſt ſecundum inclinationẽ intellectus (nã ſicut voluntas ſemper inclinatur naturaliter ad bonum; ita ẽt intellectus ad uerũ) ergo nunquã poteſt cogi intellectus in actu ſuo elicito. Idem argumentum poteſt fieri de omnibus aliis potentiis. Cõfirmatur ſecundo argumento Duran. in 2. diſt. 29. quæſ. j. E
Propterea lapis cogi poteſt, quoniam ſecundum ſuam naturam determinatur ad unũ motum, ſed potentia cognoſcitiua vel appetitiua indifferens eſt ad diuerſos modos operandi circa diuerſa obiecta, ergo quocunque feratur, fertur ſecundum ſuã natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram,& ex consequenti non cogitur.

IN hac difficultate sunt variæ sententiæ. Etenim Marsi in 2.q.16.artic.5.circa finem, in dubio de hac re conclusione 9.docet, q̃ voluntas potest cogi etiam quo ad actum elicitum. At vero Hieronymus de Angesto in moralibus capi.3.inquit, quòd quamuis actus elicitus à voluntate nõ possit esse violentus ratione sui, tamen potest esse violentus, quando voluntas recipit actum ab extrinseco in seipsa, quem nollet recipere. Almayn tract. 1.mor.ca.2.docet, quòd voluntas vel aliqua alia potentia cogitur à Deo, quando positis omnibus aliis requisitis ad operandum, Deus subtrahit illi concursum generalem, sicut cogitur potentia gressiua, quando detinetur aliquo exteriori impedimento. Huic sententiæ videtur subscribere Magister Medina in 1.2. q.6.art.4.vbi conclusione 4.docet, quòd in isto casu potentia aliquo modo patitur violentiam Durand.etiam in 2.distin.25.quæstio.4.& in 4.distin.29.quæst.1.docet, quòd voluntas aliquo modo cogitur in actibus elicitis, quãdo impeditur, ne exeat in actũ. Idẽ Durand.in 2.dist.24. quæst.3. & etiam in distin.25.citata.quæstio.3.in vniuersum asserit, quòd sicut voluntas non potest cogi in suo actu elicito: ita etiam intellectus, imo & quælibet alia potentia in ordine ad suum proprium actum elicitum immunis est à coactione, cum quo videtur in hac re consensisse Palud. in illa distinct.29.qõ.1. ar.1.& 2. ¶Pro solutione huius quæstionis notandum est primo ex Di. Tho. 1.2 quæstio.10. art.1.esse maximum discrimen inter voluntatem & alias potentias hominis, quòd aliæ potentiæ ordinantur & inclinantur naturaliter ad suum proprium bonum & ad suas proprias commoditates & perfectiones, non autem ordinantur ad bonum aliarum potentiarum ipsius hominis. At vero voluntas non solum ordinatur ad bonum proprium suum, sed etiam ad bonum proprium aliarum potentiarum totius hominis, propter q̃vocat à D.Tho.inclinatio totius hominis, vel inclinatio hominis inquantum homo est. ¶Secundo notandum est ex Aris.3. Ethic. c.j.q̃ diffinitio propria violentiæ est. Motus ab extrinseco, passo nõ conferente vim. In qua diffinitione illa particula (passo non cõferente vim) intelligenda est passo repugnante actuali vel virtuali inclinatione. v.gr. Si quis dormiẽtẽ percutiat aut præcipitet, hic violentiam facit illi etiam si percussus vel præcipitatus non repugnet actualiter, tamen virtualiter secũdum voluntatẽ, quæ est inclinatio ad bonũ totius suppositi, repugnat. Præterea, voluntas recipit à principio extrinseco habitus infusos ipsa passiue se habente, & tamẽ in illa receptione nullã patitur violẽtiam, quod ẽt contingit qñ aer recipit lumen à sole. Præterea Aris. docet li.1. de Cælo. c.2.& 3. esse quosdã motus præter naturales, qui neque sunt contra naturam, neq; secundũ naturam, sicut, v.g. motus circularis ignis, aut motus fluxus & refluxus matis, propterea quòd passum non resistit aut cõtranititur, & aliunde illi motus non sunt secũdum propriam inclinationem naturalem ignis aut aquæ. Ex hoc fundamento Di. Tho.in 1.2.q.6.ar.4.ad secundum docet, q̃ calefactio aquę non est violenta, sed potius naturalis propter naturalem aptitudinem materiæ ad talem dispositionem. ¶Quod si quis contra hoc fundamentum arguat. Nam sequitur ex eo, quòd ascensus lapidis sit violentus & naturalis; consequens tamen est falsum, ergo. Probatur autem sequela. Nam ad hoc quòd motus sit naturalis sufficit, quòd in mobili sit principium, passiuum, ratione cuius non contranitatur principio actiuo, licèt sit extrinsecum, sed lapis cum ascendit, habet etiam principũ passiuum respectu illius ascẽsus, ergo. Probatur minor. Quia cum lapis ascendit sursum, patitur ab aliquo agẽte extrinseco particulari, ergo habet in se principium intrinsecum patiendi. Quod si dicas, quòd lapis non habet principium passiuum ascensus ratione formę, quod tamen requiritur. Cõtra. Quando aqua calefit, habet principium intrinsecum passiuum illius motus, & non ratione formę, ergo non requiritur, quòd vt principium sit simpliciter intrinsecum conueniat tei ex parte formæ. ¶Ad hoc respondetur, quòd cum lapis descendit, habet principium intrinsecum passiuum tantum non solum ex parte materiæ, quæ de se indifferens est ad motum sursum vel deorsum, sed etiam ex parte formæ. Vnde motus ille absolute est naturalis, sicut & terminus illius motus, qui est locus deorsum. At vero quando lapis ascendit sursum, motus ab aliquo particulari agente non habet principium naturale illius motus sursum neque ex parte formæ, neque ex parte materiæ. Ex parte quidem formæ manifestum est, quoniã ratione illius est motus violentus. Ex parte uero materiæ probatur. Quia materia nõ habet secundũ se immediatum ordinem ad locum, vel ad motũ nisi ratione formę, quam habet vel ad quam disponitur: & quia dum ascendit sursum lapis, materia non disponitur ad aliam formam per illum motum localem ideo motus ille non est naturalis ex parte materiæ, sed omnino est ab extrinseco. Ad replicã respondetur, q̃ cum aqua calefit, motus ille calefactionis ordinatur ad formã ignis, & propterea mobile, quod est ipsa aqua, inquãtum est ens naturale corruptibile, mouetur simpliciter naturaliter, quia habet principium passiuum naturale ex parte materiæ ad illũ motum, per quẽ disponitur ad aliam formam substantialẽ.

¶Tertio est notandum cum Durand. in 2.dist.25.q.4. quòd coactio & violentia se habent vt superius & inferius. Etenim cogi non dicitur propriè nisi de animali; violentia vero & animatis & inanimatis infertur. Vbi etiam est obseruandum, q̃ non omne, quod necessitatur, cogitur vel violentatur, quamuis omne quod cogitur, & violentatur, necessitetur. Nam D. Augu. dicit lib.5 de ciuit.c.12.duplicem esse necessitatem, alteram coactionis, alteram inclinationis naturalis. Quando enim lapis descendit deorsum, necessitatur a generante ad motum illum naturalem, & tamen neque cogitur neque violentatur. Similiter quando voluntas tendit in bonum in communi, necessitatur quantum ad specificationem ab ipso autore naturæ: similiter voluntas beati necessitatur ad actum dilectionis Dei ẽt quantum ad exercitiũ, & tñ non cogitur. His ita constitutis sit.

PRima conclusio. Voluntas non põt cogi etiam à Deo in suis actibus elicitis. Hęc conclusio est Di. Tho. in multis locis hic, & in 1.2.q.6.art.4.& de uerit.q.22.ar.8. Est ẽt fere communis omnium Theologorum in 2.dist.25.ita tenet D. Bonauentura in 2.par.d.art.1.q.4.& 5. & Richardus art.4.q.1.& 2. Duran.q.4. Ægidius q.2.& Gabriel.q.1.articu.3. dub.1. Alij uero Theologi eam docent in 4.d.29. Scotus q. unica. Duran.q.1. Palud.q.1.arti.1.& Ioa. Mai.q.1. Almayn trac.1.moral.c.2. Probatur primo. Violentum dicitur quod est à principio extrinseco, passo non conferente uim, ut patet ex 2.notabili ex Arist.3.Ethi. c.1. sed oĩs actus immediate elicitus à uoluntate siue sit velle siue nolle est à principio ĩtrinseco cũ cognitione finis, vñ & uoluntarius uocat ergo ipossibile est, q̃ sit coactus uel uiolẽtus. Confirmatur ratione D. Th. Violentũ est cõtra inclinationem eius qui uim patitur: sed omnis actus voluntatis ab ipsa elicitus est sm propriã inclinationẽ illius: nã uoluntas ipsa est quędã inclinatio in suum actum & obiectum, ergo. Secdo probatur ex D. Anselmo lib. de libero arbit. ca. 5. ubi dicit, quòd homo põt ligari & occidi inuitus, uelle autem non potest inuitus, quia non potest uelle nolleus uelle. Tertio probatur. Sicut dicit D. Aug. li.5. de ciu. c.10. Illud quod est necessariũ, non potest esse uoluntarium; uocat autem necessarium illud, quod est coactũ, sicut exponit D. Tho. ad primum, sed impossibile est, quòd actus elicitus à uoluntate non sit uoluntarius, ergo non põt esse coactus. Quarto. Omnis actus elicitus à uoluntate, uel est uolitio boni, uel nolitio mali: sed isti actus semper sunt secundum inclinationẽ uolũtatis, ergo nõ possunt esse coacti. Probatur minor. Quoniã uoluntas naturaliter inclinatur ad ꝓsecutionem boni, & fugam mali. Vltimo probatur contra illud quod dicebat Hieron. ab Angesto q̃ quamuis actus elicitus a uoluntate non possit esse uiolentus ratione sui, tamen potest esse uiolentus, quando uoluntas recipit actũ ab extrinseco in se ipsa, quẽ nollet recipere. Nam nullus põt esse actus uoluntatis, q̃ non sit ab ea elicitus, & nõ procedat ab illa tanquã a principio intrinseco uitali; de quo uide si uis in 1.2.q.3.artic.2. Confirmatur. Quoniam licet admitteremus, q̃ uolũtas reciperet à Deo aliquem actũ ipsã passiue se habẽte (ut aliq Theologi opinant) ẽt ille actus nõ eẽt uiolẽtus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qm̃ respectu Dei voluntas creata non patitur violentiam, de quo in sequẽtibus plura dicemus. ¶Secunda conclusio. A nulla creatura potest voluntas directè violentiã pati neque simpliciter, neque secundùm quid, licèt indirectè cogi possit ab ea ad cessandum ab actu. Prima pars huius conclusionis probatur. Quia nulla creatura potest voluntati directè conferre inclinationem ad aliquid siue bonum siue malum, eo ꝙ ad bonum ipsa voluntas naturaliter est inclinata, ad malũ vero formaliter non potest inclinari, quia vt sic non cadit sub obiecto volũtatis, ergo nullo modo potest inclinari voluntas directè ab aliqua creatura. Confirmatur. Quia nulla creatura directè potest mouere voluntatem, aut retardare motum eius vt principium efficiens: hoc enim est proprium Dei, qui solus est causa voluntatis, de quo inferius agemus quæst. 105. & q. 106. art. 2. Secunda pars cõclusionis probatur, quia si quis vellet permanere in actuali amore Dei per vnã horam, & aliquis det illi potum fraudulẽter, quo inebrietur vel dormiat, tunc voluntas cessat ab actu contra propriam inclinationem quam habet, ergo cogitur; non autẽ directè sed indirectè, quia organa sensuũ impediuntur, vnde & intellectus impeditur, & ex consequenti voluntas ipsa operari non potest. ¶Sed contra hanc secundam partem huius conclusionis est argumentum. Sequitur enim ex illa, quòd voluntas possit etiam cogi saltem indirectè ad habendum aliquem actum. Probatur sequela. Quia sufficit vt cogatur ad non habendum actum, quòd peccet contra actualem inclinationem, quæ præcesserat, sed etiam actus positiuus volendi, ver. gra. proicere merces in mare propter obortã tempestatem est contra præcedentem actũ volendi seruare merces illas, ergo cogitur tunc volũtas ad actum positiuum, licèt indirectè. Respondetur negando sequelam, & ratio est, quia quãdo voluntas habet secundum actum contrarium præcedenti, iam inclinatur ad suum obiectum, & motus ille est naturalis prout distinguitur contra violentum: at vero quando in casu posito cessat ab actu, omnino nollens cessat. Manet. n. in illa virtualiter inclinatio contraria cessationi, & propterea indirectè, propriè cogitur ab actu cessare. ¶Aduerte tamen circa istam conclusionem, ꝙ licèt indirectè ex parte obiecti particularis possit voluntas moueri ab aliqua creatura etiam quantum ad suum actum positiuum, quia vnus homo proponit alteri homini bonum, rationibus ostendentibus bonum esse operari sic vel aliter, vt inuitet vel alliciat voluntatem: nihilominus tamen isto modo prædicto dici propriè non põt, ꝙ voluntas patitur uim. Etenim uis propriè est à principio motiuo efficienti contra propriam mobilis inclinationem, obiectum autẽ uoluntatis aut proponens obiectum non est propriè mouens, quia mouet ut finis, qui metaphoricè dicitur mouere secundùm Arist. 1. de Gene. tex. 55. ergo. ¶Tertia cõclusio. Quãdo uoluntas cessat ab actu per nõ concursum Dei nullo mõ cogitur, quãuis necessitetur ad cessandũ. Hęc cõclusio est cõtra Almayn & Duran. Et probatur. Quia sicut hõ non cogitur ad uolandum, quamuis uellet uolare, qm̃ ad uolandum non habet potentiam uel aptitudinem: ita uoluntas cum non habeat aptitudinem ad uolendũ aliquid nisi influente Deo motũ illum, ideo qñ Deus suspendit concursum, nullo modo uiolentatur uoluntas ad cessandum ab actu, quia non cessat contra suã inclinationem, eo ꝙ nullam habet non mouente Deo. Confirmatur. Quia si uoluntas uellet cessare ab aliquo actu, & nõ ualeret, quia Deus necessitat uel efficaciter mouet ad illũ actũ, nõ diceret cogi. Itẽ, nec quãdo uolebat operari per unã horã, & nõ operabatur cessãte diuino auxilio, talis cessatio nõ est uiolenta, quia naturaliter est apta cessare, qm̃ cessat motio superioris, & per se mouentis. ¶Quarta conclusio. Omnes aliæ potentiæ præter uoluntatẽ dicuntur cogi simpliciter & propriè loquẽdo quãdo operantur contra inclinationẽ uoluntatis. Pro huius conclusionis intelligentia aduerte, ꝙ in illis potentiis q̃ sunt subditæ inclinationi & motioni uolũtatis, quę est inclinatio totius hominis, potest ipsa inclinatio distingui dupliciter, uno modo in ordine ad proprios actus circa propria obiecta secundum quòd sunt speciales perfectiones ipsarum potentiarum: alio modo secundùm quòd sunt aptæ natæ ad obediendum motioni voluntatis. Semper enim potentia inferior habet naturalem inclinationem ad obediendum mouenti superiori; aliàs enim non posset suauiter fieri ista obedientia, quam habent inferiora ad superiora, & ex consequenti subordinatio potentiarum non esset rectè disposita ab autore naturæ. Quando igitur in conclusione dicimus, ꝙ omnes aliæ potentiæ præter voluntatem possunt cogi, non loquimur de potentiis, & earum operationibus primo modo. Etenim si hoc modo loquamur, operatio propria potentiæ, ver. gra. uisiuæ, non est violenta respectu ipsius potentiæ secundùm quod respicit operationem propriam tanquam specialem perfectionem suam. Et hoc euidenter probatur argumento quarto facto à principio dubij. Loquimur ergo de istis potentiis secũdo modo, & dicimus ꝙ operatio potentiæ, v.g. uisiuæ potest esse violenta etiam respectu ipsius potentię, considerãdo inclinationem eius, qua apta nata est obedire voluntati, quæ inclinatio magis naturalis est ipsi potentiæ, quam inclinatio ad proprium actum. Hoc posito probatur conclusio. Quoniam actiones & passiones sunt suppositorum, ergo etiam ꝙ aliqua actio uel passio sit violenta, uel naturalis, pensandum est secundùm inclinationem suppositi: sed hęc inclinatio in homine est voluntas, ergo quod fit in homine contra voluntatem, est simpliciter violentum. Probatur minor. Quia voluntas est inclinatio hominis ad bonũ in communi, quod est proprium hominis inquantũ homo. Quod si quis obiiciat. Illa potentia est naturaliter inclinata ad propriũ obiectũ, ergo non cogitur in ipsa actione circa proprium obiectum. Respondetur, quòd uisus & quælibet alia potentia apprehẽsiua proprie loquendo, potius dicitur habere aptitudinem & conuenientiam cum proprio obiecto, quam inclinationem naturalem. Voluntas uero & appetitus sensitiuus est secundum se & essentialiter inclinatio ad propriũ obiectum; unde quicquid in aliis potentiis est inclinationis, debet esse quædam participatio à uolũtate uel appetitu. Homo enim est qui appetit uidere uel intelligere. Ex quo sequitur, ꝙ si homo nolẽs

videat uel intelligat, talis actio sit simpliciter contra inclinationem ipsius uisus uel intellectus, saltem contra inclinationẽ eius prout est subiicibilis uoluntati. Est exemplum. Si quis aquam, quæ sursum mouetur ad supplendum uacuum, moueret deorsum, uim faceret aquæ: quia esset motus contra inclinationẽ aquę prout est pars uniuersi, quamuis ille motus uideretur conformis particulari inclinationi ipsius aquæ. Sic ẽt & multo magis uim facit uisui, qui contra inclinationẽ & conuenientiã, quam habet ad deseruiendum uoluntati, facit vt videat, quę ipse hõ non vult uidere, quamuis ipsum obiectum sit cõforme particulari rationi potentię. ¶Sed est aduertendum, ꝙ ista coactio aliarum potentiarum dupliciter potest contingere. Vno modo ex parte obiecti; alio modo solum ex parte causæ efficientis. Ex parte quidem obiecti adhuc dupliciter. Vno modo ex parte obiecti motiui, alio modo ex parte obiecti terminatiui, formaliter respectu ipsius actionis, v.g. quando homo cogitur audire sonitum cõtra uoluntatem suam; sonitus ille vtroque modo cogit auditum in ratione obiecti. Mouet enim efficienter auditum imprimendo speciem sensibilem, terminat ẽt formaliter ipsam auditionem: & similiter etiam auditus indirectè cogitur ab ipsa cã efficiente sonum, uel proponente aliquod obiectum contra uoluntatem hominis. Sic etiam intellectus aliquando conuincitur, & cogitur contra uoluntatem ab ipso obiecto formali, sab experientia uel proposita demonstratione, quanuis quantum ad exercitium non possit directè cogi ab aliqua cã nisi ab ipso Deo: sicut contingit in damnatis, ꝙ ipsorum intellectus actualiter cogitur semper cõsiderare suam infelicitatem, & nõ ab aliqua alia causa nisi ab ipso Deo iusto iudice, vt latius à nobis explicatum fuit sup. q. 64. arti. vlt.

AD argumenta facta in principio respondetur. Et ad primum prima solutio est, quam adhibet D. Thom. in 1.2. q. 6. art. 4. ad tertium, quòd quanuis secundum rei ueritatem illud, in quod uoluntas tendit peccando, sit contra naturam rationalem, tamen ex errore iudicij apprehenditur tanquã bonum conueniens, secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensum vel secũdum habitum corruptum, & sic voluntas inclinatur in illud obiectũ, & ex consequenti nullo modo cogitur. Secũda solutio esse potest, q̃ quanuis in actu peccati sit aliquod genus violentiæ respectu voluntatis largo modo & non ita propriè, tamen absolutè & simpliciter loquẽdo nulla interuenit ibi violentia. Ratio est. Quoniam ipsamet voluntas inclinat se in bonum sensibile, & nõ mouetur ab aliquo principio extrinseco contra inclinationem suam actualem vel virtualem. Radicalis autem inclinatio vel habitualis, quam habet voluntas ad bonum rationis, non est sufficiens, vt actus peccati dicatur violentus, sed requiritur actualis inclinatio vel virtualis, per quam ipsa voluntas non conferat vim, sed potius resistat. ¶Ad secundum respondetur, q̃ latro est causa indirectè inuoluntarij secundùm quid, sed non est causa efficiens respectu actionis voluntatis, sed solùm vt proponens obiectum cum certa circumstantia, quæ facit ut bonũ sit dare illi pecunias ad seruandam vitam. Quare nõ cogit voluntatem ad propriam actionem, liberè.n. volũtas eligit illud medium, s.date pecunias. Ad primam confirmationem respondetur, q̃ illud voluntarium mixtum cum inuoluntario non componitur ex duobus motibus contrariis, cũ sint respectu diuersorum obiectorum, alias ẽt in Christo fuisset contrarietas voluntatis, quia ipsa voluntate noluit mori, & eadem voluntate voluit simpliciter moti; sed respectu vnius obiecti actus ille erat conditionalis, s.si possibile est, &c. respectu verò alterius erat absoluta voluntas, s.cum dicebat, Fiat voluntas tua. Sic etiam nollet homo dare pecunias latroni, si aliter posset vitare mortem, sed nihilominus vult dare absolute, quia alias non euaderet mortem. Ad secundam confirmationem respondetur, q̃ quemadmodum si quis vt causa efficiens detineat lapidem, ne moueatur tam velociter deorsum, quàm moueretur secundum proportionem suæ grauitatis, vim facit ipsi lapidi: ita si aliqua creatura vt causa efficiens posset directè remorari motum voluntatis, vim faceret illi, sed tamen hoc nulla creatura põ̃ efficere, vtiã dictũ est. Ad tertium argumentum cum sua confirmatione patet ex his, quæ diximus in tertia conclusione. Responderi tamen põt secundo, q̃ etiam si daremus, quòd Deus posset directè cogere voluntatem ad cessandũ ab actu suspendendo concursum, tñ ad actum elicitum nõ põt cogere. Et ratio est manifesta. Quia oĩs actus elicitus à voluntate tendit in bonum vel sub rõne boni, qđ est obiectũ voluntatis. ¶Ad quartum cum prima cõfirmatione patet ex dictis in quarta conclusione. Ad secũdam confirmationem respondeꝛ, q̃ vt colligitur ex ibidẽ dictis, si sermo sit de operatione alterius potentiæ à voluntate respectu ipsius hoĩs, nulli dubiũ est illã operationẽ esse violentã, si fuerit cõtra inclinationẽ voluntatis, quod quidẽ ibi satis cõprobatũ est. Neq; oppositum huius docet Duran. aut Palu. vt patebit ex his, q̃ dubio sequenti dicemus. Si vero sit sermo nõ respectu totius hoĩs, sed respectu illius potentiæ, q̃ immediatè elicit operationẽ, aliqui Theologi recentiores existimãt sententiam Durandi in hac parte esse veram, non quidẽ propter illã secundã confirmationem, q̃ est Durandi, sed pp quartũ argumentum & eius primã confirmationẽ. Nihilominus tñ nostra quarta conclusio est veriſſima, & ad istam secundam confirmationem respondetur negãdo maiorẽ. Nam potentia ad motũ progressiuũ animalis indifferens est ad plures motus sm diuersa loca, & tamen in omnibus illis põt pati violentiã, si feratur contra inclinationẽ voluntatis. Præterea. Potentia calefactiua in igne secundùm suam naturã determinatur ad unã tm̃ operationem, & tamen si eleuaretur aliud genus operationis, nõ ideo pateretur violentiã, sicut neq; intellectus patitur violentiam, quando per lumen gloriæ eleuatur ad uisionem beatificam, ad quam operationem non inclinatur secũdum suã naturam.

DVbitatur secundo circa eandem primam cõclusionem. Vtrum voluntas possit cogi in actibus à se imperatis. Videtur q̃ nõ. Primò. Impossibile est, q̃ aliquis actus sit imperatus ab ipsa voluntate, & sit violentus, ergo impossibile est, q̃ voluntati inferatur violentia quãtum ad actus imperatos. Antecẽdens patet. Nam si actus est imperatus, necesse est q̃ à voluntate proficiscatur,

ciscatur, & sit uoluntarius. ¶Secundo. Voluntas potest habere actum contra motionem imperij sui, ergo põt cogi in illo actu. Probatur antecedens in casu, quo quis habeat odio Petrum, & Deus moueat illũ ad habendum amorem ipsius Petri, quod quidem Deus potest optimè facere iuxta illud Prou. 21. Cor Regis in manu Domini, quocunq; uoluerit, uertet illud: tum etiã, quia per diuinã potentiam quęcunque contraria possiunt esse simul in eodem subiecto. ¶Tertio. Motus primi sensualitatis ad obiectum illicitum sunt imperati à uolũtate, & à principio intrinseco, & tamẽ sunt violenti iuxta illud ad Roma. 7. Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, ergo. ¶Quartò. Martyres vim patiebãtur à tyrannis, & mortem illis violẽter inferebant, & tamen illa mors & vis erat illis voluntaria, ergo.

¶In hoc dubio aliqui Theologi tenent sententiam quandam singularem, quã videtur insinuare Almayn tract. 3. mor. cap. 2. quanuis eam non doceat apertè, q̃ voluntatem posse cogi in actibus à se imperatis debet intelligi non tantum de actibus imperatis, qui sunt actus eliciti ab aliis potentiis, sed etiã de illis actibus imperatis, qui ex alia parte sunt actus eliciti ab ipsa volũtate. Suppositum est .n. q̃ sicut docet Diui Thom. in 1.2. quæst. 16. artic. 4. ad tertium, quòd voluntas aliquando reflectitur sup. seipsam, & imperat etiam suos actus, sicut quando vult, v.gr. amare Petrum, aut vult eligere aliquod medium, ad quem modum dicitur in Psal. 118. Concupiuit anima mea desiderare, &c. Quo supposito dicit hęc opinio, q̃ voluntas potest cogi in isto suo actu reflexo imperato à se, non qua ratione est ab ipsa elicitus, sed qua ratione imperatus est. Sit tamen in hac re.

PRima conclusio. Voluntas potest cogi in actibus à se imperatis, elicitis tamẽ ab alia potentia. Hæc cõclusio est communis omnibus Theologis, & eam expresse tenet D. Thom. in 1.2. vbi sup. cuius legitima intelligentia est, q̃ quando violentus non possit habere actum imperatum, qui de facto ab ipsa sit imperatus, & simul sit coactus, qm̃ si ad ipsa est imperatus, iã eius secundum inclinationem voluntaris, tamẽ in illis actibus qui solent esse imperati à voluntate, potest pati violentiam contra imperium suum, v.g. potest homo cogi ad visionem vel ad motum localem aut adsimiles operationes, quæ solent esse imperatæ à voluntate: Quæ conclusio sic explicata non indiget aliqua probatione, euidenter .n. colligitur ex dictis in j. dubio.

¶Secunda conclusio. Voluntas non potest cogi in actibus suis reflexis à se imperatis. Hæc conclusio est tenenda iuxta mentem D. Tho. Etenim ipse in 1.2. q. 6. art. 4. expresse vocat actum imperatum eũ, qui ab alia potentia elicitur, & à voluntate imperatur: actũ uero elicitũ vocat illum, qui immediatè producitur ab ipsa voluntate. Et ibidem art. 5. ad primum, habet eandem doctrinã, & in q. 22. de veri. art. 5. ad tertiũ. absolutè docet, q̃ intellectus põt cogi, voluntas uero non põt cogi. Neq; vnquã distinxit Di. Tho. de actu voluntatis directo vel reflexo, imperante aut imperato, quando docuit voluntatẽ non posse cogi in actibus suis. Secundo probatur conclusio. Quilibet actus uoluntatis ab ipsa immediatè productus est inclinatio illius in suum obiectum, ergo non potest esse coactus. Probatur consequentia. Qm̃ repugnãt ista duo q̃ actus sit uiolentus, & q̃ sit secundũ inclinationem uoluntatis. Confirmatur. Ille actus imperatus est amor uoluntariè elicitus ab ipsa uoluntate, ergo nõ est coactus. Probatur cõsequentia. Quia coactũ & uoluntarium non possunt esse simul. Tertio. Tunc cõtingit aliquid uiolentiã pati, quãdo trahitur cõtra uoluntatẽ internã, q̃ est in ipso, sed nullus actus à uolũtate elicitus ẽt si aliàs sit imperatus ab ipsa, põt esse cõtra inclinationẽ internã ipsius uoluntatis, quæ est inclinatio ipsius hominis, ergo.

AD argumenta facta in principio respõdetur. Ad primum patet ex prima cõclusione. Etenim quando dicimus uiolentiam posse inferri uoluntati quãtũ ad actus imperatos, nolumus dicere, q̃ uiolẽter imperet, sed quòd uoluntas in illis actibus impeditur, ne efficiat quod uult facere imperãdo, v.g. ne hõ ambuleꝛ, ne comedat, &c.

¶Ad secundum Magister Soto facile cõcedebat, quòd odium & amor, & duæ quælibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

litates contrariæ possunt esse simul in eodē A
subiecto, etiam respectu eiusdem per diuinam potentiam. Sed tamē dicit ꝙ in tali casu vtraque actio esset voluntaria, quia vtraque est secundum intentionem operantis, quanuis ex parte vtraque sit contra alterā, nō tamē cōtra totam inclinationē. Quemadmodū, inquit, cum aqua ascēdit sursum, ne detur vacuum, motus ille non est violentus, quia quanuis sit contra peculiarem inclinationē aquæ, nō tñ est contra uniuersālē inclinationē, inquantū aqua est pars vniB
uersi. Hæc doctrina est Marsilij in 2. q. 16. art. 5. ¶Nos tamen dicimus primo, ꝙ duæ qualitates contrariæ in gradib. intensis non possunt esse simul in eodem subiecto adæquato. Et ratio est, quia altera qualitas includit intrinsecè privationem alterius anne xam tali speciei tanquā cōplementum rationis formalis, sine qua conseruari nō potest species. ¶Dico secundò, ꝙ etiam si admittatur, ꝙ duæ qualitates contrariæ possint esse simul in eodem subiecto, tamen C
duo contrarij motus simpliciter non possunt esse simul. v.g. ꝙ lignū simul secundū eandem partem calefiat & frigefiat, implicat cōtradictionē: nā alias simul esset in actu & potētia respectu eiusdē, & multo minus in motibus volūtatis hoc pōt cōtingere, nā si volūtas amat Petrum, ergo secundū ꝙ est conueniens & bonū: si odit ergo inquantū est illi malū; sed implicat, ꝙ aliquid sit simul bonū, & malū voluntati, ergo simul voluntas nō pōt habere dilectionē & odiū circa idem obiectū. ¶Tertio dico, ꝙ adhuc illo admisso, voluntas nō cogitur, quoniam ille amor Petri nullo mō est coactus, sed potius secundum inclinationē ipsius volūtatis. Nā teste D. Augu. trac. 26. super Ioan. quādo Deus trahit voluntatem hōis ad actū amoris, nulla violētia adhibetur. Animus enim inuitus, non trahitur, sed amore mouetur, & ex consequenti absque vlla coactione. Aliud est enim, ꝙ Deus cogat voluntatē ad actū amoris, ꝙ est impos- E
sibile: aliud vero, ꝙ conuertat voluntatem aut mutet ad habēdū illū amorē, quod frequenter facit Deus secundū illud Esther. 14. Transfer cor illius in odium hostis nostri. Et in Psal. 118. Inclina cor meum in testimonia tua. Hæc aūt translatio vel mutatio necessario fit sine violētia, aliās nō esset cum actu voluntatis neque ipsa voluntas moueretur, sicut D. Th. docet infra q. 83. ar. 1. ad tertium, & in 1. 2. q. 6. art. 4. ad primū explicans locum ex Prouer. 21. Et sic etiam intelligendum est illud, quod dicitur. 1. Regum. 10. Immutauit illi Deus cor aliud. & Iob 12. Immuta cor Principum populi terræ. Et Di. Gregorius in commē. super 1. Regum lib. 4. capi. 4. dicit; Cor illud immutatur, quando ad meliora appetenda dirigit, & etiam quando ad malum deseritur. Hæc autem duo semper fiunt à Deo sine aliqua violentia, quemadmodum etiam notauit Roffensis in art. 36. explicans illum locum Prouer. 21. contra Lutheranos. ¶Ex dictis in hac solutione soluitur quoddā argumētum, quod fundatur in quadam sententia Gregorij Ariminensis in 1. dist. 28. q. 1. existimantis necessario esse tempus aliquod determinatum continuationis cuiuscunque actus voluntatis. Itaque si semel volūtas incipiat amare aliquod obiectum, necessario est assignandum aliquod certum tēpus continuationis illius. Ratio eius est. Nā ille actus resistit suę corruptioni, cū appetat se conseruare, ergo implicat contradictionē, ꝙ aliqua creatura possit illum actum corrumpere in codē instanti. Hoc supposito probatur, ꝙ voluntas possit cogi. Sit enim casus, quòd quis diligat patrem, & in tertia parte durationis illius actus sciat, ꝙ Petrus occidit patrem, quām primum diligens hoc cognouit, vult odio habere Petrum, & tamen non potest, ergo voluntas in illo casu cogitur. Ad hoc argumētum respondetur, ꝙ ex illo facile probatur illud fundamentū Gregorij esse falsissimū. Nam ex eo sequeretur, ꝙ vel duo motus contrarij essent simul in eadem voluntate, quod improbatum est, aut saltem, quòd pro illo tempore voluntas non posset habere actum contrarium odij. Item sequeretur, ꝙ homo toto illo tempore non esset liber, neq; posset pœnitere, si fortè ille actus dilectionis esset uitiosus, aut saltem quòd simul esset in uoluntate odium Dei, & pœnitentia, & implicat contradictionē. Sapientissimus Magister Victoria dicebat, quod licēt nō esset tempus certum & determinatum continuationis actus uoluntatis, nihilominus

lominus tamē supposito, ꝙ cœpit actus uo A
lūtatis, necessario durat per aliqd tempus, sed tamen in quolibet instāti illius temporis potest desinere esse. Ego tamen arbitror vltimq; esse falsum, scilicet, & ꝙ requiratur determinatū tēpus, sed potest esse per se loquendo, ꝙ actus positiuus uoluntatis duret per vnicum tantū instans. Probatur. Mēsura actus uoluntatis est instās, ergo ēt mēsura durationis huiusmodi pōt esse instās. Præterea. In codē instanti, in quo aliqs incipit intelligere & velle aliquid obiectū, potest incipere & dormire, ergo cum somnus incipiat per vltimum non esse, vtū erit dicere immediatè post hoc erit somnus, ergo immediatè post hoc non erit intellectio & volitio, ergo illi actus vnico tantum instanti durauerunt. Confirmatur. Nam diabolus statim post primū instans suę creationis fuit malꝰ, ergo bonitas eius suè actus bonus ex parte voluntatis, duravit per vnicum tantum instans, ergo mensura durationis actus voluntatis per se loquendo est instans. Vtū est tamen, quod inter homines fieri non potest, quòd vnus actus voluntatis desinat esse per successionem actus contrarij, & quod ille prior duret vnico tantùm instāti. Ratio est, quoniā actus succedens debet incipere in instanti intrinseco; sed nō possunt esse immediata duo instātia, ergo non potest talis actus succedere actui, qui durauit per vnicum tantùm instans. Potest tamen desinere per solā suspēsionē; nā in illo instanti, in quo D
est actus volūtatis, desinet esse concursus. Ad argumentum autem patet solutio ex dictis, etiam admissa sententia Gregorij. Nō enim tunc voluntas cogeretur, quoniā & amor & odium est secundum aliquā inclinationem voluntatis, quoniā respectu diuersorum, siue secundùm diuersas rationes potest idem obiectum diligi, & odio haberi à voluntate. Vnde in casu posito Petrus odio haberetur, quia interfector est patris; diligeretur quia alias erat amicus. E
¶Ad tertium argumentum respodetur, ꝙ si illi primi motus sensualitatis, quos Theologi vocant primò primos, perseuerent ad uertente ratione, & volūtas actualiter resistat, & coartanitatur formaliter vel virtualiter; sine dubio sunt violenti, quia sunt ab extrinseco, scilicet, ab appetitu: passo nō conferente vim sed potius repugnante & contranitente. Et in hoc eadem prorsus est ratio de istis motibus primo primis, & de actibus imperatis; nec de illis hoc modo sumptis est aliqua dissensio inter doctores, sed omnes conueniunt posse esse violentos. At vero si isti motus accipiantur prout præcedunt omnem actum rationis & voluntatis, existimāt aliqui Theologi etiam ex discipulis D. Tho. quòd non sunt violenti. Quod probant primo. Quoniam motus primo primi formaliter sumpti vocātur illi, qui præueniunt omnem deliberationem rationis & uoluntatis. Vnde sicut operationes potentiæ uegetatiuæ non dicuntur uiolentæ, propterea quod non subduntur imperio rationis & uoluntatis, ut dicitur in 1. 2. quæst. 17. arti. 8. Ita etiam uidetur dicendum de his motibus secundum quòd sunt primo primi, & non subiacent imperio rationis & uoluntatis. ¶Secundo. Quoniam C
non bene percipitur, quo pacto illi motus sunt à principio extrinseco passio contranitente: nam dicere, quòd non sunt à principio extrinseco hominis ut homo est, tunc habet uerum quando ipsa uoluntas, quę est principium intrinsecum hominis, resistit actualiter uel uirtualiter, in quo casu iam illi motus non sunt primo.

¶Tertio. Quoniam D. Tho. in 1. 2. q. 31. art. 8. ad secundum docet, quòd delectatio se habet in affectibus animæ, sicut quies naturalis in corporibus, tristitia uero sicut quies uiolēta. Ex quibus ueris uidetur colligi posse, quòd delectatio sensibilis etiam si præueniat rationem non est uiolenta. Probatur, quia in eadem 1. 2. q. 77. artic. 6. & 7. docet expressē, ꝙ passio antecedens, quæ præuenit usum rationis, est inuoluntaria: nullibi autē reperitur in doctrina D. Tho, quòd illa passio sit uiolenta. Existimāt itaque isti autores, quòd quanuis secundum communem sententiam Theologorum illi motus primo primi sunt inuoluntarij, non tamen sunt uiolenti nisi forte illā rationem inuoluntarij uellis appellare uiolentiā, quæ tamen non propriè & uere dici pōt uiolentia, sed tantum impropriè, & secundum quid. Et quanuis hæc sententia propter hoc argumenta probabiliter sustineri possit, re

tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamē bene inſpecta oppoſitum,ſcilicet,q̄ motus iſti ſint violenti, videtur verius. Quia ad violentiam ſufficit virtualis inclinatio voluntatis ad oppoſitum;conſtat antē, quòd voluntas præſertim in homine iuſto virtualiter inclinatur ad oppoſitum illius motus ſenſualitatis, atque idcirco in homine iuſto primus ille motus eſt ſimpliciter inuoluntarius, neque imputatur ad aliquam culpam. Fortaſſis tamen alicui videbitur ſequi ex hac ratione, quod ſi ille motus conſideretur in homine exiſtente in peccato ſaltem originali, quòd non ſit ſimpliciter violentus & inuoluntarius,quia voluntas eſt auerſa à Deo, & habitualiter conuerſa ad bonum commutabile.Nihilominus tamen hoc falſiſſimum eſt, neque aliquo modo ex dictis ſequitur,quin potius talis etiam motus ſenſualitatis eſt ſimpliciter violentus & inuoluntarius. Et ratio eſt, quia ille motus eſt contra naturalem inclinationem voluntatis, ad bonum ſecundum rationē, quæ inclinatio per peccatū originale non eſt corrupta. Neque poteſt dici,quòd voluntatis conuerſio habitualis ad bonum commutabile faciat voluntarios motus ſenſualitatis. Quoniam conuerſio tantum virtualis ad aliquod obiectum, non ſufficit virtualiter referre alia, quæ ſunt in ordine ad tale obiectum, alias omnis actus exiſtentis in peccato mortali eſſet peccatum,ſiquidem ille ſemper eſt habitualiter conuerſus ad peccatum. ¶ Sed adhuc eſt replica contra dicta.Quando aqua calefit,motus ille ſimpliciter eſt naturalis, vt optime docet D. Tho.in 1.2.q.6.arti.4.ad ſecundum, nam quanuis aqua repugnet ex parte formę ſufficit q̄ ex parte materiæ, ſit inclinatio ad formam, ad quam diſponit calefactio, & propterea ille motus eſt ſimpliciter naturalis,ergo ſimili ratione ſufficit,vt dicatur motus appetitus ſenſitiui hominis naturalis, q̄ inclinatio inſit illi naturalis ad tale obiectū ex parte potentiæ vnius, quæ ſibi intrinſeca eſt ratione generis, quod ſe habet vt materia, quanuis ex parte alterius potentiæ ſit repugnantia. Ad hoc argumentum reſpondetur negando conſequentiam,& ratio diſcriminis eſt,quoniam materia aquæ etiā dum eſt ſub forma aquæ adhuc eſt in potentia naturali ad formam ignis: at vero appetitus ſenſitiuus hominis nō eſt in potētia,neq; ordinatur naturaliter ad aliquā actionē, quæ non ſit ſubordinabilis appetitui rōnali. Vnde oīs motus appetitus,qui nō ſubordinatur, neque cōformis eſt volūtati rationali,eſt ſimpliciter violentus.Quādo vero appetitus cōſentit eū motu appetitus ſenſitiui; ſiue in malū ſiue in bonum, iam motus ille volūtarius eſt & naturalis ſecūdū inclinationē naturalē volūtatis. Concedimus tamē, q̄ motus ille appetitus ſenſitiui præueniens voluntatem eſt naturalis ſecundū quid,ſ. ſecundùm rationem genericam appetitus ſenſitiui, prout homo conuenit in genere cum brutis.¶ Ad primum autem argumentū pro prima ſententia reſpondetur,q̄ motus animæ vegetatiuæ etiam repugnāte voluntate dicūtur naturales ſimpliciter,v.g. ſi quis etiam nollens creſcat multum vel pingueſcat,tunc ille motus augmenti ſimpliciter eſt naturalis & ſecundū quid violentus. Et ratio eſt,quia motus animæ vegetatiuæ non ſunt apti nati ſubeſſe imperio voluntatis, neq; poſſunt eſſe hominis vt homo eſt, ſicut poſſunt eſſe motus appetitus ſenſitiui, qui datus eſt homini, vt rationi ſubordinaretur,atque ita capax eſt virtutis temperantiæ & fortitudinis, & aliarum ſibi annexarum.¶ Ad ſecundū reſpondetur negando, q̄ non bene percipitur quomodo motus illi ſint à principio extrinſeco, quia licet ſint à principio, quod eſt in homine,non tamen ſunt ab eo ſecūdum quod homo eſt:cuius ratio eſt, quia ipſe appetitus ſenſitiuus in illo motu non ſubordinatur volūtati,cùm tamen ſit ſubordinabilis & mobilis a ſuperiori appetitu,& hoc ſufficit vt dicātur illi motus ſimpliciter violēti reſpectu hominis.¶ Ad tertium reſpondetur, q̄ D.Tho.eſt intelligendus de delectatione, quæ ſequit voluntatis cōſenſum, delectatio aūt quæ p̄cedit omnē actum voluntatis,nō eſt hoīs vt homo eſt.Ad alium locum reſpōdet, q̄ argumentum negatiuum nullius eſt pōderis. ¶ Ad quartum argumētum principale reſpōdetur,q̄ propriè loquendo martyres nō patiebantur vim. Ratio eſt. Quia proprie loquendo vis dicitur, quando ille qui patit, conatur

nititur & ſe defendit; martyres vero velutiones manſuetæ voluntarie patiebantur pro confeſſione fidei.Nihilominus tamen martyres propriè patiebantur iniuriam, quoniam habebant ius ad cuſtodiam vitę.

¶Quod ſi quis obijciat,ſcienti & volenti non fit iniuria; ſed martyres ſcienter & voluntariè patiebantur, ergo non fiebat illis iniuria. Reſpondetur, quòd voluntas martyrum non ferebatur ad mortem quatenus erat à tyrannis, ſed quatenus mors erat pretioſa in conſpectu Domini pro confeſſione fidei; vnde relinquebatur locus iniuriæ quantū erat ex parte tyrannorum reſpectu quorum, voluntas martyrum nō cōſentiebat,imo odio habebant eorū malitiam. ¶Sed contra adhuc eſt replica.Si quis dicat alteri,percute me:& alter cum illo conſentiens percutiat eum; tunc percuſſius adhuc patitur iniuriam, & percutiens eſt homicida uerè peccans contra iuſtitiā, ergo ſcienti & uolenti & conſentienti omnibus modis fit iniuria. Reſpondeō, q̄ in prædicto caſu percutiēs nullā facit iniuriā percuti uolenti, ſed nihilominus peccat contra iuſtitiā. Et ratio eſt, quia uita hominis non eſt ſub eius dominio,ſed ſolū eſt ſub eius cuſtodia,& ille habet ius ad cuſtodiēdū, & fruēdū vita.Quapropter eū ille cedat iuri ſuo, nulla fit illi iniuria.Nihilominus quia ipſe Deus eſt dominus ſpecialis vitę,& Reſpublica eſt cuſtos,illic percutiēs peccat contra iuſtitiam reſpectu Dei,& reſpectu reipublicę: ſicut ſi cuſtos vineę roget pretereuntes ut colligant uuas, ille qui colligit uuas non facit iniuriam cuſtodi, ſed ſolum domino uineæ: ſic etiam contingit incaſu poſito.

DVbitatur tertio circa eandem concluſionem. Vtrum uoluntas,aut aliqua creatura poſſit pati violentiam reſpectu Dei?Videtur quod ſic. Primo Deus poteſt ſe ſolo proijcere lapidem ſurſum, aut detinere in ſuperiori loco non ad ſupplendū uacuū,quemadmodū ſi illud fieret ab aliquo agēte particulari: ſed tūc eſſet in ipſo lapide actualis reſiſtētia, & actualis inclinatio ad cētū,ſicut q̄ ab homine ꝓijcit, ergo ibi eſſet uiolētia.Probat maior.Quia quid Deus p̄t facere per cauſam ſecūdā efficientē p̄t ſe ſolo efficere, ſed per cauſam ſecundam monet lapidē illo modo,ergo etiam ſe ſolo poterit mouere. ¶Secundò.Deus medio igne ut ferri detinet violēter demones contra ipſorū voluntatē, ſed eundem effectum p̄t cauſare ſe ſolo,quē facit cū igne,ergo. ¶Tertio.Quando aqua aſcendit ad ſupplendū vacuū, ille motus eſt uiolentus reſpectu inclinationis particularis,ut omnes Philoſophi fatētur quanis ſit naturalis ſecundùm inclinationem naturæ vniuerſalis iuxta ea quæ docet D. Tho.in 1.par.q.60.art.5.& in 2.2.quę.26. art.3.ſed poteſt Deus mouere aquam ſurſum non ad ſupplendum uacuum,& ex cō ſequenti non ſecundum inclinationem naturę uniuerſalis,ergo tunc ſimpliciter mouebitur violenter. ¶ Quarto. Si Deus non poſſet mouere uiolēter aquā aut lapidem ſequeretur, q̄ non ſit iſtud ſpeciale priuilegium voluntatis, quòd non poteſt cogi ēt à Deo in actibus à ſe elicitis:cōſequens eſt cōtra D.Tho.& cōtra veritatem,ergo.

CIN oppoſitum eſt primo D. Aug. lib.26. contra Fauſtum ca.3.vbi dicit.Illud eſt cuilibet rei naturale,quod ille fecit,à quo eſt omnis modus, numerus & ordo naturæ. Quem locum referens D.Tho.infra q. 105.articu.6.ad primum & libro 3.contra gent.cap.100.in fine, docet, quòd ſi Deus aliquid fecerit præter ordinem naturæ rebus inditum,non erit illud contra naturā, ergo ſentiunt Diuus Auguſt.& D.Thom. non eſſe uiolentum quicquid Deus facit in creatura.Probatur conſequentia. Quoniam de ratione violenti eſt,quod ſit naturam.Confirmatur ex D.Tho.in q.4.de potentia articu.1.ad 20.& quęſtio.6.artic.1. ad 17.vbi docet,non eſſe contra naturam ea quę fiunt in elementis ex concurſu, & diſpoſitione cauſarum ſuperiorū, & multò minus ea, quę fiunt in ordinatione diuina,per quam tota natura ſubſiſtit.

¶Secundo. Omnis creatura ſecundum ſuam naturā habet potentiam obedientialē reſpectu Dei, ſiue ad motū,ſiue ad ceſſationem à motu,imò uero multo magis inclinatur ad illud, quod Deus in ipſa diſpoſuerit,q̄ ad motū ſibi cōnaturalē, ſicut aqua magis inclinatur ad aſcēsū ꝓpter bonū vniuerſi, q̄ ad deſcēsū ex inclinatione ſibi naturali,ergo impoſſibile eſt, q̄ talis opera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatio siue cessatio sit violenta. ¶ Tertio. Nulla natura vel potentia resistit Deo aut in motu aut in cessatione à motu, quãuis sit cõtra particularem inclinationẽ suã radicalem, ergo nulla est ibi violentia. Consequentia patet ex dictis in dubijs præcedẽtibus, ꝙ ad violentiã propriè dictã necesse est, vt passum actualiter resistat & cõtranitatur, sic enim intelligitur illa particula, passo non conferente vim. Antecedens vero probatur ex illo Sapiẽ. 11. Virtuti brachij tui quis resistet? Et Rom. 9. Volũtati eius quis resistet? Quæ loca non solum significant ꝙ efficaciter fiunt ea, quæ Deus disponit, sed ẽt significant ꝙ fiũt sine violentia & sine resistẽtia ipsarũ creaturarum. ¶ Quarto. Si Deus auferret grauitatẽ à lapide, non detineretur violẽter à motu deorsum, ergo similiter quando detinetur ex imperio diuinæ voluntatis. Antecedẽs est notissimũ, & probatur consequentia. Qm̃ creatura in ordine ad imperium diuinæ voluntatis ita se habet, ac si nõ haberet inclinationẽ ad aliũ motũ. Quod videtur insinuari in Sacra scriptura Sapiẽ. 16. vbi dicitur, Vt.n. nutrirẽtur iusti, ignis ẽt suæ virtutis oblitus est, cuius sensus est, ꝙ ad imperium diuinæ voluntatis ita se gessit ignis, quando Danielis. 3. non contristauit iustos, vel quando inter plagas Ægyptiorum non læsit filios Israel, ac si nõ haberet virtutem ad comburendum, aut inclinationem ad resistendum. In quo sensu dicitur postea Sap. 19. Aqua extinguentis naturam obliuiscebatur, ideſt, non resistebat igni, ac si non haberet naturam & inclinationem ad resistendum igni.

IN hoc dubio sunt duæ sententiæ. Prima est quorundam discipulorum D. Tho. asserentium, quòd voluntas, & quælibet natura particularis potest pati violentiam respectu Dei mouẽtis, aut impediẽtis motum. Hanc sententiam probant argumenta primo loco proposita. Secunda sentẽtia est aliorum dicentium, quòd respectu Dei nulla est coactio in creatura, siue imprimat motum, siue detineat à motu naturali. Hanc sententiam expresse docet D. Bonauen. in 2. d. 25. par. 2. art. 1. q. 5. & Caieta. hic & Conrad. in 1. 2. vbi supra, & alij autores multi, & eandem sententiam probant argumenta secundo loco facta.

Decisio Autoris.

PRo solutione aduertendum est. Dupliciter intelligi posse, ꝙ Deus moueat lapidẽ sursum, aut ignẽ deorsum. Primo modo tanquam causa vniuersalis, quę suauiter disponit inferiora sub ordine superioris, & ordinate creaturas ad bonum vniuersi ministrandum & conseruandum. Secundo modo tanquã quoddam particulare agens vel mouens, quod potest se solo facere ea, quæ inferiora agentia efficiunt, ita quod præcisè habeat supplere vicem agentium particularium. v.g. si se solo moueret lapidem sursum, uel detineret eo modo quo mouet aut detinet homo particularis.

¶ Hoc suppposito sit prima conclusio. Si Deus cõsideretur primo mõ, quando mouet creaturas. vel operatur circa illas, neq; voluntas neq; aliqua natura particularis patiẽ violentiã respectu ipsius Dei. Hanc conclusionem euidenter probant argumẽta secundo loco posita, quæ omnia confirmãtur. Qm̃ ex opposita sententia sequeretur, ꝙ miracula quæ Deus fecit præter solitum ordinẽ & cursum naturæ, causarent violentiam in ipsis naturis, consequens est falsum & contra omnẽ doctrinã Theologorum. v.g. quãdo sol stetit ad imperũ Dei Iosue. 10. vel quãdo retrocessit. 4. Reg. 20. vel quãdo ignis ardens in rubo non cõbussit rubũ, Exod. 3. Quod fuisse magnum miraculũ testatur D. Gregor. homil. 7. super Ezech. & Ruper. Abb. super Exod. cap. 12. Caiet. & alij, & ꝙ fuerit miraculũ significant illa verba; Vadã, & uidebo uisionẽ magnam, quare non comburatur rubus. Si enim nõ esset miraculosa, non esset visio magna. Hoc aũt hic obiter adnotauerim, quoniam D. Augusti. lib. 1. de mirabilibus Sacræ scripturæ. c. 16. expresse docet illud non fuisse miraculosum sed naturale, quoniam ea erat natura illius rubi, vt in igne nutriretur & purificaretur. Cæterum iste liber, ut testatur D. Thom. 3. par. q. 45. art. 2. ad secundum, falsõ adscribitur D. Augu. Vnde nec est authenticus, nec standũ est illius dictis. Maximè qm̃ sicut dicit Abulẽsis in Cõmentarijs super Exod. c. 3. illud ſéctũ pro magno miraculo habetur in tota Eccleſia

Ecclesia & ab omnibus doctoribus. Sed hoc relicto tanquam certo vlterius probatur nostra conclusio. Quoniã re uera multo maior uiolentia esset in creaturis, si resisterẽt & cõtraniterẽtur motioni diuinę; quemadmodum si aqua ad supplendum vacuum ascendens detineretur, maiorem uiolentiam pateretur, quàm si detineretur descendens deorsum. Quod uidetur insinuari illis verbis Iob c. 9. Quis resistit ei, & pacẽ habuit? Ac si dicat. Quæ creatura resistit diuinæ motioni, & pacata est & quieta, sine uiolentia? Vnde & dæmones uiolentiam patiuntur alligati igni inferni, propterea ꝙ iniqua uoluntas illorum resistit diuinæ ordinationi & uoluntati. Hæc conclusio est certa apud omnes, quam neque autores primæ sententiæ negant, & in hoc sensu secunda sententia indubitata est, quo pacto etiam intelligant eam autores eius. Cæterum difficultas est, si Deus accipiatur ut agens particulare, & supplens uices eius; Vtrum sic possit uiolentiam inferre creaturę? Quo modo intelligenda est secunda sentẽtia. Et licèt hoc de potẽtia Dei ordinaria fieri non possit, quippe qui isto pacto semper agit ut agens uniuersale sua uiuter omnia disponẽs: disputatio tamẽ est de potentia sua absoluta. ¶ In qua re sit secũda conclusio. Si Deus influẽdo in lapidẽ sicut mõ influit actualẽ inclinationem ad motũ deorsum, & simul supplendo motũ quẽ ego possem efficere mouẽdo sursum lapidẽ, satis ꝓbabiliter tenetur, ꝙ ille motus esset uiolentus, & contra naturalẽ inclinationem lapidis, quã Deus conseruat in lapide. Similiter ẽt si Deus uellet supplere uicẽ sustinẽtis lapidẽ uiolenter influendo, sicut modo influit contranitentiã & actualem propensionẽ lapidi ad motũ deorsum, tunc detentio illa esset uiolẽta. Hanc conclusionẽ probãt argumenta primo loco facta. ¶ Ad argumenta aũt ſcdo loco facta respondeti põt, ꝙ in casu huius conclusionis creatura non habet potentiã obedientialẽ in ordine ad Deũ, qua uteretur actu quin potius resisteret eius motioni, sicut resistit alteri agenti particulari extrinseco. Nam quod quidam recentiores Theologi affirmant, potentiam obedientialem creaturæ non sufficere ad tollendam rationem uiolentiæ, falsum est. Quoniam ubi actu interuenit potentia obedientialis creaturæ ad Deũ, nulla est resistẽtia actualis, aut uirtualis, & ex consequenti nulla interuenit uiolentia. Cæterum quando D. Thom. & D. Augusti. uidentur dicere oppositum conclusionis intelligendi sunt iuxta primam conclusionem, ut patet legenti ipsos, & præcipuè D. Tho. in locis allegatis in primo argumento secundo loco facto: Si autem Deus suspenderet concursum generalem, uel moueret sursum lapidem non conferendo illi actualem propẽsionem ad motum deorsum, tunc neque detentio esset uiolenta, neque motus sursum, & hoc tantum probat ultimum argumentum eodem loco factũ. ¶ Per has duas conclusiones aliqui contendunt concordare illas duas sententias à nobis propositas, dicuntq; illas in re non esse contrarias sed tantum in modo loquendi. Nã prima sententia loquitur de potentia Dei absoluta, quæ nunquam reducta est ad actum etiã in operibus miraculosis; in quibus nihil est uiolentum, sed præter naturam uel supra naturam.

¶ Nihilominus tamen sit tertia conclusio. Satis probabiliter põt etiam asseri, ꝙ quando aliqua creatura à solo Deo immediate mouetur, nulla sit ibi uiolentia simpliciter loquẽdo. Ratio huius est. Quoniã ẽt Deus de potentia absoluta non potest immediate & se solo mouere creaturã nisi ordinando illam motionem in suam bonitatem tanquam in finem proprium ipsius creaturæ, sed quandocunque creatura sic mouetur, non est uiolentia, ergo. Maior est certa, ex his quæ D. Thom. docet supra q. 44. art. 4. & est euidens lumine naturali. Minor probatur. Quia omnis creatura naturaliter ordinantur in Dei bonitatẽ tanquã in suum finem naturalẽ, multo magis q̃ lapis naturaliter tẽdit ad cẽtrum.

AD argumenta autem primo loco facta, quæ militant contra hanc conclusionem respondetur. Et ad primum negatur maior. Ad probationem respondetur, quod non quicquid Deus potest facere cum causa secunda etiam efficienti potest facere se solo, quia illa maxima intelligitur de causa efficienti ut sic, non tamẽ quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantū ad omnē modū efficiēdi. Nā Deus efficienter me mouet, ut ego ambulem, & vt sim causa efficiens ambulationis, & tñ se solo nō pōt efficere ambulationē eo ꝙ ambulatio importat modū quendā efficiēdi, ꝙ repugnat Deo, imò de facto Deus cōcurrit mecū, vt ego vim inferam lapidi, & similiter cæli cōcurrunt mecū, & tamē neq; Deus neq; cælum inferunt vim lapidi qñ respectu illorum lapis habet naturalem inclinationē ad illorum influentiā. Quapropter non omnia, quæ Deus potest facere cum causa secunda immediate, potest se solo facere quod contingit in duobus casibus: vel quādo importatur aliqua habitudo non solum causæ efficientis sed etiam causæ formalis, ut patet in exemplo de ambulatione; qua ratione ostēdi solet in 1.2.q.3.ar.2 ꝙ quāuis Deus cum causa secunda possit producere actionē vitalem. v.g. cum potentia uisiua, non tamen se solo potest illam producere, vel quando in ipso effectu vel motione importatur aliqua imperfectio intrinsece, quæ pōt reduci in causam secundam, & nō in primam. v.g. Deus cum causa secunda producit mōstra & effectus casuales, & tamen certum est ꝙ se solo immediate nō potest, quoniā in ordine ad solum Deum nullus effectus pōt esse casualis, aut monstruosus aut fortuitus, sicut docet D.Tho. infra q.103.art.7. ad secundū & q.116.arti.1. ad secundū. ex D.Aug. lib.83.q.24. Vnde eadē ratione Deus se solo nō pōt inferre violentiam alicui creaturæ, quia violentia importat resistentiam, quā ponere in ordine ad uoluntatē absolutā Dei immediate esset imperfectio ex parte Dei, qui omnia quęcūq; vult in cælo & in terra sine alicuius resistentia efficere pōt. Præterea. Quoniā quādo Deus immediatè & se solo mouet creatura, nō pōt habere rationem principij extrinseci, quin potius semper est principiū naturale in omnibus operationibus siue sit naturales, siue voluntariæ sicut docet D.Tho. infra.q.105.ar.5. Præterea. Semper etiā operatur Deus cū suaui dispositione, & cum pleno dominio creaturæ, quā mouet: quæ omnia necessario excludunt violētiā, quæ debet esse à principio extrinseco. Quando verò Deus cum causa secunda mouet, illa causa secunda pōt habere rationem principij extrinseci, & ex consequenti in ordine ad illam erit violentia. Quæ omnia sunt maximè notanda in hac quæstione, valde confirmāt tertiā cōclusionē à nobis posi tam. ¶ Ad secūdū respondetur, ꝙ si Deus se solo immediate alligaret dæmones non est certum, ꝙ tunc esset in illis resistentia, & ex consequenti violentia. Cæterum si admittatur, ꝙ ibi esset aliqua violentia, dicēdū est, ꝙ talis violentia non esset respectu voluntatis liberæ vt natura est, cū qua concurrit Deus: sed respectu volūtatis liberæ vt depranata est, quā Deus permittit peccare. v.g. dilectio, qua dæmones naturaliter amāt Deum, bona est secundū se, sed depranata est ex iniqua ipsorū volūtate, & malo fine ad quā malitiā Deus nō concurrit. Similiter ergo dicēdū est, ꝙ alligatio illa fm se nō est uiolenta, sed in ordine ad depranatam dæmonum voluntatem, ad quam resistentiā Deus non concurrit. Quapropter illa uiolentia est secundū qd & in genere motis, de qua in præsenti non erat sermo. Maximè, qñ illa resistentia re vera est contra naturam, cū sit cōtra rectā ordinationem illius. Potest etiam hoc alio exemplo explicari. Si Deus moueret cælum mediante dæmone, sicut nunc mouet per voluntatem boni angeli, certū est, ꝙ volūtas eius vt natura est moueret cælum naturaliter, nihilominus tamen eadē voluntas vt depranata est resisteret ordinationi diuinæ, & nollet obedire Deo, atque adeo illa motio cæli semper esset naturalis, & sin quid inuoluntaria & coacta. Quapropter ēt mō quādo alligat dæmones medio igne inferni, illa alligatio nō est uiolenta simpliciter, sed secundùm quid ex iniqua dæmonum voluntate; cuius rei ēt signum est, ꝙ animarū alligatio, quę sunt in purgatorio & non habent uolūtatē depranatā, sed conformem diuinę ordinationi, illa est simpliciter uoluntaria & nō violenta, vt etiā docet Magister Soto in 4.d.19.q.3.art.3. ¶ Ad tertiū respōdet, ꝙ ille ascēsus aquæ ad supplendum vacuum propriè, & simpliciter est naturalis, licēt secundùm quid & largo mō & impropriè possit dici violētus. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ priuilegiū voluntatis est, ꝙ non possit cogi à Deo nec per se solum, nec mediante alia creatura. At verò alię creaturę quamuis non possint cogi à Deo per se solum, possunt tamen cogi mediante aliqua alia creatura.

ARTICVLVS II.

¶ Vtùm voluntas ex necessitate omnia velit quęcunque vult.

408 Locis supra art.1.citat.s * cap.4. par.4. non multū remotè ante finem.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur ꝙ voluntas ex necessitate omnia velit quæcunque vult. Dicit enim Diony. * 4.cap. de diuin.nominib. quòd malum est præter voluntatem. Ex necessitate ergo voluntas tendit in bonum sibi propositum.

¶ 2 Præterea. Obiectum voluntatis comparatur ad ipsam sicut mouens ad mobile. Sed motus mobilis necessario consequitur ex mouente. Ergo videtur ꝙ obiectum voluntatis ex necessitate moueat ipsam.

¶ 3 Præterea. Sicut apprehensum secundum sensum est obiectum appetitus sensitiui, ita apprehensum secundū intellectum est obiectum intellectiui appetitus, quē dicitur voluntas. Sed apprehensum secundum sensum ex necessitate mouet appetitum sensitiuum. Dicit enim Augu. super Gene. * ad literā, quod animalia mouentur visis. Ergo videtur ꝙ apprehensum secundum intellectum ex necessitate moueat voluntatem.

Lib.9. super Gen. ad li.c.14. ante med.to.3.

SED contra est, ꝙ Augu. † dicit, quòd voluntas est qua peccatur & rectè viuitur. Et sic se habet ad oppositа. Non ergo ex necessitate vult quæcunque vult.

† Lib.1. retract. c.6. circa med. to.1.

RESPONDEO dicendum, quòd voluntas, nō ex necessitate vult quæcunque vult. Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ sicut intellectus naturaliter ex necessitate inhæret primis principijs, ita voluntas vltimo fini, vt iam dictū est. * Sunt autem quędam intelligibilia, quę non habent necessariā connexionem ad prima principia. Sicut contingentes propositiones, ad quarū remotionē nō sequitur remotio primorum principiorū. Ex talibus non ex necessitate assentit intellectus. Quędam autem propositiones sunt necessariæ, quę habent connexionem necessariā cum primis principijs. Sicut conclusiones demonstrabiles, ad quarum remotionem sequitur remotio primorum principiorum. Et his intellectus ex necessitate assentit cognita cōnexione necessaria conclusionum ad principia per demonstrationis deductionem. Non autem ex necessitate assentit antequam huiusmodi necessitatem connexionis per demonstrationem cognoscat. Similiter etiā ex parte voluntatis. Sunt enim quædā particularia bona, quæ nō habent necessariam connexionem ad beatitudinem, quia sine his potest aliquis esse beatus, & huiusmodi voluntas non de necessitate inhæret. Sunt autem quædam habentia necessariam cōnexionem ad beatitudinē, quibus scilicet homo Deo inhæret: in quo solo vera beatitudo consistit. Sed tamen antequam per certitudinem diuinæ visionis necessitas huiusmodi connexionis demonstretur, voluntas nō ex necessitate Deo inhæret, nec his, quæ Dei sunt. Sed voluntas videntis Deū per essentiā de necessitate inhæret Deo, sicut nunc ex necessitate volumus esse beati. Patet ergo, quòd voluntas non ex necessitate vult quæcunque vult.

AD primum ergo dicendum, quòd voluntas in nihil potest tendere nisi sub ratione boni. Sed quia bonum est multiplex, propter hoc non ex necessitate determinatur ad vnum.

AD secundum dicendum, quòd mouens tunc ex necessitate causat motum in mobili quando potestas mouentis excedit mobile, ita quòd tota eius possibilitas mouenti subdatur. Cùm autē possibilitas voluntatis sit respectu boni vniuersalis et perfecti, nō subijcitur eius possibilitas tota alicui particulari bono. Et ideo non ex necessitate mouetur ab illo.

AD tertium dicendum, quòd vis sensitiua non est vis collatiua diuersorum, sicut ratio, sed simpliciter aliquid vnum apprehendit. Et ideo secundum illud vnum deteminatè mouet appetitum sensitiuum. Sed ratio est collatiua plurium. Et ideo ex pluribus moueri potest appetitus intellectiuus, scilicet voluntas, & non ex vno ex necessitate.

SVMMA ARTICVLI.

PRima cōclusio est negatiua. Hanc probat in argumento sed contra ex eo, quòd dicit D. Augustinus quòd si volun-

voluntas est, qua peccatur & rectè viuitur, ergo se habet ad oppositа.

¶ Secunda conclusio. Finem vltimum, & ea, quę habent necessariam connexionem cum vltimo fine volũtas ex necessitate vult.

¶ Tertia conclusio. Illa vero, quę non habent necessariam connexionem cum vltimo fine, voluntas non ex necessitate appetit sed liberè. Ratio vtriusque conclusionis est ex proportione intellectus, & voluntatis. Sicut enim intellectus necessariò assentit principijs & conclusionibus demonstratis, non autem contingentibus & indemonstratis, ita voluntas necessariò inhæret vltimo fini & his, quæ necessariò & euidenter cum eo habent connexionem, quia voluntas proportionaliter inhæret vltimo fini principijs & conclusionibus, ergo.

¶ Quarta conclusio. Voluntas videntis Deum per essentiam necessariò inhæret illi, sicut nos ex necessitate volumus esse beati.

COMMENTARIVM.

TErtia conclusio articuli præcedentis, & conclusiones huius articuli exactè examinati hic non possunt, nisi omnia confundere velimus: proprius locus, vbi hæc copiosè disputari solent, est in 1.2. quæsti. 1. articulo. 7. & 8. & quæstio. 3. articulo. 8. & præcipuè quæstio. 5. articulo. 8. & quæstio. 10. art. 1. & 2. Nihilominus tamen breuiter aliqua dicemus, quæ conducere possint ad intelligentiam eorum, quæ D. Th. dicit, & Caietanus commentatur.

QVaptopter circa tertiam conclusionẽ articuli præcedentis, & etiam circa secundam & tertiam huius articuli dubitatur primò. Vtrùm beatitudinem in cõmuni & finem vltimum formaliter, & illa media, quæ habent necessariam connexionem cum vltimo fine, nostra voluntas appetat necessariò.

¶ Videtur q̃ non. Primò. Appetitus, quo homo appetit beatitudinem, est ad perfectionem intrinsecam realem, qua voluntas perficitur, ergo non necessariò fertur ad beatitudinem in communi, sed potiùs isto appetitu fertur ad aliquid particulare. Probatur consequentia. Quia perfectio realis non est aliquid vniuersale, quo voluntas perficitur.

¶ Secundò. Vniuersale non est obiectum nisi intellectus, aut consequentis actum intellectus; appetitio autem beatitudinis in communi non sequitur cognitionem, ergo appetitus iste non est nisi beatitudinis in particulari. Probatur minor. Quia appetitus iste est naturalis & necessarius, sed si sequeretur cognitionem non esset necessarius sed liber, ergo.

¶ Tertiò. Beatitudo vera in particulari includit omne bonum & excludit omne malum, ergo non solùm in communi, sed etiam in particulari appetitu naturaliter. Confirmatur primo. Particulare maiorem includit perfectionem, quàm vniuersale, ergo si beatitudo in communi mouet voluntatem necessariò, multò magis monebit beatitudo in particulari. Antecedens probatur. Quia particulare includit in se vniuersale, & addit aliquid aliud supra vniuersale. Confirmatur secundo. Intellectus indubius de fine in particulari eodem modo illum appetit sicut in communi, & tamen in particulari non appetit necessariò, ergo neque in communi. Hæc argumenta sunt Scoti in 4. distinctione. 49. quæst. 9. quę etiam hic refert Caietanus.

¶ Quartò arguitur contra rationem D. Tho. argumento eiusdem Scoti. Non enim valet, quòd si intellectus necessariò assentit principijs, quod voluntas necessariò appetat finem. Ex hoc enim sequeretur, q̃ volito fine, necessariò deberemus velle ea, quæ sunt ad finem. Consequens autem est falsum. Quia quando sunt plura media ad vnum finem consequendum, euidẽtius est quàm vt probatione indigeat, illa media nos libere eligere. Sequela tamen probatur à paritate rationis: quia conclusionibus necessario assentimur propter principia, ergo si eadem est proportio intellectus & voluntatis respectu principiorum & finis &c. eadem erit ratio vtriusque. Confirmatur. Adhæsio intellectus causat ex euidẽtia obiecti necessario: adhæsio autem volũtatis ex nulla obiecti bonitate necessariò causatur, sed libera est, sicut respectu boni, ita maioris & minoris boni, ergo.

AD explicationem huius quæstionis notandum est. Primò, q̃ appetitus voluntatis potest accipi dupliciter. Primo. Secundum q̃ importat inclinationem ipsius voluntatis, quæ non sit actus elicitus, sed quædam propensio, siuè pondus ipsius voluntatis in suum obiectum. Secundò, vt importat actum elicitum ab ipsa voluntate suppositа apprehensione boni, & D. Thomas hic solum agit de appetitu voluntatis hoc secundo modo, & hunc dicit esse naturalem respectu vltimi finis, licet Scoto nõ placeat hæc doctrina in 4. distinction. 49. q. 9. vel potiùs quæst. 10. artic. 1. Existimat enim, quòd uolũtas appetitu naturali non elicito fertur naturaliter in vltimum finẽ, at vero actu elicito id existimat impossibile, sed voluntas hoc modo in quodcunque obiectum & semper fertur libere. Cæterũ Caietanus illi occurrit in articulo, & explicat optimè mentem D. Thomæ, quod etiã facit Capreol. in illa distinct. 49. quæstione. 3. ¶ Nota secundo quod voluntatem necessitari ad appetitum alicuius boni potest contingere dupliciter. Primò, quo ad specificationem illius boni, licèt non quãtum ad exercitium, ita quod licet possit voluntas velle & non velle illud bonum, tamen supposito quòd habeat actum, necessario debet velle illud bonum, ita quod non potest velle oppositum. Secundò. Non solùm quo ad specificationem, sed etiam quo ad exercitium, ita quod semper necessitatur ad actualem prosequutionem illius boni. D. Thom. hic non agit de necessitate quo ad exercitium, sed vt Caietanus docet, solùm agit de necessitate quo ad specificationem. Et ratio potest esse, quoniam aliàs homo non esset liber circa consequutionem vltimi finis & mediorum, quæ habent necessariam connexionem cum illo, & ex consequenti nullum poset esse meritum in appetitu vltimi finis, quoniam vbi nulla est libertas, nullum potest esse meritum, vt etiam Philosophus docet in 5. Metaph. tex. 6. & latiùs ostenditur in 1. 2. quæstio. 114. artic. 5.

HIs positis est prima conclusio. Voluntas nostra in ordine ad beatitudinem in communi necessitatur quo ad specificationem, ita quòd si haberit actum, erit uolitio & nullo modo nolitio. Hanc conclusionem licet metaphysicè, probat tamen optimè Sonzi. 9. metaphy. quæst. 15. & probatur rationibus D. Thom. in his duobus articulis, 1.2. quæst. 10. quæ sunt efficacissimæ, inter quas est optima illa in articulo. 1. quòd omnis motus procedit ab aliquo immobili, cuius uim optimè & clarè expendit Caietanus contra Scotum, uide in ipso. Probatur autem à nobis conclusio secundo. In beatitudine in communi nulla potest apparere ratio mali, ergo in ordine ad illã necessitatur voluntas quo ad specificationem. Probatur consequentia, quoniam voluntas non posset illam repudiare, aut velle oppositum nisi in ea appareret aliqua rõ mali, sicut ideirco dicimus, quòd potentia uisiua necessitatur quantum ad specificationem respectu coloris in communi, quoniam ibi nõ potest apparere aliqua ratio, quæ non sit ratio coloris, quæ est obiectum formale illius potentię. Tertiò. Beatitudo in cõmuni siue finis vltimus, apprehenditur tanquam illud, qđ satiat appetitum uoluntatis, sed uoluntas naturaliter appetit explere desiderium suum, ergo appetitus illius finis est naturalis quo ad specificationem. Quarto probatur ex communi consensu Philosophorum asserentium appetitum beatitudinis in creatura rationali esse naturalem & omnes homines naturaliter appetere fœlicitatem, siue summum bonum. Ita docet Philosophus in 1. Ethi. cap. 2. & 4. & lib. 7. Polit. cap. 17. & D. Augustin. id docet non solum. 13. de Trinit. c. 3. & 4. quem D. Tho. refert, sed etiam libro. 10. confessionum c. 20. & lib. 19. de ciuit. capite. 1. & alibi sæpè.

¶ Secunda conclusio. Ad illa bona particularia, quæ necessariam habent connexionem cum ultimo fine siue beatitudine in communi, etiam necessitatur uoluntas nostra quo ad specificationem. Hæc cõclusio est D. Thom. hic, & eam probat in 1.2. quæstione. 10. art. 1. ubi uidendus est Caietanus. Circa quã aduerte. Primo, q̃ voluntas tripliciter potest considerari. Primo, ut est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam potentia;& ita considerata respon A
det illi bonum in communi tanquam vniuersale eius obiectum, à quo specificatur. Secundò potest considerari quatenus est potentia rationalis,quæ à ratione dirigitur,& ab vno tendit in aliud,& vt sic respondet illi vltimus finis tanquam primarium & connaturale eius obiectum,ex cuius appetitione mouetur ad alia bona particularia; sicut intellectus ex assensu primorum principiorum progreditur ad assensum conclusionis. Tertiò denique consideratur voluntas vt B
appetitus totius hominis;& vt sic naturaliter appetit illa particularia bona, quæ habent magnam connaturalitatem cum homine,vt esse,viuere &c.

¶Aduerte secundo, quòd ista conclusio potest intelligi dupliciter. Primò, quòd appetitus ad huiusmodi bona ita sit necessarius quoad specificationem, vt regulariter loquendo voluntas non possit velle eorum oppositum, quauis per accidens id possit velle. Hanc expositionem sequitur Caie- C
tan.in 1.2.quæstione.10.articu.2.vbi dicit, quòd quemadmodum in naturalibus quædam reperiuntur, quæ semper & absque ali quo defectu contingere solent, vt oriri solem, cœlum moueri, &c. Quædam verò sunt quidem simpliciter necessaria, ita vt ferè semper eueniant,aliquando tamen etsi raro deficiunt,verbi gratia,q ex semine oliuæ nascatur oliua naturale est, & ferè semper contingit; sed quandoque oritur alius effectus monstruosus: ita similiter in ordi- D
ne voluntatis quædam sunt bona adeò necessaria & connaturalia voluntati, vt impossibile sit simpliciter, q aliquando odio habeantur huiusmodi bona, qualia sunt bonum in communi & vltimus finis.Alia vero sunt bona,quæ vt plurimum & per se naturaliter à voluntate diriguntur, sed quandoque,& per accidens possunt odio haberi, & huiusmodi sunt illa bona de quibus in conclusione loquimur, scilicet, esse, viuere, &c.Quoniam cum hæc bona sint parti- E
cularia & non complectantur totam & plenariam rationem obiecti voluntatis, potest intellectus quandoque in illis comminisci aliquem defectū propter quem odio habeantur.Secundò,conclusio potest intelligi, quod volūtas æqualiter determinatur & inclinatur ad volēdam beatitudinem in communi, & ad volendum esse & viuere, ita quòd sicut impossibile est, quòd nolit beatitudinem voluntas si habet actum: ita etiam impossibile sit,quòd nolit viuere,esse & intelligere, si circa ea habet actum. Hæc etiam intelligentia est Caietan. in eadem.1.2 quæstio.10.artic.2.circa solutionē ad tertium D.Thom.qui in hac secunda cōclusione hoc videtur etiam sentire. Dicit enim, quòd eadem necessitate, qua volumus vltimum finem, volumus etiam illa media, quæ habent necessariam connexionem cum illo.Quomodo autem hoc intelligendum sit, explicat Caietanus optimè,& clarè in loco modo citato,quem vide.

¶Tertia conclusio. Quo ad exercitium actus, voluntas non necessitatur neque in ordine ad beatitudinem in communi, neque in ordine ad illa quæ habent necessarium connexionem cum illa.Hæc conclusio insinuatur à D.Tho. hic,& asseritur expresse in 1.2.quæst.10.art.2.& quæstio.22. de verit.art.6. Probatur autem primo. Voluntas non potest ferri in aliquod obiectū, quòd illi non proponatur ab intellectu, sicut D.August.docet lib.10. de Trinitate ca. 1.sed intellectus non necessitatur ad proponendum illi vltimum finem, ergo neque voluntas ad volendum. Secundò.Ita se habet voluntas in ordine ad vltimum finem, sicut se habet intellectus in ordine ad primum principium:quoniam sicut docet Philosophus in 2.physic.text 89.& 7.Ethic.ca. 8. ita se habet finis in appetibilibus, sicut principium in speculatiuis, sed intellectus non necessitatur quo ad exercitium ad assensum primorum principiorum, ergo neque voluntas ad appetitū vltimi finis. Tertiò.Quoniam ex opposita sequitur,q ta appetitu vltimi finis nullum pōt esse meritū. Quoniam vbi non est libertas quo ad exercitium non potest esse meritum.Sed contra hanc conclusionem sunt aliqua argumenta.Primò.Iudicium primum intellectus est omnino necessarium insitum à natura: & voluntas non potest intellectum diuertere ab illo iudicio,ergo actus voluntatis,qui sequitur illud iudiciū est necessarius quo ad exercitium. Probatur consequentia. Quia propterea voluntas nō necessitatur quo ad exercitium

exercitiū, à suo obiecto, quia potest diuertere intellectum à primo iudicio, &c. Secundo arguitur.Ita se habet intellectus circa prima principia, sicut voluntas circa beatitudinem in communi & ecōtra vt etiam nos asseruimus, ex Aristotele in secunda probatione huius conclusionis, sed intellectus circa prima principia iam apprehensa & cognita, necessitatur quantū ad exercitium ad iudicandum, ergo similiter voluntas necessitatur ad beatitudinē in communi supposito iudicio practico intellectus. Tertio arguitur. Tunc voluntas non necessitatur, quantum ad exercitium quādo in obiecto potest apparere aliqua ratio mali, vel impeditiua alterius boni, sed in beatitudine in cōi non potest apparere rō mali, aut impeditiua boui (hoc enim esset contra rationem beatitudinis & vltimi finis, ergo stante iudicio practico intellectus uoluntas non potest cessare. Quarto. Voluntas suppouit seipsam vt natura est: qm̄ omnis actio libera fundantur in aliqua naturali & necessaria. Vnde omnis volitio libera quantum ad specificationem suppouit aliquam naturalem vel necessariam quantum ad specificationem, ergo similiter omnis actio libera quātum ad exercitium, præsupponit aliquā necessariā quantum ad exercitium, saltim primā volitionem finis. Probatur cōsequentia. Qm̄ aliàs daretur processus in infinitum in volitionibus liberis quo ad exercitium.

¶ Propter hæc argumenta Caiet.in 1.2. D
q.10.artic.2.dubio primo.opinatur, quòd uoluntas in primo actu circa finem necessitatur quantum ad exercitium, & Ferr 3. cont.gen.c.61. circa quintam rationem docet, q si beatitudo in communi proponatur voluntati per iudicium practicum intellectus, supposito tali iudicio non potest voluntas non velle illud bonum propositum,quar uis possit si velit, amouere intellectum a tali iudicio. atque adeo secundū eum non necessitatur ad exercitium absolutè loquendo, sed solum ex suppositione illius iudicii. Durandus uero in quarto distinctione. 49. q. 8. circa finem, in hac re procedit media uia. Distinguit enim duos actus uoluntatis. Alterū absolutū & effica cē,qualis est actus amoris, desiderij, delectationis, &c.Et de isto docet non esse necessariū quantū ad exercitium ēt respectu beatitudinis in cōi. Alterū inefficacē, q sit quasi quedā cōplacētia aut velleitas illius beatitudinis:& de isto actu docet,q est necessarius q̄tū ad exercitiū suppositio iudicio intellectus.Eandē sn̄iam Durādi, vī se qui Paiud.ead.dif.q.7. in probatione tertię opinionis & in solutionibus argumētorū. ¶His tū non obstantibus nostra conclusio verissima est, & eā, p̄ter q̄ q̄ est expressa A
49.q.10.& antea illā docuerat in j.d.j.q.4. quem sequitur ibi Gab.ead.dif.q.6.art.2.& alii. Inter discipulos aūr D. Th. eam docet Capr.in ea.d.1.q.3. ad argumenta Aureoli cont.pri.conclu.& Conrad.in j.2.q. x.arti. 2.& alii plures. Et quāuis Caie.in loco mō citato oppositum tenuerit, nostrā tamē cōclusionē sequitur dissertis verbis sup. q.41. ar. 2. circa solutionē ad tertium vbi dicit, q voluntas in ordine ad beatitudinem in cōi necessitatur quidē quantū ad specificationē,non tamē quantū ad exercitiū.Et q. 63.art.5.ad tertium, docet, q prima volitio finis in angelo, quauis fuerit necessaria quantū ad specificationē, non fuit necessaria quātum ad exercitium sed libera. Hoc idem docet in isto articu. ¶Ad primū autem istorum argumentorū negatur maior. Ad probationem vī,illud primum iudicium esse quidem determinatum ex parte principij, quia nullo modo pendet à voluntate, sed est insitum à natura. Est autē indifferens ex parte obiecti, quia non proponit obiectū vt necessario sequendū, sed ex mō, quo proponitur obiectū per illud iudiciū, relinquitur facultas intellectui ad considerandā aliquam circunstantiā, propter quā possit voluntas non amare illud obiectū propositum. ¶Ad sm̄ respondetur primo,q illa similitudo non tenet quantū ad oīa sed quantum ad duo. Primo quantum ad specificationē, q sicut intellectus necessitatur quantū ad specificationē in ordine ad prima principia: ita ēt voluntas in ordine ad beatitudinem in cōi. Adducitur secundò illa similitudo quantum ad hoc, q sicut prima principia sunt intelligibilia per se, & ex consequenti sunt causa assentiendi cōclusioni, ita etiā beatitudo in cōi est appetibilis per se, & ex consequenti est

causa & ratio appetendi ea, quæ sunt ad finem. Ex alia tamen parte est maxima differentia, quod intellectus cognita connexione terminorum inter se non potest assentire illis, propterea ꝙ non est potentia libera formaliter; voluntas verò cum sit potentia libera formaliter, apprehensa beatitudine in communi potest cessare à volitione illius, propterea ꝙ in tali volitione potest apparere aliqua ratio mali, aut impediti ua boni.

¶Ad tertium respondetur, ꝙ quanuis in illo obiecto non possit apparere aliqua ratio mali, potest tamen apparere in actuali volitione illius, & hoc sufficiet vt voluntas non necessitetur quantùm ad exercitiũ. Nam in statu beatifico, vbi necessitatur voluntas ad exercitium, non potest apparere aliqua ratio mali nõ solùm in obiecto, sed neque in actuali amore illius: quod prouenit radicaliter ex eo, ꝙ in illo obiecto apparet omnis ratio boni euidenter: atque adeo impossibile est, ꝙ in amore illius appareat aliqua ratio mali.

¶Ad quartum respondetur, ꝙ ad vitandum processum in infinitum, satis est ꝙ volũtas fundetur in aliquo actu, qui sit naturalis quantùm ad specificationẽ, & quãtum ad modum operandi ex inclinatione data ab autore naturæ, & ex motione illius. Nam ꝙ præsupponat aliquem actum qui sit necessarius quãtùm ad exercitium, hoc non est necessarium; quoniam talis actus non potest dari in viatoribus, quandiu in illis manet vsus rationis, & libertas voluntatis.

AD argumenta in principio posita respondetur. Et ad primum dicitur, ꝙ voluntas fertur in aliquod vniuersale, non tamen uniuersaliter sumptum. De quo vide Caiet. hic, & in 1.2.q.5.ar.8.

¶Ad secundum respondet eodẽ modo.

¶Ad tertium respondetur, ꝙ si beatitudo in particulari euidenter videretur, vel æqualiter cognosceretur, atque beatitudo in communi, æqualiter appeteretur; imo vehementi appetitione, quam beatitudo in cõmuni. Vnde Deus clarè visus, in quo cõsistit beatitudo in particulari, necessitat simpliciter voluntatem beati ad amandũ. Ad primam confirmationem respondetur negando consequentiam: & ratio disparitatis patet ex dictis: quia beatitudo in particulari non perfectè cognoscitur, & ideo potest apprehendi sub ratione difficilis, & laborioſi. Ad secundam patet etiam ex dictis: non enim sufficit, ꝙ aliquis sit indubius de beatitudine, sed necesse est ꝙ in ea euidenter cognoscat omnem rationem boni, & sic non possit eam apprehendere sub aliqua ratione mali, puta laborioſi difficilis. ¶Ad quartum vide Caiet. hic, qui respõdet ad ipsum & eius confirmationem.

DVbitatur secundo circa quartam conclusionem, & eius rationem. Vtrùm voluntas beatorum in patria necessitetur, quo ad exercitium ad amandum Deum.

¶Videtur, ꝙ non. Primò. Actus dilectionis beatificæ producitur efficienter ab habitu charitatis, sicut actus visionis à lumine gloriæ, ergo est liber quo ad exercitiũ. Probatur consequentia. Quia secundũ doctrinam Philosophorũ hæc est natura habituum, ꝙ possumus illis vti, quando volumus: & D. Aug. lib. de bono coniugali cap. 21. ita etiam docet illos esse habitus, quibus vtimur, quando opus est. Antecedens autem certum est. Confirmatur. Secũdum veram & Catholicam doctrinam in patria manet idẽ actus charitatis, qui erat in via, iuxta illud 1. Corin. 13. Charitas nunquam excidit, sed in via ille actus est liber quo ad exercitium, ergo & in patria. Probatur consequentia. Quia non videt possibile, ꝙ idẽ actus numero sit liber & necessarius.

¶ Secundò. Si actus dilectionis aut visionis est necessarius in patria quo ad exercitiũ, sequitur, ꝙ habitus charitatis aut luminis gloriæ non essent necessarij. Consequens tamen est falsum, ergo. Probatur sequela. Habitus ad hoc ponitur in potentia, vt possit illo uti, quando opus sit, ergo potentia, quæ necessitatur ad producendũ actum, non eget habitu.

¶Tertiò arguitur contra rationem, quã D. Tho. breuiter apponit in hoc articulo, & diffusius explicauit in 1.2.q.4.artic.4. Quia etiam ratione vsus est supra q. 62. ar. 8. scilicet, ꝙ sicut voluntas se habet in via in ordine ad bonum in communi: eodem modo se habet in patria in ordine ad Deum clarè visum: sed ex hac ratione non bene colligitur, ꝙ voluntas beatorum in patria necessitetur quo ad exercitium ad amandum Deum, ergo. Probatur minor. Nam bonum in communi non necessitat voluntatem in via, ita vt in illud feratur necessitio quo ad exercitium, ergo neque in patria in ordine ad Deum clarè visum.

¶Quartò D. Thom. docet in 1.2. quæst. 10. art. 2. quòd voluntas quantum ad exercitium actus à nullo obiecto ex necessitate mouetur, & quæst. 22. de veritat. artic. 3. dicit, quòd voluntas libera est quantum ad exercitium actus in quocũque statu naturæ, & respectu cuiuscũque obiecti; ergo & in patria. Alia multa argumenta pro hac parte solent adduci in 1.2. quæstione. 4. art. 1. & art. 4.

PRopter aliqua argumenta existis Scotus in 1. dist. 1. quæst. 4. & alij Theologi, quos refert Capreolus ibidem quæst. 3. opinantur ꝙ omnes beati licet de facto nunquam cessabunt ab actu dilectionis, & visionis Dei, tamen eorum voluntas libera manet ita vt de possibili dicendum sit, ꝙ possent cessare ab illo actu. Oppositam sententiam sequũtur discipuli D. Thomę, qui rectè sentiunt, inter quos est Capreol. in 1. dist. 1. quæstio. 3. & in 2. distin. 7. quæstione. 1. & Caietan. in isto articulo, & Ferrar. in 3. contra gentes. cap. 62. circa finem, & Magister Soto in 4. distinctione. 49. q. 3. articulo 4.

QVare sit in hac re vnica cõclusio. Omnes beati sunt necessitati non solùm quo ad specificationem, sed etiam quo ad exercitium ad amandum Deum, & videndum, ita vt non possint cessare ab amore et visione Dei. Hæc conclusio probatur. Primò ex D. Thom. suprà q. 60. articul. 5. ad quintum; vbi expressè dicit, ꝙ quicunque videt Deum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. Et in hoc articulo dicit, ꝙ voluntas videndi Deum per essentiam de necessitate inhæret Deum videnti, & multis alijs locis eodem modo loqui tur, in quibus sermo D. Thom. semper est de actuali dilectione. Secundò. Quælibet natura quandocunque adipiscitur finem vltimum, ita quiescit in illo, ꝙ non potest appetere recedere ab ipso: sicut lapis quando adipiscitur centrum, aut ignis concauũ lunæ, ita quiescit in suo loco, vt inde non recedat nisi per uiolentiam, propterea ꝙ non habet appetitum recedẽdi ab illo; sed visio beatifica & dilectio Dei est vltimus finis hominis, ergo eo adepto ita quiescit &c. Et hoc fortasse significatum est illo testimonio Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua, ad significandum quòd in beatis nullus manet appetitus recedendi aut cessandi ab illo actu beatifico. Tertiò. In patria actus dilectionis beatificæ, & fruitionis, & visionis mensurantur æternitate participata, vt ostendimus suprà qõ. 10. ar. 5. ergo est actio necessaria quantum ad exercitium. Probatur consequentia. Nã illud quod mensuratur æternitate semper est inuariabile & necessarium.

¶Quod si quis respondeat, hanc consequentiam esse nullam, propterea ꝙ volitio, qua Deus amat creaturas mensuratur æternitate, & tam est libera, vt docet Diu. Thom. suprà quæstione. 19. art. 3. & 10. Respondetur hanc instantiam potiùs confirmare nostrum argumentum. Nam in Deo eadem prorsus volitio est, qua diligit se necessario, & creaturas liberè, quanuis ordo ad creaturas sit liber, & ad Deum sit necessarius. Quapropter si in Deo esset aliqua volitio, quæ secundum substantiam esset libera, ita ꝙ posset cessare ab illa, talis volitio non posset mensurari æternitate, ergo si in patria actus visionis vel dilectionis Dei ita esset liber, vt beatus posset ab illo cessare, non posset mensurari æternitate. Quarto & vltimò. Voluntas in via nũquã potest aliquid velle nisi sub ratione boni in communi, ergo in patria nunquam põt aliquid velle nisi sub ratione bonitatis Dei euidenter cogniti; sed cessatio à dilectione Dei, nunquam potest repræsentari in patria sub ratione boni, ergo uoluntas nunquam potest illam velle. Confirmatur. Voluntas nunquam potest cessare amore alicuius boni, nisi illa appareat aliqua ratio disconuenientis, aut impeditiui alterius boni, sed in actu beatifico (cum sit summum bonum nostrum) nulla potest apparere ratio disconuenientis aut impeditiui, ergo. Hanc rationem expendit optimè D. Thom. 1.2. quæst. 5. articulo. 4. & in quæstione. 24. de veritate artic. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD primum argumẽtum respondetur A negando consequentiam, & ad probationẽ respondetur, q̃ habitibus vti possumus quando opus est aut quando volumus, quantùm est ex parte ipsorum habituum; cæterùm aliundè fieri potest, vt potentia necessitetur quantum ad exercitiũ, postquam semel fuerit eleuata per habitũ, ita q̃ hæc necessitas non peruenit ex ipso habitu, sed ex natura voluntatis, quæ in tali statu & natura constituta est, in qua cessatio ab actu nõ potest repræsentari ei sub B ratione boni. Ad confirmationem negatur consequentia, & ad probationem dico, q̃ ratione diuersi status fit; vt actus charitatis, qui in via est liber, in patria sit necessarius: nam in via fertur in Deum cognitum per fidem obscura cognitione & propterea cessatio ab actu potest apparere sub ratione boni; in patria verò fertur in Deum cognitum lumine gloriæ euidenti cognitione, & propterea est necessarius, quia cessatio ab actu non potest apparere sub ratio- C ne boni. Qua ratione adnotauit D. Tho. 2. 2.q.24.ar.11.q̃ idem actus numero charitatis, qui in via erat amissibilis, in patria sit inamissibilis.

¶Ad secundum negatur sequela, & ad probationem respondetur, q̃ habitus lumi nis gloriæ aut charitatis ponuntur ad eleuandas illas potentias & proportionãdas ad actum visionis & dilectionis supernaturalis, propterea q̃ sine his habitibus non possent producere illos actus neque liberè D neque necessariò: cæterum suppositа eleuatione per habitus; iam intellectus necessitatur ad visionem, & voluntas ad dilectionem. Quare ista necessitas prouenit ex ipsa natura intellectus, & voluntatis in statu beatifico, supponitur tamen eleuatio potẽtiarum per illos habitus, per quos habeat proportionem & virtutem ad producẽdos illos actus. Quemadmodum aqua eleuata per calorem necessario producit actum calefactionis in passum illi applicatum; cæterum supponitur eleuatio aquæ ad illum actum per calorem, sine quo nõ posset calefacere, neque liberè neque necessariò.

¶Ad tertium quidam respondent, q̃ in illa rõne D. Thomę similitudo non tenet quo ad omnia; sed consistit in hoc, q̃ sicut nunc necessitat nos quo ad specificationẽ beatitudo in communi; ita in patria Deus clarè vis⁹ necessitabit beatos & quo ad specificationem, & quo ad exercitiũ; q̃n tuc beatus nõ poterit cessare à visione & amore Dei, pp rõnem, quam assignat D. Th. 1. 2.q.5.ar.4. Alij aliter explicant, q̃ D. Tho. voluit assignare discrimen inter Deũ obscurè cognitum per fidem, & clarè cognitũ per visionem beatificam, q̃ Deus obscurè cognitus non necessitat volũtatem ẽt quo ad specificationem, sed potest voluntas illum repudiare & odio habere iuxta illud Iob.21. Dixerunt Deo, recede à nobis; propter quòd põt in illo apparere aliqua rõ mali, & in suo opposito aliqua rõ boni. At vero Deus cognitus per visionem beatificam necessitat voluntatem quantũ ad specificationem; sicut modo beatitudo in cõi necessitat nos quantum ad specificationẽ: eo quòd sicut in beatitudine in communi non potest modo apparere aliqua rõ mali, ita etiam cognito Deo per visionem beatificam non potest apparere aliqua rõ mali, cum videatur sicut ipse est in se. Itaque ex hac rõne D. Thomæ benè intellecta nõ debet colligi necessitas voluntatis quo ad exercitium in patria, sed tantũ quo ad specificationem, licet ex alijs locis D. Thomę colligatur, q̃ voluntas beatorum necessitatur etiam quo ad exercitium. De quo vide Ferr. a. 3. contra gentes capite. 62. & Capite. in 1.d.1.q.3. & in 4.dist.49.q. 3. Alia quæ multa solent dici de hac ratione D. Thomæ, quæ quia non pertinẽt ad præsentem locum, legantur in 1.2.q.4. ar.4.

AD quartum respondetur, q̃ petit celebrem quæstionẽ inter discipulos Di. Thom. Vtrùm voluntas moueatur aut moueri possit necessariò quo ad exercitium ab aliquo obiecto.

¶Quam quæstionem libet hic aliquanto fusiùs explicare propter diuersitatem opinionum, quæ in hac parte versantur. Quapropter pro parte affirmatiua huius quæstionis arguitur primo. Deus clarè visus necessitat voluntatem necessitate quo ad exercitium, vt patet ex dubio præcedenti, ergo voluntas moueri potest necessariò à suo obiecto quo ad exercitium.

¶Secundò Stante hoc iudicio practico. Deus

Deus est summum bonum; & à me diligẽ A dum; volũtas nõ potest non diligere Deũ, ergo obiectum propositum necessitat voluntatem. Probatur antecedens. Nam rõ, quare summum bonum propositum volũtati non illam necessitat, est, quia potest voluntas diuertere intellectum à cognitione summi boni, ergo quandiu manet in intellectu cognito præterea summi boni, necessariò mouetur voluntas ad eius amorem.

¶Tertiò. In motibus primo primis, & similiter in pueris, & amentibus necessitatur uoluntas; sed non aliunde potest necessitari, quam ab obiecto apprehenso per in deliberatum iudicium, ergo.

¶In oppositum est D. Tho. in locis citatis, in argumento quarto præcedentis dubij; ex quibus aperte colligitur sententiam certissimam esse: volũtatem necessitari nõ posse necessitate quo ad exercitium ab aliquo obiecto: quod quidẽ probat optimè D. Thom. in 1.2. loco citato.

¶Tota tamen difficultas huius quæstio C nis versatur in explicando, qũo cum hoc cohærere possit id, quod diffiteamur præcedenti dubio: voluntatẽ beatorum Deum amare necessariò quo ad exercitium; cum vt tangebamus in primo & secundo argumento, nulla alia appareat ratio, à quo possit ibi hæc necessitas prouenire nisi ab obiecto beatifico.

¶In qua re sunt multæ sñiæ. Prima est, quam insinuat Capr. in 2.d.7.q.1. circa primam conclusionem, & copiosius prosequitur Ferr. in 3. cont. gen. c. 62. circa finẽ. Supponit aut hæc sñia, q̃ sicut beati in patria habent diuersas cognitiones de Deo; alteram in verbo per visionem beatificam, alteram verò extra verbum per nouas reuelationes vel alias scientias, vt ostenditur supra q.12.ar.8.& 9.& q.58.ar.6.& 7. Ita ẽt habent diuersos actus volũtatis circa Deũ, qui sequuntur has diuersas cognitiones, videlicet, actum voluntatis, qui sequitur ipsam visionem beatificam, & est necessarius quantũ ad exercitiũ: & alterũ actum voluntatis, qui sequitur alias cognitiones extra verbũ, qui actus est liber quantũ ad exercitium: q̃n põt voluntas ab illo cessare, sicut põt intellectus non cogitare. Hoc suppositо explicant isti difficultatẽ præsentem dicentes, q̃ volũtas ẽt in patria nõ necessitatur absolutè quo ad exercitium ab obiecto, q̃n põt habere actũ circa ipsum Deum qui sit liber quantum ad exercitiũ, scilicet actus, qui sequitur cognitionem ipsius Dei non beatificam; cum quo tamen stat, q̃ circa ipsum Deum visione beatifica cognitum habeat actum non liberum, sed necessarium quantum ad exercitium: hæc enim duo non repugnant inter se.

¶Hæc sententia vr̃ mihi admodum dif B ficilis, & parum vera ad explicationẽ huius difficultatis. Primò. Q̃n non benè explicat, & salvat verba D. Th. in locis citatis; in quibus absolutè docet, q̃ voluntas à nullo obiecto ex necessitate mouetur; neque distinguit de actu volũtatis, qui sequatur hanc cognitionẽ vel illã: imò vero planè docere, q̃ à nullo obiecto, & in nullo actu voluntas mouetur necessariò quo ad exercitium. Secundò. Q̃n fundamentum Ferr. non vr̃ consonum in doctrina D. Thomæ. Nam in 1.2.q.67.arti.6. in corpore & ad primum & secundum docet, q̃ eadẽ numero charitas manet in via, & in patria; propterea quòd accidentarium est actui charitatis, quòd sit de obiecto viso vel nõ viso, ergo idem actus charitatis numero & specie sequitur cognitionem Dei clarã & obscuram in verbo & extra verbũ; sed impossibile est, quòd duæ dilectiones Dei eiusdẽ speciei solo numero differentes sint simul in eodem subiecto, ergo. ¶Ad hoc D tamen argumentum posset aliquis respondere id, quod respõdet sapientissimus Magister Medina in 3.par.q.19.ar.3.dubio.2. in fine, illos actus dilectionis Dei esse eiusdem speciei in esse moris, differre aũt specie in esse naturæ; quod sufficit, vt sint simul in eodẽ subiecto. Sicut proferre iustã sñiam, & restituere debitũ eiusdẽ speciei sunt in esse moris, differunt tñ in esse naturæ; & propterea possunt esse simul in eodem subiecto. Sed hæc solutio est mihi ad E modum difficilis; non n. video, quo pacto dilectio supernaturalis eiusdẽ obiecti formalis & realis & tã in esse moris, quàm in esse naturæ, possit variari in esse naturę ex hoc tñ, quod sit obiecti visi vel non visi; cum sit accidentale sm D. Th. ad actũ dilectionis, q̃ sit de obiecto viso vel non viso.

Aliàs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliàs enim eadem ratione dicendum esset, quòd actus charitatis in via & in patria distinguuntur in esse naturæ, & ex consequenti nō potest esse idem actus numero in via & in patria. In exemplo autem, quod adducit Magister Medina, obiecta distinguuntur in esse naturę, quamuis non differant in in esse moris, & propterea non par ratio.

¶Alij Theologi respondēt ad argumentū, quòd illi duo actus dilectionis Dei differunt genere ex diuerso modo tendendi in obiectum, & in ratione amissibilis & inamissibilis, propterea quòd sequuntur diuersas illas apprehensiones intellectus. ¶Sed hæc solutio eodem argumento reiicitur; quoniam accidentale est dilectioni Dei, ꝙ sequatur illas diuersas cognitiones: sicut est illi accidentale, quòd habeatur in subiecto amissibiliter aut inamissibiliter. Qua ratione idem actus numero charitatis perseuerat in via, & in patria, ergo ille modus diuersus cum sit accidentalis, non variat actum dilectionis Dei. Nā modus ille tendendi in obiectum, qui facit actus distingui genere, debet esse intrinsecus & essentialis ipsis actibus; sicut quādo dicimus, ꝙ scientia & opinio de eodē obiecto differūt genere propter diuersum modum tendendi in obiectum. Et certè si D. Thom. attentè legatur in 3. parte quæst. 19. art. 3. ad primum, & quæst. 29. de veritate arti. 6. ad sextum, apertè videtur docere, quòd in Christo vnica tantū est actio dilectionis supernaturalis, quamuis secundum diuersas rationes dicatur dilectio viatoris & comprehensoris. Vide quæ de hac re diximus in 2. 2. q. 24. ar. 3. dub. vnico ad quartum. ¶Est secunda sententia aliorum Theologorum asserentium, ꝙ illa necessitas quo ad exercitium in patria prouenit quidem ab obiecto, non tamen ab illo vt obiectum est precisè, sed vt est summum bonum clarè visum. Quoniam in illo obiecto, ut clarè visum est, nulla potest apparere ratio mali, & apparet omnis rō boni, vnde prouenit, ꝙ voluntas non possit cessare ab actuali amore illius. ¶ Hæc ēt explicatio non pōt esse ad mentem Diui Tho. Ratio est, quoniam illa summa bonitas clarè visa tota se tenet ex parte obiecti, & ex parte intellectus, sed obiectum & intellectus nullo modo possunt voluntatem mouere quantū ad exercitium, sed tantum quantū ad specificationem, vt D. Tho. definit in 1. 2. quæs. 9. articu. 1. ergo nec potest mouere necessario quantum ad exercitium. Magister Medina in 1. 2. quæst. 10. artic. 2. dubio 1. ad secundum insinuat, quòd illa necessitas potest prouenire ex eo, quòd illa visio beatifica non solùm est iudicium certum & euidens de summo bono, sed etiam est imperiū efficax, cui voluntas non potest non obedire. Sed non video quo pacto possit esse vera hæc doctrina: vnde iam à nobis est impugnata sup. quæst. 80. articu. 2. dubio 3. Eapropterea probatur falsitas eius. Primo. Quoniā, vt constat ex cap. 1. 2. quæst. 17. art. 1. intellectus in actu imperij habet suam efficaciā ab ipsa voluntate, quæ est primum mouēs quantum ad exercitium. Secundo. Quoniā cum in beatis visio & amor sint operationes naturales & necessariæ, efficacia illorū non debet tribui imperio intellectus, quod imperium semper versatur circa actus liberos, sed debet reduci ad motionem Dei, & ad naturam ipsius voluntatis, quæ posita in tali dispositione & statu mouetur naturaliter quantum ad exercitium vt infrà explicabitur. ¶Est tertia sententia, quam habet Capreol. in 1. distinctione 1. quæstio. 3. circa quartam conclusionem, & Hispalensis, quæst. 3. not. 4. & alij ex discipulis D. Tho. quòd quando D. Thom. dicit, quòd voluntas non potest necessitari ad exercitium ex aliquo obiecto, loquitur nō de statu patriæ, sed tantum de statu viæ: in quo statu cessatio ab actu potest repræsentari sub ratione boni & conuenientis, etiam si actus voluntatis esset circa ipsum Deum. Et potest hæc sententia habere fundamentum in ipso D. Thom. Nam probat hanc conclusionem in 1. 2. vbi supra ex eo, quòd de quocunque obiecto potest quis non cogitare; hoc autem fundamentum veritatem habet in statu viæ: at in statu beatitudinis non habet veritatem, quin potius in illo statu non potest voluntas cessare ab actu beatifico. Vide quando D. Thom. dicit in quæst. 22. de veri. artic. 6. quòd quantum ad exercitium actus inest libertas voluntati in quocunq; statu naturæ, & respectu cuiuscunque obiecti; notanter dixit in statu naturæ, ad exclu-

excludendum statum gloriæ. Et in quæst. 24. de veritate arti. 8. ad secundum, excludit etiam statum gloriæ ab ista libertate, qua potest voluntas non vti habitu gratiæ & charitatis, si ipsa voluerit. ¶Hæc sententia coincidit cum altera quorundā Theologorum, quòd D. Thom. loquitur de voluntate vt volūtas est, cui competit libere operari, non autem vt natura est, & maximè in ordine ad summum bonum clarè visum in patria. Sed tamen neque ista sententia videtur sufficienter explicare præsentem difficultatem. Nō. n. explicat, unde proueniat illa necessitas in patria, an proueniat ab obiecto, vel aliunde secundum mentem D. Tho. de quo est potissima difficultas. ¶Est quarta sententia Caietani, quę videtur maximè ingeniosa, & conformis D. Thomæ, quam sequuntur plures Thomistæ doctissimi. Dicit ergo Caietanus, ꝙ aliud est dicere, voluntas necessario mouetur ad obiectum quantum ad exercitium, & aliud est dicere, voluntas sic disposita necessario mouetur ad exercitium circa tale obiectum. Nam primum denotat efficaciam ipsius obiecti supra voluntatem, quòd tanta sit, vt possit illam inclinare necessario & mouere quo ad exercitium: & hoc negat D. Th. & merito negat. Etenim iam in 2. 2. q. 9. ar. 1. ostendit, quòd intellectus proponens obiectum voluntati nullo modo potest eam mouere ad exercitium, sed tantum ad specificationem, & in art. 3. & 4. subdit, quòd ad exercitium voluntas non mouetur nisi a se ipsa & à Deo. Ex quo consequitur à fortiori, quòd à nullo obiecto necessario mouetur quantum ad exercitium. Secundum vero denotat naturam ipsius voluntatis, quæ posita in tali statu vel dispositione vel naturali vel supernaturali per charitatem, tunc naturali necessitate inclinatur & mouetur actu circa tale obiectum? Quod D. Thom. videtur insinuasse artic. 1. ad secundum, in 1. 2. quæstio. 10. quando dicit. Non oportet, ꝙ voluntas semper actu velit, sed solum quādo est in aliqua dispositione determinata. Sed tunc (ait Caietanus) illa necessitas ad exercitium non prouenit ab ipso obiecto, sed ab ipsa natura voluntatis, vel charitatis, quæ posita in tali dispositione & statu necessario ferē in illud obiectū quantū ad exercitium, neq; habet libertatem ad cessandū ab illo actu: sicut potentia visiua nō impedita necessario fertur in colorem præsentē, & corpus graue non impeditum necessario fertur in centrū. Cæterum illa necessitas ad exercitium nunquā prouenit ab ipso colore vel ab ipso centro, sed prouenit ab ipsa natura potentiæ visiuæ vel grauis: quæ posita in tali dispositione & non impedita, necessariò fertur in obiectum & in centrum, neq; habet libertatē ad cessandum à tali motu. Cum ergo sermo D. Tho. sit formalis, sensus illius est, ꝙ à nullo obiecto secūdum quòd obiectum est voluntas mouetur necessario ad exercitium, si quidem à nullo obiecto vt obiectum est mouetur ad exercitium. Ex quo sequitur, quòd quando voluntas in patria mouetur necessario quātum ad exercitium ad amorem Dei, illa necessitas non prouenit ab obiecto beatifico vt obiectū est, sed ab ipsa natura voluntatis & charitatis, quę posita in tali statu & dispositione necessario mouetur in Deum clarè visum, nec potest cessare vllo modo à tali actu.

¶ Cæterum hanc doctrinam Caietani aliqui theologi ex recentioribus, quamuis confiteantur esse acutam & fortassis verā, existimant tamen esse alienam à mente D. Thomæ. Asserunt enim, quòd D. Thomas non disputat. An voluntas ex aliquo obiecto moueatur necessario quantum ad exercitium, cum iam in 1. 2. quæstio. 9. probauerit, quòd ab obiecto nunquam mouetur ad exercitium: sed tantum inquirit, An proposito aliquo obiecto, sequatur in voluntate necessaria motio ad exercitium, & respondet conclusione negatiua, propterea quòd uoluntas potest amouere libere cogitationem cuiuscunque obiecti, & ex consequenti non uelle illud. Et ratio istorum est, quoniam D. Thomas non tantum assumit in sua probatione, quòd uoluntas quantū est ex parte obiecti potest amouere cogitationem illius, sic enim solum probaret, ꝙ non mouetur ab illo efficienter & efficaciter: sed assumit in probatione, quod proposito quocunque obiecto, voluntas re vera est libera, vt de facto possit amouere cogitationem illius, & ex consequenti non necessitatur ad exercitium in ordine ad talē

Universidad de Deusto
Biblioteca

le obiectum. Propter quod argumentum magis eis placet sententia Capreoli, quam etiam tenet Conradus in 1.2 quæst. 10. ar. 2. quòd D. Tho. loquitur de voluntate viatoris & de facto, in qua voluntate propriè loquendo sunt actiones humanæ.

Decisio Autoris.

NIhilominus tamen pro huius resolutione sit prima conclusio. Probabilis est sine dubio illa tertia sententia Capreoli, & aliorum, ꝙ D. Thom. est intelligendus de volũtate viatoris & de facto, quòd sit libera respectu cuiuscunque obiecti. quam intelligentiam aliquo modo iuuat modus loquendi Di. Tho. in 1.2. quæst. 10. arti. 3. & quæst. 6. de malo, articulo vnico ad sextum. Et præterea probatur. Nam D. Thomas ex eo probat suam sententiam, quia voluntas potest diuertere intellectũ à cogitatione cuiuscunque obiecti, & ita nullum obiectum potest necessitare volũtatem, sed hæc ratio tantum procedit de statu viæ: nam in patria non potest voluntas auocare intellectũ à visione clara summi boni, ergo.

¶ Secunda conclusio. Nihilominus tamen quarta sententia Caietani est multo profundior, & explicat mentem Di. Tho. multo verius & melius. Et quòd sit ad mẽtem D. Thom. probatur in gratiam Caietani. Primo Quoniam D. Tho. in articulo illo secundo citato ex 1.2. querit. An voluntas moueatur necessario à suo obiecto, & respondet, quòd quantum ad specificationem mouetur necessario ab aliquo obiecto, quantum verò ad exercitium à nullo obiecto mouetur necessario. Sed de motione quantum ad specificationem intelligit, quòd sit ab obiecto vt obiectum est, ergo de motione ad exercitium intelligit etiã, quòd non sit ab obiecto vt obiectum est, alàs enim sermo D. Thomæ non esset formalis in vtraque propositione. Secundo D. Tho. in eadem 1.2. quæst. 9. arti. 1. quando dessinuit voluntatem non moueri ad exercitiũ à suo obiecto, intellexit ab obiecto vt obiectum est, ergo quando definit non necessario moueri ab obiecto ad exercitiũ, intelligit ẽt quantum est ex parte obiecti vt obiectũ est. Probatur consequentia. Qm̃ ista doctrina fundatur in his, quæ dixerat loco mõ citato, & in articulo citato eiusdẽ qõnis vbi definiuit voluntatem non moueri ad exercitium à passione appetitus sensitiui, sed tantum ex parte obiecti, & nihilominus in arti. 3. quæst. 10. in eadem 1.2. definit iterum non moueri necessario ab illa passione ad exercitium in his, qui habẽt liberũ arbitrium. ¶ Ad argumentũ verò illorũ Theologorũ respondetur, intelligentiam Caietani esse optimam, ꝙ probatio D. Tho. procedit in hoc sensu, ꝙ quantum est ex parte obiecti vt obiectum est potest voluntas amouere ab intellectu cogitationem illius, & ex consequenti cessare à volitione illius, nisi ex alia radice proueniat necessitas ad exercitiũ, vt iam explicatũ est.

AD argumẽta facta in principio est respondendum. ¶ Ad primũ patet iã ex dictis. Illa. n. necessitas in patria nõ prouenit ex obiecto, sed ex eo quòd volũtas per charitatem constituitur in tali dispositione, vt necessario quo ad exercitium amet Deum; quæ dispositio prouenit in voluntate beati ex inclinatione charitatis, seu qđ idem est, voluntatis eleuatæ, & sic dispositæ per charitatem. ¶ Pro cuius ampliori explicatione est aduertendum, ꝙ cum charitas sit quædam expressio & participatio illius diuini amoris, quo Deus seipsum diligit, quemadmodum diuinus ille amor naturaliter & necessario inclinat voluntatem in amorem Dei: ita charitas participata inclinat necessario voluntatem hominis & angeli in diuinum amorem, & hæc inclinatio necessaria, per se conuenit charitati. Quòd si in hoc statu viæ non se explicat charitas in hunc necessarium amorem, hoc non prouenit ex defectu inclinationis charitatis; sed ex imperfecta participatione, qua participatur charitas in via, & ex imperfectione cognitionis. Quia taliter iudicamus in via Deum esse summũ bonum, & quòd amare Deum super omnia est maximum nostrum bonum, quod propter obscuritatem huius iudicij, quàm sæpè intellectus admittit esse conuenies cessare ab amore diuino propter varias circunstantias, quæ in isto statu contingunt. Fatigamur enim in perseuerantia

tia diuini amoris, & diuertimur ab aliis negotiis, quæ pro isto statu iudicamus esse necessaria vel conuenientia. In patria verò non potest reperiri iudicium, quo iudicetur esse cõueniens cessare ab amore diuino, & idcirco charitas in illo statu explicat se in omnem suam inclinationem & propensionem, & necessitat voluntatem ad exercitiũ diuini amoris. Vnde voluntas beati quatenus eleuata per charitatem concurrit ad amorẽ diuinum vt natura est. Sicut docet D. Tho. 1.2. q. 10. art. 1. ad primum, voluntẽ nostram ferri ad vltimum finem vt natura quædam est & non vt potentia libera. Vide Magistrũ Soto in. 4. d. 49. q. 3. arti. 4. conclusione. 4. & 5. & Ferra. 3. contra gentes c. 62. ¶ Sed est argumẽtum D. Tho. in q. 22. de veri. ar. 6. dicit, ꝙ libertas quo ad exercitiũ inest voluntati in quocunque statu, & respectu cuiuscunque obiecti, ergo voluntas beati liberè quo ad exercitium diligit Deum clare visum. Respondetur D. Tho. docere id quod à nobis modo dicebatur, scilicet, ꝙ obiectum in ratione obiecti in nullo statu mouet necessariò voluntatem, & ita Deus clarè visus, inquantùm obiectum beatificum est, non necessitat voluntatem ad sui amorem quantum ad exercitium: non tamen negat D. Th. ꝙ Deus clarè visus prout est autor naturæ charitatis, necessitet voluntatẽ mediante inclinatione ipsius charitatis ad amorem Dei. ¶ Ad secundum quidam doctissimi putant, ꝙ stante illo iudicio singulari practico necessitatur voluntas ad amorem vltimi finis necessitate exercitii. Ita docet Ferr. loco citato ad quoddam secundum argumentum, & intra hanc sententiam dicendum est illam necessitatem voluntatis non prouenire ex efficacia iudicii, sed ex naturali inclinatione voluntatis circa vltimum finem. Caietanus Cap. in. 1. d. 1. quæst. 3. conclu. 1. & 3. docet, ꝙ etiam stante illo iudicio, si non fuerit iudicium beatificum, voluntas manet libera quo ad exercitium, & potest non exire in actum amoris. Et hæc sententia placet quibusdam doctissimis modernis, & merito. Quoniam illud iudicium, eò quòd est obscurum & ænigmaticum, non proponit voluntati vltimum finem ut necessariò omnibus modis amandum, sed permittit facultatem intellectui, ut reperiat aliquam circunstantiam, ob quam voluntas possit cessare ab eius amore. Iuxta hanc sententiam ad argumentum negatur antecedens, & ad probationem dicitur, ꝙ illa ratio est valde manifesta ad ostendendam libertatem voluntatis quo ad exercitium, non tamen negamus alias etiam esse rationes, quibus eadẽ libertas cõfirmetur.

¶ Ad tertium Sapientissimus Magister Victoria existimauit, quòd in actibus primo primis & in pueris & amentibus reperitur libertas, quanuis non reperiatur deliberatio. Quam sententiam probat quibusdam argumẽtis, de quibus vide Magistrum Medina in 1.2. q. 10. art. 3. Sententiã tamen oppositã, scilicet, nullam inesse libertatẽ motibus primò primis & operationibus puerorum & amentium docent communiter vniuersi Theologi cũ D. Tho. in 1.2. loco modo citato; vbi dicit, ꝙ amentes in suis operationibus non aliter se habent, quàm bruta, in quibus nulla est libertas. Et probatur hęc sententia. Nam si inest libertas eiusmodi operationibus sequitur, ꝙ possint esse peccata; consequens est falsum, ergo. Patet consequentia. Nam omnis operatio libera est moralis, ergo est capax meriti & demeriti, atque adeò potest esse peccatum. Hoc ergo supposito ad argumentum respondetur voluntatem necessitari in eiusmodi operationibus quo ad exercitium non ab obiectis, sed à naturali inclinatione, per quam determinatur ad sequendum iudiciũ, quæ sunt penitus determinata, & in quibus nulla reperitur indifferentia, sed proponunt obiectum modo quodam naturali & necessario. ¶ Circa illud quod D. Thom. docet quòd quando media habent necessariam connexionem cum fine quòd voluntas quæ vult finem necessariò vult media.

DVbitatur vltimò. An supposita voluntate finis necessariò & non liberè voluntas velit medium necessarium ad finem? ¶ Arguitur primo, quòd voluntas non necessariò velit medium tale. Quando infirmus vult sanitatem, & postea scit non esse aliud medium, quàm potionem amarissimam, potest non accipere potionem, ergo si accipiat, libere & non necessario

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſſario accipit.

¶ Arguitur ſecũdo. Voluntas adhuc ſuppoſita volitione finis eſt libera in illa uolitione finis ſaltim quantum ad exercitium, ergo poterit non velle mediũ ceſſante volitione finis, ergo ſi vult mediũ libere vult.

¶ Arguitur tertio. Qñ quis uult uitam ęternã, & iudicat medium neceſſarium ſeruare mandata, nihilominus nõ neceſſario ſed libere illa ſeruat, ergo. Probat minor. Quia ſi neceſſario ſeruat, ergo non meretur ſeruando. Et ſi dicas, ꝙ meretur, quia libere vult finem in cuius uolũtate fundatur meritum volendi ſeruare mãdata. Contra, ſaltim ſequitur, ſi non eſt libera uoluntas reſpectu mediorum ſecundum ſe, ꝙ nõ magis meretur homo ſeruando mandata, quã meruerat volẽdo finem, conſequens vr ſalſum: nam ſtatim ſequeretur, ſcilicet, ꝙ ſi eſſet medium neceſſarium pati martyriũ in aliquo caſu, quòd non magis mereretur patiendo martyrium, quàm volendo finẽ, & ſic non eſſet maius præmium martyri, quàm non martyri, cæteris paribus. Eſt ergo libera volũtas medij etiam neceſſarij. Item ſequeretur, ꝙ ſeruare præcepta quæ dãtur de medijs, non eſſet nouum meritũ præter meritũ actus uoluntatis circa finẽ.

¶ Arguitur quartò. Si quis non vxoratus vult ſanitatem determinata uoluntate, & etiam dicunt ei medici non eſſe remedium niſi accedere ad mulierem, ſequitur, quòd non peccaret accedendo. Probatur ſequela. Quia ille non peccat uolendo finem, ſcilicet, ſanitatem; & ſuppoſita volitione finis neceſſariò vult medium ſecundum contrariam ſententiam, ergo non peccat. ¶ Sed in oppoſitum eſſe videtur quod S. Thom. docet in vltima concluſione huius articuli, quòd quando media habent neceſſariam connexionem cum fine, quòd uoluntas, quæ uult finem neceſſario vult media, & in 1.2. quæſt. 10. art. 2. ad tertium, ait, quòd homo ex neceſſitate vult ea media, ſine quibus finis ultimis haberi non poteſt. Præterea in eadem parte quæſt. 13. artic. 6. ad primum & ſecundum videtur hoc ipſum docere.

DE iſta quęſtione viſum eſt quibuſdã Thomiſtis, quòd problematicè ſuſtentari poteſt vtraque pars. Sic dixit Victoria & alii noſtri temporis, ſed tamen nobis diſtinguendum videtur de neceſſitate volitionis mediorum ſuppoſita volũtate finis.

¶ Et ita nota primò quòd voluntas finis vel mediorum, quædam eſt abſoluta & determinata, quædam verò conditionalis & imperfecta. Prima voluntas ſolet frequenter explicari per hoc quod dicimus; Volo, quamuis aliquando vtimur verbo; volo, pro deſiderio. Eſt ergo voluntas abſoluta & determinata, quando ſine conditione expreſſa vel ſubintellecta fertur i finem vel obiectũ, quod homo exiſtimat poſſibile, vt volumus beatitudinem, volumus ſanitatem. Voluntas verò conditionalis vel indeterminata eſt cui eſt annexa cõditio vel expreſſa vel virtualis; vt vellem volare, ſi eſſet poſſibile, & peccator nollet habere Deum inimicum, & mercator nollet procũcere meres in mare oborta tempeſtate. Hæc diſtinctio videtur omnino illa eſſe, quam in 1.2. q. 6. facit S. Thom. ex doctrina Ariſtotelis de voluntario ſimpliciter, & voluntario ſecundum quid, id eſt, conditionaliter.

¶ Nota ſecundò, quòd ſolent etiam diſtinguere Theologi voluntatem ſub aliis verbis. Nam quędam eſt voluntas efficax. Sed in explicando quid ſit voluntas efficax, eſt magna differentia. Quidam aiunt, quòd voluntas efficax, eſt voluntas intenſa, & inefficax eſt voluntas remiſſa. Sed illi fallũtur, nam ſæpè intenſiùs volumus impoſſibile, quàm multa poſſibilia. ver. g. vellem non mori. Ingemiſcimus enim grauati, eo ꝙ nolumus expoliari: & tamẽ eſt inefficax voluntas, & intenſior quam voluntas deambulandi efficax. Itẽ actus charitatis remiſſus eſt efficax, & ſufficiens ſeruare omnia mandata. ¶ Alij aiunt, ꝙ volũtas efficax eſt, qua poſita ſequit effectus. Alij, quòd voluntas ſit efficax vel non, habet ex natura ipſius actus, ſed hoc nil eſt. Soto aiebat, quòd illa voluntas eſt efficax, quæ explicatur per verbum, Volo, indicatiuum: inefficax uero eſt, quæ explicatur p optatiuum, ſed hoc potius eſt ſignum voluntatis efficacis aut inefficacis, quàm ratio, quare ſit efficax. Et præterea. Voluntas inefficax etiam poteſt explicari per indicatiuum. Cœcus enim ait; Volo videre, opto videre. ¶ Nobis tamen his oĩbus relictis videtur, ꝙ voluntas efficax eſt voluntas, quæ intendit vel eligit facere aliquid. Intentio autem, electioq; non eſt niſi rei poſſibilis, vel q̃ vt poſſibilis eſtimat. Quare non eſt neceſſarium, vt voluntas dicatur efficax, ꝙ ſequatur effectus, ſed ſufficit, ꝙ ſequeretur effectus, quantum eſt ex parte voluntatis determinatæ. Sic dicimus ꝙ ſacramenta ſunt efficacia remedia ad cauſandum gratiam, & tamen aliquando impeditur effectus. ¶ Sed obſeruandum eſt, ꝙ voluntas efficax vel inefficax non ſemper dr reſpectu obiecti immediati, v.g. Deus diligit ſuam bonitatem voluntate perfectiſſima, tamen nõ dicitur propriè ſe amare voluntate efficaci nec inefficaci. Nos autem diligit voluntate efficaci, quia efficit in nobis aliquid. Item nos volumus beatitudinem in cõmuni voluntate abſoluta, & tamen non dicitur efficax voluntas, niſi comparata ad media, quæ operabilia iudicant.

SIt ergo prima concluſio. In hac vita omnis actus voluntatis circa medium eſt actus liber ſaltem libertate contradictionis ſeu quantum ad exercitium. Probatur. Quia in hac vita omnis actus circa finem etiam vltimum eſt liber iſto modo, ergo multò magis circa media. Antecedens patet ex dictis dubio. 1. præcedenti huius articuli, & etiam conſtat experientia. Nam liberè ceſſamus ab exercito volendi beatitudinem. Conſequentia probatur. Quia non poteſt eſſe magis determinata voluntas, imo minus eſt circa media quam circa finem. Confirmatur. Suppoſita volitione finis libere volumus finem quãtum ad exercitium, ergo etiam ſuppoſita volitione finis libere volumus media. Hanc etiam cõcluſionem probant argumẽta facta in principio. ¶ Secunda concluſio. Suppoſita volitione abſoluta finis cuiuslibet, neceſſariò neceſſitate conſequentię voluntas vult media, quæ neceſſaria iudicantur ad finem. v. g. Ilta conſequentia eſt neceſſaria. Petrus vult abſoluta volũtate ſanitatem, & putat medium neceſſarium eſſe potionem, ergo vult potionem. Hæc eſt ſuia D. Th. in 1.2. q. 13. ar. 6. in ſolutione ad primum & ſecũdum. Et probatur. Nam ex oppoſito conſequentis cum minori, ſequitur oppoſitum maioris, ergo eſt bona conſequentia. v.g. Petrus non vult potionem, & eam iudicat neceſſariam ad ſanitatem, ergo non vult ſimpliciter & abſolutè ſanitatem. Patet cõſequentia. Quia non vult ſanitatem vt poſſibilis eſt. Velle autem abſolutè aliquid, eſt velle illud vt putatur eſſe poſſibile. Et patet hoc ex communi ſenſu hominum, qui ſic aiunt. Qui non vult curari non vult ſanari, quia non vult uolũtate abſoluta; quæ ſtatim eſt efficax, ſi quid eſt efficiendũ. Cõfirmatur ex illo. 1. Io. 1. Si quis dicit: Diligo Deum, & fratrẽ ſuum odit, mendax eſt. ¶ Tertia concluſio. Hæc neceſſitas volendi media neceſſitate cõſequẽtię non deſtruit libertatem actus circa ipſum medium, ac per cõſequens nec meriti rationem vel laudis. Probatur. Neceſſitas cõſequentiæ, quæ ſumitur ex ſuppoſitione diuinæ prouidentiæ, non tollit libertatem voluntatis circa conſequens, ergo nec neceſſitas conſequentię, quæ ſumitur ex voluntate finis. Probatur conſequentia. Quia diuina prouidentia eſt magis efficax reſpectu effectus, quã voluntas finis in nobis reſpectu mediorum. Antecedens uero ſupponendũ eſt tanquam de fide; aliàs hõ nullũ actum haberet liberi arbitrii, qa oĩs actus humanus cadit ſub diuina prouidentia. Et cõfirmatur. Suppoſita diuina voluntate, ꝙ ego loquar, ego volo libere loqui, ẽt ſi neceſſario loquar neceſſitate conſequẽtię, ergo etiã ſuppoſita mea voluntate finis libere volo media. ¶ Et ſi dicas; impoſſibile eſt in ſenſu cõpoſito, ꝙ intellectus aliter iudicet exiſtente voluntate finis, ergo in ſenſu compoſito nõ eſt libera uoluntas. Rñdetur. Cõcedẽdo antecedens, & negando cõſequẽtiã, quia libertas nõ definitur, qd ſit facultas tõnis ad vtrunlibet in ſenſu cõpoſito, ſed ad vtrunlibet in ſenſu diuiſo. Ita ut voluntas poſſit ex cognitione indifferentiæ velle ſucceſſiue contradictoria. ¶ Quarta cõclu. Si voluntas neceſſitatur neceſſitate cõſequentiæ, & neceſſitate antecedentis: ẽt neceſſitatur ſimpliciter ad conſequens, nec eſt libera volendo media neceſſaria ad finem, ad quem neceſſitatur. Hæc patet in beatis, quorum voluntas neceſſitatur ad dilectionem Dei etiam quantum ad exercitium, vnde eodem modo neceſſitantur ad omnia, quæ habent neceſſ-

necessariam connexionem eum fine. Sic ẽt quia voluntas nostra necessitatur quantum ad specificationem respectu vltimi finis in communi, consequenter necessitatur codẽ modo ad ea, quæ habent necessariam habitudinem ad finem, & hoc est quod docuit San. Thomas in 1.2.q.10.ar.2.ad tertium.

AD argumenta respondetur. Ad primũ. Concedo, q voluntas libere vult media, qñ libere vult finem, sed tamen necessitate consequẽtiæ si vult finem vult media necessaria. ¶ Ad secundum respondetur, q probat primam conclusionem. ¶ Ad tertiũ respondetur eodem modo, q probat primã & tertiam conclusionem. Cæterùm difficultas, quæ ibi tangitur. An in executione operis sit nouum meritũ præter illud, quod est in voluntate determinata; disputari solet in 1.2.q.20. Item. An meritum præmij essentialis, quod consistit in lumine gloriæ ad videndum Deum, sit maius propter opera aliarum vrtutum, quàm est illud, quod respondet charitati? In commentarijs nostris super. 2.2.q.24.art.6. disputauimus latissimè. Existimo.n.ex sententia S. Thomæ, q quanuis per bona opera virtutum facta exchatitate mereatur homo præmiũ vitę ęternę & gloriam essentialem, tamẽ quantitas huius essentialis præmij non commensuratur multitudini operum vel difficultati, sed quantitati charitatis, per quam referuntur ad Deum. Charitas autem non augetur extra sacramenti susceptionem nisi per actus suos intensiores. At quantitati & difficultati operum aliarum virtutum per se respondet præmium accidentale, vt S. Th. infrà q.95.ar.4. expressè docet. ¶ Ad quartũ respondetur, q in illo casu cessare tenetur homo à voluntate finis absoluta, aliàs necessariò sequitur, quòd vult fornicationem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm voluntas sit altior potentia quàm intellectus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd voluntas sit altior potentia quàm intellectus. Bonum enim & finis est obiectũ voluntatis. Sed finis est prima & altissima causarum. Ergo voluntas est prima & altissima potentiarum.

¶ 2 Præterea. Res naturales inueniuntur procedere de imperfectis ad perfecta. Et hoc etiam in potentijs animæ apparet. Proceditur enim de sensu ad intellectum qui est nobilior. Sed naturalis processus est de actu intellectus in actum voluntatis. Ergo voluntas est perfectior & nobilior potentia quàm intellectus.

¶ 3 Præterea. Habitus sunt proportionati potentijs, sicut perfectiones perfectibilib. Sed habitus, quo perficitur voluntas, s. charitas, est nobilior habitibus, quibus perficitur intellectus. Dicitur.n.1.ad Corinth.13. Si nouerim mysteria omnia, etsi habuero oẽm fidem, charitatem aũt non habeam, nihil sum. Ergo voluntas est altior potentia quàm intellectus.

SED contra est, quòd Philosophus in 1. Ethicorum ponit altissimam potentiam animæ esse intellectum.* Li. 10. cap. 9.

RESPONDEO dicendum, q eminentia alicuius ad alterum pòt attendi dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum quid. Consideratur autẽ aliquid tale simpliciter, prout est secundum seipsum tale: secundũ quid autem prout dicitur tale secundum respectum ad alterum. Si ergo intellectus & voluntas considerentur secundum se, sic intellectus eminentior inuenitur. Et hoc apparet ex comparatione obiectorũ adinuicem. Obiectum.n. intellectus est simplicius & magis absolutum quàm obiectum voluntatis. Nam obiectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis. Bonum autem appetibile, cuius ratio est in intellectu, est obiectum voluntatis. Quantò autẽ aliquid est simplicius & abstractius, tantò secundum se est nobilius & altius. Et ideo obiectum intellectus est altius quàm obiectum voluntatis. Cùm ergo propria ratio potentię sit secundum ordinem ad obiectum, sequitur q secundum se & simpliciter intellectus sit altior & nobilior voluntate. Secundum quid autem & per comparationem ad alterum, voluntas inuenitur interdum altior intellectu, ex eo fieri 1.10.co. 9. *cet q obiectum voluntatis in altiori re inuenitur quàm obiectum intellectus. Sicut si dicere rem auditum esse secundum quid nobiliorem visu, inquantum res aliqua, cuius est sonus, nobilior est aliqua re cuius est color, quamuis color sit nobilior & simplicior sono. Vt enim*

Qu.16. art.1. & q.17.ar.4. *enim supra dictũ est*, actio intellectus consistit in hoc, quod ratio rei intellectæ est in intelligente, actus verò voluntatis perficitur ex eo q voluntas inclinatur ad ipsam rẽ prout in se est. Et ideo Philosophus dicit in 6. Metaph. q bonũ & malum, quę sunt obiecta volũtatis, sunt in rebus: verũ & falsum, quæ sunt* Lib. 6. Meta. tex. 8. to. 3. *obiecta intellectus, sunt in mente. Quando igitur res, in qua est bonum, est nobilior ipsa anima, in qua est ratio intellecta: per comparationem ad talem rem voluntas est altior intellectu. Quando verò res, in qua est bonum, est infra animã, tunc etiam in comparatione ad talem rem intellectus est altior voluntate. Vnde melior est amor Dei quàm cognitio, ècontrario autem melior est cognitio rerum corporaliũ q amor. Simpliciter tamen intellectus est nobilior quàm voluntas.*

AD primum ergo dicendum, quòd ratio causæ accipitur secundum cõparationẽ vnius ad alterum: & in tali cõparatione ratio boni principalior inuenitur, sed verũ dicitur magis absolutè, & ipsius boni rationẽ significat. Vnde & bonum quoddam verum est. Sed rursus & ipsum verum est quoddam bonũ secũdum quod intellectus res quadam est verum finis ipsius. Et inter alios fines iste finis est excellẽtior sicut intellectus iter alias potẽtias.

AD secundum dicendum, q illud quod est prius generatione & tẽpore, est imperfectius: quia in vno eodemque potentia tempore precedit actum, & imperfectio perfectionẽ. Sed illud quod est prius simpliciter & secundum naturæ ordinẽ est perfectius. Sic.n. actus est prior potentia. Et hoc modo intellectus est prior voluntate sicut motiuũ mobili, & actiuum passiuo. Bonum enim intellectũ mouet voluntatem.

AD tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de voluntate secũdum comparationem ad id quod supra animam est. Virtus.n. charitatis est qua Deum amamus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Simpliciter & absolutè loquendo intellectus est altior potentia, quam voluntas. Ratio. Obiectum intellectus vtpote simplicius & abstractiº est nobilius obiecto voluntatis, ergo.

¶ Secunda conclusio. Secundum quid & per ordinem ad aliquod obiectũ particulare voluntas est altior potentia, quàm intellectu. Rõ. Obiectũ voluntatis interdũ inuenitur in altiori re, q̃ sit obiectũ intellectus, ergo voluntas secundũ quid est interdum nobilior intellectu. Antecedens probatur. Nã obiectum voluntatis est in rebus; intellectus in anima, ergo est interdum in altiori re quam obiectum intellectus.

¶ Tertia conclusio. Amor Dei & rerum superiorum anima, perfectior est, qnam ipsa cognitio; ècontrario autem melior est cognitio rerum corporalium, quam amor.

COMMENTARIVM.

DIuus Thom. in hoc artic. supponit ex antedictis intellectum & voluntatẽ esse potentias realiter distinctas inter se, quod colligitur ex eius doctri. sup. q.77.arti.3. vbi definiuit illas potentias distingui realiter, q̃ habent diuersa obiecta formalia, & clarius. q.59.ar.2. vbi ex professo definiuit, q intellectus & volũtas in angelo, & in qualibet alia creatura rõnali sunt potentiæ realiter distinctæ. Hac ergo distinctione supposita inquirit, quæ potentia istarum sit alia perfectior.

DVbitatur primo circa primã cõclusionẽ. Vtrum ita sit, q intellectus sit perfectior voluntate simpliciter loquendo, & vtrũ ratio D. Tho. qua id probat sit bona?

¶ Videtur q non. Primo. Ratio D. Tho. nihil conuincit, ergo Antecedens probat. Vel D. Th. loquitur de obiecto intellectus & voluntatis secundũ rem, vel secundum rõnem. Non potest dici primum, qm̃ sm doctrinam traditã. q.3. & q.16. secundum rẽ nulla est dria inter bonũ & verũ & ens. Neq; põt dici secundũ, quoniam illa differentia secundum rationẽ non põt causare maiorem excellentiam realem in intellectu, quam in voluntate. Confirmatur. Bonum, quod est obiectum voluntatis, claudit in se totum quod ens & verum, & præterea addit aliquid amplius, ergo est præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantius, quam verum, & per consequens voluntas est præstantior intellectu. Antecedens probatur. Quia bonum supra verum addit existentiam rei appetibilis. Consequentia uero probatur. Quia ideo dicimus, quòd homo est præstantior, quâ anima, & quod totum est præstantius quam pars, quoniam totũ includit id, quod pars & aliquid amplius. ¶ Arguitur secundo. Voluntas respicit ut proprium obiectũ finem ultimum omnium potentiarum, & rerum, ergo absolute est præstantior. Antecedens probatur. Quia finis ultimus idẽ est, quòd summum bonum, quod est obiectum voluntatis. Consequentia probatur. Quoniam sicut Aristote. docuit 1. ethico. c. 1. & D. Tho. supra q. 1. artic. 5. inter artes illa est præstantior, quæ habet pro obiecto finem omnium aliarum artium. Item etiã inde probat D. Tho. 2. 2. q. 23. art. 6. 7. & 8. quòd charitas est absolute præstantior cæteris virtutibus, quoniam habet pro obiecto finem aliarum virtutum.

¶ Arguitur tertio. Voluntas mouet intellectum ad consequutionem finis, ergo est præstantior illo. Antecedens docet D. Tho. articulo sequenti, vbi probat, ꝙ voluntas mouet intellectum ad actualem operationem, & cõsiderationẽ illorũ, ad quæ antea erat in actu primo. Consequentia probat. Qm̃ generalis regula Aristotelis est, ꝙ mouens est præstantius moto, sicut sæpe iam diximus ex Aristo. 3. de anima text. 19. & ex Diuo August. 12. super Genes. ad literã. c. 16. ꝙ agens est nobilius patiente.

¶ Arguitur quarto. Illud, quod est præstantius respectu nobilissimi obiecti, est p̃ stantius absolute & simpliciter, sed voluntas est præstantior respectu Dei, qui est potissimum obiectum volũtatis, ergo absolute est præstantior. Minor conceditur à D. Tho. in hoc articulo cõclusione. 3. Consequẽtia probatur. Qm̃ secundum regulam Arist. 12. Met. tex. 2. & 7. illud quod est primum in aliquo genere, est mensura aliorũ quæ pertinent ad illud genus. Confirmatur. Qm̃ voluntas perficitur virtute nobiliori, quàm intellectus: nam uoluntas perficitur virtute charitatis, quæ est nobilissima omnium virtutum, quæ sunt in intellectu, vt docet D. Thom. in 1. 2. q. 66. arti. 6. & 2. 2. q. 23. art. 6. colligit ex illis verbis 1. Cor. 13. Maior autẽ horum est charitas.

¶ Arguitur quinto. Per operationẽ volũtatis fit homo bonus simpliciter, non autẽ per operationem intellectus, vt etiam docet D. Tho. in eadem 1. 2. q. 58. art. 2. & D. Aug. lib. 21. de ciuit. c. 28. vbi dicit; Non dicitur vir bonus, qui cogitat bonũ, sed qui diligit illud. Et potest etiã colligi ex illo 1. Cor. 13. Si habuero Prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam; charitatem autem nõ habuero &c. Confirmatur. Quoniã voluntas est potentia multo magis libera, quam intellectus; id autem, quod perfectius est in homine vt homo est, perficitur ex libertate arbitrij in sua operatione, ergo. ¶ Arguitur sexto. Illa operatio est perfectior, cuius contraria est peior secundum regulam Arist. 7. ethico. c. 1. quòd pessimum opponitur optimo, sed odium Dei formale, quod contrariatur actui charitatis, est maximum omniũ peccatorũ, ergo ipse actus charitatis, qui pertinet ad voluntatem est perfectissimus omnium actuum, & ex consequenti voluntas erit perfectior intellectu.

¶ Arguitur septimo. In homine potẽtiæ intellectiuæ proportionantur sensitiuis, & e contra sensitiuæ intellectiuis, sed appetitus sensitiuus est præstantior, quam extimatiua, ergo voluntas est nobilior, quam intellectus. Probatur minor. Quoniam appetitus sensitiuus est potẽtia receptiua virtutum & vitiorum, extimatiua vero vel cogitatiua non est subiectum uirtutis vel vitij, ut expresse docet D. Tho. 1. 2. q. 56. arti. 4. & 5. vbi ponit uirtutes in appetitu sensitiuo, & negat illas in cogitatiua.

¶ Præter hæc argumenta sunt alia multa, quæ possent adduci pro ista parte; sed illa pertinent ad alias materias, in quibus est dissensio inter D. Thom. & Scotum circa intellectum & voluntatem, & actus harum potentiarũ. Videlicet, argumenta, quibus multi contendunt probare, quòd beatitudo essentialiter consistat in actu uoluntatis, & non in actu intellectus. Quæ argumenta solui solent in 1. 2. q. 3. art. 4. Præterea, illa argumenta, quibus alij niuntur ptobare, quòd imperiũ nõ sit actus elicitus ab intellectu sed a volũtate, de quibus agi solet in eadẽ 1. 2. q. 17. ar. 1. Deniq; illa argumenta quibus conantur alij probare, ꝙ virtutes morales sunt absolute præstantiores, quam intellectuales, de quibus in eadẽ 1. 2. q. 66. art. 3. Notanda sunt etiam optima argumẽta, quę D. Tho. affert pro hac eadem parte, hic, & in 3. di. 27. q. 1. arti. 4. & quæll. 22. de veri. art. 11. in argumentis, sed contra.

IN hac quæstione sunt duę celebres sententiæ. Prima est, quam tenet Scotus in 4. d. 49. q. 4 qui tenet sententiam negatiuã, & contrariam D. Tho. ꝙ uolũtas absolute & simpliciter sit præstantior, quam intellectus. Ioan. Maior. in eadẽ d. q. 5. postquam disputauit quæstionem pro utraq; parte & soluit argumenta utriusq; sententię, tandẽ concludit, ꝙ sentẽtia Scoti est ꝓbabilior. Et ante hos autores docuit expresse hanc sententiã Henricus quodlibeto 1. q. 14. & in eandem videtur declinasse Ægydius quodl. 3. q. 19. & alij Theologi. ¶ Secunda sententia affirmatiua, est D. Tho. in hoc articulo, & locis citatis, ꝙ absolute & simpliciter loquendo intellectus est præstantior, quàm uoluntas. Hanc sententiam sequuntur multi Theologi in 4. d. 49. Durand. q. 4. Palud. q. 3. & eandem docet ut ueriorẽ Abulens. Matth. 5. q. 33. ad octauũ, & Buridanus. 10. ethi. q. 4. & est perpetua doctrina omnium discipulorum D. Tho. Ac uerio Martinus Nauarro vir in iure Pontificio doctissimus in Manuali præludio. 3. nu. 7. dicit, ꝙ ex istis duabus sentẽtijs quęlibet illarum potest facile defensari.

¶ Sit prima cõclusio. Hæc secunda sentẽtia D. Tho. quæ asserit intellectum simpliciter & absolutè esse per fectiorem uoluntate, est a nobis tenenda, & multo probabilior & uerior, quàm prima. Hæc conclusio probatur primo. Illa potentia animæ est absolute & simpliciter perfectior, ad quam pertinet directio & imperium supra omnes alias potentias; sed imperium est actus & intellectus & non voluntatis, ergo. minor definitur à D. Tho. 1. 2. quæst. 17. arti. 1. & est sententia Philosophorum. Cicero. libro 1. officiorum docet, quòd ratio præcipit & appetitus obtemperat, & cõparat rationem pedagogo, & appetitum puero. & 6. ethico. capi. 10. docet, quòd ad prudentiam pertinet præcipere actus virtutum. Certum est autem, quòd prudentia pertinet ad intellectum. Confirmatur. Potissimus actus legis est dirigere & præcipere actus uirtutum, sed lex ad ad intellectũ pertinet & non ad uoluntatem, ergo. Minor ostenditur à D. Thom. 1. 2. quæst. 90. articu. 1. & uidetur etiam maxime consona cum Scriptura. Dicitur enim Prouerb. 6. Lucerna mandatum est, & lex lux; constat uero, quòd lux pertinet ad intellectũ. Secundo. Bonitas uoluntatis in suis actionibus dependet necessario ex ordine, & subiectione ad rationem, ergo ipsa ratio est præstantior, &c. Consequentia patet, quoniam illud, quod est regula & mensura uoluntatis, est præstantior uoluntate. Antecedens probatur ex D. Augu. lib. de libero arbit. capi. 8. ubi docet, quòd tunc homo est bene ordinatus, quando ratio in illo dominatur; & libro 1. contra Academicos capitu. 2. docet, quòd illud est optimũ in homine, quòd rationi dominanti obediant cætera quæ in ipsa sunt. Et Aristote. 1. ethico. cap. 3. docet, quod ille qui appetitiones suas rationi facit obedientes, consequitur fructum. Tertio. Illa potentia est præstantior, cuius actio in homine est beatitudo essentialis; sed huiusmodi est actio intellectus & non uoluntatis, ergo. Maior patet ex Aristote. 1. ethi. cap. 6. & 7. ubi docet, quòd beatitudo est in parte præstantissima, ad quam pertinet regere & imperare. Minor probatur ex Aristote. libro 10. ethico. capitulo 7. & 8. ubi docet, quòd beatitudo consistit in contemplatione, & id docuerat 1. ethi. capitulo 13. Di. Thom. illa quæstione 22. de uerit. articulo 11. ad 12. adhiber solutionem huic argumento, quòd Aristote. loquitur de intellectu secundum quod importat partem intellectiuam, & includit etiam ipsam uoluntatem. Quod si uera est hęc solutio; nullam uim habet hoc argumentum. Cæterum non potest stare cum testimonio Aristote. quia expresse intendit docere, quòd beatitudo consistit in actu contemplationis & cogitionis, non uero in actione alicuius appetitus. Vnde in ipso libro

Universidad de Deusto
Biblioteca

10.capitulo 5.probat,quòd beatitudo non
potest consistere in delectatione voluntatis. Quapropter statim adhibet aliam solutionem, quòd Aristotel. loquitur de intellectu secundum se considerato & non vt dicit ordinem ad hoc vel illud obiectum, & in hoc sensu est excellentior voluntate. Quartò. Vita contemplatiua est nobilior quàm actiua, vt docet D.Thomas.2.2.quæstio.182.articulo.1.quòd probat ex illo Lucæ. 10. Optimam partem elegit Maria, & ex Diu.Gregor.6.morali. capit.28.& homil.3. super Ezechiel. & ex Aristotel.10.ethic.c.7. & 8.sed vita contemplatiua pertinet ad intellectum, actiua vero ad voluntatem, ergo.

¶ Ad hoc etiam argumentum respondet Diuus Thomas in loco citato ad vndecimum, quòd voluntas non excluditur à vita contemplatiua, & propterea eminentia huius vitę nihil præiudicat voluntati. Et Scotus. quæstione. 4. ferè eodem modo respondet ad loca Aristotelis,quòd non distinguit in eiusmodi contemplatione intellectum à voluntate. Sed hæc solutio non est sufficiens vt diximus in tertio argumento. Quintò probatur conclusio. Illa potentia animæ est præstantior, quæ est magis intima ipsi substantiæ animę: sed intellectus est intimior animæ quàm voluntas,ergo. Maior patet,quoniam illud quod magis accedit ad substantiam animę, est præstantius. Minor probatur ex Diu. Thom. suprà. quæstione. 19.articul.1.& quæstio.79 articul.1.ad 3. vbi dicit, quòd voluntas consequitur adintellectum:&in hoc articul.ad secundum insinuat optimè id,quod generaliter docet.quæstio 77.articul.7.quòd intellectus in generatione voluntatis habet rationem principij actiui. Ex quo colligitur benè, quòd intellectus est præstantior. Confirmatur. Quia ipsa anima vocatur intellectiua à nobiliori potentia sua,vt docet Diu.Thom. suprà.quæstione.79.artic.1.ad primum,& adducit locum ex Aristot.1.de anima text.65 ꝙ intellectus est substantia quædam.

¶Secunda conclusio.Ratio, qua D. Th. probat suam conclusionem,est optima.Ratio autem est huiusmodi.Verum, quod est obiectum intellectus, est multò præstantius in ratione obiecti, quam bonũ, quòd est obiectum voluntatis, ergo etiam intellectus est præstantior voluntate. Probatur consequentia. Quia excellẽtia & perfectio potentiæ attenditur penes obiectum,vnde sumit essentiam specificam. Antecedens probatur. Quia verum est obiectũ abstractius & simplicius,quàm bonum; quia verum importat rationem, & quidditatẽ rei abstrahendo ab existentia & singularitate, & à qualibet alia determinatione: bonum vero dicit ipsam rationem rei simul cum existentia & cõditionibus singularibus.Vade D.Thom suprà.quæst.5.artic. 1. ad 1.dixit,ꝙ multo plus requintur, vt aliquid sit simpliciter bonum, quam vt dicatur simpliciter ens.Hæc est ratio D. Tho.Autores autem oppositæ sententiæ, quos suprà citauimus,& simul cum eis Richardus 2. dist. 24.ar.1.q.5.& 4.dist.49.arti.1.q.7. asseueranter tenent sententiam Scoti, non penetrantes vim huius rationis D.Thom.existimantq; potius esse dicendum oppositum, ꝙ bonum est multò præstantius obiectũ, quàm verum;& consequenter,ꝙ voluntas est præstantior intellectu. Quapropter ad explicationem D.Tho.& per solutione argumentorum oportet quædam notare,maximè ex doctrina Caietani, qui in his commẽtarijs egregiè & dilucidè explicuit mẽtem D. Thom.& veritatem; tametsi quidam ex innioribus dicant Caietanum hoc suo commentario potiùs obscurasse,quàm illustrasse D.Tho in quo certè maximè fallantur,vt patebit ex his,quæ dicemus.

¶Est ergo notandum primo,quòd consideratio potentiæ in ordine ad obiectum formale & adæquatum est consideratio illius secundum se & simpliciter, eo quòd potentia per ordinem ad tale obiectum, sumit suam naturam specificam; consideratio vero potentiæ in ordine ad obiectum materiale,& inadæquatum, est consideratio illius secundum quid, & in ordine ad alterum,verbi gratia. Si quis consideret bonum non formaliter, & secundum se,sed vt reperitur in causa finali,quę est prima & potissima causarum,aut secundum quod reperitur in Deo & in angelis secundum quam considerationem hoc bonum comparatum ad voluntatem præ-

stantius est quàm verum quod noster intellectus apprehendit de huiusmodi rebus superioribus propter rationem,quam D.Th. assignat in articulo, quæ doctrina est adnotanda propter solutionem ad primum D. Tho.¶Secundo notandum,quòd sicut diximus q.77.art. 3. quod intellectus & voluntas sunt potentiæ realiter distinctæ; quamuis uerum & bonum, quæ sunt obiecta ipsarum,non differant secundum rem, sed secũdum rationẽ.Eodẽ modo dicimus in præsenti,ꝙ intellectus est potentia realiter perfectior,quàm voluntas,& non solũ formaliter, quãuis uerũ, ꝙ est obiectũ intellectus,nõ sit præstãtius & abstractius realiter quàm bonũ, sed solum secundum rationem.Cõsistit ista maior abstractio(vt Caiet. explicat optimẽ)pœnes hoc,ꝙ uerũ importat ipsam rationem, & quidditatem rei abstrahendo ab existentia actuali, & alijs conditionibus singularibus:bonũ vero importat ipsam quidditatem rei simul cum actuali existentia aut in re aut in specie.Vel,sicut alijs uerbis explicat Ferrar.1. cõt.gẽt.c.38.importat quidditatem rei simul cũ existẽtia, vel in actu exercito vel saltẽ in actu signato, qm importat existentia rei actu existentis, vel quæ speratur futura,vel quæ intelligitur & significatur futura.Certũ est aũt,ꝙ ipsa quidditas rei cõsiderata secũdum se,& vt abstrahit ab existẽtia,multo simplicior est ipsa secundũ, ꝙ comũgitur cũ existentia, atq; adeò multo perfectior est secundũ ꝙ est obiectũ intellectus, quàm secundũ ꝙ est obiectum uoluntatis.¶Quod si quis obijciat.Quidditas simul cum existentia est multo melior, quã sine existentia, ergo fundamentũ D. Tho.est falsum. Probatur antecedẽs.Quia quidditas cũ existẽtia habet esse actuale & reale,quidditas uero abstracta ab existentia tantũ habet esse in potentia uel esse cognitum.Respondetur,ꝙ vt Caiet.docet optimẽ in solutione ad argumẽta Scoti cõtra conclusionẽ huius articuli, dupliciter põt intelligi,ꝙ unũ sit perfectius altero,aut in esse rei aut ineſe obiecti. Et qdẽ ineſse rei pstãtior est res existẽs q illa,q abstrahit ab existentia; quoniam res existens habẽt esse reale & esse in actu; illa vero, quæ abstrahit ab existẽtia, habet esse in potentia aut tãtum esse intelligibile. Cęterum in esse obiecti multo perfectior est quidditas,quæ abstrahit ab existentia, quam est obiectum simplicius,& quod modo abstractiori terminat potentiam. Quemadmodũ Petrus in esse rei perfectior est, quàm homo in communi propter rationẽ modo assignatam: cæterum in esse obiecti multo perfectior est homo in cõmuni,quã Petrus qui nõ potest esse obiectũ intellectus proprie,sed sensus: homo vero in communi est obiectũ intellectus,& directe terminat actionem eius, quia secundum regulã Arist.1.Physic.text.49.& 2.de anima text. 60.sensus est singularium; intellectus vero vniuersaliũ. Ex hoc patet, ꝙ ratio boni simul cum existentia est præstantior in esse rei:cæterum ratio & quidditas boni,quę abstrahit ab existentia, perfectior est in ratione obiecti, & hoc modo pertinet ad intellectum.

AD primum argumẽtum cum eius cõfirmatione patet solutio ex his, quæ notauimus. Ostendimus enim quod ratio boni secundum quòd abstrahit ab existentia, & refertur ad intellectum,præstantior est in ratione obiecti seipsa,vt includit existentiã, quę refertur ad voluntatẽ: & hoc sufficit, vt obiectũ intellectus sit præstantius, quã obiectũ volũtatis in ratione obiecti, licèt in esse rei obiectũ ut uolũtatis sit nobilius, quam obiectũ intellectus, quod per accidens est ad inferendã maiorẽ perfectionẽ potentię.¶Ad secundum respõdetur primo,ꝙ sicut ostẽditur in 1.2.q.9.art. 1.volũtas mouet intellectũ in genere causæ efficientis applicãdo illũ ad exercitium intellectus vero mouet voluntatẽ in genere causæ formalis & finalis illuminãdo & dirigendo illã, & etiam imperando,quod genus motionis multo prestãtius est.Quã solutione latius prosequitur Ferr.in 3.cõt. gent.ca.26.ad argumeta Scoti. Respondet secundo cum Caiet.suprà q.26.artic. 2. ad argumenta Scoti,quòd hoc argumẽtũ probat uolũtatem esse prestantiorem intellectu secũdum quid,uidelicet,in ratione mouentis tantum; cum quo tamẽ stat,ꝙ ipse intellectus absolutè & simpliciter sit prestantior uoluntate, quoniã superat illã ex parte obiecti formalis.Certum est autẽ,ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

potissima excellentia potẽtiarum desumitur ex præstantia obiecti formalis, à quo desumitur etiam species & essentia ipsarum potentiarum. Explicatur hęc solutio hoc exemplo. Color secundum quod mouet potentiam visiuam producendo in illa speciem sensibilẽ, præstantior est ipsa potentia visiua secundum quid in ratione mouentis, cum quo tamen stat, quòd absolute, & simpliciter ipsa potentia uisiua sit præstantior secundum suam essentiam. Legatur D.Tho.in q..22. de verit.art.11. ad argumenta secundo loco. ¶Ex quo patet ad tertiũ. Nam tantũ probat voluntatẽ esse prestantiorẽ secundum quid inquantũ mouet intellectũ ad exercitiũ, quã præstantiam secundum quid voluntatis supra intellectum, etiam concedit hic Di. Tho. cõclusione 2. & 3. ¶Ad quartũ respondet, ꝙ absolutè loquendo etiam respectu Dei melior est visio quam amor, quòd lumen glorię quam charitas, & intellectus quam uoluntas. Cæterum in uia præstantior est amor quam cognitio, & quantum ad modum attingendi ipsum Deum præstantior est voluntas quam intellectus: de quo in dubio sequenti plura dicemus. Ex hoc autem solũ potest colligi, ꝙ voluntas sit præstantior secundum quid, q̃ intellectus, ex quo patet ad confirmationem.

¶ Ad quintum respondetur, quòd in via quidem per habitus virtutum moralium dicitur homo bonus simpliciter potius quam per habitus virtutum intellectualium, sicut D.Tho. docet in 1.2.q 66. art. 3. ad secundum. At vero in patria per lumen gloriæ & visionem beatificam dicitur homo bonus simpliciter non excludendo charitatem & cæteras virtutes, quæ consequuntur ex ipsa visione. Respondetur secundo, quòd quemadmodum perfectior est in scientia qui nouit conclusiones quàm qui nouit principia, quoniam qui scit conclusiones, supponit principiorum cognitionem: ita melius & nobilius est dispositus, qui secundum volũtatem est perfectus, quin potius non dicitur simpliciter bonus nisi is, qui voluntatem perfectã habet, etiam si nouerit omnem scientiam. Quòd ex eo est. Quia q bonã voluntatẽ habet, similiter bonum & perfectũ habet intellectum aliqua cognitione, non tamen è contra: & quia bonũ consurgit ex integra causa: inde est, vt non sit simpliciter bonus secundum perfectionem intellectus. Ad confirmationem respõdetur primo, quòd non ideo potentia uel operatio est perfectior, quia est magis libera, imo vero naturale est perfectius libero. v.g. Deus eodem amore diligit se & creaturas, & in ordine ad Deum ille amor est necessarius, & naturalis, in ordine uero ad creaturas est liber. Certum est aũt, ꝙ præstantior sit secũdum ꝙ naturalis est. Præterea, eadem charitas, quæ erat in uia, manet in patria & in via est libera, in patria autem est necessaria; certum est tamen quòd multò perfectior est in patria, quàm in via. Respondet secundo, quòd libertas uolũtatis causatur ex indifferentia iudicij intellectus, atque ideo in ipso intellectu est tanquam in radice & in causa, quamuis in uoluntate sit formaliter tanquam in subiecto, vt ostendemus quæstione sequenti art. 3. & docet D.Thom.in 1.2.quæst.17.art.1. ad secundum. Quapropter etiam ex parte intellectus est præstantior voluntate, sicut causa est præstantior suo effectu.

¶Ad sextum respondetur primo ex doctrina Caietani in 1.2. quæst. 73. articulo 4. circa solutionem ad tertium, quòd illa propositio Aristotelis solum uerificatur in illis, quæ habent contrariũ: quapropter nõ habet locum in uisione beatifica & lumine gloriæ, quibus propter suam maximã perfectionem nihil est contrarium. Respõdetur secundo cum Ferr.in illo cap.26. citato, quod si cõparatio fiat sicut debet fieri, videlicet inter priuationẽ visionis beatificæ, & inter priuationem amoris diuini, maius malum est priuatio uisionis beatificæ, quàm priuatio amoris diuini: quoniã priuatio uisionis beatificę priuat multo maiori bono. Et quãuis Hericus quodlibeto 10. q. 13. qui opinatur amorẽ esse præstantiorem visione, consequenter doceat, priuationem amoris esse maius malũ; tamẽ in hoc apparet illum decipi, ꝙ apud Theologos priuatio visionis beatificę assignatur maximum malum pœnæ damni. ¶Sed animaduertendum est illud, quod insinuat Caietanus in 2.2.q.142.art. 3. circa

3. circa solutionem ad primum, quòd quãdo dicimus priuationem maioris boni esse maius malũ, debet intelligi formalissimẽ, videlicet, ex ea parte tm, qua priuat maiori bono, cum quo tũ stare potest, ꝙ priuatio minoris boni sit maius malũ ex aliquo sibi adiuncto. v.g. priuatio potẽtię visiuæ, vt sic, maius malum est, quam sit priuatio sensus tactus ex ea parte, qua priuat sensu perfectiori; si uero consideretur priuatio tactus ex ea parte, qua habet adiunctam priuationem temperamẽti necessarij ad vitam animalis conseruandam, multo maius malum est priuatio tactus. Eodem modo dicimus, quòd priuatio uisionis beatificæ ex ea parte, qua priuat visione beata, maius malum est, quàm priuatio amoris diuini: cæterum si consideretur priuatio amoris diuini secundum ꝙ habet adiunctum peccatum odij Dei maius malum est. Ex hoc tamen nõ sequitur, ꝙ ipse amor sit præstãtior, q̃ visio beatifica. Tertia solutio est, ꝙ illa maxima Aristotelis est topica & probabilis, non tamen semper est vera; habet enim plures instantias. Prima est quoniam secundum doctrinam Scoti, quam sequitur etiam Durandus in 3. dist. 30. quæstione 2. præstantior est dilectio inimici, quàm dilectio amici, & tamen non ideo maius malum est odiũ inimici, quam odium amici, sed potius econuerso. Secunda instantia est, quod secundũ ipsum Aristotelem in 2. Topic. cap. 4. Melior est bona habitudo corporis, quàm saniras: ex hoc tamen non sequitur, ꝙ peior fit mala habitudo corporis, quàm infirmitas. Vide Iauellum in 1. Metaph. quæstio. 5. dub. 2. ¶Ad septimum respondetur primo negando minorem. Imo vero extimativa vel cogitatiua est absolutè præstãtior quam appetitus sensitiuus: quoniã cogitatiua mouet illum per modum finis illuminando, & dirigendo illum. Quòd uero in cogitatiua non sint uirtutes; aliunde proueniũ, quod D.Tho. explicat in illa q. 56. arti. 5. Neque illa consequentia est alicuius momenti, sicut non sequitur, ꝙ quia anima non est immediatum subiectum uirtutis, potentiæ sint præstantiores illa, in quibus immediate subiectantur uirtutes. Respondetur secundo & melius; quòd est maxima differentia inter potentias sensitiuas & intellectiuas; quia potentię sensitiuæ brutorũ ita se habẽt, ꝙ apprehensiuæ ordinantur ex natura sua ad perficiendum appetitum boni sensibilis. Cæterum in potẽtijs intellectiuis ẽcõtra res se habet, ꝙ volũtas ordinatur ad perficiendã cognitionem Dei, per quam attingitur finis vltimus ipsius animæ, quo beatificatur. Vnde D.Th.1.2.q.4.ar.2.ad secundum, assignãs hoc discrimen inter appetitum sensitiuum & intellectiuum, colligit inde, quòd in beatitudine, multo præstantior est visio quam delectatio.

DVbitatur secundò. Vtrum dicendum sit absolutè, ꝙ volũtas est perfectior intellectu secundum quid: ita quod in omni statu sit hoc modo perfectior; an vero solùm in uia habeat hanc maiorem perfectionem secundum quid?

¶In hoc dubio inuenio duas sententias diuersas inter discipulos D. Tho. Etenim Caietan. in hoc articulo circa solutionem ad 3. & in 1.2.q.3.artic. 4. & communiter discipuli D.Tho. post Capr. in 1.dist.1.q.1. ad argumenta contra sextam cõclusionẽ, & in 4.d.49. q.2. ad argumenta contra secundam conclusionem opinantur, ꝙ volũtas solùm in uia habet hanc excellentiã secũdum quid supra intellectũ, nõ aũt in statu beatifico. Ratio illorum est: Qm̃, sicut D.Tho. dicit in articulo, intellectus cognoscit trahendo res ad se, voluntas vero quando appetit fertur ad res vt sunt in seipsis. Cum ergo in statu uię cognoscamus Deum per species creatas, uoluntas vero amando feratur in ipsum vt est in se; cõsequẽs est manifestũ, ꝙ uoluntas nobiliori modo attingit Deum in hac via, q̃ intellectus: quoniam Deus nobiliori modo est in seipso, quam in nostro intellectu. At vero in patria aliter Philosophãdũ est, quoniam ibi non cognoscitur Deus per speciẽ creatam, sed per ipsam diuinã essentiam vnitã intellectui beatorũ loco specierũ, vt explicatũ est q.12.art.2. Ex quo sequit, quòd idem est Deũ cognosci secundũ ꝙ est in se, & secundùm ꝙ est in intellectu beatorum. Vnde etiam ipse intellectus fertur in Deum secundùm quòd est in se, secundum illud Ioã. 3. Videbimus eũ sicuti

Universidad de Deusto
Biblioteca

est atque adeo in patria, neque secundum quid voluntas est præstantior intellectu.

¶Nihilominus tamen Ferr.in 3.contra gent.c.26.circa finem,opinatur hanc sententiam non esse ad mentem D. Th.quod probat duplici argumẽto.Primo. Quoniã D.Tho.in hoc art.3.& in q.22.de verit.ar. 11.absolute docet, quòd dilectio Dei est perfectior, quàm cognitio ipsius,neq; distinguit de cognitione uel dilectione Dei in via aut in patria,ergo distinctio Caiet. non est ad mentem Diui Thomæ. Secundo probatur D.Tho.infra quæst.108.arti. 6.ad tertium docet, quòd rectè Seraphin constituti sunt in altiori gradu supra Cherubin, propterea quòd dilectio Dei præeminet eius cognitioni; sed D. Tho.ibi loquitur non in via sed in patria, ergo ẽt in patria dilectio est præstantior. Probat minor.Quoniam vt D.Tho. insinuat in eadẽ quæst.108.art. 4.& apertius docet in 2 distinct.5.quæst.2. art.2.ad tertium, gradus & ordines angelorum distinguuntur secũdum gradum in præmio essentiali. Existimat ergo Ferrar. propter hæc argumenta, ꝙ secundum mentem D. Tho. dicendum est,quòd dilectio Dei est præstantior secũdum quid & quantum ad modum attingẽdi ipsum Deum, quàm cognitio Dei ẽt per visionẽ beatificã. Et ad argumentum prioris sententiæ respondetur, quod Deus secundum quòd terminat actum visionis beatificę, imperfectiori modo se habet, quam dum terminat actum dilectionis. Nam actum dilectionis terminat secundũ quòd est in seipso actum uero visionis secundùm quòd est in intellectu beati aliquo modo.Certum est autem, quòd Deus nobiliori modo est in se ipso quàm in intellectu beati.¶Ad cuius rei maiorem explicationem animaduertit Ferr. quòd esse Dei,qui est in intellectu alicuius beati, potest considerari dupliciter.Primo.Secundũ ꝙ comparatur ad ipsam diuinam essentiã quæ in illo intellectu habet uim speciei: & secundum hanc considerationem illud esse diuinum nõ est perfectius in seipso, ꝙ in intellectu beato. Cuius rõ est, quoniam sicut docet D.Th.in q.8.de ver.ar.2. ad quartum & artic. 4.ad secundum.& in 4.distinctio.49.quæstio.2.artic.5.ad quartum. Essentia diuina non vnitur intellectui creato secundùm proprium modum ipsius essentiæ, sed potius secundum mensuram & modum ipsius intellectus:similiter etiã ipse intellectus non vnitur diuinæ essentiæ secundum totum modum ipsius essentiæ.Quoniã ergo diuina essentia perfectius esse habet in seipsa,quàm in intellectu beati secundùm ꝙ comparatur ad ipsum intellectum:& aliunde cognitio fit secundùm quòd ipsum intelligibile est in intellectu actuans ipsum in esse intelligibili : dilectio vero terminatur ad ipsum Deum secundùm ꝙ est in se, & non secundum quòd est in intellectu beati : consequitur,quòd etiam in patria secundùm D. Tho. dilectio est præstantior secundum quid,quàm visio,inquantum nobiliori modo attingit ipsum obiectum secundum ꝙ est in se,&c. ¶Hæc sententia Ferrar.est tatis probabilis & acutanec uidetur aliquod inconueniens in doctrina D. Tho.quòd in patria uisio sit nobilior simpliciter, quàm dilectio: & nihilominus dilectio sit secundum quid nobilior quam uisio,propter assignatã rationem.¶Cæterum sententia Caietã. & Capreoli est etiam satis probabilis propter rationes illorum.Et ad argumenta Ferrar.potest responderi,quòd D. Tho. in locis, quæ ipse refert, nunquam contulit dilectionem Dei cum uisione ipsius per essentiam,sed cum cognitione Dei abstracte,vel cum cognitione in via.¶ Vnde ad primum argumentum respondetur, quòd D.Tho.in hoc artic.in solutione ad tertiũ, aperte uidetur contulisse dilectionem cũ cognitione Dei in uia, nam proposuit in argumento tertio,illud testimonium 1.ad Corinth.13.Si habuero omnem fidem,& nouerim mysteria omnia, & charitatem non habuero,&c.ꝙ testimonium manifeste loquitur de cognitione in uia.¶Ad secundum argumentum respondetur primo ꝙ etiam in illa quæst.108. D.Tho. solum contulit dilectionem cum scientia, ut patet in argumento tertio.Secundo respondetur,ꝙ illa solutio D.Thom. est optima doctrina ad explicandum illam congruentiã D.Dionysij, propter quam Seraphin constituti sunt in supremo ordine: ad quam congruentiã satis fuerit, quòd dilectio sit perfectior secũdùm quid, quam cognitio. Et quòd ista fuerit tatum congruentia ex eo patet,ꝙ secundum D.Thom.& propriè loquendo,idcirco Seraphin constituti sunt in supremo gradu ; quoniam non solum habent eminentem scientiam Dei, sicut Cherubin : sed etiã excellunt illos in amore & ardore : ita vt possint non solum illuminare,sed etiam inflammare.

CIrca solutionem ad primum,Caie.vtitur longa Metaphysica obscura, potissimè circa hoc quod D. Tho. docet, quòd verum est nobilior finis in ordine ad intellectum, quàm bonum in ordine ad voluntatem . Sed vt hanc rem explicemus , notandum est primo,quòd bonum potest accipi dupliciter.Primo obiectiuè, videlicet, pro ipso obiecto potentiarum, ex quo desumunt bonitatem & perfectionem , sicut desumunt speciem ; in qua consideratione obiectum voluntatis est bonum sub ratione communi,sicut obiectum potentiæ visiuæ est color sub ratione communi : obiectum uero intellectus est quoddam particulare bonum contentum sub bono in cõmuni, sicut species sub genere, vt ipse Di. Tho.docet in hac solutione ad primum,& in art.4.ad primum. Secundo potest accipi pro bono formaliter,videlicet,pro illa bonitate & perfectione,quam potentia desumit per ordinem ad suum obiectum : in qua consideratione bonitas voluntatis nõ est aliqua uniuersalis perfectio, sed potius particularis quædam perfectio distincta a perfectionibus aliarum potentiarum : & ciusmodi bonitas seu perfectio est inferior ad bonitatem seu perfectionem ipsius intellectus : quemadmodum & ipsa voluntas est inferior intellectu.Ex quo colligitur, quàm rectè dixerit Di. Thom.ꝙ verum inquantum est perfectiuum & finis intellectus, est præstantius,quàm bonum inquãtum est perfectiuum & finis voluntatis . ¶Secundo notandum est id, quod etiã adnotauit Caiet.in 1.2.q.3.ar.4. in fine Commentarij,quòd voluntas potest considerari à nobis dupliciter . Primo. Secundum ꝙ est potẽtia quædam particularis condistincta ab aliis potentiis hominis : & secundũ hanc considerationem appetitu quodã naturali non elicito magis inclinatur in suum propriũ bonum & perfectionem,quàm in bonum & perfectionem intellectus.Secundo.Quatenus est appetitus & inclinatio totius hominis, vt supra diximus,& secundũ hanc considerationẽ magis inclinatur in illud, quod est maius bonum & maior perfectio ipsius hominis. Cum ergo bonitas & perfectio intellectus sit præstantior in ipso homine:consequens est,ꝙ ipsa voluntas magis inclinetur appetitu elicito in illam perfectionem,quàm in propriũ bonum, atq; adeo saluatur optimè , ꝙ ẽt respectu voluntatis verum & perfectio intellectus , est nobilior finis,quã bonum & perfectio voluntatis. Magis.n.appetit voluntas visionem beatificam, quàm amare Deum , qm̃ per illam visionem perfectius assequitur homo vltimum finem , quem maximè desiderat,& vt bene ẽt dixit Magister Soto in 4.d.49.q. 1.ar.3. visio beatifica est finis , in quo non solum intellectus, sed etiam ipsa voluntas conquiescit .

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm voluntas moueat intellectum .

AD QVARTVM sic proceditur,videtur ꝙ voluntas nõ moueat intellectũ. Mouens.n.est nobilius & prius moto,quia mouẽs est agens. Agens autem est nobilius patiente, vt Augustꝰ dicit 12. super Genes.ad liter.* & Philosophus in.3.de Anima.* Sed intellectus est prior & nobilior voluntate , vt supra dictum est. * Ergo voluntas non mouet intellectum.

¶ 2. Præterea.Mouens non mouetur à moto,nisi forte per accidens. Sed intellectus mouet voluntatẽ : quia appetibile apprehensum per intellectum est mouens non motum: appetitus autem mouens motum. Ergo intellectus non mouetur à voluntate.

¶ 3. Præterea . Nihil velle possumus nisi sit intellectũ . Si igitur ad intelligendũ mouet voluntas volendo intelligere , oportebit quod etiã illud velle præcedat aliud intelligere: & illud intelligere aliud velle: & sic in infinitũ, quod est impossibile . Non ergo voluntas mouet intellectum.

410 1.2.q.9. art.1.& 9.14.ar. 1.Et vei. q.14.ar. 1.& 2. Et q.22. art.11. * Li.12. sup Ge. c.16.t.3. * Lib.3. de ani. text.19. to.3. *Ar.pc.

SED

Universidad de Deusto
Biblioteca

SED contra est, quod Damas. dicit, q in nobis est percipere quamcunque volumus artem, & non percipere. In nobis autē est aliquid per voluntatem: percipimus autem artes per intellectum. Voluntas ergo mouet intellectum.*

RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur mouere dupliciter. Vno modo per modum finis, sicut dicitur quòd finis mouet efficientem. Et hoc modo intellectus mouet voluntatem: quia bonum intellectum est obiectum voluntatis, & mouet ipsam vt finis. Alio modo dicitur aliquid mouere per modum agentis, sicut alterans mouet alteratū, et impellens mouet impulsum. Et hoc modo voluntas mouet intellectum, & omnes animæ vires, vt Ansel. dicit in lib. de similitudinibus. Cuius ratio est, quia in omnibus potētijs actiuis ordinatis, illa potentia, quę respicit finē vniuersalem, mouet potentias, quę respiciūt fines particulares. Et hoc apparet tā in naturalibus quàm in politicis. Calū. n. quod agit ad vniuersalem conseruationem generabiliū et corruptibiliū, mouet omnia inferiora corpora, quorum vnumquodque agit ad conseruationē propriæ speciei: vel etiam indiuidui. Rex etiam quia intendit bonum commune totius regni, mouet per suum imperium singulos præpositos ciuitatum: quia singulis ciuitatibus curā regiminis impendunt. Obiectum autē voluntatis est bonum & finis in communi. Quælibet autem potentia comparatur ad aliquod bonum proprium sibi conueniens, sicut visus ad perceptionem coloris, intellectus ad cognitionem veri. Et ideo voluntas per modum agentis mouet omnes animę potētias ad suos actus præter vires naturales vegetatiuæ partis, quæ nostro arbitrio non subduntur.*

AD primum ergo dicendum, quòd intellectus dupliciter considerari potest. Vno modo secundùm quod intellectus est apprehensitiuus entis & veri vniuersalis. Alio modo secundùm quod est quædam res & particularis potentia, habens determinatū actum. Et similiter voluntas dupliciter cōsiderari potest. Vno modo secundùm communitatem suī obiecti, prout scilicet est appetitiua boni communis. Alio modo secundùm quod est quædam determinata animę potētia habens determinatum actum. Si ergo comparentur intellectus & voluntas secundùm rationem communitatis obiectorū vtriusque, sic dictum est supra, quòd intellectus est simpliciter altior & nobilior voluntate. Si autem consideretur intellectus secundùm communitatem sui obiecti, & voluntas secundùm quod est quædam determinata potentia, sic iterum intellectus est altior & prior volūtate, quia sub ratione entis et veri, q̄ apprehendit intellectus, continetur voluntas ipsa & actus eius & obiectū ipsius. Vnde intellectus intelligit voluntatē & actū eius & obiectum ipsius, sicut & alia specialia intellectu, vt lapidē aut lignum, quæ continentur sub cōmuni ratione entis & veri. Si verò consideretur voluntas secundùm communem rationem sui obiecti quod est bonum, intellectus autem secundùm quod est quædam res & potētia specialis, sic sub communi ratione boni continetur, velut quoddā speciale. & intellectus ipse, & ipsum intelligere, & obiectum eius, quod est verum, quorum quodlibet est quoddam speciale bonum. Et secundùm hoc voluntas est altior intellectu, & potest ipsum mouere. Ex his ergo apparet ratio, quare hæ potentiæ suis actibus inuicē se includunt: quia intellectus intelligit voluntatē velle. & voluntas vult intellectum intelligere. Et simili ratione bonum cōtinetur sub vero inquantum est quoddam verum intellectum, & verū cōtinetur sub bono inquantum est quoddam bonum desideratum.*

*AD secundū dicendum, quòd intellectus alio modo mouet voluntatem quàm volūtas intellectum, vt iam dictum est.**

AD tertium dicendum, quòd non oportet procedere in infinitū, sed flatur in intellectu, sicut in primo. Omnem enim voluntatis motum necesse est, quòd præcedat apprehensio, sed non omnem apprehensionem præcedit motus voluntatis: sed principium cōsiderandi & intelligendi est aliquod intellectuum principium altius intellectu nostro: qd est Deus, vt etiā Aristotel. dicit in 8. Ethicor. Et per hūc modum ostendit quòd non est procedere in infinitum.

In li. de similī. c. 2.

In corp.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Intellectus mouet voluntatem per modum finis. Ratio, Bonum intellectum est obiectum voluntatis mouens ipsam vt finis, ergo.

¶Secunda cōclusio. Voluntas mouet intellectū & cęteras potētias aīæ (exceptis vegetatiuis) per modum agentis. Ratio. In omnibus potentijs actiuis ordinatis, respiciens vniuersalem finem mouet potentias quæ respiciunt fines particulares, vt patet inductiuè tam in naturalibus de cælo, quàm politicis de Rege; voluntas & reliquæ animæ vires sunt huiusmodi, ergo. Probatur minor. Nam obiectū voluntatis est bonum & finis in communi, reliquarum autem potentiarum semper est aliquod bonum in particulari.

¶Tertia cōclusio, quę habetur in solutione ad tertium. Motio intellectus est simpliciter prior motione voluntatis.

¶Quarta conclusio ibidem. Volūtas in omni actu suo mouetur ab intellectu; intellectus verò non in omni actu suo mouetur à voluntate.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem nihil est in præsenti differendum, quoniam de hac re iam satis actum est supra q. 80. ar. 2. ¶Circa secūdam conclusionem dubitatur, Vtrum voluntas moueat intellectum per modum efficientis? Pro parte negatiua arguitur primo. Intellectio non producitur effectiuè à voluntate: sed solum ab intellectu media specie intelligibili, ergo voluntas non mouet efficienter intellectum ad operationem. ¶Secundò arguitur. Voluntas non causat in intellectu formam aliquam vel qualitatem, quæ sit principium intellectionis, ergo. Antecedens est manifestum, & consequentia probatur. Quoniam de ratione agentis est, quòd ponat aliquid in passo. Quòd si quis respondeat, satis esse, quòd voluntas impellat intellectum ad operationem, vt dicatur mouere illum per modum agentis. ¶Contra hoc tertio arguitur. Posita specie intelligibili in intellectu, iam ipse intellectus redditur sufficiēs principium in actu primo ad producendā intellectionem, ergo superfluè ponitur alia motio voluntatis. ¶Quarto arguitur. Voluntas non habet alium motum, quàm appetere bonum sibi conueniens, sed hunc motum non communicat intellectui, neque ipso mediante mouet ipsum intellectum, ergo.

¶Notandum est primo, quod dupliciter potest contingere vt aliquod agens moueat aliud per modum efficientis. Primo, Causando in ipsa re mota aliquem effectū, scilicet, aut ipsum motum, aut formam aliquam vel dispositionem, ad quam consequitur motus vel operatio, v. gra. Quando aliquis manu defert lapidem, causat in illo motum illum Præterea. Quando aliquis impellit lapidem sursum, imprimit in illo impulsum, ad quem consequitur ille motus. Deniq; propterea generans dicitur mouere graue deorsum, quoniam produxit in illo formam, ad quam naturaliter cōsequitur ille motus. Alio modo dicitur aliquid mouere per modum efficientis non causando aliquid in re quæ mouetur, sed solum applicando ipsas potentias ad suos motus & operationes, & quamuis physicè loquendo applicatio agentis ad operationem, non sit propriè & per se agere sed per accidens, vnde solet vocari conditio vel causa sine qua non, vt constat ex 2. Phy. tamen in moralibus hæc applicatio potentiarum ad operationes est agere propriè & per se, sicut amplius explicatur in 1.2 quæst. 9. & 16.

¶Secundo notandum est, quòd potentię, quæ possunt moueri à voluntate ad suas operationes, sunt in duplici differētia. Quædam sunt tantum passiuæ, vt potentia recepiuā motus, & potentia executiua motus; quæ est tantum passiua, de qua diximus supra quæst. 78. art. 1. circa solutionē ad quartum. Aliæ uero sunt potentiæ actiuæ, quēadmodum in animali sunt omnes potentiæ apprehensiuæ & appetituæ, de quibus in præcedentibus diximus, quæ sunt principia; quæ actiuè concurrunt ad suas operationes producendas.

PRima conclusio. Potentias passiuas mouet voluntas per modum agentis, causando in eis ipsum motum. Hæc probatur primo ex doctrina Arist. in 3. de Ani. c. 10. tex. 48. & sequentibus, quam etiam explicabit

Universidad de Deusto
Biblioteca

explicuimus quæst.78.artic.1.vbi docet, ꝙ in animali appetitus est potentia motiua secundum locum,& intelligit Aristo.quòd est principium producens ipsum motum. Secundo probatur. Illæ potentiæ sunt tantum passiuæ,ergo recipiunt motum ab aliquo principio actiuo; sed apud Arist.& Philosophos non assignatur aliud principium motuum secundum locum nisi appetitus, ergo ille est, qui causat motum in his potentiis.Tertio probatur. Angelus per intellectum & voluntatem mouet corpus cæleste causando in illo motũ, ergo anima per voluntatem mouet etiam corpus propriũ causando in illo motum. Antecedens est notum & probat illud diffuse Sonci.12.Metaph. quæst. 35. Consequentia vero probatur.Quoniam vt D.Tho.dixit in quæst.51. artic. 1. Anima multo magis & perfectius vnitur corpori quam angelus cælo. Angelus enim vnitur tantum vt motor, anima uero unitur tanquam motor & tanquam forma intrinseca.

¶Secunda conclusio.Illas potentias quæ sunt principia actiua suarum operationũ, mouet voluntas per modum agentis non causando in ipsis motum,sed solum applicando eas ad proprias operationes, & hoc vocat D. Thom. mouere illas quantum ad exercitium.Hæc conclusio probatur omnibus illis argumentis, quę fecimus à principio dubij,qua propter non oportet illis speciales solutiones adhibere. ¶Quòd si aliquis roget, vnde habet voluntas,quòd applicet exteras potentias ad exercitium per modum agentis? Respondetur primo, ꝙ si propriè loquamur ipse homo est, qui applicat se & suas potentias ad operandũ per voluntatem. Ad hoc autem sufficit, quòd omnes potentiæ sint colligatæ & vnitæ in ipso principali agente,quanuis inter se ipsas distinguantur realiter.Secundo respondetur,ꝙ D. Th.in art.& in 1.2.q.9.ar.1.assignat egregiam rationẽ à priori, propterea quòd voluntas respicit vniuersalem finem omnium potentiarum. Ex quo fit,ut aliæ potentiæ sint uoluntati subiectæ & subordinatę quãtum ad motionem in ordine ad consecutionem finis cuiuslibet potentiæ. Vbi aduertendum est id, quod benè notauit Caiet. ꝙ in ordine ad istam motionem, potentiæ animæ non sunt æqualiter subiectæ volũtari,sed interiores sunt magis subiectæ quàm exteriores, & inter ipsas interiores illæ sunt magis subiectæ quæ sunt præstantiores.

CIrca tertiam & quartam conclusionẽ, & solutionem ad tertium D.Tho.tractandum esset dubium; An prima intellectio animę sit ex motione diuina,& in Deũ sit referenda tanquam in primum motorẽ? De quo Caieta. in præsenti multa dicit doctissimè & prudentissimè, & multa etiam dicit Ferr.in 3.contra gent.c.89.circa sextã rationem. ¶Sed de hac difficultate manet nos longissima quæstio in 1.2.q.9.ar.4. vbi ex professo D.Tho.disputat,quo pacto voluntas mouetur à Deo. Nunc autem dicimus breuiter propositionem illam D. Th. esse certissimam, ꝙ prima intellectio animæ est ex motione diuina. Hoc probat D. Thom.in solutione ad tertium, testimonio Aristo.li.8 Ethico. qui locus corruptus est. Nam illa doctrina expresè habetur lib.7. mor.ad Eudemium cap. 18.Non enim habet lib. 8. Preterea solet probari ex illo testimonio Io.1.Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. Cuius loci hic sensus est inter alios, ꝙ Deus qui est prima lux & primus intellectus mouet hominem ad intelligendũ, quando venit in vsum rationis. Tunc.n.dicitur venire in hunc mundum tanquam homo; nã ante vsum rationis erat in mundo tanquam brutum. Et quanuis hoc testimonium soleat communiter explicari à patribus sanctis de illuminatione in ordine ad supernaturalia, nihilominus tamen legitimè exponitur de illuminatione in ordine ad naturalia.Nam D.Tho.sup.q.79.art. 4.ad primum, & in Commẽtarijs super Io. c.1.lec.5.exponit hũc locũ de illuminatione diuina in ordine ad naturalia, per quam Deus qui est primus intellectus illuminat creaturas intellectuales & mouet ad intelligendum etiam naturalia.Imo & D.Cyrillus lib.2.super Ioan.c.9. exposuit hunc locum de illuminatione diuina, per quam Deus in ipsa creatione confert creaturis naturalibus intellectum, & lumen naturale. Secundo probatur. Ad Dei prouidentiam spectat deducere creaturas intellectuales in suum finẽ,ergo prima intellectio finis est ex diuina motione, & in Deum reducitur tanquã in primũ motorẽ.Et cõfirmatur. Nã,ut sup.ostensum est q.63.ar.1.Operatio angeli fuit naturalis & ex inclinatione data ab ipso Deo autore naturæ & autore gratiæ, & propterea non potuit esse peccatum; quoniam aliàs tribueremur ipsi Deo. ¶Nihilominus tamen sunt aliqui Theologi, & præcipuè Henri. quodlib.9.q.3.qui docent primam operationem voluntatis non esse referendam in Deum tanquã in primũ motorem, sed in ipsam volũtatem. Et mouentur leuissimis argumentis. Quoniam Deus generali administratione concurrit non solum cum voluntate, sed etiam cum cæteris creaturis ad suas operationes: sed aliæ operationes creaturarum non referuntur immediatè in ipsum Deum,ergo,&c.Secũdò. Quia aliàs voluntas non esset libera habens dominium suorum actuum,qđ tamẽ est cõtra naturam ipsius voluntatis. ¶Ad hæc tamen argumenta respondet Fer. vbi sup.& Capreolus in 2.di.25.q.vnica ad argumenta Henriei contra tertiam conclusionem, & ex professo respondendum est in 1.2.loco citato. Nunc autem breuissimè respondetur ad primum negando consequentiã. Est enim discrimen manifestũ, qm̃ in operationibus aliarum potentiarum concurrit Deus tanquam causa prima, & vniuersalis simul cum causis secundis,propterea effectus immediatè tribuuntur ipsis causis secundis. At vero ad primã intellectionẽ aut volitionem finis; concurrit Deus tãquam causa proxima & immediata mouens intellectum vel voluntatem ad exercitium illius actus,& applicans illas potẽtias ad huiusmodi operationes, quanuis non negamus illas potentias concurrere simul etiã effectiuè ad illas operationes. ¶Ad secundum respondetur primo concedendo, ꝙ in illa operatione voluntas nõ operatur vt voluntas, sed vt natura, sicut sæpè dixit D.Tho Secundo respõdetur, ꝙ in illo actu quanuis voluntas non sit libera quantum ad specificationem, habet tamen libertatem quo ad exercitium, & in isto sensu habet dominiũ illius actus,quãuis non ita perfectum, sicut qm̃ operatur ex deliberatione rationis:cuius rei est proprium exemplum in primo actu voluntatis,quem habuit angelus in primo instanti,de quo diximus q.63.art.6. ꝙ fuit naturalis quantum ad specificationem:nihilominus tamen quãtum ad exercitium fuit liber,& ex consequenti meritorius.

¶Circa easdem conclusiones tertiam & quartam ad intelligendum,quo pacto omnem voluntatis actum precedat aliqua cognitio,& etiam quo pacto cognitionẽ præcedat aliqua volitio, legendus est Ferra.2. contra gen.c.101.vbi hoc explicat.

¶In solutione ad primum D. Tho. vbi dicitur, ꝙ voluntas potest considerari secundum ꝙ est apprehensiua boni communis,corrigenda est litera,& legendum est; secundum ꝙ est appetitiua boni communis.Nam in doctrina D. Tho.& Arist.voluntas non potest esse potentia apprehensiua.Præterea, ita corrigitur hæc lectio in codice manu scripto insignis Collegij S. Grego. Vallisoletani,& in illo libello, quẽ supra citauimus, vbi corriguntur errata literæ Diui Thomæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm irascibilis & concupiscibilis distingui debeant in appetitu superiori.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur,quòd irascibilis & concupiscibilis distingui debeant in appetitu superiori,qui est volũ tas.Vis enim concupiscibilis dicitur à cõcupiscendo:et irascibilis ab irascendo.Sed aliqua concupiscentia est quæ nõ potest pertinere ad appetitum sensitiuum,sed solum ad intellectuum,qui est voluntas:sicut cõcupiscentia sapientię,de qua dicitur Sapien.6.Concupiscentia sapientię perducit ad regnum perpetuum. Est etiam quędam ira, quæ non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, sed intellectiuũ tantũ:sicut cùm irascimur cõtra vitia. Vnde & Hieron. In Matt. *super Matth monet vt odium vitiorũ possideamus in irascibili.Ergo irascibilis & concupiscibilis distingui debent in appetitu intellectiuo,sicut in sensitiuo.* Sup.qõ. 59.ar.4. Ethi. 3. c. 13. Simile illud, est regiter dicitur,charitas est in cõcupiscibili:sed cõtra. fer. autem 10.9.

¶ 2. *Præterea. Secundum quod commu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem in irascibili. Nō autem possunt esse in appetitu sensitiuo, quia nō sunt sensibilium obiectorum, sed intelligibilium. Ergo concupiscibilis, & irascibilis sunt ponenda in parte intellectiua.

¶ *3 Praterea. In libro de spiritu & anima* c.15.de medio, to.3. *dicitur*, quòd has potentias, scilicet irascibilem, & concupiscibilem, & rationalem, habet anima antequā corpori misceatur. Sed nulla potentia sensitiua partis est anima tātum, sed* Qu.77. art.5.& 8. *coniuncti, vt supra dictum est*. Ergo irascibilis & concupiscibilis sunt in voluntate, qua est appetitus intellectiuus.*

SED contra est quòd Grego. Nicenus dicit, q rationalis pars anima diuiditur in vicibus. desideratiuū & irascitiuum. Et ide dicit Da-* Li.4. de † Dam. li.2.ort. ad fi. *mascen.† in lib.2. & Philosophus dicit. 3. de Anima*, q voluntas in ratione est. In irrationali autem parte anime concupiscentia & ira, vel desiderium & animus.*

RESPONDEO dicendum, q irasci *Arist.3. de An. text.42. to.2. q.77.ar.3.& qō. 79.ar.7. *bilis et concupiscibilis non sunt partes intellectiui appetitus, qui dicitur voluntas. Quia, sicut supra dictū est, * potentia, quę ordinatur ad aliquod obiectū secundùm cōmunem rationem, non diuersificatur per differētias specialesub illa ratione communi cōtentas. Sicut quia visus respicit visibile secūdùm rationem colorati, non multiplicantur visiua potētia secundùm diuersas species colorum. Si autem esset aliqua potentia quę esset albi inquātum est album, & non inquantum est colorata, diuersificaretur à potētia quę esset nigri, inquantum est nigrum. Appetitus autē sensitiuus non respicit cōmunem rationem boni: quia nec sensus apprehēdit vniuersale. Et iō secundum diuersas rationes particulariū bonorum diuersificantur partes appetitus sensitiui. Nam concupiscibilis respicit propriā rationem boni inquantum est delectabile secundum sensum & cōueniens natura. Irascibilis autem respicit rationem boni secūdùm quod est repulsiuum & impugnatiuum eius quod infert nocumentum. Sed voluntas respicit bonum sub communi ratione boni. Et ideo non diuersificātur in ipsa quę est appetitus intellectiuus, aliquę potentię appetitiuę, vt sit in appetitu intellectiuo alia potētia irascibilis, & alia cōcupiscibilis, sicut etiam ex parte intellectus non multiplicantur vires apprehensiuę, licet multiplicentur ex parte sensus.*

AD primum ergo dicendum, q amor, concupiscentia, & huiusmodi, dupliciter accipiūtur. Quandoq; quidem secundùm quod sunt quędam passiones: cum quadam scilicet cōmotatione animi prouenientes: & sic communiter accipiuntur: & hoc modo sunt solū in appetitu sensitiuo. Alio modo significant simplicem affectū absque passione vel animi cōmotatione. Et sic sunt actus voluntatis. Et hoc etiam modo attribuuntur angelis & Deo. Sed prout sic accipiuntur, non pertinent ad diuersas potentias, sed ad vnam tantum potentiam, quę dicitur voluntas.

*AD secundum dicendum, quòd ipsa voluntas potest dici irascibilis prout vult improbare malum, non ex impetu passionis, sed ex iudicio rationis. Et eodem modo potest dici concupiscibilis propter desiderium boni. Et sic in irascibili & concupiscibili sunt charitas & spes, id est, in voluntate, secundùm quod hēt ordinem ad huiusmodi actus. Sic etiam pōt intelligi quod dicitur in libro * de Spiritu et Anima, quod irascibilis & concupiscibilis sunt anima, antequam vniatur corpori: tamen intelligatur ordo naturę & non temporis, licet nō sit necessariū verbis illius libri fidem adhibere. Vnde patet solutio ad tertiū.*

Aug. de spiritu & anima c.11. circa to.3.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est negatiua, quam et D. Thom. assignauit supra q. 59. art.4. de voluntate angelorum, & cōsentit ibi Richar. in 2. dist. 24. art. 2. q. 3. & est communis sententia Philosophorum & Theologorum.

COMMENTARIVM.

CIrca solutionem ad secundū animaduertēdum est, quòd Alb. Mag. in 3. dist. 26. artic. 3. ad tertium, docet duo in hac re, quæ indigent explicatione. Primo dicit, q irascibilis secundum quòd in homine coniungitur cum ratione & voluntate, potest eleuari vt attingat etiam ipsum Deum, atque adeò virtus spei subiectatur in irascibili sic eleuata. ¶ Secundo dicit Albert. q aliqui moderni doctores distinguunt irascibilem & concupiscibilem non solum in sensu, sed in voluntate, & in parte sensitiua collocant

locant temperantiā & fortitudinē: in parte vero superiori collocāt spē in irascibili, & charitatem in cōcupiscibili. Sed hæc do ctrinā (inquit Albertus) non habet radicē autoritatis alicuius Philosophi aut Sancti. Ex his duabus assertionibus Alberti prior quidē falsissima est; cuius ratio est. Nā appetitus sensitiuus etiam vt est coniunctus cū rōne nō pōt sic eleuari, vt attingat immediate ipsum Deū, sed spes, q̄ est virtus Theologica, versatur immediatè circa ipsum Deum, ergo impossibile est hanc virtutem subiectari in appetitu sensitiuo etiā eleuato. Maior probatur. Qm̄ nullus appetitus sensitiuus pōt attingere aliquod bonum, quod nō sit sensibile, qm̄ obiectum adæquatum appetitus sensitiui est bonum sensibile. Vnde D. Tho. in q. 80. præce. ar. 2. ad secundum, hoc discrimen assignat inter voluntatem & appetitum sensitiuū, q voluntas potest attingere immaterialia, propterea q obiectum illius est bonū vniuersale. Appetitus vero sensitiuus non potest se extendere vltra sensibilia, propterea q obiectum illius est bonum sensibile. Sed de hoc in proptio loco iam disputauimus in 2.2.q.17.art.5.& 18.ar.1. ¶ Secunda vero assertio Alberti verissima est in hoc sensu, q in voluntate non potest esse duplex potentia, quarum vna sit irascibilis, & altera concupiscibilis, quod Di. Tho. ostendit in art. ex doctrina Arist. & Sanctorum, & ratione manifesta. Nihilominus tamen re ctè dicit D. Tho. in solutione ad secundū, q largo modo & impropriè secundum nostram considerationem ipsamet voluntas potest dici concupiscibilis inquantum est subiectum charitatis, & potest dici irascibilis inquantum est subiectum spei.

QVAESTIO LXXXIII.

De Libero arbitrio.

DEINDE quæritur de libero arbitrio.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum homo sit liberi arbitrii.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd homo non sit liberi arbitrij. Quicunque enim est liberi arbitrij, facit quod vult: sed homo non facit quod vult. Dicitur enim Rom.7. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Ergo homo non est liberi arbitrij. art.1. & ar.2.co. Et mal. q.6. art. vnico.

¶ *2 Praterea. Quicunque est liberi arbitrij, eius est velle & non velle, operari et non operari. Sed hoc non est hominis. Dicitur.n. ad Ro. 9. Non est volentis scilicet velle, neq; currentis scilicet currere. Ergo homo non est liberi arbitrij.*

¶ *3 Præterea. Liberum est quod sui causa est: vt dicitur in 1. Metap. * Quod ergo mouetur ab alio, non est liberum. Sed Deus mouet voluntatem. Dicitur enim Prou. 21. Cor Regis in manu Dei est: & quocunque voluerit vertet illud. Et Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo nō est liberi arbitrij.* Lib. 1. Met. ca. 2. circa me. t. 3.

¶ *4 Praterea. Quicunque est liberi arbitrij, est dominus suorū actuum: sed homo nō est dominus suorum actuum: quia vt dicitur Hiere. 10. Non est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gressus. Ergo homo non est liberi arbitrij.*

¶ *5 Præterea. Philosop. dicit in 3. Ethi. * Qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei. Sed non est in potestate nostra aliquales esse, sed hoc nobis est à natura. Ergo naturale est nobis quod aliquem finem sequamur. Non ergo ex libero arbitrio.* Lib. 3. Ethi. c. 5. post me. t. 5.

SED contra est, quòd dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominē, & reliquit eum in manu consilij sui. Gloss. 1. in libertate arbitrij.* Glo. interlin. ibi.

RESPONDEO dicendum, quòd homo est liberi arbitrij. Alioquin frustra essent consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnę.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quędam agunt absque iudicio. Sicut lapis mouetur deorsum: & similiter omnia cognitione carentia. Quædam autē agunt iudicio, sed nō libero, sicut animalia bruta. Iudicat enim ouis videns lupum, eum esse fugiendum, naturali iudicio, & non libero: quia nō ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibet iudicio brutorum animaliū. Sed homo agit iudicio: quia per vim cognoscitiuam iudicat aliquid esse fugiendum vel prosequendum. Sed quia iudiciū istud non est ex naturali instinctu in par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticulari operabili, sed ex collatione quadam rationis, ideo agit libero iudicio potens in diuersa ferri. Ratio enim circa cõtingentia habet viam ad opposita, vt patet in dialecticis syllogismis, & rhetoricis persuasionibus. Particularia autem operabilia sunt quædam contingentia. Et ideo circa ea iudicium rationis ad diuersa se habet, & non est determinatum ad vnum. Et pro tanto necesse est, q̃ homo sit liberi arbitrij, ex hoc ipso q̃ rationalis est.

AD primum ergo dicendum, quòd sicut q.81.ar. 3. ad 2. *supra dictum est* : appetitus sensitiuus, etsi obediat rationi, tamen potest in aliquo repugnare concupiscendo contra illud quod ratio dictat. Hoc ergo est bonum quòd homo non facit cùm vult, scilicet non concupiscere contra rationem, vt glo. Augustini ibidem dicit*.*

Lib. 3. cont. Iulia. c. 26 to. 7. *AD secundum dicendum, quòd verbum illud Apostoli non sic est intelligendum quasi homo nõ velit & non currat libero arbitrio, sed quia liberum arbitriũ ad hoc non est sufficiens nisi moueatur & iuuetur à Deo.*

AD tertium dicendum, quòd liberum arbitrium est causa sui motus : quia homo per liberum arbitriũ seipsum mouet ad agendũ. Non tamen hoc est de necessitate libertatis, q̃ sit prima causa sui id quod liberum est: sicut nec ad hoc q̃ aliquid sit causa alterius, requiritur q̃ sit prima causa eius. Deus igitur est prima causa mouẽs & naturales causas & voluntarias. Et sicut naturalibus causis mouendo eas, non aufert quin actus earũ sint naturales, ita mouendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sint voluntariæ, non autem hoc in eis facit: operatur enim in unoquoq; secũdum eius proprietatẽ.

AD quartum dicendum, q̃ dicitur non esse in homine vim eius quantum ad exercitiones electionum, in quibus homo impediri potest, velit nolit. Electiones autem ipsæ sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.

*AD quintum dicẽdum, quòd qualitas hominis est duplex. Vna naturalis, et alia superueniens. Naturalis autem qualitas accipi potest, vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur q̃ homo est aliqualis qualitate naturali, qua attenditur secundum intellectiuã partem, naturaliter homo appetit vltimũ finẽ, s. beatitudinem. Qui quidẽ appetitus naturalis est, & nõ subiacet libero arbitrio, vt ex supradictis patet. *Ex parte verò corporis & virtutum corpori annexarum põt esse hõ aliqualis naturali qualitate, secũdum quod est talis complexionis, vel talis dispositionis ex quacunque impressione corporearum causarum, quæ non possunt in intellectiuam partem imprimere, eo q̃ non est alicuius corporis actus. Sic igitur qualis vnusquisq; est secũdùm corpoream qualitatem, talis finis videtur ei: quia ex huiusmodi dispositione homo inclinatur ad eligendũ aliquid vel repudiandum. Sed istæ inclinationes subiacent iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, vt dictum est.* Vnde per hoc libertati arbitrij non præiudicatur. Qualitates autem superueniens sunt sicut habitus & passiones, secundum quas aliquis magis inclinatur in vnum q̃ in alterum. Tamen istæ etiam inclinationes subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi etiam qualitates ei subiacent inquantum in nobis est tales qualitates acquirere vel causaliter vel dispositiuè, vel à nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrij repugnet.*

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Necesse est asserere, q̃ homo sit liberi arbitrij. Hanc conclusionem probat D. Th. tripliciter. Primò ex illa testimonio Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, Gloss. 1. in libertate arbitrij. Secundò probat à posteriori, quoniam sublato ab homine libero arbitrio, frustra essent consilia, & exhortationes, præcepta, & prohibitiones, & præmia, ac pœna. Tertiò probat à priori. Homo in suis operationibus non sequitur iudicium determinatum ad vnum ex instinctu naturæ, sed iudicium rationis; quod est indifferens ad diuersa, ergo habet liberum arbitrium. Probatur consequentia. Quoniam ad iudicium liberum necessariò consequitur arbitrium liberum.

COM-

COMMENTARIVM.

HÆc quæstio habet celebrem disputationem apud Theologos in 2. dist. 24. & 25. & apud plurimos sanctorum Patrum, qui de libero arbitrio scripserunt cõtra Philosophos, & hæreticos: potissimum vero D. Augu. disputat de libero arbitrio, tom. 1. per tres libros contra Manichæos, & Pelagianos, Diuus Gregorius Nissenus lib. 7. Philosophiæ per totum & D. Damasc. lib. 2. de fide orthodoxa cap. 25. vsque ad 28. Inter autores vero ex recentioribus disputant copiosè de libero arbitrio cõtra hæreticos potissimum contra Luthera nos Albertus Pigius Campensis per decem libros, & Ioannes Driedo in libro de captiuitate & redemptione generis humani tract. 6. per duo cap. & in lib. 1. de gratia & libero arbitrio tract. 1. per quatuor capita, & Decanus Louaniensis arti. 7. contra Lutheranos per totum. Et Magister Soto lib. 1. de natura & gratia capite. 15. & 16. & alij plures quos citabimus in processu huius disputationis.

¶Ante omnia tamen oportet supponere, quid sit ipsum liberum arbitrium Albertus Magnus in summa de homine, tracta. de libero arbitrio quæst. 1. & Gabriel in illa dist. 25. quæst. vnica art. 1. tradunt quasdam diffinitiones liberi arbitrij & explicant. Sed nos breuiter dicemus secundum doctrinam D. Tho. in 1. 2. quæst. 1. art. 1. ad secundum. quòd liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis; quam diffinitionem adhibet Magister sententiarum in 2. distin 24. ca. 5. Dicitur autem facultas quoniam inde habet homo, quòd sit dominus suarum operationum, & quòd possit flecti ad vtrumlibet. Et in idem fere recidit illa diffinitio, quam adhibet Theophilus Alexandrinus in lib. 2. Paschali, quòd liberum arbitrium est facultas operãdi & non operandi quod bonum est. Vbi est maxime aduertendum ex supra dictis quæst. 19. art. 10. q. 62. art. 8. q̃ nõ est de ratione liberi arbitrij habere facultatẽ, & posse flecti in bonum & in malum: quæ faculas à Theologis vocatur libertas contrarietatis; sed solum de ratione illius posse velle, & nõ velle, posse operari vel nõ operari: quæ facultas vocatur à Theologis libertas contradictionis nã posse velle malum, potius est defectus liberi arbitrij, quàm natura ipsius. Vnde quãdo D. Aug. docet li. 13. de ciui. c. 21. q̃ liberum arbitrium significatum est per lignum scientiæ boni & mali, locutus est de libero arbi. non absolutè, sed tñ sm̃ q̃ reperitur in homine, in quo põt declinare ad bonum & ad malũ. Et quod ista fuerit mens D. Aug. constat ex sequentibus. Nam lib. 22. de ciui. cap. 30. docet, q̃ non ideo negandũ est Deo liberum arbitrium, quia non põt peccare: & similiter docet de libero arbitrio beatorum. Deniq; hæc doctrina est expressa D. Tho. in q. 24. de veri. art. 3. ad secundum. vbi expressè dicit, q̃ nõ est de ratione liberi arbitrij posse eligere malum, sed potius consequitur ad liberum arbitrium secundum q̃ reperitur in natura creata, quæ potest deficere.

HOc posito dubitatur primò. Quas certitudine tenendũ sit, q̃ homo habeat liberum arbitrium ad bonum & malum?

¶Sunt. n. plures errores, & varij negantiũ liberum arbitrium. Primus error fuit illorum Philosophorum, quorũ meminit Dr. Aug. li. 5. de ciui. c. 8. & 9. qui asserebãt vniuersa euenire ex necessitate infallibili diuinæ prouidentiæ, atq; adeo nullum remanere in homine liberum arbitriũ ad exercendas suas operationes. Quem errorẽ plurimi hæreticorũ postea secuti sunt; in primis Priscilianus & oẽs eius sectatores negarũt liberum arbitrium, tenentes hãc necessitatem diuinæ prouidentiæ. Aduersus quos D. Leo I. in epis. ad Episco. Astoricensem c. 11. quę inter epistolas Leonis est 93. quanuis in aliis Codicibus solet esse epist. 91. in aliis vero 71. Similiter Conc. Bracharense primum. c. 9. impugnat hunc errorẽ. Deinde vero eundem errorẽ secutus est Petrus Abaylardo, contra quẽ disputat optimè D. Bern. in serm. 65. & 66. super Cant. Alij etiam hæretici, quorum meminit D. Aug. in lib. de hæresib. c. 35. secuti sunt eundem errorem, asserentes euenire ex fato inuitabili. Denique Ioann. VVicleff in arti. 27. & Lutherus in ar. 36. ex eodem falso fundamento consequenter negarunt liberum arbitrium. ¶Sed contra hunc errorem quatenus procedit ex hoc falso fundamẽto nõ est in præsenti differendum; tã. n. in supe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rioribus ostensum est quæst. 14.art.13.& quæst.19.art.8. & quæst.22.art.4.& q.23. art.6.quam optimè saluatur concordia liberi arbitrij cum diuina præscientia, & cũ efficacia diuinæ voluntatis, & cum infallibilitate diuinæ prouidentiæ & prædestinationis. ¶Secundus error fuit Manichæorũ sicut meminit D.August.lib.1.retractationum c.9.& pluribus alijs locis,qui negant liberum arbitrium hominis ex alio falso fundamento. Asserebant enim in homine esse duas animas, alteram a bono principio,quæ ex necessitate eligebat bonum, alteram vero à malo principio, quæ ex necessitate eligebat malum. Contra hanc ẽt hæresim non est differendum in præsenti: iam.n.in superioribus q. 76.ar.2.ostensum est manifeste hoc fundamẽtum Manichęorum esse maximam hæresim.

¶Tertio loco sunt alij errores circa libęrum arbitrium, qui proprie pertinent ad materiã de gratia aut de peccato:quos enumerans Magister Soto lib. 1. de natura & gratia c.15. reducit ad 7. errores, & Ioan. Driedo, in illo 1.li. de gratia & libe.arbit. trac.1.c.3. refert etiam alios plures:sed ad uersus hos errores non est in præsenti differendum,sed in 1.2. in materia de gratia.

¶Potissima ergo disputatio nostra versatur contra Lutheranos, qui decepti quibusdam locis Sacræ scripturæ,& Sanctorũ quæ postea referemus,negant hominis liberum arbitriũ ad bonũ & ad malũ. Asserit enim Lutherus in illo art.36. liberũ arbitrium in homine esse rẽ de solo titulo, & postea subdit:Male dixi, quòd liberum arbitrium sit res de solo titulo, potius.n. debuissem dicere, quòd liberum arbitriũ est figmentum in rebus, & titulus sine re. Caluinus & Philippus Melãcthon admittit quidem liberum arbitriũ in ordine ad exteriora opera,cęterum ad interiora opera quæ Deus respicit,negant liberum arbitrium,asserentes, quòd homo aut est seruus peccati aut seruus charitatis, secundũ illud Pauli ad Roma.6.Fuistis serui peccati,liberati autem a peccato facti estis serui iustitiæ.

A Duersus istos inimicos liberi arbitrij est prima conclusio. Secundum fidẽ catholicam est firmissimè tenendum,ꝙ in homine sit liberum arbitrium in bonum siue in malũ, tã ad opera exteriora, quàm ad interiora. Ista conclusio(quoniam gratissima est) probatur primo testimonijs manifestis Sacræ scripturæ,simul cum explicatione Sanctorum Patrum. Primus locus est Gen. 4. In foribus peccatum tuum aderit,sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Ex quo testimonio D. Gregor.lib.4.moral.c.22.docet colligi, ꝙ in homine sit libera facultas ad resistendũ suggestioni appetitus sensitiui,quando incitat nos ad malum. Et præterea 2.Reg.24. dictũ est ad Dauid. Triũ tibi datur optio, elige quod vis. Et Deuteronom 30.habetur aliud simile testimonium,& subditur, Elige ergo uitã, vt possis viuere. Ex quo testimonio D. Cyprianus lib.3. ad Quirinũ c.52. colligit liberum arbitrium hominis. Præterea probatur ex illo Eccles. 15. Ante hominẽ vita & mors, bonum & malum; quod placuerit ei, dabitur illi. Ex quo testimonio D. Chrysost. hom.2.de prouidẽtia colligit libertatem arbitrij, quam etiã possumus apertè colligere ex alio testimonio Ecclesiastici 31. Qui potuit transgredi, & non est transgressus,facere malũ,& nõ fecit. Præterea Isai. 1. habetur: Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis. Super quem locum D.Chrysost.tom. 1.habet integram homiliam ad probandum libertatem arbitrij:quam etiam colligit ex isto testimonio in 2.homil.de prouidẽtia, impugnans necessitatem fati.Similiter Epiphanius lib.1.aduersus hæreses cap.16.ex isto testimonio probat liberum arbitriũ. Præterea ex nouo testamento Matth.16.& Luc.9.quãdo dicitur. Si quis vult post me venire, &c. secundum cõmunem expositionẽ Sanctorum explicatur libertas arbitrij.Docet.n.Concilium Trident. sessione 6.c.5.ꝙ quando in Sacra scriptura dicitur nobis, vt cõuertamur ad Deum, libertatis nostrę admonemur. Præterea Mat.22.quãdo dicit:Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis nocate ad nuptias; secũdũ explicationem D.Chrysost.ho.41.imperfecti,manifeste ostendit liberũ hominis arbitriũ,Et cap.23. Hierusalem quę occidis Prophetas,&c.quoties uolui cõgregare filios tuos,& noluisti. Ex quo testimonio Ire-

næus lib. 4. contra Valentinum capite 71.& 72.colligit liberũ arbitrium. Et Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ex quo loco Diuus Chrysostomus homilia 9. super Ioan. dicit aperte colligi libertatem arbitrij. Et c.6. quãdo dixit Christus discipulis,Nunquid & vos vultis abire? Di. Cyprianus libro 1. epistolarum epistola:3.ad Corneliũ colligit ex hoc loco liberũ arbitrium. Denique libertas arbitrij colligitur ex Diuo Paulo. 1.ad Corinthios,septimo capitu.vbi dicit, quòd ille qui vult matrimonio iungere virginem suum, potestatem habet suæ voluntatis. Et in epistola ad Philem.inquit. Vt non ex necessitate bonum tuum esset,sed voluntarium. Sunt & alia plura loca Sacræ scripturæ, ex quibus aperte colligitur libertas arbitrij. Quę loca referunt Armacanus in libro 15. de quæstionibus Armenorum c. 6. & sequentibus, & Alphonsus de Castro lib.9. aduer sus hæreses,titulo,libertas,hæresi.1.& Ioã. Arboreus lib.10.Theosophiæ c.2.

¶Secundo probatur conclusio diffinitionibus conciliorum. Nam in Concilio Arausicano capite 8. & capi.13. diffinitur liberum arbitrium post Adæ peccatum infirmatum esse & fauciatum, non tamen extinctum; sed per Dei gratiam reparari. Et in Concilio Tridentino sessione 6. capite. 1.eadem fere uerba habentur: Liberum arbitrium licèt videamus attenuatum, & inclinatum post Adæ peccatum, non tamen amissum & extinctũ est. postea cano ne. 4. sic diffinitur; Si qui dixerit liberum hominis arbitrium non posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere,sed merè passiuè se habere; anathema sit. Et canone. 5. Si quis dixerit hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum esse, aut rem esse de solo titulo,& titulum sine re,anathema sit. Quapropter merito Diuus Cyrillus libro 4.super Ioann. capite 7. super illa verba Ioan.6. Omnis,qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, cum docuisset homines non per vim,sed persuasionibus ducẽdos esse ad fidem, subdit. Non enim possumus secundum Ecclesiæ veritatem & dogmata, liberam hominis potestatem,quod liberum arbitrium appellamus, vllo modo negare. Et D.August.in li 3. Hypognosticon concludit,quòd liberũ arbitrium in esse hominibus, certissima fide tenendum est. Et subdit,quòd qui illud negauerit, catholicus non est habendus.

¶Nihilominus tamen ad maiorem huius cõprobationem sit secunda conclusio. Assertio liberi arbitrij non solum non est nouum Sathanæ figmentum, vt Lutherani blasphemant: sed est perpetua Sanctorum Patrum doctrina à principio nascentis Ecclesiæ. Hanc conclusionem conatur ostendere Albertus Pygius libro 2.& 3. de libero arbitrio. Et etiam Rofensis articu. 36. & alij autores quos supra citauimus. Inter quos legendus est etiam Magister Vega lib.2 de iustificatione c.13.vsque ad 17 In primis D.Petrus Apostolus (referente Diuo Clemente lib. 3. recognitionum) disputat de libero arbitrio cum Simone Mago. Et in primis diffinit liberum arbitrium hoc pacto. Libertas arbitrij est sensus animę habens virtutem ad illos actus, ad quos uoluerit inclinari. Deinde arguit contra Simonem dupliciter. Primo. Quoniã si nihil est in nostra potestate, frustra quærimus aliquid à Deo, cum non sit in potestate quærentibus inuenire. Præterea. Quo pacto Deus iudicat secundum veritatem unũquemq; pro actibus suis, si non est in eorum potestate, vt agant? Deinde ipsemet Diuus Clemens in epist.2.ad Iacobum ex propria sententia dicit:Nunc autẽ quia liberum est homini quod uoluerit facere, declinare iudicium suum, & quam probauerit sententiam eligere:constat cuidenter in hominibus esse arbitrij libertatẽ. Et in epistola.13. de officio sacerdotis iterum dicit constare euidenter hominibus inesse arbitrij libertatem. Vbi illud est magis animaduertendum,quo pacto D. Clemens ex eo quòd in hominibus est indifferentia iudicij, colligit esse arbitrij libertatem, quod pertinet ad rationem tertiam Diui Thomæ,quam diximus esse à priori. Deinde Tertullianus lib.2. contra Marcionẽ,& quibusdam alijs locis ex professo docet libertatem arbitrij in hominibus ad bonum & malum. Quod etiam pluries docet Clemens Alexandrinus in lib.2.& Stromatum. Et Lactantius lib.2. diuinarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

institutionum capite.9. fatetur etiam libertatem arbitrij, quanuis in illo loco tantum loquatur de angelo, qui ex libertate arbitrij deseruit Deum, & lapsus est in peccatū superbiæ & inuidiæ. Origen. li. 1 de principijs in prologo inter quasdā assertiones ecclesiasticas, quas dicit pro certo esse habēdas, statuit vnam assertionem; q̄ in hominibus est liberum arbitrium ad bonum & malum. Postea vero libro 2. capite. 9. potissimum libro 3. cap. 1. diffusè probat illam assertionem Diuus Basilius in homilia, cui titulus est, quod sine Dei virtute nō resistitur tentationibus: & in altero sermone de libero arbitrio ex professo probat libertatem arbitrij. Quod etiam diffusè facit Di. Ambrosius in libro 1. de vocatione gentium capite. 1. 2. & 3. Diuus Augustinus, & Diuus Hieronymus, & Diuus Chrysostomus habent infinita penè loca, in quibus docent tanquam doctrinam catholicā hominibus inesse arbitrij libertatē. Quod ēt D. Gregor. docet lib. 16. mora. capit. 12. & lib. 24. capite. 12. ex illo testimonio Pauli. 1 ad Corinth. 15. Gratia Dei mecum. Denique D. Bernard. & D. Anselmus in lib. de libero arbitrio docent hanc veritatem tanquā catholicam. His sanctis patribus & illis quos citauimus in prima cōclusione, & in principio huius quæstionis superaddendus est consensus communis ecclesiæ, & omnium fidelium à tēporibus Christi vsque ad hæc nostra tempora.

¶Sed vt adhuc manifestius constet, quā ta sit necessitas huius doctrinæ sit tertia conclusio. Non solum est fides catholica, q̄ in hominibus sit liberum arbitrium, sed etiā est euidens lumine naturali, & manifesta experientia. Istam conclusionem obiter statuimus contra quosdam Theologos infetioris notę, quos refert Decanus Louaniensis in artic. 7. contra Lutheranos circa principium; qui asserebant esse quidem certum secundum fidem, quòd in hominibus sit liberum arbitrium, non tamen posse euidenter constare ratione naturali, aut experientia manifesta. Sed nostra conclusio est expressa sententia D. Thom. in quæstione. 24. de veritate, articulo. 1. vbi dicit, quòd non solum fides docet, sed ēt ratio euidens ostendit esse liberum arbitriū in hominibus. Quam sententiam sequutus est postea Gregor. Ariminen. distin. 25. q. 1. cap. 1. Et Gabriel eadem distinct. quæstione unica, artic. 3. dubio 2. & adducit in suam sententiam suum Ocham quodlib. 1. quæstione. 16. Asserunt isti, adeo euidēs esse, quòd voluntas nostra habet libertatem contingentiæ ad vtrumlibet, vt non possit per aliud euidentius demonstrari. Quæ sententia posset à nobis probari illis duobus testimonijs in epist. 2. & 3. D. Clementis, vbi expresse dicit euidens esse, q̄ in hominibus sit libertas arbitrij. Sed probatur primo testimonijs Philosophorum, q̄ seclusa fide solo lumine naturali cognouerunt, & docuerunt libertatem arbitrij. In primis Plato, sicut refert Clemēs Alexādrinus lib. 5. Stromatum, manifeste docuit libertatē arbitrij. Et Aristoteles lib. 3. Ethicorum c. 2. & sequentibus maximè c. 5. diffuse ostendit virtutem & vitium necessario debere esse in nostra potestate. Et libro 9. Meta. tex. 3. & iterum libro. 3. Politicorum c. 13. distinguit in homine potentias rationales ab irrationabilibus, & docet potentias rationales habere indifferentiā, & libertatem ad vtrumlibet. Vocat aūt potētias rationales intellectum & volūtatē. Præterea. Sicut refert Diuus Augustinus lib. 5. de ciuitate capitu. 9. & Cicero in 2. libro de diuinatione, tantùm nefas putauit negare liberum arbitrium hominis, quòd potius voluit negare in Deo præscientiam futurorum. Dicit enim: Si Deus futura præ noscit, nihil est in nostra potestate, nullū est hominis arbitrium: Quod si semel cōcedimus, omnino vita humana subuertitur. Frustra. n. dantur leges, & adhibentur obiurgationes, & laudes & vituperationes, & exhortationes, neque ulla iustitia, bonis præmia, & malis supplicia cōstituta sunt. Hæc autem dixit Cicero, q̄m nesciebat cōciliare liberum arbitrium cū diuina præscientia. Denique Philo Alexandrinus in lib. q̄ Deus sit immutabilis, vbi explicat illud Gen. 6. Delebo hominem. quem feci, &c. docet liberum arbitrium datū esse homini à Deo ex singulari quodā dono. Secundo probatur conclusio rationibus. Prima ratio est, quam Di. Tho. adhibet à posteriori; quoniam si non esset liberum arbitrium in homine, frustra essent leges, & præcepta, &c. Quæ ratio desumpta est ex Diuo Petro lib. 3. recognitionum, & ex Augustino & Cicerone vt iam citauimus. Et est commune argumentum apud omnes Sanctos ad probandam libertatem arbitrij. Inter quos legendus est Gregorius Nisselenus in oratione de cathechismo fidei capi. 31. vbi diffusè prosequitur hoc argumentum. Et confirmatur primo. Si non est in homine liberum arbitrium, sequitur quòd in illo non possit admitti actus virtutis aut peccati; consequens est falsum, ergo. Probatur sequela ex doctrina Aristote. in 3. Ethico. cap. 5. vbi probat, quòd sine nostra libera facultate nullum est vitium, & nulla est virtus. Et D. August. lib. ptimo retractā. capi. 9. & libro 3. de libero arbitrio capite 18. docet, quòd nullus peccat in eo, quod vitare nō potest. Et subdit, Peccatum est, vitari ergo potuit. Et in lib. de vera religione cap. 14. constituit regulam vniuersalē, quòd peccatum adeo est voluntarium, quod si non est voluntariū, nullum est peccatum. Et confirmatur secundò. Si homo non operatur ex libero arbitrio sed necessario, sequitur quòd omnia opera nostra siue bona, siue mala sint tribuenda ipsi Deo: consequens est hereticū, ergo &c. Sequela probatur. Quoniam sicut dicit Clemens Alex. lib. 2. stromatum, Si ea quæ Deus prohibuit non sunt in nostra potestate: certè ille qui prohibuit, est illorum causa. Minor vero probatur ex sup. dictis. q. 63. art. 5. vbi ostensum est impossibile esse, q̄ primus actus angeli esset peccatum: propterea quod tribueretur ipsi Deo autor naturæ, eo quòd angelus in primo instanti operabatur ex inclinatione naturali, & non ex pleno libero arbitrio. Secundo probatur minor. Quoniam aliàs incideremus in hæresim Lutheranorum, qui negantes hominis liberum arbitrium, cōsequenter affirmabant Deum ita esse causam proditionis Iudæ, sicut conuersionis Pauli: quam assertionem tanquam hæreticam damnauit Concilium Tridentinum sessione 6. can. 6. ¶Secunda ratio est à priori, & similis rationi D. Tho. Homo ex sua natura habet, quòd sit animal ratiocinatiuum, & operetur ex cōsilio & iudicio rationis: sed manifestum est, q̄ sm cōditionem potentiæ cognoscitiuę respondet homini potentia appetitiua, vt Diuus Tho. demonstrauit quęstione 80. articulo 2. ergo eum in homine intellectus sit potētia, quę habet liberum iudicium, volūtas quę illi respondet habet liberum arbitrium.

Hanc rationem sicuti supra citauimus Diuus Clemens insinuauit in epistola 2. ad Iacobum; & ex illa collegit esse euidens, quòd in homine sit libertas arbitrij. Orig. ēt in lib. 3. de principijs c. 1. hac rōne vsus est ad probādum liberū hominis arbitriū.

¶Tertia ratio potest esse, quæ desumitur ex Diuo Cyrillo lib. 3. contra Iulianū, & expressius libro 8. circa finem, & ex Gregorio Nisseno in oratione quadam de mortuis. Ad dignitatem & honorem hominis pertinet, vt sua sponte feratur in ea, quę iudicat sibi conuenientia: & non feratur in illa motus & ductus instinctu naturæ, quēadmodum aguntur irrationabilia: sed hoc non potest fieri seclusō libero arbitrio. ergo. Et confirmatur. Secundùm explicationem Dini Damasceni libro 2. de fide orthodoxa capite 12. propterea homo dicitur factus ad imaginem Dei, quoniam creatus est cum libero arbitrio: sed naturale est homini, quòd sit ad imaginē Dei, vt D. Thom. ostendit infra quæstione 93 ergo etiam est illi naturale, quòd habeat libertatem arbitrij.

COntra istas conclusiones sic probatas possunt adduci argumenta ex variis locis. Primo loco adduci possunt argumenta ex infallibilitate diuinæ prouidentiæ, & efficacia diuinæ voluntatis, cū qua videtur non posse stare libertas arbitrij: sed omnia hæc argumenta soluta sunt in superioribus, locis citatis contra errorem Stoycorum & hæresim Ioannis VVicleff, & aliorum: & legendus est Ioann. Driedo in libro de concordia prædestinationis cū libero arbitrio parte 2. capite 3. vbi dissoluit multa argumenta.

¶Ad quæ tamen omnia possemus vno verbo respondere: quòd infallibilitas diuinæ præscientiæ aut efficacia diuinæ volūtatis solum inducunt nobis necessitatem, quam Theologi vocant ex suppositione, siue in sensu composito: cum qua necessitā-

ceſſitate ſaluatur optime libertas abſolute & in ſenſu diuiſo. Cuius ratio eſt, quam aſſignat D. Tho. in articulo 3. quòd Deus cõcurrit cum cauſis ſecundis ad modum ipſarum cauſarum, & cũ cauſis naturalibus concurrit naturaliter, & neceſſario, cum cauſis vero liberis ſiue contingentibus cõcurrit libere, & propterea manente libertate ſimpliciter inducitur neceſſitas ex ſuppoſitione, quæ ſolum dicitur neceſſitas ſecundum quid. De qua re amplius in ſuperioribus dictũ eſt q. 19. ar. 8. & ar. x. & Fer. hoc explicat optimè li. 1. cont. gent. ca. 85.

¶Secundo loco poſſunt obijci argumenta ex illis locis Sanctorum, quibus ita commentatur diuina gratia contra Pelagianos, quòd uidetur excludi liberum arbitrium. Dicit enim D. Augu. libro 1. de gratia Chriſti ca. 47. quòd à ſanctis Patribus aliquando ita commendatur liberum arbitrium contra Manichæos, quòd videtur excludi Dei gratia: aliquando verò ita defenditur Dei gratia, quod videtur auferri liberum arbitrium.

¶Sed omnia hæc loca explicanda ſunt in proprio loco, in 1.2. q. 109. per totam. Interea tamen legendus eſt Ioannes Driedo. in 1. lib. de gratia & libero arbitr. tract. 1. c. 4. vbi explicat optime eiuſmodi loca Sãctorũ: in quibus plus nimium uel aſſeritur liberum arbitrium, vel defenditur Dei gratia. Et adducit ad illorum explicationem regulam communem ex D. Auguſt. in lib. 1. retract. c. 9. & 10. & epiſt. 46. ad Valentinum, ut neque Dei gratiam negemus, neque illam ſeparemus a libero arbitrio. Dicit ergo Auguſt. Quandocunque aliqua bona opera uel exiguntur ab homine, vel tribuuntur illi; tacita Dei gratia nunquam intelligatur excluſa: ſed potius intellecta & adiuncta cũ libero arbitrio. Quam regulam poſſumus confirmare ex illo teſtimonio Pauli 1. ad Corint. 15. Gratia Dei mecum, adiuncta explicatione D. Gregor. homil. 9. ſuper Ezechielem, & alijs duobus locis eiuſdem Sancti Doctoris, quæ citauimus in ſecunda concluſione.

¶Tertio loco poſſunt obijci argumenta, quę obijcit Caluinus in illo impio libello de iuſtificatione c. 2. ex locis Sanctorũ, maxime D. Auguſt. in quibus videtur aſſerere; quòd liberum arbitrium in peccatore manet extinctum. Dicit enim Auguſtinus in epiſtola. 144. ad Anaſtaſium, Vinctam vitio, in quod cecidit, uoluntatem, cœpiſſe carere libertate naturam. Et in Enchiridio. ad Laurentium capite. 30. dicit, quòd homo male vtens libero arbitrio, & ſe & illud perdidit. Et poſſumus nos addere Diuum Chryſoſtomum homil. 37. imperfecti ſuper Matthæum, vbi docet, quòd homo ligatus peccato per propriam voluntatem iam non agit quod vult, ſed quod diabolus vult. ¶Sed ad hęc loca ſufficiens erat ſolutio, quam adhibet Diuus Thomas in articulo 2. ad tertium, quòd intelligenda ſunt de amiſſione libertatis, quæ eſt à culpa & à miſeria. Docet n. Diuus Bernardus in libro de gratia & libero arbitrio quòd in homine eſt triplex libertas, videlicet, à culpa & à miſeria, & à neceſſitate, ſiue coactione: & per peccatũ amiſſit duas priores libertates manente tertia, quæ non poteſt ab illo auferri. Ad quem modum explicatur illud, quod habetur. 2. ad Timoth. 2. Vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatẽ. Propter quam cauſam Theologi, & inter eos Richardus in illa diſtinctione 25. articulo ſecundo quæſtione 2. docet, quòd liberum arbitrium in homine eſt amiſſibile quantùm ad libertatem, quæ eſt à culpa, & à miſeria. At vero quantùm ad libertatem, quæ eſt à neceſſitate, ſiue coactione, eſt omnino inamiſſibile, quoniam hæc libertas, à coactione eſt naturalis, & eſſentialis libero arbitrio. Ex qua doctrina intelligemus id, quod habetur in Concilio Aranicano capite. 13. vbi primo dicitur, quòd liberum arbitrium per peccatum fauciatum eſt & infirmatum. Et poſtea dicitur, quòd eſt amiſſum. Quod debet intelligi de amiſſione quãtum ad illam perfectionem & integritatem, quam habebat in ſtatu innocentiæ. Cui doctrinæ conſentit apertiſſimis verbis D. Auguſt. lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum capite 2. vbi dicit, quòd primi hominis peccato pertierit liberum arbitrium de humano genere, libertas quidem periit: ſed illa quidem quæ erat in paradiſo habebat plenã ſimul cum immortalitate iuſtitiæ. Et alio loco ſuper

ſuper epiſtolam ad Romanos capit. 18. dicit; quòd libertas arbitrij fuit perfectè in primo homine ante peccatum, in nobis vero ante gratiam manet liberum arbitrium, non vt non peccemus, ſed vt peccare nolimus.

¶Quartò loco poſſunt obijci argumenta, quibus Lutherani ex Sacra ſcriptura conantur probare, ꝙ per peccatum manet noſtrum arbitrium non liberum, ſed potius ſeruitutis & captiuitati ſubiectum. Dicitur enim de peccatoribus Ioann. 8. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Et ad Roman. 6. Fuiſtis ſerui peccati, &c.

¶Ad hoc argumẽtum prima ſolutio eſt iuxta ea, quę diximus in præcedenti ſolutione ſecundum explicationem Diui Bernardi in illo libro de gratia & libero arbitrio, & in ſermone 81. ſuper Cantica, ꝙ illa loca intelligenda ſunt de ſeruitute, quæ opponitur libertati a culpa & à miſeria in ordine ad quam ſeruitutem indigebat liberatore Chriſto, qui ſtatim ſubdit in illo capit. 8. Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Non autem ſunt intelligenda de ſeruitute, quæ opponitur libertati à coactione: hæc enim ſeruitus non poteſt conuenire libero arbitrio. Et hanc intelligentiam inſinuat Concilium Trident. ſeſſione. 6. capi. 1. De qua ſeruitute multa adducit Magiſter Vega libro. 2. de iuſtificatione cap. 3. & 4. Secundò reſpondetur, quod ſecũdum egregiam explicationem D. Auguſt. libro. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum capite. 2. vbi explicat illum locum ad Rom. 6. Cum ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ: potius ex hoc teſtimonio comprobatur libertas arbitrij in peccatore. Dicit enim Auguſtin. Ecce enim oſtenduntur etiam peccato minime potuiſſe ſeruire ſine alia libertate. Et ſtatim ſubdit. Quomodo ergo liberi à iuſtitia, niſi arbitrio voluntatis? Senſus ergo eſt, ſecundum Auguſtinum, quòd illi qui ſeruiunt peccato, habent libertatem arbitrij ad recedendum à iuſtitia, & ad non obediendum iuſtitiæ. Quaptopter ſuo ipſorum argumento confutamus Lutheranos, quod in peccatore manet liberum arbitrium.

¶Quinto loco poſſunt obijci argumenta, quibus Lutherani conantur probantur ex Sacra ſcriptura, ꝙ noſtrum liberum arbitrium nihil agat, ſed merè paſſiuè ſe habeat. Dicitur enim Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eũ. Et c. 15. dicitur, Sine me nihil poteſtis facere. Et ſunt alia plura teſtimonia Sacræ ſcripturæ in hunc modum.

¶Ad hæc tamen argumenta antequam reſpondeamus, mirari oportet impudentiã Lutheranorum. Nam D. Aug. tract. 26. ſuper Ioan. expreſsè notauit hanc difficultatem, & diſſoluit eam. Dicit enim. Quid dicemus ad hæc? ſi trahimur ad Chriſtum, ergo inuiti credimus? ergo violentia adhibetur, & non voluntas excitatur? Et reſpondet, inuitus nõ trahitur animus ſed amore. Porrò ſi Poetæ dicere licuit, Trahit ſua quemque voluptas; quãto magis dicemur trahi ad Chriſtum, qui delectatur veritate & beatitudine? &c. Hoc ſuppoſito reſpondetur ad hoc argumentum, ꝙ legitima intelligentia Sacræ ſcripturæ in illis teſtimonijs eſt, ꝙ ſine Dei gratia nõ poſſumus per liberum arbitrium aliquid agere, quod ſit conducens aut meritorium in ordine ad vitam æternam: & iſta eſt communis explicatio omnium Sanctorum. Ex hoc autem nihil derogatur libertati arbitrij noſtri: vt de D. Ambroſi. libro. 10. epiſtolarum, epiſtola. 84. ad Demetriadem expreſsè docet, ꝙ per Dei gratiam nõ tollitur liberum arbitrium, ſed potius perficitur & inſtauratur. Et D. Aug. in libro de ſpiritu, & litera c. 30. dicit, Liberũ ergo arbitrium euacuamus per gratiam? Abſit; ſed potius liberũ arbitrium ſtatuimus. Sicut enim lex per fidem; ita per gratiam liberum arbitriũ non euacuatur, ſed potius ſtatuitur. Ad eundẽ ſenſum D. Thomas in ar. 1. ad ſecundum, explicat illud teſtimonium Pauli ad Rom. 9. Non eſt volentis neque currẽtis, ſed Dei miſerentis. Quem locum ſecundum eandẽ explicationem proſequitur D. Aug. diffuſè & eleganter in Enchiridione ca. 32. Secundum eãdem explicationẽ exponit D. Thomas in q. 24. de verit. art. 1. ad primũ, illud teſtimonium Hierem. 10 Scio Domine, ꝙ nõ eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Exponit n. D. Thomas de operationibus, quæ ſunt cõducentes ad vitam æternam, & meritorię illius:

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius ; quas non possumus habere sine Dei gratia. Quam expositionem insinuat D. Augustin. in 2. libro de peccatorum meritis ca.17. Verum tamen est, quòd in illa solutione ad primum potius videtur eligere alteram explicationem, quam in isto primo articulo ad quartum solam adhibet. Et est explicatio Gregorij Nisseni libro.7. Philosophiæ capite. 2. quòd illud testimoniũ non est intelligendum de interiori electione voluntatis, sed tantum de executione exteriori eorum, quæ voluntas eligit. In qua executione potest ipse homo impediri, etiam si nolit. Et hæc secunda sententia explicatio mihi multo magis placet, propterea quòd videtur maximè conformis cum illo testimonio Prouerbiorum 16. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Cuius loci intelligentia legitima videtur esse, quod in libertate hominis est eligere interius viam, sed quantum ad executionem exteriorem, in qua potest impediri ex multis causis, Domini est dirigere illum ne impediatur.

DVbitatur secundo circa eandem primam conclusionem, & circa postissimam rationem Diui Thomæ. An libertas voluntatis proueniat ex indifferentia iudicij intellectus.

¶ Pro parte negatiua arguitur primo. In Deo est libertas arbitrij, vt D. Thomas docuit in q.19. ar.10. & tamen in illo non est indeterminatio iudicij, ergo. Probatur minor ex doctrina eiusdem D. Thomæ suprà q. 14. ar.15. vbi docet, q̃ scientia Dei semper est eadem & non variatur. Confirmatur. In angelis est libertas arbitrij non solum circa supernaturalia, sed etiam circa naturalia, vt patet ex q.59. ar.3. sed in illis non est indeterminatio iudicij circa naturalia, ergo. Probatur minor ex dictis q. 58. articul.3. quod circa naturalia intellectus angeli est determinatus per scientiam.

¶ Secundò. Indeterminatio iudicij intellectus oritur ex rebus ipsis, quibus oportet adequari iudicium intellectus, propterea q̃ intellect⁹ iudicat ex eo quod à parte rei contingit, sed libertas est intrinseca ipsi voluntati, ergo non dependet ex illa causa. Et confirmatur. Nam aliàs sequeretur, q̃ qñ intellectus iam est determinatus ad aliqd iudiciũ de conuenientia vnius medij; tunc voluntas non haberet liberam potestatem ad respuendum vel prosequendũ illud medium; propterea q̃ tunc non est indifferentia iudicij, sed iam est determinatio: consequens tñ est falsũ & cõtra experiẽtiã, ergo.

¶ Tertium argumentum est quod vr desumi ex Scoto in 1.d.36.q. vnica. Actus intellectus, qui præuenit omnem actum voluntatis, non est liber & indeterminatus, ergo falsum est asserere, q̃ volũtas sit libera, quia indeterminatus est intellectus. Cõfirmatur. Ab illa potentia, quæ est indeterminata, non põt procedere aliqua actio nisi prius determinetur ab aliquo: vt Cõmentator docet 2. Phy. commen. 48. ergo oportet assignare aliquid; à quo determinetur ad hoc iudicium, vel ad illud: sed non põt rectè intelligi à quo determinetur, ergo.

¶ Quartum argumentum est Duran. in 2.dist.24.q.3.vbi probat, q̃ libertas, quæ est in volũtate, prius & principalius est in intellectu etiam formaliter. Argumentum est. Intellectus est indifferens ad iudicandum modo esse conueniens hoc medium, postea vero alterum, ergo prius est liber intellectus ad iudicandum, quàm voluntas ad eligendum. Et confirmatur. Tota libertas, quæ est in voluntate, continetur in ipso iudicio intellectus, ergo ipse intellectus est prius & principalius liber, quàm voluntas. Consequentia potest probari ex illo. 1. Poster. c.2. propter quod vnumquodque tale; &c. Alia plurima argumenta Durandi, & aliorum refert Capreolus in illa d.24.q. vnica contra quartam conclusionem.

IN hac difficultate inuenio tres opiniones celebres. Prima est, quam docet Hẽricus quodlib.1.q.16. vbi expresè tenet eõtra D. Tho. q̃ voluntas nullo modo habet principium suæ libertatis à rõne, sed à se ipsa: quanuis semper sit necessariũ ad hoc, vt voluntas liberè operetur, quòd præcedat iudicium rationis de conuenientia vel disconuenientia obiecti; hoc autem potius debet dici occasio, quàm causa vel principium libertatis. Eandem sentẽtiam videtur sequi Scotus in 2.d.25.q. vnica. & quidam alij autores. Existimãt. n. q̃ intellectus nõ est radix & origo libertatis, quæ est in voluntate

luntate, & causa propria illius, sed solum est causa sine qua non, propterea quod voluntas non potest liberè ferri nisi in illud obiectum, q̃d intellectus illi proponit. Et inter alios autores videtur consentire huic sententiæ Abulens. 3. lib. reg. c. 12. q.6. vbi quanuis affirmat, quòd libertas voluntatis est radicaliter & principatiuè in intellectu: tamen idcirco existimat illam libertatem esse principatiuè in intellectu, quia voluntas non potest velle aut nolle nisi illud, quod per intellectum fuerit sibi propositum sub ratione boni vel veri. Neque assignat pro causa Abulensis indifferentiam iudicij rationis.

¶ Secunda sententia est in alio extremo, quam docet Durandus in illa distinctione 2. & 3. videlicet, quòd libertas prius est in intellectu, quàm in voluntate, non solum radicaliter & causaliter, sed etiam formaliter; quanuis sint aliqui autores, qui existiment, quòd Durandus in re non recedit à sententia Diui Thomæ, sed profecto decipiuntur.

¶ Tertia ergo sententia est, quæ medio modo procedit inter has duas extremas, & consistit in duobus dictis. Primo dicit, quod libertas prius quidem est in intellectu, quàm in voluntate non quidem formaliter, sed tantùm radicaliter, & causaliter. Secũdo dicit, quòd libertas formaliter & complectiuè solum est in voluntate. Hanc sententiam Diuus Thomas docet in artic. & in 1.2. quæstio.8. arti.2. ad secundum. & in quæstio.17. artic.1. ad secundũ, & Caiet. in vtroque loco, & vniuersa schola discipulorum D. Tho. Sed præter discipulos D. Tho. tenent eam alij autores grauissimi, D. Bonauentu. in illa quæst. 15. ar. 1. q.6. & Herueus q.62. cir. fi. & Ægid. qdlib.4.q.21. vbi docet, q̃ libertas voluntatis est causaliter & radicaliter primo in ipsa anima rationali tanquam in causa prima & remota, deinde in ipsa rõne tanquam in princi. proxi. Deniq; Marsi. in 2.q.22. ar.2. quanuis ibi doceat multa de intellectu & voluntate, quæ sunt falsa: nihilominus tamen par.2. & parte 4. expresè docet, q̃ libertas formaliter potius est ponenda in anima, secundum quòd est voluntas, quã secundum quòd est intellectus.

Decisio Autoris.

PRima conclusio. Nullo modo negari potest, quòd libertas arbitrij sit in intellectu radicaliter & causaliter tanquam in propria causa. Ista conclusio est contra autores primæ sententiæ, & præter quam q̃ est Di. Tho. & illorum, quos citauimus in tertia sententia. Probatur primo. Quoniam, sicut citauimus in primo dubio Di. Clemens in epist. 2. ad Iacobum, & Origen. li. 3. de principiis c.1. hac ratione probant liberum arbitrium hominis, quoniã ratio est indifferens ad iudicandum, ergo indifferentia rationis est causa & radix libertatis. Secundo probatur. Aristoteles in 3. Æthicorum capite 2. & 3. docet expresse, quòd desiderium & electio oritur ex cõsilio & iudicio rationis, & in libro 9. Metaphy. tex. 3. definit, quòd potentiæ rationales propterea quòd rationales sunt, habent se ad opposita, quod nõ conuenit potẽtiis irrationabilibus, ergo ex eo quòd ratio se habeat ad opposita, consequitur tanquam ex causa libertas voluntatis opposita. Et confirmatur. Liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis: sicut definiuit Magister Sententiarum in dist. 24. capite 5. & Diuus Augustin. in lib. de ecclesiasticis dogmatibus cap. 20. dicit, q̃ libertas arbitrij est rationalis voluntas, ergo libertas illa cum non sit formaliter in ratione, vt postea probabimus, necessario est in illo tanquã in radice & causa. Tertio probatur. Actio voluntatis nascitur ex cognitione obiecti, quę pertinet ad intellectũ, propterea q̃ sicut sæpe citauimus ex D. Augu. lib. 10. de Trin. c.1. voluntas nunquam fertur in ignotum, ergo volitio libera oritur ex indifferentia iudicij ad vtrumlibet, quæ est in ipso intellectu. Probatur consequẽtia. Quoniam, vt antea diximus ex doctrina D. Thomæ q.80. ar.2. natura potentiæ appetitiuæ pensanda est penes naturã potentiæ apprehensiuæ, ad quam cõsequitur, & à qua dependet in sua operatione. Et cõfirmatur. Secundùm ea quæ diximus quæst.77. arti.6. & 7. voluntas oritur ex ipsa anima rationali & ex ipso intellectu in genere causæ efficientis, ergo id, q̃d est de essentia voluntatis, est in intellectu tanq̃

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in causa efficiẽti, à qua procedit; sed liber tas est de essentia voluntatis, ergo est etiã in intellectu tanquam in radice & causa.

¶Secunda conclusio. Libertas formaliter non est in intellectu, sed in sola voluntate. Ista conclusio starmitur contra Durã. Et præter quam ꝙ est D. Tho. & illorum, qui tenent tertiam sententiam. Probatur ptimo. Omnis actus intellectus, qui præcedit voluntatem, est naturalis & ex motione diuina, secũdum ea quæ diximus in quæst. 82. ar. 4. circa solutionem ad tertiũ, ergo in intellectu est formaliter libertas. Probatur consequentia. Quoniam alias ẽt actus intellectus, qui præcederent voluntatem, essent liberi formaliter, qm̃ procederent à potentia formaliter libera. Secundo. Posito quocunq; iudicio rationis circa obiectum conueniens voluntati, põt voluntas non eligere illud, & nou mouere potentias ad vsum illius, ergo in ipsa volũtate est formaliter libertas. Et confirmat. Actus aliarum potentiarũ & ipsemet potentiæ solum habent libertatẽ per participationem, pp quam communicatur illis libertas ab ipsa volũtate, vt in 1.2. pluries ostẽditur, ergo tota libertas formaliter est in voluntate. Probatur consequentia. Qm̃ forma ibi est principaliter & formaliter, vnde ceteris aliquid communicatur ꝑ participationem. Tertio probatur. Illa potẽtia sola est formaliter libera, cui primo & principaliter solet tribui peccatum, aut meritum, sed voluntas est hmõi, ergo, &c. Maior patet ex supradictis. Quoniam vbi nõ est libertas neque est peccatum, neq; meritum. Minor vero probatur ex doctr. Augustt. Dicit.n. in lib. de duabus animabus contra Manich.c. 10. quòd non nisi voluntate peccatur, & lib. 1. retrac. ca. 9. dicit, ꝙ voluntas est, qua peccatur, & rectè viuitur. Quarto probatur. Illa sola potentia est formaliter libera, quę positis omnibus requisitis ad agendum, potest pro suo arbitrio agere & non agere, sed sola voluntas est hmusmodi, vt ab omnibus cõceditur, ergo. Et confirmatur. Libertas arbitrij potissimum cõsistit in hoc, quòd habeamus dominium actuum nostrorum, vt patet ex supra dictis, sed per solam voluntatem habemus dominium actuum nostrorum formaliter loquendo, ergo illa sola est formaliter libera.

¶Ex his conclusionibus colligendũ est primo falsam esse doctrinam, quam quidam iuniores docent, quòd quamuis uolũtas in sua libera operatione dependeat ab intellectu tanquã à proponente obiectũ: at ipsa libertas uoluntatis nõ dependet ab intellectu, qm̃ est essentialis ipsi uoluntati neque est accidens illi ex intellectu. Hæc doctrina errat in duobus. Primo in ipsa assertione, qm̃ contentit cum suis. Henrici, & aliorum: qui existimant, quòd libertas uoluntatis non est in intellectu tanquã in propria causa & radice, sed solũ secut in causa, sine qua nõ: cuius cõtrarium ostensum est in pri. concl. Secundo deficit in ipsa probatione, quæ nullius est momẽti; quamuis n. libertas sit essentialis uoluntati, non tollit quin dependeat ab intellectu tanquam a prima causa & radice. Est .n. receptissimum in vera Philosophia, ꝙ ea quæ formaliter sunt in effectu & essentialiter, sunt in cã virtualiter & radicaliter. Quemadmodum Di. Tho. sæpe docet, ꝙ ea quæ sunt formaliter in creaturis, sunt virtualiter in Deo tanquã in cã, & ea quę sunt formaliter in effectib. horum inferorũ, sunt virtualiter in Sole. Et in hoc nostro proposito est manifestum exemplũ. Nam libertas, quæ est formaliter & essentialiter in voluntate, & radicaliter & causaliter in ipsa anima, à qua procedit volũtas: & eodem modo D. Thom. docet, ꝙ est radicaliter in ipso, intellectu à quo etiam originatur voluntas.

¶Secundo colligitur, ꝙ vt egregiè notauit Hispalensis in illa distinc. 25. quæst. vnica artic. 3. notab. 2. sinistrè intelligunt Diuum Thomam illi authores, qui existimant mentem eius esse, quòd libertas voluntatis nascitur ex libertate intellectus. Hoc enim esset incidere in sententiã Durandi, qui ponit in intellectu libertatem formaliter, & inde deriuari ad volũtatem. Diuus autẽ Thomas locis citatis expresse docet, quòd in intellectu nulla est libertas formaliter vel tanquam in subiecto; sed solum radicaliter: propterea quòd ex ipsa indifferentia intellectus prouenit tanquam ex causa, ꝙ voluntas sit formaliter libera.

libera. ¶Quòd si aliquis roget, An hęc libertas formalis sit aliquid superadditum ipsi voluntati? Respondet facile Soncin. lib. 9. Meta. q. 9. conclu. 1. non esse aliquid distinctum aut superadditum voluntati. Et ratio est manifesta. Quoniam voluntas ex sua natura & essentialiter est libera, ergo ipsa libertas non distinguitur à voluntate. Probatur consequentia. Quoniam illud, quod est de essentia rei, non potest esse aliquid superadditũ ipsi essentiæ. Itaque sicut dicimus, ꝙ indifferentia intellectus nõ est aliqd superadditũ ipsi intellectui: ita dicendum est de libertate voluntatis. ¶Solẽt autẽ Theologi adhuc inqrere, An hæc libertas voluntatis ad opposita cõueniat ipsi voluntati ẽt pro illo instanti, quo se applicat ad eligendũ alterũ oppositorum? Et quamuis sint diuersæ opiniones, tñ qõ potius vr̃ de nomine, q̃ de re. Nihilominus tñ uera solutio est, quam insinuat Herue. quodlib. 1. q. & Soncl. 9. Met. q. 17. & alij autores; ꝙ si loquamur in sensu cõposito uoluntas non põt habere libertatẽ ad utrunq; oppositorum pro eodem instãti. Suppositio .n. ꝙ uoluntas eligit vnum oppositorum, non potest simul eligere alterum. At uero si loquamur in sensu diuiso, multo probabilior sñia est, ꝙ in eodem instanti habet uoluntas libertatem ad opposita. Et ratio est, qm̃ in illo instanti, in quo voluntas determinat se ad unum oppositorum, potuit absolutè loquendo vel cessare ab illo, uel determinare se ad alterũ oppositorum sub alia rõne. v. gr. Deo asserimus, ꝙ in instãti æternitatis, quo uoluit creare hunc mundum, potuit absolutè loquendo non creare ipsum, aut uelle creare alterum mundũ; quamuis in sensu cõposito, & ex suppositiõe, qua uoluit creare hũc mundum, non potuit cessare ab hac uolitione. Et ab hac sñia non multum abhorret Gabriel in illa distin. 25. dub. 4. quanus uideatur etiam sanere oppositæ sñiæ.

AD primum argumentum respondetur, ꝙ eo pacto, quo ponimus in Deo liberum arbitrium in ordine ad creaturas, ponimus etiam indifferentiam iudicij. Nã ideirco dicimus, quòd Deus liberè produxit hunc mũdum, quoniam iudicauit hoc effe medium conueniens ad manifestandam suam bonitatem, sed simul etiam cognouit, quòd alius mundus poterat esse medium conueniens ad hanc manifestationem, & primum medium liberè elegit ab æterno, quamuis sicut potuit iudicare alium mundum esse cõuenientem: ita potuit libere illud eligere. Non enim ex necessitate determinauit se ad electionẽ prioris medii. Hanc solutionem insinuat Di. Tho. in quæstio. 24. de uerit. arti. 3. ad tertium, & explicat eam Ferra. 1. contra gen. cap. 88. Ex quo tamen non sequitur, ꝙ diuina scientia sit uariabilis, sed ꝙ res ipsæ, de quibus potest habere Deus iudiciũ aut electionem, sint uariabiles. ¶Ad confirmationem respondetur, quòd angeli etiã circa naturalia habent iudicium indifferens, saltem quantum ad exercitium; quoniã possunt modo iudicare hoc uerum, & postea uel cessare ab illo, uel iudicare aliud uerum: maximè uero circa ueritates practicas, quę pertinent ad agibilia. Nam in ordine ad ista, minorem determinationẽ habet intellectus angelicus; quapropter nullo modo negari potest illis liberum arbitrium etiam circa naturalia.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd indifferentia iudicii circa media eligibilia intrinsẽca est ipsi intellectui, ex qua uelut ex causa nascitur libertas arbitrij, quæ est intrinseca ipsi uoluntati: res autem exteriores sunt materia, circa quã uersatur iudicium intellectus, & electio uoluntatis. Itaque uirtus collatiua & iudicatiua aliquid intrinsecum est, quamuis fundamentum discursus uel iudicij inueniatur in rebus ipsis. ¶ Ad confirmationem patet solutio ex his, quæ paulo ante diximus. Intellectus enim in eodem instanti, quo se determinat ad iudicandũ de conuenientia huius medii, potuit loquendo absolutè determinare se ad alterum iudicium de cõuenientia alterius medii. Similiter uoluntas in eodem instanti, quo elegit illud medium, potuit in sensu diuiso eligere aliud medium propositum ab intellectu sub alia ratione, & hoc sufficit, ut in intellectu sit libertas radicaliter, & in uoluntate formaliter, quamuis in sensu composito hæc fieri non possint.

¶Ad tertium Caietanus in hoc articulo respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondet optimè, & Ferrar. in 3. contra Gentes capi. 73. circa secundam rationem, quòd dupliciter aliqua actio potest dici libera. Primo, Quia producta est ex consilio rationis, & electione voluntatis: & eiusmodi actio est propriè & formaliter libera. Quoniam, sicut Diuus Thomas docet in articulo tertio, actio propria liberi arbitrij est electio. Alio modo potest dici actio libera, quoniam procedit à potentia, quæ ex sua natura non est magis determinata ad hoc iudicium quàm ad alterum, & hoc modo actio non dicitur propriè & formaliter libera, sed solum radicaliter & causaliter. Propterea quòd ex eiusmodi operatione habet appetitus, qui eam sequitur, quòd non sit determinatus ad vnum, sed possit eligere hoc medium potius quam illud. Quo supposito ad argumentum respondetur, quòd si liberum accipiatur primo modo, ille actus, qui præuenit omnem actionem voluntatis, non est liber sed naturalis, videlicet, procedens ex inclinatione, & motione Dei, qui est autor naturæ, non autem ex deliberatione rationis & electione voluntatis, sicut constat in exemplis supra adductis quæstione 63. articulo 5. & 82. artic. 4. circa solutionẽ ad tertium. Si verò liberum arbitrium accipiatur secundo modo, actus intellectus præueniens voluntatem dicitur liber, propterea quòd procedit ab intellectu, qui habet indifferentiam ad iudicandum, & potest iudicare modo istud obiectum esse cõueniens, & postea aliud obiectum magis conueniens. Et iuxta hunc sensum, actus intellectus præueniens voluntatem, non dicitur naturalis; quoniam hoc pacto ille actus dicitur naturalis, qui procedit à potentia, quæ ex sua natura est determinata ad unum tm̃: propter quã causam Aristoteles, sicut supra citauimus ex libro 9. Metaphy. constituit differentiam inter potentias rationales & irrationales: quòd potentiæ rationales habent se ad oppositа, nõ autem potentiæ irrationales.

¶ Ad confirmationem respondetur, q̃ multa solent respondere Theologi. Sed respõdetur breuiter, & dicimus primo, quòd intellectus determinatur magis ad hoc iudicium, quam ad alterum ex sola Dei motione & inspiratione, iuxta ea quæ diximus q. præced. art. 4. circa solutionem ad tertium: sed tunc potius dicendum est, q̃ intellectus determinatur ab alio, potius quam per se determinet. Secundò dicimus quòd intellectus determinatur potius ad hoc iudicium, quàm ad alterum ex discursu & consilio rationis originato à sensu. Ex quo discursu per resolutionem ad principia sibi nota procedit magis ad hoc iudicium, quàm ad alterum; cum tamen potuisset absolute loquendo ex altero discursu, & propter aliam rationẽ procedere ad aliud iudicium. v.g. Habet aliquis ante se panem & aurũ, & considerat panem esse accommodatũ ad satiandam famem, & cõseruandam vitam; & iudicat tunc esse potius eligendũ panem, potuit tamen ex alio principio iudicare aurũ esse potius eligendũ, vt si forte esset ibi emẽdus ager, aut restituendũ ingens debitũ. Ex hac doctrina facile possumus colligere, quando & quomodo intellectus determinat se ad iudicandum ante actum voluntatis. ¶ Ad quartũ argumẽtum respondetur, q̃ probat intellectum esse liberum arbitrium radicaliter tantùm, non vero formaliter. Libertas n. formaliter in illa tantum potentia colloca tur, quæ libere mouet ad exercitium & se ipsum & cæteras alias potentias. ¶ Ad confirmationẽ respondetur similiter, q̃ probat de libertate intellectus radicaliter & causaliter, & ad probationem respõdetur, q̃ illa propositio habet verum quando illud tale conuenit formaliter vtrique, & vni conuenit propter alterum: tunc magis conuenit vni, quàm alteri; alias autem non habet verum illa propositio. v.g. dicimus, quòd aqua est calida propter ignem, ignis est magis calidus, quoniã in vtroq; est calor formaliter: non tamen sequitur, quòd si est aqua calida propter solem, q̃ sol sit magis calidus; quoniam calor non est in sole formaliter, sed solùm causaliter. Et hæc solutio colligitur ex doctrina D. Tho. explicantis hanc propositionẽ Arist. infra q. 83. artic. 2. ad tertiũ & in q. 10. de veri. ar. 9. in solutione ad tertiũ. ¶ Circa solutionem ad quintum solent aliqui disputare, An possit esse aliquis habitus in homine, qui impediat libertatẽ arbitrij? Sed hanc difficultatem facile

cile respondetur. Primo. Quòd si loquamur de habitibus, qui sunt in parte intellectiua in intellectu aut voluntate; certum est, quòd eiusmodi habitus potius perficiunt libertatem arbitrij, quàm impediãt: sicut D. Tho. docet. Quod colligitur ex ipsa natura habitus; nam habitus ex sua natura habet, quòd sit perfectio potentiæ, in qua recipitur, ergo potius illã perficit, quàm impediat. Secundò, quoniam habitus est, quo potentia vtitur, quando opus est siue quando volumus, vt docuit Commentator in 3. de Anima commento 18. & Diuus Augustin. in libro de bono coniugali capi. 21. ergo ex ipsa natura habitus est, quòd potius adiuuet liberum arbitriũ, quàm impediat.

¶ Secundo dicimus, quòd si fermo sit de passionibus aut de habitibus residentibus in appetitu sensitiuo, explicare an ista impediant, vel tollant libertatem arbitrij, nõ est præsentis loci; sed habet proprium locum in 1.2. quæ. 10. art. 3. & postea in q. 77. art. 6. & 7.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm liberum arbitrium sit potentia.

413 2. dist. 24. q. 1. ar. 1. & 2. Et vetit. q. 24. ar. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̃ liberum arbitrium nõ sit potentia. Arbitriũ n. liberũ nihil est aliud quàm liberum iudicium. Iudicium autem nõ nominat potentiam, sed actum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

¶ 2. Præterea, Liberum arbitriũ dicitur esse facultas voluntatis & rationis. Facultas autem nominat facilitatẽ potestatis, quæ quidem est per habitum. Ergo liberum arbitrium est habitus. Bernard. * etiam dicit, q̃ Nõ multũ refert. lib. arbit. est habitus animæ liber sui. Non ergo est potentia.

¶ 3. Præterea, Nulla potentia naturalis tollitur p̃ peccatũ: sed liberum arbitriũ tollitur per peccatum. Aug. enim dicit *, quòd homo male vtens libero arbitrio, & se perdit et ipsum. Ergo liberũ arbitriũ nõ est potentia.

SED contra est, quòd nihil est subiectũ habitus, vt videtur, nisi potentia. Sed liberum arbitrium est subiectum gratiæ, qua sibi assistente bonum eligit. Ergo liberum arbitrium est potentia.

RESPONDEO dicendũ, quòd quamuis liberum arbitrium nominet quendam actum secundum propriam significationem vocabuli: secũdum tamen commune vsum loquendi, liberum arbitriũ dicimus id, quod est huius actus principium, scilicet quo homo liberè iudicat. Principium autem actus in nobis est & potentia et habitus. Dicimur enim aliquid cognoscere & per scientiam & per intellectiuam potentiam, oportet ergo q̃ liberum arbitrium vel sit potentia, vel sit habitus, vel sit potentia cum aliquo habitu. Quòd autem non sit habitus, ueq; potentia cum habitu, manifestè apparet ex duobus. Primò quidem, quia si est habitus, oportet quòd sit habitus naturalis. Hoc enim est naturale homini q̃ sit liberi arbitrij. Nullus autem habitus naturalis adest nobis ad ea quæ subsunt libero arbitrio, quia ad ea, respectu quorum habemus habitus naturales, naturaliter inclinamur: sicut ad assentiendum primis principiis. Ea autem, ad quæ naturaliter inclinamur: non subsunt libero arbitrio, sicut dictum est * de appetitu beatitudinis. Vnde contra propriam rationem liberi arbitrij est, quòd sit habitus naturalis. Contra naturalitatem aũt eius est q̃ sit habitus non naturalis. Et sic relinquitur q̃ nullo modo sit habitus. Secundo hoc apparet: quia habitus, dicuntur secundum quos nos habemus ad passiones, vel ad actus bene vel male, vt dicitur in 2. Ethi. * Nam per temperantiã bene nos habemus ad concupiscentias. Per intemperantiã aũt male, per scientiam ẽt bene nos habemus ad actum intellectus, dum verũ cognoscimus: per habitũ aũt contrarium male. Liberũ aũt arbitriũ indifferẽter se habet ad bene eligendũ vel male. Vnde impossibile est quod liberũ arbitriũ sit habitus. Relinquitur ergo q̃ sit potentia.

Q6. 82. art. 1.

li. 2. eth. c. 6. to. 5

AD primum ergo dicendum, quòd consuetum est potentiam significari nomine actus. Et sic per hunc actum, qui est liberũ iudicium nominatur potẽtia, qua est huius actus principium: alioquin si liberum arbitrium nominaret actum: non semper maneret in homine.

AD secundum dicendum, quòd facultas nominat quandoque potestatem expeditam ad operandũ. Et sic facultas ponitur in diffinitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitione liberi arbitrij. Ber. autè accipit habitum non secundū quòd dicitur contra potentiam: sed secundū quòd significat habitudinem quandā, qua aliquo modo se aliquis habet ad actum. Quod quidè est tam per potentiam quàm per habitum. Nam per potentiam homo se habet vt potens operari, per habitum autem vt aptus ad operandum bene vel male.

AD tertium dicendum, quòd homo peccando liberū arbitriū dicitur perdidisse, nō quantum ad libertatè naturalem, quæ est à coactione, sed quantum ad libertatē, quę est à culpa & à miseria. De qua infra in trac. moral. dicetur in secūda parte huius operis.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Liberum arbitriū non potest esse actus, sed potentia. Hanc conclusionem probat D. Thom. tripliciter. Primò. Liberum arbitrium est subiectum habitus virtutis vel vitij, ergo ipsum nō potest esse habitus sed potentia. Secundò. Liberum arbitrium non est habitus naturalis, ergo nullus. Consequentia probatur. Quoniam neque est habitus acquisitus, neque à natura datus; quoniam ea, ad quæ naturaliter inclinamur, non subiacent libero arbitrio, vt constat de appetitu beatitudinis in communi ex quæstione. 82. arti. 1. ergo contra liberi arbitrij rationem est, quòd sit habitus naturalis. Tertiò. Habitus est secūdum quem homo se habet benè vel malè in ordine ad operationes vel passiones, vt colligitur ex Arist. in 2. Ethico. ca. 6. & constat experientia, q̄ per habitum iustitiæ benè se habet homo in ordine ad operationem & per habitum iniustitiæ malè se habet; sed liberū arbitrium abstrahit à bene vel male se habere, ergo non est habitus, sed potentia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd liberum arbitrium non sit potentia appetitiua, sed cognitiua. Dicit. n. Damasc. q̄ cum rationali cōfestim comitatur liberum arbitrium. Sed ratio est potentia cognitiua. Ergo liberum arbitrium est potentia cognitiua.*

¶ 2 Praterea. Liberum arbitrium dicitur quasi liberum iudicium, sed iudicare est actus cognitiuę virtutis. Ergo liberum arbitrium est cognitiua potentia.

¶ 3 Praterea. Ad liberū arbitrium præcipuè pertinet electio. Sed electio videtur ad cognitionē pertinere: quia electio importat quandam comparationem vnius ad alterū: quod est proprium cognitiuę virtutis. Ergo liberum arbitrium est potentia cognitiua.

SED contra est, quòd Philosophus dicit in 3. Ethico. q̄ electio est desiderium eorū, quæ sunt in nobis. Sed desiderium est actus appetitiua virtutis. Ergo & electio. Liberū autem arbitrium est secundum quod eligimus. Ergo liberum arbitrium est virtus appetitiua.*

RESPONDEO dicendum, quòd prius liberi arbitrij est electio. Ex hoc enim liberi arbitrij esse dicimur, q̄ possumus vnū recipere alio recusato: quod est eligere, & ideo Arist. in 6. Ethi. sub dubio relinquit, vtrum principalius pertineat electio ad vim appetitiuam vel ad vim cognitiuam: dicit enim q̄ electio vel est intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Sed in 3. Ethic.† in hoc magis declinat, q̄ sit appetitus intellectiuus, nominans electionem desiderium consiliabile, & huius ratio est quia proprium obiectū electionis est illud quod est ad finē. hoc autem inquantum huiusmodi habet rationem*

tionem boni, quod dicitur vtile. Vnde cū bonū inquantum huiusmodi, sit obiectum appetitus, sequitur quod electio sit principaliter actus appetitiuæ virtutis. Et sic liberum arbitrium est appetitiua potentia.

AD primum ergo dicendum, quòd potentiæ appetitiuæ concomitantur apprehensiuas. Et secundum hoc dicit Damascen. quòd cum rationali confestim concomitatur liberum arbitrium.

AD secundum dicendum, quòd iudiciū est quasi conclusio & determinatio consilij. Determinatur autem cōsilium primò quidem per sententiam rationis, & secundò per acceptationem appetitus. Vnde Philosophus dicit in 3. Ethic.. quòd ex consiliari iudicā desideramus secundum consilium. Et hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium à quo nominatur liberum arbitriū.*

AD tertium dicendum, quòd ista collatio, quę importatur in nomine electionis, pertinet ad consilium præcedens, quod est rationis. Appetitus enim quamvis non sit collatiuus, tamen inquantum à vi cognitiua conferente mouetur, habet quandam collationis similitudinem, dum vnum alteri præoptat.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Liberum arbitriū est potentia appetitiua, & non apprehēsiua. Ratio. Proprius actus liberi arbitrii est electio; sed electio pertinet ad potentiam appetitiuam, ergo. Maior patet. Quoniā propterea dicimur habere liberū arbitrium, quoniam possumus recipere vnum recusato alio, quod est eligere. Minor verò probatur dupliciter. Primò ex Arist. 3. Ethicor. cap. 2. vbi docet, quòd electio est desiderium eorum, quæ sunt in nobis, desiderium autem ad appetitiuam potentiam pertinet. Secundò. Obiectum proprium electionis est bonum ordinatum in finem, quod vocatur bonum vtile; sed bonum vt bonum est, est obiectum potentiæ appetitiuæ & non apprehensiuæ, ergo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate. Dicit. n. Damasc. in lib. 2. 3. indu. q̄ aliud eīt thelisis, aliud vero bulisis. Thelisis autem est voluntas, bulisis autem videtur arbitrium liberum: quia bulisis secundum ipsum est volūtas quæ est circa aliquid quasi vnius per comparationem ad alterū. Ergo videtur quod liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate.*

¶ 2 Praterea. Potentiæ cognoscuntur per actus. Sed electio, quæ est actus liberi arbitrij, est aliud à voluntate, vt dicitur in 3. Eth. quia voluntas est de fine, electio autē de ijs quæ sunt ad finem. Ergo liberum arbitrium est alia potentia à voluntate.*

¶ 3 Praterea. Voluntas est appetitus intellectiuus. Sed ex parte intellectus sunt duæ potentiæ, s. agens & possibilis. Ergo & ex parte appetitus intellectiui debet esse aliqua potentia præter voluntatē: & hęc non videtur esse nisi liberū arbitrium. Ergo liberum arbitrium est alia potentia præter voluntatem.

SED contra est, quòd Damasc. dicit in 3. quòd liberum arbitrium nihil aliud est quàm voluntas.*

RESPONDEO dicendum, q̄ potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potētijs apprehensiuis, vt supra dictum est. Sicut aūt ex parte apprehensionis intellectiuæ se habent intellectus et ratio: ita ex parte appetitus intellectiui se habent volūtas & liberū arbitriū, quod nihil aliud est quàm vis electiua, et hoc patet ex habitudine et obiectorū et actuū. Nā intelligere importat simplicem acceptionē alicuius rei. Vnde intelligi dicūtur propriè principia, q̄ sine collatione per se ipsa cognoscuntur. Ratiocinari aūt propriè est deuenire ex vno in cognitionem alterius. Vnde propriè de cōclusionib. ratiocinamur, q̄ ex principijs innotescūt. Similiter ex parte appetitus, velle importat simplicem appetitū alicuius rei. Vnde volūtas dicitur esse de fine, qui propter se appetitur. Eligere aūt est appetere aliquid propter alterum cōsequendum*

Locis sup. art. 1. Lib. 3. ort. fid. c. 14. ante me diū. to. 5 Lib. 6. Eth. c. 2. ante me diū. to. 5 q. 64. ar. 2. & qō. 80. arti. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*dum. Vnde propriè est eorum quæ sunt ad finem. Sicut autē se habet in cognitiuis principium ad conclusionem, cui propter principia assentimur, ita in appetitiuis se habet finis ad ea, quæ sunt ad finem, qua propter finem appetuntur. Vnde manifestum est ꝙ sicut se habet intellectus ad rationem, ita se habet voluntas ad vim electiuam, id est ad liberum arbitrium. Ostensum est autē sup.**

Qu. 79. ar. 8.

quòd eiusdem potentiæ est intelligere & ratiocinari, sicut eiusdem virtutis est quiescere & moueri. Vnde etiam eiusdem potentiæ est velle & eligere. Et propter hoc voluntas & liberum arbitrium non sunt duæ potentiæ, sed vna.

AD primum ergo dicendum, quòd bulisis distinguitur à thelisi, non propter diuersitatem potentiarum, sed propter differentiam actuum.

*AD secundum dicendum, quòd electio & voluntas, id est ipsum velle, sunt diuersi actus: sed tamen pertinent ad vnam potentiam sicut etiam intelligere & ratiocinari, vt dictum est.**

In cor. art.

AD tertium dicendum, quòd intellectus comparatur ad voluntatem vt mouens. Et ideo non oportet in voluntate distinguere agens & possibile.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Ratio. Sicut ex parte intellectus se habent intellectus & ratio; ita ex parte appetitus se habent voluntas & liberum arbitriū, quod nihil aliud est quam vis electiua; sed vt ostensum est suprà quæst. 79. arti. 8. eiusdē potentiæ est intelligere & rōcinari, sicut eiusdem virtutis est quiescere & moueri, ergo eiusdem potētiæ est velle & eligere, ac p consequens idem est voluntas, & liberum arbitrium. Maior patet, Quia potentiæ appetitiuæ proportionantur potentiis apprehensiuis, vt clarè deducit S. Thom. ex ordine obiectorum & actuum ipsarum potentiarum.

COMMENTARIVM.

CIrca hos tres articulos notādū est plures versari opiniones inter Theologos circa eorum conclusiones. Prima est, quorundam, quam D. Th. refert in 1. d. 25. quæstione vnica art. 1. Quæ sententia duo dicit. Primum est, quòd liberum arbitriū non est potentia sed habitus. Secundum est, quòd non est habitus, qui realiter distinguatur ab ipsa potentia, sed est ipsa habilitas vel facilitas potentiæ ad producendos actus liberos: & iuxtā hanc doctrinā dicit esse intelligendam diffinitionem liberi arbitrij supra positam, ꝙ liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, hoc est, facilitas illarum potentiarum ad suos actus. ¶Hæc sententia falsa est in vtraque assertione; & prima assertio satis impugnatur illis argumentis, quibus in articulo primo probauimus secundam conclusionem D. Thomæ. Secunda vero assertio impugnatur egregie à D. Thom. hoc argumento in eodem articulo 1. Quoniam secundum proprietatem hominis, habitus importat qualitatem, quæ est principium actus informantem & perficientem ipsam potentiam; & ex cōsequenti oportet, quòd superueniat ipsi potētiæ, sicut perfectio sua perfectibili, ergo implicatio est, quòd sit habitus, & quòd non distinguatur ab ipsa potentia.

¶In hac ratione D. Tho. obiter est maxime notandum, quàm longe discedant à mente D. Thomæ illi autores etiam Thomistæ, qui opinantur, quòd habitus primorum principiorum non est qualitas realiter ab intellectu distincta, sed est ipsa habilitas vel inclinatio intellectus ad assensum primorum principiorū, inter quos est Magister Soto lib. 2. de iustitia, & iure quæstione 4. ar. 1. Aduersus quàm sententiam diximus suprà quæstione 79. art. 12. & copiosius dicendum est in 1. 2. in materia de virtutibus. ¶Secunda sententia est aliorum in alio extremo, quam etiam refert D. Tho. in illa distinctione 25. art. 3. & quæst. 24. de veritate art. 6. Docet hæc sentētia, quòd liberum arbitrium non est habitus, sed potentia quædam, quæ oritur ab anima mediō intellectu & uoluntate, & ab vtraque potētia

potētia distinguitur realiter tanquā quoddam medium participans aliquid vtriusque potentiæ. Nam ab intellectu participat iudicium, & a voluntate desiderium. De hac opinione dicit D. Tho. in illo arti. 3. quòd est extranea, quanuis probabiliter dicatur: & licet D. Tho. non referat autorē illius sententiæ, tamen illam expresse tenet Albertus Magnus in 2. d. 3. art. 6. & postea dist. 25. ar. 1. & in summa de homine, tractatu de libero arbitrio, quæstione 1. & 2. Nec multum discedit ab hac opinione Herueus quolibeto 1. quæstione 1. Argumenta, quę pro hac opinione possunt obij ci, potissima sunt, quę D. Thom. refert & soluit in articulo 3. & 4. & alijs locis modo citatis.

¶Tertia sententia est D. Thomæ, & ferè communis omnium Theologorum, ꝙ liberum arbitrium non distinguitur realiter ab ipsa potētia voluntatis, sed tantum distinctione rationis, & prēter probationes oprimas D. Tho. in ar. 4. & locis iam citatis. Probatur hæc sententia. Primo ex testimonijs D. Augustini. Dicit enim in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus c. 20. quòd libertas arbitrij est ipsa rationalis voluntas; & in 1. lib. retract. capitu. 9. liberum arbitrium vocat ipsam liberam voluntatem. Similiter D. Chrysosto. tomo. 1. in illa homilia de verbis Esaie 1. Si volueritis & audiertis me &c. expresse liberum arbitrium vocat liberam voluntatem, & in hunc modum sunt alia plura testimonia Sanctorū. Secundo probatur. Quoniam Arist. in 3. de anima, & in 2. & 3. ethicorum, non cognoscit alias potentias rationales in anima prēter intellectum & voluntatem, ergo cum liberum arbitrium non sit intellectus, sequitur aperte quòd sit voluntas. Confirmatur. Secundum communem sententiam Theologorum, in anima tantum sunt tres potentiæ, intellectus, uoluntas, & memoria: sed in quæstione 79. artic. 7. manifestè probauimus cum D. Tho. quod memoria non est res distincta ab intellectu, ergo voluntas non est res distincta à libero arbitrio. Vltimo, pbatur. Libertas est essentialis voluntati, & in sola illa reperitur formaliter; sicut iam probatū est in articulo præcedenti dubio 2. sed liberum arbitriū est illa potentia, cui essentialiter, & formaliter conuenit libertas, ergo est ipsa voluntas.

SEd contra hanc sententiam D. Thomæ possunt obijci duo argumenta. Primū est. Quoniam D. Clemens lib. 3. recognitionum ex mente D. Petri asserit, quòd liberum arbittrium est sensus animæ, &c. sed manifestum est, quòd sensus est res distincta à voluntate, ergo.

¶Ad hoc tamen argumentum respondetur, quòd in illo testimonio nomine sensus intelligitur illa potentia animæ, qua inclinatur ad apperendum bona sibi conuenientia. Vtitur enim nomine sensus non propriè, sed largo modo; sicut in Scriptura aliquādo sensus accipitur pro appetitu. Genes. 8. Sensus & cogitatio humani cordis sunt prona ad malum ab adolescentia sua. Quem locum communiter interpretes exponunt de appetitu inordinato hominis, & D. Tho. in 1. 2. q. 15. art. 1. expresse docet, quòd sensus aliquando accipitur pro appetitu, ex quo desumitur quidam actus voluntatis, qui vocatur consensus. In huius rei confirmationem adducit illud testimonium Sapientiæ 1. Sentite de domino in bonitate, & dicit, quòd ibi, sentire refertur ad voluntatem.

¶Secundum argumentum potest obijci ex verbis D. Thomæ in 2. contragent. c. 48. tōne 2. & 3. vbi dicit, ꝙ habere liberum iudicium est habere liberum arbitriū; sed habere iudicium pertinet ad partem cognoscitiuam, ergo liberum arbitrium est res distincta à voluntate.

¶Ad hoc argumentum Ferr. in eodem loco respondet, & existimat solutionem colligi ex D. Thoma locis citatis, quòd in libero arbitrio sunt duo, & quòd sit iudicium, & quòd sit liberum. Quòd sit iudicium, pertinet ad intellectum, quòd vero sit liberum, pertinet ad voluntatem. Nam ex libertate voluntatis participatur libertas in iudicio intellectus, sicut & in operationibus aliarum potentiarum. Quapropter recte intulit D. Tho. quòd habere liberum iudicium est habere liberum arbitrium. Secundo responderi potest facilius iuxta mentem D. Thom. in articu. 3. ad secundum, & in illa distinctione 25. articulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. ad 2. & ad 5. quòd vbicunque dicitur, A quòd habere liberum arbitrium, est habere liberum iudicium, non accipitur ibi liberum iudicium pro actu intellectus iudicantis, sed potius debet accipi pro electione voluntatis acceptantis, & eligentis illud medium, quod per consilium & iudicium rationis propositum est tanquam conuenientes. Et iuxta istum sensum potest intelligi ista definitio liberi arbitrii, quòd liberum arbitrium est liberum de voluntate iudicij. Legendus est etiam circa hanc materiam de libero arbitrio Henricus in 2. tomo suæ summæ quæstionum Theologicarum articu. 45. quæstio. 3. & quarta. vbi breuiter explicat, quo pacto reperiatur liberum arbittium in Deo & in angelis & hominibus.

FINIS.

De Animæ cognitione respectu corporalium.

Consequenter considerandum est de actibus & habitus animæ quantum ad potentias intellectiuas & appetitiuas. Aliæ enim potentiæ non pertinent directè ad considerationem Theologi. Actus autem & habitus appetitiuę partis ad considerationem moralis scientiæ pertinent. Et ideo in secunda parte huius operis de eis tractabitur, in qua considerandum est de morali materia. Nunc autem de actibus & habitibus intellectiuæ partis agetur. Primò quidem de actibus. Secundò de habitibus. In consideratione verò actuum, hoc modo procedemus. Primò nanque considerandum est quomodo intelligit anima corpori coniuncta. Secundò quomodo intelligit à corpore separata. Prima autem consideratio erit tripartita. Primò nanque considerabitur quomodo anima intelligit corporalia quę sunt infra ipsam. Secundò quomodo intelligit seipsam & ea, quæ in seipsa sunt. Tertiò quomodo intelligit substantias immateriales, quæ sunt supra ipsam.

POstquam D.Tho. in præcedentibus disputauit de iis, quæ ad essentiam animæ & eius potentias pertinent, modo incipit disputare de actibus atq; habitibus eius; & in hac quęstione disputat quo cognoscat corporalia.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm anima cognoscat corpora per intellectum.

416 Veri. q. 10. arti.

*Lib. 2. c. 4. à medio, to. 3.

†Lib. 12. sup. Ge. 2.23. col. in fine. Idem 10. 3.

AD PRIMVM *sic proceditur. Videtur. q anima non cognoscat corpora per intellectũ. Dicit. n. Aug.* in 2. sol. q corpora intellectu cõprehendi nõ possunt: nec aliquod corporeum nisi sensibus videri pòt. Dicit. n. 12. super Gen. ad literã, † q visio intellectualis est eorum quæ sunt per essentiã suã in anima, huiusmodi autem non sunt corpora. Ergo anima per intellectum corpora cognoscere non potest.*

¶ 2 Præterea. Sicut se hèt sensus ad intelligibilia, ita se hèt intellectus ad sensibilia. Sed anima per sensum nullo mõ pòt cognoscere spiritualia q̃ sunt intelligibilia. Ergo nullo modo per intellectum potest cognoscere corpora, quæ sunt sensibilia.

¶ 3 Præterea. Intellectus est necessariorũ, & semper eodem modo se habentium. Sed corpora omnia sunt mobilia, & non eodem modo se habentia. Anima ergo per intellectum corpora cognoscere non potest.

SED contra est, quòd scientia est in intellectu. Si ergo intellectus non cognoscit corpora, sequitur quòd nulla scientia sit de corporibus. Et sic peribit scientia naturalis quæ est de corpore mobili.

RESPONDEO dicendũ, ad euidentiam huius quæstionis, q̃ primi Philosophi, qui de naturã rerum inquisiuerunt, putauerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt nihil esse in mundo præter corpus. Et quia videbãt omnia corpora mobilia esse, et putabant ea in continuo fluxu esse, existimauerunt, q̃ nulla certitudo de rerũ veritate haberi posset à nobis. Quod n. est in continuo fluxu, per certitudinem apprehendi non pãt: quia prius labitur quàm mente diudicetur: sicut Heraclitus dixit, quòd non est possibile aquam fluuij currentis bis tangere. vt recitat Philosoph. in 4. Metaph. His autem superueniẽs Plato, vt posset saluare certam cognitionem veritatis à nobis per intellectum habert, posuit præter ista corporalia aliud genus entium à materia & motu separatum, quod nominabat species siue ideas, per quarum participationem vnumquodq; istorum singularium et sensibilium dicitur vel homo vel equus, vel aliud hmõi. Sic ergo dicebat, scientias & diffinitiones et quicquid ad actũ intellectus pertinet, nõ referri ad ista corpora sensibilia. sed ad illa immaterialia & separata, vt sic anima non intelligat ista corporalia, sed intelligat horũ corporaliũ species separatas. Sed hoc dupliciter apparet falsum. Primo quidẽ, quia cũ ille species sint immateriales et immobiles excluderetur à sciẽtijs cognitio motus & materiæ, quod est proprium scia naturalis, & demonstratio p̃ causas mouentes & materiales. Secũdo, quia dorisibile videtur, vt dũ rerũ quarum nobis manifesta sunt, notitiam quærimus, alia entia in medium afferamus, quæ non possunt esse eorũ substantiæ, cũ ab eis differant secundũ esse. Et sic illis substantiis separatis cognitis, non propter hoc de istis sensibilibus iudicare possemus. Videtur autem in hoc Plato deuiare à veritate: quia cũ æstimaret omnem cognitionem per modũ alicuius similitudinis esse, credidit q̃ forma cogniti ex necessitate sit in cognoscẽte, eo modo quo est in cognito. Considerauit aũt. forma rei intellecta est in intellectu vniuersaliter & immaterialiter & immobiliter. Quod ex ipsa operatione intellectus apparet, qui intelligit vniuersaliter & per modũ necessitatis cuiusdã. Modus n. actionis est secundum modũ formæ agentis. Et ideo existimauit quòd oporteret res intellectas hoc modo in seipsis subsistere, s. immaterialiter & immobiliter. Hoc aũt necessarium nõ est: quia etiã in ipsis sensibilibus videmus, quòd forma alio modo est in vno sensibiliũ quàm in altero: putà cùm in vno est albedo intensior, in alio remissior: & cùm in vno albedo cum dulcedine, in alio sine dulcedine. Et per hunc etiam modum forma sensibilis alio modo est in re quæ est extra animam, & alio modo in sensu, qui suscipit formas sensibilium absque materia, sicut colorem auri sine auro. Et similiter intellectus species corporum, quæ sunt materiales, & mobiles, recipit immaterialiter, & immobiliter secundum modum suum. Nam receptũ est in recipiente per modum recipientis. Dicendum est ergo, quòd anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria.

AD primum ergo dicendum, quòd verbum Augusti. est intelligendum quantum ad ea quibus intellectus cognoscit, non autem quantum ad ea quæ intellectus cognoscit. Cognoscit enim corpora intelligendo, sed nõ per corpora: neq; per similitudines materiales & corporeas, sed per species immateriales et intelligibiles, quæ per sui essentiam in anima esse possunt.

AD secundum dicendum, quòd sicut Augusti dicit 22 de Ciuitate Dei. Non est dictum, quòd sicut sensus cognoscit sola corporalia, ita intellectus cognoscit sola spiritualia: quia sequeretur q̃ Deus & angeli corporalia nõ cognoscerent. Huius autem diuersitatis ratio est, quia inferior virtus non se extendit ad ea quæ sunt superioris virtutis, sed virtus superior ea quæ sunt inferioris virtutis excellentiori modo operatur.

AD tertium dicendum, quòd omnis motus supponit aliquid immobile. Cùm enim transmutatio sit secundum qualitatem, remanet substantia immobilis: & cùm transmutatur forma substantialis, remanet materia immobilis. Rerum etiam mutabiliũ sunt immobiles habitudines. Sicut Sortes est mouibilis, semper sedeat, tamen immobiliter est verum quòd quando sedet, in vno loco manet. Et propter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus immobilem scientiam habere.

* lib. 4. meta. tex. 22. to. 5.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria. Hãc conclusionem probat D. Tho. reiiciendo sententiam Platonis cum suis fundamẽtis; qui existimabat, quòd anima non intelligit has res corporales sed earũ species separatas, quas ipse finxit. Omnia sunt clara in Diui Thoma.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo nota primo, quòd veritas conclusionis huius articuli, q̃, anima nostra cognoscat corpora per intellectum, non solùm est certum secundum veram philosophiam, sed etiam secundum fidem, secundum quam tenemur credere & intelligere multa mysteria fidei, quę cõcernunt res corporeas, vt patet in mysteriis fidei, quę pertinent ad humanitatem Christi.

¶ Nota secundo, quod eo ipso, quod cognitio animæ sit per formam spiritualem productam & à principio spirituali, nempe, ab intellectu agente, & receptã in subiecto spirituali, oportet q̃ cognitio consequens talem formam sit spiritualis & vniuersalis, quanquam obiectum ipsum à parte rei sit aliquid materiale. Et quia eo ipso q̃ huiusmodi cogitio est vniuersalis, abstrahit ab hic & nunc, & ab aliis circunstãtiis indiuiduantibus, ac subinde ab his, prietatibus, quæ poterant reddere eiusmodi cognitionem contingentem. Hinc est, quòd est necessaria eiusmodi cognitio, nõ quidem respectu omnium, quę in vniuersali cognoscimus, (nam ista cognitio: albũ est dulce, non est necessaria) sed respectu eorum, quæ habent immobilem quandam habitudinem inter se, vt Diuus Thomas inquit hic ad tertium. Hæc tamen immobilis habitudo, qualis est inter hominem & animal, subiectum & passionem, rebus ipsis non existentibus à solo intellectu per suam cognitionem vniuersalem potest conseruari. Et ita quamquàm necessitas cognitionis intellectualis plurimum fundetur in naturis ipsarum rerum, multum tamen dependet à proprietate ipsius intellectus cognoscentis immaterialiter & vniuersaliter ipsas res. Et hoc est plurimum notandum ad intelligendum, quomodo de rebus corruptibilibus possimus habere scientiam immobilem & necessariam. Et propter huiusmodi cognitionem in vniuersali, per quam intellectus abstrahit ab hic & nunc, habet etiam absoluere à tempore copulam propositionis necessariæ, qualis est, homo est animal.

¶ In hoc articulo videnda sunt, quæ diximus supra quæstione quinquagesimaseptima. articulo primo. vbi eandem quæstionem mouet Diuus Thomas de angelo. Vide etiam quæ diximus quæstione septuagesimanona. articulo secundo, & tertio. vbi latè explicuimus, qua ratione per virtutem intellectus agentis abstrahantur species intelligibiles à sensibilibus receptis à corporibus, & recipiantur in intellectu possibili, qui est potentia spiritualis ad eliciendum intellectionem cuiuscunque rei siue materialis siue immaterialis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm anima per essentiam suam corpotalia intelligat,

*AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quòd anima per essentiam suam corporalia intelligat. Dicit enim Augustinus** 10. de Trinitate quòd anima imagines corporum conuoluit & rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formandis aliquid substantiæ suæ. Sed per similitudines corporum corpora intelligit. Ergo per essentiam suam, quam dat formandis talibus similitudinibus, & de qua eas formar, cognoscit corporalia.

Verit. q. 10. ar. 4. cor. * li. x. de trin. c. 5. cir. fi. t. 3

¶ 2 *Præterea. Philosophus dicit in 3. de anima*, * quòd anima quodammodo est omnia. Cùm ergo simile simili cognoscatur, videtur quòd anima per seipsam corporalia cognoscat.

lib. 3. de ani. tex. 37. to. 2.

¶ 3 *Præterea. Anima est superior corporalibus creaturis. Inferiora autẽ sunt in superioribus eminentiori modo quàm in seipsis: vt Dionys.* dicit. Ergo omnes creaturæ corporeæ nobiliori modo existunt in ipsa* essen-

c. 12. cęlest. Hierar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentia animæ, quàm in seipsis. Per suam ergo substantiam potest creaturas corporeas cognoscere.

Li.9. de tri. c. 3. fi. t. 3. *SED contra est, quòd Augustin. dicit 9 de Trinitate quòd mens corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit. Ipsa autē anima non est cognoscibilis per corporis sensus. Non ergo cognoscit corporea per suam substantiam.*

RESPONDEO dicendum, quòd antiqui Philosophi posuerunt, quòd anima per suam essentiam cognoscit corpora. Hoc. n. animis omnium communiter inditum fuit, quòd simile simili cognoscitur. Existimabāt, autem quòd forma cogniti sit in cognoscente, eo modo quo est in re cognita. E contrario, tamen Platonici posuerunt. Plato enim quia perpexit intellectualem animam immaterialem esse & immaterialiter cognoscere, posuit formas rerū cognitarum immaterialiter subsistere. Priores vero naturales, quia considerabant res cognitas esse corporeas & materiales, posuerunt oportere res cognitas etiam in anima cognoscēte materialiter esse. Et ideo, vt anima attribuerent omnium cognitionem, posuerunt eam habere naturā communem cum omnibus. Et quia natura principiatorum ex principijs constituitur, attribuerunt anima naturam principij: ita q̄ qui dixit principium omnium esse ignem, posuit animam esse de natura ignis: & similiter de aere & aqua. Empedocles autem, qui posuit quatuor elementa materialia & duo mouentia, ex his etiam dixit animam esse constitutam. Et ita cùm res materialiter in anima ponerent, posuerunt omnem cognitionem animæ materialem esse, non discernentes inter intellectū & sensum. Sed hæc opinio improbatur. Primò quidem, quia in materiali principio, de quo loquebātur, non existunt principiata nisi in potētia. Non autem cognoscitur aliquid secundum quod est in potentia, sed secundum quod est

Li.9.me ta.tex.t. 20.to.5. *actu, vt patet in 9. Meta. *Vnde nec ipsa potentia cognoscitur nisi per actum. Sic igitur non sufficeret attribuere animæ principiorū naturā ad hoc q̄ omnia cognosceret nisi ineſſent ei natura & forma singulorū effectuū:*

Li. 1. de anim. tex. 77. to. 2. *puta ossis & carnis & aliorū huiusmodi, vt Aris. contra Empedoclem argumentatur in 1. de Ani. *Secundo: quia si oporteret rē cognitam materialiter in cognoscente existere, nulla ratio esset, quare res, quæ materialiter extra animā subsistunt, cognitione careant: puta si anima igne cognoscit ignem, & ignis etiā qui extra animā, ignem cognosceret. Relinquitur ergo quòd oporteret materialia cognita in cognoscente existere non materialiter, sed magis immaterialiter. Et huius rō est: quia actus cognitionis se extendit ad ea, quæ sunt extra cognoscentem. Cognoscimus enim etiā ea quæ extra nos sunt. Per materiam aūt determinatur forma rei ad aliquā vnā. Vnde manifestum est, q̄ ratio cognitionis ex opposito se habet ad rationem materialitatis. Et ideo, quæ nō recipiunt formas nisi materialiter, nullo modo sunt cognoscitiua, sicut plantæ: vt dicitur in 2. lib. de Ani. *Quanto autem aliquid immaterialius hēt formā rei cognitæ, tanto perfectius cognoscit. Vnde & intellectus, qui abstrahit speciem non solū à materia, sed ēt à materialibus conditionibus inuiduantibus, perfectius cognoscit q̄ sensus, qui accipit formam rei cognitæ sine materia quidem, sed cum materialibus conditionibus. Et inter ipsos sensus, visus est magis cognoscitiuus, quia est minus materialis, vt sup. dictū est. *Et inter ipsos intellectus tanto quilibet est perfectior, quāto immaterialior. Ex his ergo patet, quòd si aliquis intellectus est qui per essentiam suam cognoscit omnia, oportet quòd essentia eius habeat in sē immaterialiter omnia, sicut antiqui posuerunt essentiam animæ componi ex principijs omnium materialium, vt cognosceret omnia. Hoc autem est propriū Dei, vt sua essentia sit immaterialiter comprehensiua omnium, prout effectus virtute præexistunt in causa. Solus igitur Deus per essentiam suā omnia intelligit: non autem anima humana, neq; etiam angelus.*

AD primum ergo dicendum, quòd Aug. ibi loquitur de visione imaginaria, quæ fit per imagines corporum. Quibus imaginibus formandis dat anima aliquid suæ substantiæ, sicut subiectum datur vt informetur per aliquā formā. Et sic de seipsa facit huiusmodi imagines: non q̄ anima vel aliquid animæ conuertatur, vt sit hæc vel illa imago, sed sicut dicitur de corpore fieri aliquid colo ratum, prout informatur colore. Et hic sensus apparet ex his quæ sequuntur. † Dicit. n. ꝙ

Qu. 14. art. 2. ad 3. corp. cita. to. 2. *aliquid, s. non formatum tali imagine quod liberè de specie talium imaginum iudicet. Et hoc dicit esse mentem vel intellectum. Partem autem quæ informatur huiusmodi imaginibus, s. imaginatiuam dicit esse communē nobis & bestijs.*

AD secundum dicendum, quòd Aristot. non posuit animam esse actu compositam ex omnibus, sicut antiqui naturales, sed dixit quodammodo animam esse omnia inquantum est in potentia ad omnia. Per sensum quidem ad sensibilia per intellectum vero ad intelligibilia.

AD tertium dicendum, quòd qualibet creatura habet esse finitum & determinatū. Vnde essentia superioris creaturę etsi habeat quandam similitudinem inferioris creaturę, prout communicant in aliquo genere, non tamen completè habet similitudinem illius: quia determinatur ad aliquam speciem, prout per quam est species inferioris creaturæ. Sed essentia Dei est perfecta similitudo omnium, quantum ad omnia quæ in rebus inueniuntur, sicut vniuersale principium omnium.

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio est. Solus Deus cognoscit omnia per essentiam suam, non autem homo vel angelus. Hanc conclusionem colligit D. Thom. ex impugnatione opinionum antiquorum Philosophorum.

COMMENTARIVM.

Circa conclusionem huius articuli videnda sunt supra dicta quæst. 14. ar. 3. & quæst. 55. arti. 1. vbi eandem conclusionem statuit Diuus Thomas, & est certissima apud omnes. Sed circa rationes Diui Thomæ oportet consulere quæ dicta sunt supra quæstio. 75. ar. 2. dubio 2. vbi explicatum est, propter quam causam si anima esset corporea, non posset cognoscere alia corpora: quoniam intus existens prohibet extraneum. Similiter consulenda sunt quę diximus supra quæst. 78. arti: 3. & 4. & q. 79. arti. 2. & 3. in quibus locis explicatum est, quomodo species sensibilis & species intelligibilis sint immaterialiter in ipsis potentiis cognoscitiuis, quāuis magis immateriales sint in intellectu, quàm in sensu.

¶ Circa illa verba D. Th. in quibus inquit, oportere formam esse immaterialem ad hoc, quòd cognoscens cognoscat aliquid extra se. Nota, quòd formæ intentionales, quibus cognoscimus per sensus, quanquā sint materiales, eo quòd recipiuntur in subiecto materiali; comparatæ tamen ad eas formas, quas repræsentant, dicuntur quodammodo spirituales. Tum quia repręsentant ipsas formas & res reales sine pluribus conditionibus, quæ coniunguntur illis à parte rei, v.g. species albedinis repræsentat albedinē sine albedine, & aliis qualitatibus coniunctis; tum etiam, quia ipsa species in se nō est ita crassa, nec materialis, sicut ipsa albedo, & non vendicat sibi subiectum ita materiale sicut albedo. Et qa huiusmodi species quo superiores sunt, eo sunt magis abstractæ ab illis conditionibus, ideo sunt magis spirituales. De quare iam egimus sup. q. 78. ar. 31.

¶ Nota solutionem ad tertium D. Tho. & rationem; quam ibi assignat quare angelus non possit intelligere corporalia per suam essentiam cognitione distincta.

ARTICVLVS III.

¶ Verùm anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas.

418

AD TERTIVM sic procedi-
*tur. Videtur, q̄ anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas. Dicit. n. Grego.** *in hom. ascensionis, quòd homo habet cōmune cum angelis intelligere. Sed angeli intelligunt omnia naturaliter per formas inditas. *Hoc. 29 Vnde in lib. de* causis dicitur quòd omnis intelligentia est plena formis. Ergo & anima non rehabet species rerum naturalium inditas, quibus mouè à corporalia intelligit.*

Verit. q. 10. ar. 6. qdli. 8. art. 3. Et opus. 3. ca. 81. in Euā. princip.

¶ 2 *Præterea. Anima intellectiua est nobilior quàm materia prima corporalis. Sed materia prima est creata à Deo sub formis, ad quas est in potētia. Ergo multo magis anima intellectiua est creata à Deo sub speciebus intelligibilibus. Et sic anima intelligit*

¶ Propo. xi prīc. habet ī ra Arist. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporalia per ſpecies ſibi naturaliter iditas

¶ 3 *Præterea. Nullus pōt verum reſpondere, niſi de eo quod ſcit. Sed aliquis etiā idiota non habens ſcientiam acquiſitā reſpondet verum de ſingulis, ſi tamen ordinate interrogetur: vt narratur in Menone Platonis* de quodam. Ergo antequam aliquis acquirat ſcientiam, habet rerum cognitionem: quod non eſſet niſi anima haberet ſpecies naturaliter inditas. Intelligit igitur anima res corporeas per ſpecies naturaliter inditas.*

declinādo ad mediū illius.

SED contra eſt, q̄ Philoſophus dicit in 3. de Anima, de intellectu loquens, quòd eſt ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum.*

*li. 3. de anima tex. 14. tom. 2.

RESPONDEO dicendum, q̄ eiū forma ſit principium actionis, oportet, vt eo modo ſe habeat aliquid ad formā, quæ eſt actionis principium, quo ſe habet ad actionem illam: ſicut ſi moueri ſurſum eſt ex leuitate, oportet quod in potentia tantùm ſurſum fertur, eſſe leue ſolum in potentia: quod autem actu ſurſum fertur, eſſe leue in actu. Videmus aūt q̄ homo eſt quandoque cognoſcens in potentia tantum, tam ſecundum ſenſum, quàm ſecundum intellectum. Et de tali potentia in actum reducitur, vt ſentiat quidem per actiones ſenſibilium in ſenſum, vt intelligat aūt per diſciplinam, aut inuentionem. Vnde oportet dicere, quod anima cognoſcitiua ſit in potentia tam ad ſimilitudines, quæ ſunt principia ſentiendi, quā ad ſimilitudines, quæ ſunt

lib. 3. de anima, tex. 14. tom. 2.

principia intelligendi. Et propter hoc Ariſt. poſuit, q̄ intellectus, quo anima intelligit, nō habet aliquas ſpecies naturaliter inditas, ſed eſt in principio in potentia ad huiuſmodi ſpecies oes. Sed quia id quod habet actu formam, interdum non poteſt agere ſecundum formam propter aliquod impedimentum, ſicut loue ſi impediatur ſurſum ferri: propter hoc Plato poſuit q̄ intellectus hominis naturaliter eſt plenus omnibus ſpeciebus intelligibilibus, ſed per vnionem corporis impeditur ne poſſit in actum exire. Sed hoc non videtur conuenienter dictum. Primò quidem, quia ſi habet anima naturalem notitiam omnium, non videtur eſſe poſſibile, q̄ huius naturalis notitiæ tantam obliuionem capiat quod neſciat ſe huiuſmodi ſcientiam habere. Nullus n. homo obliuiſcitur ea, quæ naturaliter cognoſcit: ſicut quòd omne totum ſit maius ſua parte, & alia huiuſmodi. Præcipuè autē hoc videtur eſſe inconueniens ſi ponatur eſſe animę naturale corpori vniri, vt ſupra habitū eſt.* Inconueniens enim eſt, quòd naturalis operatio alicuius rei totaliter impediatur per id quod eſt ſibi ſecundum naturam. Secūdò manifeſtè apparet huius poſitionis falſitas ex hoc quod deficiente aliquo ſenſu, deficit ſcientia eorum, quæ apprehenduntur ſecūdum illum ſenſum: ſicut cęcus natus nullam poteſt habere notitiam de coloribus. Quodnō eſſet ſi intellectui animę eſſent naturaliter inditæ omnium intelligibilium rationes. Et ideo dicendum eſt, quòd anima non cognoſcit corporalia per ſpecies naturaliter inditas.*

AD primum ergo dicendum, q̄ homo quidem conuenit cum angelis in intelligendo: deficit tamen ab eminentia intellectus eorum. Sunt & corpora inferiora, quæ tantum exſtant. Secundum Gregorium deficiunt ab excellentia ſuperiorum corporū. Nam materia inferiorum corporum non eſt completa totaliter per formam, ſed eſt in potentia ad formas, quas non habet: materia autem ęthereū corporum eſt totaliter completa per formas: ita quòd non eſt in potentia ad aliam formam, vt ſupra habitum eſt.* Et ſimiliter intellectus angeli eſt perfectus per ſpecies intelligibiles ſecundum ſuam naturam: intellectus autem humanus eſt in potentia ad huiuſmodi ſpecies.*

AD ſecundum dicendum, q̄ materia prima habet eſſe ſubſtantiale per formam: & ideo oportuit q̄ crearetur ſub aliqua forma: alioquin non eſſet in actu. Sed vna tantū forma exiſtens eſt in potentia ad alias. Intellectus autem non habet eſſe ſubſtantiale per ſpeciem intelligibilē. Et ideo non eſt ſimile.

AD tertium dicendum, q̄ ordinata interrogatio procedit ex principijs communibus per ſe notis ad propria. Per talem autem proceſſum ſcientia cauſatur in anima addiſcentis. Vnde cùm verum reſpondet de his de quibus ſecundo interrogatur, nō hoc eſt, quia prius ea nouerit, ſed quia tunc ea de nouo addiſcit. Nihil enim refert vtrum ille qui docet proponendo, vel interrogando, procedat de principijs communibus ad concluſiones. Vtrobique enim animus audientis certificatur de poſterioribus per priora.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio eſt negatiua. Hanc cōcluſionem probat D. Tho. Primō. Autoritate Ariſtotelis dicentis, quòd intellectus eſt tanquàm tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum. Secundo. Ratione, quæ eſt huiuſmodi. Homo quandoque eſt cognoſcēs tantum in potentia, quandoque in actu tam ſecundum ſenſum, quàm ſecūdum intellectum, & reducitur in actum quo ad ſenſum per actiones ſenſibilium, & quo ad intellectum per diſciplinam aut inuentionem, ergo ſecundum ſe eſt in potentia ad ſimilitudines, quæ ſunt principia ſenſationū & intellectionum, ergo non eas habet inditas. Antecedens patet experientia. Conſequentia vero probatur, quia eo modo aliquid ſe habet ad formam, quę eſt principium actionis, quo ſe habet ad actionem ipſam.

COMMENTARIVM.

CIrca concluſionem huius articuli aduerte id, quod ſupra quæſt. 79. arti. 3. dubio primo. concluſione 3. diximus, quòd aliquando ex diſpenſatione & priuilegio Dei poteſt anima noſtra intelligere per ſpecies inditas, idq; de facto contigit in Chriſto Domino, & in primo parente, & quibuſcunque aliis, in quibus ex dono Dei accelleratus fuit vſus rationis. Species autem iſtæ dicuntur à Theologis, per accidēs infuſæ. Vide quæ diximus loco citato. De qua re etiam infra in multis locis plura dicemus. ¶ Circa illa verba articuli, quod ſic habet aliqua res ad formā, quę eſt principium alicuius operationis, ſicut ſe habet ad ipſam operationem, nota, q̄ illa propoſitio debet intelligi non de quacunq; forma, ſed de illa, per quam res cōſtituitur in vltimo & proximo actu ad producendam talem operationem, ſi nō adſit aliquod impedimentū. Nam de aliis formis illa propoſitio eſſet falſa, & nihil propterea proba ret. Homo q̄. à principio, actu & non potē tia habet animā, & intellectum, & tamen actu intelligit, ſed potentia: quia nō habet formam intelligibilem, ſ. ſpeciē. Et præterea non ſat eſt habere ipſam formam intelligibilē materialiter, ſed oportet habere illā vt formam, nempe, cum vſu. Forma n. intelligibilis tunc dicitur eſſe in intellectu vt forma, cum actualiter eſt principium intellectionis, alioquin potius dicitur eſſe p modū habitus, quam per modū formæ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm ſpecies intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis ſeparatis.

AD QVARTVM ſic procedi- 418 Locis ſupra ar. 3 notatis.
tur. Videtur, quòd ſpecies intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis ſeparatis. Omne enim, quòd per participationem eſt tale, cauſatur ab eo, quod eſt per eſſentiam tale: ſicut quod eſt ignitum, reducitur ſicut in cauſam in ignem. Sed anima intellectiua ſecundum quod eſt actu intelligens, participat ipſa intelligibilia. Intellectus.n. in actu quodammodo eſt intellectum in actu. Ergo ea, quæ ſecundum ſe, et per eſſentiam ſuam ſunt intellecta in actu, ſunt cauſa animæ intellectiuæ, quòd actu intelligat. intellectu autem in actu per eſſentiam ſuam ſunt forma ſine materia exiſtentes. Species igitur intelligibiles, quibus anima intelligit, cauſantur à formis aliquibus ſeparatis.

¶ 2 *Præterea. Intelligibilia ſe habent ad intellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum. Sed ſenſibilia, quæ ſunt in actu extra animam, ſunt cauſa ipſorum ſenſibilium, quæ ſunt in ſenſu quibus ſentimus. Ergo ſpecies intelligibiles, quibus intellectus noſter intelligit, cauſantur ab aliquibus actu intelligibilibus extra animam exiſtentibus. Huiuſmodi autem non ſunt niſi formæ à materia ſeparatæ. Formæ igitur intelligibiles intellectus noſtri, effluunt ab aliquibus ſubſtantijs ſeparatis.*

¶ 3 *Præterea. Omne quod eſt in potentia reducitur in actum per id quod eſt actu. ſi ergo intellectus noſter prius in potentia exiſtens poſtmodum actu intelligat, oportet quòd hoc cauſetur ab aliquo intellectu qui ſemper*

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper est in actu. Hic autem est intellectus separatus. Ergo ab aliquibus subsistentiis separatis causantur species intelligibiles, quibus actu intelligimus.

SED contra est, quia secundum hoc sensibus non indigeremus ad intelligendum. Quod patet esse falsum ex hoc præcipuè, quòd qui caret vno sensu, nullo modo potest habere scientiam de sensibilibus illius sensus.

RESPONDEO dicendum, quòd quidã posuerunt species intelligibiles nostri intellectus procedere ab aliquibus formis, vel subsistentijs separatis. Et hoc dupliciter. Plato
Ar.1.hu ius quę. *n sicut dictum est,* posuit formas rerum sensibilium per se sine materia subsistentes, sicut formam hominis, quam nominabat per se hominem: & formam, vel ideam equi quam nominabat per se equum, & sic de alijs. Has ergo formas separatas ponebat participari, & ab anima nostra, & à materia corporali. Ab anima quidem nostra ad cognoscẽdum, à materia vero corporali ad essendum: vt sicut materia corporalis per hoc q̃ participat ideam lapidis, fit hic lapis; ita intellectus noster per hoc quòd participat ideam lapidis, fit intelligens lapidem. Participatio autem ideæ, fit per aliquam similitudinem ipsius ideæ in participante ipsam per modum quo exemplar participatur ab exemplato. Sicut igitur ponebat formas sensibiles, q̃ sunt in materia corporali effluere ab ideis, sicut quasdã earũ similitudines: ita ponebat*
Ar.j. huius qõ. *species intelligibiles nostri intellectus esse similitudines quasdam idearũ ab eis effluentes. Et propter hoc, vt sup. dictum est,* scientias & diffinitiones ad ideas referebat. Sed*
li.7. meta. à text um 44. vsq; ad 58.to.3. *quia cõtra rõnem rerũ sensibilium est, q̃ earũ forma subsist ant absque materijs, vt Aristot.* multipliciter probat; ideo Auicen. hac positione remota posuit omnium rerum sensibilium intelligibiles species, non quidem per se subsistere absque materia, sed præexistere immaterialiter in intellectibus separatis. A quorum primo deriuãtur huiusmodi species in sequentem: & sic de alijs vsq; ad vltimũ intellectum separatarũ: quem nominat intellectum agentem. A quo, vt ipse dicit, effluũt species intelligibiles in animas nostras & forma sensibiles in materiã corporalẽ. Et sic q̃ in hoc Auic. cum Platone concordat, q̃*

A *species intelligibiles nostri intellectus effluãt à quibusdam formis separatis, quas tamen Plato dicit per se subsistere.* Auicen. uero po-* Auic. 6. 5 9. 10. 3. *nit eas in intelligentia agẽte. Differunt enã quantum ad hoc, q̃ Auic. ponit species intelligibiles non remanere in intellectu nostro postquam desinit actu intelligere, sed indiget vt iterato se conuertat ad recipiendũ de nouo. Vnde non ponit scientiam animę naturaliter inditam, sicut Plato, qui ponit participationes idearũ immobiliter in anima per-*
B *manere. Sed secundum hanc positionẽ sufficiens ratio assignari non posset, quare anima nostra corpori vniretur. Non enim potest dici, q̃ anima intellectiua corpori vniatur propter corpus: quia nec forma est propter materiam, nec motor propter mobile, sed potius è conuerso. Maximè autem videtur corpus esse necessarium animę intellectiuæ ad eius propriã operationem, quæ est intelligere: quia secundum esse suum à corpore non dependet. Si autem anima species in-*
C *telligibiles secundum suam naturam aptanata esset recipere per influentiam aliquorum separatorum principiorum tantum. & non acciperet eas ex sensibus, non indigeret corpore ad intelligendum: vnde frustra corpori vniretur.*

Si autem dicatur, quòd indiget anima nostra sensibus ad intelligenda, quibus quodammodo excitetur ad considerandum ea, quorum species intelligibiles à principijs separatis recipit, hoc non videtur sufficere: quia hu-
D *iusmodi excitationi videtur necessaria anima, nisi inquantum est consopita secundum Platonicos quodãmodo, & obliuiosa propter vnionem ad corpus, & sic sensus non proficerent animę intellectiuæ nisi ad tollendum impedimentum, quod animę prouenit ex corporis vnione. Remanet igitur quærendum, qua sit causa vnionis animę ad corpus. Si autem dicatur secundum Auicennam q̃ sensus sunt animæ necessarij, quia per eos excitatur, vt conuertat se ad intelligentiam agẽ-*
E *tem, à qua recipit species: hoc quidẽ nõ sufficit. Quia si in natura aia est, vt intelligat, q̃ species ab intelligentia agente effluxas: sequeretur quod quandoque anima posset se conuertere ad intelligentiam agẽtem ex inclinatione suæ naturæ, vel etiam excitata per alium sensum, vt conuertat se ad intelligentiam*

gentiam agentem, ad recipiendum species sensibilium, quorum sensum aliquis non habet. Et sic cæcus natus posset habere scientiam de coloribus: quod est manifestè falsum. Vnde dicendum est, quòd species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit, non effluunt à formis separatis.

AD primum ergo dicendum, quòd species intelligibiles quas participat noster intellectus, reducuntur sicut in primam causam in aliquod principium per suam essentiã intelligibile, scilicet in Deum. Sed ab illo prin-
B *cipio procedunt mediantibus formis rerum sensibilium, & materialium à quibus scientiam colligimus, vt Dionys. dicit*.*

* c.7.de diuin.no. *AD secundum dicendum, quòd res materiales secundum esse quod habent extra animam, possunt esse sensibiles actu: non autem actu intelligibiles, vnde non est simile de sensu & intellectu.*

AD tertium dicendum, quòd intellectus noster possibilis reducitur de potẽtia ad actũ
Qõ.79. ar.4. *per aliquod ens actu, ideſt per intellectum*
C *agentem, qui est virtus quædam animæ nostra, vt dictum est*: non autem per aliquem intellectum separatum, sicut per causam propriam proximam, sed fortè sicut per causam remotam.*

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio est negatiua, & est contra Platonem, quem refert Aristoteles libro 1. & 7. Metaphy. & contra Auicennam li. 6. naturalium parte 5. cap. 6. & 7.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm anima intellectiua cognoscat res immateriales in rationibus æternis.

1.2.q.88 ar.1.ad 3. Et ver. 3.8. ar. 7. ad 6. 12.q.10. ar.3.cor. & ad 6. & ar.8.

AD QVINTVM sic procedi-
D *tur. Videtur, q̃ anima intellectiua non cognoscat res immateriales in rationib. æternis. Id. n. in quo aliquid cognoscitur, ipsum magis & per prius cognoscitur. Sed anima intellectiua hominis in statu præsentis vitæ non cognoscit rationes æternas: quia non cognoscit ipsum Deum in quo rationes æternæ existunt, sed ei*

A *sicut ignoto coniungitur: vt Diony. dicit in 1. capite mysticæ Theologiæ. Ergo anima non cognoscit omnia in rationibus æternis.*

¶ 2 *Præterea. Rom. 1. dicitur, q̃ inuisibilia Dei per ea quę facta sunt conspiciuntur. Sed inter inuisibilia Dei numerantur rationes æternę. Ergo rationes æternæ per creaturas materiales cognoscuntur: & non econuerso.*

¶ 3 *Præterea. Rationes æternę nihil aliud sunt quàm ideæ. Dicit enim Augustin.* in lib.* li.83. q. *83. quæstionum, quòd ideæ sunt rationes stabiles rerum in mente diuina existentes. Si ergo*
B qõ. 46. a medio illius, tom. 4. *dicatur, quòd anima intellectiua cognoscit omnia in rationibus æternis, redibit opinio Platonis, qui posuit omnem scientiam ab ideis deriuari.*

SED contra est, quòd dicit Augustinus
† li. 12. cõ fes. c. 25. a medio illius, tom. 1. *12. confess. Si ambo videmus verum esse, & ambo videmus verum esse quod dico, vbi quæso id videmus? Nec ego vtique in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quæ supra mentes nostras est, incommutabili veritate. Veritas autem incommutabilis in æternis rationibus continetur, ergo anima intellectiua omnia vera cognoscit in rationibus æternis.*
C

RESPONDEO dicendum, quòd sicut
lib. 1. de do. Chri sti. c. 36. & in fi. c. 3. *Augustinus dicit in 2. de doctrina* Christiana: Qui Philosophi vocantur si qua fortè vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, ab eis tanquã ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda sunt. Habent n. doctrinæ*
D *Gentilium quædam simulata, & superstitiosa figmenta, quæ vnusquisq; nostrum de societate Gentilium exiens debet euitare. Et ideo Aug. qui doctrinis Platonicorũ imbutus fuerat, si qua inuenit fidei accõmoda in eorum dictis, assumpsit. Quæ verò inuenit fidei nostræ aduersa, in melius commutauit. Posuit autẽ*
vt patet ex lib. 1. Metap. tex. 16. & Arist. † Art. p. *Plato*, sicut supra dictum est†, formas rerũ per se subsistere à materia separatas, quas ideas vocabat, per quarum participationem*
E *dicebat intellectum nostrum omnia cognoscere: vt sicut materia corporalis per participationem ideæ lapidis fit lapis: ita intellectus noster per participationem eiusdem ideæ cognosceret lapidem. Sed quia videtur esse alienum à fide quòd forma rerum extra res per se subsistant absque materia, sicut Platonici posuerunt: dicentes per se vitam, aut per se sapientiam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pientiam esse quasdam substãtias creatrices: A
c.11.aliquantulum à medio. †lib.83. q.46.tomo 4. vt Dionys.* dicit, 11.c.de divi.nom.ideo Augu.in li.83.q. posuit † loco harum idearum quas Plato ponebat, rationes omnium creaturarum in mente diuina existere, secundum quas omnia formantur: & secundum quas etiam anima humana omnia cognoscit. Cũ ergo quæritur, vtrum anima humana in rõnibus æternis omnia cognoscat, dicendum est q aliquid in aliquo dicitur cognosci dupliciter. Vno modo sicut in obiecto cognito, sicut aliquis videt in speculo ea, quorum imagines in speculo resultant: & hoc modo anima in statu presentis vitæ non potest videre omnia in rationibus æternis. Sed sic in rationibus æternis cognoscunt omnia beati qui Deũ vident & omnia in ipso. Alio modo dicitur aliquid cognosci in aliquo sicut in cognitionis principio: sicut si dicamus quòd in sole videntur ea, quæ videntur per solem. & sic necesse est dicere, quòd anima humana omnia cognoscat in rationibus æternis: per quarum participationem omnia cognoscimus. Ipsum enim lumen intellectuale, quod est in nobis, nihil est aliud quàm quædam participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes æternæ. Vnde in Psalm. dicitur: Multi dicunt. Quis ostendit nobis bona? Cui quæstioni Psalm. respondet dicens, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quasi dicat. Per ipsam sigillationem diuini luminis in nobis omnia demonstrantur. Quia tamẽ præter lumen intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles à rebus acceptæ ad sciẽtiam de rebus materialibus habendam, ideo non per solam participationem rationum æternarum de rebus materialibus notitiam habemus: sicut Platonici posuerũt q sola idearum participatio sufficit ad scien- B
lib. 4.de Trin.ca. 16.to.3. tiam habendam. Vnde Augustin. dicit in* 4. de Trinitate. Nunquid quia Philosophi documentis certissimis persuadent æternis rationibus omnia temporalia fieri, propterea potuerunt in ipsis rationibus perspicere: vel ex ipsis colligere quot sunt animalium genera, quæ semina singulorum? Nonne ista omnia per locorum ac temporum historiam quæsierunt? Quòd autem Augustinus non C
q.46.nõ procul à fine,t.4. sic intellexerit, omnia cognosci in rationibus æternis, vel in incommutabili veritate quasi ipsa rationes æternæ videantur: patet per hoc quod ipse dicit* in libro. 83. quæstionum quòd rationalis anima non omnis & quæcunque, sed quę sancta & pura fuerit, assertur illi visioni, scilicet rationum æternarum esse idonea: sicut sunt animę beatorum. Et per hęc patet responsio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima beata cognoscit omnia in rationibus æternis tanquam in obiecto cognito.

¶Secunda conclusio. Anima prostatu huius vitæ cognoscit omnia in rationibus æternis, nõ tanquàm in obiecto cognito, sed tanquàm in principio cognoscendi.

¶Tertia conclusio. Præter rationes æternas, indiget ad nostra species intelligibilibus rerum materialium ad cognoscendas res materiales. Ex his conclusionibus exponit D.Tho.mentem D. Augustini in lib.83.quæstionum.quæst.46. & lib. 4.de Trinitate cap. 16. ex quibus locis desumpsit ea, quæ in articulo refert ex Augustino.

ARTICVLVS V.I.

¶Vtrum intellectiua cognitio accipiatur à rebus sensibilibus.

AD SEXTVM sic proceditur. D
Videtur, quòd intellectiua cognitio non accipiatur à rebus sensibilibus. Dicit n. Aug.* in lib 83. Et q.q non est expetlanda sinceritas veritatis à corporu sensibus. Et hoc probat dupliciter. & 22. Vno modo per hoc, q omne quod corporeum q. 79. ar. 3. & 4. sensus attingit, sine vlla intermissione tempo- ris commutatur. Quod autem non manet, percipi non potest. Alio modo per hoc, quòd omnia, quę per corpus sentimus, etiam cùm non adsunt sensibus, imagines tamen eorum patimur: vt in somno, vel furore. Non autem sensibus discernere valemus, vtrum ipsa sensibilia, vel imagines eorum falsa sentiamus. Nihil autem percipi potest, quod à falso non discernitur. Et sic concludit, q non est expetlanda veritas à sensibus. Sed cognitio intellectualis est apprehensiua veritatis. Ergo

ergo cognitio intellectualis est expectanda à A
li.12.c. 16. in medio to.3. sensibus.

¶2 Præterea. Aug.dicit* 12.super.Gen. ad literam. Non est putandũ facere aliquid corpus in spiritum, tanquam spiritus corpori faciẽti materia vitę subdatur. Omni enim modo præstantior est, qui facit, ea re de qua aliquid facit. Vnde concludit q imaginem corporis non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit. Non ergo intellectualis cognitio à sensibus derivatur.

¶3 Præterea. Effectus non se extendit B
vltra virtutem sui causę. Sed intellectualis cognitio se extendit vltra sensibilia. Intelligimus enim quædam, quæ sensu percipi non possunt. Intellectualis ergo cognitio non derivatur à rebus sensibilibus.

SED contra est, q Philosophus probat
1.met.* c.1.t. 3. 1.post.2. post.tex. 27.to.1. 1.* Metaphy. & in fine † poster. quòd principium nostræ cognitionis est à sensu.

RESPONDEO dicendum, q circa istam quæstionem triplex fuit Philosophorũ opinio. Democritus enim posuit, quòd nulla C
Aug. to. 2.ep. 56 à medio. * lib. de som. & vig. c.2. est alia causa cuiuslibet nostræ cognitionis nisi eius ab his corporibus, quę cogitamus, veniunt atque intrant imagines in animas nostras, vt Aug.† dicit in epistola sua ad Dionysium. Et Arist. etiam dicit in lib. de somno* & vigilia, q Democritus posuit cognitionem fieri per idola & defluxiones. Et huius positionis ratio fuit: quia tam ipse Democritus quàm alij antiqui naturales non ponebant intellectum differre à sensu, vt Arist. dicit† in libro de Anima. Et ideo, quia sensus immutatur à sensibili, arbitrabatur omnem nostram cognitionem fieri per solam immutationem à sensibilibus. Quam quidẽ immutationẽ Democritus asserebat fieri per imagines defluxiones. Plato vero econtrario posuit intellectum differre à sensu: & intellectũ quidem esse virtutem immaterialem organo corporeo non vtentem in suo actu. Et quia in corporeum non potest immutari à corporeo, posuit q cognitio intellectualis non sit per immutationem intellectus à sensibilibus, sed per Art.4.& 5.pr.cce dentib. E
participationem formarum intelligibilium separatarum, vt dictum est.* Sensum etiam posuit virtutem quandam per se operantem. Vnde nec ipse sensus, cum sit quædam vis spiritualis, immutatur à sensibilibus, sed organa sensuum à sensibilibus immutãtur. Ex qua immutatione anima quodammodo excitatur: vt in se species sensibilium formet. Et hanc opinionem tangere videtur Augu.* li. 12. c. 12. super Genes. ad literam, vbi dicit quòd 23. in medio, tom. 3. corpus non sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio vtitur ad formandum in seipsa quod extrinsecus nuntiatur. Sic igitur secundum Platonis opinionem neque intellectualis cognitio à sensibili procedit, neque etiam sensibilis totaliter à sensibilibus rebus: sed sensibilia excitant animam sensibile ad sentiendum: & similiter sensus excitat aiam intellectiuam ad intelligendum. Arist.* autem media via processit. Posuit n. cum Platone in lib. 2.de tellectum differre à sensu. Sed sensum posuit anima, propriam operationem non habere sine com- te. 152. municatione corporis, ita q sentire non sit tom. 2. actus anima tantum, sed coniuncti. Et similiter posuit de omnibus operationibus sensitiuæ partis. Quia igitur non est inconueniens, quòd sensibilia, quæ sunt extra animam cau sent aliquid in coniunctum in hoc Arist. cũ Democrito concordauit, quòd operationis sensitiuæ partis causentur per impressionem sensibilium in sensum: non per modum defluxionis, vt Democritus posuit, sed per quandã operationem. Nam & Democritus omnem actionem fieri posuit per influxionem atomorum, vt patet in primo de* generatione. Intellectum vero posuit Aristotel. † habere lib. 1.de genera. operationem absque communicatione corporis. Nihil autem corporeum imprimere potest in rem incorpoream. Et ideo ad causandam intellectualem operationem secundum tex. 56. & seq. Aristo. non sufficit sola impressio sensibilium †li. 1.de corporum, sed requiritur aliquid nobilius: anima quia agens est honorabilius patiente, vt* ip- tex. 12. se dicit. Non tamen ita quòd intellectualis tom. 2. operatio causetur ex sola impressione aliquorum rerum superiorum, vt Plato posuit: sed *li. 3.de aia text. illud superius, & nobilius agens, quod vocat 19.to.2. intellectum agentem, de quo iam supra diximus,* quòd facit phãtasmata à sensibus ac

cognitionis, sed magis quodammodo est materiæ causa.

AD primum ergo dicendum, quòd per verba illa Augustin. datur intelligi, q veritas non sit totaliter à sensibus expectanda. Requiritur enim lumen intellectus agentis, per quod immutabiliter veritatem in rebus mutabilibus cognoscamus, & discernamus ipsas res à similitudinibus rerum.

AD secundum dicendum, quòd Augu. non loquitur de intellectuali cognitione, sed de imaginaria. Et quia secũdũ Platonis opinionem, vis imaginaria habet operationẽ, quę est anima sõlius, eadem ratione vsus est Aug. ad ostendendum, quòd corpora non imprimunt suas similitudines in vim imaginariam: sed hoc facit ipsa anima, qua vtitur lib. 3. de anima text. 19. tom. 2. *Arist. * ad probandum intellectum agentẽ esse aliquid separatum: quia scilicet, agens est honorabilius patiente. Et procul dubio oportet secundũ hanc positionem in vi imaginatiua ponere, non solum potentiam passiuam, sed etiam actiuam. Sed si ponamus secundum opinionem Arist. * quod actio virtutis imaginatiuæ sit coniuncti, nulla sequitur difficultas: quia corpus sensibile est nobi* lib. 2. de anima tc. 152. & 155. vsq; ad fi. lib. & som. & vigil. ca. 1. to. 2. *lius organo animalis, secundum hoc quod comparatur ad ipsum, vt ens in actu ad ens in potentia: sicut coloratum in actu ad pupillam, quæ colorata est in potentia. Posset tamen dici, quod quamuis prima immutatio virtutis imaginariæ sit per motum sensibilium, quia phantasia est motus factus secundum sensum: vt dicitur in lib. * de Anima: tamen est quædam operatio animæ in homine, quæ dividendo & compoundo, formar diuersas rerum imagines, etiam quæ non sunt* lib. 2. de anima tc. 161. tom. 2. *à sensibus acceptæ. Et quantum ad hoc possunt accipi verba Aug.*

AD tertium dicendum, q sensitiua cognitio non est tota causa intellectualis cognitionis. Et ideo non est mirum, si intellectualis cognitio vltra sensitiuam se extendit.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est. Cognitio intellectiua animæ accipitur à rebus sensibilibus virtute & operatione intellectus agentis. Ex doctrina huius articuli intelligitur illud dictũ celebre Aristotelis. 1. Metaph. cap. 1. & 2. post. text. 27. quòd omnis nostra cognitio ortum habet à sensu. Cæterum supposito, quòd sensus non est totalis causa intellectionis sed virtus intellectus agentis simul cum ipso sensu, videnda sunt quæ ad huius expositionem adduximus quæst. 79. art. 3.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se hẽt, nõ cõuertendo se ad phantasmata.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet: non conuertendo se ad phantasmata. Intellectus enim fit in actu per speciem intelligibilem qua informatur. Sed intellectũ esse in actu est per ipsum intelligere. Ergo species intelligibiles sufficiunt ad hoc quod intellectus actu intelligat, absque hoc quod ad phantasmata se conuertat.

¶ 2 Præterea. Magis dependet imaginatio à sensu quàm intellectus ab imaginatione. Sed imaginatio potest imaginari actu absentibus sensibilibus. Ergo multo magis intellectus potest intelligere actu, non conuertendo se ad phantasmata.

¶ 3 Præterea. Incorporalium non sunt aliqua phantasmata: quia imaginatio, tempus & continuum non transcendit. Si ergo intellectus noster non posset aliquid intelligere in actu, nisi conuerteretur ad phantasmata: sequeretur quòd non posset intelligere incorporeum aliquid. Quod patet esse falsum. Intelligimus enim veritatem ipsam, & Deum & angelos.

SED contra est, quod Philosophus dicit in * 3. de Anima, quòd nihil sine phantasmate intelligit anima.

RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est intellectum secundum præsentis vitæ statum, quo passibili corpori coniungitur, aliquid intelligere in actu nisi conuertendo se ad phantasmata. Et hoc duobus indicijs apparet. Primò quidem, quia cùm intellectus sit vis quædam non vtens corporali organo, nullo modo impediretur in suo actu per læsionem alicuius corporalis organi, si non requireretur ad eius actũ actus alicuius potentiæ vtentis organo corporali. Vtuntur aũt organo corporali sensus, et imaginatio, & aliæ vires pertinentes ad partem sensitiuam. Vnde manifestum est q ad hoc q intellectus actu intelligat non solum accipiẽdo scientiam de nouo, sed etiam vtendo scientia iam acquisita, requiritur actus imaginationis & cęterarum virtutũ. Videmus enim q impedito actu virtutis imaginatiuæ per læsionem organi, vt in phreneticis: & similiter impedito actu memorariuæ virtutis, vt in lethargicis: impeditur homo ab intelligendo in actu etiam ea, quorum scientiã præcepit. Secũdò, quia hoc quilibet in seipso experiri potest, q quando aliquis conatur aliquid intelligere, formar sibi aliqua phantasmata per modũ exemplorum: in quibus quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde est et q quãdo aliquem volumus facere aliquid intelligere, præponimus ei exempla, ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendum. Huius aũt ratio est: quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Vnde intellectus angeli, qui est totaliter à corpore separatus, obiectũ propriũ est substantia intelligibilis à corpore separata, & per huiusmodi intelligibilia materialia cognoscit. Intellectus aũt humani, qui est cõiũctus corpori, propriũ obiectũ est quidditas, siue natura in materia corporali existẽs, & per huiusmodi naturas visibiliũ rerũ, et inuisibiliũ rerum aliqua cognitionẽ ascendit. Deratione aũt huius naturæ est q in aliquo individuo existat: quod non est absq; materia corporali. Sicut de ratione naturæ lapidis est q sit in hoc lapide: & de ratione naturę equi est q sit in hoc equo, & sic de aliis. Vnde natura lapidis, vel cuiuscunque materialis rei cognosci nõ potest cõpletè & verè nisi secundum quod cognoscitur, vt in particulari existens. Particulare aũt apprehenditur per sensum et imaginationem. Et ideo necesse est hoc q intellectus intelligat suum obiectũ proprium, q conuertat se ad phantasmata, vt speculetur naturã vniuersalem in particulari existentem. Si aũt propriũ obiectũ intellectus nostri esset forma separata, vel si forma rerum sensibiliũ subsi-

sterent in particularibus secundũ Platonicos, non oportet, q intellectus nostri semper intelligendo cõuerterent se ad phãtasmata.

AD primum ergo dicendũ, quòd species conseruata in intellectu possibili, in eo existunt habitualiter quando actu non intelligit, sicut supra dictũ est. Vnde ad hoc vt in* Qu. 79. art. 6. & 7. *telligamus in actu, non sufficit ipsa conseruatio specierũ: sed oportet quòd eis vtamur secundũ quod conuenit rebus, quarũ sunt species et sunt naturæ particularib. existẽtes.*

AD secundum dicendũ, quòd ēt ipsum phantasma est similitudo rei particularis, vñ non indiget imaginatio aliqua alia similitudine particulari sicut indiget intellect.*

AD tertiũ dicendũ, q incorporea, quorũ non sunt phantasmata, cognoscuntur à nobis per cõparationẽ ad corpora sẽsibilia, quorum sunt phantasmata: sicut veritatẽ intelligimus ex consideratione rei, circa quã veritatẽ speculamur. Deũ aũt, vt Dion. dicit, cognoscimus vt causam, & per excessum, et per remotionẽ. Alias ēt incorporeas substantias in statu præsentis vitę cognoscere non possumus: nisi per remotionẽ, vel aliquã cõparationẽ ad corporalia. Et iõ cùm de huiusmodi aliquid intelligimus, necesse habemus conuerti ad phantasmata corporum, licet ipsorum non sint phantasmata.* Elicitur ex ca. 1. de diui. nomi.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Impossibile est, quòd intellectus noster secundum statum præsentis vitæ, in quo coniunctus est cum corpore passibili, intelligat res materiales sine cõuersione ad phantasmara. Hanc conclusionem probat Dñs Thomas sic. Obiectũ proprium intellectus nostri est quidditas rei materialis, de cuius ratione est, quòd habeat esse in particulari sensibili, ergo intellectus non potest illam quidditatem intelligere sine cõuersione ad phantasmata. Probatur consequentia. Primo. Quoniam potentia necessario debet proportionari cum suo obiecto proprio & connaturali. Secundo. Quia quidditas rei materialis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis non potest perfectè cognosci nisi cognoscatur vt existens in aliquo particulari, quod fieri non potest sine conuersione ad phantasmata.

¶ Secunda conclusio ad tertium. Deum & substantias immateriales etiam non potest intellectus noster intelligere sine cõuersione ad phantasmata.

COMMENTARIVM.

CIrca secundam cõclusionem nihil est in præsenti differendum vsq; ad quæstionem 88. art. 1. & 2. vbi est proprius locus huius disputationis. Ad intelligẽtiam autem primæ conclusionis notandum est primò, q̃ illa conclusio statuitur à D. Thoma de quocunque actu intellectus nostri pro isto statu, siue quando à principio acquirit species, quas iã habet abstractas, vt patet ex corpore articuli & ex solutione ad primum, siue intellectio sit perfecta siue imperfecta, vt Caietanus docet in solutione quinti dubij; siue intelligat res materiales siue immateriales, vt patet ex solutione ad tertium.

¶Secundo notãdum, quòd consulto D. Th. dixit in hac conclusione, quando anima nostra est coniuncta corpori passibili; propterea quòd anima separata non potest cognoscere per conuersionem ad phãtasmata, vel cum conuersione ad ipsa, pro sua voluntate, vt expresse docet D. Tho. in 3. par. q. 11. articu. 2. Idem etiam docet de anima Christi domini etiam pro statu præsentis vitæ in q. 34. ar. 2. ad 3. propterea q̃ in illis anima habet plenum dñium supra corpus, in nobis vero anima quodammodo est subiecta ipsi corpori, & depẽdet ab illo, vt postea explicabitur. Sic autẽ moderata hæc prima conclusio, est cõis doctrina Theologorũ & Philosophorũ, imo est expressa sententia Arist. 3. de anima, text. 30. vbi expresè docet, q̃ anima nihil intelligit sine phantasmate. Et postea text. 39. idem refert pluribus verbis; in quibus locis si attentè legatur Aristoteles, loquitur tam de intellectu practico, quàm speculatiuo, & quando à principio aliquid addiscimus, & postea cum vtimur acquisitis.

RAtionem Diui Thomæ in hoc articulo, qua probat primam conclusionem, in multis calumniãtur atque impugnant plures antores Theologi; tam ex vetustioribus, quàm ex recentioribus. Quapropter operepretium erit eam explicare, examinare, atque eius vim, & veritatem expendere.

DVbitatur ergo primo circa illam propositionem assumptam in illa, quòd obiectum intellectus nostri est quidditas rei materialis, an sit vera?

¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Sequitur ex illa propositione, quòd quantò aliquid est materialius sit magis intelligibile ab intellectu nostro, cõsequens est falsum, ergo. Sequela probatur ex paritate rationis. Nam quanto aliquid est magis album vel lucidum, est magis visibile, ergo. Quòd autem consequens sit falsum manifestum est.

¶Secundo. Obiectum intellectus nostri non potest esse minoris ambitus, quàm alicuius scientiæ acquisitæ ab illo; sed obiectum metaphysicæ est ens in communi abstrahẽs ab omni materia, ergo obiectũ intellectus nostri non potest esse ens concretum quidditati materiali. ¶Tertio. Nulla potentia potest eleuari vltra suum obiectum etiam per potentiam diuinam, vt visus non potest eleuari ad videndum angelum; sed intellectus noster eleuatur supra quidditatem rei materialis; quia eleuatur ad cognoscendas substantias separatas, ergo &c. ¶Quarto arguitur contra rationem D. Tho. Etenim ex illa tantum potest colligi, quòd intellectus noster non cognoscit perfectè res materiales sine conuersione ad phantasmata, quæ conuersio (inquit D. Th.) est necessaria, vt obiectum cognoscatur sicut existens in re, ergo quando intellectus cognoscit imperfectè res materiales, & non vt existentes in re, non indiget tali conuersione. ¶Quinto. Ex ratione D. Thocolligitur, quòd etiam, anima coniuncta corpori impassibili, indiget conuersione ad phantasmata, cõsequens autem est falsum, & contra ipsum D. Tho. ergo. Quòd si respondeatur non esse eandem rationẽ, propterea, quòd corpus impassibile non est omnino subiectum, imo vero è contra anima

anima est quodammodo illi subiecta; Cõtra. In statu innocentiæ corpus erat omnino subditum animæ, & tamen in illo statu indigebat conuersione ad phantasmata, vt ipse D. Thom. docet infra quæstione. 94. articul. 2. ergo. ¶Sextò. Obiectum proportionatum intellectus, est id quod primo cognoscitur ab intellectu, sed accidens est huiusmodi, non quidditas rei materialis, ergo. Minor probatur. Illud primo cognoscitur, quod primò repræsentatur per speciem intelligibilem; sed id quod primo per illam repræsentatur, est accidens, ergo. Minor probatur. Quoniam species id primò repræsentat, à quo causatur, sed causatur ab specie accidentis, quod est in phantasia & in sensu exteriori, vt supra docuit D. Tho. quæst. 57. artic. 1. ad secundum, ergo &c. Multa alia argumenta refert Capreolus in 1. d. 2. q. 3. contra tertiã conclusionẽ, quæ nullius sunt difficultatis.

PRo resolutione huius difficultatis notandum est primò, quòd aliter loquentiis, quæ cum semper sint alligatæ organo corporeo semper habent eundem modum ellendi atque tẽdendi in propria obiecta, atque adeo semper habent obiectum eiusdem rationis. Intellectus autem, qui aliquando est alligatus corpori & eius sensibus, aliquando extra corpus, consequenter habet diuersum modum essendi atque tendendi in suum obiectum, ac per consequens etiam habebit diuersum obiectum.

¶Secundò notandum est, quòd cum intellectus etiam dum est in corpore sit potentia immaterialis, sicut etiam ibi habet diuersum modum essendi atque potentiæ sensitiuæ, consequenter etiam prout est in corpore debet habere diuersum obiectum atque reliquæ potentiæ. Cum enim illæ nõ habeant esse immateriale, eorum obiectum erit materiale, intellectus autem nostri obiectum ex ea parte, qua est aliquid spirituale & immateriale, est etiam immateriale & spirituale, ex ea verò parte, qua est in corpore, eius obiectum debet quodammodo concernere corpus & materiã.

¶Tertiò notandum est, q̃ obiectum intellectus nostri est duplex: alterũ quod dicatur motiuum, alterum verò quod vocatur terminatiuum. Obiectũ motiuum est illud, quod immediate mouet ipsam potẽtiam ad intelligendũ. Obiectum verò terminatiuum est illud, ad quod se extendit virtus ipsius potentiæ. De obiecto motiuo communis sententia est Theologorum & Philosophorum, quam etiã docet Scotus in. 1. d. 3. q. 3. q̃ illud est quidditas rei materialis. Et ratio est optima, quoniã anima nostra cum sit vnita corpori propter operationem, habet intellectum talis naturæ, q̃ nihil potest intelligere nisi aut res materiales, aut illas, quæ relucent in rebus materialibus, à quibus abstrahit species intelligibiles. Quam rationem insinuauit Arist. in 3. de an. tex. 39. & Caiet. explicat eam optimè in commẽtarijs super. 3. de anima c. 5. & multò melius D. Tho. infra q. 85. artic. 1. Quorum fundamentum est ex doctrina Arist. in 2. physi. text. 26. quòd anima rationalis est quasi in quodam medio inter substantias separatas & res sensibiles. Nam partim est separata à corpore, cum sit subsistens & immaterialis omnino, partim verò dependet à corpore, cui est vnita tanquàm forma. Quapropter ex ea parte, qua dependet à corpore, habet, quòd intellectus moueatur ab obiecto seu sibili: ex ea verò parte qua est independẽs à corpore habet q̃ eius obiectum non sit res materialis, vt dicebamus in secũdo notabili, sicut est obiectum sensus: sed sit ipsa quidditas & essentia rei materialis abstracta à cõditionibus singularibus, à quibus non abstrahunt obiecta sensuum.

¶Quartò notandum est, q̃ de obiecto terminatiuo intellectus nostri possumus loqui dupliciter. Aliud enim est obiectum adæquatum intellectus nostri in tota sua extensione, tam respectu cognitionis perfectæ quàm imperfectæ, tã respectu cognitionis eius, dum est in corpore, siue etiam extra corpus. Quod aliàs à Metaphysicis sõlet appellari obiectum specificans, siue obiectum adæquatũ, & hoc obiectum est ens siue verum, vt docet Diuus Tho. supra q. 5. art. 2. & infrà q. 89. ar. 3. ad. 3. & multis alijs locis. Aliud obiectum intellectus est, quod vocatur proprium & cõnaturale & proportionatũ, quod tantum terminat cognitionem perfectã nostri intellectus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc obiectum nõ potest esse aliud, quàm quidditas rei materialis. Et D. Thom. in hoc artic. tãtùm loquitur de obiecto intellectus nostri hoc secũdo modo. Cuius doctrina est habenda tanquàm magis vera, & consona doctrinæ Aristotelis, quàm etiam secutus est Duran. in 2. di. 3. q. 6.

His suppositis sit vnica cõclusio. Obiectum adæquatum intellectus nostri secundum totam suam latitudinem siue obiectum specificãs est eus in communi: obiectum vero proportionatum & connaturale illi pro statu præsentis vitæ, est quidditas rei materialis. Probatur primo hæc conclusio ex D. Tho. hic ad tertium, vbi docet ex D. Dionysio, quòd Deum & substantias immateriales non possumus cognoscere in statu præsentis vitæ nisi per remotionem vel comparationẽ aliquam ad res materiales. In quo dicto D. Thomę aduerte, qualiter asseruatur conclusio quo ad vtramque partem. Dicit enim primo, quòd intellectus noster cognoscat Deum & substantias separatas, ex quo habetur, quòd eius virtus se extendat ad quodlibet ens, dicit etiam, quòd non cognoscat huiusmodi entia nisi in ordine ad aliquas res materiales: ex quo colligitur, quòd huiusmodi res materiales sint proprium obiectum & cõnaturale intellectus nostri pro statu præsentis vitæ. Et apertius infra q. 87. articu. 3. ad primum docet, quòd obiectum intellectus nostri est commune quodam, videlicet, ens & verum, non tamen obiectum primum. Nam primum obiectum intellectus nostri secundum præsentem statum, non est quodcunque eus aut verum, sed ens & verum consideratum in rebus materialibus, quibus mediantibus in aliorum cognitionem deuenit. Secundo probatur, & explicatur à simili. Quanuis potentia visiua percipiat sensibilia per accidens, & ad illa se extendat, nunquam tamen dicimus, quòd illud sensibile sit proprium obiectum visus, propterea quòd non percipitur per se ab illa potentia, sed mediante alio, quod per se percipitur; sed intellectus noster non potest percipere per se & immediatè res immateriales, sed eas percipit medijs materialibus, ergo obiectum proprium illius est quidditas materialis. Confirmatur. Sensibilia cõmunia quanuis percipiantur visu, non tamen dicuntur proprium obiectum visus, propterea quòd non mouent per se potentiam, vel mouent secundario & remotè: sicut explicatum est in quæst. 78. articu. 3. ergo similiter immaterialia se habent. Tertio probatur ratione communi desumpta ex Diuo Thoma super Boetium de Trinitate quæst. 1. atti. 3. Illud est obiectũ proprium & connaturale intellectus nostri, quod sit intelligibile in actu per operationem intellectus agentis: vt constat ex supradictis quæst. 79. art. 2. & 3. sed sola quidditas rei materialis est huiusmodi, ergo &c. Minor probatur. Quoniam quidditas rei materialis, ipsa per se ipsam est intelligibilis in actu; quidditas vero rei materialis secundum seipsam non est actu intelligibilis. Et confirmatur primo. Omnis cognitio intellectus nostri vel terminatur ad res materiales, vel terminatur ad res immateriales medijs materialibus, ergo sem per quidditas materialis est obiectum terminatiuum intellectus nostri, & ex consequenti est obiectum proprium & connaturale. Confirmatur secundo. Quemadmodum explicuit optimè D. Thom. in articu. 6. Aristote. docet, quòd omnis nostra cognitio intellectiua ortum habet à sensu, & a rebus materialibus & singularibus, ergo obiectum proprium illius est quidditas abstracta ab his rebus materialibus, hoc autem est quidditas rei materialis, ergo.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Et pro solutione primi, notandum, quòd obiectum alicuius potentiæ est duplex. Aliud formale, & nihil aliud est, quàm id sub cuius ratione obiectum refertur ad potentiam, & id in intellectu, est ens siue entitas, omnia enim quæ intellectus intelligit, intelligit sub ratione entis. Aliud est obiectum materiale, idest, id in quo reperitur ratio formalis obiecti talis potentiæ, vt albedo est obiectum materiale visus. Et huiusmodi obiectũ, in quo scilicet, principaliter & proportionatè reperitur ratio entis, quod est obiectum formale intellectus nostri, est quidditas rei materialis. Itaque quidditas rei materialis est obiectum materiale intellectus nostri proportionatum illi pro isto statu. Hoc ergo supposito dico ad argumentum, quod non est necesse, vt quantò aliquid magis participat rationem obiecti materialis, tanto perfectius cognoscatur à potentia. Sed inter obiecta materialia proportionata, id quod magis participat de obiecto formali talis potentiæ, perfectius terminabit actionem talis potentiæ. Quare inter quidditates rei materialis illud perfectius terminabit intellectionẽ, etiique magis intelligibile, quod plus habuerit de entitate, & in ratione entis fuerit perfectius.

¶ Ad secũdum respondetur, quòd obiectum alicuius scientiæ non debet esse maioris ambitus, quam obiectũ adæquatum & specificans intellectum; bene tamen potest fieri, vt obiectum talis scientiæ excedat obiectum proportionatum talis potentiæ, cum scientia non sit tantum circa obiectum proportionatum intellectus nostri, sed etiam possit extendi extra illud.

¶ Tertium argumentum solutum manet ex dictis, eius tamen solutionem ampliorem require supra q. 12. art. 1. dubio 1. ad secundum.

¶ Ad quartum respondetur ex Caietan. hic in solutione ad quintum dubiũ, quòd hoc argumentum Scoti procedit ex inconsideratione conditionis, quam habet cognitio immaterialis. Nam si rectè attenda mus ad conditionem huius cognitionis, ex hoc quòd cognitio perfecta indiget cõuersione ad phantasmata, optimè sequitur quòd etiam cognitio imperfecta indigeat tali conuersione. Ratio est, quoniam cognitio intellectiua quãtò est perfectior, tanto est abstractior & purior, & elongatior à sensibus & materia. Si ergo illa cognitio quæ est magis elongata & pura, indiget conuersione ad phantasmata, multo magis indigebit illa cognitio, quæ est minus elongata & pura. Quapropter ratio Diui Thomæ conuincit de cognitione etiam imperfecta. ¶ Ad quintum argumentum respondetur ex doctrina eiusdem Caietani, quòd intellectum animæ vnitæ corpori passibili indigere conuersione ad phantasmata, est naturale, propterea quòd eiusmodi intellectus non potest directe cognoscere singularia naturaliter loquendo. Quapropter etiam in statu innocentiæ indigebat eiusmodi conuersione ad phantasmata. At verò quòd anima vniatur corpori impassibili & glorioso; est omnino supernaturale, & inde fit q anima perficiatur in modo etiam intelligendi, vt possit in illo statu intelligere singularia directè sicut poterat, quando erat separata à corpore: vt explicabimus quæst. 89. art. 4. Eleuatur enim tunc anima quodammodo ad modum cognoscendi angelorum.

¶ Ad sextum respondetur, quòd vt latè explicuimus supra q. 79. ar. 3. species intelligibilis non repræsentat singulare, quòd representatur per phantasma, sed naturam in phantasmate latentem abstractam ab illis conditionibus singularibus.

¶ Ad vltimum respondetur, quòd nomine quidditatis materialis comprehenduntur ẽt accidentia materialia, q̃ intellectus noster cognoscit etiam quidditatiuè, quãuis nõ possit ea quidditatiue cognoscere nisi in ordine ad substantias materiales. Sicut. n. accidentia habent esse in ordine ad substãtiã; sic ẽt habent definiri & cognosci in ordine ad ipsam substantiam, vt docet D. Tho. de ente & essentia ca. 7. & Soncin. 7. Metaph. quæst. 6. Explicare vero, An substantia materialis sit prior cognitione, quã accidens, an èconuerso, non est præsentis loci, sed pertinet ad Metaphysicam. Vide Soncin. eodem lib. quæst. 13. & Ianellum quæst. 3. ¶ Ad confirmationem respõdetur, quòd iam quæst. 78. artic. 3. explicatum est, quomodo per operationem intellectus agentis abstrahuntur species vniuersales à phantasmatibus, quæ repręsentant quidditates rerum materialium. Sed argumentum petit difficultatem, An illæ species, quæ abstrahuntur, sint propriæ species accidentium, quibus mediantibus illæ quidditates materiales cognoscuntur. An vero sint propriæ species ipsarũ quidditatum materialium? Aliqui enim Scotistæ propter argumẽtum, quod fecimus, opinãtur quod illæ species abstractæ sunt propriæ accidentiũ. Quibus videtur consentire Herueus quodlib. 3. q. 12. ad octauũ. Sed hæc sententia est manifestè falsa, & oppositã docet D. Th. & probatur. Intellectus

lectus noster cognoscit quidditatiuè substantias, & quidditatem materialem, ergo per propriam speciē cognoscit illa. Probatur consequentia. Quoniā nihil potest cognosci quidditatiuè & perfectè, nisi cognoscatur per propriam speciem, vt amplius patebit in q.88.ar.1.& 2. Ad argumentum vero oppositum respondetur ex doctrina Soncinatis vbi supra q.14. q. species quæ sunt in phantasmatibus, quanuis virtute propria non possint producere in intellectu possibili speciem quidditatis materialis propriam, tamen virtute illius naturæ, à qua sunt abstractæ, & simul virtute intellectus agentis, à quo elcuantur, tanquā instrumenta, bene possunt producere propriam speciem substantiæ. Sicut Arist. docet in 2. de Anima text. 41. q. calor quanuis virtute propria non possit producere substantiam carnis, tamen secundum, q. assumitur ab anima vt instrumentum virtutis vegetatiuę & elcuatū, potest producere substantiā carnis. Et generale est in doctrina D. Tho. q. accidens quanuis virtute propria nō possit producere substantiam, tamen virtute ipsius substantiæ, & vt instrumentum eius, potest eleuari ad producendam substantiam. De qua re solent disputare discipuli D. Tho. 3. par. q. 77. artic. 4. & disputat Ferrar. 4. cont. gent. ca. 66. & Soncin. 7. Metaph. q. 7.

A

DVbitatur secundo circa illam propositionem D. Thomæ, qua dicit, quòd intellectus noster non potest cognoscere perfectè quidditatem rei materialis, nisi cognoscat illam vt existentem in aliquo particulari. Vtrùm hoc sit verum?

B

¶Pro parte negatiua arguitur primo. De ratione quidditatis rei materialis non est, quòd existat in aliquo particulari, ergo potest perfectè cognosci, &c. Consequentia videtur manifesta, & antecedēs probatur. Quoniam de ratione hominis solum est id, quod ponitur in eius diffinitione, in qua nullo modo potest poni existentia in particulari. Cōfirmatur. Ad perfectā cognitionem rei satis est cognoscere eius prædicata quidditatiua, & proprias passiones: hæc. n. cognitio est scientifica, sed existere in aliquo particulari, non est prædicatum quidditatiuum, neq; propria passio, ergo.

C

Probatur minor ex supra dictis q. 3. art. 4. vbi ostensum est, q. existentia non potest esse de ratione alicuius creaturæ, sed solius Dei. ¶Secundo. Si propositio illa esset vera illud proueniret vel ex conditione intellectus nostri, vel ex cōditione ipsius naturæ cognoscibilis, vel ex vnione animæ ad corpus; sed nihil horum potest esse causa, ergo. Probatur minor, q. nō ratione intellectus nostri. Quoniā noster intellectus idē omnino est in anima coniūcta, & in separata, vt patet ex sup. dictis q. 77. ar. 8. Anima aūt separata intelligit sine conuersione ad phantasmata, vt patebit q. 89. Neq; potest dici secundum, qm̄ angelus vel anima separata potest habere scientiam quidditatis materialis sine hac conuersione ad particularia. Neque potest dici tertiū, qm̄ vt ostensum est dubio primo, anima Christi & anima vnita corpori impassibili, post intelligere sine conuersione ad particularia. ¶ Tertio arguitur. Sicut immaterialia habent quidditates abstrahibiles à singularibus, ita etiam & materialia: sed immaterialia possunt cognosci perfectè absque illo particulari modo essendi, ergo.

¶ Propter huiusmodi argumenta Scotus loco citato primo dubio, fingit alias duas causas, vel rationes, propter quas intellectus noster debet vti conuersione ad phātasmata, & cognoscere quidditatē rei vt existentē in aliquo particulari. Prima ratio est in pēnā peccati originalis. Sed hæc ratio assignatur sine aliquo fundamento. Primo. Quoniā Arist. qui in 3. de An. ca. 7. & 8. docuit hāc necessitatē cōuersionis ad phantasmata, id docuit tanquā aliquid cōnaturale intellectui nostro: nesciebat. n. peccatū originale aut pœnas illius. Secundo. Quoniam in statu innocentiæ vel si homo crearet in puris naturalibus, esset hæc necessitas cōuersionis ad phantasmata, ergo non in pēnā, &c. Secunda ratio Scoti est propter concordantiā & ordinē potentiarū. Quādo enim vna potentia attingit suū obiectū: omnes aliæ potentiæ, quæ natæ sunt attingere illud, simul concurrunt, & habent actum circa illud obiectum. v. g. lapis pōt cognosci & per intellectum, & simul per phātasiam, vnde est, quòd intellectu cognoscente lapidem cognoscit etiam phantasia

D

E

phantasia aliquem lapidem, in particulari. Sed hæc ratio nihil probat. Primo. Quoniam non ostendit dependentiam aliquā intellectus nostri à phantasmatibus, sed solum concomitantiam: Aristot. vero & eius sectatores docent, q. intellectus noster in suo actu dependet à phantasmatibus. Secundò. Quoniam si esset sola concomitantia potentiarum, sequeretur quòd etiam læso organo phantasiæ, non esset aliqua ordinatio in intellectu, quod tamen est contra rationem Diui Thomæ in articulo quam ad mittit Scotus. Tertiò. Quoniam si esset sola concomitantia potentiarum, pari ratione possemus dicere, quòd quando imaginatiua cognoscit, necesse est, vt etiam intellectus cognoscat: sicut è contra quando intellectus cognoscit, necesse est vt imaginatiua cognoscat, quod tamen est falsum. His ergo rationibus prætermissis ad explicationem huius dubij, de quo multa dicit subobscurè Caiet. in solutione ad secundū & tertium & quintum dubium.

A

B

C

NOtandum est primo, q. modus existendi in aliquo particulari potest accipi tripliciter. Primò modo radicaliter, vt Caiet. dicit; hoc autem nihil aliud est, quā quod substantia sensibilis intrinsecè habeat materiam partem sui, ex qua tanquā ex radice prouenit, q. natura speciei sit in plutibus induiduis. Nam ex diuisione materię prouenit multiplicatio indiuiduorū, & vbi nulla est materia, non possunt indiuidua multiplicari, vt patet ex supradictis quæst. 50. artic. 4. Secundò modo accipitur formaliter, sed tamen sub communi quadam ratione, sicut importatur per singulare vagum. Quando enim dicitur, aliquis homo, non solùm designatur natura communis, sed etiam modus existendi particulariter, qui tamen communis est omnibus indiuiduis. Tertiò modo accipitur esse in particulari formaliter & sub ratione quadam determinata, sicut accipitur natura humana in Petro vel Paulo. Et D. Thom. in articulo, videtur accepisse, esse in particulari, hoc tertio modo, quādo dicit quòd esse in aliquo particulari est de ratione naturæ sensibilis. Quod licet videatur difficile, potest probari primo ex ipsis exemplis D. Thomæ in artic. Dicit enim, quod natura lapidis sit in hoc lapide, vel natura equi sit in hoc equo. Secundò. Quoniam necessitas conuersionis ad phantasmata est propter particularia determinata; nā in phantasmatibus solùm sunt similitudines illorum singularium, quæ sunt determinata.

D

E

¶Secundò notandum est, q. aliquid esse de ratione alterius rei potest intelligi dupliciter. Primò, q. sit de quidditate vel essentia illius: sicut animal aut rationale dicitur esse de ratione hominis, & hoc modo non potuit Diu. Thom. censere q. sit de ratione naturæ sensibilis esse in aliquo particulari loquendo formaliter. Nam radicaliter loquendo, verum esset cum materia sit pars quidditatis. Et ratio nostra est. Quoniam ipse D. Thom. in libro de ente & essentia capit. 4. docet expressè, q. non est de ratione naturæ specificæ quòd sit in aliquo particulari, vel q. sit abstracta per intellectum à particularibus. Secundò modo potest intelligi q. esse in aliquo particulari sit modus quidam intrinsecus & inseparabilis ab ipsa natura specificā quanuis non sit de eius quidditate. Sicut esse perfectam, esse principium suarum passionum in actu, & alia huiusmodi, sunt quidam modi intrinseci qui inseparabiliter comitantur ipsam naturam, & hoc secundo modo loquitur D. Thom. quando dicit esse de ratione naturæ, quod existat in aliquo particulari.

¶Tertiò notandum est, q. cognitio perfecta alicuius rei potest esse duplex. Prima quæ complectitur prædicata essentialia tātum: Altera vero est perfectior non solum quæ cognoscit prædicata essentialia, sed etiam illa quæ pertinent ad modum intrinsecum eiusdem rei. Eiusmodi est in præsenti ille modus existendi in aliquo particulari, in qua cognitione videtur quiescere intellectus; & hoc secundo modo accipit D. Thom. suam propositionem. Cognitio. n. rerum particularium non solum est principium cognitionis intellectualis, quod D. Th. manifestè probauit in ar. 6. sed etiā est quodammodo finis & terminus cognitionis intellectiuæ, sicut D. Th. insinuat in ar. 8. sequenti, non. n. quiescit consideratio naturalis nisi cognoscat rōnes & causas effectuum particularium. Quapropter dici solet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

solet, q̃ hæc sensibilia sunt terminus & finis indicij, quorũ rationes & causas contendit scire naturalis Philosophus. ¶ Vltimo notandum est, quòd ex duplici capite potest prouenire, quòd noster intellectus non possit perfectè cognoscere quidditatis rerum materialium sine adminiculo sensuum. Primo propter imperfectionẽ ipsius intellectus qui obtinet infimũ gradum in genere intelligibilium, vt iam diximus dubio primo ex Aristot. 2. Physico. tex. 26. quod etiam bene explicat Ferrar. in 2. contra gent. ca. 98. circa principium. Secundo ex eo quod est alligatus corpori, & immersus materiæ. Hinc enim habet, quòd non possit actu cognoscere nisi conuertendo se ad particularia phantasmata. Quamuis enim intellectus feratur primo & per se in vniuersale, tamen determinat se ad cognitionem tam articularis quam vniuersalis, recipiendo phantasmata. Cognoscit enim vniuersale per hoc quod abstrahit ab isto vel ab illo phantasmate, cognoscit vero singulare per reflexionẽ, eo q̃ determinat ab hoc vel ab illo phantasmate. Hoc aũt intelligendũ est, quemadmodum diximus dubio primo de intellectu nostro sm̃ præsentẽ statum. Nã de anima separata aut vnita corpori ipassibili, iã diximus q̃ habet altiorem modũ intelligendi, & qui omnino dependet ex conuersione ad phantasmata. ¶ Quod si quis roget, à quo determinatur intellectus in illo statu ad vtendũ hac specie vel illa? Respõdetur, q̃ determinatur à sua propria volũtate, cui omnia erunt subiecta quæ sunt in ipso beato. ¶ His suppositis sit prima conclusio. Intellectus noster non põt perfectè cognoscere quidditates rei materialis siue cognitione intuitiua siue abstractiua absque modo existẽdi in aliquo particulari. Probatur primo de cognitione intuitiua. Ista cognitio semper respicit rem præsentẽ vt sic: sed natura sensibilis non põt esse præsens nisi in aliquo particulari, ergo. Maior patet ex doctrina D. Tho. supra q. 14. art. 4. vbi docet, q̃ scientia visionis quã nos vocamus cognitionem intuitiuã, semper est earum rerum quæ sunt præsentes. Minor vero probatur. Quoniam nihil potest esse præsens quod non sit particulare

A individuum, sicut cõtra Platonem docuit D. Tho. in hoc articulo 4. Secundo probatur de cognitione abstractiua. Modus existendi in particulari habet rationem principij & etiam rationem finis in ordine ad cognitionem perfectã quidditatis materialis, vt patet ex dictis in tertio fundamẽto. Sed ignorato principio & termino nõ potest perfectè & quidditatiuè cognosci aliqua natura, ergo. Tertio probatur. Cognitio quidditatiua nunquam erit perfecta nisi cognoscamus causas rerum sensibilium, tunc enim habetur cognitio quidditatiua & perfecta, quando cognoscimus effectus per proprias causas, vt patet ex 1. Poster. & 1. Phyticor. sed effectus sensibiles nõ põtt perfectè cognosci nisi in particulari, ergo. Probatur minor. Qm̃ nemo põt perfectè cognoscere quam intensus sit calor, vel quam intensa sit frigiditas, nisi illud experiatur in aliquo particulari. Sed animaduertendũ est, q̃ non ideo dicimus necessarium esse cognoscere naturam, vt in particulari existentem, propter ipsas cõditiones singulares huius hominis vel huius equi (nihil.n. interest scire quas proprietates habeat iste homo, aut iste equus) sed propter modum essendi quem habet à parte rei ipsa natura materialis, v.g. quantam figuram aut quantitatem, aut alias ꝓprietates habet natura hõis aut leonis, quas ꝓprietates non possumus perfectè cognoscere nisi cognoscamus ipsam naturã in aliquo particulari existẽtẽ. Vnde sicut bene notauit Caiet. in responsione ad tertiũ dubiũ; illa particula propositionis D. Tho. vt in particulari existens, importat rẽ cognitã, vel conditionem ex parte obiecti, quod debet cognosci. ¶ Secunda conclusio. Probabile videri potest, q̃ sententia D. Tho. solum verificatur de cognitione scientifica, & perfecta quidditatis materialis. Probatur primo ex his, quæ dicit in hoc articulo. Nam primo dicit, q̃ vt intellectus actu intelligat nõ tantùm accipiendo scientiam de nouo, sed etiã vtendo scientia iã acquisita, requiritur actus imaginatiuæ: & postea dicit, q̃ natura rei materialis nõ põt cognosci cõpletè & verè, nisi secundùm q̃ cognoscitur vt existens in aliquo particulari, ergo loquitur D. Tho. de cognitione com-

completa; & scientifica. Secundo probatur. Experientia videtur constare, q̃ quantuis ille, qui acquirit scientiam, non quiescat; donec habeat causas effectuum sensibilium: tamen quandiu procedit per communia & confusa non videtur necessariũ, q̃ existat in aliquo particulari, ergo probabile est, &c. Tertio probatur. Experientia videtur etiam docere, q̃ noster intellectus potest formare propositionem de vtroq; extremo vniuersali, & per species vniuersales, v.g. quòd ens est bonũ, aut quòd homo est risibilis, sed tunc nulla est determinatio ad aliquod particulare, ergo.

¶ Nihilominus tamen sit tertia conclusio. Multo probabilius est, & sine dubio adhærentem D. Thomæ, quòd eius propositio debet intelligi de qualibet cognitione etiã imperfecta & connotatiua. Probatur primo. Quoniam D. Thom. in principio articuli dicit, impossibile esse, quòd noster intellectus secundùm præsentem statum aliquid actu intelligat sine conuersione ad phantasmata; sed ista conuersio necessaria est, vt cognoscat rem in aliquo particulari existente. Et confirmatur primo D. Th. do cet in primo exemplo, quòd læso organo sensus, nõ potest intellectus vti speciebus, quas habet ad intelligendum, ergo de omni intellectione verificatur propositio. Probatur consequentia. Quoniam læsio organi sensus solum impedit cognitionem rei in aliquo particulari. Et confirmatur secũdo. In solutione ad tertium dicit D. Tho. quòd secundùm præsentem statum non possumus cognoscere immaterialia sine conuersione ad phantasma corporeum, ergo nec sine cognitione naturæ materialis in aliquo particulari existentis. Probatur consequentia. Quoniam ad hoc ordinatur conuersio ad phantasma. Confirmatur vltimo, ratione desumpta ex Caiet. in solutione ad quintum dubium. Cognitio imperfecta & connotatiua multo magis dependet à materia & conditionibus materialibus, quàm cognitio perfecta; sed iuxta mentem D. Tho. non potest esse cognitio perfecta quidditatis materialis nisi cognoscatur vt in aliquo particulari existẽs, ergo neq; imperfecta cognitio. Hãc tertiã conclusionẽ diximus à principio huius articuli esse mẽtẽ D. Th. & ita ẽt docet Caietanus non solum in hoc articulo, sed ẽt supra q. 80. art. 2. circa solutionem ad tertiũ, vbi est locus D. Thom. & Arist. ex quo aperte colligitur veritas huius sententiæ. ¶ Ad argumenta vero quæ fecimus ad probandã secundam conclusionem respondetur ex his, quæ modo diximus; q̃ si intellectio perfecta & cõpleta quidditatis materialis necessario requirit, q̃ cognoscatur in aliquo particulari per conuersionem ad phãtasmata: multò magis illud requirit cognitio imperfecta propter rationem assignatam. Et hoc D. Tho. reliquit tanquam notum. Neq; vero oppositum huius probant secundũ & tertium argumentũ quæ procedũt ab experientia; quin potius ipsa experientia probat tertiã cõclusionẽ, vt patet per exempla & experientias Diui Th. in prima, & secunda probatione.

AD primum in principio dubij, respõdetur ex his, quæ diximus in secundo fundamento. vbi explicatum est, quo pacto sit de ratione quidditatis materialis esse in aliquo particulari, quod sufficit, vt non possit perfectè cognosci nisi cognoscatur ille modus existendi in aliquo particulari, &c. Ad confirmationem respondetur similiter, quòd ipsa quidditas materialis non potest perfectè cognosci, neque eius prædicata essentialia: nisi cognoscatur ille modus existendi in aliquo particulari, propterea, quod est illi intrinsecus & necessario eam concomitat, quanuis neq; sit de essentia illius, neq; sit propria passio eius, vt bene explicat Caieta. in solutione ad tertium dubium.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod illa necessitas prouenit aliquo modo ex parte ipsius naturæ sensibilis, quæ cum sit materialis, & habeat conditiones materiales, multo melius cognoscitur secundùm modum existendi in aliquo particulari: & aliquo modo etiam prouenit ex parte ipsius intellectus secundùm præsentem statum, in quo habet intelligere per species abstractas à rebus sensibilibus. Vnde prouenit consequenter, quod non possit perfectè cognoscere sine cõuersione ad ipsa sensibilia, eo mõ quo explicabitur dubio tertio. Neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eadem ratio de cognitione angelorum, qui intelligunt per species inditas, & repræsentantes non solum naturam communem, sed etiam omnia singularia, sicut explicatum est q. 55. ar. 2. Et similiter dicendum est de anima separata, vt explicabitur q. 89. ar. 4. De anima vero Christi, & de animabus vnitis corporibus gloriosis, iam responsum est dubio primo ex Caiet. in solutione ad quintum dubium.

¶ Ad tertium argumentum respõdetur. Primo, quòd etiam in substantijs separatis quando cognoscuntur perfectè & quidditatiuè, nunquam est perfecta cognitio, nisi cognoscatur natura specifica secundum modum existendi, quẽ habet in aliquo singulari. Nam cum specifica natura angelorum non possit esse nisi in vno singulari, quod est de perfectione vniuersi, non posset perfectè cognosci illa natura, nisi cognosceretur ipsum singulare, quãuis cognitio ipsius singularis perfecta, non erit per conuersionem ad phantasmata. Secundo respondetur, quòd quanuis fieri posset, vt natura angelica haberet multa individua vnius speciei, adhuc esset maximum discrimen inter quidditatem angeli, & quidditatem materialem. Quoniam quidditas angeli, cum sit pe se subsistens forma, potest optime saluari, & cognosci sine multitudine individuorum: quidditas vero materialis cũ sit in materia, & habeat plures proprietates materiales, multo melius cognoscitur in ipsis particularibus. Nam indiuiduatio naturæ & conditiones indiuiduales semper prouenient à materia.

DVbitatur tertio. An vt intellectus noster cognoscat quidditatẽ materialem vt existentem in aliquo particulari, necessaria sit cõuersio ad phãtasmata, & quo sensu sit intelligẽda ista conuersio? Pro parte negatiua arguitur primo ex Aristote. 8. Physic. text. 32. & 3. de Anima text. 8. vbi expresè docet, quòd postquam intellectus noster habet iam acquisitas species intelligibiles, iam non indiget alio motore, sed potest quoties voluerit exire in actum contemplationis, ergo non indiget adiutorio sensus ad intelligendum.

¶ Secundo arguitur. Intellectus noster non potest directè cognoscere ipsa phantasmata, ergo, neq; potest conuerti ad illa. Consequentia probatur. Quoniam intellectus ad ea conuertitur, quæ cognoscit. Antecedẽs vero patet. Quoniam intellectus non cognoscit directè nisi tantum vniuersalia. ¶ Tertiò. Aut intellectus conuertitur ad illud phantasma, à quo abstraxit speciem intelligibilem, quàm habet, aut conuertitur ad aliud distinctum. Non potest dici primum, quoniam illud phantasma iã exercuit in ordine ad intellectum ministerium suum; neque secundum potest dici, quoniam tale phantasma impertinens est ad illam speciẽ intelligibilem, cum nõ dependeat ab ipso. ¶ Quarto. Sequeretur ex opposita sententia, q̃ noster intellectus nũquã posset intelligere vniuersale sine singulari aliquo; cõsequens est falsum, ergo. Probatur minor. Quoniam tunc cognitio vniuersalis nunquam posset esse absoluta, sed semper esset comparatiua in ordine ad ipsum singulare, quod nõ videtur verum.

AD huius rei explicationem notandũ est primo, quòd ista quæstio non habet locum in opinione Henrici quodlib. 4. quæst. 21. & quodlib. 8. quæst. 12. & 13. & quorundam aliorum, qui opinantur, quòd intellectus possibilis nõ recipit in se species intelligibiles per operationẽ intellectus agentis, sed per illas species particulares, quæ sunt in phantasia, illustratas tamen lumine intellectus agentis intelligit omnia; iuxta quam opinionem aperte constat, quòd intellectus noster nihil potest intelligere, nisi cõuertat se ad illa phãtasmata, vt illis mediãtibus cognoscat res materiales. Sed ista sententia quàm falsa sit, & quàm aliena à doctrina Aristotelis, iam profecto ostendimus supra quæstione 79. articu. 3. dubio 2. inter explicandum, in quo sensu intellectus agens dicitur conuerti ad phantasmata. ¶ Secundo notandum est, q̃ difficultas huius dubij partim pẽdet ex his, q̃ hactenus diximus dub. 1. & 2. in quibus definitum est, quòd intellectus noster non potest cognoscere quidditatem materialem, nisi cognoscat eam vt existentem in aliquo particulari; partim vero pendet ex his; quæ dicenda sunt in quæst. 86. art. 1. in quo ostendemus, quòd noster intellectus pro isto statu non potest cognoscere

secrè directe particularia; sed hoc est proprium munus potentiæ sensitiuæ, quæ in se habet phantasmata, quæ sunt similitudines rerum materialium & singularium, aut sicut dicit D. August. in lib. de vera religione cap. 10. phantasmata sunt de specie corporis, corporeo sensu tracta figmenta: ad quem etiam modum loquitur in epistola 72. ad Nebridium. Ex quo fundamento aperte cõstat, q̃ intellectus noster pro illo statu necessario indiget conuersione ad phantasmata. ¶ Tertio notandum est, q̃ ista conuersio intellectus nostri ad phãtasmata quantùm attinet ad præsentem disputationem, potest intelligi dupliciter. Primo, quòd ipse intellectus conuertatur super potentias sensitiuas per modum cuiusdam reflexionis cognoscendo singularia, quæ ibi repræsentantur, & ista conuersio non est necessaria, neq; D. Thom. aut Arist. in eo sensu loquuti sunt, sed tantùm de actu nostri intellectus directo, per quẽ actum solùm fertur in vniuersalia: qua ratione non sine causa Arist. in 3. de Anima c. 8. text. 39. non dixit, q̃ oporteat intellectũ ipsum phantasmata speculari; sed q̃ oporteat ipsum intelligentem phantasmata speculari: hoc autem rectè fieri potest, etiam si ipse intellectus nõ cognoscat phãtasmata, vt postea explicabimus.

¶ Quòd si quis contra hoc obijciat argumentũ Arist. dicit in illo tex. 39. q̃ phantasmata se habent ad intellectũ, sicut sensibilia ad sensum: sed in quacunque sensatione, sensus cognoscit ipsum sensibile, ergo & intellectus cognoscit ipsum phantasma. Ad hoc respondetur primò ex doctrina D. Thomæ in quæst. 2. de verit. art. 6. q̃ illa similitudo verificatur quãtùm ad hoc, quòd quemadmodum species intelligibiles abstrahũtur ab ipsis rebus sensibilibus, ita etiã species, quæ sunt in intellectu possibili, sunt abstractæ ab ipsis phantasmatibus: sed differentia est, q̃ species, quę sunt in sensu, abstrahuntur à rebus tanquam ab obiecto cognito, species vero, quæ sunt in intellectu, abstrahuntur à phantasmatibus, non tamen vt ab obiecto cognito, nisi forte postea per reflexionem. Alium similem locum Arist. 3. de Anima text. 18. explicat D. Tho. quanuis in ordine ad intellectũ agentem, quæst. 85. articu. 1. ad tertiũ. Respondetur secundo, quòd si Aristoteles attentè legatur, ibi tantùm asserit, q̃ phantasmata sunt sicut sensibilia, quanuis sint sine materia, cuius loci sensus est (secundùm explicationem D. Thomæ ibi lect. 13.) quòd phantasmata sunt similitudines ipsorum sensibilium, quanuis non habeant esse materiale sed intentionale. Vide non mihi displicet intelligentia huius loci, quàm adhibent quidam interpretes Aristotelis, quòd in illo loco non fit comparatio phantasmatis ad intellectum, sed tantùm in ordine ad ipsam potentiã phantasiæ, secundùm quam intelligentiam, argumentum nihil habet apparentiæ. ¶ Altero modo potest intelligi ista conuersio ad phantasmata, q̃ anima per intellectum cognoscit ipsam naturam vniuersalem; per potentiam vero sensitiuam cognoscit singulare: & hoc pacto ipse intellectus attingit modum particularem existendi, quem habet natura ipsa. Et hoc secundo modo intellexit Arist. & D. Th. illam propositionẽ, q̃ qũ intellectus intelligit, opus habet conuersione ad phantasmata. In quo sensu interpretantur Aristo. communiter eius expositores, maximè Ægidius in dubio circa text. illum 39. & eodem modo interpretãtur D. Thom. omnes eius discipuli, maximè Ferra. lib. 1. cont. gen. c. 65. & lib. 2. cap. 73. Et quòd ista sit mens D. Tho. probatur primo. Nam in hoc articulo dicit, q̃ quando intellectus vtitur scientia iam acquisita, requiritur actus imaginationis. Et præterea ex eo probat necessariã esse cõuersionem ad phantasmata, quoniam potentia sensitiua est, quæ cognoscit singularia. Secundo probatur. Quia quæstione 8. articu. 2. circa solutionem ad tertium, tractat, & admittit locum Arist. 3. de Anima text. 57. & 59. vbi dicit, quòd opinio vniuersalis nõ mouet nisi mediãte opinione particulari: cuius loci interpretatio est (secundum Caiet. circa illam solutionem ad tertium) q̃ intellectus secundum præsentem statũ nihil intelligit, nisi concurrat simul potentia sensitiua quæ versatur circa particularia. Tertio probatur ex 2. libro cont. gent. cap. 73. circa finem, vbi dicit, quòd intellectus postquam iam acquisiuit species intelligibiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

biles, comparatur ad phantasmata sicut cau A sa efficiens, propterea q̃ secundum imperium intellectus, formatur in imaginatiua phantasma concurrens ad ipsam intellectionem, & ad speciem intelligibilem per quam fit intellectio; & mediante ista conuersione verificatur, quòd quando intellectus intelligit, concurrit etiã simul actus imaginationis.

¶ Quartò notãdum est, quòd cum omnes potentiæ sint in anima tanquam in radice, & illa sit primum principium sentiendi, & intelligendi, vt Aristot. docet in 2. de Anima text. 24. ita tamen quòd pars sensitiua nata est obedire parti intellectiuæ; inde fit, quòd pars intellectiua moueat potentiam sensitiuam ad operationẽ, secundũ quòd subseruit & expedit ad operationem intellectiuam. Verbi gratia. Pars intellectiua mouet potentiam visiuam, vt videat aliquod totum & eius partes, quo suppositio, intellectus iudicat, quòd totum est maius sua parte. Eodem modo intelle- C ctus mouet potentiam imaginatiuam, vt formet aliquod phãtasma, quo cognoscat aliquod singulare, quod illo phantasmate repræsentatur, & simul per speciem intelligibilem, quę licet in ipso phantasmate tanquam in exemplari, intellectus cognoscit quidditatem vniuersalem existentem in illo particulari.

¶ Quòd si quis obijciat. Ergo secũdum hanc doctrinam intellectus non cognoscit naturam vt in aliquo particulari exi- D stentem, sed potiùs ipsa potentia imaginatiua hoc cognoscit. Respondetur negando consequentiam, quin potiùs quemadmodum potentia imaginatiua cognoscit accidens, vt existens in substantia, quamuis ipsam substantiam non cognoscat, sed solus intellectus illam cognoscat: ita è conuerso intellectus potest cognoscere naturam vniuersalem secundùm modum existendi in aliquo particulari, quamuis non videat ipsum singulare, quod videt potentia imaginatiua. Non enim dicimus, quòd intellectus cognoscit naturam vt in aliquo particulari existentem tanquam in re visa, sed q̃ videt naturam secũdùm modum, quem habet in aliquo particulari, per modum tamen formæ vniuersalis, quando potentia imaginatiua cognoscit ipsum singulare.

AD primum argumentum respondetur, q̃ Aristoteles in illis locis tantũ docet, quòd quando intellectus possibilis est in pura potentia, tunc indiget motore vt reducatur ad actum primũ, quod iam explicatum est quæstione. 79. articulo. 2. & 3. At vero quando iam est in actu primo per species intelligibiles, non indiget altero motore, sed potest per se ipsum exire in actum contemplationis. Caterum non negat Aristoteles necessitatem conuersionis ad phantasmata propter rationes assignatas, & Diuus Thomas in hoc articulo insinuat hanc solutionem.

¶ Ad secundum argumentum respondetur ex tertio fundamento, q̃ conuersio ad phantasmata, non est, q̃ ipse intellectus cognoscat phantasmata aut singularia: sed q̃ ad imperium partis intellectiuæ imaginatio cognoscat ipsum singulare, & tunc intellectus cognoscat naturam vt in aliquo particulari existentem.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, q̃ ad vsum speciei intelligibilis nõ est necessariũ illud phantasma, à quo fuit abstracta species intelligibilis, sed sufficit quodcunque aliud simile. Quoniam sicut in quolibet individuo consideratur modus particularis, quo existit natura materialis: ita etiam in quolibet phantasmate repræsentatur sufficienter, & quantùm ad hoc requiritur aliquod phantasma, quamuis non illud vel illud signatum.

¶ Ad quartum respondetur, q̃ sicut iam diximus, nunquam intellectus cognoscit naturam vniuersalem, quin sensus cognoscat simul aliquod particulare: ex hoc tamen non sequitur, quòd cognitio illa intellectus sit comparatiua formaliter, quin potiùs simplici intuitu cognoscit intellectus naturam, vt in aliquo particulari existentem. Quemadmodum qui cognoscit hominem, cognoscit naturam humanam vt in suppositio existentem: & qui cognoscit album, cognoscit albedinem vt in subiecto existentem: illa tamen cognitio simplici intuitu fit.

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm iudicium intellectus impedia tur per ligamentum sensus.

432 2. 2. q̃. 154. art. 5. cor. & q̃ 172 art. 1. Et vltim. q. 12. art. 3. Et 3. de anima lect. 7. col. fin. c. 1. & 4. to. 2.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q̃ iudicium intellectus non impediatur per ligamẽtum sensus. Superius enim nõ dependet ab inferiori, sed iudicium intellectus est supra sensum. Ergo iudicium intellectus non impeditur per ligamentum sensus. B

¶ 2 Præterea Syllogizare est actus intellectus: in somno autem ligatur sensus, vt dicitur in lib. de * som. & vigil. Contingit tamẽ quandoque q̃ aliquis dormiẽs syllogizat. Ergo non impeditur iudicium intellectus per ligamentum sensus.

SED contra est, q̃ in dormiendo ea, quę contra licitos mores contingunt, non imputantur ad peccatum, vt Augu. in * 12. super Gen. ad literam dicit. Hoc autem non esset si homo in dormiendo liberum vsum rationis & intellectus haberet. Ergo impeditur rationis vsus per ligamentum sensus. C

Li. 12. c. 15. to. 3. Arist. prælectum est, * proprium obiectum intellectui nostro proportionatum est natura rei sensibili. Iudicium autem perfectum de re aliqua dari non potest, nisi ea omnia, quæ ad rem pertinent cognoscãtur, & præcipuè si ignoretur id quod est terminus et finis iudicij. Dicit autem Philosophus in * 3. de Cœlo, q̃ sicut finis factiuæ scientiæ est opus, ita naturalis scientiæ finis est, q̃ videtur principaliter secũdum sensum. Faber enim non querit cognitionem cultelli nisi propter opus vt operetur hunc particularem cultellum. Et similiter naturalis non quærit cognoscere naturam lapidis & equi, nisi vt sciat rationes eorũ, quæ videntur secundum sensum. Manifestum est autem, q̃ non posset esse perfectum iudicium fabri de cultello si opus ignoraret. Et similiter non potest esse perfectum iudicium scientiæ naturalis de rebus naturalibus, si sensibilia ignorarentur. Omnia autem quæ in præsenti statu intelligimus cognoscuntur à nobis per comparationem ad res sensibiles naturales. Vnde impossibile est q̃ sit in nobis iudicium intellectus perfectum cum ligamento sensus, per quem res sensibiles cognoscimus. D

Li. 3. de cœlo. a. c. 7. to. 2.

A AD primum ergo dicendum, q̃ quamuis intellectus sit superior sensu, accipit tamen aliquo modo à sensu, & eius obiecta prima, & principalia in sensibilibus fundantur. Et ideo necesse est, quòd impediatur iudicium intellectus ex ligamento sensus.

AD secundum dicendum, q̃ sensus ligatur in dormientibus propter euaporationes quasdam et fumositates resolutas: vt dicitur in * libro de somno & vigil. Et ideo secundum dispositionem huiusmodi euaporationum contingit esse ligamentum sensus maius vel minus. Quando enim multus fuerit motus vaporum, ligatur non solum sensus, sed etiam imaginatio: ita vt nulla appareant phantasmata, sicut præcipuè accidit, cum aliquis incipit dormire post multum cibum & potum. Si verò motus vaporum aliquantulum fuerit remissior, apparent phantasmata sed distorta & inordinata, sicut accidit in febricitantibus. Si verò adhuc magis motus sedetur, apparent phantasmata ordinata, sicut maximè solet contingere in fine dormitionis, & in hominibus sobrijs, & habentibus fortem imaginationem. Si autem motus vaporum fuerit modicus, non solum imaginatio remanet libera, sed etiam ipse sensus communis ex parte soluitur, ita quòd homo iudicat interdum in dormiendo ea quæ videt somnia esse, quasi dijudicans inter res, & rerum similitudines. Sed tamen ex aliqua parte remanet sensus communis ligatus. Et ideo licet aliquas similitudines discernat à rebus: tamen semper in aliquibus decipitur. Sic igitur per modũ quo sensus soluitur, & imaginatio in dormiendo, liberatur iudicium intellectus: non tamẽ ex toto. Vnde illi qui dormiendo syllogizant, cùm excitantur, semper recognoscunt se in aliquo defecisse. B li. de 96. & vig. c. 4. to. 2. C D

SVMMA ARTICVLI.

E Conclusio est affirmatiua, Ratio Omnia quæ in præsenti statu cognoscimus, intelligimus per comparationem ad res sensibiles; sed res sensibiles non possunt cognosci nisi per sensum, ergo si ille ligetur, impedietur iudicium intellectus.

COM-

COMMENTARIVM.

DOctrina huius articuli manet explicata ex dictis in art.7.Sicut enim intellectus noster pendet in suo actu ex conuersione ad phantasmata ; ita etiam pendet ex debita dispositione potentiarum sensitiuarum,in quibus sunt ipsa phantasmata.Si enim non sit debita dispositio,impeditur iudicium intellectus:sicut patet in dormientibus & febricitantibus,quod D. Thom.egregie explicat in solutione ad secundum.

CIrca quam solutionem dubitatur breuiter. An sensus communis possit iudicare,& discernere in absentia sensibiliū? Et ratio dubij est. Quoniam sensus communis recipit species ministerio sensuum exteriorum,ergo quādo sensus exteriores sunt obtusi ; ita quòd non ministrant species sensui communi;impossibile est quòd sensus communis iudicet.

¶ Ad hoc dubium iam copiosè respondimus supra q.78.ar.4.dub. 4.Vnde breuiter modo dicimus,q; duplex explicatio solet esse ad verba D. Tho. Prima est,q; sensus cōmunis manet quidē liber ex aliqua parte, ita q; si haberet species,iudicaret & discerneret per actū positiuum inter res & imagines rerū;quoniam vero istas species nō habet vt argumentū probat,idcirco nō discernit per actum positiuū , sed tantum priuatiuè iudicat se dormire, quoniā percipit nullā esse actualem sensationem sensuum exteriorū.Quemadmodū Arist. docet 2.de Anima tex.103.& D.Aug.lib.12. de Ciuit.c.7. q; per visum percipimus etiā tenebras,quod debet intelligi nō per actū positiuū,sed per priuationē actus positui, eo q; non videmus lucē,habētes potentiā aptam ad videndū. Et quemadmodum supra explicatum est q.78.artic.3. dub.4.ex mente Caiet.in 3.de Anima c.6.q; si manus tangeret cælum, sentiret calidum nō quidem positiue,sed priuatiuè ¶Hæc solutio & explicatio D.Th.nō placet.Primo.Quoniam D. Tho.absolutè docet in art.q; tūc sensus cōmunis iudicat, & discernit inter res & imagines rerum , & subdit etiam q; ex parte decipitur,ergo ex cognitione politiua loquitur.Secūdo,quoniā D.Tho.in eadem solutione ad secundū, quando loquitur de cognitione imaginatiuæ aut phantasiæ, loquitur de iudicio positiuo,vt ab omnibus conceditur,ergo eodem modo loquitur de iudicio sensus cōmunis. ¶ Secunda ergo solutio & explicatio D.Tho. sit, quā diffusè tradidimus in illa q. 78. vbi supra, q; sensus cōmunis quanuis non possit habere iudicium perfectum & distinctum in absentia sensibilium exteriorum, quando ministrantur illi species per sensus exteriores:tamē iudicium aliquod imperfectum, & debile benè potest habere in absentia illorum per species aliquas derivatas in ipsum à phantasia, quæ est potentia illi maximè vicina Residet enim in eodem ventriculo cerebri, quanuis non in eadem parte,sicut ostendimus in eodem ar. 4.Et hæc secunda explicatio est multò verior & magis ad mentem D. Tho.

QVAESTIO LXXXV.
De modo & ordine intelligendi.

DEINDE considerandum est de modo & ordine intelligendi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm intellectus noster intelligat res corporeas & materiales per abstractionem à phantasmatibus.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur,quòd intellectus noster nō intelligat res corporeas & materiales per abstractionē à phāntasmatibus. Quicunq; enim intellectus intelligit rem aliter ą̄ sit,est falsus:Forma autē rei materialium non sunt abstractę à particularibus: quorum similitudines sunt phā tasmata. Si ergo intelligamus res materiales per abstractionem specierum,à phantasmatibus:erit falsitas in intellectu nostro.

¶ 2 Praterea . Res materiales sunt res naturales,in quarum definitione cadit materia. Sed nihil potest intelligi sine eo quod cadit in diffinitiōe eius.Ergo res materiales non possunt intelligi sine materia. Sed materia est indiuiduationis principium. Ergo res materiales non possunt intelligi per abstractionē vniuersalis à particulari,qđ ē abstrahere species intelligibiles à phantasmatibus.

¶ 3 Praterea.In 3.de ani.dicitur,q; phantasmata se habent ad animam intellectiuā sicut colores ad visum . Sed visio non fit per abstractionem aliquarum specierum à coloribus , sed per hoc quod colores imprimunt in visum . Ergo nec intelligere contingit per hoc quòd aliquid abstrahatur à phantasmatibus , sed per hoc quòd phantasmata imprimunt in intellectum.

¶ 4 Præterea . Vt dicitur in 3 . de Anima intellectiua anima sunt duo , s. intellectus possibilis & agens . Sed abstrahere à phantasmatibus species intelligibiles non pertinet ad intellectum possibilem , sed retinere species iam abstractas : sed nec etiam videtur pertinere ad intellectum agentem, qui se habet ad phantasmata sicut lumen ad colores : quod non abstrahit aliquid à coloribus : sed magis eis influit . Ergo nullo modo intelligimus abstrahendo à phantasmatibus .*

¶ 5 Praterea.Philosophus in 3.de Anima dicit, quòd intellectus intelligit species in phantasmatibus.Non ergo eas abstrahendo.*

SED contra est , quod dicitur in 3.de Anima,quòd sicut res sunt separabiles à materia, sic circa intellectū sunt . Ergo oportet quòd materialia intelligantur,inquantum à materia abstrahuntur, & à similitudinibus materialibus,quæ sunt phantasmata .*

RESPONDEO dicendum , quòd sicut supra dictum est. obiectum cognoscibile proportionatur virtuti cognoscitiua. Est aūt triplex gradus cognoscitiuę virtutis . Quædā enim cognoscitiua virtus est actus organi corporalis,s. sensus.Et ideo obiectum cuiuslibet sensitiuę potentiæ est forma prout in materia corporali existit . Et quia huiusmodi materia est indiuiduationis principium,ideo omnis potentia sensitiuę partis est cognoscitiua particularium tantum. Quædam autem virtus cognoscitiua est , quę neque est actus organi corporalis,neque est aliquo modo corporis materię coniuncta : sicut intellectus angelicus . Et ideo huius virtutis cognoscitiua obiectum est forma sine materia subsistens . Esse enim materialia cognoscant, non tamen nisi in immaterialibus ea intuantur, vel in seipsis, vel in Deo. Intellectus autem humanus medio modo se habet. Non n. est actus alicuius organi , sed tamen est quædam virtus animæ , quæ est forma corporis . vt ex supra dictis patet.* Et ideo proprium eius est cognoscere formam in materia quidem corporali individualiter existentem , non tamē prout est in tali materia . Cognoscere vero id quod est in materia individuali, non prout est in tali materia , est abstrahere formā à materia individuali, quam representant phantasmata . Et ideo necesse est dicere , q; intellectus noster intelligit materialia abstrahendo à phantasmatibus, & per materialia sic considerata in immaterialium aliqualē cognitionem deuenimus : sicut ècontra Angeli , per immaterialia materialia cognoscunt.Plato vero attendens solum immaterialitatem intellectus humani, nō autem ad hoc q; est corpori quodammodo vnitus,posuit obiectum intellectus,ideas separatas,et quod intelligimus , non quidem abstrahendo , sed magis abstracta participando , vt supra dictum est. **

AD primum ergo dicendum, q; abstrahere contingit dupliciter . Vno modo per modum compositionis & diuisionis , sicut cū intelligimus aliquid non esse in alio vel esse separatum ab eo.Alio mo per modum simplicitatis: sicut cum intelligimus vnum,nihil considerando de alio . Abstrahere igitur per intellectū ea , quę secundùm rem non sunt abstracta secundum primū modum abstrahendi,non est absque falsitate. Sed secundo modo abstrahere per intellectum , qua non sunt abstracta secundùm rem, non habet falsitatem,vt in sensu apparet . Si n.dicamus colorem non esse corpori colorato,vel esse separatum ab eo,erit falsitas in opinione , vel in oratione . Si vero consideremus colorem & proprietatem eius,nihil considerantes de pomo colorato:vel sic, quod intelligimus voce exprimamus: erit absque falsitate opinionis et orationis . Pomum n.non est de rōne coloris Et ideo nihil prohibet colorē intelligi, nihil intelligendo de pomo. Similiter dico,q; ea quæ pertinent ad rationem speciei cuiuslibet rei materialis, puta lapidis,aut hominis,aut equi : possunt considerari sine principijs individualibus quę non sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere vniuersale à particulari , vel speciem intelligibilem à phantasmatibus

Li.3.de ani.tex. 18.20.2.

Li.3.de ani.tex. 17.& 18. to.1.

Li.3.de ani.tex. 32.& 39 to.2.

Li.3.de ani.tex. 11.to.2.

Q.84.ar 1.7.& 10. 2o.2.

Qu. 76. art.1.

Li.1.metaph. in Aristot. tex.6.

Qu. 84. art.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

matibus: considerare scilicet naturam speciei absq; consideratione indiuidualiũ principiorum quæ per phantasmata repræsentantur. Cùm ergo dicitur quòd intellectus est falsus qui intelligit rem aliter quàm sit, verum est si ly aliter, referatur ad rem intellectam. Tunc enim intellectus est falsus quando intelligit rem esse aliter quàm sit. Vnde falsus esset intellectus si sic abstraheret speciem lapidis à materia, vt intelligeret eam non esse in materia, vt Plato posuit. Non est autem verum quod proponitur, si ly aliter, accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate, vt alius sit modus intelligẽtis in intelligendo, quàm modus rei in essendo: quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis.

A D secundum dicendũ, quòd quidam putauerunt, quòd species rei naturalis sit forma solum, & quòd materia non sit pars speciei. Sed secundum hoc in diffinitionibus rerum naturalium non poneretur materia. Et ideo aliter dicendum est, quòd materia est duplex, scilicet communis, & signata vel indiuidualis. Communis quidem, vt caro & os, indiuidualis autem vt hæ carnes & hæc ossa. Intellectus igitur abstrahit speciem rei naturalis à materia sensibili indiuiduali, non autem à materia sensibili communi. Sicut speciem hominis abstrahit ab hil carnibus & his ossibus, quæ non sunt de ratione speLi.7.me ciei, sed partes indiuidui, vt dicitur in *7. ta. text. Metaphys. & ideo sine eis considerari potest. 34.& 35 Sed species hominis non potest abstrahi pertom.3. intellectum à carnibus, & ossibus. Species autem mathematicæ possunt abstrahi per intellectum à materia sensibili, non solum indiuiduali, sed etiam communi: nõ tamen à materia intelligibili communi, sed solum indiuiduali. Materia enim sensibilis dicitur materia corporalis, secundum quod subiacet qualitatibus sensibilibus, scilicet, calido, & frigido, duro, & molli, & huiusmodi. Materia vero intelligibilis dicitur substantia secundum quod subiacet quantitati. Manifestum est autem quòd quantitas priùs inest substantiæ quam qualitates sensibiles. Vnde quæ tantitates (vt numero & dimensiones & figuræ, quæ sunt terminationes quantitatum) possunt considerari absq; qualitatibus sensibilibus, A quod est eas abstrahi à materia sensibili: non tamẽ possunt considerari sine intellectu substantiæ quantitati subiectæ, quod esset eas abstrahi à materia intelligibili communi. Possunt tamen considerari sine hac vel illa substantia: quod est eas abstrahi à materia intelligibili indiuiduali. Quædam vero sunt, quæ possunt abstrahi etiam à materia intelligibili communi, sicut ens, vnum, potentia, & actus & alia huiusmodi, quæ etiã esse possunt absque omni materia, vt patet in substantiis immaterialibus. Et quia Plato non considerauit quod dictũ est de duplici modo abstractionis: omnia quæ diximus abstrahi per intellectũ, posuit abstracta esse secundum rem.

A D tertium dicendum, quòd colores habent eundem modum existendi, prout sunt in materia corporali indiuiduali. sicut in potentia visiua. Et ideo possunt imprimere suam similitudinem in visum. Sed phantasmata cum sint similitudines indiuiduorum, & existant in organis corporis, non habent eundem modum existendi, quem habet intellectus humanus, vt ex dictis patet*; & ideo non possunt sua virtute imprimere in intellectum possibilem. Sed virtute intellectus agentis resultat quædam similitudo in intellectu possibili ex conuersione intellectus agentis supra phantasmata, quæ quidem est repræsentatiua eorum quorum sunt phantasmata solum quantum ad naturam speciei. Et per hunc modum dicitur abstrahi species intelligibilis à phantasmatibus, non quòd aliqua eadem numero forma, quæ prius fuit in phantasmatibus postmodum fiat in intellectu possibili, ad modum quo corpus accipitur ab vno loco & transfertur ad alterum.

A D quartũ dicendum, quòd phantasmata & illuminantur ab intellectu agente, & iterum ab eis per virtutem intellectus agentis species intelligibiles abstrahuntur. Illuminantur quidem: quia sicut pars sensitiua ex coniunctione ad intellectũ efficitur virtuosior: ita phantasmata ex virtute intellectus agentis reddũtur habilia, vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur. Abstrahit autem intellectus agens species intelligibiles à phantasmatibus: inquantum per virtutem intellectus agentis accipere possumus in nostra consideratione naturas specierum sine indiuidualibus conditionibus: secundum quarum

rum similitudines intellectus possibilis informatur.

A D quintum dicendum, quòd intellectus noster & abstrahit species intelligibiles à phantasmatibus: inquantum considerat naturas rerũ, in vniuersali, & tamen intelligit eas in phantasmatibus: quia nõ potest intelligere ea, quorum spẽs abstrahit, nisi cõuertendo se ad phantasmata, vt supra dictum est*.
* Q. præc. de ar. 6.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Probatur. Intellectus noster medio modo se habet inter intellectum angelicum, & potentias sensitiuas, ergo proprium eius est cognoscere formam in materia quidem existentem, non tamen prout est in materia. Cognoscere verò id, quod est in materia singulari non prout est in tali materia, est abstrahere formam à materia indiuiduali, quam repræsentant phantasmata, ergo &c.

COMMENTARIVM.

CIrca solutionem ad secundum Diui Thomæ disputanda esset quæstio: An ita sit, quòd materia sit de quidditate rei materialis? quam etiam D. Thom. supra quæst. 75. art. 4. ex parte differit. Sed hæc disputatio pertinet ad Metaphysicos. Quam optimè disputat Sõci. 7. Metaph. quæst. 26. & alij, & Caieta. de ente & essentia cap. 2. quæst. 4. ¶ Circa solutionem ad tertium, & ad quartum, esset tractanda difficilis quæstio. An intellectus agens dicatur illuminare phantasmata imprimendo aliquid positiuum in ipsis, quando producitur species intelligibilis in intellectu possibili? Sed hanc difficultatem iam diffusè explicuimus supra q. 79. art. 3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm species intelligibiles à phantasmatibus abstractæ se habeant ad intellectum nostrum, vt quod intelligitur, vel sicut id quo intelligitur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd species intelligibiles à phantasmatibus abstracta se habeat ad intellectum nostrum, sicut id quod intelligitur. Intellectum enim in actu est in intelligente: quia intellectum in actu est ipse intellectus in actu. Sed nihil de re intellecta est in intellectu actu intelligente, nisi species intelligibilis abstracta. Ergo huiusmodi species est ipsum intellectum in actu. 425 4. conr. c. 11. col. 2. & ver. q. 2. ar. 6 cor. fi. Et pro. q. 7. artic. 5. cor. & q. 8. arti. 1. col. 2. Et opusc. 3. cap. 85.

¶ 2 Præterea. Intellectum in actu oportet in aliquo esse, alioquin nihil esset. Sed non est in re quæ est extra animam: quia cùm res quæ est extra animam, sit materialis, nihil quod est in ea, potest esse intellectum in actu. Relinquitur ergo quòd intellectum in actu, sit in intellectu. Et ita nihil est aliud quàm species intelligibilis prædicta.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in *1. Perihermen. quòd voces sunt notæ earum, quæ sunt in anima, passionum. Sed voces significant res intellectas. Id enim voce significamus quod intelligimus. Ergo ipsæ passiones animæ, scilicet, species intelligibiles, sunt ea quæ intelliguntur in actu. Lib. 1. Perihar. c. 1. to. 1.

SED contra. Species intelligibilis se habet ad intellectum, sicut species sensibilis ad sensum. Sed species sensibilis non est illud quod sentitur, sed magis id quo sensus sentit. Ergo species intelligibilis non est quod intelligitur, sed id, quo intelligit intellectus.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt quòd vires quæ sunt in nobis cognoscitiua, nihil cognoscunt nisi proprias passiones: puta quòd sensus non sentit nisi passionẽ sui organi. Et secundum hoc intellectus nihil intelligit nisi suam passionem, scilicet speciẽ intelligibilem in se receptã, & secundum hoc species huiusmodi est ipsum quod intelligitur. Sed hæc opinio manifestè apparet falsa ex duobus. Primò quidẽ, quia eadem sunt quæ intelligimus, & de quibus sunt scientiæ. Si igitur ea quæ intelligimus, essent solum species, quæ sunt in anima, sequeretur quòd scientiæ omnes non essent de rebus, quæ sunt extra animam, sed solũ de speciebus intelligibilibus, quæ sunt in anima: sicut secũdum Platonicos omnes scientiæ sunt de ideis: quas ponebant esse intellecta in actu. Secundò, quia sequeretur error antiquorum dicentium, omne quod vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

videtur, esse verum. Et similiter & contradictoria essent simul vera. Si.n. potentia non cognoscit nisi propriam passionem, de ea solum iudicat. Sic autem videtur aliquid secundū quod potentia cognoscitiua afficitur. Semper ergo iudicium potentiæ cognoscitiuæ erit de eo q̄ iudicat, s. de propria passione secundum quod est: et ita omne iudicium erit verum. Puta si gustus non sentit nisi propriam passionem, cùm aliquis habens sanum gustum iudicat mel esse dulce, verè iudicabit. Et similiter si ille qui habet gustum infectum, iudicet mel esse amarum, verè iudicabit. Vterque.n. iudicabit secūdum quod gustui eius afficitur. Et sic sequitur, quod omne opinio æqualiter erit vera, & vniuersaliter omnis acceptio. Et ideo dicendum est, q̄ species intelligibilis se habet ad intellectum, vt quo intelligit intellectus. Quod sic patet. Cùm enim sit duplex actio: sicut dicitur 9. Metaph. vna quæ manet in agente, vt videre & intelligere: & altera quæ transit in rem exteriorem, vt calefacere & secare: vtraque fit secundum aliquam formā. Et sicut forma secundum quā prouenit actio tendens in rem exteriorem, est similitudo obiecti actionis: vt calor calefacientis est similitudo calefacti: similiter forma secundum quā prouenit actio manens in agente, est similitudo obiecti. Vnde similitudo rei visibilis est secundum quam visus videt: & similitudo rei intellectę, quæ est species intelligibilis, est forma secundum quā intellectus intelligit. Sed quia intellectus supra seipsum reflectitur: secundùm eandem reflexionem intelligit & suum intelligere, & speciem qua intelligit. Et sic species intellecta, secundario est id quod intelligitur. Sed id quod intelligitur primo, est res cuius species intelligibilis est similitudo. Et hoc etiam patet ex antiquorum opinione: qui ponebant simile simili cognosci. Ponebant enim q̄ anima per terram quę in ipsa erat, cognosceret terram quæ extra ipsam erat: & sic de aliis. Si ergo accipiamus speciem terræ loco terræ secundum dectrinam Aristot.* qui dicit, quòd lapis non est in anima, sed species lapidis, sequetur q̄ anima per species intelligibiles cognoscat res quæ sunt extra animam.*

AD primum ergo dicendum, quòd intellectus est in intelligere per suam similitudinem. Et per hunc modū dicitur q̄ intellectū in actu est intellectus in actu inquantum similitudo rei intellectæ est forma intellectus, sicut similitudo rei sensibilis est forma sensus in actu. Vnde non sequitur, q̄ species intelligibilis abstractæ, sit id quod actu intelligitur, sed quòd sit similitudo eius.

AD secundum dicendū, quòd cum dicitur intellectum in actu, duo importantur, s. res quæ intelligitur, & hoc quod est ipsum intelligi. Et similiter cùm dicitur vniuersale abstractum, duo intelliguntur, ipsa natura rei & abstractio seu vniuersalitas. Ipsa igitur natura cui accidit vel intelligi, vel abstrahi, vel intentio vniuersalitatis, non est nisi in singularibus, sed hoc ipsum quod est intelligi, vel abstrahi, vel intentio vniuersalitatis est in intellectu. Et hoc possumus videre per simile in sensu. Visus enim videt colorē pomi sine eius odore. Si ergo quæratur vbi sit color, qui videtur sine odore, manifestum est q̄ color, qui videtur, non est nisi in pomo. Sed quòd sit sine odore perceptus, hoc accidit ei ex parte visus: inquantum in visu est similitudo coloris, & non odoris. Similiter humanitas quæ intelligitur, non est nisi in Socrate vel in illo homine, sed q̄ humanitas apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est, ipsum abstrahi, ad quē sequitur intentio vniuersalitatis: accidit humanitati, secundùm quod percipitur ab intellectu, inquo est similitudo naturę speciei, & non individualium principiorum.

AD tertium dicendum, q̄ in parte sensitiua inuenitur duplex operatio. Vna secundum solam immutationem. Et sic perficitur operatio sensus, per hoc quòd immutatur à sensibili. Alia operatio est formatio, secundū quod vis imaginatiua format sibi aliquē idolum rei absentis, vel etiam nūquam visæ. Et vtraq; hæc operatio cōungitur in intellectu. Nam primo quidem consideratur passio intellectus possibilis secundum quod informatur specie intelligibili. Qua quidem formatus format secundo vel diffinitionem, vel diuisionem, vel compositionem, quę per vocem significatur. Vnde ratio quam significat nomen, est diffinitio: & enuntiatio significat compositionem & diuisionem intellectus. Non ergo voces significant ipsas species intelligibiles: sed eo quo intellectus sibi format ad iudicandum de rebus exterioribus.

SVM-

1.1.9.me ta. text 16.to.3.

Li. 3. de ani. tex. 38.to.2.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Species intelligibilis se habet sicut id, quo intelligit intellectus. Probatur. Species intelligibilis est forma, secundum quam intellectus intelligit; sicut similitudo obiecti visibilis est forma, secundum quàm visus videt; ergo sicut similitudo obiecti visibilis est forma, qua visus videt; sic etiā species intelligibilis est forma, qua intellectus intelligit.

¶ Secūda conclusio. Secundario & per reflexionem, etiam ipsa species est id, quod intelligitur. Probatur. Quia intellectus supra se ipsum reflectitur, & secundùm eandem reflectionem intelligit & suum intelligere, & speciem, qua intelligit.

¶ Tertia conclusio. Id, quod primo & directè intelligitur, est ipsum obiectum, quod per speciem intelligibilem repræsentatur. Hęc conclusio colligitur ex prima.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo notandum est, quòd D. Thomas in illo & in alijs pluribus huius quęstionis supponit, quòd sint species intelligibiles abstractæ à phantasmatibus, & quòd ita sint necessariæ, vt nullatenus possit fieri intellectio sine illis. Igitur breuissime explicare oportet hanc doctrinam Diui Tho.

¶ Pro cuius intelligentia est prima conclusio. Necessario & intrinsecè sunt constituendæ species intelligibiles, vt intellectus intelligat. Pro quo notandum est hoc esse discrimen inter potentias apprehensiuas, qualis est intellectus vel sensus, & appetitiuas, vt volūtas: quod appretensiua trahit obiectum ad se, & facit se vnum cum illo; appetitiua verò nō trahit obiectum ad se, sed potius ipsa quasi extra se rapitur & fertur ad obiectum.

¶ Secundo notandum est, quòd cū intellectus essentialiter sit potentia passiua, debet à suo obiecto perfici, & transmutatione spirituali transmutari: vt auferatur eius potentialitas, & reducatur in actum. Quod sanè requiritur necessario, antequā intellectus intelligat. Est.n. impossibile aliquid, quod est in potentia essentiali, operari, nisi prius in actū reducatur: Omne.n. quod agit, agit inquātum est in actu. Hoc supposito manifestatur & probatur conclusio. Ad hoc quòd obiectum percipiatur ab intellectu, necessarium est, vt ipsi potētiæ coniungatur trahendo ipsum ad se, vt patet ex primo fundamento, & ex Diuo Thoma. 1. par. quæst. 12. art. 4. & ex Arist. dicente, cognitum debere esse in cognoscente, vt fiat cognitio: sed res prout est à parte rei non potest esse in intellectu, quia est materialis, ergo debet coniungi illi mediante spirituali similitudine ipsius.

¶ Quod si obijcias cum Henrico in 2. d. 6. quęst. 1. sufficiens esse phantasma illustratum ad mouendum intellectum possibilem, ergo superflua est species intelligibilis, quoniam phantasma illustratum est immateriale, ergo nullum est impedimentum, vt mouere possit intellectum. Respondetur, quod phantasma etiam illustratum est accidens in phantasia residens subiecti uè. Debet ergo obiectū materiale intellectui coniungi mediante similitudine spirituali sui, quę actuet intellectum & suppleat vicem obiecti & subiectetur in intellectu. Hæc autem est species, ergo oportet illas necessario constituere. Præterea. Quia phantasma, etiam illustratum, absolute est quid materiale: quoniā hoc, quod est phantasma esse illustratum, vel naturam esse intelligibilem, nihil ponit in re, sed sōlùm est denominatio ab extrinseco ratione speciei, de qua re copiosè iam egimus supra q. 79. art. 3. & ita vt hoc materiale in tellectui vniatur, necesse est ponere speciē spiritualem.

¶ Secunda conclusio. Ponendę sunt in intellectu nostro plures species intelligibiles superadditę intellectui, & non sufficit vna ad omnia intelligenda. Probatur hæc conclusio. Ad cognitionem propriā alicuius rei, qualis humano intellectu habetur, necessaria est propria assimilatio secundū propriam formam: vt ad cognoscendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominem reqritur in intellectu forma repræsentans hominem vt est; sed nulla forma creata potest assimilari omnibus rebus secundū ea quæ sibi sunt propria, alias enim talis, forma contineret omnium rerum perfectiones ; quòd proprium est essentiæ diuinæ. Vnde solum asserunt Theologi, q̄ Deus per suam essentiam vt per formam intelligit omnia, & quòd perfectiores angeli per pauciores species. Videatur D.Thom. quæst. præcedenti articu. 2.

¶Sed notandum est, quòd omnium rerum, quas cognoscimus, habemus speciē intelligibilem, licèt non propriā aliquando & immediatam: quia vna species sæpe deseruit ad duas res omninò distinctas cognoscendas, si tamen habeant inter se aliquem ordinem. Vnde ens rationis cognoscitur per speciē entis realis, in quo fundatur, vel ad q̄ consequitur: similiter indiuidua repræsentantur per speciem naturæ specificæ : & substantiæ separatæ per materialium rerum species, vt in quæstionibus sequentibus determinabimus. Et ratio est, quia cum identate in principio stat optimè diuersitas in effectibus. Hoc tamen non impedit, quin habeamus cuiuscunq; rei, quam intelligimus determinatum & proprium conceptum. ¶Quòd si obijcias. Cognitio entis realis & entis rationis differunt specie, ergo principia à quibus eliciuntur distinguuntur specie. Multoties enim dicit Diuus Thom. specialiter 3.2.q. 1.articulo 3.quòd actiones distinguuntur per principia, à quibus procedunt. Respondetur, quòd quando actiones ita sunt diuersæ, vt nullum habeant inter se ordinē, nec vna ad aliam consequatur, ita verum est, sed quando principium, quòd est immediatum respectu vnius, idem potest esse mediatum respectu alterius, sicut idem calor est principium proximum calefactionis, & remotum liquefactionis ceræ, tunc istæ duæ actiones specie distinguuntur, & tamen quia secunda consequitur ad primam, idem habent principium. Ita similiter species intelligibilis, quæ est proximū principium ad intellectionē vnius rei, deseruit etiam ad aliud cognoscēdum propter ordinem vnius ad aliud. Ex hac conclusione sequitur, quòd in intellectu nostro sint plures species intelligibiles simul. Qualiter autem hoc habeat verum, declarabitur in art.4. sequenti.

¶ Tertia conclusio. Species intelligibilis est similitudo formalis obiecti. Pro huius explicatione notandum est, quòd res aliqua potest dici talis, scilicet, formaliter & causaliter: sicut sanum dicitur de animali, & de medicina. Animal formaliter dicitur sanum, quatenus in se formaliter habet proportionem humorum in quo sanitas consistit: medicina vero dicitur sana non formaliter (huius enim est incapax) sed causaliter, quia causat sanitatem, quæ in animali reperitur. Cum igitur aliquid possit esse simile, quia in se habet formaliter & intrinsecè similitudinem, vel quia est ipsa similitudo causaliter: quia illam, scilicet, causare potest: hic dicimus speciē intelligibilem non solum esse causaliter similitudinem, quia causat verbum, quod est similitudo obiecti, sed etiam est forma lis similitudo ipsiusmet obiecti. Ita tenet Caietan. supra quæstione 55. articulo 3. & Ferrar. 2. contra gent. capite 98. & est magis conformis sententiæ D.Tho. qui supra quæst. 58. dicit conceptum vniuersalem in ipsis angelis repræsentare formaliter & distinctè plures quidditates quatum ad omnia; in quibus conueniunt & differunt. Et certum est, quòd in conceptu non possumus recurrere ad repræsentationem esse actiuam, quia conceptus in omni opinione representat formaliter, ergo eadem est ratio de repræsentatione speciei intelligibilis, quæ quanuis, sit alias principium effectiuum iuellectionis, formaliter se habet ad faciendam vnionem obiecti cum potētia in ratione intelligibili, quod est potissimum officiū speciei, vt per eam qui intelligit formaliter, fiat res itellecta in esse intelligibili. Et probatur etiam ex eodem D. Thoma supra quęstione 12. articulo 2. vbi ait, quòd Deus non potest videri per aliquam speciem intelligibilem creatā, quia non potest dari aliqua similitudo creata repræsentans Deum sicuti est. Et ita concludit ad tertium, quòd ad videndum Deum necessariū est, quòd essentia diuina vniatur in ratione speciei intelligibilis intellectui beatorum, vt intellectio fiat per assimilationem. Hæc ratio nihil probaret, si species non esset formalis similitudo obiecti: constat enim, quòd tunc natura diuina vnita non potest esse naturalis similitudo causalis. Probatur. Quia beati videntes Deum non formarent verbum, vt fere omnes Thomistæ asserunt, ergo. Et probatur ratione. Intellectus in actu est intelligibile in actu, & sensus in actu est sensibile in actu; quod sit non per propriam naturam intelligibilis, aut sensibilis, sed per species & rerū similitudines, & ita anima cognoscens omnia, est quodammodo omnia. Secundò. Species habet rationem cuiusdam spiritualis imaginis, ergo est formalis similitudo. Consequentia patet, & antecedens probatur ex diffinitione imaginis, scilicet, est similitudo ad alterius rei similitudinem deducta, vt ipsam repræsentet: sed hoc conuenit speciei, ergo. Probatur minor. Quia natura relucens in phantasmate effectiue causat speciē, & ad hoc potualiter vnum cum suo obiecto, ergo producta est species, vt natura à qua effecta est repræsentetur, ergo est formaliter similitudo. Sed aduerte q̄ hæc similitudo speciei dicitur impressa, quia tunc nondū est producta perfecta similitudo in qua rem ipsam videamus. Vide quę diximus supra q.27.art.1.dub.2. circa secundam conclusionem. ¶ Sed ex his non sequitur, quòd species sit signum formale obiecti. De ratione enim signi est, quòd sit medium inter potentiam & obiectū, quod consistit in hoc, quòd ducat potentiam in rem repræsentatam. Hoc patet in omnibus signis. Species autem intelligibilis non se tenet ex parte medij, sed potius ex parte potentiæ, quia actuat intellectum, & constituit ipsum sufficiens principium intellectionis, ita vt ex ipso & specie fiat vnum principium: & hac ratione cū teneat se ex parte intellectus, non est signum.

¶Multa alia hic potetant disputari de natura & officijs speciei intelligibilis, de causa efficiente, & finali illius: sed de hoc multis in locis disseruimus, specialiter supra quæstione 12. articu. 2. dubio 2. & q. 56. ar. 1. dubio 1. & q. 78. artic. 3. & 4. q. 79. articulo 3. Dicemus etiam dubio sequenti in hoc articulo, & in articulo quarto sequenti.

Dubitatur ergo circa primam conclusionem huius articuli; Vtrum species intelligibilis concurrat ad intellectionem effectiue partialiter cum ipso intellectu? ¶ Arguitur primo, & probatur, quòd non solum concurrat actiue, sed quòd concurrat etiam principaliùs, quàm ipse intellectus. Primo, ex Diuo Thoma supra quæstione 56. articulo 1. vbi dicit, quòd obiectum vnitum potentiæ se habet ad actionem sicut formā, quæ est principiū actionis in alijs agentibus. Sicut enim calor est principium formale calefactionis in igne; ita etiam species rei visæ est principium formale visionis in oculo, ergo secundùm sententiam D. Tho. species ipsa concurrit actiuè partialiter.

¶ Secundo. Habitus, qui est in intellectu. v.g. scientiæ vel prudentiæ, est principium actiuum partiale sui actus simul cū intellectu, ergo species est principiū actiuum partiale cum ipso intellectu. Antecedens est certum in doctrina Diui Thomæ 1.2.quæst.49.art.3. & est doctrina Aristo. 6.Ethicor.cap. 4. vbi docet, quod habitus prudentię est actiuus, habitus vero artis factiuus. Consequentia vero probatur. Quoniam sicut habitus est forma actuans intellectum, & adiuuans ipsum; ita etiā species est forma actuans intellectum, & est illi ratio agendi. Quòd si quis dixerit non esse eandem proportionem inter habitum acquisitum & speciem, quoniam habitus acquisitus non est simpliciter necessarius ad operationē, sed ad producendos actus perfectiores: species vero est simpliciter necessaria ad intellectionem. ¶Contra hoc arguitur tertio. Habitus infusus concurrit actiuè ad suam actionem. v.g. habitus fidei vel habitus luminis gloriæ, ergo & species. Probatur consequentia. Quoniam sicut species intelligibilis est simpliciter necessaria ad intellectionem, ita etiam habitus infusus fidei est simpliciter necessari ad actum fidei. ¶Quarto. Intellectus sine specie intellegibili non potest producere intellectionem, & per speciem intelligibilem fit potens in actu primo ad eam producendam, ergo ipsa species principaliùs

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit principium actiuum intellectionis, A quàm intellectus. Probatur consequentia. Quoniam propterea quod aer habet a lumine solis, ꝙ possit illuminare alia, hęc illuminatio potius tribuitur ipsi luci, quam aeri, & in hac re habet locum illa regula Aristot. 1. Poster. c. 2. Propter quod vnumquodque tale, &c. Confirmatur primo. Vnumquodque potius agit secundum, ꝙ est in actu, quàm secundum quòd est in potentia; sed species intelligibilis habet rationem actus, intellectus vero rationem B potentiæ, ergo species potiùs dicetur actiua intellectionis, quam intellectus. Confirmatur secundo. Quando aqua calida calefacit manum, illa calefactio potius est tribuenda calori, quàm aquæ: quia calor est ratio agendi ipsi aquæ, ergo quando intellectus intelligit, illa actio potius est tribuenda speciei intelligibili, quam intellectui. Probatur consequentia. Quia species intellegibilis est ratio agendi ipsi intellectui. ¶ Tandem Aristot. lib. 3. de Anima C text. 17. compatat intellectum possibilem cum materia prima, sed materia minus principaliter concurrit ad operationes vitæ, quam forma, ergo species intelligibilis, quæ habet rationem formæ respectu intellectus, cõcurrit magis principaliter.

IN hac quæst. est prima sententia aliquorum, qui asserunt, quòd species intelligibilis concurrit multo principalius, quã ipse intellectus, & illam probant aliquibus argumentis ex propositis.

¶ Secunda sententia est, quam docet Scotus in 1. distinct. 3. quæstione 7. quòd tam intellectus, quàm species intelligibilis concurrunt ad intellectionem actiuè partialiter, & non ex æquo, sed principalis causa est intellectus, species autem est causa inferior. Nec sunt vere subordinatę, quia species non accipit ab intellectu causalitatem, nec è conuerso; sed vtrumq; habet suam propriam causalitatem: & prout species producit intellectionem accidit ei quòd informet intellectum. Plurimi etiã ex Thomistis inclinant in hanc sententiam quantum ad id, quod asserit, quòd tam species intelligibilis, quàm intellectus concurrunt actiuè partialiter, & non ex æquo. Ita tenet Capreol. in 1. distinctione 35. quæstione 1. ad quintum Scoti contra primã conclusionem, vbi dicit, ꝙ species intelligibilis est principium partiale intellectionis. Et omnes ferè communiter docent in scola Diui Thomæ, quòd species concurrit vt principium actiuum quo intellectionis.

¶ Tertia sententia est Caietani supra q. 79. articulo. 2. dub. 2. qui dicit tria. Primo, quòd intellectus non dicitur intelligere per speciem intelligibilem, sicut aqua calida calefacere per calorem. Dicit secundò. Intellectus cum sit potentia passiua, non habet ex se aliquam agendi rationẽ. Per rationem agendi videtur intelligere virtutem actiuam; nam inferiùs dicit, ꝙ intellectus habet, quòd concurrat actiuè ad intellectionem; non ex partiali ratione agendi propria; sed ex hoc, quòd est animalis vis in actu, ita quod ex hoc quòd est animalis vis habet inchoatiuè, quòd facta in actu sit actiua. Ex quibus videtur euidenter colligi, quòd velit dicere, quòd ex se non habet rationem agẽdi, idest, virtutem actiuam formaliter, sed tantum inchoatiue & radicaliter, vsque dum fiat vnum cum intelligibili per receptionem speciei intelligibilis, tuncque habet quòd sit actiua formaliter, quod antea non habebat nisi radicaliter & inchoatiue. Dicit tertio, quòd hoc totũ, scilicet, intellectus in actu primo, & nõ ratione partis actiuæ intelligit, quamuis ratione partis, scilicet, intellectus, recipiat speciem.

PRo decisione huius quæstionis sit prima conclusio. Siue species intelligibilis concurrat actiuè partialiter, siue non; in omni opinione tenendum est sine dubio, quòd ipse intellectus concurrit principaliter ad intellectionẽ, quàm species intelligibilis. Hęc conclusio statuitur contra primam sententiam, quę adeo certa est, vt fere nõ indigeat probatione. Nihilominus probatur primo. Nam Aristot. docet in 2. de Anima capite 2. text. 24. quòd anima est, quo primo viuimus & intelligimus. Ex quo habetur, quòd ipsa anima est forma, quę principaliter intelligit; sed intellectus est magis intimus, & propinquus animæ, quàm species intelligibilis, ergo ipse principalius concurret ad intellectionem.

Confir-

Confirmatur primo. Forma substantialis A cõcurrit principalius ad operationẽ, quàm forma accidentalis, & ex consequenti illud, quod magis accedit ad formam substantialẽ, principaliùs concurrit; sed intellectus multo magis accedit ad ipsam animam, quàm species intelligibilis, ergo. Cõfirmatur secundò. Tam intellectus, quàm species intelligibilis sunt accidentia, quæ non possunt aliquid agere nisi tanquàm instrumenta ipsius substantiæ, sed intellectus est instrumentum magis cõiunctum B animæ, & magis principale quàm species, ergo. Confirmatur tertio. Quoniam intellectui attribuitur actio intelligendi, nõ autem speciei, ergo. Probatur antecedens. Dicimus enim proprijssimè, quòd intellectus intelligit; non autem, quòd species intelligit, ergo intellectus principalius cõcurrit, quàm species.

¶ Secunda conclusio. Species intelligibilis concurrit actiuè cum ipso intellectu tanquam ratio & principium quo agendi. C Hanc conclusionem probauimus supra q. 12. art. 2. dubio 2. conclusione 2. & q. 56. art. 1. dub. 1. Similiter in q. 78. ar. 3. dubio 3. conclusione 5. eandem conclusionem posuimus de speciebus sensibilibus. Vide etiam quæ diximus in eodem artic. dubio 2. conclusione 1. & 2. Nam idem omnino dicendum est quantum ad hoc de speciebus sensibilibus atque de intelligibilibus. Hæc cõclusio debet intelligi de speciebus intelligibilibus, quæ sunt accidentia. Iam enim in locis citatis explicuimus, quod non sit de ratione speciei intelligibilis concurrere actiuè vt principium quo; sed tantum vnire obiectum cũ potentia, ob idq; saluatur propriissime ratio speciei intelligibilis in Deo, & in essentia angelica respectu visionis beatæ, & cognitionis, qua angelus cognoscit se. Probatur ergo primo nostra conclusio, ex D. Tho. in hoc ar. qui dicit, quòd species intelligibilis se habet ad intellectum, vt quo ipse intellectus intelligit; sed esse principium quo operationis, est esse principium actiuum illius, ergo. Probatur minor. Quoniam in ordine ad operationem non potest forma habere rationem alterius causæ, quam causæ efficientis. Probatur etiam ex D. Tho. loco cita to in primo argumento, vbi id expresse videtur asserere. Secundo probatur D. Tho. supra q. 77. art. 1. ad tertium, & quartum, docet absolutè & vniuersaliter, quòd tam forma substantialis quàm accidentalis est principiũ actiuũ actionis, quo agens agit, sed species intelligibilis est forma, qua intelligit, ergo est principium actiuum intellectionis. Propter hæc argumẽta & alia quæ fecimus locis citatis, negari non potest, quin species intelligibilis accidentaria concurrat actiue ad intellectionem, cũ ipsã det intellectui completam actualitatem, vt habeat operationem in ordine ad obiectum, cuius est species. Neque credendum est, quòd aliquis discipulorũ D. Tho. hoc negauerit, neque ipse Caiet. qui quamuis in hoc artic. obscurissimè loquatur, tamen supra quæst. 12. artic. 2. circa solutionem ad tertium, docet expresse, quod intellectus & species intelligibilis concurrũt actiuè. Ex hac conclusione sequitur primo quàm falsum sit id, quod modernus quidã asserit, ꝙ species siue sensibilis siue intelligibilis concurrit ad operationem tã quam dispositio potentiæ operatiuæ, & nihilominus illa operatio sit à sola potentia immediate. Ratio nostra contra ipsum est quoniã dispositio potentiæ operatiuæ per formam in ordine ad operationem admittitur in vera Philosophia, nisi quando ipsa dispositio est principium actiuum quo ipsius operationis. Sicut habitus, qui est dis- D positio potentię operatiuæ, est etiam principium actiuum operationis, & calor, qui est dispositio ignis ad calefaciendum, & lux, quę est dispositio solis ad illuminandum: ita sunt dispositiones ipsorum agentium, quòd etiam actiuè concurrunt ad illas operationes, ergo eodem modo dicendum est de specie. ¶ Sequitur secundo, ꝙ opinio Scoti quantum ad aliquid habet verum, scilicet, quantum ad hoc, quod ait, speciem intelligibilẽ cõcurrere actiuè cũ ipso intellectu ad intellectionem: & quantùm ad hoc, quòd ait, intellectum causam principaliorem quàm speciem, falsam autem quantum ad hoc, quod ait, intellectum & speciem concurrere partialiter in intellectione. Etenim tunc dicit aliqua causa concurrere partialiter ad aliquem

effectum, quando vtraque concurrit secun A dum eãdem rationem ad illum effectum, vt duo trahentes nauem; at quando causant secundnm diuersam rationem; nõ dicuntur concurrere partialiter, sicut ignis & eius calor non dicuntur concurrere partialiter ad calefaciendum. Et sic est in proposito in intellectu & specie intelligibili. Caietanus etiam ipse supra q. 12. ar. 2. circa solutionem ad tertium, cõcedit quòd species & intellectus concurrunt actiuè partialiter. Tandem sententia Scoti est etiam falsa B quantum ad id, quod asserit intellectum & speciem esse principia actiua non subordinata. Hoc enim esse falsum constat ex his, quæ modo dicebamus.

¶Tertia conclusio. Intellectus ex natura sua habet virtutem actiuam ad eliciendam intellectionem, quanuis hęc virtus perficiatur & determinetur per speciẽ intelligibilem ad particulare obiectum. Hęc conclusio asseritur à nobis contra Caietanum in 2. & 3. dicto quatenus videtur asse C rere intellectum nostrum non habere virtutem actiuam ad eliciendum intellectionem, nisi inchoatiuè vsque dũ fiat in actu per speciem intelligibilem. Et ita clara mihi videtur, vt existimem Caietanum oppositum huius non potuisse sentire, quanuis oppositum videatur dicere. Possunt autem verba Caietani bonum sensum habere; ꝙ, scilicet, velit dicere virtutem actiuam intellectus nostri non esse plenè perfectam & determinatã quo ad vsque vniatur spe- D ciei intelligibili, & per illam vnionem fiat vnum in esse intelligibili, cum re intellecta. Tunc.n. virtus actiua intelligẽdi, v.g. hominem erit perfecta, quãdo intellectus habuerit intra se formam hominis, qua cõstituatur in actu ad intelligendum hominem, in quo sensu dixit Aristote. quòd omne agens agit in quãtùm est in actu. Quod autem inquit Caietanus in primo dicto verissimum nobis videtur, vt ipse ibi elegantissimè explicat & probat.

E

AD argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicimus, quòd ex illo dicto Diui Thomæ sequitur euidenter nostra secunda conclusio, vt locis citatis superius explicuimus. Ex hoc autem quòd species intelligibilis sit forma & principium quo intellectus intelligit, non sequitur quòd principalius concurrat ipsa species. ¶Ad secundum respondetur, quòd quanuis habitus concurrat actiuè simul cum ipsa potentia, non tamen concurrit partialiter propter rationem dictam. Et quãtum ad hoc nulla est differentia. quantuis in aliis multis differant. Etenim habitus non ita facit vnum cum intellectu, sicut species; quæ sic vnit obiectum intelligibile cum intellectu, vt ex illis fiat magis vnum quam ex materia, & forma. Vide ꝙ diximus sup. q. 14. art. 1. Differunt etiã, ꝙ habitus se tenet ex parte potentiæ, species vero ex parte obiecti gerens vices illius. ¶Ad tertium patet solutio. Est.n. omnino impertinens, ꝙ habitus sit simpliciter necessarius vel non ad operandum, quod attinet ad nostrum propositum. ¶Ad quartum respondetur negando consequentiã. Et instantia est in igne, qui sine applicatione aut sine forma caloris non potest calefacere, & tamen neq; applicatio neq; calor concurrit principaliter, sed applicatio concurrit vt conditio sine qua non, calor vero tanquam forma accidentalis, & minus principalis. Docet autem Aristot. 2. de Generat. text. 54. & 55. alienum esse à vera philosophia, tollere præcipuam vim agendi præcipuis agentibus, & tribuere illam instrumentis. Ad probationem vero consequentiæ respondetur, quòd lux est forma extrinseca aeris, sicut calor est forma extrinseca aquæ, & propterea illuminatio principalius tribuitur calori & igni. At vero species intelligibilis est forma connaturalis ipsi intellectui possibili in ordine ad intelligendum, sicut calor est forma naturalis ignis ad calefaciendum, & propterea intellectus principalius concurrit ad intellectionem, quam species, sicut ad illuminationem sol, quam lux. Ad primam confirmationẽ respondetur, quòd eodem argumento probaretur, ꝙ ad omnes operationes principalius concurrit quæcunq; forma qua agens agit, quam ipsum agens. Quod tamen est falsum, & contra Arist. libro 2. de Generat. vbi supra. Et ratio est. Quoniam per quameunque formam etiã accidentalem quodlibet agens fit in actu primo cum antea esset in potentia. Ad secundam

cundam respondetur sicut ad quartum ar- A gumentum. Vbi notandum est, quòd eodem modo debemus philosophari de intellectu nostro possibili in ordine ad lumen gloriæ, & ad essentiam vnitã loco speciei intelligibilis, quando producit actum visionis beatificæ, quòd illa visio principalius tribuitur lumini gloriæ, & essentię diuinæ habenti vicem speciei, quam tribuatur intellectui nostro. Propterea quòd illud lumen & illa species non est forma cõ naturalis intellectui nostro. De qua re la- B tius diximus supra quæst. 12. artic. 2. & 5. & quæst. 79. artic. 1. ¶Ad vltimum respondetur primo, ꝙ Aristot. in illo loco comparat intellectum possibilem cum materia prima non in omnibus, sed vt Di. Thom. exponit lect. 10. ibi, in hoc est similitudo, ꝙ sicut materia prima est pura potentia in ordine ad formas, quas recipit: ita etiam intellectus possibilis est pura potentia in ordine ad species, quas recipit per actionẽ intellectus agentis. Ob quam causam in C text. 14. dixit, quòd à principio est similis tabulæ rasæ, in qua nihil est scriptũ. Aliunde vero est maxima dissimilitudo, quoniam materia prima est pura potentia nihil habens in se actualitatis; intellectus uero est actus & forma, vt D. Tho. concedit vbi sup. q. 79. art. 2. ad secundum, & antea diximus, ꝙ in se habeat suam virtutẽ actiuam. Respõdetur secundò ex supradictis, ꝙ non inconuenit illud, quod non est ma- D teria ex qua, sed in qua, concurrere principalius ad operationem, quam forma accidentalis, quæ in illa recipitur, vt est videre in anima & intellectu, qui recipitur in ipsa. Principalius.n. concurrit anima ad operationem, quam intellectus.

CIrca secundam conclusionẽ animaduertendum est cum Caieta. in respone ad tertium dubium circa solutionem ad tertium, quòd sicut constat ex supradictis quæst. 27. species intelligibilis & uerbum mentis in hoc differunt, quòd spe- E cies est forma & principium intelligendi: verbum uero mentis est terminus intellectionis, productus per ipsam intellectionẽ, vel (vt aliis uerbis dici solet) species est imago impressa tantum, conceptus uero est imago expressa ipsius obiecti. Ex quo consequitur, ꝙ intellectio terminatur directè ad ipsum uerbum secundum ꝙ est imago obiectiua. Propterea ꝙ secundũ regulã Arist. in lib. de memoria. c. 2. idem est motus in imaginem, & in rem cuius est imago. Ad speciem uero intelligibilem non potest terminari directè intellectio, cũ non habeat rationem termini; sicut neq; uisio exterior potest terminari ad speciẽ rei coloratæ. De hac re lege Ferra. in 2. con. gen. cap. 75. circa solutionem ad secundam rationem Comm. Cæterum si uerbum mentis cognoscatur non vt est imago obiectiua, sed ut res quædam est recepta in ipso intellectu; tunc necessario debet cognosci per actum reflexum. In quo sensu solet dici à Dialecticis, quòd conceptus directus cognoscitur per alium conceptum reflexum. ¶Sed aduertendum est, quòd quando species intelligibilis cognoscitur per aceũ reflexum intellectus; illa cognitio non fit mediante alia specie, alias enim procedendum eẽt in infinitum: sed ipsamet species: q̃ primo & immediatè repræsentat quidditatem, secundario repræsentat etiam seipsam intellectui quantum necesse est, vt possit cognosci per actum reflexum.

¶Circa tertiam conclusionem est argumentum ex D. Thom. in 3. parte. quæst. 11. arti. 2. ad primum, vbi expresse dicit, ꝙ finis potentiæ intellectiuæ non est cognoscere phantasmata, sed cognoscere species intelligibiles, quæ apprehenduntur à phantasmatibus: & sermo D. Thom. est de cognitione directa, ergo species intelligibilis est, quæ directè intelligitur.

¶Ad hoc argumentum respondetur, quòd Caiet. in eodem loco adnotauit difficultatem, & admonuit nos debere esse cautos in intelligentia D. Thomæ. Nam loquitur de speciebus intelligibilibus secundum quòd repræsentatiuæ sunt, videlicet, secundùm repræsentata per ipsas. In qua consideratione pertinent ad ordinem eorum, quæ repræsentant. Itaque D. Tho. accepit ibi phantasmata, vel species intelligibiles pro ipsis rebus representatis, ac si diceret, ꝙ finis potẽtiæ intellectiuæ, nõ est cognoscere singularia, q̃ repsentãtur phãtasmata, sed cognoscere vniuersalia, q̃ repræsentantur per species intelligibiles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In solutione ad tertium, D. Tho. assignat discrimen inter potentiam sensitiuã, & intellectiuam per comparationem ad obiectum præsens, in hoc quòd potentia sensitiua, quando obiectum est præsens, accipit quidem speciem ab illo, sed non format idolum: quoniam illa actio sensitiua terminatur ad rem ad extra: at vero intellectus etiam respectu obiecti materialis, quod est præsens, formar verbum illius, vt sit terminus intrinsecus & proportionatus intellectioni immateriali. Quæ doctrina adeo vera est, vt ẽt quãdo obiectum præsens est immateriale, intellectus formet verbum illius. Qua ratione in q. 27. arti. 1. & q. 56. arti. 1. dictum est tanquam probabilius contra Caiet. q̃ angelus quando cognoscit seipsum, formar verbum sui, quod etiam necessario dicendum est de anima quando cognoscit seipsam siue quando est coniuncta corpori, vt patebit q. 87. art. 1. siue quando est separata à corpore, vt patebit q. 89. art. 2.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm magis vniuersalia sint priora in nostra cognitione intellectuali.

416

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd magis vniuersalia nõ sint priora in nostra cognitione intellectualẽ. Quia ea quæ sunt priora & notiora secundum naturam, sunt posteriora & minus nota secundũ nos. Sed vniuersalia sunt priora secundũ naturam: quia prius est à quo non conuertitur subsistendi consequentia. Ergo vniuersalia sunt posteriora in cognitiõe nostri ĩtellectus.

¶ 2 Præterea. Composita sunt priora quo ad nos q̃ simplicia: sed vniuersalia sunt simpliciora. Ergo sunt posterius nota quo ad nos.

li.i.Phy. tex. 5. to mo 2. ¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in* 1. Phys. q̃ diffinitum prius cadit in cognitione nostra q̃ partes diffinitionis. Sed vniuersalia sunt partes diffinitionis minus vniuersaliũ: sicut animal est pars diffinitiõis hois. Ergo vniuersalia sũt posterius nota quoad nos.

¶ 4 Præterea. Per effectus deuenimus in causas & principia: Sed vniuersalia sunt quædam principia. Ergo vniuersalia sunt posterius nota quo ad nos.

SED contra est, quod dicitur in 1. Physicor. quòd ex vniuersalibus in singularia oportet deuenire.

li.i.Phy. text. 4. to. 2.

RESPONDEO dicendum, quòd in cognitione nostri intellectus duo oportet considerare. Primò quidem, q̃ cognitio intellectiua aliquo modo à sensitiua primordium sumit. Et quia sensus est singularium, intellectus autem vniuersalium: necesse est q̃ cognitio singulariũ quo ad nos prior sit quàm vniuersalium cognitio. Secundo oportet considerare quod intellectus noster de potentia in actum procedit. Omne aũt quod procedit de potentia in actum, prius peruenit ad actũ incompletum, qui est medius inter potentiã & actum, quàm ad actum perfectum. Actus autem perfectus ad quẽ peruenit intellectus, est scientia completa: per quã distincte et determinatè res cognoscuntur. Actus autẽ incompletus est scientia imperfecta, per quam sciuntur res indistinctè sub quadam confusione. Quòd enim sic cognoscitur, secundũ quid cognoscitur in actu, & quodammodo in potentia. Vnde Philosophus dicit in* 1. Phys. sic. quod sunt primo nobis manifesta & certa, confusa magis. Posterius autem cognoscimus distinguendo distinctè principia & elementa. Manifestum est autem quòd cognoscere aliquid in quo plura continentur, sine hoc quod habeatur propria noticia vniuscuiusque eorum quæ continentur in illo, est cognoscere aliquid sub confusione quadam. Sic autem potest cognosci tam totum vniuersale in quo partes continentur in potentia, quàm ẽt totum integrale. Vtrunque enim totum potest cognosci in quadam confusione sine hoc quòd partes distinctè cognoscantur. Cognoscere autem distinctè id quod continetur in toto vniuersali, est habere cognitionem de re minus communi. Sicut cognoscere animal indistinctè, est cognoscere animal, inquantum est animal: cognoscere autem animal distinctè, est cognoscere animal inquantum est animal rationale vel irrationale, quod est cognoscere hominem vel leonem. Prius igitur occurrit intellectui nostro cognoscere animal, quàm cognoscere hominem. Et eadem ratio est si cõparemus quodcunque magis vniuersale ad minus vniuersale.

li.i.Phy. text. 5. to. 2.

sale. Et quia sensus exit de potentia in actũ, sicut & intellectus: idem etiam ordo cognitionis apparet in sensu. Nam prius secũdum sensum dijudicamus magis commune, quàm minus commune: & secundum locum, & secundum tempus. Secundum locum quidem, sicut cùm aliquid videtur à remotis, prius deprehenditur esse corpus, quàm deprehẽdatur esse animal, & prius deprehenditur esse animal, q̃ deprehẽdatur esse homo; & prius homo, quàm Sortes vel Plato. Secũdum tempus autem quia puer à principio prius distinguit hominem à non homine, quàm distinguat hunc hominem ab alio homine. Et ideo pueri à principio appellant omnes viros patres: posterius autẽ determinant vnumquẽque, vt dicitur* in 1. Physic. Et huius ratio manifesta est: quia qui scit aliquid indistinctè, adhuc est in potentia, vt sciat distincte. Primus principium, sicut qui scit genus, est in potentia, vt sciat differẽtiam. Et sic patet quòd cognitio indistincta media est inter potentiam & actum. Est ergo dicendum, quòd cognitio singularium est prior quo ad nos, quàm cognitio vniuersalium: sicut cognitio sensitiua quàm cognitio intellectiua. Sed tam secundum sensitiuam quàm secundum intellectum, cognitio magis communis est prior quàm cognitio minus communis.

AD primum ergo dicendum, quòd vniuersale dupliciter potest considerari. Vno modo secundum quod natura vniuersalis consideratur simul cum intentione vniuersalitatis. Et cum intentio vniuersalitatis (vt, scilicet, vnum & idem habeat habitudinem ad multa) prouenerit ex abstractione intellectus, oportet quod secundum hunc modum vniuersale sit posterius. Vnde in* 1. de anima dicitur, quòd animal vniuersale aut nihil est, aut posterius est. Sed secundum Platonem qui ponit vniuersalia subsistentia, secundum hanc considerationem vniuersale esset prius quàm particularia: quæ secũdum eum nõ sunt nisi per participationem vniuersalium subsistẽtium, quæ dicuntur ideæ. Alio modo potest cõsiderari quãtum ad ipsam naturam, s. animalitatis vel humanitatis: prout inuenitur in particularibus. Et sic dicendum est q̃ duplex est ordo naturæ. Vnus secundum viam generationis & temporis: secundum quam viam ea quæ sunt imperfecta & in potentia, sunt priora. Et hoc modo magis commune est prius secundum naturam. Quod apparet manifestè in generatione hominis & animalis. Nã prius generatur animal quàm homo: vt dicitur in libro* de generat. anim. Alius est ordo perfectionis siue intentionis naturæ, secundum actus simpliciter est prius secundum naturam quàm potentia: et perfectus prius quàm imperfectum. Et per hunc modum minus commune est prius secũdum naturam quàm magis commune, vt homo quàm animal. Natura enim intentio nõ sistit in generatione animalis, sed intendit generare hominem.

li. 2. de Gen. ani. mal. c. 3 to. 4.

AD secundum dicendum, quòd vniuersale magis commune comparatur ad minus ẽe vt totum & vt pars. Vt totum quidem secũdum quod in magis vniuersali non solum continetur in potentia minus vniuersale, sed ẽt alia: vt sub animali non solum homo, sed etiam equus. Vt pars autem, secundum quod minus commune, cõtinet in sua ratione non solum magis commune, sed etiam alia: vt homo nõ solum animal, sed etiam rationale. Sic igitur animal consideratum in se, prius est in nostra cognitione quã homo, sed homo est prius in nostra cognitione quàm animal sit pars rationis eius.

AD tertium dicẽdum, quòd pars aliqua dupliciter potest cognosci. Vno modo absolutè, secundum quod in se est. Et sic nihil prohibet prius cognoscere partes, quàm totum: vt lapides, quàm domum. Alio modo secũdum quod sunt partes huius totius. Et sic necesse est q̃ prius cognoscamus totum quàm partes. Prius n cognoscimus domum quadam confusa cognitione, quàm distinguamus singulas partes eius. Sic igitur dicendum, quòd diffinientia absolutè considerata sunt prius nota quàm diffinitum: alioquin non notificaretur diffinitum per ea. Sed secundum quòd super partes diffinitionis, sic sunt posterius nota. Prius enim cognoscimus hominem quadam confusa cognitione, quàm sciamus distinguere omnia quæ sunt de hominis ratione.

li. 2. de anim. tex. 1. to. 2.

AD quartum dicendum, quòd vniuersale secundum quod accipitur cum intentione vniuersalitatis, est quidem quodãmodo principium cognoscendi, prout intentio vniuersalitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

salitatis consequitur modum intelligẽdi, qui est per abstractionem. Non autem est necesse quòd omne quod est principium cognoscendi, sit principium essendi: vt Plato existimauit: cùm quandoq; cognoscamus causam per effectum, & substantiam per accidentia. Vnde vniuersale sic acceptum secundum sententiam Arist. non est principium essendi neq;

Li.7.me ta 2.tex tus 44. to.3. *substantia, vt patet in *. Meta. Si autem consideremus ipsam naturam generis & speciei prout est in singularibus, sic quodãmodo habet rationem principij formalis respectu singularium. Nam singulare est propter materiam, ratio autem speciei sumitur ex forma. Sed natura generis comparatur ad naturam speciei magis per modum materialis principij, quia natura generis sumitur ab eo quod est materiale in re, ratio verò speciei ab eo quod est formale, sicut ratio animalis à sensitiuo, ratio vero hominis ab intellectiuo. Et inde est quòd vltima natura intentio est ad speciem: non autẽ ad individuum neque ad genus: quia forma est finis generationis, materia vero est propter formã. Non autem oportet ꝙ cuiuslibet causa vel principij cognitio sit posterior quo ad nos, cùm quandoque cognoscamus per causas sensibiles effectus ignotos, quandoque autem è conuerso.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. In nobis prior est cognitio singularium per sensum, quàm cognitio intellectiua vniuersalium.

¶Secunda conclusio. Ea, quę sunt magis vniuersalia & magis communia, sunt priora cognitione, tam secundum sensum, quàm secundum intellectum, quàm ea, quæ sunt minus vniuersalia & communia.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem D. Thomæ nihil aliud oportet differere, quã ea, q̃ ipse D.T. disseruit q.84.ar.6. vbi egregiè ostẽdit, qua rõne cognitio sensitiua in nobis est initium cognitionis intellectiuę; ex quo euidenter cõsequitur, ꝙ sit prior q̃ cognitio intellectiua. ¶Circa secundã conclusionem habenda esset longa disputatio cum Sco qui in j.d.3.q.2. nõ admittit hãc doctrinam D. Th. Sed hæc disputatio iam potius pertinet ad Metaphysicos; de qua tractant optimè Caiet. in hoc art. & multo diffusius in lib. de ente & essentia qõ. 1. & Sonzin. 7. meta. q. 11. & Magister Soto in j. Physic q.2.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm possimus multa simul intelligere.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, ꝙ possimus multa simul intelligere. Intellectus enim est supra tempus. Sed prius & posterius ad tempus pertinent. Ergo intellectus non intelligit diuersa secundum prius et posterius, sed simul. Sup. qu. 42. a.2. ad 3. Lib.2.c. 18.a.2. d.3.q.3. a.4. 3.d.14. q.2.a.2.

¶2 Præterea. Nihil prohibet diuersas formas non oppositas simul eidem actu sic inesse, sicut odorem & colorem pomo. Sed species intelligibiles non sunt oppositæ. Ergo nihil prohibet intellectum vnum simul fieri in actu secundum diuersas species intelligibiles. Et sic videtur quòd possit multa simul intelligere. 3.d.14. q.2.a.2. 1.p.q. 55. a.2. ad 2.

¶3 Præterea. Intellectus simul intelligit aliquod totum: vt hominem vel domum. Sed in quolibet toto continentur multæ partes. Ergo intellectus simul multa intelligit. 3.d.14. q.2.a.2. & q.3. a.2. ad 7.

¶4 Præterea. Non potest cognosci differentia vnius ad alterum, nisi simul vtrumq; apprehendatur: vt dicitur in lib. * de anim. Eadem ratio est de quacunque alia comparatione. Sed intellectus noster cognoscit differentiam vnius ad alterum. Ergo cognoscit multa simul. * Lib.3. de anim. text. 10. † lib.2. Top. cap. 4. in declaratione.

SED contrà est, quod dicitur in † lib. Topic. quòd intelligere est vnum solum scire vel verò multa.

RESPONDEO dicendum, ꝙ intellectus quidẽ potest multa intelligere per modum vnius, non autem multa per modum multorum. Dico autem per modum vnius vel multorum, per vnam vel plures species intelligibiles. Nam modus cuiusque actionis consequitur formam, quæ est actionis principium. Quæcunque ergo intellectus potest intelligere sub vna specie, simul intelligere potest. Et inde est quod Deus omnia simul videt per vnum, quod est essentia sua. Quæcunque verò intellectus per diuersas species intelligit, non simul intelligit. Et huius ratio est: quia impossibile est, idem subiectum perfici simul pluribus formis vnius generis & diuersarum specierum: sicut impossibile est ꝙ idem corpus secundum idem, simul coloretur diuersis coloribus, vel figuretur diuersis figuris. Omnes autem species intelligibiles sunt vnius generis: quia sunt perfectiones vnius intellectiuę potentiæ: licet res, quarum sunt species, sint diuersorum generum. Impossibile est, ergo, quòd idem intellectus simul perficiatur diuersis speciebus intelligibilibus ad intelligendum diuersa in actu.

AD Primum ergo dicendum, quòd intellectus est supra tempus quod est numerus motus corporalium rerum. Sed ipsa pluralitas specierum intelligibilium causat vicissitudinem quandam intelligibilium operationum, secundum quam vna operatio est prior altera. Et hanc vicissitudinem Augustinus. 8.c. 20. & 22.10.3. tangit tempus, cùm dicit * 8. super Gene. ad literam, quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

AD secundum dicendum, quòd non sunt oppositæ formæ non possunt esse in eodem subiecto: sed nec quæcunque formæ eiusdem generis, licet non sint oppositæ: sicut patet per exemplum inductum est de coloribus & figuris.

AD tertium dicendum, quòd partes possunt intelligi dupliciter. Vno modo sub quadam confusione, prout sunt in toto. Et sic cognoscuntur per vnam formam totius. Et sic simul cognoscuntur. Alio modo cognitione distincta: secundum quod qualibet cognoscitur per suam speciem. Et sic non simul intelliguntur.

AD quartum dicendum, quòd quando intellectus intelligit differentiam vel comparationem vnius ad alterum, cognoscit vtrumque sub ratione ipsius comparationis vel differentiæ, sicut dictum est, * quòd cognoscit partes sub ratione totius. Ex cor. 3.d.14. q.2.a.2. ar.2c. 3.d.14. q.2.a.2. solutio. 22.3.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Intellectus noster potest multa simul intellige re per modum vnius nõ autem per modum plurium.

¶Secunda conclusio. Quæcunq; intellectus per vnam speciem intelligit, potest simul intelligere.

¶Tertia conclusio. Ea quæ intelle ctus intelligi per diuersas species eiusdem generis, non potest simul intelligere.

COMMENTARIVM.

DOctrina D. Tho. in hoc articulo, est optima explicatio illius regulæ, quã posuit Aristo. 2. Topico. capi. 4. quòd contingit plura scire, non autem plura intelligere. Cæterum de explicatione ipsius D. Tho. satis dictum est in superioribus, quæstio. 12. articu. 10. & copiosius quæst. 58. articulo secundo. videnda sunt nonnulla, quæ docet Magister Soto j. Poste. quæstio. 1. in solutione ad quartum & potissimum Ferra. lib. 1. cont. gent. capi. 55. circa primam rationem, quoniã de hac re agit diffuse & doctissimè.

DVbitatur breuiter in hoc articulo; Vtrum conclusio D. Thom. sit vera? ¶Arguitur primo pro parte negatiua. Sensus potest plura simul sentire, ergo & intellectus potest multa simul intelligere. Antecedens probatur experientia. Simul enim videmus homines & equos, consequentia autem ex paritate rationis videtur bona. ¶Arguitur secundò. Quando S. Th. ait, quòd non possumus plura simul intelligere; aut intelligit cognitione distincta, aut confusa? Si confusa, sequitur, quòd potest quis intelligere hominem & equum per species distinctas quæ non sint ordinatę ad vnum; consequens est contra rationem D. Thom. quia iam tunc duæ formæ eiusdem generis essent actu in eadem potentia. Si verò intelligit cognitione distincta, videtur falsum. Nam distinctè simul cognoscimus præmissas, & conclusionem demonstrationis.

¶Arguitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Arguitur tertio contra expositionem conclusionis, quàm D.Tho.adhibet,ſ.Dico autem per modum vnius aut multorũ per vnam vel plures ſpecies,& in ſolutione ad quartum magis ſe explicat aſſerens, quòd quando intellectus intellgit differẽtiam aliquorum,etiam ſi plura intelligat, tamen intelligit per modum vnius, ſcilicet, per ſpeciem ipſius differentiæ. Arguitur ergo ſic.In hac propoſitione.Homo nõ eſt equus,præter ſpeciem hominis & equi non eſt alia ſpecies , nam negatio illa eſt actus intellectus,ſimiliter & copula,ergo.

¶ Arguitur quarto cõtra rationẽ.In aere ſimul recipitur ſpecies albedinis & ſpecies nigredinis. Item in cotpore ſimul eſt humiditas & frigiditas,calor,& ſiccitas,ergo duę ſpecies eiuſdem generis poſſunt eſſe in eodem.Cõfirmatur.Quia certum eſt ſpecies multatum rerum manere in intellectu & ſcientias eiuſdem generis.

DE materia huius articuli habemus doctrinam in Magiſtro Soto lib.1.Poſt. quæſt.1. ad confirmationem quarti argumenti.Vbi tãquam rem certiſſimam affirmat,nihil aliud ſentire Diuum Thom. & Ariſto.2.Topico. ca.4. cum dixit; Contingit plura ſcire ſimul,non autem intelligere, niſi quòd per modum habitus contingit plura ſcire perfectè: at ſimul eſſe in actu plurium perfectè non poſſumus,eo ꝙ pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus:quia cogitatio vnius remittit cogitationem alterius,niſi fuerit vnum ratio cognoſcendi alterum,vt præmiſſæ concluſionis cognoſcendæ cauſa.Et quidem iſta ſententia clara eſt ,& probabilis mihi:nihilo minus credo eſſe contra mentem S. Tho. hoc loco.Abſolutè nanque concludit quæcunque intellectus per diuerſas ſpecies intelligit , non ſimul intelligit.Diuerſas vero ſpecies vocat, vt egregie annotat Caietanus,quæ neq; ſunt vna ſimplex ſpecies , neque cum aliqua ſpecie ordinantur.Sicut duæ demonſtrationes diuerſarum ſcientiarum non poſſunt eſſe ſimul in actu in intellectu,ſed vna demonſtratio poteſt eſſe in actu , quanuis includat tres propoſitiones , & plures ſpecies: quia tamen eſt vnicus actus , quo fertur in præmiſſas & concluſionem , non eſt inconueniens ſic A plura intelligere modum vnius. Imo & duas demonſtrationes ſimul habere poteſt intellectus,dummodo conſideret differentiam aut conuenientiam ipſarũ,quia tunc iam per modum vnius actus fertur in illas . Hæc autem doctrina maxime videtur eiici ex ſolutione ad quartum . S. Thomæ . Nam ſi ſentiret S. Thom.iuxta opinionem Sapientiſſimi Magiſtri Soto,facile erat reſpõdere de cognitione perfecta aut imperfecta.

B ¶Reſpondetur, ergo ad argumenta ſuppoſita ſententia S. Tho. ſicut eam intelligit Caietanus & Ferra.lib.1. contra gentes cap.55. Ad primum tranſeat antecedens, & nego conſequentiam;quia ſenſus, cum ſit potentia materialis & extenſa , poteſt ſimul plura ſentire ſecundum diuerſas partes organi , ſicut S. Thom. conceſſit ſupra quæſt.76.artic.2. quòd ſi vnus homo tangat duabus manibus , erunt duo tactus, quanuis ſit vnum tangens. At vero intelle
C ctus cum ſit potentia indiuiſibilis,nõ poteſt plura per modum pluriũ intelligere quia,ſecũdum ſe totum, eſſet actuatus diuerſis actibus,neque per modum vnius ordinãtis, quòd eſt maximum inconueniẽs. Neq; hoc pertinet ad perfectionẽ potẽtiæ, vt plura ſine ordine aliquo cognoſcat, ſed vt plura poſſit cognoſcere per modum vnius,& ideo non ſequitur , ꝙ intellectus minus poſſit,quàm ſenſus.Reſpondetur ſecundo negando antecedens , ſ. quòd viſu
D plura videamus per modum pluriũ , quia potius vnica viſio eſt , qua videmus homines multos & equos ; & ita vnica ſpecies ſimplex ſecundum eſſe informat vesum,ſcilicet, quæ habet repræſentare plures partes vnius obiecti non diſtincte ſed confuſe, & hoc bene concedit S.Tho.reperiri ſimiliter in mente,in ſolutione ad tertium. ¶Ad ſecundum argumentum reſpõdetur ꝙ S. Thom. intelligit de cognitione qualibet , ita vt neque confuſa neque di-
E ſtincta cognitione poſſimus plura per modum plurium intelligere. Nam in ſolutione ad tertium argumentum,quanuis cõcedat,quòd intellectus cognoſcit plures partes totius , cognitione confuſa, tamen intelligunt per modum vnius, ſcilicet, per vnam formam totius.Et quod addit S.Th. in

in ſolutione ad tertium , ꝙ alio modo cognitione diſtincta cognoſci poſſint,ipſe ſe explicat , quid appellet diſtinctam cognitionem , ſcilicet , diuerſam cognitionem vnius partis à cognitione alterius partis, ſecundùm quòd quælibet intelligitur per ſuam ſpeciem,& ſic non ſimul intelliguntur.Præmiſſas autem & concluſionem diſtinctè ſimul cognoſcimus, ideſt,perfecta cognitione non diuerſa,eo quòd vnum eſt ratio & cauſa cognoſcendi alterum , & ideò vnum intelligitur , non plura: iuxta B doctrinam S.Thomæ de veritate quæſtione.8.articulo.14.ad ſextum,& ſuprà quæſtione.58.art.7. ad ſecundum.

¶ Ad tertium argumentum reſpondet primo,ꝙ præter ſpeciem hominis & equi, eſt ſpecies differentiæ & diuerſitatis homi nis ab equo, quæ continet materialiter ipſas ſpecies extremorum , & ita videtur S. Thom.concedere ad quartum .Sed hunc eſſet concedendum, in mente plures eſſe cõceptus, quam voces ſigillatim exprimunt. C Nam homo exprimit hominis conceptũ, & equus equi:verbum autem,aut tantum exprimit vnionem ſecundum opinionem eorum,qui tenent eſſe ſincathegorema,vt eſt tertium adiacens ; aut ſi exprimit aliquem conceptum , ille non eſt conceptus differentiæ hominis ab equo, cæterum nõ eſt actus intellectus , cui nulla ſpecies reſpondet præter ſpecies extremorũ.Reſpondetur tamen,quòd illa ſpecies differentiæ, & diuerſitatis hominis ab equo non eſt diD ſtincta realiter ab extremorum ſpeciebus, ſed prorſus ſunt ſpecies hominis & equi ordinatæ ad vnum iudicium intellectus negantis vnum ab alio,& hoc per totã ſimul propoſitionem exprimitur : & hinc forſan ortum habuit opinio illa aſſerens propoſitionem eſſe ſimplicem qualitatem , quia certè tota propoſitio in mente eſt vnum per ſe,licèt materialiter cõſtet ex pluribus conceptibus, ſicut numerus ex vnitatibus pluribus & ſyllaba ex literis,& hæc vnitas nihil aliud eſt , quàm quidam ordo . Quo fit,vt ſi talis ordo varietur, etiam varietur propoſitio aut demonſtratio in mente, ſicut etiam in ſyllabis & dictionibus ſi mutetur ordo earum,non manet eadem ſyllaba.v.g.Mus,alia eſt à ſyllaba ;Sum,licèt in A vtraque ſint eædem litetæ. Et , homo non eſt equus,alia propoſitio eſt,quam, equus nõ eſt homo, licèt extremitates ſint eædẽ. Et ita ſolet paſſim variari ſignificatio totius inuariata ſignificatione partium , vt aliter ſignificet : Animal non eſt homo,& homo non eſt animal .

¶ Ad quartum argumentum reſpondet S.Thom.de veritate q.8.ar. 14.ad octauũ, ꝙ plures ſpecies viſibiles ſunt in medio ſimul,vt in fieri & vt in deferente.Quam ſolutionem explicat Ferra. li.1.contra gent. B c.55. ad ſecundum argumentum ſecundi dubij,ꝙ formæ illæ non ſunt in aere perfecto modo,quod ego explico,ideſt,ſecundũ perfectionem actus, ad quem ordinantur, ſcilicet,ad viſionem.Et ſic etiam S. Thom. concedit , ꝙ in intellectu ſunt plures ſpecies intelligibiles ſecundùm eſſe imperfectum non in actu . Et certè in aere multò imperfectiori modo ſunt ſpecies viſibiles, nam in eo non ſunt tanquam in ſubiecto, quod perficitur per eas , neque vt in quo habituræ ſint ſuam perfectionem,& ita ẽt C Caietanus hoc loco explicat . Semper tamen manet difficilè intellectu, quare plures formæ vnius ſpeciei non poſſint eſſe in eodem ſubiecto in actu completo.Hãc autem difficultatem explicat latiſſimè Sanctus Thomas de veritate q.8.ar.14.vide illic . De qua re etiam nos aliqua diximus in Commentarijs noſtris ſuper librum.1. de generatione & corruptione capit.5.queſtione.3.articulo.9.

D ¶ Ad confirmationem ergo reſpondetur,quòd ſiccum & calidũ non ſunt vnius genetis immediati,& ideo poſſunt reperiri in eodem ſubiecto,calidum vero & frigidum , album & nigrum in eſſe perfecto non reperiuntur ſimul .

¶Ad ſecundam confirmationem iam patet.Nã S.Th. intelligit de actu completo.

ARTICVLVS. V.

E ¶ Vtrùm intellectus noſter intelligat componendo & diuidendo?. 428 Sup. qõ. 58. arti. 3. di. 35. q. 2. art. 2.quæſt. 1.cor.

AD QVARTVM *ſic procedi tur. Videtur , ꝙ intellectus noſter non intelligat cõponẽdo & diuidendo,Compoſitio enim & diuiſio non eſt niſi multorum.Sed intellectus*

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non potest simul multa intelligere. Ergo non potest intelligere componendo & diuidendo.

¶ 2 *Praterea. Omni compositioni & diuisioni adiungitur tempus præsens, præteritum, vel futurum, Sed intellectus abstrahit à tempore sicut etiam ab alijs particularibus conditionibus. Ergo intellectus non intelligit componendo & diuidendo.*

¶ 3 *Praterea. Intellectus intelligit per assimilationem ad res. Sed compositio & diuisio nihil est in rebus. Nihil enim inuenitur in rebus, nisi res quæ significatur per prædicatum & subiectum: quę est vna & eadem, si compositio est vera. Homo enim est verè id quod est animal. Ergo intellectus non componit & diuidit.*

SED contra. Voces significant conceptiones intellectus, vt dicit Philosophus in * *1. Peri. Sed in vocibus est compositio & diuisio: vt patet in proœnib. affirmatiuis, et negatiuis. Ergo intellectus componit & diuidit.*

Lib. 1. Perih. c. 1. to. 1.

RESPONDEO dicendum, quòd intellectus humanus necesse habet intelligere componendo & diuidendo. Cum enim intellectus humanus exeat de potentia in actum, similitudinem quandam habet cum rebus generabilibus: quę non statim perfectionem suam habent, sed eam successiuè acquirunt. Et similiter intellectus humanus non statim in prima apprehensione capit perfectam rei cognitionem: sed primò apprehendit aliquid de ipsa, puta quidditatem ipsius rei, quæ est primum & proprium obiectum intellectus, & deinde intelligit proprietates & accidentia & habitudines circunstantes rei essentiam. Et secundum hoc necesse habet vnum apprehensum alij componere & diuidere, & ex vna compositione & diuisione ad aliam procedere. Quod est ratiocinari. Intellectus autem angelicus & diuinus se habet sicut res incorruptibiles, quæ statim à principio habent suam totam perfectionem. Vnde intellectus angelicus & diuinus statim perfectè totam rei cognitionem habet. Vnde in cognoscendo quidditatem rei cognoscit de re simul quicquid nos cognoscere possumus componendo, & diuidendo, et ratiocinando. Et ideo intellectus humanus cognoscit componendo, & diuidendo, sicut & ratiocinando. Intellectus autem diuinus & angelicus cognoscunt quidem compositionem & diuisionem & ratiocinationem non componendo & diuidendo, & ratiocinando, sed per intellectum simplicis quidditatis.

AD primum ergo dicendum, quòd compositio & diuisio intellectus per quandā differentiam vel comparationem fit. Vnde sic intellectus cognoscit multa componendo & diuidendo, sicut cognoscendo differentiam vel comparationem rerum.

AD secundum dicendum, quòd intellectus abstrahit à phantasmatibus, & tamen non intelligit actu non conuertendo se ad phantasmata, sicut supra dictum est. * *Et ex hac parte, qua se ad phantasmata conuertit, adiungit compositioni & diuisioni intellectus adiungi tempus.*

AD tertium dicendum, quòd similitudo rei recipitur in intellectu secundum modum intellectus, & non secundum modum rei. Vnde compositioni & diuisioni intellectus respondet quidem aliquid ex parte rei, tamen non eodem modo se habet in re, sicut in intellectu. Intellectus n. humani proprium obiectum est quidditas rei materialis, quæ sub sensu & imaginatione cadit. Inuenitur autem duplex compositio in re materiali: prima quidem formæ ad materiam, & huic respondet compositio intellectus: qua totum vniuersale de sua parte prædicatur. Nam genus sumitur à materia communi, differentia vero completiua speciei à forma: particulare vero à materia individuali. Secunda vero compositio est accidentis ad subiectum. Et huic compositioni respondet compositio intellectus secundum quam prædicatur accidens de subiecto, vt cùm dicitur, homo est albus. Tamen differt compositio intellectus à compositione rei. Nam ea, quæ componuntur in re, sunt diuersa. Compositio autem intellectus est signum identitatis eorum, quę componuntur. Nō enim intellectus sit componit, vt dicat ꝙ homo est albedo: sed dicit quòd homo est albus, id est habens albedinem. Et simile est de compositione formæ & materiæ. Nam animal significat id quod habet naturam sensitiuam, rationale verò quod habet naturam intellectiuam: homo verò quod habet vtrunque: Sortes verò quod habet omnia hæc cum materia individuali. Et secundum hanc identitatis rationem, intellectus noster vnum componit alteri prædicando.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Intellectus diuinus & angelicus non intelligit componendo, & diuidendo, aut ratiocinando, quanuis intelligat compositionem, & diuisionem, aut ratiocinationem.

¶ Secunda conclusio. Intellectus humanus intelligit componēdo, & diuidendo & ratiocinando.

COMMENTARIVM.

DE his, quę pertinent ad istum articulum, iam dictū est sup. q. 14. art. 7. & q. 58. ar. 3. & 4. Quibus locis explicatū est, qua ratione intellectus diuinus & angelicus nō intelligunt cōponendo & diuidendo &c. Et qua rōne intellectus humanus necessario intelligit cōponendo & diuidēdo & discurrendo. Oportet autē videre dubitationem Caietani in hoc arti. vbi explicat. Quo pacto possint stare hęc duo simul ꝙ noster intellectus producat intellectionem in instāti, & ꝙ procedat successiuè de potētia ad actum. De qua re legendus est et Sonzi. 9 Meta. q. 19. vbi tractat; Qua rōne intellectio fiat in instanti, aut possit fieri successiuè? de qua ēt re solent agere interpretes Arist. 3. de ani. super tex. 28.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm intellectus possit esse falsus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus possit esse falsus. Dicit enim Philosophus in* 6. Metaph. ꝙ verum & falsum sunt in mente. Mens autem & intellectus idem sunt, vt supra dictum est. Ergo falsitas est in intellectu.

¶ 2 *Praterea.* Opinio & ratiocinatio ad intellectum pertinent. Sed in vtraq; istarum inuenitur falsitas. Ergo potest esse falsitas in intellectu.

¶ 3 *Praterea.* Peccatum in parte intellectiua est. Sed peccatum cum falsitate est. Erraut enim qui operantur malum, vt dicitur Proner. xiiij. Ergo falsitas potest esse in intellectu.

* lib. 6. tex. 8. to. mo 3. † Q. 79. ar. 1. * Q. 32. in prin. to. 4. † Lib. 3. de ani. text. 51. to. 1. Li. 3. de ani. tex. 26. t. 2.

SED contra est, quòd dicit Augustinus * *lib. 83. quæst. quòd omnis, qui fallitur, id in quo fallitur non intelligit. Et Philosophus dicit in lib.* † *de Anima, quòd intellectus semper est verus.*

RESPONDEO dicendum, quòd Philosophus in * *3. de Ani. comparat quantum ad hoc intellectū sensui. Sensus n. circa proprium obiectum non decipitur, sicut visus circa colorem: nisi fortè per accidens, ex impedimento circa organum contingente: sicut cum gustus febricitantium dulcia iudicat amara, propter hoc quòd lingua malis humoribus est repleta. Circa sensibilia verò communia decipitur sensus, sicut iudicando de magnitudine vel figura, vt cùm iudicat solē esse pedalem, qui tamen est maior terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia per accidens, vt cum iudicat fel esse mel propter coloris similitudinem. Et huius ratio est in euidenti: quia ad proprium obiectum vnaquæq; potentia per se ordinatur secundum quod ipsa. Quę autem sunt huiusmodi, semper eodem modo se habent. Vnde manente potentia non deficit eius iudicium circa proprium obiectum. Obiectum autem proprium intellectus est quidditas rei. Vnde circa quidditatem rei per se loquendo intellectus non fallitur. Sed circa ea, qua circunstant rei essentiam, vel quidditatem, intellectus potest falli: dum vnum ordinat ad aliud, vel componendo, vel diuidendo, vel etiam ratiocinādo. Et propter hoc etiam circa illas propositiones errare nō potest, quę statim cognoscuntur cognita terminorum quidditate, sicut accidit circa prima principia, ex quibus etiā accidit infallibilitas veritatis secundum certitudinem scientiæ circa conclusiones. Per accidens tamē contingit intellectum decipi circa quodquid est in rebus compositu, non ex parte organi, quia intellectus non est virtus vtens organo, sed ex parte compositionis interuenientis circa diffinitionem, dū vel diffinitio unius rei est falsa de alia, sicut diffinitio circuli de triangulo: vel dum aliqua diffinitio est in se falsa, implicans compositionem impossibilium: vt si accipiatur hoc vt diffinitio alicuius rei, animal rationale alatum. Vnde in rebus simplicibus, in quarū*

diffini-

diffinitionibus compositio intervenire non A
potest, non possumus decipi: sed deficimus
in totaliter non attingendo, sicut dicitur in
Li.6.me * *9. Metaphys.*
ta. text. *AD primum ergo dicendum, quòd fal-*
22.to.3. *sitas dicitur esse in mente secundum compo-*
sitionem & divisionem. Et similiter dicendū
est ad Secundum de opinione & ratiocina-
tione. Et ad Tertium de errore peccantium,
qui consistit in applicatione ad appetibile.
Sed in absoluta consideratione quidditatis
rei, & eorum, quæ per eam cognoscuntur,
intellectus nunquā decipitur. Et sic loquun-
tur autoritates in contrarium inducta.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio, Intellectus nos-
ter circa quidditatem rei nō po-
test falli per se loquendo, quanuis
possit falli circa ea, quæ circunstant
ipsam quidditatem componendo,
aut dividendo, aut ratiocinando.

¶ Secunda conclusio. Circa pri-
ma principia, quæ cognoscuntur
statim cognita quidditate termino-
rum, non potest intellectus noster
falli.

¶ Tertia conclusio. Circa quid-
ditatem rerum compositarum po-
test intellectus falli per accidens ex
parte compositionis interuenien-
tis.

¶ Quarta conclusio. Circa quid-
ditatem rerum simplicium non fal-
litur noster intellectus, sed omnino
deficit in non attingendo totaliter,
vt dicitur 9. Met. tex. 22.

COMMENTARIVM.

DE his quę pertinent ad explicationem E
huius articuli videnda sunt sup. dicta
quæst. 17. ar. 2. & 3. Vbi explicatum est quo
pacto possit esse falsitas aut in sensu aut in
intellectu & quæst. 58. artic. 5. Vbi explica-
tum est quo pacto in intellectu angelico
potest esse falsitas.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm vnam & eandem rem vnus
alio melius intelligere possit.

AD SEPTIMVM sic proce-
ditur. Videtur, quòd vnā & eam
dem rem vnus alio melius intel-
ligere nō possit. Dicitur. n. in li.
83. quæstionum. Quisquis vllam rem aliter
quàm est intelligit: non eam intelligit. Quā-
re non est dubitandum esse perfectam intelli- B
gentiam qua præstantior esse non possit. Et-
ideo non per infinitum ire, quia quæque res
intelligitur: nec eam posse alium alio plus
intelligere.

¶ 2 Præterea. Intellectus intelligendo
verus est. Veritas autem cum sit æqualitas
quædam intellectus & rei, non recipit ma-
gis & minus, non enim propriè dicitur ali-
quid magis, & minus æquale. Ergo neque
magis & minus aliquid intelligi dicitur. C

¶ 3 Præterea. Intellectus est id quod est
formalissimum in homine. Sed differentia
formę causat differentiam speciei. Si igitur
vnus homo magis alio intelligit, videtur q
non sint vnius speciei.

SED contra est, quòd per experimentum
inueniuntur aliqui aliis profundius intelli-
gentes. Sicut profundius intelligit qui con-
clusionem aliquam potest reducere in princi-
pia & causas primas, quàm qui potest reduce-
re solum in causas proximas.

D RESPONDEO dicendum, quòd ali-
quem intelligere vnam & eandem rem ma-
gis quàm alium, potest intelligi dupliciter.
Vno modo sic, q ly magis, determinet actum
intelligendi ex parte rei intellectæ. Et sic non
potest vnus eandem rem magis intelligere q
alius. Quia si intelligeret eam aliter quàm
sit, vel melius vel peius, falleretur. Et non-
intelligeret: vt arguit Augu. * Alio modo pōt Loco c
intelligi, vt determinet actum intelligendi ex tuo
parte intelligentis. Et sic vnus alio pōt eam- arg. 2.
dem rem melius intelligere: quia est meliora
virtutis in intelligendo: sicut melius vides
visione corporali rem aliquam, qui est per-
fectioris virtutis, & in quo virtus visiua est
perfectior. Hoc autem circa intellectum con-
tingit dupliciter. Vno quidem modo ex par-
te intellectus, qui est perfectior. Manifes-
tum

sium est enim, q quanto corpus est melius A
dispositum, tanto meliorem sortitur animā.
Quod manifestè apparet in his, quæ sunt se-
cundum speciem diversa. Cuius ratio est,
quia actus & forma recipitur in materia se-
cundum materiæ capacitatem. Vnde etiam
cum in hominibus quidam habeant corpus
melius dispositum, sortiuntur animam ma-
Li.1. de * *ioris virtutis in intelligendo. Vnde dicitur in*
ani. tex. *mente videmus. Alio modo contingit hoc ex*
34.to.2. *parte inferiorum virtutum, quibus intelle-* B
ctus indiget ad sui operationem. Illi. n. in qui-
bus virtus imaginativa et cogitativa & me-
morativa est melius disposita, sunt melius
In cor. *dispositi ad intelligendum.*
*AD primum ergo patet solutio ex * di-*
ctis. Et similiter Ad secūdum. Veritas enim
intellectus in hoc consistit quòd intelligatur
res esse sicuti est.
AD tertium dicendum, quòd differentia
formæ quæ non provenit nisi ex diversa di-
spositione materiæ, non facit diversitatem C
secundum speciem, sed solum secundum nu-
merum. Sunt enim diversorum individuo-
rum diversæ formę secundum materiam
diversificatæ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si illa dictio; me
lius vel magis, determinet actū
ex parte obiecti, non potest vnus in-
telligere eandem rem melius quàm
alter.

¶ Secunda conclusio. Si vero de-
terminet actum ex parte potentiæ
intelligentis, potest vnus melius eā-
dem rem intelligere, quàm alius.

¶ Tertia conclusio. Ex duplici ca-
pite provenit, quòd vnus intelligit
eandem rem melius, quàm alter. Pri
mò. Quia habet perfectiorem intel
lectum. Secundo quoniā habet per- E
fectiores vires sensitiuas.

¶ Quarta conclusio. Quanto cor-
pus fuerit melius dispositum, tanto
sortitur meliorem animam.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem anima-
duertendum est, quòd absque vlla du-
bitatione vnus intellectus intelligit multo
melius eandem rem quam alter etiam
ex parte obiecti. Nam cognoscit in illo ob-
iecto plura prædicata essentialia, & plures
passiones, ac proprietates, quàm alter in-
tellectus. Neque D. Tho. voluit hoc nega-
re, quin potius in 2. 2. quæst. 25. art. 5. plu-
ribus aliis locis docet, quòd scientia in ho- B
mine augetur extensiue ex parte obiecti
inquantum discursu temporis acquirit co-
gnitionem plurium conclusionum de eo-
dem obiecto: sed quod voluit docere in
hac conclusione est, quòd vnus intellectus
non potest cognoscere melius eandem re,
quàm ipsa in se sit cognoscibilis, aut aliter
quàm ipsa sit cognoscibilis: aliàs enim fal
sus esset ille intellect*, & ita docuit in hac
quæstione arti. 1. ad primum, & in hoc ar-
ticulo, & supra quæstio. 12. articu. 6. ad se- C
cundum. In hoc eodem sensu explicuit
locum Di. August. in lib. 83. quæstionum,
quæst. 32. vbi dicit, quòd vnus intellectus
non potest intelligere plus altero eandem
rem, quoniam non potest intelligere illam
melius aut peius, quàm ipsa sit in se. Veri-
tas enim intellectus debet habere confor-
mitatem cum re, quam intelligit.

CIrca tertiam & quartam conclusionē.
Dubitatur. Vtrùm vnus intellectus in
D seipso sit perfectior altero? Vel q idē est;
An vna anima rationalis in seipsa & intrin
sece sit perfectior altera?

¶ Dicimus in seipsa & intrinsece, quo-
niā inter doctores nulla est dissensio, sed
omnes conueniunt; quòd vna anima est
perfectior altera extrinsecè propter diuer-
sam corporis dispositionē, & propter per-
fectiores vires sensitiuas, & alias qualita-
tes acquisitas, & alias accidēta: sed tota dis-
sentio est de intellectu siue anima secun- E
dum ea, quæ sunt sibi intrinseca; Vtrùm
vna sit perfectior altera?

¶ Pro parte negatiua arguitur primo ex
D. August. libro 10. Genes. ca. 7. & in libro
83. quæstionum, q. 4. vbi docet omnes ani-
mas æquales esse à sua natura, differre aūt
inter se ex diversa corporum dispositione

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ex voluntate, ergo hæc sententia negatiua est D. Augusti. ¶Secundo ex Aristo. 3.Metaphy.c.3.text.11.vbi docet, quòd eorum,quæ continentur sub genere, vnũ est prius & perfectius altero; eorum vero quæ continentur per speciẽ, vnum nõ est prius aut perfectius altero; sed omnia individua sunt eiusdem speciei,ergo omniũ individua sunt eiusdem perfectionis substantialis,ergo hęc sententia est Aristot.Et confirmatur. Arist.docet.7.Metaphy.tex. 31.quòd in genere latent æquiuocationes, hoc est, latent species diuersarum perfectionum: sed si individua differrent inter se perfectione substantiali & intrinseca,debuisset Arist.dicere,quòd sub specie latent æquiuocationes,ergo.¶Tertio. Si in substãtia vnius animę esset aliquis gradus perfectionis, qui non est in substantia alterius animæ, illo different secundum speciem; Consequens est impossibile, ergo. Probatur sequela.Quoniam differentia,quæ addit gradum perfectionis essentialis, facit differre secundum speciem.

¶ Quarto.Si vna anima est perfectior altera, ꝓpterea, ꝙ vnitur corpori melius disposito,sequitur, ꝙ ab ipso corpore accipiat esse & pfectionẽ; consequens est impossibile, ergo.Sequela ꝓbatur. Qm̃ non potest intelligi, quo pacto alter perficiat ex vnione ad corpus. Minor vero probat. Qm̃ aliàs necessario dicẽdum,ꝙ anima rationalis educit de potẽtia materię, si a corpore pfectiori accipit maiorem perfectionẽ,qđ est erroneũ. At si quis respõdeat,ꝙ Deus per creationẽ ꝓducit animã pfectionẽ,qua vniturus est corpori melius dispositio,ut sit cõmẽsuratio & ꝓportio inter animã,quæ est forma, & corpus qđ est materia; Arguit cõtra.Qm̃ ex hoc sequitur, ꝙ Deus ꝓducat animã perfectiorem ꝓpter corpus meliùs dispositũ,& ordinet illud, quod est magis pfectũ, ad id quod est minus pfectũ: qui ordo in naturalibus est ꝓposterus.¶Quinto. Si vna anima in seipsa est pfectior altera,sequitur,quòd in seipsa habeat perfectiorem intellectum,& perfectius liberum arbitrium, hoc autem videtur inconueniens,ergo.¶Sexto.Anima intellectiua secũdũ ꝙ intellectiua est, nõ habet, ꝙ sit actus corporis, & intellectus nõ est potẽtia, quæ sit in organo corporeo,neque in sua operatione pẽdet ab organo corporeo, ergo secundum ꝙ anima intellectiua est, non accipit perfectionem individualem intrinsecam ex commensuratione ad corpus.Confirmatur.Sæpè contingit,ꝙ melior anima sit in corpore deteriori, & e conuerso:quòd etiam expresse dicit D.August.lib.8.de Ciuit.c.15.ergo &c.

IN hac quæstione Henricus quodl.3.q. 5.maxime suadet partem negatiuã: ex terum in fine quæstionis non audet definire in hac re, motus articulo quodã Parisiẽsi,scilicet.Si quis dicit oẽs animas ab origine esse æquales, errat, qm̃ aliàs aĩa Christ non esset perfectior,quã anima Iudæ.Durand.vero in 2.d.32.q.3.absq; vlla formidine tenet veram esse sententiã,negatiuã, & inter Thomistas consentiunt Durando Sõzinas.8.Metap.q.26.ad 1.& Soto in prędicamẽtis c.5. de substãtia q.2.ad 5.Quorum sententia est,ꝙ animæ inęquales quidẽ sunt ab extrinseco & ratione corporis, non aũt in seipsis & ab intrinseco,& hanc existimãt esse sententiã D. Tho. ¶Alij vero affirmãt hãc sentẽtiã negatiuã esse certã,quanuis fateantur fuisse D.Tho.oppositã.Toletus in 3. de anima q.18. in hæc q. dicit duo.Primo dicit nõ esse verã sententiam,ꝙ anima rationalis individuetur per cõmensurationẽ ad corpus,quãuis oppositum sentiat D.Tho.in 2.cont.gent.ca.81. quia potius animæ rationales individuãtur seipsis. Sed ꝙ hæc sẽtẽtia sit maximè aliena à veritate, iam ostensum est suprà. q.76.ar.2.& in commẽtarijs nostris super primũ li.de gene.c.5.q.3.ar.9.Secundo dicit, ꝙ sentẽtia,quæ asserit vnã animã esse perfectiorẽ altera secũdũ substannã & in seipsa; nõ est sentẽtia D.Tho.sed est opinio Caietani: & temeraria & periculosa. Hęc tñ cẽsura cõtra Caietanũ indigna est autore christiano.Quapropter nõ credã illã esse huius viri aliàs docti,& pij,sed existimo insertam esse eius scriptis ab aliquo imperito & audaci. Cæterũ cuiuscunq; sit hæc cẽsura,illa est temeraria,& iniuriosa, qm̃ notat temeritatis sentẽtiã, quã postea ostẽdemus esse D.Tho.& multo probabiliorem:hoc aũt sine iniuria graui fieri non põt.Itaq; oẽs isti autores opinãtur,ꝙ vna anima

anima nõ est pfectior altera intrinsecè & sm̃ se,sed tantum extrinsecè ꝓp meliores vires sensitiuas, & alia organa corporis;quæ sunt velut instrã aĩæ ẽt ad operationem intellectiuam.Et aliqui eorum sic interpretant mentẽ D. Th.in hoc articulo de dria animarũ extrinseca & accidentali. ¶ Oppositam sniam tanquam D. Tho.tenet Caiet.in hoc arti. Eandem sniam tanquam D.Th.docet Capre.in 2.d.32.q.vnica,& Ferr.li.1.cõt.gen.c.3. & alij plurimi discipulorum D.Th. Et ꝙ hæc snia sit vera mens D.Th.vr̃ apertè colligi ex hoc articulo,vbi dicit, ꝙ vnus hõ intelligit melius quam alter eandem rem;ꝓp duo. Primò.Qm̃ habet perfectiorẽ intellectũ. Secundò: Quia perfectiores vires sensitiuas hẽt.In quo testimonio duas drias assignat D.Th.alteram intrinsecam in ipso intellectu,& alteram extrinsecam ex parte virtũ sensitiuarum. Præterea in solutione ad 3. expresse docet illam aĩam siue formã esse perfectiorem individuali perfectione,quę ordinatur ad perfectiorem materiam. Et in 2.di.32.q.2.art.3.idem ait. Præterea in 1.dist.8.q.5.art.2.in solutione ad 6.docet, ꝙ maiorem perfectionem, & nobilitatem habet aĩa,quę ordinatur ad corpus melius dispositum, quanuis non accipiat illã ab ipso corpore vel per dependentiã ab illo.

PRima conclusio. Neutra istarum opinionũ habet aliquid temeritatis aut periculi:sed amb̃æ sunt probabiles,& contrarium asserere,esset inferre iniuriam viris grauissimis.Probatur primo.Qm̃ vtraque sententia habet pro se autores graues, & doctissimos, ergo caret utraque omni temeritate & periculo. Secundo probatur. Illa opinio dicitur temeraria, vel periculosa, quæ sine vrgenti rõne discedit à communi snia Theologorum, vt ostendimus, 2.2.q.11.de hæresi, sed quælibet istarũ opinionum hẽt autores & rõnes graues,ergo. Tertiò probatur. Qm̃ nullus scriptorum, qui hactenus scripserunt siue in Theologia siue in Metap. ausi sunt asserere aliqd esse temeritatis in his opinionibus pręter illum autorem,ergo temerè asserit oppositum. Denique quam certa sit hæc. 1.conclusio constabit manifestè ex probationibus sequentium conclusionum. ¶Secunda conclusio. Existimo magis probabilem illorum snĩam qui asserunt,ꝙ hæc secunda opinio affirmatiua est opinio D. Tho.Ista conclusio asseritur contra aliquos Thomistas,sed eam docent Capre.& Ferra.vbi supra.Et pręter loca D.Th.iam citata,adhuc probãr primo ex 2.d.21.q.2.ar.1.ad 2. vbi docet, ꝙ aĩa primi parentis dignior fuit, quã anima Euę,ppea ꝙ ordinabatur ad nobiliorem materiam, forma autem dẽt proportionari materiæ,in qua naturaliter recipitur.Præterea in 2.cont.gent.c.81.ad 2.rationem dicit,ꝙ multitudo aĩarum separatarum consequitur diuersitatem formarũ sm̃ substantiam; qm̃ alia est substantia huius aĩæ & alterius:quæ diuersitas est sm̃ cõmensurationem ad corpora, quia hæc aĩa est commensurata huic corpori, & non alteri, ergo sentit D. Tho. ꝙ ipsa substantia vnius animæ est perfectior altera in seipsa.Secundo probatur.Secundum cõem doctrinam D.Tho.anima rõnalis,quæ habet esse per creationem,& non educit de potẽtia materiæ,prius natura est in se,quã insit materiæ, ergo in illo priori est inæqualis sm̃ perfectionem respectu aliarum, sicut qñ est separata à corpore.¶Sed contra hãc conclusionem est D.Th. in 3. parte. q.69. art.8.ad 3.vbi dicit,ꝙ diuersa capacitas naturalis in hominibus non est ex diuersitate mentis,cum oẽs homines eiusdem speciei existentes conueniant in forma, sed est ex diuersa dispositione corporum, ergo sentit D.Th. ꝙ vna anima vel intellectus nõ est perfectior in se alijs, sed extrinsecè ex dispositione corporis. Ad hoc argumentũ respondetur,ꝙ si D.Th.attentè legatur in illa solutione ad 3. apertissimè loquitur de diuersitate mentis secundum speciem. Nã subdit;secus vero est de angelis, qui differunt specie,& ppea datur in illis gratia secundum diuersam capacitatem naturalẽ, non vero hominibus. Voluit ergo D.Tho: docere,ꝙ diuersa capacitas naturalium in hominibus non prouenit ex diuersitate specifica animarum,sicut prouenit in angelis: sed ex diuersitate numerica, quæ desumitur per ordinem ad corpora inæqualiter dispositа.Et ꝙ ista fuerit mens D.Th.possumus confirmare ex his, quæ dixi suprà. q.72.artic.6.ad 9. vbi respondens similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

argumento negat consequentiam, & assignat rationem discriminis, quoniam diuersitas naturalium in angelis est secúdú speciem in hominibus vero secundum numerum. ¶ Tertia conclusio. Multò verior & probabilior est ista sníа affirmatiua, ꝙ animæ in seipsis sunt inæquales perfectione substantiali individuali. In primis Magister Sent. in 2. di. 32. c. 8. docet esse probabilem sníam illorum, qui dicunt ꝙ animæ ex ipsa creatione aliæ alias excedunt in naturalibus donis, vt in essentia, alia alijs sit subtilior, & ad intelligendum memorandumq; habilior, vtpotè acutioti ingenio, & perspicatiori intellectu prædita. Et D. Bonauentura in explicatione huius literæ consentit cum Magistro Sententiarum, & Ioannes Maior in eadem d. 31. q. v. quamuis ipse potius eligat sníam negatiuam, tñ affirmat, ꝙ Magister Sníarum hanc sníam affirmatiuam docuit tanquam veram; & subdit ille illam esse probabilem, & facilè posse defendi. Præterea Richard. in eadem dist. 32. ar. 4. q. 2. sequitur hanc tertiam conclusionem, quãuis in modo explicandi illam dedecat à D. Th. & à veritate. Ægydius etiã eadem di. q. 3. docet eandem conclusionẽ, & subdit nihil esse curandum de assertionibus articulorum Parisiensium, qui suo tempore fuerunt editi, qm̃ nihil habent roboris. Deniq; Abulensis docet expresè hanc cõclusionem in cõmentarijs super Matth. c. 25. q. 656. & duabus sequentibus. Deinde probatur conclusio rõnibus. Primò ex Arist. lib. 2. de gnatione animalium c. 3. vbi docet, ꝙ secũdum ꝙ anima est magis vel minus pfecta, ita præparat corpus magis vel minus perfectum, ergo sentit Aristo. quòd aĩa in seipsa est magis vel minus perfecta, & non solum rõne corporis. Sed respõdent aduersarij, quòd Ari. loquebatur de animabus specie differentibus, videlicet, vegetatiua, sensitiua, & intellectiua. Sed hæc solutio non effugit difficultatem. Nam D. Th. in articulo ex hoc confirmat suam sníam, ꝙ si formæ inæquales secundum spẽm exigunt corpora perfectiora; consequens est, ꝙ qñ in individuo corpora sunt perfectiora, etiam aĩæ, quæ sunt forma illorũ corporum, sunt inæqualiter perfectę in seipsis perfectione individuali. Et confirmatur altero testimonio Arist. 2. de anima. c. 1. tex. 24. & 26. vbi docet, ꝙ anima est actus & forma corporis non cuiuslibet sine determine, sicut veteres Philosophi posuerunt, sed talis corporis ita dispositi vt proprius actus sit in propria materia. Vnde & lib. 3. de ani. c. 3. tex. 51. & duobus sequen. reprehendit Pythagoricos & alios veteres Philosophos, qui quanuis assererẽt animã esse in corpore, non tamen assignabant determinata corpora animalib. ergo sentit Arist. ꝙ illa anima in seipsa est perfectior, quæ determinatur ad informandam perfectiorem materiam. Secundo probatur. Anima ex sua natura ordinatur ad informandum corpus organicũ, ergo illa anima, quæ ex se ordinatur ad informandum corpus magis perfectũ, est in seipsa perfectior, quemadmodum ars, quæ imitatur naturam in quantum potest, ad nobiliorem operationem præparat nobiliorem materiam. Et confirmatur. Eadẽ actione, qua Deus producit istã animã vel illam in suis corporibus, posset producere illas extra corpus; sed dato casu, ꝙ non statim vnirentur corporibus, illa essent inæquales perfectione individuali in seipsis, propterea ꝙ haberẽt habitudinem substantialẽ ad corpora inæqualiter perfecta, ergo semp ex hac diuersa habitudine sunt inæqualiter perfectæ in seipsis. Tertio probat. Duo homines quãuis sint eiusdẽ speciei, differunt tamẽ perfectione individuali substantiali, ergo simi liter duæ animæ, &c. Consequentia tenet ex paritate rationis. Et probatur antecedens. Quoniam Petrus & Paulus sunt primæ substantiæ, quæ directe ponuntur in prædicamento, atque adeo perfectio individualis eorum est substantialis, & non accidentalis. Et confirmatur. Quoniam semper viget illud argumentum, quod Henricus neque potuit, neque voluit soluere, quòd ex opposita sententia sequeretur, ꝙ anima Christi secundum se non esset perfectior perfectione individuali substantiali, quam anima alterius hominis. Et quamuis autores contrariæ sententiæ concedant sequelam, asserentes animam Christi excedere animas aliorum hominũ in perfectionibus naturalib. q̃ sunt extrinsecę & accidentales, ꝟino, in oibus perfectionibus per-

pernaturalibus; tamen magis videtur decere dignitatem Christi, vt dicamus, quòd in tra eandem speciem anima Christi est individualiter substantialiter perfectior cæteris; quæ doctrina consonat aliquo pacto eã illo testimonio Sap. 8. Sortitus sum animam bonam. Quod testimonio D. Aug. li. 10. super Gen. ad literam. c. 18. exponit de Christo, quanuis non expresse asserat nostram sententiam. ¶ Quarta conclusio. Nõ est improbabilis illa prima sentẽtia, ꝙ vna anima est altera perfectior nõ intrinsecè, sed extrinsecè, & rõne dispositionum, quæ sunt in corpore. Hanc conclusionem statui suus in gratiam autorum, qui tenent primam sníam, & propter rõnes illorum principio factas. Et præterea probatur primo. Qm̃ si anima est perfectior substãtialiter, quæ vnitur corpori meliùs disposito, sequitur, ꝙ mutata corporis dispositione, aut perfectione sicut sæpè contingit, mutaret etiam illa perfectio animæ indiuidualis: consequens est falsum, ergo. ¶ Secũdò probatur. Sequitur ex opposita sníа, quòd nõ solum anima tõnalis, sed quælibet alia forma tam viuentium quam non viuentium erit perfectior altera in seipsa substantialiter, quæ actuat nobiliorem materiam, & melius dispositam. v. g. anima huius plãtæ erit perfectior, quam anima alterius, similiter anima huius equi vel huius ignis forma quam alterius, quia informat nobiliorem materiam, consequens videtur inducere maximum inconueniens. ergo. Sequela vero patet ex fundamento D. Th. in hoc art. ¶ Ad argumenta vero, quæ fecimus in 3. conclusione, posset responderi probabiliter, quòd solum probant vnam aĩam esse præstantiorem altera extrinsecè, aut ex eo quòd rõne dispositionum ipsius materiæ perfectius actuat illam, & conseruatur in ipsa, aut propterea quòd in ordine ad operationes melius se habet, quàm altera anima, eo quòd perfectius illas exercet per misterium corporis, quod est melius dispositum, & multò melius deseruit ipsi animæ. Cæterum illa argumenta non probãt quòd anima in seipsa & substantialiter sit perfectior.

His tñ non obstantibus prior sníа à nobis in 2. & 3. conclusione explicata vt multò probabilior, verior, & conformior doctrinæ D. Th. est amplectenda. Vnde ad primum in oppositũ ex locis D. Aug. respondetur, illa testimonia mendosè citari. Nã D. Augu. nihil prorsus tale affirmat, sed in li. 10. super Gen. explicans illud Sap. 8. Sortitus sum animam bonam: docet erroneum esse asserere, ꝙ aĩæ aliæ sunt bonæ, aliæ aũt malæ, antequam veniant ad corpora; ad cuius confirmationem adducit illud ad Rom. 6. Cum nondũ nati essent, vel quidquã boni aut mali egissent. Cæterum de perfectione naturali aĩarum, neq; verbum loquitur D. Aug. In secũdo loco solũ docet D. Aug. non ideo esse diuersam naturam aĩarum, propterea ꝙ habeãt diuersam voluntatem, & diuersa appetant successu temporis aliqñ bona, aliqñ vero mala; de diuersitate autem perfectionis naturalis, de qua est nostra quæstio, nihil prorsùs dicit. ¶ Ad secundũ respondetur, ꝙ Arist. ibi apertè loquit̃ de diuersa perfectione specifica eorum, quæ continent sub genere; hoc aũt certũ est, ꝙ perfectiones specificæ sunt inter se inæquales, negatur tã consequẽtia ꝙ sub spẽ nõ sint diuersę perfectiones individuales, de quibus tñ Arist. ibi nõ loquebatur, ppea ꝙ perfectiones individuales multiplicantur p accidẽs sub specie. Et preterea cõueniũt in vna natura specifica, quę vniuoca est ad illa inferiora nõ solũ logicè sed ẽt Physicè loquendo. Natura vero gñri cuiquãuis hẽat vniuocationẽ logicã in ordine ad naturas specificas, hẽt tñ æquiuocationẽ Physicã pp diuersas perfectiones specificas eorũ, q̃ cõtinentur sub gñe: & p hoc patet ad cõfirmationẽ. ¶ Ad tertiũ argumẽtũ, quod aduersarij putãt esse maximæ efficaciæ, tñdetur, ꝙ si attentè legissent in hoc articulo solutionẽ ad 3. D. Th. ipse adhibet egregiã solutionẽ, cuius doctrina in hoc cõsistit, ꝙ pfectio substãtialis est duplex. Altera est quidditatiua, & essentialis, q̃ desumitur ex principijs specificis, & ista sp est vniformis, ppea ꝙ sm doctrinã Arist. 8. Met. tex. 10. spẽs rerũ sunt sicut numeri, & quacunq; pfectione addita vel subtracta variat spẽs. Alia vero est individualis, quæ desumitur ex cõmẽsuratione ad materiã, & prouenit tñ ex principijs individualibus, & hæc perfectio, quanuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

varietur in indiuiduis, nunquã mutat natura specifica. Itaq, sicut in natura generica eadẽ est in diuersa specieb. q̃ distinguuntur p diuersas dñas: ita ẽt natura specifica eadẽ est in diuersis, q̃ distinguuntur penes diuersas conditiones indiuiduales. Vbi est aduertendũ, q̃ has perfectiones substãtiales indiuiduales non accipiunt animæ ex ipsis corporibus vel ex ordine ad corpora, sed Deus in sua creatione confert animab. illas inæquales perfectiones, q̃n ordinat illas ad corpora inequali dispositione disposita. Itaq, quemadmodũ materia, non est cã, sed est occasio vt anima, que creatur, sit hæc & non sit illa, ita ẽt non est cã, sed occasio, vt hæc anima creetur perfectior, q̃ illa; sicut benè notauit Caiet. sup. q. 76. art. 2. circa solutionem ad 2. & Ferr. in 2. cont. gen. c. 75. ¶ Ad quartum respondetur, q̃ solutio ibi assignata est vera, & eadẽ constat ex dictis in solutione ad 3. & ad replicã respondetur ita esse, q̃ Deus creat animam pp corpus actuandum & perficiẽdũ, quo pacto nullum est incõueniens illud, q̃ est in magis perfectum, ordinari ad minus pfectum. Cæterũ simpliciter loquendo ipsa materia est propter formã, tanquã propter finem & perfectionẽ propriã, & propterea disponitur ab agente magis vel minus pfectè, vt recipiat formam magis vel minus perfectè. Quam doctrinam optimis verbis explicat D. Thom. in q. de an. art. 8. ad 16.

¶ Ad quintum respondetur cõcedendo totum: q̃n illæ potentiæ fluunt ab ipsa anima simplici emanatione. Neq; hoc habet aliquod inconueniens, quẽadmodum ipsi aduersarij nullum reputãt inconueniens, q̃ intellectus & voluntas vnius hoĩs sit pfectior, quam alterius, perfectione exttinseca propter meliores sensitiuas vires.

¶ Ad sextum patet solutio ex dictis ad tertium. Ad confirmationem respondetur, q̃ si antecedens loquatur de perfectione naturali indiuidual animarum, falsum est & contra Arist. & D. Tho. Si vero loquatur de bonitate vel perfectione morali aut im perfectione, quæ sit per virtutes aut vitia, verum est antecedens: & in eo sensu loquebatur D. August. Probat. n. in loco citato, q̃ homines quannis habeant corpora terrestria, meliores sunt, quàm dæmones, A qui dicuntur habere corpora aerea: sed in hoc sensu argumentum non militat contra nostram conclusionem. ¶ Ad argumenta, quæ fecimus pro quarta conclusione respondetur facile. Ad primum respondetur, q̃ per transmutationes, quæ postea fiunt in corpore humano successu temporis, quod nũquã in eodem statu permanet, sine dubio ẽt ipsa anima variat accidentaliter & extrinsecè, & per quandã redundantiam, sed ipsas dispositionis respicit anima solùm per accidens. Aliæ vero sunt dispositiones, quæ per se perficiunt corpus B ad hoc vt sit susceptiuum proprium & proportionatum tali animæ, & has dispositiones attendit Deus à principio, vt secũdum earum proportionem producat animã magis vel minus perfectam indiuidualiter, quæ perfectio inuariabiliter manet in ipsa anima, cum sit intrinseca, & substantialis, quod etiam Caieta. docuit in fine huius articuli. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ secundum fundamenta Di. Tho. in corpore C articuli, & in solutione ad 3. ita necessario est asserendum, q̃ quæcunq; forma substãtialis siue in viuentibus siue in non viuentibus, quæ ex sua natura ordinatur ad informandam materiam melius dispositam, est perfectior in seipsa indiuidualiter. Neque hoc reputamus aliquod inconueniens in Philosophia, sed potius ita necessario asserendum. Consulto autem diximus de formis substantialibus; quoniã de accidentalibus alia ratio est. Illa. n. forma accidentalis est perfectior accidentaliter, quæ fuerit magis intensa & radicata in subiecto, sicut D. Thom. docet in 2. 2. q. 24. arti. 4. ad tertium, quod tamen non est præsentis disputationis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm intellectus per prius intelligat indiuisibile quam diuisibile.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus per 3. de Anima prius intelligat indiuisibile quã diuisibile. Dicit. n. Aristot. in * 1. 11. Phys. quòd intelligimus & scimus ex principiorum & elementorum cognitione. Sed in- * vide. 2. diuisi-

bilia sunt principia & elementa diuisibilium. Ergo per prius sunt nobis nota indiuisibilia, quam diuisibilia.

¶ 2 Præterea. Id quod ponitur in diffinitione alicuius per prius cognoscitur à nobis: quia diffinitio est ex prioribus et notioribus, vt dicitur in * 6. Topic. Sed indiuisibile ponitur in diffinitione diuisibilis, sicut punctum in diffinitione lineæ. Linea. n. vt Euclides dicit, * est longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta. Et vnitas ponitur in diffinitione numeri quia numerus est multitudo mensurata per vnum, vt dicitur in * 10. Met. Ergo intellectus noster per prius intelligit indiuisibile quam diuisibile.

¶ 3 Præterea. Simile simili cognoscitur, sed indiuisibile est magis simile intellectui q̃ diuisibile, quia intellectus est simplex, vt dicitur in † 3. de Anima. Ergo intellectus noster prius cognoscit indiuisibile.

SED contrà est, quod dicitur in * 3. de Anima, q̃ indiuisibile monstratur sicut priuatio. Sed priuatio per posterius cognoscitur. Ergo & indiuisibile.

RESPONDEO dicendum, quod obiectum intellectus nostri secũdũ præsentẽ statũ est quidditas rei materialis, quã à phantasmatibus abstrahit, vt ex præmissis patet. * Et quia id quod est primo & per se cognitum à virtute cognoscitiua, est propriũ eius obiectum: considerari potest quo ordine indiuisibile intelligatur à nobis ex eius habitudine ad huiusmodi quidditatem. Dicitur autẽ indiuisibile tripliciter, vt dicitur in * 3. de Ani ma. Vno modo sicut cõtinuũ est indiuisibile: quia est indiuisum in actu, licet sit diuisibile in potentia. Et hmõi indiuisibile per prius est intellectũ à nobis quã eius diuisio, quæ est in partes: quia cognitio confusa est prior quã distincta, vt dictũ est. * Alio modo dicitur indiuisibile secundum speciẽ, sicut ratio hominis est quoddã indiuisibile. Et hoc etiam modo indiuisibile est prius intellectũ q̃ diuisio eius in partes vniuersales, vt sup. dictum est. * Et ite rum prius q̃ intellectus cõponat & diuidat affirmando, vel negando. Et huius ratio est: quia hmõi duplex indiuisibile intellectus secundum se intelligit, sicut propriũ obiectum. Tertio modo dicitur indiuisibile quod est omnino indiuisibile, vt punctus & vnitas: quæ nec actu nec potentia diuiduntur. Et huiusmodi indiuisibile per posterius cognoscitur per priuationẽ diuisibilis. Vnde punctum priuatiuè diffinitur. Punctũ est cui pars nõ est. Et similiter ratio vnius est q̃ sit indiuisibile, vt dicitur in x. Met. Et huius ratio est, quia tale indiuisibile habet quandã oppositionem adrẽ corporalem: cuius quidditatẽ primo & per se intellectus accipit. Si autem intellectus noster intelligeret per participationẽ indiuisibilũ separatorum, vt Platonici posuerunt: sequeretur q̃ indiuisibile huiusmodi esset primo intellectum, quia secundum Platonem priora prius participantur à rebus.

AD primũ ergo dicendũ, q̃ in accipiẽdo scientiã nõ semper principia et elemẽta sunt priora: quia quãdoq; ex effectibus sensibilib. deuenimus in cognitionem principiorũ & causarũ intelligibilium. Sed in cõplemento scientiæ semper scientia effectuũ dependet ex cognitione principiorũ & elementorum, quia vt ibidem dicit Philosophus, * tunc opinamur nos scire cũ principia possumus i causas resoluere. Loco citato in argu.

AD secundũ dicendũ, q̃ punctum nõ ponitur in diffinitione lineæ cõiter sumptæ. Manifestũ est. n. q̃ in linea infinita & ẽt in circulari non est punctũ nisi potentia. Sed Euclides diffinit lineã finitã rectam. Et ideo posuit punctũ in diffinitione lineæ, sicut terminum in diffinitione terminati. Vnitas verò est mensura numeri. Et ideo ponitur in diffinitione numeri mensurati, nũ aũt ponitur in diffinitione diuisibilis, sed magis econuerso.

AD tertium dicendum, q̃ similitudo, per quam intelligimus, est species cogniti in cognoscente. Et ideo non secundum similitudinem naturæ ad potentiam cognoscitiuam est aliquid prius cognitum, sed per cõuenientiam ad obiectum: alioquin magis visus cognosceret auditum quàm colorem.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Indiuisibile, qđ est sicut continuum vel indiuisibile secundum speciem, prius intelligitur, quam eius diuisio in partes.

¶ Secunda conclusio. Indiuisibile omnino sicut punctus vel vnitas intelligitur per posterius & per priuationem diuisibilis.

COMMENTARIVM.

DOctrina huius articuli continet egregia commentaria Arist.in 3.de Ani.c. 6.tex.28.& duob.seq.vbi de eadem tetrac. & circa secundam conclusionem esset disputandum.Quo pacto cognoscantur priuationes ab intellectu. Sed de hac re iam dictum est sup.q.14.ar.10. & Ferr. optimè in 3.cont.gen.c.71.& Sonc. 2.Metap.q.16.

QVAESTIO LXXXVI.
Quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat.

DEINDE considerandum est quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrùm intellectus noster cognoscat singularia.

432 4.di.50. q.1.ar.3 Et vertit. q.5.ar.6 to.20. & quol.12. ar.12. & opuf.24 c.1.& 2. & 3. lli.1.Phy. text.49. to.2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectus noster cognoscat singularia. Quicunque.n.cognoscit compositionē, cognoscit extrema compositionis: sed intellectus qō. 6. noster cognoscit hanc compositionem, Sortes est homo. Eius.n.est propositionem formare. & de 2- Ergo intellectus noster cognoscit hoc singula nima,ar re quod est Sortes.

¶ 2 Præterea. Intellectus practicus dirigit ad agēdum. Sed actus sunt circa singularia. Ergo cognoscit singularia.

¶ 3 Præterea. Intellectus noster intelligit seipsum. Ipse autem est quoddam singulare. Et 3. de Anim. lect. 8. co. 2. Alioquin nō haberet aliquem actum. Actus enim singularium sunt. Ergo intellectus noster cognoscit singularia.

¶ 4 Præterea. Quicquid potest virtus inferior, potest superior. Sed sensus cognoscit singulare. Ergo multo magis intellectus.

SED contra est quod dicit Arist.in * 1. Physic. q̄ vniuersale secundum rationem est notum, singulare autem secundum sensum.

RESPONDEO dicendum, quòd singulare in rebus materialibus intellectus noster directè & primo cognoscere non pōt. Cuius ratio est: quia principium singularitatis in rebus materialibus est materia individualis: intellectus autem noster, sicut supra dictum est,* intelligit abstrahendo speciem intelligibilē ab huiusmodi materia. Quòd autem à materia individuali abstrahitur, est vniuersale. Vnde intellectus noster directè non est cognoscitiuus nisi vniuersalium. Indirectè autē & quasi per quandā reflexionē potest cognoscere singulare. Quia sicut supra dictum est,* etiam postquam species intelligibiles abstraxerit: non potest secundum eum actū intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata, in quibus species intelligibiles intelligit, vt dicitur in * 3.de Ani. Sic igitur, cum vniuersale per speciem intelligibilem directè intelligit, indirectè autem singularia, quorum sunt phantasmata. Et hoc modo formatur hanc propositionem, Sortes est homō. Vnde patet solutio ad Primum.

AD secundum dicendū, q̄ electio particularis operabilis est quasi conclusio syllogismi intellectus practici, vt dicitur in * 7. Eth. Ex vniuersali autem propositione directe nō potest concludi singularis, nisi mediante aliqua singulari propositione assumpta. Vnde vniuersalis ratio intellectus practici nō mouet nisi mediante particulari apprehensione sensitiua partis, vt dicitur in * 3. de anima.

AD tertium dicendum, q̄ singulare non repugnat intelligenti inquantum est singulare, sed inquantum est materiale: quia nihil intelligitur nisi immaterialiter. Et ideo, si sit aliquod singulare & immateriale, sicut est intellectus, hoc non repugnat intelligibi.

AD quartum dicendum, q̄ virtus superior pōt illud quod virtus inferior, sed eminentiori modo. Vnde id quod cognoscit sensus materialiter & concretè (q̄ est cognoscere singulare directè) hoc cognoscit intellectus immaterialiter & abstractè, quod est cognoscere vniuersale.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo in hoc articulo eius conclusionem. Vtrùm intellectus noster directè possit cognoscere singularia.

¶Pro

¶Pro parte affirmatiua arguitur primo. Intellectus incipit cognoscere, vbi desinit sensus; sed sensus desinit in cognitione rei singularis, ergo. Maior probatur. Qm̄ aliàs potentia intellectiua & sensitiua non continuarētur, si non daretur aliqd obiectum cōe vtriq; , quēadmodum partes lineæ nō continuarentur, si non terminarentur eodē puncto. ¶Secūdò. Singulare mouet intellectū primo & per se, ergo primo & per se intelligitur. Antecedens probatur. Qm̄ oēs actiones sunt singulariū & nō vniuersaliū. Vt docet Ari.7.Met.tex.26. ¶Tertio. Obiectum intellectus necessario præcedit actū eius, sed ante operationē intellectus nihil est in rebus nisi singulare, ergo primo intelligitur. Minor patet ex Ari.de ani.tex. 8. vbi docet, q̄ vniuersale aut nihil est aut posterius est. ¶Quarto. Intellectus abstrahit vniuersale à singularibus, ergo primo cognoscit singulare. Quia non abstrahit vniuersale ab his, quæ non cognoscit.

¶Quinto. Species intelligibilis prius repræsentat singulare, quā vniuersale, ergo primo cognoscit singulare directè. Consequētia est nota. Et antecedens probat. Effectus primo & per se repræsentat suam cām, sed phantasmata sunt causæ speciei intelligibilis, vt explicatum est q.79.artic. 3. ergo. ¶Sexto. Sequitur, q̄ nulla potentia cognoscat singulare per se: consequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Potentia sensitiua non cognoscit nisi sola accidentia, vt D.Tho. fatetur sup.q.57.art.1.ad 2. ergo si intellectus non cognoscit per se hanc substantiam singularem, nulla potentia illam iam cognoscit. ¶Septimò. Intellectus noster cognoscit & iudicat differentiam inter Petrum & hominem, ergo vtrunq; cognoscit per se. Probatur consequentia. Quoniā ideo Arist.in 2 de Anima tex. 145. & 146. docet, q̄ sensus cōis, qui iudicat differentiam albi & dulcis, necessario debet cognoscere vtrunque. Et cōfirmatur. Intellectus corrigit sensum circa singularia, ergo per se & directè cognoscit illa. Antecedens patet. Quoniam visus iudicat solem habere quantitatem pedalem; intellectus verò corrigens iudicat esse maiorem tota terra. ¶Octauo. Intellectus practicus, & prudentia, & ars, quæ sunt habitus ipsius, versantur circa singularia, ergo signum est, quòd intellectus per se cognoscit singulare tanquam obiectum suum. Hoc argumento maximè trahuntur ad asserendum contra Diuum Thomam quidam iuniores, inter quos aliqui tenent mediam quandam opinionem. Distinguunt enim de intellectu speculatiuo & practico, & de intellectu speculatiuo fatentur cum D. Thom. quòd intelligit vniuersale directè, singulare verò indirectè: at verò de intellectu practico tenet contra D.Tho. quòd intelligit singulare directè.

IN hac quæstione Durand. in prima distinctio.3.parte 2. quæstione quinta. & apertius in 2. distinct.3. quæstione 7. sicut negat intellectum agentem, & species intelligibiles, ita etiam tenet, quòd phantasmata immediatè mouent intellectum, ac subinde quòd intellectus immediatè primo & directè cognoscit singularia. Scotus in hac re lubricè loquitur. Nam in prima distinct.3.quæstio. 7.sub dubio loquitur; cæterum in quarta distinc. 45. quæst. 6.articu.2.apertè docet, quòd intellectus cognoscit directè singularia: quanuis in 7. Metaph. quæstione 15. expresse tenet, q̄ intellectus noster cognoscit singularia per reflexionem. Gregorius vero Ariminensis in prima distinct.2.quæstio 3. articu.2. & 3. expresse tenet, quòd intellectus noster directè cognoscit singularia. Idem etiam tenet Gabriel. in eadem distinct. 3. quæst. 7. Sententiam D. Thomæ quam docet in hoc articulo & aliis locis, quæ postea citabimus; quòd intellectus noster pro isto statu non cognoscit directè nisi vniuersalia; singularia verò tantum per reflexionem; docuit etiam Henricus quodlibeto quarto quæstione 11. & Ægydius in 2. distinctione 3. in tractatu de cognitione angelorum quæstione quarta: & in alio speciali tractatu de cognitione angelorum quæstione 9. & Abulen. super Matth. capi. 25. quæstione 617. & vniuersa Schola discipulorum D. Thomę, inter quos Capreolus in prima distinctione 35. quæstione 2. arti. primo. contra quartam conclusionem, & in secunda distinctio. 3. quæst 2. contra octauam cōclusionem, adducit plura argumenta aduersariorum & soluit.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD huius dubij explicationem sit. Prima conclusio. Nullo modo potest negari, quòd intellectus noster cognoscat singularia per suam intellectionem, siue illa cognoscat directè siue reflexè. Ista conclusio asseritur contra quosdam autores qui negant intellectum nostrum attingere singularia per suam propriam actionē, sed per actionem potentiæ sensitiuæ, à qua sententia, vt quibusdam placet, non longe discedit Caietanus. Sed nostra conclusio. Probatur primo ex communi ferè omnium sententia, qui ita sentiunt, quòd intellectus sua actione cognoscit singularia, quanuis in modo explicandi non omnes conueniant. Secundò probatur. Sicut D. Thomas concedit in hoc articulo, intellectus formant hanc propositionem; Socrates non est Plato, ergo distinctè cognoscit illa singularia. Probatur consequētia. Qm̄ si intellectus non cognosceret distinctè illa singularia, aperte sequitur, ꝙ illa propositio mentalis non esset singularis. Tertio probatur. Intellectus imponit nomina propria & distincta singularibus rebus, sicut Genes. 2. constat fecisse primū hominem, qui imposuit nomina rebus, hoc autem non potest fieri per potentiam sensitiuam, ergo intellectus distinctè cognoscit singularia. Quarto probat. Actus potentiæ cogitatiuæ est quoddam singulare, & plures cognoscitur ab intellectu, quando aduertit homo se cogitare, ergo. Probatur antecedens. Quoniam cogitatiua, cum sit potentia sensitiua, non potest reflecti supra seipsam, vt cognoscat suum actum, vt diximus q. 78. art. 4.

¶Quod si quis obijciat contra hanc conclusionem Aristotelem in 1. Physicorum c. 5. text. 49. & in 2. de Anima c. 5. text. 60. vbi docet, q̄ sensus est singularium, intellectus vero & scientia est vniuersalium, ergo sentit Aristoteles, quòd singularia solo sensu attinguntur. Ad hoc respondetur dupliciter. Primo, quòd Aristoteles loquebatur de cognitione directa & immediata, sic enim sensus fertur in singularia: intellectus vero fertur solū in vniuersalia. Qm̄ singulare est obiectum proprium, & proportionatū potentiæ sensitiuæ, vniuersale vero est obiectum propriū & proportionatū intellectus: quælibet autē potentia fertur directè in suum proprium obiectū. ¶Secundo respondetur, q̄ Aristoteles in illis locis voluit assignare discrimen inter intellectum, & sensum, q̄ sensus versātur circa singulare, ita q̄ non attingit vniuersale, intellectus vero attingit vniuersale, nunquam tamen negat Aristoteles quòd etiam attingat singularia. Et hæc secūda solutio placet multis viris doctis, inter quos est vnus D. Bonauentura in 2. d. 3. par. 1. arti. 2. q. 2. ad penultimum argumentum.

¶Secunda conclusio. Intellectus noster pro isto statu non potest directè intelligere singularia. Ista conclusio asseritur contra omnes autores primæ sententiæ, & probatur primo ratione D. Tho. in articulo, quæ est omnium optima. Intellectus noster intelligit per species abstractas à singularibus, vt ostensum est q. 85. art. 1. ergo per illas species non potest directè cognoscere singulare. Probatur consequentia. Quoniam illæ species abstractę nō repręsentant singularia, sed solum naturas vniuersales. Quod autem intellectus noster non possit intelligere per species singulares in ipso receptas, vt quidam opinantur, ostendemus manifeste dubio 3. sequenti. ¶Secundo probatur. Obiectū proprium & immediatum intellectus nostri est quidditas rei materialis, vt probatum est q. 84. art. 7. dubio 1. sed potentia nihil cognoscit directè nisi cōtineatur sub obiecto suo immediato, ergo intellectus non cognoscit, &c. ¶Tertio probatur. Singulare materiale non potest immediatè mouere intellectum & directe, ergo nec potest directè intelligi. Probatur consequentia. Qm̄ illud, quod directe intelligitur, directe etiam mouet intellectum: vt ipse Durandus fatetur. Antecedēs vero probatur. Singulare materiale non pōt habere propriā speciē in intellectu possibili, vt ostēdemus dub. 3. ergo nec potest directe mouere intellectū. ¶Quarto probatur ex illis locis Aristot. antea citatis 1. Physi. & 2. de Anima vbi asserit intellectum esse vniuersalium, sensum vero singularium: quorū legitimam intelligentiam esse dicimus referēdo illa ad cognitionē directā & immediatam.

¶Tertia conclusio. Intellectus noster cognoscit singularia indirectè & per quandam reflexionem. Probatur primo à sufficienti diuisione. Intellectus noster cognoscit singularia, vt patet ex prima conclusione, & non cognoscit illa directè, vt patet ex secunda conclusione, ergo cognoscit illa indirectè & reflexe. Probatur consequentia. Qm̄ non datur alius modus cognoscendi obiectum nisi aut directè aut indirectè. Secūdo probatur. Sicut docet D. Tho. in 1. cont. gent. c. 48. & explicat optimè Ferr. intellectus non potest cognoscere directè nisi illud, quod directè repræsentatur per speciem, quā in se habet; sed species intelligibilis, quæ est in intellectu possibili, non potest directè repræsentare singularia, ergo. Probatur minor. Qm̄ illa species est abstracta siue denudata à singulatibus, ac subinde non potest directè repræsentare illa. ¶Tertio probatur ex Arist. 3. de Anima capite. 4. text. 10. vbi docet, q̄ intellectus cognoscit quidditatem carnis in individuo existentem reflexione quadā supra seipsum, sicut quando linea fuerit flexa supra seipsam ex quo loco grauissimi interpretes Aristo. colligunt hanc conclusionem In primis colligit D. Tho. super illum locum lectione 8. & Ægydius in dubio quodam circa text. 10. & ante illos Albertus Magnus 3. de Anima tract. 2. c. 16. & plures alij ex recentioribus: imo vero ipse Scotus in 7. Metaphy. quæst. 15. expresse docet ex hoc textu colligi, quòd intellectus cognoscit singularia per reflexionē. Verum est tamen, quòd Gregorius Arimiensis in illa quæst. 3. citata articulo 2. & quidam alij sectatores primæ opinionis non admittunt hanc interpretationem Aristotelis, sed tamen non sunt nobis omnia in certamen vocanda.

SEd difficultas est non parua inter discipulos D. Tho. quid sit intellectum cognoscere singularia per reflexionem? Sunt enim varij modi explicandi D. Tho. primus est, quem adhibet Caietanus in articulo. Qui docet, quòd idcirco singulare cognoscitur indirectè & per reflexionem, quoniam cognoscitur non per proprium conceptum, sed mediante conceptu naturæ specificę & argumentatiuè. Sed hæc doctrina differenda est à nobis postea dub. 2. an habeat aliquid veritatis.

¶Secundus modus est; quem insinuat Magister Soto in 1. Physi. q. 2. ar. 2. ad argumenta Durandi, quòd intellectus cognoscit singulare indirectè & per reflexionē, quoniam cognoscit illud non per propriā speciem, sed per speciem naturæ vniuersalis, quæ species determinatur à phantasmate ad repræsentandum hoc singulare, quod est repræsentare illud per reflexionē quandam intellectus supra ipsum phantasma, in quo phantasmatē, intellectus contemplatur ipsum singulare. Et hic modus explicandi videtur consonus cum D. Th. in hoc articulo, qui solùm per conuersionem ad phantasmata explicat reflexionem istam, & placet hic modus explicandi alijs recentioribus.

¶Tertius modus explicandi est, quem habet Capreolus in primo vbi supra ex doctrina D. Thomę de veritate quæst. 10. ar. 5. q̄ quæst. de Anima art. 20. in solutione ad primum secundo loco; q̄ ista reflexio fit hoc pacto. Intellectus noster primo cognoscit directè naturam vniuersalem repræsentatam per speciem, quam in se habet. Secūdo reflectitur supra se & cognoscit actum suum. Tertio. Cognoscit speciē intelligibilem, quæ est principium illius actus. Quarto. Cognoscit phantasma, à quo accipit illam per speciem; quinto denique; cognoscit singulare, à quo illud phantasma causatum est, quæ omnia cognoscit noster intellectus per vnam speciē cōuertendo se ad phātasmata. Istas reflexiones, quoniā pauci intelligunt in suis actibus, nō bene percipiunt hanc doctrinā. D. Th. Quam tamen non solus Capreolus adhibet, sed etiam Ferrar. in 1. cont. gent. c. 65. circa octauam rationem in respōsione ad tertium dubium, & Iauellus 7. Metaphysi. q. 16. qui adducit alterum locum expressum D. Tho. in q. 2. de verit. ar. 6. Existimo autem ego hunc tertium modum dicendi non aduersari secundo; sed potius esse explicationem illius.

VNde ad primum argumentum respōdetur primo, quòd intellectus possibilis non incipit ab eodem, in quo desinit sensus; sed à quodam illi proximo, nempè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pè, ab vniuersali abstracto à sensibilibus. A Et ad probationem respondetur, quòd ad continuationem potentiæ intellectiuæ cũ sensitiua, satis est quòd inter vniuersale & singulare nullum sit âliud medium cognoscibile, quapropter exemplum de cõtinuitate lineæ non est omnino simile. Secundo respondetur, quòd actio intellectus agentis incipit ab eo, in quo desinit sensus & terminatur in abstractione speciei intelligibilis, à qua specie incipit intellectus possibilis; & in hoc sensu saluatur continuatio inter intellectum & sensum. ¶Ad secundum respondetur, quòd mouere potentias contingit dupliciter (sicut D.Tho. docet quæst.82.art.4.& latius explicatum est à nobis quæst.80.art.2.) aut effectiuè aut obiectiuè. Et quidem species intelligibilis & intellectus agens, quæ sunt singularia in essendo, mouent effectiuè intellectum possibilem, sed ista non sunt quę primo & per se cognoscuntur ab intellectu, sed per reflexionem, vt supra diximus. At, C vero obiectum intellectus, quod est vniuersale, mouet ipsum intellectum obiectiue & formaliter, ac subinde istud obiectũ est, quod primo & per se intellectus intelligit, quod nõ oportet vt sit singulare, quin potius debet esse vniuersale, vt sit proportio inter speciem intellectus & obiectum. Proportio inter speciẽ intellectus & obiectum. Propositio vero Arist. adducta ex 7. Metaphysic. solum habet verum in his, quæ mouent effectiuè, non autem in his, D quæ mouent obiectiuè ¶Ad tertium argumentum respondetur, ꝙ obiectum potest cõparari, & ad potentiam actiuã & ad potentiam passiuã. Si cõparetur ad potentiã actiuam; falsum est, ꝙ obiectum præcedat actũ potentię; artificiatum enim quod est obiectum artis nõ præcedit operationẽ artificis, sed potius per illam fabricatur. Si vero comparetur ad potẽtiã passiuam, ita res habet, quod obiectum præcedit actum potentiæ saltim prioritate naturæ. Sicut E color præcedit actum potentiæ visiuæ. In proposito aũt nostro, sicut ostensum est q. 79.art.2. & 3. intellectus agens est potentia actiua cuius proprius actus est efficere vniuersale obiectiuè in actu, producendo speciẽ intelligibilem in intellectu possibili, qui est potentia passiua, & illud vniuersale in actu fit per intellectũ agentẽ, quod est proprium obiectum intellectus possibilis, & præcedit operationem ipsius. Vnde ad argumentum Durandi in forma respondetur, ꝙ obiectum intellectus possibilis est vniuersale in actu fabricatum per intellectum agentem, quod semper præcedit operationem ipsius intellectus possibilis, & illud est quod primo & directè cognoscitur. Fauet huic solutioni Capreolus B in 2.vbi supra, & Caiet. libro de ente & essentia cap.4.quæst. 7. ad secundum Scoti. Durandus vero lapsus est & deceptus hoc argumẽto, quoniam negauit intellectum agentem. ¶Ad quartum argumentum respondetur negando consequentiam. Nam enim oportet, vt qui per cognitionem abstrahit vnum ab altero, cognoscat illud, a quo abstrahit ipsum cognitum, sicut visus abstrahit colorem lactis à dulcedine ipsius, & tamen nõ cognoscit dulcedinẽ, C & cogitatiua abstrahit species non sensatas à sensatis speciebus, & tamen nõ oportet ꝙ semper cognoscat ipsas intentiones sensatas, imo vero si recte consideret quid est abstrahere vnum ab altero per simplicem cognitionem, nihil aliud est quã considerare vnum non considerando alterũ, & huic solutioni fauet aperte D.Tho. in q. 80.ar.1.in solutione ad primum.

¶Ad quintum argumentum respondetur primo, ꝙ quando effectus producetus ab aliqua causa est institutus sua natura ad repræsentandum aliud tanquam propria imago vel similitudo ipsius, nõ oportet, ꝙ primo repræsentet suã causam quã illud alterum quod est imago. v.g. imago regis producta ab artifice, prius repræsentat ipsum regẽ cuius est imago, quam artificem à quo producta est, similiter conceptus mentis qui est imago naturæ humanæ, prius repræsentat ipsam naturã humanam quam intellectũ à quo producetus est. Eodem pacto dicimus, ꝙ quãus phantasma singulare, produxerit speciẽ intelligibilẽ in intellectu possibili, illa species prius repræsentat naturã cuius est imago impressa, quam ipsum phãtasma à quo producta est. ¶Secundo respondetur, ꝙ quamuis D.Tho. & omnes Philosophi asserunt, ꝙ

ꝙ effectus repræsentat suam causam, hoc A debet intelligi de causa principali, quę operatur per propriã formã & virtutẽ: nõ aũt de eã instrumentali quę agit solùm virtute & motione principalis agentis. Ostensum est autem in illa q.79.art.3. ꝙ in productione speciei intelligibilis intellectus agens est causa principalis; phantasma vero solum est eã instrumentalis, concurrens ad productionẽ illius speciei virtute intellectus agentis. Quapropter si quid probat argumẽtum, tantùm probat, quòd illa spe B cies repræsentat ipsum intellectum agentem, sicut effectus suam causam. Non aũt probat ꝙ repræsenter prius ipsum phantasma. ¶Ad sextum argumentum respondetur primo, ꝙ sicut Caiet. concedit in hoc articu. & Ferrar. in 1.cont.gent.ca.65. cogitatiua hominis sufficiens est ad cognoscendum hanc substantiã in particulari, & secundum ꝙ hæc substantia est. Et ad probationem respondetur, ꝙ quando D.Th. dixit ꝙ potentia sensitiua solum attingit accidentia, debet intelligi de potentia putè sensitiua. Cæterum cogitatiua hominis vt explicatum est quæst. 78.articu.4. participat aliqd rationis & eleuatur ad operationem altiorem quam non attingit extimatiua brutorum, quapropter solet vocari ratio particularis. ¶Secundo respondetur, ꝙ et si admittamus cogitatiuam hominis nõ cognoscere distincte hanc substantiam sm quod hęc substantia est, satis est ꝙ intellectus noster per actionem reflexam, cognoscat illam distincte. Multa, n. sunt alia quę noster intellectus sm præsentem statũ nõ põt distincte cognoscere nisi per actum reflexum vt ostendemus qõ 78. ¶Ad septimum respondetur, ꝙ vt intellectus noster cognoscat differentiam quæ versatur inter vniuersale & particulare, satis est ꝙ cognoscat vniuersale directe & singulare reflexe, & in hoc sensu habet vim argumẽtum quod desumitur ex illo exemplo Aristote. aliàs aũt non currit illa similitudo. Quo- E niam sensus cõis habet pro obiecto ꝓprio & immediato ipsa sensibilia particularia, intellectus vero non habet pro obiecto ꝓprio & immediato singulare sed vniuersale. Eodem mõ respondet ad confirmationẽ, ꝙ vt intellectus corrigat sensum circa cognitionem singularis, satis est quod singulare cognoscatur ab intellectu per reflexionem quamuis à sensu cognoscatur directe. ¶Ad octauum argumentum respondetur, ꝙ autores illius opinionis, debuissent attente considerare solutionem illius quæstionis quam adhibet Di.Tho. in hoc art.ad 2.& in 2.2.q.47.art.3.ad primum, ex quibus locis intelligitur, ꝙ et intellectus practicus directe tantum cognoscit universalia, particularia vero cognoscit per quandam applicationem vel reflexionem aut ministerio virtutis cogitatiuę. Vnde in eadem.2.2.q.49.arti.2. ad primum docet, ꝙ ratio prudentiæ procedit ex duplici intellectu, quorum vnus est cognoscitiuus vniuersalium, qui est virtus intellectualis, alius vero cognoscitiuus particulariũ qui dicit cogitatiua, vel ratio particularis, iuxta quam doctrinam non habet probabilitatem illa opinio media quam supra retulimus ꝙ intellectus speculatiuus non cognoscit directe particularia, intellectus vero practicus directe illa cognoscit. Nam intellectus speculatiuus & practicus eadẽ omnino potentia sunt realiter, vt ostẽsum est quæst.79.art.11.ergo si obiectum proprium & immediatum speculatiui intellectus est vniuersale, idem est etiam obiectum intellectus practici, & ex cõsequenti in modo cognoscendi directe aut reflexe non differunt.

DVbitatur secundò. Vtrùm intellectus quando cognoscit singulare per reflexionẽ, ita cognoscat illud vt formet proprium & distinctum conceptum ipsius. ¶Pro parte negatiua arguitur primo. Conceptus proprius & distinctus alicuius rei, petit etiam speciem propriam illius. Nam species necessaria est ad formandum conceptum, sed in intellectu non potest esse propria species rei singularis, vt patebit dubio 3. ergo neque conceptus. Probatur consequentia. Quoniam æqua ratio videtur esse de specie & de conceptu.

¶Secundo arguitur. Cogitatiua sufficienter cognoscit res singulares cum sit quædam ratio particularis, ergo superfluè poneretur in intellectu proprius conceptus rei singularis. Et confirmatur. Propterea dictum est q.84.artu.7. ꝙ intellectus indiget con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuersione ad phantasmata, quia nõ potest per se ipsum cognoscere rem singularem, ergo neque habet proprium conceptum illius.

¶Tertio D.Tho. in arti. ad tertium, insinuat, quòd singulare materiale, solùm cognoscitur per sensum, & deinde in solutione ad quartum, q intellectus cognoscit singularia altiori modo, videlicet, cognoscendo naturam vniuersalem, & in pluribus aliis locis ex super citatis absolutè docet, quòd intellectus noster non cognoscit singularia, ergo intelligit quòd nõ habet proprium actum & conceptum illorum.

¶Vltimo. Nulla potentia cognoscitiua habet proprium actum & conceptum nisi illius, quod continetur in obiecto immediato ipsius; sed singulare non pertinet ad proprium, & immediatum obiectum intellectus, quod est quidditas rei materialis, ergo.

IN hoc dubio Caieta. in hoc artic. & supra quæst. 80. artic. 2. habet sententiam particularem, & dicit duo. Primo dicit, q intellectus noster nunquam habet conceptum proprium & distinctum rei singularis materialis. Secunda dicit, quod intellectus noster cognoscit singulare in confuso & arguitiue, sicut nos cognoscimus sapientiam diuinam, non per propriam speciem & conceptum, cognoscẽdo quid sit, sed cognoscendo quòd sit, arguitiuè iudicamus ex sensibilibus Dei sapientiam. Probat hoc Caiet. Quoniam D.Tho. docet, q intellectus cognoscit singulare, sed non cognoscit illud proprio conceptu, vt probatum est, ergo cognoscit illud in conceptu alterius.

¶Ex his infert Caietan. quòd per istam cognitionẽ format noster intellectus hanc propositionem, Socrates est homo, & potest iudicare & assignare differentiam inter vniuersale & singulare. Hanc doctrinam Caietani sequuti sunt quidam alij ex recentioribus: imò vero Capreolus in 1.d. 35. quæst. 2. ad argumenta contra quartã conclusionem, quamuis admittat vt probabile, quòd intellectus habeat proprium actum circa singulare (nihil tamen asserẽdo de proprio conceptu) probabilius existimat, quòd intellectus non attingit singulare per proprium actum, sed illud attingitur à potentia cogitatiua.

¶Oppositam tamen sententiam tenent plurimi autores ex supra citatis dubio 1. non solum qui tenent, quòd intellectus directe cognoscit singulare, sed etiam qui sequuntur D.Tho. quòd solum per reflexionem cognoscit singulare. Inter quos vnus est Ferrar. 1. contra gent. c. 65. circa octauã rationem in solutione ad tertium dubiũ.

¶Iuxta quam sententiam ad hoc dubiũ est vnica conclusio. Intellectus noster quãdo reflexè cognoscit singulare, formar conceptu: proprium & distinctum illius. Probatur primo argumento, quod supra fecimus. Intellectus iudicat differentiam, quę versatur inter hominem & Petrum, ergo distinctè cognoscit illud singulare per reflexionem, sicut distinctè cognoscit hominem directè. Probatur consequentia. Quoniam sensus communis, qui cognoscit differentiam albi & dulcis, necessario debet cognoscere vtrumq; distinctè. Neque valet solutio Caietani, quòd illa cognitio rei singularis est in effuso & in alio, & non per proprium conceptum. Nam sicut docuit D. Tho. supra q. 84. artic. 8. ad rectè iudicandum de re aliqua, necessaria est non quæcunque cognitio, sed cognitio propria & distincta. Verum est tamen quòd Diuus Thom. in quæstione secunda. de verit. articulo sexto ad tertium, respondens huic argumento, dicit satis esse ad hoc, quòd intellectus iudicet illam differentiam, quòd ipse homo per intellectum cognoscat vniuersale & per cogitatiuam singulare. Nam propriè loquendo non est ipse intellectus, qui iudicat illam differẽtiam, sed homo. Quo testimonio maximè ducitur Capreolus in suam sententiam. Sed hæc solutio est difficilis intellectu, & iuxta illam non haberet efficaciam illa analogia Aristotelis de indicio sensus communis, qui iudicat differentiam inter sensibilia exteriora. Quapropter ipse D.Tho. postea quæstio. 10. de verit. art. 5. ad tertium, & in hoc argumento expresse docet, quòd illam propositionem Socrates est homo, formar ipse intellectus per actum proprium reflexum, ergo per illum actum formar cõceptum rei singularis.

singularis. ¶Secundo probatur specialiter contra Caietan. Intellectus noster per proprium actum (quamuis reflexè) cognoscit ipsum singulare, ergo formar proprium conceptum illius per talem actum. Antecedens concedit ipse Caiet. & probatũ est dubio primo. Consequentia vero probatur. Quoniam secundum doctrinam Diui Thomæ non datur aliqua intellectio circa obiecta exteriora, quæ non producat verbum, quod sit proprius terminus illius intellectionis, vt probatum est quæstio. 27. articulo 1.

¶Tertio probatur. Intellectus practicus est operatiuus rei singularis distinctè, & perfectè, vt patet in artificiatis, ergo etiã distinctè & exactè illud cognoscit. Probatur consequentia. Quoniam intellectus practicus non potest distincte operari, q non cognoscit distinctè. Et confirmatur. Prudẽtia est virtus in intellectu practico, quæ propriè uersatur circa singularia contingẽtia, ergo distinctè cognoscit illa, quãuis per reflexionem intellectus. Probatur consequẽtia. Quoniam quælibet virtus intellectualis distinctè attingit illa obiecta, circa quæ propriè versatur.

¶Quarto probat Ferrar. loco citato. D. Tho. in hoc articu. non loquitur de cognitione confusa singularium, sed de cognitione distincta & perfecta, & hanc dicit fieri per reflexionem intellectus, ergo nõ est explicandus de cognitione confusa. Et confirmatur. D. Thom. in hoc artic. concedit, quod illa cognitione reflexa formar intellectus hanc propositionem, Socrates est homo: sed illa cognitione confusa, quã assignat Caietanus non cognosceret intellectus, quòd Socrates quatenus Socrates est homo, sed quoddam indiuiduum indistinctè & vagè, ergo si debet cognosci Socrates, vt Socrates est & in sua singularitate, oportet, vt cognoscatur distinctè, & ex consequenti per proprium conceptum.

SEd pro solutione argumentorum Caietani, notandum est primo, quòd quamuis intellectus noster non possit in se habere speciem propriã rei singularis materialis, vt amplius patebit dubio 3. propterea quod ut D. Tho. dixit quæst. 85. artic. 2. species, quæ recipiuntur in intellectu nostro, omnes sunt abstractæ à singularibus; non tamen repugnat intellectui nostro habere conceptum proprium rei singularis. Cuius ratio est. Quoniam ea quæ cognoscit per reflexionem, non oportet vt abstrahantur ab hic & nunc & cæteris cõditionibus singularibus, & ex consequenti conceptus proprius, quo illa cognoscit, potest immediate repræsentare illas conditiones singulares.

¶Secundo notandum est, quòd quamuis intellectus noster sit immaterialis, nõ ideo excludit à seipso conceptum propriũ rei singularis, quoniam eiusmodi conceptus est etiam immaterialis in essendo: & quamuis repræsentet conditiones materiales, tamen repræsentat illas immaterialiter. Sicut species quæ est in intellectu angelico, & conceptus quem formar de aliqua quidditate materiali, nõ solum repræsentat ipsam quidditatem, sed etiam singularia materialia, quamuis immaterialiter, vt explicatum est q. 57. ar. 2.

AD primum argumentum respondetur negando maiorem. Nam conceptus proprius obiecti, non semper postulat propriam speciem illius nisi quando est conceptus quidditatiuus eiusdem obiecti, vt patebit in 3. dubio, & amplius patebit in quæst. 88. vbi ostendemus, quòd per species rerum sensibilium formamus conceptus proprios substantiarum separatarum, quamuis non quidditatiuos. Vnde colligitur quòd non est par ratio de propria specie & de proprio conceptu.

¶Ad secundum argumentum cum cõfirmatione respondetur, quòd cogitatiua cognoscit directe singularia, intellectus vero nõ cognoscit illa per actum directũ distinctè. Cæterum per actum reflexum distinctè illa cognoscit, quamuis ista cognitio non possit esse completa & perfecta nisi adsit simul conuersio ad ipsa phantasmata, quod Di. Thom. fatetur in hoc articu. & in locis citatis ex quæstionibus de veritate.

¶Ad tertium argumentum respõdetur quòd D. Tho. tam in solutione ad tertiũ, quàm ad quartum, apertè loquitur de cognitione directa intellectus nostri, sic. n. tantum terminatur eius cognitio ad vniuersale

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersale. Quemadmodum ipse D.Tho.(sicut notabimus dubio 1.)explicuit Aristo. quando dixit, intellectum vniuersalium, sensum vero singularium, quòd loquitur de cognitione directa, non tamen idcirco negat Arist. aut D. Tho. quòd cognitione reflexa attingat intellectus ipsa singularia distinctè.

¶ Ad quartum respondetur sicut ad tertium, quòd conuincit de cognitione directa intellectus nostri. Cæterum de cognitione reflexa nihil probat. Quoniam per hanc cognitionem extendit se intellectus nostet ad quæ non continentur sub obiecto suo immediato.

DVbitatur tertio. Vtrùm sicut admitti mus in intellectu possibili conceptus rerum singularium; possimus etiam admittere species proprias & adæquatas ipsarum? ¶ Pro parte affirmatiua arguitur primo. In intellectu ponitur cõceptus proprius & distinctus rei singularis, vt patet dubio secundo, ergo debet poni propria species. Probatur consequentia. Quoniam species est forma qua producitur conceptus, & ex consequenti erit par ratio de conceptu & de specie.

¶ Secundo arguitur. Si non datur propria species rei singularis, illud erit, vel quia singularis, vel quia materialis est. Nõ potest dici primum. Nam singulare potest directè cognosci per propriam speciem, vt pater in cognitione angelorum. Nec potest dici secundum. Quoniam si hoc esset verum, neque ipsa quidditas materialis posset cognosci per propriam speciem. Quoniam secundum doctrinam D. Tho. & veritatem, includit materiam essentialiter partem sui, ergo.

¶ Tertio arguitur. Species vniuersalis quæ repræsentat quidditatem materialem non sufficit sola ad producendum conceptum propriũ rei singularis & distinctũ, ergo debet admitti alia species propria rei singularis. Consequentia uidetur nota, & antecedẽs probatur. Quoniam forma vniuersalis nunquam sufficit ad effectum particularem nisi concurrat simul alia particularis forma quæ determinet ipsa formã vniuersalem ad illum effectum, vt manifestè constat exemplis desumptis ex naturali Philosophia. Sol enim sine homine nõ potest generare hominem. Quod si quis respondeat, quòd ille conceptus re singularis producitur non solum mediante specie vniuersali, sed etiam concurrente proprio phantasmate illius singularis quod concipitur proprio conceptu.

¶ Contra hanc solutionem (quæ vera est) arguitur quarto. Illud phantasma est causa formalis remota & extrinseca per comparationem ad intellectum, ergo debet poni alia causa formalis in intellectu quæ sit proxima & intrinseca, & quæ primo repræsentent ipsum singulare. Hæc autem necessario debet esse propria species ipsius singularis, ergo.

IN hoc dubio fere oẽs Theologi quos dubio primo diximus, opinantur contra D. Thom. quòd intellectus nostet cognoscit directè singularia. Et consequenter opinãtur, quòd illa cognoscit per proprias & adæquatas species receptas in ipso intellectu. Et in hoc sine dubio loquuntur consequenter. Et quemadmodum de alia quibusdam Philosophis errantibus, & ex vno errore alterum colligentibus dixit Aristo. 3. Physico. cap. 7. text. 64. quòd linũ linо copulabant, sic etiam isti autores ex primo errore consequenter colligunt istũ secundum. Diximus autem ferè omnes, quoniam quidam ipsorum quamuis opinentur quod intellectus cognoscit directè singularia: negant tamen omnes species aut intelligibiles aut sensibiles, de quorũ numero sunt Durandus in 2. distinctio. 3. quæstione 6. & Gabriel. quæst. 2.

¶ Oppositam sententiam cum D. Tho. tenent omnes viri doctissimi, tam veteres Philosophi quàm recentiores, præter illos citatos in dubio 1. Et in schola D. Tho. est hæc doctrina indubitata apud omnes, est etiam absque dubio vera & tenenda. Probatur primo ex doctrina tradita supra q. 57. articu. 2. vbi confutata est falsa opinio illorum Theologorum qui asserebant angelos cognoscere singularia materialia per species proprias & adæquatas ipsorum singularium receptas in intellectu, ex qua confutatione manifestè consequitur, quòd neque in nostro sunt admittendæ.

¶ Secundo probatur ex contrario fundamento

damento ad opinionem illorum. Intellectus noster non potest cognoscere singlatia materialia directè sed per reflexionẽ, vt satis probatum est dubio 1. ergo non habet proprias species illorum singularium. Probatur consequentia. Quoniam secundum omnium opiniones, si intellectus nostet per proprias species cognosceret singularia, cuidens est, quòd directè illa cognosceret.

¶ Tertio probatur. Intellectus noster secundùm doctrinam D. Thomæ est quasi medius inter intellectum angelicum, & sensitiuas potentias: sed species quæ sunt in intellectu angelico, repræsentant, non solum vniuersalia, sed etiam singularia vt ostensum est quæstione 55. articu. 2. & 3. species vero quæ sunt in sensu siue interno siue exteriori, repræsentant tantum singularia, vt probatum est quæst. 78. arti. 3. & 4. ergo species quæ sunt in intellectu nostro solum debent repræsentare naturas vniuersales. Probatur consequentia. Quoniam hoc pacto, sicut ipse intellectus est medius inter intellectũ angelicum & sensum: ita etiam species nostri intellectus erit media inter species angelicas & species sensibiles, in esse repræsentatiuo.

¶ Quarto probatur. Res materiales non sunt actu intelligibiles sed potentia, nisi quando per abstractionem a materia fiũt actu intelligibiles, vt Aristot. expresse docet in 3. de Anima cap. 4. text. 16. & ostensum est quæst. 70. ar. 2. & 3. Sed hæc abstractio debet esse à materia singulari, quoniam in Physicis non est abstractio à materia in communi, ergo impossibile est, q̃ in intellectu nostro sint propriæ species rerum singularium. Probatur consequentia. Quoniam alias res materiales absque vlla abstractione à conditionibus singularibus essent actu intelligibiles, quod tamen Aristoteles negat.

SEd pro solutione argumentorum contrariæ sententiæ supponendum est primo cum Ferrar. 1. cont. gent. capi. 65. circa octauam rationem, quòd quando intellectus noster venit in cognitionem vnius, ex præuia cognitione alterius: non semper requiritur quòd habeat propriam speciẽ illius, quod secundo loco cognoscit: sed per speciem illam quæ cognoscit primũ, potest deuenire in cognitionem secundi. Quæ species in eo casu, quamuis sit immediata & propria illius primo cogniti, tamen quodammodo est species, & similitudo alterius secundi. Quemadmodum media specie rei sensibilis cognoscimus substantiam separatam, & formamus conceptum proprium & distinctum illius, a conceptu rei sensibilis, quamuis vt supra diximus non fit ita proprius vt sit quidditatiuus, cum non sit per propriam & adæquatam speciem, vt explicabitur q. 88. Eodem modo dicimus in præsenti, q̃ intellectus noster media specie naturæ vniuersalis & per reflexionem ad phantasma, formatcõceptum proprium rei singularis, & distinctum à conceptu naturæ communis, atq; adeo cognoscit singulare in seipso, & non tantum in altero, vt Caietan. dicebat.

¶ Secundo supponendum est, quòd cũ intellectus noster intelligit singulare, tũc per se opus est concursu phantasmatis. Ratio est. Quoniam cum species intelligibilis sit abstracta ab omnibus singularibus, & ex consequenti nullum singulare repræsentet, necesse est, vt hæc repræsentatio singularium suppleatur adminiculo ipsorum phantasmatum, quæ sunt velut formæ suo modo intellectui coniunctę, ad formandos conceptus rerum singularium & tanquam supplementa specierum intelligibilium, quamuis non sint formę inhærentes ipsi intellectui, sed potius illi extrinsecè, receptæ in organo corporeo.

HIs suppositis ad primum argumentum prima solutio est, quã dedimus dubio 2. in quo assignauimus causas propter quas non est eadem ratio quòd in intellectu admittatur conceptus proprius rei singularis, & quòd admittatur propria species.

¶ Secũda solutio sit ex his quæ diximus in hoc dubio, negando illam consequentiam, & ratio est. Quoniam ad formandũ conceptum specialem rei singularis per reflexionem, sufficit ipsa species naturæ vniuersalis simul cum conuersione ad phantasmata. Eo modo quo explicatum est in fundamentis huius dubij & precedentis.

¶ Ad secundũ argumentũ sine dubio respondeo

Universidad de Deusto
Biblioteca

spondet D.Tho.in hoc articu.in solutione ad tertium,& apertius supra quæst.56.art. 1.ad secundum. Quod non repugnat intelligi directè ipsum singulare, propterea q̃ singulare est,sed propterea quod materiale est, materia signata, quæ est principium indiuiduationis, eodē modo nos dicimus de specie, q̃ repugnat esse in intellectu, ex eo quod directè & immediatè repræsentat hanc materiam:atque adeo non potest abstrahi ab hac materia signata.In intellectu autem cuius omnes species sunt abstractæ a singularibus,& cuius propriū, & immediatum obiectum est vniuersale, repugnat q̃ sit species quæ immediatè & directè repræsentet hoc singulare materiale. Et ad probationem in contrarium respondetur, quod D.Thom. nunquam docuit materiam in commun esse impedimentum intelligibilitatis aut speciei intelligibilis,sed solam materiam signatam.

¶Secundo respondetur,quod ēt ratione singularitatis,nō incōuenit speciem propriā rei singularis inueniri in intellectu si proprium obiectum, & in quod directē, & primo fertur est vniuersale,vnde etiam in angelis non admittimus species adæquatas & proprias rerum singularium:sed illæ species primo repręsentat naturā specificam, quanuis consequenter repræsentent ipsa singularia, propterea quòd sunt superioris ordinis. ¶Ad tertium argumentum respondetur,quòd solutio ibi data est legitima & vera,& consona cum his quæ diximus in primo & secundo fundamento huius dubij. ¶Ad quartum argumentū respondetur etiam ex eisdem fundamētis, quòd vt intellectus nostet intelligat singularia per reflexionem, & formet proprios conceptus illorum,sufficiunt species vniuersales quæ sunt in intellectu, si aliundè concurrant phantasmata ipsorum singularium ad determinandas species intelligibiles,& ad supplēdam repręsentationem singularium, quæ illis deficit.Neque oportet ponere in ipso intellectu formam intrinsecam, quæ sit adequata, & immediata ipsorum singularium.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm intellectus noster possit cognoscere infinita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster possit cognoscere infinita. Deus enim excedit omnia infinita. Sed intellectus noster potest cognoscere Deum, vt supra dictum est.* Ergo multo magis potest cognoscere omnia alia infinita.

¶ 2 Præterea. Intellectus noster natus est cognoscere genera, & species. Sed quorundam generum sunt infinitæ species, sicut numeri, proportiones & figuræ. Ergo intellectus noster potest cognoscere infinita.

¶ 3 Præterea. Si vnum corpus non impediret aliud ab existendo in eodē & eodem loco, nihil prohiberet infinita corpora in vno loco esse. Sed vna species intelligibilis nō prohibet alia ab existendo simul in eodē intellectu. Contingit.n.multa scire in habitu. Ergo nihil prohibet intellectum nostrum infinitorum scientiam habere in habitu.

¶ 4 Præterea. Intellectus cùm non sit virtus materię corporalis, vt sup.dictum est,* videtur esse potentia infinita. Sed virtus infinita potest esse super infinita. Ergo intellectus noster potest cognoscere infinita.

SED contra est,quod dicitur in* 1.Phys. quòd infinitum inquantum est infinitum est ignotum.

RESPONDEO dicendum.q̃ cùm potentia proportionetur suo obiecto, oportet hoc modo se habere intellectum ad infinitū, sicut se habet eius obiectum, quod est quidditas rei materialis. In rebus autem materialibus non inuenitur infinitū in actu, sed solum in potentia.secundum quod vnū succedit alteri:vt dicitur in* 3 Physi. Et ideo intellectus noster inuenitur infinitū in potentia, in accipiendo, s.vnum post aliud: quia nunquā intellectus noster tot intelligit quin possit plura intelligere. Actu aūt vel habitu nō pōt cognoscere infinita intellectus noster. Actu quidem non, quia intellectus noster nō pōt simul actu cognoscere, nisi quod per vnā speciem cognoscit. Infinitum autem non habet vnam speciem: alioquin haberet totā rationem totius & perfecti. Et ideo non potest intelligi, nisi accipiendo partem post partē, vt ex eius diffinitione patet in* 3. Physic. Est enim infinitum cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere. Et sic infinitum cognosci non posset actu,nisi omnes partes eius numerarentur: quod est impossibile. Et eadem ratione non possumus intelligere infinita in habitu. In nobis .n. habitualis cognitio causatur ex actuali consideratione. Intellige.n.efficimur scientes, vt dicitur in* 2.Ethi. Vnde non possemus habere habitum infinitorum secundum distincta cognitionem, nisi consideraremur omnia infinita, numerando ea secundum cognitionis successionem. Quod est impossibile. Et ita nec actu, nec habitu intellectus noster potest cognoscere infinita, sed in potentia tantum, vt dictum est.†

AD primum ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* Deus dicitur infinitus simplicitate formæ, quia nō est terminata per aliquā materiam. In rebus autem materialibus aliquid dicitur infinitum per priuationem formalis terminationis. Et quia forma secundum se nota est,materia autem sine forma ignota: inde est quòd infinitum materiale est secundum se ignotū. Infinitum autē formale quod est Deus est secundum se notum: ignotum autem quo ad nos propter defectum intellectus nostri qui secundum statum præsentis vitæ habet naturalem aptitudinem ad materialia cognoscenda. Et ideo in præsenti Deum cognoscere non possumus, nisi per materiales effectus. In futuro autem tolletur defectus intellectus nostri per gloriam & tunc ipsum Deum in sua essentia videre poterimus, tamen absque comprehensione.

AD secundum dicendum, quòd intellectus noster natus est cognoscere species per abstractionem à phantasmatibus. Et ideo illæ species numerorum & figurarum,quas quis non est imaginatus,non pōt cognoscere, nec actu habitu, nec fortè in genere, & in principiis vniuersalibus. Quod est cognoscere in potentia & confusè.

AD tertium dicendum, quòd si duo corpora essent in vno loco vel plura, non oporteret, quòd successiuè subintrarent locum, vt sic per ipsam subintrationis successionem mu-

meraretur locata. Sed species intelligibiles ingrediūtur intellectum nostrum successiuè: quia non multa simul actu intelliguntur. Et ideo oportet numeratas & non infinitas species esse in intellectu nostro.

AD quartum dicendum,q̃ sicut intellectus noster est infinitus virtute, ita infinitè cognoscit. Est enim virtus eius infinita secūdum quod non determinatur per materiam corporalem:et est cognoscitivus vniuersalis, quod est abstractum à materia indiuiduali. Et per consequens nō finitur ad aliquod indiuiduum, sed quantum est de se ad infinita indiuidua se extendit.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Intellectus nostet potest cognoscere infinita in potentia, id est, non tot quin plura.

¶Secunda conclusio. Intellectus nostet neque actu neque habitu potest cognoscere infinita.

COMMENTARIVM.

CIrca literam articuli. Caietanus explicat doctè & clarè, si quid est difficultatis. Loquitur enim in his conclusionibus D.Tho non de infinito secūdum essentiā, sed de infinito secundum quantitatem, q̃d reperitur in rebus materialibus, sicut patet in corpore articuli, & in solutione ad primum. Præterea loquitur de cognitione naturali intellectus nostri, pro illo statu, in quo omnia cognoscit per species abstractas à rebus singularibus: sicut constat ex solutionibus ad primum, & ad secūdum, & ad quartum. In quo sensu conclusiones articuli non habent difficultatem. ¶Ad pleniorem tamen intelligentiam eorum, quæ tractat supra quæst. 14 art.12.vbi explicatur quo pacto conueniat Deo cognoscere infinita.Et in 3.par.quæst.10.art.2.ad secundum,quo pacto anima Christi possit cognoscere infinita in Verbo. Et videnda sunt quæ tractat Soncl.12.Metaphy.q.62. explicat; An alicui intelligentiæ possit cō petere, q̃ cognoscat infinitas species? Spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cialiter autem circa solutionem ad primũ D.Tho. Quo pacto intellectus beati quodammodo cognoscat infinita in verbo, videnda sunt supra dicta q.12.articu. 6.7.& 8. & quæ de omnibus his docet Ferra. lib. 3.contra gent.c.69.& lib.3.c.60.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm intellectus sit cognoscitivus contingentium.

434 6.Eth.lect. 1. fi. Et veri. q.15.ar. 2.ad 3. Ca.6.to. 5. li.4.Phy. tex.120. to.3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus non sit cognoscitivus contingentium. Quia, vt dicitur in 6.Ethi. intellectus, & sapientia, & scientia non sunt contingentium, sed necessariarum.*

¶ 2 Preterea. Sicut dicitur in 4.Physic. Ea, quæ quandoque sunt, & quandoq; non sunt, tẽpore mensuratur. Intellectus aũt à tẽpore abstrahit, sicut & ab aliis conditionibus materiæ. Cùm igitur proprium contingentium sit, quandoque esse & quandoque non esse: videtur quod contingentia non cognoscantur ab intellectu.*

SED contra. Omnis scientia est in intellectu. Sed quædam scientiæ sunt de contingentibus, sicut scientia morales quæ sunt de actibus humanis subiectis libero arbitrio, et etiã scientia naturales quantum ad partem, quæ tractat de generabilibus & corruptibilib. Ergo intellectus est cognoscitivus cõtingẽtium.

RESPONDEO dicendum, ꝙ contingentia dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum quod cõtingentia sunt. Alio modo secundum quod in eis aliquid necessitatis inuenitur. Nihil n. est adeo contingens quin in se aliquid necessarium habeat. Sicut hoc ipsum quod est Sortem currere, in se quidem cõtingens est, sed habitudo cursus ad motum est necessaria. Necessarium. n. est Sortẽ moueri si currit. Est autem vnumquodq; cõtingens ex parte materiæ, quia cõtingens est quod potest esse & non esse. Potentia autem pertinet ad materiam, necessitas autem consequitur rationem formæ, quia ea, quæ cõsequuntur ad formã, ex necessitate insunt. Materia autem est individuationis principium. Ratio autem vniuersalis accipitur secũdum abstractionem formæ à materia particulari.

Dictum autem est supra, quòd per se, & directè intellectus est vniuersalium, sensus autem singularium: quorum etiam indirectè quodammodo est intellectus, vt sup. dictum est.* Sic igitur contingentia prout sunt cõtingentia, cognoscuntur directè quidem sensu, indirectè autem ab intellectu: rationes autẽ vniuersales, & necessaria contingentium, cognoscuntur per intellectum. Vnde si attendantur rationes vniuersales sensibilium, omnes scientiæ sunt de necessariis. Si autem attendantur ipsæ res, sic quædam scientia est de necessariis, quædam vero de contingentibus. Et per hoc patet solutio ad obiecta.*

* Ar.1.de anima tex.com. 30. * Ar.1.de anima tex.com. 30.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Contingentia vt contingentia sunt, cognoscuntur per se & directè per sensum, indirectè autem ab intellectu.

¶Secunda conclusio. Contingentia secundum quod necessaria sunt, a solo intellectu cognoscuntur.

¶Tertia conclusio. Ratio scibilis in rebus sensibilibus semper est necessaria, quanuis ipsę res quę cognoscuntur, aliquando sint contingentes, aliquando necessatiæ.

COMMENTARIVM.

DVbiam est circa doctrinam Di. Thomæ, An sit vera? contra quam arguitur primo. Aut sermo Diui Thomæ est de cognitione rei singularis, quæ dicitur necessaria vel contingens, aut sermo est de ipsa contingentia, vel necessitate vbicunque repetiatur. Si primo modo loquitur, certum est, quòd à sensu cognoscitur, tam singulare necessarium vt sol, quàm singulare contingens vt Petrus. Si autem secundo modo. Certum est etiam, quòd tanta necessitas, quàm contingentia cognoscitur ab intellectu componente & diuidente, in quo sunt veritates contingentes & necessariæ, ergo. ¶Secundo. Solus intellectus cognoscit rationem actus & potentię; sed necessitas consequitur actum, & contingentia consequitur potentiam: vt Di. Thom. docet in articulo, ergo intellectus

lectus cognoscit propriè vtrumque. Maior probatur. Quoniam obiectũ proprium intellectus est ens, quod diuiditur in actũ & potentiam, vt constat. 9. Metaph. ca. 1. tex. 1. ¶Tertio arguitur contra fundamentum D.Tho. Aliqua sunt, quæ consequuntur formam, quę tamen sunt cõtingentia. v.g. ꝙ Petrus ideat, quòd ignis actu calefaciat: aliqua vero sunt quæ consequuntur materiam, quæ tamẽ sunt necessaria, sicut corruptio aut mors, ergo.

AD hoc dabium multa respondet Caietanus doctissimè: nos tamen breuiter dicemus suppositis his, quæ de rerũ contingentia in superioribus sunt explicata in quæstione 14. articulo 13. & quæstione 19. articulo 8. Et notandum est primo, quòd contingentia propriè importat mutabilitatem quandam in ordine ad esse, & non esse, vt patet ex diffinitione rei contingentis, quam Diuus Thomas tradit in hoc articulo. Mutabilitas vero consequitur ad potentiam passiuam: quapropter quanto aliquid fuerit magis admixtũ potentię passiuę: tanto magis erit contingens. Ecouuerso autem necessitas importat quandam immutabilitatem essendi, quæ immutabilitas consequitur actum impermixtum potentiæ: quapropter quanto aliquid fuerit magis elongatum à potẽtia passiua, tanto magis erit necessarium. Vnde & ipse Deus, qui est purus actus, nullam in se contingentiam admittit aut mutabilitatem: sed omnino immutabilis est, sicut D. Tho. ex hoc fundamento egregiè ostendit supra quæst. 9. art. 1. & 2. Ex hoc sequitur, quòd necessitas vel contingentia radicaliter & fundamentaliter primo conueniat ipsis rebus, quibus etiam primo conuenit illud esse mutabile aut immutabile, & ex rebus ipsis nascitur, ꝙ veritas cõpo sitionis aut diuisionis sit mutabilis aut immutabilis, & ex consequenti necessaria vel contingens. ¶Secundo notandum est, quòd cum materia corporalis sit pura potentia, vt constat ex 1. Physico. quanto res aliqua subiacet materialibus conditionibus, tanto est magis contingens; quanto vero magis elongatur ab his conditionibus, tanto magis accedit ad necessitatem. Ex quo colligitur, ꝙ inter singularia materialia, illa quæ sunt corruptibilia & subiacent multis cõditionibus materialibus, sunt maximè contingentia. Singularia vero incorruptibilia, vt corpora cælestia (propterea quod omnino subsunt formæ) minimum habent contingentiæ. Nihilominus tamen certum est etiam, ꝙ ab ijs singularibus contingentibus potest abstrahi aliqua ratio vniuersalis, cui competat necessitas, & tanto magis fuerit eleuata à materia, secundùm quòd in particulari existit. Et quanuis non omni vniuersali, conueniat necessitas (hæc enim est contingens propositio, Homo est albus, aut omnis homo est albus) tamen ex hoc ipso, quòd abstrahitur à materia singulari eleuatur a cõtingentia, & accedit ad necessitatem.

¶Ad dubium ergo respondetur, mentẽ D.Tho. in articu. esse, quòd rationem contingentiæ vel necessitatis solus intellectus percipit, sicut & rationem vniuersalis & particularis. Nihilominus tamen sensus dicitur cognoscere per se contingẽtia, quoniam ille est, qui directè percipit singularia corruptibilia secundum quòd substant materialibus conditionibus, ex quibus, prouenit contingentia. Intellectus verò, quoniam abstrahit ab eiusmodi cõditionibus, dicitur per se cognoscere illa contingentia secundum quod inducunt rationem necessitatis, & recedunt à contingentia, quemadmodum bene explicat Caiet. in solutione ad primum dubium.

AD argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicimus, ꝙ sensus D.Tho. est de singularibus corruptibilibus, quibus primo attribuitur contingentia: & hæc sunt, quæ directè percipit sensus. Ad probationem vero respondetur, quod quanuis quædam singularia materialia, quæ sunt incorruptibilia, etiam directè percipiãtur sensu, propterea ꝙ singularia sunt materialia, tamen ex ea parte, qua necessaria sunt, non repugnant intelligibilitati, cui tamen repugnant singularia contingentia quatenus contingentia sunt, & hoc voluit docere D.Tho. ¶Ad secundum respondetur concedendo, ꝙ solus intellectus cognoscit rationẽ necessitatis aut contingentiæ, vt diximus. Hoc tamen nõ impedit, quin sensus directè respiciat ipsa singula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

singularia contingentia rerum materialium: sicut D. Tho. docet in hoc artic. & in art. 1. ¶ Ad tertium respondet optimè Caiet. in solutione ad secundum dubium, ꝙ sermo D. Th. est formalis, quando dicit: ꝙ necessaria consequuntur formã, cõtingentia verò cõsequuntur materiam. Loquitur n. de forma secundùm ꝙ habet rationem formæ & actus, & de materia secundùm ꝙ habet rationẽ potentiæ. Et ad probationẽ respondetur, ꝙ quando aliquod contingens consequitur formam, vt in exemplis argumenti, semper sequitur illam secũdũ ꝙ complectitur in se aliquã rationẽ potentiæ. Quando vero aliquod necessariũ consequitur materiam, semper sequitur illam, vt habet aliquo modo rationem actus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm intellectus noster cognoscat futura.

435 Sup. qu. 14. arti. 13. & q. 57. ar. 3. Et 2. 2. q. 95. ar. 2. Et 1. dis. 38. ar. 5. Et 2. dis. 7. q. 3. ar. 2. Et. 1. c6. ca. 67. & ver. q. 8. ar. 12. & malo. q. 16. ar. 3. & opus. 3. c. 135.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quòd intellectus noster cognoscat futura. Intellectus enim noster cognoscit per species intelligibiles quæ abstrahuntur ab hic & nunc: & ita se habent indifferenter ad omne tempus. Sed potest cognoscere præsentia. Ergo potest cognoscere futura.

¶ 2 Præterea. Homo quando alienatur à sensibus, aliqua futura cognoscere potest: vt patet in dormientibus & phreneticis. Sed quando alienatur à sensibus, magis indiget intellectu. Ergo intellectus quantum de se, est cognoscitivus futurorum.

¶ 3 Præterea. Cognitio intellectiua hominis efficacior est quàm cognitio quacunque brutorum animalium. Sed quædã animalia sunt quæ cognoscunt quædam futura: sicut cornicula frequenter crocitantes significant pluuiam mox futurã. Ergo multo magis intellectus humanus potest futura cognoscere.

SED contra est, quod dicitur Eccle. 8. Multa hominis afflictio, qui ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuntio.

RESPONDEO dicendum, ꝙ de cognitione futurorum eodem modo distinguendum est, sicut de cognitione contingentium. Nam ipsa futura vt sub tempore cadunt, sunt singularia, quæ intellectus humanus nõ cognoscit nisi per reflexionem, vt sup. dictum est.* Rationes autem futurorum possunt esse vniuersales, & intellectu perceptibiles: & ita de eis ẽt possunt esse scientia. Vt tamen cõmuniter de cognitione futurorũ loquamur, sciẽdum est, ꝙ futura dupliciter cognosci possũt. Vno modo in seipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci nõ possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia dum in cursu rerum sunt futura, inquantũ eius æternus intuitus simul fertur supra totum tempore cursum, vt sup. dictum est, * cũ de Dei scientia ageretur. Sed prout sunt in suis causis, cognosci possunt ẽt à nobis. Et si quidem ẽt in suis causis sint, vt ex quibus ex necessitate proueniant, cognoscuntur per certitudinẽ scientiæ, sicut astrologus præcognoscit eclipsim futurã. Si autem sic sint in suis causis, vt ab eis proueniãt vt in pluribus, sic cognosci possunt per quandam coniecturam, vel magis vel minus certam, secũdum quod causa sunt vel magis vel minus inclinate ad effectus.

AD primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de cognitione, quæ fit per rationes vniuersales causarum, ex quibus futura cognosci possunt secundum modum ordinis effectus ad causam.

AD secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit 12. Confes. anima habet quandam vim Sortis, vt ex sui natura possit futura cognoscere. Et ideo quando retrahitur à corporis sensibus, & quodammodo reuertitur ad seipsam, fit particeps notitiæ futurorum. Et hoc quidem opinio rationabilis esset, si poneremus quòd anima acciperet cognitionem rerum secundùm participationem idearum, sicut Platonici posuerunt: quia sic anima ex sui natura cognosceret vniuersales causas omnium effectuum, sed impeditur per corpus. Vnde quando à corporis sensibus abstrahitur, futura cognoscit. Sed quia iste modus cognoscendi non est connaturalis intellectui nostro, sed magis vt cognitionem à sensibus accipiat, ideo non est secundum naturam anima, quòd futura cognoscat, cùm à sensibus alienatur: sed magis per impressionem aliquarum causarum superiorum spiritualium & corporalium. Spiritualium quidẽ, sicut cùm virtute diuina ministerio angelorum intellectus humanus illuminatur. & phantasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda, vel etiam cùm operationem demonum fit aliqua commotio in phantasia, ad præsignandum aliqua futura quę dæmones cognoscunt, vt sup. dictum est.* Huiusmodi autem impressiones spiritualium causarũ magis nata est anima humana suscipere cũ à sensibus alienatur: quia ꝙ hoc propinquior fit substantiis spiritualibus, & magis libera ab exterioribus inquietudinibus. Contingit autem & hoc per impressionem superiorum causarum corporalium materialium. Manifestum est. n. ꝙ corpora superiora imprimũt in corpora: vnde cum vires sensitiuæ sint actus corporalium organorum, consequens est ꝙ ex impressione cælestium corporum immutetur quodammodo phantasia. Vnde cũ cælestia corpora sint causa multorum futurorum, fiunt in imaginatione aliqua signa quorundam futurorum. Hęc autem signa magis percipiuntur in nocte & à dormientibus ꝙ de die & à vigilantibus: quia, vt dicitur in lib.* de som. & vigi. quę deferuntur de die, dissoluuntur magis. Plus est. n. sine turbatione aer noctis, eo ꝙ silentiores sunt noctes: et in corpore faciunt sensum propter somnũ, quia parui motus interiores magis sentiuntur à dormientibus quàm à vigilantibus. Hi verò motus faciunt phantasmata ex quibus prœuidentur futura.

Lib. de diui. per som. c. 2. Qu. 57. ar. 3. Lib. de diui. per som. c. 2. a medio to. 2.

AD tertium dicendum, quòd animalia bruta non habent aliquid supra phantasiam quòd ordinet phantasmata, sicut habent homines rationem. Et ideo phantasia brutorũ animalium totaliter sequitur impressionem cælestem. Et ideo ex motibus hmõi animaliũ magis possunt cognosci quædam futura (vt pluuia & huiusmodi) quàm ex motibus hominum, qui mouentur per cõsilium rationis. Vnde Philosophus dicit in * lib. de som. & vigi. quòd quidam imprudentissimi sunt maximè prouidenter. Nam intelligentia horum non est curis affecta, sed tanquam deserta, et vacua ab omnibus, & mota secundùm motiones ducitur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si futura sumãtur secundùm quòd cadunt sub

aliquo tempore, intellectus non cognoscit alia directe, sed per reflexionem. Hanc probat, quia sub hac ratione cognoscit illa vt singularia & contingentia, sed singularia cognoscit per reflexionem, ergo.

¶ Secunda conclusio. Rationes futurorum directe percipiuntur ab intellectu nostro. Ratio. Quoniam rationes futurorum sunt vniuersales, ergo de illis potest esse sciẽtia, ergo possunt ab intellectu directè cognosci. In his duabus conclusionibus Di. Thom. dicit philosophandum esse eodem modo, quo articu. iij. philosophati sumus de cognitione contingentium, quòd ipsa cõtingentia cognoscit intellectus non directè, sed per reflexionem, rationes verò cõtingentium cognoscit directè.

¶ Tertia conclusio. Futura in seipsis sumpta solus Deus potest cognoscere. Ratio. Quia soli Deo, qui intuetur omnia in sua æternitate, sunt præsentia.

¶ Quarta conclusio. Intellectus noster potest cognoscere aliqua futura in suis causis.

¶ Quinta conclusio. Si illa futura proueniant ex suis causis ex necessitate naturæ; possunt cognosci ab intellectu nostro per certitudinem scientiæ, sicut astrologus scit eclypsim futuram.

¶ Sexta conclusio. Si vero illi effectus non proueniant ex suis causis ex necessitate, sed proueniant frequenter, intellectus noster potest illos cognoscere per coniecturas magis vel minus certas, secũdum diuersam inclinationem causarum ad illos effectus.

¶ Septima conclusio ad secundũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima nostra à sensibus alienata A potest cognoscere aliqua futura ex impressione causarum superio-rum.

¶Octaua conclusio ad tertium. Ex motibus aut vocibus quorundã animalium cognosci possunt aliqua futura, verbi gratia pluuia, vel serenitas futura.

COMMENTARIVM.

DE cognitione futurorum tam in se ipsis, quam in suis causis videnda sunt quæ supra diximus quæstio. 14. artic. 13. & quæstio. 57. articu. 3. in quibus locis explicatum est, quomodo conueniat Deo cognoscere futura: & quomodo angeli & dæmones possunt cognoscere & prænuntiare futura. Cæterum circa quartam conclusionem, & sequentes dubitari poterat de Astrologia iudiciaria ad quæ se possit extendere? Quoniam astrologi iudiciarij ex cognitione corporum cælestium, & motuum ipsorum, audent prædicere effectus futuros non solum necessarios, sed etiam contingentes & liberos. Sed hoc opportunius examinabitur infra in quæstio. 115. articu. quarto. vbi D. Thom. quærit; Vtrùm corpora cœlestia imponant necessitatẽ actibus humanis? vide illic quæstionem singularem.

QVAESTIO LXXXVII.
Quomodo anima intellectiua seipsam, & ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat.

DEINDE considerandum est quomodo anima intellectiua cognoscat seipsam & ea quæ in se sunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur, quòd anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam. Dicit enim *Augustin. * 9. de Trinita. quòd mens seipsam nouit per seipsam, quoniam est incorporea.*

¶ 2 Præterea. Angelus & anima humana cõueniunt in genere intellectualis substantiæ. Sed angelus intelligit seipsum per essentiam suam. Ergo & anima humana.

B *¶ 3 Præterea. In his quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur, vt dicitur † 3. de Anima. Sed mens humana est sine materia: non enim est actus corporis alicuius, vt supra dictum est. Ergo in mente humana est idem intellectus & quod intelligitur. Ergo intelligit se per essentiam suam.*

*SED contra est, quod dicitur in * 3. de anima, quòd intellectus intelligit seipsum sicut & alia. Sed alia non intelligit per essen-*
C *tiam eorum, sed per eorum similitudines. Ergo neque se intelligit per essentiam suam.*

RESPONDEO dicendum, quòd vnumquodque cognoscibile est secundum quod est in actu, & non secundùm quod est in potentia, vt dicitur in † 9. Metaphysic. Sic enim aliquid est ens & verum, quod sub cognitione cadit, prout actu est, & hoc quidem manifestè apparet in rebus sensibilibus.
D *Non enim visus percipit coloratum in potentia, sed solum coloratum in actu. Et similiter intellectus. Manifestum est enim quòd inquantum est cognoscitiuus rerum materialium, non cognoscit nisi quod est actu. Et inde est, quòd non cognoscit materiam primam, nisi secundùm proportionem ad formam, vt dicitur in * 1. Physicorum. Vnde & in substantijs immaterialibus secundum quod vnaquæque earum se habet ad hoc quòd sit in actu per essentiam suam, ita se habet ad hoc quòd sit per suam essen-*
E *tiam intelligibilis. Essentia igitur Dei, quæ est actus purus, & perfectus, est simpliciter, & perfectè secundum seipsam intelligibilis. Vnde Deus per suam essentiam non solum seipsum, sed etiam omnia intelligit. Angeli autem essentia est quidem in genere intelligibilium vt actus, non tamen vt actus purus*

*purus neque completus. Vnde eius intelligere non completur per essentiam eius. Est enim per essentiam suam se intelligat angelus, tamen non omnia potest per essentiam suam cognoscere, sed cognoscit alia à se per eorum similitudines. Intellectus autem humanus se habet in genere rerum intelligibilium, vt ens in potentia tantum, sicut & materia prima se habet in genere rerum sensibilium. Vnde possibilis nominatur. Sic igitur in sua essentia consideratus se habet, vt potentia intelligẽs. Vnde ex seipso habet virtutem vt intelligat, non autẽ vt intelligatur, nisi secundũ id quod fit actu. Sic.n. etiam Platonici posuerunt ordinem entium intelligibilium supra ordinem intellectuũ: quia intellectus nõ intelligit, nisi per participationem intelligibilem. Participans autẽ est inf. participatum secundùm eos. Si igitur intellectus humanus fieret actu per participationem formarum intelligibilium separatarum, vt Platonici posuerunt, per huiusmodi participationem rerum incorporearum intellectus humanus se ipsum intelligeret. Sed quia connaturale est intellectui nostro secundum statũ præsentis vitæ, quod ad materialia & sensibilia respiciat, sicut supra dictum * est: consequens est vt sic seipsum intelligat intellectus noster secundum quod fit actu per species à sensibilibus abstractas per lumen intellectus agẽtis: quod est actus ipsorum intelligibilium: et eis mediantibus intelligit intellectus possibilit. Non ergo per essentiam suam, sed per actum suum se cognoscit intellectus noster. Et hoc dupliciter. Vno quidẽ modo particulariter: secundum quod Sortes vel Plato percipit se habere animã intellectiuam, ex hoc q̃ percipit se intelligere. Alio modo in vniuersali, secundũ quod naturã humanæ mentis ex actu intellectus consideramus. Sed verum est q̃ in dictum et efficacia huius cognitionis per quã naturã animæ cognoscimus, competit nobis secundum derivationem luminis intellectus nostri à veritate diuina, in qua vtiones omnium verum continentur, sicut supra dictũ est. * Vnde Augustinus dicit in † 9. de Trini. Inuenimur inuiolabilem veritatem, ex qua perfectè quantum possumus diffinimus non qualis sit vnusquisque hominum mens, sed quales esse sempiternis rationibus debeat. Est autem differentia inter has duas cognitiones.*

A *Nam ad primam cognitionem de mente habendam, sufficit ipsa mentis præsentia, quæ est principium actus, ex quo mens percipit seipsam. Et ideo dicitur se cognoscere per suã præsentiam. Sed ad secundam cognitionem de mente habendam non sufficit eius præsentia, sed requiritur diligens & subtilis inquisitio. Vnde & multi naturam animæ ignorãt, & multi circa naturam animæ errauerunt. Propter quod Augustinus dicit * 10. de Trin. de tali inquisitione mentis. Non velut absentẽ* lib. x. de Tri. c. 9. to. 3.
B *se quærat mens cernere, sed præsentem quærat discernere, idest, cognoscere differentiam suam ab alijs rebus: quod est cognoscere quidditatem, & naturam suam.*

AD primum ergo dicendum, quòd mens seipsam per se nouit, quia tãdem in suipsius cognitionem peruenit, licèt per suum actum. Ipsa enim est quæ cognoscitur, quia ipsa seipsam amat, vt ibidem subditur. Potest enim aliquid dici per se notum dupliciter. Vel
C *quia per nihil aliud in eius notitiam deuenitur, sicut dicuntur prima principia per se nota. Vel quia non sunt cognoscibilia per accidens, sicut color est per se visibilis, substantia autem per accidens.*

AD secundum dicendum, quòd essentia angeli est sicut actus in genere intelligibilium. Et ideo se habet & vt intellectus, & vt intellectum. Vnde angelus suam essentiam per seipsum apprehendit, non autem intellectus humanus: qui vel est omnino in potentia respectu intelligibilium, sicut intellectus possibilis: vel actus intelligibilium quæ abstrahuntur à phantasmatibus sicut intellectus agens.

AD tertium dicendum, quòd verbum illud Philosophi vniuersaliter verũ est in omni intellectu. Sicut enim sensus in actu est sensibile propter similitudinẽ sensibilis, quæ est forma sensus in actu, ita intellectus in actu est intellectũ in actu propter similitudinẽ rei intellectæ, quæ est forma intellectus in actu. Et ideo intellectus humanus qui fit in actu per speciẽ rei intellectæ, per eandẽ speciem intelligitur, sicut per formam suã. Idẽ autem est dicere, q̃ in his, quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur: ac si diceretur, q̃ in his quæ sunt intellecta in actu, idem est intellectus & quod intelligitur. Per hoc enim aliquid est intellectum

etum in actu, quod est sine materia. Sed in hoc est differentia, quia quorundam essentia sunt sine materia: sicut substantiæ separatæ, quas angelos dicimus, quarum vnaquæque & est intellecta, & est intelligens. Sed quædam res sunt quarum essentia non sunt sine materia, sed solũ similitudines ab eis abstractę. Vnde & Commẽ. dicit in 3. de Anima, quòd propositio inducta nõ habet veritatem nisi in substãtijs separatis. Verificatur enim quodammodo in eis, quod non verificatur in aliis, vt dictum est.**

Tex. 15.

In solu. ad 2. præced.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Deus per suam essentiam cognoscit non solùm seipsum, sed etiam omnia alia à se. Hæc conclusio iam explicata est supra quæst. 14. arti. 2. & 5. & illam probat Diuus Tho. quia intellectus diuinus est actus purus & perfectus, & perfectè secundùm seipsum intelligibilis.

¶ Secũda conclusio. Angelus per essentiam suam intelligit seipsum, non autem alia à se. Ratio. Quia essentia angeli in genere intelligibilium est actus, non tamen est actus purus atque perfectus. De hac vide quæ diffuse diximus supra quæstio. 56. artic. 1. & 2.

¶ Tertia conclusio. Anima nostra per suam essentiam neque seipsam intelligit, neq; alia à se. Ratio. Quia intellectus noster in genere intelligibilium est pura potentia, sicut materia prima in genere entis, ergo nullum actum includit in genere intelligibilium.

¶ Quarta conclusio. Anima nostra cognoscit seipsam per propriũ actum.

¶ Quinta conclusio. Dupliciter potest se cognoscere anima nostra per suum actum, & in particulari cognoscendo quòd sit, & in vniuersali cognoscẽdo ipsã naturã animę.

¶ Sexta conclusio. Ad primam cognitionem sui, sufficit præsentia ipsius animæ, ad secũdam vero cognitionem, requiritur subtilis & diligens inquisitio. Hanc probat. Quia omnes experimento sciunt se habere animam, multi autem ignorant naturam animæ.

COMMENTARIVM.

CIrca tertiam & quartam conclusionẽ dubitatur. Vtrũ anima nostra cognoscat se per propriam essentiam?

¶ Arguitur primò pro parte affirmatiua. Anima separata cognoscit se per essentiam suam, vt docet Diuus Tho. infrà quæstione 89. articulo 2. quia est immaterialis & per se subsistens: sed quando est coniuncta corpori, est etiam substantia immaterialis & per se subsistens, vt probatum est q. 75. ar. 2. etiam quando est coniuncta corpori, cognoscit se per seipsam. Probatur consequentia primo ex paritate rationis. Secundo. Quoniam ex eo quòd sit separata à corpore, non habet quòd si magis abstracta a conditionibus singularibus. Confirmatur. Anima separata cognoscit se per suam essentiam, quia est vnita ipsi intellectui in esse intelligibili in ratione speciei intelligibilis, sed etiam coniuncta habet eandem vnionem cum intellectu angeli separata, ergo eodem modo cognoscit seipsam per suam essentiam. Maior probatur. Quoniam illa ratione diximus supra quæst. 56. ar. 2. angelum cognoscere se per suam essentiam. Minor autem videtur manifesta. Quoniam anima per hoc quòd separatur à corpore, non vnitur magis proprio intellectui, ergo. ¶ Secũdò. Intellectus agens est actus in genere intelligibilium, & non potentia, vt Aristo. docet 3. de Anima tex. 19. ergo saltim istum intellectum cognoscit anima per seipsam, & sine alia specie. ¶ Tertio. Res materiales fiunt actu intelligibiles per lumen intellectus agentis, vt probatum est quæst. 79. articu. 3. ergo à fortiori ipsa anima, & ipse intellectus per idem lumen fiunt actu intelligibilia, & ex consequenti sine alia specie possunt actu cognosci, & sine aliqua reflexione.

Probatur

Probatur consequentia. Quoniam res materialis multo magis sunt in potẽtia remota, vt fiant actu intelligibiles, quàm ipsa anima vel intellectus, qui sũt materiales.

IN hoc dubio sunt tres sententiæ. Prima est quorundam ex antiquioribus, quam sequutus est Gregor. Arimi. in 1. distinct. 3. quæst. 2. artic. 1. & 2. qui asserunt, quòd anima nostra siue intellectus, cognoscit se immediatè per seipsam, & directè, & ad hanc cognitionem nulla alia specie indiget. ¶ Secunda sententia est in alio extremo, quam tenent antiquiores quidam, & nonnulli etiam ex recentioribus, q* anima nostra secundùm præsentem statum non cognoscit se per suam essentiam: cęterùm neque cognoscit se per speciem quidditatis materialis, sed primo fit in actu per species rerum materialiũ, deinde vero ex illis speciebus elicit anima alteram speciẽ adhuc magis immaterialem, quæ est proptia species sui ipsius, & mediante hac specie cognoscit seipsam. ¶ Tertia sententia est media, quam docet Diuus Tho. in præfatis conclusionibus.

AD cuius declarationem sit prima cõclusio. Anima nostra secundùm præsentem statum, quo vnita est corpori corruptibili, non potest cognoscere se immediatè per suam essentiam, sed indiget aliqua specie intelligibili, qua mediante se cognoscat. Hæc conclusio probatur primo ex doctrina Aristote. Nam in 3. de Anima textu 8. expressè dicit, quòd anima nostra postquam fuerit facta in actu primo per species intelligibiles, tunc potest operari si voluerit: & tunc etiam poterit cognoscere seipsam, ergo secundum Aristotel. indiget specie vt cognoscat seipsam. Et confirmatur. Nam ibidem text. 15. subdit, quòd anima nostra intelligit seipsam sicut & alia intelligit: sed ostensum est supra quæstione 84. articulo. 2. & sequenti-bus, quòd non potest cognoscere alia à se per suam essentiam, ergo. Confirmatur secundò. Nam 12. Metaph. text. 39. expressè etiam dicit, quòd intellectus noster intelligit se assumptione intelligibilis, hoc est, per se species receptas in se alia rum rerum. Secundo probatur. Intellectus noster à principio sui est tanquam tabula rasa, in qua nihil est scriptum, vt Aristot. docet 3. de Anima, text. 14. ergo ad hoc, vt aliquid intelligat, oportet, vt accipiat species abstractas, quibus mediantibus intelligat, & ex consequenti ante receptionem specierum neque seipsum potest intelligere. Tertio probatur ratione Diui Thomę. Intellectus noster secundum præsentem statum, est pura potentia in genere intelligibilium, sicut sępè solent dicere Aristoteles & Diuus Thomas, sed vnumquodque debet cognosci secundum quòd est in actu, non secundum quòd est in potentia, vt Aristoteles docet 9. Metaph. text. 20. ergo anima nostra debet fieri actu intelligibilis per aliquas species, & non immediatè per seipsam.

SEd ad maiorem explicationem huius conclusionis, declarare oportet, Quid sit animam nostram esse puram potẽtiam in genere rerum intelligibilium. Nam variè solet id intelligi, & explicari ab autoribus. Aliqui enim dicunt, quòd anima nostra est pura potentia in genere rerum intelligibilium, propterea quòd à principio nullas habet species, per quas possit intelligere: sed illas postmodùm abstrahit à phantasmatibus. Vude sicut materia prima considerata sine forma est pura potentia in genere entis: ita intellectus noster sine specie intelligibili est pura potentia in genere intelligibiliũ, de quo vide D. Thomam 2. contra gent. c. 98.

¶ Alij dicunt, quòd anima nostra est pura potentia in genere intelligibilium, propterea quòd secundùm præsentem statum nihil potest intelligere sine adminiculo potentiæ sensitiuæ, secundùm quod docet Aristo. 3. de anima tex. 20. quod noster intellectus nihil potest intelligere nisi concurrat simul intellectus passiuus. Vocat autem intellectum passiuum cogitatiuam. Similiter in text. 31. docet, id quod nos etiam explicuimus supra quæstio. 84. artic. 7. quòd intellectus noster nihil intelligit sine concursu potentiæ sensitiuæ, qui concursus nihil aliud est, quàm conuersio ad phantasmata. ¶ Istæ duæ explicationes nihil falsitatis afferunt in sua doctrina, cæterum quod attinet ad suam explicationem, non attingunt difficultatẽ rei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei. Quapropter D.Tho. in hoc artic. multò melius illam explicat. Ad cuius intelligentiam sunt quædam nobis adnotanda ex Caietano hic, & Ferrarien. 2. contra gẽt. capite. 82. & 98. ¶ Notandum est ergo primo ex doctrina Aristotelis. 2. Physico. tex. 26. & Diui Thomæ supra quæstione. 85. articulo. 1. quòd anima nostra est veluti quoddam medium inter res purè materiales, & substantias separatas. Conuenit enim cum rebus materialibus inquantum est forma dans esse materiæ, & pars compositi materialis: cum substantijs vero separatis conuenit quatenus est forma immaterialis per se subsistens, & nullo modo dependens à materia in esse, docuit D. Thom. supra q. 75. articu. 2. & 3. Ex hac doctrina sequitur, quod anima nostra habet duplicem modum essendi, alterum per vnionem ad corpus, alterum per separationem à corpore. Iuxta primum modum essendi pertinent anima nostra ad ordinẽ rerum materialium; iuxta secundum ad ordinem substantiarum separatarum: & eodem modo philosophandum est de illa sicut de alijs substantijs separatis, vt videbimus in quæstione 89. sequenti. ¶ Secundo notandum est, quòd res materiales, secundùm quòd sunt in materia singulari, pertinent ad ordinem intelligibilium non actu, sed solùm in potentia. Fiunt autem actu intelligibiles per hoc, quod per virtutem intellectus agentis abstrahãtur à materia, & fiunt spirituales. Cum ergo anima nostra secundum modum essendi, quo est vnita corpori, pertineat ad ordinem rerũ materialium vt diximus, consequens est, quod non sit actu intelligibilis, sed in pura potentia. Quare, vt fiat intelligibilis actu, necessaria est virtus intellectus agentis, quæ faciat illam intelligibilẽ in actu. Similiter etiam anima nostra (quæ ex natura sua est tanquam tabula rasa, in qua nihil est scriptum, ideſt, in pura potentia ad alia intelligenda) constituitur in actu per virtutem intellectus agentis, quatenus recipit in se species intelligibiles aliorum. Et hæc est differentia inter angelos, & animam rationalem, quòd anima à principio sui nullas habet species congenitas, vt ostendit Di. Thomas supra quæstio. 84. art. 3. & sequentibus: at substantiæ separatæ, quę sunt simpliciter immateriales, habent species congenitas naturaliter sibi inditas, quibus earum intellectus actuatur.

¶ Tertio notãdum est, ꝙ aliquid esse in actu, potest contingere dupliciter. Primo modo in genere entium, secundò modo in genere intelligibiliũ. Illud dicitur esse actu in genere entium, qd habet formã substantialem, vel accidentalem dantem sibi esse in actu in aliqua specie prædicamentali, sicut homo, vel album est actu in genere entium: illud vero dicitur esse actu in genere intelligibilium, qd ex se ipso sine alio extrinseco agẽte vel obiecto põt actuare intellectum, & determinare actũ intelligendi. Stat aũt optimè, ꝙ aliquid sit actu in genere entium, quando non est actu in genere intelligibilium. v.g. Anima nostra, quãdo est vnita corruptibili, est quidem actus in genere entiũ; nã ex sua natura habet, ꝙ sit actus corporis physici, &c. Sed non est actu in genere intelligiblium quousq; habeat speciem, per quam fiat actu in illo genere. Anima vero separata à corpore vel substantia angeli respectu illius cognitionis, qua cognoscit seipsam, est actu nõ solum in genere entium, sed ẽt in genere intelligibilium: at vero in ordine ad alios intellectus, sunt quidem in actu in genere entium, & in genere intelligibilium sunt in potentia, qm̃ cognoscuntur ab alijs intellectibus non per proprias suas substantias, sed per proprias species. Sola vero diuina essentia est simpliciter actus in vtroque genere, quoniã seipsam & omnia alia à se cognoscit per suam essentiam, & quãdo cognoscitur quidditatiue ab alijs intellectibus, cognoscitur etiam per ipsammet essentiam vnitam illis in ratione speciei intelligibilis, quod solum potest competere ipsi diuinæ essentiæ, propter quod est purus actus in vtroque genere. Et hoc discrimen voluit Diuus Thomas ostendere in hoc articulo inter Deum, & angelos, & animam intellectiuam vnitã corpori corruptibili.

¶ Ex hac doctrina colligitur, quòd argumenta Scoti in 1. distinctione 3. quæst. 7. quibus conatur impugnare hanc propositionem Diui Thomæ, nullam habent efficaciam.

essicaciam. Arguit enim contra Diuum Thomam. Intellectus noster est quidam actus, & potentia operatiua, quæ non potest fundari super puram potentiam, ergo falsum est, quòd noster intellectus sit pura potentia. Respondetur enim ad hoc argumentum & alia huiusmodi, quòd probant intellectũ nostrũ esse actũ in genere entis: at vero non probant, quod sit actus in genere intelligibilium, quandiu anima nostra vnitur corpori corruptibili: imo vero oppositum colligitur apertè ex fundamentis iam positis.

¶ Secunda conclusio. Intellectus noster cognoscit se per species rerum materialiũ, non per alias, quas abstrahit ab illis. Hæc conclusio est contra autores secundæ sententiæ, qui asserebant, quòd quemadmodum extimatiua ex speciebus sensatis elicit alias species eleuatiores & non sensatas, vt explicatum est quæst. 78. articu. 4. Ita etiam anima nostra ex speciebus rerũ materialium elicit aliam speciem immaterialem sui ipsius; & mediante ista specie se cognoscit. Sed nostra conclusio videtur esse Diui Thomę hic ad tertium & in q. 10. de veritate artic. 8. specialiter ad quintum, secundo loco factum, vbi dicit quòd anima non cognoscitur per aliquã speciẽ abstractã a seipsa, sed per speciem sui obiecti, ꝙ sit forma eius secundum quòd intelligit actu. Et hanc conclusionem tenent fere omnes doctores interpretes Aristotelis 3. de Anima cap. 4. Sed inter alios eã expresse docet Ægydius quodli. 1. q. 3. & magis ex professo quodlib. 2. quæstione 23. & est cõis doctrina discipulorum D. Thom.

¶ Et probatur primo ex locis Aristotelis, quæ adduximus circa primam conclusionem ex 3. de Anima, & 12. Metaphy. in quibus Aristot. apertè videtur docere hãc conclusionem, quod intellectus cognoscit se per species rerum materialium, quibus illas cognoscit: & ita interpretantur illum Diuus Thomas, & alij expositores doctissimi. Secundo. Intellectus possibilis est in potentia ad omnia illa, quorum species per se recipit, & à quibus patiatur, vt manifestè probatum est quæst. 79. art. 2. & 3. ergo anima nostra non recipit propriam speciem sui ipsius. Probatur consequentia. Quoniam tunc esset in potentia ad seipsam & pateretur à seipsa: quod tamen est contra veram philosophiam. Tertio. Intellectus cognoscit seipsum cognitione reflexa non directa, vt Diuus Thomas supponit in hac quęstione, ergo non potest se cognoscere per propriam speciem. Probatur consequentia. Quoniam vt ostendimus q. 86. artic. 1. Omne illud, quod cognoscitur per propriam speciem, semper cognoscitur cognitione directa. Quapropter non video quo pacto aliqui autores huius secundæ sententiæ possint simul opinari, ꝙ intellectus noster cognoscit se reflexe, & quòd cognoscat se per propriam speciem. Confirmatur ex dictis q. 85. articu. 2. vbi Diuus Thomas docuit, quòd intellectus noster non directè, sed reflexè cognoscit speciem intelligibilem; quam apud se habet: & ibi adnotauimus, quòd ista cognitio speciei non potest fieri per aliam speciem, aliàs enim daretur processus in infinitum in speciebus intelligibilibus, sed quod per eandem speciem, qua directè cognoscit obiectũ, cognoscitur ẽt reflexè ipsa species, ergo similiter dicẽdũ est ī pũti.

¶ Ex hac doctrina sequitur primo contra quosdam; quod intellectus noster pro statu isto non eodem actu, quo cognoscit obiectum, cognoscit seipsum, & suũ actũ. Ratio est, quoniam obiectum suum cognoscit actu directo, seipsum vero cognoscit actu reflexo: sed non potest esse in nostro intellectu idem actus reflexus & directus, ergo. Ita docuit etiam Diuus Thom. in hac q. articu. 3. tam in corpore quàm in solutione ad secundũ, vbi assignat discrimen inter intellectum angelicum & nostrum, ꝙ intellectus angeli eodem actu cognoscit obiectũ, & cognoscit suũ actũ: noster vero intellectus non eodem actu sed duobus; imo in anima separata intellectus eodem actu cognoscit: vtrumq;, & in statu beatifico eodem actu visionis beatifi cæ cognoscitur vtrunq;. videatur Sonzi. 7. Metap. q. 15. ¶ Sequitur secũdo cõtra quosdam alios, quod quanuis intellectus angelicus semper sit in actu secundo respectu cognitionis propriæ substantiæ, vt ostensum est supra quæst. 60. art. 1. tamen intellectus noster pro isto statu non semper est

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in actuali consideratione sui. Ratio est, A quoniam secundum doctrinam Aristo. intellectus noster aliquando est in pura potentia, aliquando vero in actu primo, & aliquando in actu secundo. Præterea. Experientia nos docet, quòd intellectus noster non semper habet actus reflexos, quibus cõsideret seipsum vel actus suos, & ita docent hoc corolarium fere omnes philosophi & Theologi, inter quos ex professo id docet Ægydius locis citatis, & in 1. distin. 3. quæst. 18. quanuis in his locis adinuenit B modum, quo concederet, quod intellectus noster semper intelligit seipsum, scilicet, quia anima nostra semper est principium, & radix cognoscendi seipsam, & alia à se, quanuis sit magis in actu, quando est in' actu secundo, & considerat seipsam vel alia à se.

AD primum argumentum respondetur negando consequentiam. Nam, vt constat ex fundamentis supra positis, anima nostra quando est vnita corpori, C pertinet ad ordinem rerum materialium, quæ non sunt actu intelligibiles: & propterea indiget aliqua specie intelligibili, qua se cognoscat, & fiat actu intelligibilis. Anima vero separata pertinet ad ordinem rerum immaterialium, quæ sunt actu intelligibiles, & propterea potest se immediate cognoscere per suam essentiam sine alia specie, per quam fiat actu intelligibilis. Ad confirmationem itidem respondetur, quòd anima separata est actu intelligi D bilis, quia actum immaterialis est; & vnita proprio intellectui in esse intelligibili, non autem quando est vnita corpori: quoniam tunc anima solum in esse rei est vnita proprio intellectui.

¶Ad secundum Caietanus respondet optimè in secunda parte commentarij, & circa solutionem ad secundum Diu. Tho. Respondetur tamen ex eius doctrina breuiter quòd intellectus agens dicitur actus in genere intelligibilium, non quidem respectu intellectus possibilis quasi obiectiuè E illum perficiat immediatè per seipsum & sine specie, vt argumentum intendit: sed vocatur actus respectu ipsorum intelligibilium materialium immediatè, propterea quòd efficit illa intelligibilia in actu per abstractionem specierum, vt in superioribus explicatum est: & idcirco immediatè actuat intellectum possibilem per illam speciem rei materialis, quam abstrahit mediatè vero per seipsum, atq; ex consequenti non cognoscit ab intellectu possibili immediatè per seipsum, sed medio obiecto, quod repræsentat illa species, quam abstraxit. Itaque si attentè legatur Aristoteles in loco citato, & Di. Tho. in hoc articulo ad secundum nunquam dixit, quòd intellectus agens sit actus in genere intelligibilium, sed solum dicit, quòd actus respectu intelligibilium materialium. Hoc autem intelligendum est propterea quòd efficit illa intelligibilia in actu: ex quo tamen non sequitur, quòd immediatè sit intelligibilis per seipsum, sed media specie, vt diximus.

¶Ad tertium argumentum respondetur ex doctrina eiusdem Cãietani circa solutionem ad secundum, quòd intellectus agens non est lumen in seipso, ita quòd sit per seipsum visibilis sicut lux solis: sed dicitur lumen ab Aristotele respectu rerum materialium, propterea quod efficit illa intelligibilia in actu per abstractionem. Quemadmodum dicitur, quòd lux efficit colores actu visibiles. Fortassis Caietanus voluit dicere, quòd intellectus agens non est lux formaliter, sed est lux efficienter in quãtum efficit intelligibilia in actu. Quẽadmodum species visibilis, quæ est in oculo, est causa videndi colores, & tamen ipsa species nõ videtur. Ex hoc autem, quòd intellectus agens dicatur lux in hoc sensu, nõ sequitur, quòd possit illuminare ipsam animam, vel intellectum possibilem, vel seipsam; vt sine specie quidditatis rei materialis possit cognosci. Quapropter dicendum est, quòd per ipsam speciem rei materialis fiunt actu intelligibilia immediatè ipsa anima & intellectus. Eodem ferè modo respondet ad hanc difficultatem Ferra. 3. con. gen. c 46. & in eius confirmationem adducit egregium locum Di. Tho. in quæst. 10. de verit. artic. 8. ad decimum, secundo loco factum, vbi Diuus Tho. tradit eandem doctrinam. Vide quę diximus sup. q. 79. art. 3. dub. 1. circa solutionem vltimi argu. dubij primi.

DV-

DVbitatur secundo circa solutionem A ad primum. An D. Thom. rectè explicuerit illud testimonium Augustini? Ratio dubitandi est, quoniam 3. contra gent. capi. 46. dicit illum locum, qui habetur. 9. de Trinit. capitu. 3. habere difficultatem. Dicit enim Augustinus hæc verba, Mens sicut corporeatum rerum notitias per sensus corporis colligit: ita incorporearum rerum notitias colligit per seipsam, ergo & semetipsam per seipsam nouit, quoniam ipsa est incorporea. Et ad hæc verba Diui B Augustini respondet Diuus Thomas, non esse mentem Augustini, quòd anima cognoscat per seipsam quantum ad quid est, & secundum quod est ab alijs distincta. Nam in libro 10. de Trinitate ca. 9. subdit hæc verba: Anima nostra cum sui notitiã quærit, non quasi absentem quærit secernere, sed præsentem se quærit discernere, non vt cognoscat se, quasi iam non nouerit, sed vt dignoscat se ab eo, quod alterũ nouit. ¶Hæc verba Diui Augustini viden C tur aperte insinuare, quòd anima nostra per seipsam cognoscit se quasi præsentem: at vero quasi ab alijs distinctam non cognoscit se immediatè per seipsam, atque ex consequenti ex hac doctrina videtur colligendum, quod anima per seipsam cognoscit de se quod est. Ex eo enim, quòd percipit se agere, consequenter percipit se esse: agit autem immediate per seipsam, ergo enam per seipsam cognoscit de se, q̃ est. ¶Contra hanc doctrinam arguitur pri D mo ex D. Thom. in hoc art. conclusio. 3. & 4. vbi absolutè docet, quòd anima nostra secundùm præsentem statum neque seipsam, neque alia à se potest cognoscere immediate per seipsam, sed per actum suum cognoscit se, alia vero cognoscit per species abstractas. Et ex ipsa litera Di. Thomę constat conclusione. 5. & 6. quòd loquitur non solum de cognitione animæ quantũ ad quid est, sed etiam quantum ad cognitionem quod est, ergo D. Thom. sibi est cõ E trarius. ¶Secundò probatur ratione ostendo, quòd ex ipsa solutione sequatur oppositum eius, quod intendit. Anima nostra percipit se esse, quoniam cognoscit se operari, sed sicut docet Diuus Thomas in art. 3. intelligere animę distinguitur ab eius esse, ergo neque quantum ad quid est cognoscit se per seipam.

PRo explicatione huius dubij Ferrariẽ. in illo capite 46. animaduertit ex Diuo Thoma in quæstione 10. de veritate articulo 8. & 9. quòd duplici modo potest anima nostra cognoscere de seipsa quòd sit aut habitualiter, aut actualiter. Si loquamur de cognitione actuali ipsius animæ, certum est in doctrina Diui Thomæ, quòd non cognoscit seipsam immediatè p suã essentiam, sed per suos actus, siue cognoscat se quantum ad quod est, siue quãtum ad quid est. Et in hoc sensu loquutus est Diuus Thomas hic, & hoc conuincũt euidenter illa duo argumenta facta. Si vero loquamur de cognitione habituali, sic homo per ipsammet animam, scilicet, ex eo quod est sibi ipsi præsens, cognoscit se haberet animam. Ex eo enim quòd anima actualiter cognoscit se esse, quia cognoscit se operari, cum ipsa anima sit principiũ proprium illius operationis: cõsequitur, vt ipsa animæ præsentia sit ratio, propter quam potẽs est exire in actũ cognitionis sui ipsius. Et hoc est cognoscere habitualiter seipsam, quòd sit: vbi illa dictio, habitualiter, non importat habitum, aut speciem distincta ab anima, sed ipsammet animam, quæ est primũ principium, quo intelligimus. Et in hoc sensu loquutus D. Tho. in 3. cont. gent. quãdo dixit, q̃ anima per seipsam cognoscit se quantum ad, q̃ est. Et in eodẽ sensu loquutus est Ægidius 1. d. 3. q. 18. & alijs locis citatis dub. 1. quãdo concessit, quòd anima nostra semper seipsam intelligit. Loquebantur enim de cognitione habituali iuxta modum, quem explicuimus.

¶Sed contra hanc solutionem arguitur. Sicut per actus animę cognoscimus, q̃ anima sit: ita etiam per eosdem actu cognoscimus quid sit, quanuis diuerso modo. Nam per actus quantum ad esse illorum cognoscimus quod anima sit, per eosdem verò actus quantum ad naturam ipsorũ cognoscimus quid sit, ergo eadem ratione dicendum est, quòd anima per seipsam cognoscit se habitualiter etiam quantùm ad quid est, quod tamen D. Th. negat in illo ca. 46. Consequentia tenet ex paritate rationis.

¶Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad hoc argumentum respondetur nō A esse eandem rationem de vtraque cognitione habituali. Nam ad cognitionem habitualem, ꝙ sit, sufficit, ꝙ anima per seipsam sit productiua illius actus per quē cognoscit, & aliunde sit præsens ipsi intellectui, quæ duo competunt animæ nostrę p seipsam. Ad cognitionem uerò quid est ēt habitualem, requiritur aliquod esse intellectum in actu, quod sit medium ad illā cognitionem ēt habitualem, s. species intelligibilis, vel aliquid per modum speciei. Ra B tio huius est, quoniam res materiales neq; habitualiter cognoscimus quātum ad earum quidditates, nisi habeamus earū species intelligibiles abstractas in intellectu. Dictum est autem, quòd anima non cognoscit per seipsam quandiu est in corpore corruptibili, sed per species rerum materialium abstractas à phantasmatibus, ergo etiam habitualiter non cognoscit de seipsa quid sit immediatè per seipsam, sed media specie quidditatis tei materialis. Cæte- C ra omnia, quæ attinere possunt ad explicationem articuli, videnda sunt in Caietano, & in tribus locis citatis ex Ferrar.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm intellectus noster cognoscat habitus animę per essentiam eorum.

437 1. 2. qu. 49. ar. 2. Et 2. 2. q. 4. ar. j. cor. Et 3. di. 23. q. j. ar. 2. & verit. q. x. art. 19. & quo. 8. ar. 4. co. * ca. 1. ſ med. to. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus noster cognoscat habitus animę p essentiam eorum. Dicit enim August. *13. de Trini. Non sic videtur fides in corde, in quo est, sicut anima alterius hominem motibus corporis videtur: sed eā tenet certissima scientia, clamatā, conscientia. Et eadem ratio est de aliis habitibus anima. Et ꝙ habitus animę nō cognoscuntur per actus, sed per seipsos.

¶ 2 Præterea. Res materiales, quæ sunt E extra animam, cognoscuntur per hoc, quòd similitudines earum sunt præsentialiter in anima. Et ideo dicuntur per suas similitudines cognosci. Sed habitus animæ præsentialiter per suam essentiam sunt in anima. Ergo per suam essentiam cognoscuntur.

¶ 3 Præterea. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Sed res aliæ cognoscuntur ab anima propter habitus, & species intelligibiles. Ergo ista magis per seipsa ab anima cognoscuntur.

SED contra. Habitus sunt principia actuū, sicut & potentiæ. Sed sicut dicitur in * Li. 2. 2 de ani. priores potentiis secundū rationem actus sunt actus & operationes sunt. Ergo eadem ratione priores habitibus. Et ita habitus per actus cognoscuntur sicut & potentiæ.

RESPONDEO dicēdum, ꝙ habitus B quodammodo est mediū inter potentiā puram & purū actum. Iam autem dictum est *, ꝙ nihil cognoscitur nisi secundū ꝙ est actu. Sic ergo inquantum habitus deficit ab actu perfecto, deficit ab hoc, vt nō super ipsum cognoscibilis, sed necesse est, ꝙ per actum suū cognoscatur: siue dū aliquis percipit se habere habitū per hoc ꝙ percipit se producere actū proprium illius habitus, siue dū aliquis inquirit naturam & rationem habitus ex consideratione actus. Et prima quidem cognitio habitus, fit per ipsam præsentiam habitus: quia ex hoc ipso quod est presens, actum causat, in quo statim percipitur. Secunda autem cognitio habitus fit per studiosam inquisitionē, sicut supra dictum est de mente. *

AD primum ergo dicendum, quòd ex fides non cognoscatur per exteriores corporis motus, percipitur tamen etiam ab eo in quo est per interiorem actum cordis. Nullus enim fidem se habere scit, nisi per hoc, quòd se credere percipit.

AD secundum dicendum, ꝙ habitus sunt præsentes in intellectu nostro, non sicut obiecta intellectus: quia obiectum intellectus nostri secundum statum præsentis vitæ est natura rei materialis, vt sup. dictum est: * sed sunt præsentes in intellectu, ut quibus intellectus intelligit.

AD tertiū dicendum, ꝙ cū dicitur, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis; neritatē habet, si intelligatur in his quæ sunt vnius ordinis, puta in vno genere causæ. Puta si dicatur ꝙ sanitas est desiderabilis propter vitam, sequitur ꝙ vita sit magis desiderabilis. Si autem accipiantur ea quæ sunt diuersorum ordinum, non habet veritatē. Vel dicatur ꝙ sanitas est desiderabilis propter medicinam, non ideo sequitur ꝙ medicina sit magis desiderabilis: quia sanitas est in potentia finium, medicina autem in ordine causarum efficientium. Sic igitur si accipiamus duo, quorum vtrumque sit per se in ordine obiectorum cognitionis: illud propter quod aliud cognoscitur, erit magis notum, sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine obiectorum inquantum est habitus: nec propter habitum aliqua cognoscuntur, sicut propter obiectum cognitum: sed sicut propter dispositionem, vel formam, qua cognoscens cognoscit. Et ideo ratio non sequitur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Habitus non cognoscuntur ab anima per species ipsorum. Ratio. Quoniam habitus est quodammodo medium inter porentiam puram, & purum actum, ergo inquantùm habitus deficit ab actu perfecto, ac per consequens ab hoc quòd non sit per seipsum cognoscibilis.

¶ Secunda conclusio. Necesse est, quòd habitus per actum suum cognoscatur siue quantùm ad an est, siue quantùm ad naturam ipsorum. Probatio huius conclusionis manifesta est in Diuo Thoma.

COMMENTARIVM.

NOta primo, quod quando D. Thom. dicit habitum esse medium quodam inter puram potentiam & purum actum, & idcirco non cognosci à nobis per essentiam suam, sed per actum: nomine puri actus non intelligit Diuus Thomas purum actum, sicut intellexit in articulo. 1. quando dixit diuinum intellectum esse purum actum; & quæstione. 3. artic. 7. Deum esse purum actū, propterea quod est summè simplex. Similiter nomine puræ potentiæ non intellexit materiam primam, quæ absolutè vocatur pura potentia, sicut Aristoteles eam uocat 3. Physicorum text. 15. sed nomine puri actus intellexit ipsam actualem operationem: nomine uero puræ potentię intelligit ipsam potentiam, quæ A est principium operationis, considerando illam sine aliqua forma habituali superaddita, per quam fiat in actu primo: ad eum modum quo articulo. 1. dixi cum Caietan. ꝙ intellectus noster ſm præsentē statū est pura potentia in genere intelligibiliū, propterea quod tenet infimum gradum in genere intelligibilium. Ratio huius est. Quoniam cum quædam entia simpliciter constituantur in genere potentiarum, quædā vero in genere actuum; tunc res illa dicitur pura potentia, quæ in se non habet formam aliquam, per quam fiat in actu primo. Illa vero res dicitur purus actus, quæ simpliciter habet rōnem actus; ita quod non ordinatur ad aliquod aliud tanquam potentia ad actum: & huiusmodi est operatio siuè actus secundus. Habitus vero ꝙñ neq; est ipsa potentia, ꝙ est principiū operationis, neq; vero est ipsa operatio, quę est actus secundus, rectè dr̄ medium quoddā inter purā potentiā & purū actū. Qua rōne qui habet habitum dr̄ esse partim in po- C tentia, & partim in actu, sicut D. Th. docet in art. & Aristoteles insinuat. 3. de Aīa c. 4. tex. 8. & partim est in potentia ad actū secundum. ¶ Secundò notandum ꝙ noster intellectus intelligit suam operationē, propterea quod est vltima perfectio & actus illius, sicut D. Th. explicat ar. 3. Habitus verò non est vltima perfectio potentiæ, sed potius tenet se ex parte ipsius potentię, vt simul cū ipsa sit principium operationis. D Quapropter quēadmodū intellectus non cognoscit seipsum immediatè per seipsum sed per actum suū, ita ēt non cognoscit habitum immediatè per seipsum, sed per suū actū, & in hoc cōsistit tota vis rōnis D. Th.

¶ Contra hāc doctrinā arguitur. Sequitur ex illa, ꝙ intellect* noster nō possit cognoscere ēt speciem intelligibilē, quā in se habet immediatè & per seipsum: consequens est falsum, & contra D. Tho. ergo. Sequela probat. Qm̄ sicut probatum est q. 79. ar. 2. ēt spēs intelligibilis tenet se ex parte intellectus tanquam forma & principium efficiens ad producendam intellectionem. Minor vero constat ex dictis ar. 1. & q. 85. ar. 2. vbi diximus, ꝙ species intelligibilis cognoscitur ab intellectu nostro per seipsam, aliàs enim esset processus in infinitum.

¶Ad hoc respondetur negando sequelã. A Est enim maximum discrimen inter speciem intelligibilem, & habitum. Primò. Quoniam species intelligibilis est magis proximum principium operationis, quam ipse habitus. Vnde quoniam maximè accedit ad ipsam operationem, quæ est vltima perfectio intellectus nostri habet ꝙ potius cognoscatur per seipsam, quàm ipse habitus qui minus accedit ad operationẽ. Secundò. Quoniã species intelligibilis ex sua natura habet, ꝙ sit repræsentatiua primò & directè sui proprij obiecti, secundariò vero & indirectè sit repræsentatiua sui ipsius. Itaque ad vtranque cognitionẽ concurrit tanquam forma & actus ipsius intellectus: hoc autem non habet ipse habitus. Quapropter species intelligibilis per seipsam cognoscitur ab intellectu, quanuis secundário, ipse vero habitus mediante illa specie per actum suum. Tertiò. Quoniam secundum doctrinam D.Thom. hic ad secundum & tertium, habitus ita se tenet ex C parte potentiæ, quod nullo modo tenet se ex parte obiecti. Species vero intelligibilis, quanuis tenet se ex parte potentiæ inquantum informat illam, & cum ipsa concurrit effectiuè ad operationem, tamen propriè & simpliciter tenet se ex parte obiecti. Est enim ipsummet obiectum in esse intelligibili. Et propterea sicut repræsentat directè ipsum obiectum, ita etiam indirectè repræsentat seipsam, & ex consequenti cognoscitur per seipsam. D

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm intellectus cognoscat proprium actum.

438 2.cõt. c. 73.co. 5

AD TERTIVM sic procedi-tur. Videtur, ꝙ intellectus noster non cognoscat proprium actum. Illud enim propriè cognoscitur, quod est obiectum cognoscitiuæ virtutis. Sed actus differt ab obiecto. Ergo intellectus non cognoscit suum actum.

¶ 2 Præterea. Quicquid cognoscitur, aliquo actu cognoscitur. Si igitur intellectus cognoscit actum suum, aliquo actu cognoscit illum, & iterum illum actum alio actu. Erit ergo procedere in infinitum. Quod videtur impossibile.

*¶ 3 Præterea. Sicut se habet sensus ad actũ suum, ita & intellectus. Sed sensus proprius non sentit actum suũ, sed hoc pertinet ad sensum communem, vt dicitur in * libro. de Anima. Ergo neque intellectus intelligit suum actum suum.* * Lib. 2.de 3.tex. & seq. t.c.

SED contra est, quod Aug. dicit in 10. de Trinit. Intelligo me intelligere.* * Li. 10 Tri. ca. 10.&

*RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut iã dictum est, * vnumquodque cognoscitur secundum quod est actu. Vltima autem perfectio intellectus est eius operatio. Non enim est sic actio tendens in alterum, quæ sit perfectio operati: sicut ædificatio ædificati. sed manet in operante, vt perfectio actus eius, vt dicitur in * 9. Metaph. Hoc igitur est primum, ꝙ de intellectu intelligitur. scilicet ipsum eius intelligere. Sed circa hoc diuersi intellectus diuersimodè se habent. Est.n. aliquis intellectus, scilicet diuinus, qui est ipsum suũ intelligere. Et sic in Deo idem est, ꝙ intelligat se intelligere, & quòd intelligat suam essentiã: quia sua essentia est suũ intelligere. Est etiã alius intellectus, scilicet angelicus, qui nõ est suum intelligere, sicut supra dictum est. * sed tamen primum obiectum sui intelligere est eius essentia. Vnde etsi aliud sit in angelo secundum rõnem, ꝙ intelligat se intelligere, & intelligat suam essentiã, tamen simul & uno actu vtrunque intelligit: quia hoc quod est intelligere suam essentiã, est propria perfectio suæ essentiæ. Simul autem & uno actu intelligitur res cum sua perfectione. Est autẽ alius intellectus, scilicet, humanus qui nec est suum intelligere, nec sui intelligere est obiectum primum ipsa eius essentia, sed aliquid extrinsecum, scilicet, natura materialis rei. Et ideo id quod primo cognoscitur ab intellectu humano, est huiusmodi obiectum, & secundario cognoscitur ipsũ actus quo cognoscitur obiectum: & per actum cognoscitur potentia intellectus, cuius est perfectio ipsum intelligere. Et ideo Philosophus * dicit, ꝙ obiecta prius cognoscuntur actibus, & actus potentiis.* E

AD primum ergo dicendum, ꝙ obiectum intellectus est commune quoddam, scilicet, ens & verum: sub quo comprehenditur etiã ipse actus intelligẽdi. Vnde intellectus potest suum actum cognoscere, sed non primo: quia

*primum obiectum intellectus nostri secundum A presentem statum est quodlibet ens & verũ, sed ens & verum consideratum in rebus ma- 1.84.ar. terialibus, vt dictum est: * ex quibus in co- 7 gnitionem omnium aliorum deuenit.*

AD secundum dicendum, quòd ipsum intelligere humanum non est actus & perfectio naturę intellecte, vt sic possit vno actu intelligi natura rei materialis & ipsum intelligere. sicut vno actu intelligitur res cũ sua perfectione. Vnde alius est actus quo intellectus intelligit lapidem, & alius est actus quo B intelligit se intelligere lapidem, & sic deinde. Nec est inconueniens in intellectu esse infinitum in potentia, vt suprà dictum est. ¶ præce. art. 2.

AD tertium dicendum, quòd sensus proprius sentit secundum immutationem materialis organi à sensibili exteriori. Non est autem possibile quòd aliquid materiale immutet seipsum, sed vnum immutatur ab alio. Et ideo actus sensus proprij percipitur per sensum communem. Sed intellectus noster non C intelligit per materialem immutationem organi. Et ideo non est simile.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

CIrca hos duos articulos dubitatur, vtrùm intellectus formet proprium conceptum, quando cognoscit habitus, & actus, & conceptus, & species?

¶ Pro parte negatiua arguitur primò. Nam tota ratio ponendi verbum fiuè conceptum (vt constat ex D. Thom. 1. contra gentes cap. 53. & vbicunque rationem huius rei assignat) est vt intellectus habeat sibi obiectum præsens in esse intelligibili; sed prædicta omnia sunt præsentia intellectui in esse intelligibili: sunt enim res spirituales, & immateriales, ergo. Confirmatur. Nam hæc omnia supplent in intellectu vicem speciei intelligibilis, ita ꝙ non immittunt species, sed actuant intellectũ in ratione principij ad sui intellectionem, E ergo etiam supplent rationem verbi. Antecedens probatur. Nam neque actus intellectus, neque habitus, neque conceptus habent species proprias in intellectu.

¶Secundò. Beati per visionem beatam non formant verbum, quia Deus est res in telligibilis de se, & satis presens intellectui illorum, idem habet angelus respectu suæ essentię eadẽ ratione, sed similiter conceptus, habitus, actus, & species sunt res spirituales & præsentes per se intellectui, ergo. Confirmatur. Quando potentia imaginatiua contemplatur sua phantasmata tanquàm si essent res verę, nõ formant alia phantasmata de illis, quæ attendit, neque habet alias species, ꝑ quas illa cognoscat: ergo neque intellectus.

¶ Tertiò, & arguitur specialiter, ꝙ saltim quando cognoscimus ipsum verbum, non formemus aliud verbum, seu conceptum. Quod est ratio manifestandi aliarres, seipsam etiã manifestat, sicut lux, quæ est ratio videndi colores, non indiget alia luce, vt videatur, sed conceptus seu verbũ est ratio manifestandi rem, ergo non indiget alio conceptu, in quo ipse videatur. Cõfirmatur. Si ad intelligendum conceptum requiritur alius conceptus, rursum ad intelligẽdum illum alius requiritur. & idem de illo alio, atque ita dabitur processus in infinitum, quod est magnum incõueniẽs.

¶ Quartò ad idẽ. Nam sequitur ꝙ nullus sit conceptus reflexus. Patet. Aliquando tunc dr̃ reflecti, qñ eadem numero cò regreditur, vnde egressa fuerat, sed si formaremus conceptum alterius conceptus, idẽ conceptus non reflecteretur supra se, ergo non est reflexus. Confirmatur. Qñ cognosco conceptum in alio conceptu, directè intellectus fertur supra illum conceptum vt in obiectum, sicut quando cognosco hominem, ergo talis conceptus nõ erit reflexus.

¶ In oppositum est primo, ꝙ D. Th. 1. parte q. 27. ar. 1. constituit regulam vniuersalem, ꝙ quicunque intelligit hoc ipso, qđ intelligit, formar verbum, sed qui reflexè cognoscit suum verbum, intelligit, ergo.

¶Secundò. Quod res sit spiritualis, & ꝙ sit intima & præsens intelligenti, non tollit, quin per intellectionem formet verbũ, vt patet in angelo, qui de sua substãtia formar conceptum, ergo.

¶ Tertiò. Intellectus noster cognoscit suum conceptum, & suum actum, suũ habitum, suas species (idem.n. est iudicium quantum ad hoc de conceptu & actu intelligendi) non per aliquam speciem intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilem, sed ipse conceptus habet vicem spe- A
ciei cognitione reflexa, ergo non potest es-
se terminus eiusdem cognitionis intimus
& immediatus. Probatur cõsequentia. Nã
nihil potest esse principiũ & terminus pro
prius eiusdem operationis secundùm idem
esse, & ob hanc causam in intellectu præ-
ter speciem, quæ est similitudo rei & prin-
cipium cognitionis, requiritur illa similitu
do, quę sit terminus, scilicet, verbum: & ob
hanc etiam rationem substantia angeli nõ
potest habere rationem conceptus in intel B
lectione suipsius, quia, scilicet, ipsa substã
tia est principium talis intellectionis, ergo.
Nec potest dici ad hoc argumẽtum, quòd
conceptus & actus intelligendi cognoscun
tur per speciẽ rei, cuius sunt notitia. Nam
id, quod primo intellectus cognoscit de
his, quæ sunt intra animam, est actus, vt di
citur in hoc articulo. Deinde per actum in
telligendi cognoscitur ipse conceptus, &
species intelligibilis: in his enim rebus per
effectus deuenimus in cognitionem causa C
rum, ergo conceptus non cognoscitur per
species rei, à qua est productus. Neque per
speciem propriam, quia non est ibi neces-
saria species, ergo ipse conceptus vnitur in
tellectui in ratione speciei.

¶Quartò. Impossibile est, ꝙ noster intel
lectus intelligat aliquid naturaliter loquen
do sine eo, ꝙ per ipsam intellectionem for
met verbum, ergo et qũ cognoscit suum
actum, aut suum conceptum, format ver-
bum. Probatur antecedes. Nam intelligere D
nostri intellectꝰ est dicere: sed dicere nihil
aliud est, quàm producere verbum, ergo.

¶Notãdum est, ꝙ S.Th. in toto illo tra-
ctatu de anima nullam mentionem facit
de verbo mentis, quod solet vocari conce-
ptus, neque aliquod dubium aut quæstio-
nem de ea fecit. Quod certè mirandũ est.
De ea enim multa sunt digna scitu, & nisi
alias non haberemus iam discussa, necessa
ria quæ hic disputarentur. Vide quæ de hac
re diximus supra quæstio. 27. articul. 1. vbi E
disputauimus. Vtrum in omni cognitione
formemus Verbum, Vtrum verbum pro-
ducatur per eandem intellectionem, qua
res intelligitur, an per aliam actionem in-
tellectus? & vtrum verbum nostrum rea
liter distinguatur ab intellectione?

¶Quantum autem attinet ad præsen-
tem quæstionem sunt duæ opiniones. Pri-
ma est negatiua, quòd quando cognosco
reflexè conceptum, aut meum actum in-
tellectus, & habitus, & species in eo ex-
stentes, non formo aliquod verbum, sed
ipse conceptus propter sui spiritualitatem,
& immaterialitatem, & quia præsens est
in intellectu, terminat talem cognitionẽ.
Quam sententiam exemplo lucis allato in
tertio argumento, in primo loco facto ex-
plicant. Et quando communiter solet di-
uidi conceptus in directum & reflexum,
dicunt isti, quod in ista diuisione nomine
conceptus reflexi non intelligitur propriè
conceptus, sed actio intelligendi reflexa.
Altera sententia est in alio extremo affir-
matiua, quòd in cognitione conceptus
formo verbum talis conceptus, quod ver-
bum vocatur conceptus reflexus, quia
fertur supra alium conceptum. Idem di-
cunt contingere in cognitione habitus,
actus intelligendi, & speciei intelligibilis:
in quorum omniũ cognitione semper for-
mamus verbum.

¶Ex his opinionibus mihi secunda pro-
babilior, & magis consentanea doctrinæ
Diu. Thomæ videtur. scilicet, quòd quan-
do cognosco conceptum, habitum, actum
intelligendi, & speciem intelligibilem,
formo verbum omnium illorum, non vt
sint præsentia absolutè, sed vt sint præ-
sentia obiectiuè, & in ratione termini
intellectui operanti. Sicut dicimus de
angelo quando cognoscit suam substan-
tiam. Quæ quidem sententia probatur ar
gumentis secundo loco factis, & pro ea re-
peties alia multa argumenta à nobis facta
supra quæstion. 27. articulo. 1. dubio. 1. vbi
in communi disputauimus. An intellectus
in omni intellectione sua formet verbum?
Et tenuimus partem affirmatiuam, & quæ
stio. 56. art. 1. præcipuè dubio. 2. vbi disp-
tauimus. An angelus quando se cogno-
scit, formet verbum? vbi etiam tenuimus
partem affirmatiuam.

AD primum argumentum primo lo-
co factum respondetur, quòd con-
ceptus non est præsens intellectui in ra-
tione obiecti, & termini, quod requi-
ritur ad hoc, vt aliqua res intelligatur:

vt optimè explicat Ferrar. 1. contra gent. c. A
53. vbi videndus est pro intelligentia to-
tius huius quæstionis. ¶ Ad confirmatio-
nem respondetur, ꝙ multi viri graues ex
discipulis D.Th. existimant, ꝙ neque spẽs
intelligibilis, neque actus intellectus neq;
habitus neque conceptus, cognoscunt per
aliquam speciem impressam, sed ꝙ cogno
scuntur seipsis in rõne speciei intelligibi-
lis; propterea ꝙ, rõ quare ponimus speciẽ
aliarum rerum. v.g. hoìs est quia homo nõ
põt esse in intellectu secundum suum esse B
reale, sed secundum suum esse intentiona-
le, quia non coniungitur perfectè intelle-
ctui. At verò sicut angelus, ad cognitionẽ
sui non indiget specie aliqua quia sua essen
tia perfectè cõiungitur suo intellectui: est
enim res spiritualis & intelligibilis. Ita ipse
conceptus, habitus, actus intelligẽdi & spe
cies res immateriales sunt, atque adeo per
fectè coniunguntur intellectui, vtpote rea
liter existentes in ipso, vnde non indigent
aliqua specie ad cognitionem sui. Hæc ta- C
men sententia nobis falsa videtur. Vnde di
co, quòd anima pro hoc statu hæc omnia
cognoscit per species rerum materialium
& non per seipsas in rõne speciei, sicut nec
in ratione conceptus. Quod quidem in do-
ctrina D.Thomæ nulli deberet esse dubiũ.
Nam in hac quæstione art. 1. in corpore di
cit, ꝙ intellectus noster pro hoc statu quic
quid intelligit, intelligit medijs speciebus
rerum immaterialium. Et ad tertium ex eo
dem principio colligit, quòd anima cogno D
scat seipsam per speciem obiecti materia-
lis. Et ratio pro hac re est euidens. Nam
obiectum proportionatum nostri intelle-
ctus pro isto statu, quo est in corpore, est
quidditas rei materialis, ergo quicquid in-
telligit in ordine ad istam quidditatẽ ma-
terialem intelligere debet. At si prædicta
per seipsam in ratione speciei intelligibi-
lis intelligeret, non cognosceret illa in or-
dine ad quidditatem materialem, ergo. Ve
rum tamen est, ꝙ quantum attinet ad spe- E
ciem intelligibilem, per seipsam cognosci
tur in ratione speciei: aliàs enim daretur
processus in infinitum, quod expresse vide
tur asserere D.Th. in q. 10. ar. 9. ad 10. Qua
re ipsamet species, quę primo & immedia
tè repræsentat quidditatẽ rei, repræsentat
seipsam intellectui quãtum necesse est, vt
possit cognosci per actum reflexum. Neq;
propter hoc intellectus cognoscit aliquid
ime ordine ad quidditatem materialem,
quia ipsamet species est quidditatis mate-
rialis species: vnde censetur quidditas ma-
terialis. ¶ Ad secundum argumentum re-
spondetur, quod est maxima differentia.
Nam deus est præsens intellectui beatorũ
in rõne obiecti: at vero conceptus & spẽs,
nõ sunt præsentes in ratione obiecti, vt pa
tet ex dictis. Angelus vero probabilior sen
tentia est, quod format verbum, quando se
cognoscit. Ad confirmationem responde-
tur, quod imaginatiua non reflectitur su-
pra se. Hoc enim est proprium intellectus,
vt actus suos & aliarum potentiarum in-
telligat. Cum vero contemplamur nostra
phantasmata, acsi essent res veræ, ille actus
imaginatiuæ non est reflexus, sed directus
& tendens in rem ipsam: vt quando imagi
namur Christum, ac si modo crucifigere-
tur: certum est, ꝙ actus ille in Christũ fer- C
tur, licet mediante phantasmate tanquam
imagine illius, sicut si in imagine exteriori
Christi illũ cõsideraremus. Et ita tũc non
attẽdimus, an illud phãtasma sit qualitas,
an similitudo. Qũ vero intellectus reflecti
tur supra suũ actũ: illa cognitio non fertur
in rẽ, sed in actũ. Vide de hoc argumento
Ferr. 1. cõt. gen. c. 53. & Caiet. supra. q. 75. ar.
2. dubio. 3. vbi agit de reflexione cogitati-
ua. ¶ Ad tertium respondetur, ꝙ qñ conce
ptus exercet rõnem medij & manifestati- D
ui, non indiget alio medio, aut alia luce, vt
cognoscatur, quin potius eadem cognitio-
ne, qua cognoscitur res, cognoscitur ẽt ipse
conceptus; nõ solũ vt quo, sed ẽt vt ꝙ, vt
explicuimus supra q. 27. art. 1. dubio. 1. ad
tertiũ. At vero conceptus in cognitione re-
flexa nõ exercet rõnem lucis & manifesta
tiui, sed potius rõnẽ rei illuminatæ & ma-
nifestatę, quia cognoscitur ſm quod est q̃-
dã qualitas, & quoddam ens: vnde indiget
alio cõceptu. Vide Caiet. ar. 1. qõnis, vbi di- E
sputat. Qũo intellectus ages sit lux & actꝰ,
& rõ cognoscendi alia, non tũ cognoscitur
per seipsum, sed per spẽs aliarũ rerum. De
quo ẽt nos diximus ibidem. Ad cõfirma-
nonẽ rndetur cũ D.Tho. art. 3. ad 2. ꝙ non
est inconueniẽs intellectũ esse infinitũ in

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentia, quod etiam prius docuerat q. 86. art. 2. ¶ Ad quartum respondetur exemplo ex ipsis rebus petito. Nã sicut in motu est mobile & motus: ita in intellectu est intelligens, & intellectiuum. Vnde sicut motus reflexus non est idem motus, vt constat ex Aristotele, tamen dicitur reflexus, quia idẽ mobile regreditur: ita quia idem intellectus est qui regreditur, eius actus dicitur reflexus, licet non regrediatur eodem motu aut actu intelligendi. Ad confirmationem respondetur, quòd actus intellectus circa conceptum directum potest dupliciter considerari. Primò. Quatenus est actus in conceptum ut in obiectum, & sic directè tendit in illum. Secundò. Quatenus est actus, qui supponit alium, & propter hoc ois actus circa conceptus, dicitur reflexus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm intellectus intelligat actum voluntatis,

429 AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q intellectus non intelligat actum voluntatis, nihil enim cognoscitur ab intellectu nisi sit aliquo modo presens in intellectu. Sed actus voluntatis non est presens in intellectu, cùm sint diuersa potentia. Ergo actus voluntatis non cognoscitur ab intellectu.

¶ 2 Praterea. Actus habet speciem ab obiecto. Sed obiectũ voluntatis differt ab obiecto intellectus, ergo & actus voluntatis speciem habet diuersam ab obiecto intellectus. Non ergo cognoscitur ab intellectu.

¶ 3 Praterea. Augustin. in lib. * 10. Confess. attribuit affectionibus animę, quòd cognoscuntur neque per imagines sicut corpora, neque per præsentia sicut artes, sed per quasdã notiones. Non videtur autem quòd possint esse aliæ notiones rerum in anima, nisi vel essentiæ rerum cognitarum, vel earum similitudines. Ergo impossibile est quòd intellectus cognoscat affectiones animæ, quæ sunt actus voluntatis.

SED contra est, quod Aug. dicit * 10. de Trinit. Intelligo me velle.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, * actus voluntatis nihil aliud est quàm inclinatio quædam consequens formã intellectam. sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formam naturalem. Inclinatio autem cuiuslibet rei est in ipsa re per modum eius. Vnde inclinatio naturalis est naturaliter in re naturali, & inclinatio, quæ est appetitus sensibilis, est sensibiliter in sentiente: & similiter inclinatio intelligibilis, qua est actus voluntatis, est intelligibiliter in intelligente, sicut in primo principio & in proprio subiecto. Vnde & Philosophus hoc modo loquendi vtitur in * 3. de anima, quòd voluntas in ratione est. Quod autem intelligibiliter est in aliquo intelligente, consequens est vt ab eo intelligatur. Vnde actus voluntatis intelligitur ab intellectu, & inquantum aliquis percipit se velle, & inquantum aliquis cognoscit naturam huius actus, & per consequens naturam eius principij, quod est habitus, vel potentia.

AD primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet si voluntas, & intellectus, sicut sunt diuersæ potentiæ, ita etiam subiecto differrent. Sic enim quod est in voluntate, esset absens ab intellectu. Nunc autem cùm vtrunque radicetur in vna substantia animæ, & vnum sit quodammodo principium alterius, consequens est, vt quod est in voluntate, sit etiam quodammodo in intellectu.

AD secundum dicendum, quòd bonum & verum, quæ sunt obiecta voluntatis & intellectus, differunt quidem ratione: veruntamen vnum eorum continetur sub alio, vt suprà dictum est. * Nam verum est quoddam bonum, & bonum est quoddam verum. Et ideo quæ sunt voluntatis, cadunt sub intellectu, & quæ sunt intellectus, possunt cadere sub voluntate.

AD tertium dicendum, quòd affectus animæ non sunt in intellectu, neque per similitudinem tantum, sicut corpora, neque per præsentiam vt in subiecto, sicut artes: sed sicut principiatum in principio, in quo habetur notio principiati. Et ideo Augustinus * dicit affectus animæ esse in memoria per quasdam notiones.

QVÆ-

QVAESTIO LXXXVIII.

Quomodo anima humana cognoscat ea, quę supra se sunt.

DEINDE considerandum est quomodo anima humana cognoscat ea quę supra se sunt, scilicet, immateriales substantias.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm anima humana secundum statum vitæ præsentis possit intelligere substantias immateriales per seipsas?

440 2.de gc. c.10.co. 7.86.Et li.3.cap. 41.42. 43.44. 45.46. li.de anima, ca.16. Et opusc.41. cap. 6. *ca.3.in fin.to. 3. 1q.86.ar. 1.ad 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima humana secundum statum vitę præsentis possit intelligere substantias immateriales per seipsas. Dicit enim Augustin. in * 9. de Trinitate. Mens ipsa sicut corporum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum rerum per seipsam. Huiusmodi autem sunt substantiæ immateriales. Ergo mens substantias immateriales intelligit.

¶ 2 Praterea. Simile simili cognoscitur. Sed magis assimilatur mens humana rebus immaterialibus quàm materialibus: cum nostra mens sit immaterialis, vt ex supradictis patet. † Cum ergo mens nostra intelligat res materiales, multò magis intelligit res immateriales.

¶ 3 Praterea. Quod ea quæ sunt secundum se maximè sensibilia, non maximè sentiantur à nobis, prouenit ex hoc quòd excellentia sensibilium corrumpunt sensum. Sed excellentię intelligibilium non corrumpunt intellectum, vt dicitur in * 3. de anima. Ergo ea, quæ sunt secundum se maximè intelligibilia, sunt etiam maximè intelligibilia nobis. Sed cum res materiales non sint intelligibiles, nisi quia facimus eas intelligibiles actu abstrahẽdo à materia, manifestum est quod magis sint secundum se intelligibiles substantiæ, quę secundum suam naturam sunt immateriales. Ergo multò magis intelliguntur a nobis quam res materiales.

¶ 4 Praterea. Commentator dicit in secundo Metaph. quòd si substantię abstractę non possent intelligi à nobis, tũc natura otiosè egisset: quia fecit illud quod est naturaliter in se intellectum, non intellectum ab aliquo. Sed nihil est otiosum, siue frustra in natura. Ergo substantię immateriales possunt intelligi a nobis.

¶ 5 Praterea. Sicut se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia. Sed visus noster potest videre omnia corpora, siue sint superiora, & incorruptibilia siue sint inferiora & corruptibilia. Ergo intellectus noster potest intelligere omnes substantias intelligibiles, & superiores, & immateriales.

SED contra est, quod dicitur sap. 9. Quæ in cælis sunt quis inuestigabit. In cælis autem dicuntur huiusmodi substantiæ esse, secundum illud Matth. 18. Angeli eorum in cælis, &c. Ergo non possunt substantiæ immateriales per inuestigationem humanam cognosci.

RESPONDEO dicendum, quòd secundum opinionem Platonis, substantię immateriales non solùm à nobis intelliguntur, sed etiam sunt prima à nobis intellecta. Posuit enim Plato * formas immateriales subsistentes, quas ideas vocabat, esse propria obiecta nostri intellectus: & ita primo & per se intelliguntur à nobis. Applicatur tamen anima cognitio rebus materialibus secundũ quod intellectui permiscetur phantasia & sensus. Vnde quantò magis intellectus fuerit depuratus, tanto magis percipit immaterialium intelligibilem veritatem. Sed secundũ Arist. sentẽtiam quam magis experimur, intellectus noster secundum statum præsentis vitæ naturalem respectum habet ad naturas rerum materialium. Vnde nihil intelligit nisi conuertendo se ad phãtasmata, vt ex dictis patet. * Et sic manifestum est q substantias immateriales, quæ sub sensu, & imaginatione non cadunt, primo, & per se secundũ modum cognitionis nobis expertum, intelligere non possumus. Sed tamen Auerroes in commen. * 3. de Anima ponit, quòd in fine in hac vita, homo peruenire potest ad hoc, q intelligat substantias separatas per continuationem, vel vnionem cuiusdam substantiæ separatæ à nobis, quam vocat intellectum agentem.

Apud Arist. li. 1. meta. tex. 6.

q.84. ar. 7.

li.3.t. 36

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem, qui quidem, cùm sit substantia separata, naturaliter substantias separatas intelligit. Vnde, cum fuerit nobis vnitus, sic vt per eum intelligere possimus: intelligemus & nos substantias separatas, sicut nunc per intellectum possibilem nobis vnitum intelligimus res materiales. Ponit autem intellectum agentem sic nobis vniri. Cùm enim intelligamus per intellectum agentem, & per intelligibilia speculata, vt patet cum conclusiones intelligimus per principia intellecta: necesse est quòd intellectus agens comparetur ad intellecta speculata, vel sicut agens principale ad instrumenta, vel sicut forma ad materiam. His enim duobus modis attribuitur actio aliqua duobus principijs, principali quidem agenti & instrumento, sicut sectio artifici & ferro: forma autem & subiecto, sicut calefactio calori, & igni. Sed vtroque modo intellectus agens comparabitur ad intelligibilia speculata, sicut perfectio ad perfectibile, & actus ad potentiam. Simul autem recipitur in aliquo perfectum & perfectio, sicut visibile in actu & lumen in pupilla. Simul igitur in intellectu possibili recipiuntur intellecta speculata, & intellectus agens: & quanto plura intellecta speculata recipimus, tanto magis appropinquamus ad hoc quòd intellectus agens perfectè vniatur nobis: ita, quòd cùm omnia intellecta speculata cognouerimus, intellectus agens perfectè vnietur nobis: & poterimus per eum omnia cognoscere, & materialia & immaterialia: & in hoc ponit vltimam hominis felicitatem. Nec refert, quantum ad propositum pertinet, verum in illo statu felicitatis, intellectus possibilis intelligat substantias separatas per intellectum agentem, vt ipse sentit: vel vt ipse imponit Alexandro, intellectus possibilis nunquam intelligat substantias separatas propter hoc quod ponit intellectum possibilem corruptibilem: sed homo intelligit substantias separatas per intellectum agentem. Sed predicta stare non possunt.

Primò, quidem quia si intellectus agēs est substantia separata, impossibile est, quòd per ipsam formaliter intelligamus. Quia id quo formaliter agens agit, est forma & actus agentis, cum omne agens agat inquantum est actu, sicut supra dictum est * circa intellectum possibilem. * q.79.a.3.

Secundò, quia secundum modum prædictum intellectus agens si est substantia separata, non vniretur nobis secundum suam substantiam, sed solum lumen eius secundum quod participatur in intellectis speculatiuis: & non quantum ad alias actiones intellectus agentis, vt possimus per hoc intelligere substantias immateriales. Sicut dum videmus colores illuminatos à sole, non vnitur nobis substantia solis vt possimus actiones solis agere, sed solum nobis vnitur lumen solis ad visionem colorum.

Tertiò, quia dato quod secundum modum prædictum vniretur nobis substantia intellectus agentis: tamen ipsi non ponunt, quòd intellectus agens totaliter vniatur nobis secundum vnum intelligibile vel duo, sed secundū omnia intellecta speculata. Sed omnia intellecta speculata deficiunt à virtute intellectus agentis, quia multo plus est intelligere substantias separatas quam intelligere omnia materialia. Vnde manifestum est, q etiam intellectis omnibus materialibus, non sic vniretur intellectus agens nobis, vt possemus intelligere per eum substantias separatas.

Quartò, quia intelligere omnia intellecta materialia, vix contingit alicui in hoc mundo. Et sic vel nullus vel paucissimi ad felicitatem peruenirent. Quod est contra Philosophum in * 1. Ethicor. qui dicit, quòd felicitas est quoddam bonum commune: quod pōt prouenire omnibus non orbatis ad virtutem. Est etiam contra rationem q finem alicuius speciei vt in paucioribus consequantur ea qua continentur sub specie. * 1.Eth. c.9. tom. 3.

Quintò, quia Philosophus dicit expresse in † 1. Ethico. q felicitas est operatio secundum perfectam virtutem. Et enumeratis multis hi. virtutibus in * 10. concludit q felicitas vltima consistens in cognitione maximorum intelligibilium est secundum virtutem sapientiæ, quam posuerat in * 6. esse caput scientiarum speculatiuarum. Vnde patet, q Aristoteles posuit vltimam felicitatem hominis in cognitione substantiarum separatarum, quæ ipsis potest haberi per scientias speculatiuas, hi. & non per continuationem intellectus agentis à quibusdam confictam. Sextò † 1.Eth. c.7. & 8. * lib.10. c.7. tom.2.

Sextò, quia supra ostensum est, * quòd intellectus agens non est substantia separata: sed virtus quædam animæ ad eadem actiuè se extendens, ad quæ se extendit intellectus possibilis receptiuè. Quia vt dicitur in † 3. de anima, intellectus possibilis est quo est omnia fieri, intellectus agens quo est omnia facere. Vterque ergo intellectus se extendit secundum statum præsentis vitæ ad materialia sola, quæ intellectus agens facit intelligibilia actu, & recipiūtur in intellectu possibili. Vnde secundum statum præsentis vitæ neque per intellectum possibilem, neque per intellectū agentem possumus intelligere substantias separatas immateriales secundum seipsas. * q.79.a.4. † lib.3.de anima. tex.18. tom.2.

AD primum ergo dicendum, q ex illa auctoritate Augusti. haberi potest quòd illud q mens nostra de cognitione incorporalium rerum accipit, per seipsam cognoscere possit. Et hoc adeò verum est, vt etiam apud Philosophum* dicatur, quod scientia de anima est principium quoddam ad cognoscendum substantias separatas. Per hoc enim quòd anima nostra cognoscit seipsam, pertingit ad cognitionem aliquam habendam de substantijs incorporeis, qualem eam contingit habere, non quòd simpliciter & perfectè eas cognoscat cognoscendo seipsam. * Eustratius ex tex.2. lib.1.de anima, tom.2.

AD secundum dicendum, quòd similitudo naturæ non est ratio sufficiens ad cognitionem, alioquin oporteret dicere quod Empedocles dicit q anima esset de natura omnium, ad hoc q omnia cognoscere. Sed requiritur ad cognoscendum, vt sit similitudo rei cognitæ in cognoscente quasi quædam forma ipsius. Intellectus autem noster possibilis secundum statum præsentis vitæ, est natus informari similitudinibus rerum materialium à phantasmatibus abstractis. Et ideo cognoscit magis materialia quàm substantias immateriales.

AD tertium dicendum, quòd requiritur aliqua proportio obiecti ad potentiā cognoscitiuā, ut actiuū ad passiuū, & perfectionis ad perfectibile. Vnde q excellentia sensibilia nō capiātur à sensu, nō sola rō est, quia corrūpit organa sensibilia, sed et quia sunt improportionata potentijs sensitiuis. Et hoc modo substantiæ immateriales sunt improportionatæ intellectui nostro secundum præsentem statum, vt non possint ab eo intelligi.

AD quartum dicendum, q illa rō Commentatoris multipliciter deficit. Primò quidem, quia non sequitur, quod si substantiæ separatæ non intelliguntur à nobis, non intelligantur ab aliquo intellectu. Intelliguntur enim à seipsis & à se inuicem. Secundò, quia nō est finis substantiarū separatarū vt intelligātur à nobis. Illud aūt otiosè & frustra esse dicitur quod non consequitur finem ad quē est. Et sic non sequitur substantias immateriales esse frustra, etiam si nullo modo intelligerentur à nobis.

AD quintum dicendum, quòd eodem modo sensus cognoscit & superiora & inferiora corpora, scilicet, per immutationem organi à sensibili: non autem eodem modo intelliguntur à nobis substantiæ materiales, quæ intelliguntur per modum abstractionis, & substantiæ immateriales, quæ non possunt sic à nobis intelligi, quia non sunt earum alia quæ phantasmata.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Substantias immateriales, quæ sub sēsu & imaginatione non cadunt, primò & per se secundum modum cognitionis nobis expertum intelligere non possumus. Ratio. Quoniam iuxta sententiam Aristotelis, quam magis experimur, intellectus noster secundum statum præsentis vitæ naturalem, respectum habet ad naturas rerum materialium: vnde nihil possumus intelligere nisi per conuersionem ad phantasmata.

¶Secunda conclusio. Secundum statum præsentis vitæ neque per intellectum possibilē nec per intellectum agentem possumus intelligere substantias separatas immateriales secundum se ipsas. Hanc ponit Diuus Thomas contra quandā sententiam Auerrois, quam sex rationibus confutat. Videantur in illo.

AR-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm intellectus noster per cognitionem rerum materialium, possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales.

441 Locis sup. ar. 1. inductis. *c.1 circa medium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q intellectus noster per cognitionem rerum materialium possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales. Dicit enim Dion.* in c. 6 cœlestis hierarchia, q non est possibile humanamenti ad immaterialem illam sursum exciturari caleſtium hierarchiarum contemplationem, nisi secùndum se materiali manuductione vtatur. Relinquitur ergo, q per materialia manuduci possimus ad intelligendū substantias immateriales.

¶ 2 Praterea Scientia est in intellectu. Sed scientiæ & diffinitiones sunt de substantijs immaterialibus. Diffinit enim Damas.* angelū. Dam. li. 2. ca. 3. Ex de angelis aliqua documenta traduntur, tam in Theologicis quàm in Philosophicis disciplinis. Ergo substantiæ immateriales intelligi possunt à nobis.

¶ 3 Praterea. Anima humana est de genere substantiarum immaterialium. Sed ipsa intelligi potest à nobis per actum suū, quo intelligit materialia. Ergo & alia substantiæ immateriales intelligi possunt à nobis per suos effectus in rebus materialibus.

¶ 4 Praterea. Illa sola cā per suos effectus cognoscibilis nō pōt: quę in infinitum distat à suis effectibus. Hoc aūt solius Dei est proprium. Ergo alię substantiæ immateriales creatæ intelligi possunt à nobis p res materiales.

SED contra est, quòd Dion. dicit*. 1. c. c. 1. non de divinis nominibus. q sensibilibus intellimultum gibilia, & compositis simplicia, & corporali procul a bus incorporalia apprehendi non possunt.

princi. RESPONDEO dicendum, q sicut li. 3. tex. Auerroes narrat in* 3. de anima: quidam 36. Antepace nomine, posuit, q per intellectum substantiarū materialiū peruenire possimus secundū vera Philosophię principia ad intelligendum substantias immateriales. Cum enim intellectus noster natus sit abstrahere quidditatem rei materialis à materia: si iterū in illa quidditate sit aliquid materia, poterit ite-

A rato abstrahere: & cùm hoc in infinitū non procedat, tandem peruenire poterit ad intelligibilium aliquam quidditatem, quæ sit omnino sine materia. Et hoc est intelligere substantiam immaterialem. Quod quidem efficaciter diceretur si substantiæ immateriales essent formæ & species horum materialium, vt Platonici posuerunt. Hoc autem non posito, sed supposito quòd substantiæ immateriales sint omnino alterius rationis à quidditatibus materialium rerū: quantumcunq; intel B lectus noster abstrahat quidditatem rei materialis à materia, nunquā peruenit ad aliquid simile substantiæ immateriali. Et ideo per substantias materiales nō possumus perfectè substantias immateriales intelligere.

AD primum ergo dicendum, quòd ex rebus materialibus ascendere possumus in aliqualem cognoscere immaterialium rerum, non tamen in perfectam, quia non est sufficiens cōparatio rerū materialium ad immateriales, sed similitudines, si q à materialib. C accipiūtur, ad immaterialia intelligēda sūt multū dissimiles, vt Dion. dicit*. 2. cæles. hier. c. 2. post an. med. & 2. non dic. & li. 1. de cæl. hier. c. 2. an. med.

AD secundum dicendum, q de superioribus rebus in scientijs maximè tractatur per viam remotionis. Sic enim corpora cęlestia notificat Arist.* per negationem proprietatum inferiorum corporum. Vnde multo magis immateriales substantiæ à nobis cognosci non possunt, vt earum quidditates apprehendamus. Sed de eis nobis in scientijs documenta traduntur per viam remotionis & alterius D habitudinis ad res materiales.

AD tertium dicendum, q anima humana intelligit seipsam per suum intelligere: quod est actus proprius eius: per fectè demonstrans virtutem eius & naturam. Sed neque per hoc, neq; per alia quæ in rebus materialibus inueniuntur, perfectè cognosci pōt immaterialium substantiarū virtus et natura: quia huiusmodi non adæquāt earū virtutem.

AD quartum dicendū, q substantiæ immateriales creatæ in genere quidem naturali non conueniunt cum substantijs materialibus, quia non est in eis eadē ratio potentiæ, & materiæ, conueniunt tamen cū eis in genere logico: quia et substantia immateriales sunt in prædicamento substātiæ: cùm earum quidditas non sit earum esse: sed Deus non conuenit cum rebus materialibus, neq; secūdum

dum genus naturale, neque secundum genus logicum: quia Deus nullo modo est in genere, vt sup. ostensum est.* Vnde per similitu Quæst. 3. ar. 5. dines rerum materialium aliquid affirmatiuè potest cognosci de angelis secùndum rationem communem, licet non secundum rationem ꝓpriam: de Deo autem nullo modo.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Per substantias materiales non possumus perfectè B substantias immateriales cognoscere? Hanc ponit Diuus Thomas contra Auempace. Et probat. Quoniam substantiæ immateriales sunt omnino alterius rationis à substātiis materialibus, ergo quantumcunq; intellectus noster abstrahat quidditatem rei materialis à materia, nunquam perueniet ad aliquid simile substantiæ immateriali.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Deus sit primum quod à mente humana cognoscitur.

441 1. 2. q. 66. ar. 2. & 3. & 12. q. 82. ar. 3. ad 1. & 6. 32. q. x. ar. 2. & 6. & 1. cor. 13. ar. 7. ad 1. & 6. & 1. cor. 7. & 8. & 1. q. 3. ar. 3. & 1. cor. 12. & 1. cor. 15. lect. 3. & 1. cor. 13. lect. 3. & 2. cor. 3. lect. 3. & 2. cor. 4. lect. 2. & 2. cor. 5. lect. 3. & 2. cor. 12. lect. 1. & ad Rom. cap. 1. lect. 5. & ad Ephes. cap. 3. lect. 3. & ad Hebr. cap. 11. lect. 1. & ad Colos. cap. 2. lect. 2. & 1. Tim. cap. 6. lect. 3. & 1. Ioan. cap. 3. lect. 6. & 1. Ioan. cap. 4. lect. 3. & Ioan. cap. 1. lect. 10. & Ioan. cap. 14. lect. 4. & Ioan. cap. 16. lect. 5. & Ioan. cap. 17. lect. 3. & Ioan. cap. 20. lect. 3. & Ioan. cap. 21. lect. 3. & Ioan. cap. 21. lect. 4. & Ioan. cap. 21. lect. 5. & Ioan. cap. 21. lect. 6. & Ioan. cap. 21. lect. 7. & Ioan. cap. 21. lect. 8. & Ioan. cap. 21. lect.

humanus secundùm statum præ- A
sentis vitæ non potest cognoscere
substantias immateriales creatas, er-
go multo minus potest intelligere
essentiam substantiæ increatæ. Secũ
dam partem probat. Ex illo Aposto
li Roman. 1. Inuisibilia Dei per ea
quæ facta sunt, &c.

¶ Secunda conclusio. Primum quod intelligitur à nobis secundũ statum prȩsentis vitæ est quidditas B
rei materialis. Probatur. Quoniam est obiectum proportionatum nostri intellectus, vt supra dictum est, ergo.

COMMENTARIVM.

IN hac quæstione disputat Diuus Tho. de cognitione animæ nostræ respectu rerum immaterialium secundum præsen- C
tem statum potius vt ostendat errores antiquorum, quàm vt veritatem rei manifester, quæ fere nullam habet difficultatẽ. Et quia ipse Diuus Thomas, & Ferrar. 3. cont. gent. cap. 41. & sequentibus eorum omnes errores longissima disputatione confutant; in præsenti ab hac disputatione nobis supersedendum est. Videndus est de hac re Caietanus 6. cap. de ente & essentia. quæst. 14. & Ferr. 3. contra gent. ca. 45. Sed inter omnes alios specialiter legatur D
D. Thom. in quæst. de anima art. 16. & 17. vbi omnia antiquorum argumenta congerit atq; dissoluit. Breuiter tamen ne omnino hanc disputationẽ deserere videamur, aliquibus notabilibus declarabimus; qualiter intellectus noster secundùm præsentem statum non possit cognoscere quidditatiuè substantias separatas.

¶ Pro cuius intelligentia notandum est primo, quòd dupliciter potest aliquid dici magis vel minus intelligibile & cognosci E
bile. Vno modo secundum se & ex natura sua; alio modo quo ad nos, idest, respectu nostri intellectus. Illud dicitur magis intelligibile secundum se, quod plus habet de entitate & actualitate, & quod est simplicius & immaterialius; inter quæ primũ gradum habet Deus. Etenim substantia diuina est infinitè intelligibilis, & est infinitum ens, sicut habet infinitam actualitatẽ immaterialitatem & simplicitatem. Et inter substantias intellectuales quanto aliqua magis assimilatur naturæ diuinæ in his perfectionibus; tanto est magis cognoscibilis secundum se. Illud autem dicitur magis vel minus intelligibile quoad nos, quod maiorem proportionem habet cum intellectu nostro siue plus habeat de illis perfectionibus siue minus. Cum autem intellectus noster iuxta sententiam Arist. 2. Metaphy. cap. 1. se habeat ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lucem solis, & defectus intellectionis, non accidat ex ipsis substantijs, hinc est quòd inter substantias spirituales quanto aliqua est magis perfecta & cognoscibilis secundùm se, tanto est magis improportionata intellectui nostro, & consequenter minus intelligibilis quoad nos. At verò res materiales, cum sint obiectum proportionatũ intellectus nostri pro isto statu, vt supra quæstio. 87. articulo 3. ad primum docuit D. Tho. consequenter illæ sunt magis intelligibiles quoad nos secundum præsentem statum.

¶ Secundo notandum, quòd cognitio perfecta alicuius obiecti potest intelligi dupliciter. Primo, quòd sit ita exacta, vt non solum cognoscatur per propriam speciem, & per proprium conceptum, sed ét cognoscatur penetrando illud à primo genere vsque ad vltimam differentiã, & omnes passiones & proprietates eius. Et istud genus cognitionis perfectę, paucissimis hominibus contingit in hac vita. Conceditur autem angelis, vt supra quæst. 57. artic. 1. habitum est: qui cognitione naturali cõprehendunt quidditates rerum materialium. Et si de hac cognitione sit sermo, intellectus noster non solum pro isto statu, sed nec etiam quando fuerit anima separata à corpore, non potest ita perfectè cognoscere substantias separatas, vt ostendemus quæstione sequenti art. 2. cum Ferra. qui illud copiosè defendit 3. contra gent. capit. 45. Altera cognitio perfecta est, per quam cognoscimus aliquod obiectũ per propriam speciem & proprium cõceptum attingendo

attingendo proprium genus & vltimam A
differentiam illius, & aliquas proprietates, non tamen omnes. Et de hac cognitione perfecta D. Thom. intendit definire in hac quæstione, quòd intellectus noster pro isto statu non potest ea cognitione attingere substantias separatas. Mens ergo legitima Diui Thom. est definire, quòd intellectus noster secundum præsentem statum, non potest attingere substantias separatas secũdùm seipsas & per proprias species ipsarum; sed eas semper intelligit per effectus B
suos, qui relucent in his rebus materialibus: ex quibus potest colligere aliqualem ipsarum cognitionẽ imperfectam, non tã propriã & quidditatiuã. Quę doctrina verissima est, & cõuincit rationibus D. Tho. & in 3. cont. ge. c. 43. & sequẽtib. in hac q.

¶ Sed ad maiorem eius explicationem notandum est tertio, quòd in doctrina Di. Thom. & secundum veritatem longè diuersum est cognoscere quidditatem alicuius rei, & cognoscere rem illam quidditatiuè. Nam ad hoc, quòd quis dicatur cognoscere alicuius rei quidditatem; satis est quod cognoscat aliqua prædicata essentialia ipsius, siue per speciem propriam siue per alienam. At verò vt cognoscamus rem aliquam quidditatiuè, requiritur necessariò vt cognoscamus eam per propriam speciem, & attingamus proprium genus & vltimam differentiam illius. Diuus Thom. in hac quæstione nunquam negat, quòd intellectus noster pro isto statu possit cognoscere quidditates substantiarum separatarum; sed negat, quòd possit eas cognoscere quidditatiuè. Quamuis enim possit intellectus noster cognoscere aliqua prædicata essentialia, verbi gratia quòd sunt substantiæ, & quòd sunt intellectuales & immateriales, non tamen potest attingere omnia prædicata illa vsque ad vltimam differentiam, & proprias species ipsarum; quòd requiritur, vt dicatur eas cognoscere quidditatiuè. Scotus verò in primo distinct. E
3. quæstio. 1. quoniam non est vsus hac distinctione, impugnat sententiam D. Tho. quibusdam argumentis, quæ omnia tantum probant, quòd noster intellectus potest attingere quidditates substantiarum separatarum; non tamen probant, q̃ possit illas attingere quidditatiuè. Quapropter Scotus in re non dissentit à Diuo Thoma, sed tantum dissentit in modo loquendi. Cæterùm modus loquendi D. Thomæ est omnino cõformis cum recta philosophia, & multò magis formalis & verus. Similiter etiam quidam alij autores, qui profitentur doctrinam Commentatoris, conantur argumentis impugnare doctrinam D. Thom. Quæ tamen omnia, sicut diximus de argumentis Scoti, nihil aliud probant, quàm quòd nosteri intellectus potest attingere quidditates substantiarum separatarum. Ad quæ tamen omnia copiosè respõdet Caietanus in illo cap. 6. de ente & essentia. q. 15. & Ferr. 3. cont. gent. cap. 45.

¶ Quartò notandum est circa primam conclusionem Diui Thomæ in artic. 3. illam habendam esse tanquam certissimam in vera Philosophia & Theologia, quam etiam docent Scotus in primo distinct. 3. quæstio. 3. & Gabriel. quæst. 1. & conuincitur manifestè probationibus Diui Thom. C
in artic. 3. Quapropter merito Scotus in illa. quæst. 3. & artic. 1. confutat sententiam Henrici quodlib. 13. quæst. 9. & quodl. 15. q. 9. vbi docet, q̃ primum obiectum tam intellectus nostri, quàm nostræ voluntatis est ipse Deus. Quæ sanè si intelligatur de prioritate obiecti ordine perfectionis, vera est; at verò de prioritate obiecti ordine gũationis, sicut ille intellexit, est prorsus falsa: maximè in ordine ad intellectum nostrũ secundum præsentẽ statũ, & de cognitione naturali, in qua non possumus alio mõ deuenire in cognitionẽ Dei nisi in effectibus ipsius prius cognitis: quẽadmodũ probatum est in superiorib. q. 2. art. 2. & q. 12. ar. 4. Ex quo colligendũ est, q̃ q̃is de Deo habeamus in pũti plures cõceptus, pprios, & q nõ pũt alijs rebus cõuenire. v. g. cõceptus Dei, cõceptus primæ cãæ, & cõceptus entis infiniti, tũ isti cõceptus nõ sunt quiditatiui, sed connotatiui. Quoniam per illos non concipimus Deum sicut ipse est in seipso, sed repræsentatur in creaturis vt in effectibus suis, atq; adeò per eiusmodi cõceptus confusè & imperfectè concipimus Deum. De quibus conceptibus multa docet non indoctè Gab. in dist. 3. q. 2. & 3. & Capreo. d. 2. q. 1. Sed & in superioribus disputatum

sputatum est de ijs conceptibus suprà quę A
stio.13.artic.2.& 3.

¶Notandum est vltimo, q̃ de hac quæ-
stione, quam D. Thom. optimè resoluit,
quid Aristo.senserit, expresè & certò non
habetur ex eius scriptis. Quanuis enim li.
3.de anima, text. 36. promiserit eius reso-
lutionem, postea tamen hæc resolutio, quã
promisit, non repetitur in eius libris ex-
presè, vt D.Tho.docet in 3.de anima lect.
12.in fine. Albertus Magnus in 3.de anima
tract.3.c.6. dicit quosdam interpreres Ari- B
stotelis asseruisse, q̃ hanc quæstionem re-
soluit, & mẽtem suam explicuit in 10. Et-
hi.c.9.& alijs locis, quibus docuit fœlicita
tem nostram consistere in contemplatione
substãtiarum separatarum. Ægydius vero
super illum textu.36.dubio.2.affirmat, aut
q̃ Aristoteles nunquàm tradidit resolutio-
nẽ huius quæstionis, vel q̃ eam tradidit in
libris Met. in quibus li.12.tex.22. docet, q̃
ignorantia intellectus nostri de separatis
substantijs, non est sicut cæcitas, quæ nullo C
modo attingit suum obiectum. Quo loco
vult Arist. q̃ anima nostra aliquo modo &
imperfectè attingit substantias separatas.
Quemadmodum ẽt in li.1.de partibus aĩa
lium c.5. docet, q̃ nos leuiter attingimus
ista separata & immaterialia. Cæterũ quan
uis Arist. non tradiderit expresè resolutio-
nem huius quæstionis, tamen ex eius prin-
cipijs apertissimè colligitur resolutionem
D.Thom. esse secundum mentem eius, &
q̃ ipse Arist. si resoluisset quæstionum non D
potuisset oppositum docere. An vero perti
neat ad Theologum, an ad Metaphysicum
aut Physicum probare, q̃ eiusmodi substã
tiæ separatæ sint, vide Sonzi.12.Metap.q.
1.vbi de hac re disputat.

DVbitatur circa hanc quæstionem: An
ad cognoscendas res supernaturales
& reuelatas diuinitus, sufficiant species ab
stractæ à rebus materialibus, an vero sint
necessariæ species infusæ à Deo, sicut sunt
necessarij habitus infusi & lumen superna E
turale? ¶ Arguitur primo pro parte affir-
matiua. Nõ datur aliqua species naturalis,
quæ repræsentet Deum trinum & vnũ, imo
nec est dabilis: nam alias daretur species
naturalis, quæ repræsentaret Deum sicuti
est, ergo ad cognoscendum hoc mysteriũ

gratiæ, nõ sufficiunt species naturales, sed
requiruntur infusæ. Et confirmatur. Non
potest dari aliqua species naturalis quę re-
præsentet Deum esse hominem vel existẽ
tiam Christi sub speciebus sacramentali-
bus ut constat, ergo ad cognoscenda hæc
mysteria maxima gratiæ requiruntur spẽs
infusæ. ¶Secundò. Cognitio, qua anima no
stra vel angelus cognoscit hæc mysteria
gratiæ, non potest esse naturalis, sed neces-
sariò debet esse supernaturalis, ergo spẽs,
qua producitur talis cognitio, non põt esse
naturalis, sed necessario debet esse supernã
turalis. Patet consequentia. Nam species,
quæ est principium cognitionis, debet esse
eiusdem rationis cum ipsa cognitione. Et
confirmatur. Nam, vt docet D. Thomas su
prà.q.14.artic.5.ad 3. cognitio specificatur
ab specie, quæ est principium cognitionis,
ergo si cognitio est supernaturalis, species
debet esse supernaturalis. Probatur consc-
quentia. Quoniam supernaturale non po-
test specificari à naturali.

¶Tertiò. Quando cognitio est supernã
turalis, necessarius est habitus supernatura
lis, à quo producat talis cognitio, ergo req
ritur ẽt spẽs supernaturalis. Probatur cõse-
quentia. Qm̃ sicut habitus est principium
cognitionis, ita & spẽs; imò principalius
concurrit ad illam, ergo si cognitio super-
naturalis requirit habitum infusum, sic &
spẽm. Confirmatur. Nam totale principiũ
cognitionis est species coniuncta cum ha-
bitu, ergo si cognitio est supernaturalis, to-
tale principium cognitionis est supernatu-
rale; ac subinde species debet esse super-
naturalis.

¶ Quartò. In visione beata non solum
lumen gloriæ est supernaturale, sed etiam
species, per quam Deus videtur, est super-
naturalis, scilicet, ipsa essentia diuina vni-
ta in ratione speciei intelligibilis, qm̃ visio
beata est supernaturalis; sed cognitio, qua
anima nostra cognoscit mysteria gratiæ,
est supernaturalis, ergo spẽs, quæ est prin-
cipium talis cognitionis, est supernatura-
lis, & non solum habitus & lumen. Et con
firmatur. Nam D.Th.3.parte.q.11.ar.6.ex
presè docet, quod cognitio infusa animæ
Christi procedit non solũ ab habitu sciæ in
fusæ supernaturaliter, sed ẽt speciebus su-
per-

peroaturalibus, quæ infusæ sunt animæ A
Christi; quoniam illa cognitio est super-
naturalis, & species debẽt cum illa propor
tionari, sed cognitio, qua nos cognoscimus
mysteria gratiæ, est supernaturalis, & nul-
lo modo naturalis, ergo. ¶ Vltimo arguitur
ex Di.Thom.3.contra gentes capi.49. ra-
tione secunda, vbi dicit, Quòd similitudo
intelligibilis, per quam aliquid intelligi-
tur, debet esse eiusdem speciei, vel magis
ipsa species eius quod intelligitur. Quẽad-
modum forma domus, quæ est in mente B
artificis, est eiusdem speciei cũ domo ad
extra: & inde colligit, quòd angelus per
propriam substantiam non potest attinge-
re diuinam essentiam, quoniam differunt
plusquam genere & sunt diuersi ordinis.
Tunc est argumentum. Species rerum ma-
terialium abstractæ à phantasmatibus nõ
sunt eiusdem generis, nec eiusdem ordinis
cum rebus supernaturalibus, ergo indige-
mus aliis speciebus ad cognoscendas res
supernaturales.

PRopter hæc argumenta aliqui viri do- C
cti opinantur, q̃ ad intelligenda myste
ria gratiæ: sunt necessariæ species super-
naturales & infusæ. Sed oppositum tenent
cõiter discipuli D.Tho. q̃, 1. ad cognoscen-
das veritates fidei non requiritur necessa-
rio species supernaturalis, sed sufficiunt
species abstractæ a phantasmatibus simul
cum lumine supernaturali. Et hęc senten-
tia est multo verior, & probabilior. Et pro-
batur primo ex D.Tho. suprà quæst.12.ar
ti.13.ad 2.vbi dicit, quòd ex phantasmati- D
bus, vel à sensu acceptis secundũ ordinem
naturalem, vel diuinitus in imaginatione
formatis, tanto excellentior cognitio habe
tur intellectualis, quãto lumen intelligibi-
le fuerit fortius. Et sic per reuelationem ex
phãtasmatibus plenior cognitio accipitur
ex impressione diuini luminis. Et in 2.2.q.
173.arti.2. eodem modo philosophatur in
eodem ordine ad cognitionẽ prophetică,
q̃ sufficiunt phãtasmata simul cum lumi- E
ne supernaturali. Similiter quæst.8.de veri.
ar.9.ad 5.D.Tho.ait, q̃ angelus potest in-
cipere cognoscere aliquid de nouo fine, eo
q̃ acquirat nouas formas dupliciter. Pri-
mo eo q̃ res actu existunt, & assimilantur
eorum formis intelligibilibus. Secũdò per

hoc quod species angelicæ confortãtur ali
quando lumine forriori: & isto modo eo-
gnoscit mysteria gratię: sed quantũ ad hoc
idem dicendum est de nobis & de angelo,
ergo. Eandẽ doctrinã habet. q.12.de verit.
art.7. vbi dicit, q̃ aliquis potest habere co-
gnitionẽ prophetică supernaturalem siue
acquisitione nouarum specierũ per nouã
ordinationẽ illarũ, quæ fit lumine super-
naturali prophetico, ergo hæc sententia est
D.Tho. Secundo probatur hæc sũa. Nam
paganus, qui negat hoc mysterium, Deus
est trinus & vnus, vel aliquod aliud, appre
hendit hæc mysteria per species naturales,
cũ non habeat aliquid supernaturale. Tũc
vltra. Illis speciebus, quibus res apprehen-
ditur, iudicamus, vt constat, ergo homo p
species naturales, quibus apprehendit hęc
mysteria, põt de illis iudicare. Tertio. Puer
baptizatus habet habitum & lumen fidei,
qui tamen non põt exire in actum, nisi, p-
ponantur illi & explicẽtur mysteria fidei,
ergo signum manifestum est, q̃ simul cum
lumine fidei non infunduntur illi species
supernaturales, & ex consequenti sufficiũt
acquisitæ. Probatur consequentia. Quoniã
si haberet habitum & species, posset exire
in actum, quando vellet. Quarto. Species
naturales sunt sufficiẽtes ad huiusmodi co
gnitionem, ergo infusæ non sunt necessa-
riæ. Consequentia est bona. & antecedens
probatur. Nam per speciem hominis natu
ralem, & per speciem (quæcunque illa sit)
qua cognoscit Deum, potest homo cogno
scere hoc mysterium, Deus est homo.

AD argumenta in oppositum respon-
detur. Ad primum dico, q̃ cũ myste-
ria gratię intelligantur cum ordine & pro-
portione ad ipsas res naturales, vt docet D.
Tho. sup q.81.ar.2. inde est, q̃ per speciem
naturalem vnitatis & trinitatis, possumus
cognoscere mysterium trinitatis, non qui-
dem prout in se est, sed prout est cognosci-
bile à nobis in hac uita. Et per hoc etiam
patet ad confirmationem primi argumen
ti. ¶Ad secundum argumentum respon-
detur concedendo antecedens, quòd sci-
licet cognitio mysteriorum supernatura-
lium sit supernaturalis: negatur tamen cõ-
sequentia. Pro cuius intelligentia notandũ
est, q̃ species, quæ est principium illius co

gnitionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitionis, potest cõsiderari dupliciter. Vno modo absolutè, & secundum id quod habet ex natura sua, & secundum hanc rõnẽ non habet, q̃ sit principium cognitionis mysteriorum gratiæ. Alio modo potest cõsiderari secundum id, quod habet ex coniunctione ad lumen supernaturale: & secũdum hanc rationem habet, quòd sit principium talis cognitionis. Exemplum potest esse in ipsomet intellectu, qui quanuis sit potentia naturalis, tamen vt elevatur per formam & lumen supernaturale, habet cognitionem circa mysteria supernaturalia, imo videt ipsum Deum. ¶ Ad confirmationẽ respondetur primo, q̃ cognitionis supernaturalis principium specificatiuũ est species naturalis, nõ vt naturalis est, sed vt elevata ex coniunctione ad lumen supernaturale, & vt sic est supernaturalis Secundo respondetur, q̃ cognitio nostra supernaturalis potest habere speciem veluti materialẽ ab aliquo naturali. Pro cuius intelligentia aduertendum est, q̃ in actibus & habitibus, aliquando id, quod est specificatiuũ, & formale respectu vnius, est materiale respectu alterius, v.gr. Cognitio hominis & cognitio equi differunt specie in ordine ad obiecta, & in ordine ad species: hæc tamẽ diuersitas specifica materialis est respectu habitus philosophiæ, qui tendit in illa sub vnica ratione. Ita in proposito, species, quę desumitur ex cognitione supernaturali ab specie naturali, est materialis respectu illius, quæ desumitur à lumine supernatura li. Et nõ est inconueniens, q̃ cognitio naturalis & supernaturalis sint eiusdem speciei materialiter loquendo, vt patet in actu fidei, imo & visionis beatificæ, qui sunt eiusdem speciei cum quacunq; cognitione naturali in ordine ad intellectum. ¶ Ad tertiũ respondetur, q̃ habitus supernarurales habent vicem potentiæ. In hoc.n. distinguuntur à naturalibus, q̃ habitus naturales ponuntur, vt melius & facilius producatur actus, non vt simpliciter producatur. Habitus vero supernaturales ponũtur ad simpliciter operandũ, quoniã potẽtia naturalis secundùm suam naturam nõ habet virtutem ad producendum illum. Et ideo si actus est supernaturalis, necessario debet poni habitus supernaturalis; præcipuè qm̃ species formalis desumitur à lumine, & ab aliquo supernaturali. Cæterum species ponitur ad determinandum potentiam quantum ad obiectum, & quantum ad speciem veluti naturalẽ. Quæ omnia fieri possunt per speciem veluti naturalem. Ad confirmationem respondetur, quòd principium totale cognitionis supernaturalis est species prout stat sub lumine supernaturali. Hoc autem principium supernaturale est. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, q̃ qa in cognitione supernaturali semper admiscetur aliquid naturale, ideo cognitio supernaturalis habet latitudinem, & est magis vel minus supernaturalis, secundum q̃ magis vel minus admiscetur illi de aliquo naturali. Visio vero beata inter cognitiones supernaturales tenet supremũ locum; & ita est supernaturalis & ex parte speciei, & solum habet naturalitatis quod excusari non potest, s. q̃ procedit à potentia naturali. Cognitio vero mysteriorũ fidei, quę habetur in hac vita, non est tã supernaturalis: & ideo non est necessariũ vt fiat per species supernaturales. Vide Caietà. in 2.2.q.171.art.2.ad 3. Ad confirmationẽ rñdetur, q̃ scientia illa infusa animę Christi derivatur à scientia beata: & ita sicut cognitio beata est supnaturalis ex parte speciei & luminis, ita cognitio infusa animæ Christi. De quo non est præsentis instituti disputare.

¶ Ad vltimum argumentum multa dicit Ferrar. in illo capi. 49. circa fin. & in 2. lib. c. 98. Sed respondetur breuiter. Primo, q̃ species intelligibilis & illud, quod repræsentat adæquatè & formaliter, debent esse eiusdem ordinis & eiusdem naturæ. Hoc autem nõ est necessarium respectu illius, quod repræsentat secundario & inadæquatè, ver. gr. Essentia diuina repræsentat adæquatè seipsam, creaturas vero secundario & inadæquatè. Propterea non oportet, quòd sit eiusdem ordinis & naturæ cum creaturis. Præterea. Species intelligibiles, per quam angelus superior comprædit naturam animalis, quam adæquatè repræsentat, est eiusdem ordinis & naturæ cum animali: ceterum, quãmis repræsentet inadequatè & secundario hoſem & leonẽ, non oportet, q̃ sit eiusdem naturæ cum illis

illis Secundo respondetur, quòd similitudo, qua cognoscitur res secundum substãtiam, ideſt, perfectè & quidditatiuè, debet esse eiusdem ordinis & naturæ cum re repræsentata. Ex quo rectè colligit Di. Thom. quod angelus per suam substantiam, non potest cognoscere Deum per essentiam, cum tamen supra quæstione 56. articu. 3. concedat Diuus Thom. quòd angelus per suam substantiam cognoscit Deum aliquo modo & non per species rerum materialium. Hac doctrina supposita respondetur ad argumentum, quòd ad cognoscendas res supernaturales, & ad credendum ita esse sicut fide; docet, sufficiũt species abstractę à phantasmatibus; quantũis admittamus, quod non sufficerent ad cognoscẽdas res illas supernaturales quidditatiuè. Nam cognitio rerum supernaturalium per fidem, quanuis sit certissima & infallibilis, non tamen est quidditatiua & euidẽs: & propterea sufficiunt species, quę immediatè repræsentant quidditates materiales; quemadmodum ad cognoscendum Deum à posteriori sufficiunt species quidditatum materialium.

¶ Quod si quis obiiciat. Conceptus, quẽ formamus de rebus fidei, est ordinis supernaturalis, ergo etiam species intelligibilis. Respondetur negando consequentiam. Ratio est, quoniam species intelligibilis sumitur originaliter ex rebus sensibilibus: conceptus vero est terminus & effectus productus per actum fidei. Quapropter sicut actus fidei est supernaturalis, ita etiam & conceptus: quoniam actio & effectus vniuoci, eiusdem ordinis debẽt esse. Hoc autem verum est etiam si conceptus distinguantur realiter ab actu intelligendi, sicut habet probabilior sententia. ¶ Aduertendum tamen est, q̃ quanuis iuxta dicta requirantur species infusæ ad cognoscendas res supernaturales, non tamen propter hoc negamus, q̃ aliquando infundantur à Deo tales species siue in intellectu, siue in phantasia. Quin potius illud concedit expressè D. Tho. in locis supra citatis, ex quæst. 12. & ex 22. & in 3. parte. q. 11. art. 1.

A. QVAESTIO LXXXIX.
De cognitione animæ separatæ.

DEINDE considerandum est de cognitione animæ separatæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm anima separata aliquid intelligere possit.

AD PRIMVM sic proceditur. 443
Videtur, q̃ anima separata nihil omnino intelligere possit. Dicit enim Philosophus in 1. de Anima, quòd intelligere corrumpitur interius quodam corrupto. Sed omnia interiora hominis corrumpuntur per mortem. Ergo & ipsum intelligere corrumpitur.*

¶ 2 *Præterea. Anima humana impeditur ab intelligendo per ligamentum sensus, & perturbata imaginatione, sicut supra dictum est.† Sed morte totaliter sensus & imaginatio corrumpuntur, vt ex supra dictis patet.* Ergo anima post mortẽ nihil intelligit.*

¶ 3 *Præterea. Si anima separata intelligit, oportet q̃ per aliquas species intelligat. Sed non intelligit per species innatas: quia à principio est sicut tabula in qua nihil est scriptum. Neq; per species, quas abstrahit à rebus: quia nõ habet organa sensus et imaginationis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahuntur à rebus. Neq; et per species prius abstractas et in anima conseruatas: q̃a sic aia pueri nihil intelligeret post mortem. Neq; etiã per species intelligibiles diuinitus influxas. Hæc.n. cognitio non esset naturalis, de qua nunc agitur, sed gratiæ. Ergo anima separata à corpore nihil intelligit.*

SED contra est, q̃d Philos. dicit in 1. de ani. q̃ si non est aliqua operationũ alę propriæ, nõ contingit ipsam separari. Contingit aũt ipsam separari. Ergo hẽt aliquã operationẽ propriã & maximè eã, quę est intellige re. Intelligit ergo sine corpore existens.*

RESPONDEO dicendum, q̃ ista quæstio difficultatem habet ex hoc quòd anima quamdiu est corpori coniuncta, non potest aliquid intelligere non conuertendo se ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

phantasmata, vt per experimentum patet. A Si autem hoc non est ex natura animæ, sed per accidens hoc conuenit ei, ex eo ꝙ corpori alligatur sicut Platonici posuerunt. de facili quæstio solui posset. Nam remoto impedimento corporis, rediret anima ad suam naturã, vt intelligeret, intelligibilia simpliciter, non conuertendo se ad phantasmata, sicut est de aliis substantiis separatis: Sed secundum hoc non esset anima corpori vnita propter melius animæ, quia secundum hoc, plus intelligeret corpori vnita quàm separata: sed hoc B esset solum propter melius corporis. Quod est irrationabile: cũ materia sit propter formã, & non è conuerso: si autem ponamus quòd anima ex sua natura habeat, vt intelligat conuertendo se ad phantasmata, cùm natura animę post mortem corporis nõ mutetur, videtur ꝙ anima naturaliter nihil possit intelligere, cùm non sint ei præsto phantasmata ad quæ conuertatur. Et ideo ad hanc difficultatem tollendam considerãdum est, quòd cũ nihil operetur nisi inquantum est actu, modus operandi unusquisq; rei sequitur modum essendi ipsius: habet autem anima aliũ modum essendi cùm vnitur corpori, & cùm fuerit à corpore separata, manente tamen eadem animæ natura, nõ ita quòd vniri corpori sit ei accidentale, sed per rationẽ suæ naturę corpori vnitur: sicut nec leue naturaliter cùm est in loco proprio, quod est ei naturale, & cùm est extra proprium locum quod est ei præter naturam. Anima igitur secũdum istum modum essendi quo corpori est vnita, competit modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata corporum, quæ sunt in corporeis organis. Cum autem fuerit à corpore separata, competit ei modus intelligendi per conuersionem ad ea quæ sunt intelligibilia simpliciter sicut & aliis substantiis à corpore separatis. Vnde modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata est animę naturalis, sicut & corpori vniri: sed esse separatam à corpore est præter rationem suæ naturæ: et similiter intelligere sine conuersione ad phantasmata est ei præter naturam. Et ideo ad hoc vnitur corpori, vt sic operetur secundum naturam suam.

SED hoc rursus habet dubitationem: Cùm.n. res semper ordinetur ad id quod melius est (est autem melior modus intelligendi per conuersionẽ ad intelligibilia simpliciter, quam per conuersionem ad phantasmata.) debuit sic à Deo institui anima natura, vt modus intelligendi nobilior ei esset naturalis, & non indigeret corpori propter hoc uniri. Considerandum est igitur quòd etsi intelligere per conuersionem ad superiora sit simpliciter nobilius quàm intelligere per conuersionem ad phantasmata, tamen ille modus intelligendi prout erat possibilis animæ, erat imperfectior: quod sic patet. In omnibus.n. substãtiis intellectualibus inuenitur virtus intellectiua per influentiam diuini luminis. Quod quidẽ in primo principio est vnum et simplex, & quãto magis creaturæ intellectuales distant à primo principio, tanto magis diuiditur illud lumen & diuersificatur, sicut accidit in lineis à centro egredientibus. Et indo est quòd Deus per suam essentiam omnia intelligit, superiores autem intellectuales substantiarum, etsi per plures formas intelligant, tamen intelligunt per pauciores & magis vniuersales, & virtuosiores ad comprehensionem rerum, propter efficaciam virtutis intellectiuæ, quæ est in eis. In inferioribus autem sunt formæ plures & minus vniuersales & minus efficaces ad comprehensionem rerum: inquantum deficiunt à virtute intellectiua superiorũ. Si ergo inferiores substantiæ haberent formas in illa vniuersalitate, in qua habent superiores, quia non sunt tanta efficacia in intelligendo: non acciperẽt per eas perfectã cognitionem de rebus, sed in quadam communitate & confusione. Quod aliqualiter apparet in hominibus. Nam qui sunt debilioris intellectus, per vniuersales conceptiones magis intelligentium non accipiũt perfectam cognitionem, nisi eis singula in speciali explicentur. Manifestum est autem inter substantias intellectuales secũdũ naturæ ordinẽ infimas esse animas humanas. Hæc autem perfectio vniuersi exigebat, vt diuersi gradus in rebus essent. Si igitur animę humanæ sic essent instituꝫ à Deo, vt intelligerent per modum, qui competit substantijs separatis, non haberent cognitionem perfectã, sed cõfusam & in communi. Ad hoc ergo quòd perfectum & propriam cognitionem de rebus habere possent, sic naturaliter sunt instituꝫ, vt corporibus vniantur, & sic ab ipsis rebus sensibilibus propriã de eis cognitionem accipiant. Sicut homines rudes ad scientiam induci non possunt, nisi per sensibilia exẽpla. Sic ergo patet, quòd melius anima est, vt corpori vniatur, & intelligat per conuersionem ad phantasmata: & tamen esse potest separata, & alium modum intelligendi habere.

AD primum ergo dicendũ, ꝙ si diligenter verba Philosophi discutiantur, Philosophus Eust. lib. 1 de ani. text. 17. 2. 10. 2 hoc dixit ex quadã suppositione prius facta, s. quòd intelligere sit quidam motus cõmixtus. sicut & sentire. Nondum.n. differentiam ostenderat inter intellectũ & sensum. Vel potest dici quòd loquitur de illo modo intelligendi, qui est per cõuersionem ad phantasmata. De quo etiam procedit secunda rõ.

AD tertium dicendum, quòd anima separata nõ intelligit per ſpecies innatas, nec per ſpecies quas tunc abstrahit, nec solũ per ſpecies conseruatas, vt obiecto probat: sed per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps, sicut & alia substantiæ separatæ, quamuis inferiori modo. Vnde tam cito cessante cõuersione ad corpus, ad superiora conuertitur. Nec tamẽ propter hoc cognitio vel potentia non est naturalis, quia Deus est autor non solũ influentiæ gratuiti luminis, sed etiam naturalis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua quam probat D. Thom. in argumento sed contra ex Arist. 3. de Anima. Quod si non est aliqua operatio animæ propria non contingit eam separari. Contingit autem ipsam separari, ergo habet aliquã operationem propriam, & maximè eã quæ est intelligere. Intelligit ergo sine corpore existens.

¶Secunda conclusio. Anima separata non intelligit per conuersionẽ ad phantasmata, sed per conuersionem ad superiora & spiritualia.

¶Tertia conclusio. Iste modus intelligendi est præter naturam ipsius animæ.

¶Quarta cõclusio. Animę humanæ nõ est melius intelligere per cõuersionem ad superiora; sed melius est intelligere per conuersionem ad phantasmata.

¶Quinta conclusio ad tertium. Anima separata intelligit per ſpecies quas acquisiuit in corpore, & etiam per ſpecies influxas à Deo autore naturæ.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa primã conclusionem. An sit certum, ꝙ anima separata aliquid cognoscat? ¶Et videtur, ꝙ nõ. Primo ex illo Ps. 145. Exiuit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, sed cogitatio importat cognitionẽ, ergo. Præterea. Eccles. dicitur. Melior est canis viuus Leone mortuo: viuentes enim sciunt se eẽ morituros, mortui vero nihil nouerũt amplius, ergo. Præterea. Quia. 1. Cor. 3. inter illa, quę in alia vita, destruentur, numeratur cognitio. Dicitur enim. Sine scientia destruetur, ergo anima separata non cognoscet. ¶Secũdo. Nulla actio communis corpori & animæ potest remanere in anima corpore corrupto, sed intelligere est quædam actio communis corpori & animæ, ergo. Minor probatur ex j. de ani. text. 17. vbi dicitur. Si autem & intelligere phantasia quædam, aut non sine phantasia nõ cõtinget, vtiq; neq; hoc sine corpore esse. Et quod hic dixit Arist. sub conditione, postea in lib. 3. text. 39. asserit absolutè, & sine vlla conditione. Ob hoc neque non sentiens nihil, nihil vtique addiscit neq; intelliget. ¶Tertio. Cum nihil operetur nisi inquantum est actu, modus operandi vnusquisque rei sequitur modum essendi ipsius, sed de ratione & diffinitione animæ est modus essendi in corpore informando ipsum, vt patet ex Arist. 2. de ani. ergo non põt operari extra ipsum. ¶Quarto. Quia si separata anima haberet operationẽ, sequeretur ꝙ differret specie à seipsa, quãdo est in corpore. Quæ.n. habent operationes specie diuersas, sunt ẽt specie diuersa, vt dixit D. Thom. sup. quæst. 75. art. 7. sed ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio animæ separatæ (si illam habet) & coniunctæ, sunt diuersæ operationes specie, siquidem coniuncta intelligit per conuersionem ad phantasmata, separata autē conuersionem ad superiora sicut angeli, ergo. ¶Quinto. Quia, vt dicitur 3 de anima, text. 39. phantasmata comparantur ad animam intellectiuam humanam sicut colores ad visum, sed potentia visiua non potest exire in actum nisi conuertendo se ad colores, ergo etiam neque anima intellectiua potest aliquid intelligere sine conuersione ad phantasmata, sed in anima separata non possunt esse vlla phantasmata, ergo neq; potest esse intellectio animæ, quæ illa requirit.

IN hoc dubio aduertendum est. Primo, quòd D.Thom. in isto articulo supponit dari animam separatam a corpore, q̄ quidem verum est secundum fidem catholicam: imo etiā id ipsum asserendum esse ex sententia Aristotelis, latè probauimus supra agentes de immortalitate animæ. Hoc igitur supposito quærit in isto articulo D. Tho. de eius operatione. Ad separata anima manebit otiosa, an vero habebit aliquam operationem? Cui quæstioni & respondebimus iuxta nostram fidem, & etiā iuxta Arist. sententiam.

¶Quare sit prima conclusio. Secundum fidem certum est, quòd animæ separatæ habent operationem, quæ est intelligere. Hæc conclusio probatur primo ex illo Lucæ 16. vbi anima diuitis epulonis vidit Abraham à lōge, & Lazarum in sinu eius, & etiam cognouit se habere quinq; fratres. Similiter ex alio testimonio Sap. 5. cōstat animas damnatorum cognoscere, & proprias pœnas & præmia Sanctorū. Præterea: Certum est secundùm fidem, q̄ animæ Sanctorum separatæ à corpore vident Deum, & certum est etiam secundum fidem, q̄ orant pro his, qui sunt in Ecclesia, vt constat, 2. Macha. 15. & orant etiā pro vnione ad propria corpora, vt constat Apoc. 6. sed oratio est actus intellectus, ergo. Præterea. Certum est secundum fidem, & constat etiam ratione naturali, animas hominum esse immortales, q̄ ex consequenti remanere post mortem, vt ostensum est supra q. 76. art. 6. sed certum est etiam, q̄ per separationem à corpore non priuantur operatione potissima & propria, quę est intelligere, vt D. Tho. habet in argumento sed contra huius articuli, ergo.

¶Secunda conclusio. Certum est etiam secundum doctrinam Aristotelis, & fundamenta, quæ in eius libris reperimus, quòd anima separata habet operationem, quæ est intelligere. Hęc conclusio est contra aliquos Philosophos tam ex antiquioribus, quam ex recentioribus, de quibus vide in 3. de anima Aristotelis interpretes agentes de immortalitate animæ, & Augustinum Niphum in libello de immortalitate animæ capite 6. Et pro eius intelligentia notandum est, quòd licet non habeamus librum Aristotelis, quem de anima separata scripsisse dubitandum non est, præcipuè cum S. Thomas, opusc. 16. se illum vidisse dicat, sed nondum translatum: nihilominus tamen quædam habemus ab Aristotel. non parui momenti de statu animę post mortem, & quòd anima separabilis sit, & de facto à materia separetur, & separata permaneat pro certo in eius doctrina est tenendum, nisi vellis infinita eius fundamenta destruere. Etenim Aristoteles cognouit animam nostram immaterialem, & subsistentem esse atque ideo immortalem, vt sat multis supra quæst. 75. artic. 6. ostendimus: imo vero libro 3. de anima, text. 14. & 15. intellectū per se in ordine intelligibilium, & separatorum collocat, & in 12. Metaphy. text. 17. dicit mentem & animam intellectualem non posse esse absque corpore, tamen manere post, nihil prohibet: quia (inquit) habet actionem separatam à corpore, scilicet, contemplationem. Alia multa huiusmodi loca attulimus supra q. 76. Hoc opposito probatur conclusio. Nam ipse Philosophus in 2. de cælo, dicit q̄ omnis res est propter suam operationem, vnde re manente, manet eius operatio, ergo si anima post mortem manet secundum Aristotelē, oportet q̄ aliqua eius operatio maneat. Confirmat. Nam in 1. de anima, text. 12. & 13. dicit, q̄ si nulla operatio animæ est ei propria sine corpore, nō cōtingit eā separari, sed est maximè eius propriæ operatio, & contingit eā separari, ergo ista operatio, quæ est intelligere, manet

net in anima post eius separationem. Secūdo. Nam Arist. in 1. Ethic. c. 11. assert. Post mortem ea, quæ in hoc mundo accidunt, mortuos non sufficiunt facere beatos, qui nō sunt: nec eos qui sunt beati, nō beatos facere: atq; ideo concessit esse post mortē quosdā beatos, quosdā non ita, at secundū ipsum 10. Ethic. beatitudo consistit in contemplatione substantiarum separatarum, & præsertim primæ substantiæ separatæ, videlicet, Dei, ergo animę beatæ post mortem possunt, & substantias separatas, & Deum contemplari. ¶ Sed difficultas est, Quo pacto anima separata sit tunc habitura intellectionem? Quod quidem adhuc est difficilius explicari in doctrina Aristotelis, cum ipse videatur semper asserere, quòd intellectio non potest fieri sine phātasmatibus & sensibus exterioribus; ibi autem neq; phantasmata neque sensus exteriores erunt. De hac re multa in inferioribus dicemus præcipuè ar. 8. pro nunc tamen in genere sit.

¶Tertia conclusio. Anima separata in illo statu non intelligit per conuersionem ad phantasmata, & medijs aliquibus potē tijs materialibus, sed per cōuersionem ad superiora ad modū Angelorū. Prima pars huius conclusionis satis probatur argumētis factis à principio. Secunda vero asseritur à D. Tho. & in hoc articulo, & vbicunque de hac re loquitur, & eā optime probat ex duobus modis essendi, qui conueniunt ipsi animæ & licet eam expresse Aristoteles in suis operibus non habeat, existimo tamen eam esse iuxta eius mentem, & deduci ex principijs ipsius. Ratio enim, quam D. Thom. affert in hoc articulo, innitur per omnia fundamenta Peripateticę doctrinę, vt statim quisque etiam in libris Aristotelis parùm versatus facile videbit, si D. Th. attētè legerit, cuius doctrinā magis adhuc in sequētibus explicabimus.

¶Ex hac cōclusione colligēdum est, q̄ anima separata cū habeat modū intelligēdi angelorū, sicut concedimus, q̄ non intelligit per conuersionē ad phātasmata: ita ēt concedendum est, quòd non intelligit discurrendo, vel ratiocinando. Quod vero habeat modum cognoscendi angelorum, expresse docet Di. Thom. in hoc articu. dicēs: Cū aūt fuerit à corpore separata, cōpetit ei modus intelligēdi per conuersionē ad eas, quæ sunt intelligibilia simpliciter, sicut & alijs substātijs seperatis. Id ipsum docet 3. con. gent. c. 48. in fine. & in q. 24. de verit. ar. 11. & Ægyd. quodlib. 4. q. 16. ex professo ostendit, quod anima separata neque intelligit per conuersionem ad phantasmata, neque discurrendo.

AD argumenta facta in principio respōdetur. Ad primū rūdetur, q̄ illud primū testimonū posset primo intelligi tūm de animabus impiorū. Quapropter ex eo nō ꝓbatur, q̄ animæ iustorum separatæ nō intelligāt multa. Rūdetur secundo, q̄ sensus legitimus illius loci nō est, q̄ in animabus separatis nō erūt cogitationes, & cognitiones, sed q̄ in morte cessabunt oīa desideria, & omnes conatus impiorū frangentur, sicut constat illo exemplo, qđ habetur Lucę. 17. de illo diuite, q̄ cogitabat apud se dicens; Destruam horrea mea &c. Et dictū est illi: Stulte hac nocte repetent à te animā tuā, & quæ cōgregasti cuius erunt? sic exponit illū locū D. Gregorius homi. 39. super euangelica & D. Aug. quanuis nō exprimat, insinuat tamē eandē expositionē. Est. n. in eo loco sermo nō de quacunq; cognitione aut cogitatione, sed cogitationibus quibus impij homines vanè sibi promittunt multa in futurum: de quibus dicit Psal. 39. Dominus scit cogitationes hominū, qm̄ vanę sunt. ¶Ad secundū locū prima expositio est, q̄ illa sententia prolata est à Salamone per ironiam, & irrisionē contra amatores huius seculi ad eū modū, quo D. Chrysost. homil. 31. super Matth. dicit intelligēda esse illa verba Genes. 3. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Et illa verba Matth. 9. Nō veni vocare iustos. ¶Secūda explicatio est, q̄ colligit ex D. Hiero. sup hunc locū, q̄ Salamō ibi nō loquebat ex ppria sententia, sed ex psona impiorū, q̄ negabant Dei prouidētiā & aīę immortalitatē. Ex quo errore cōsequebat, vt negarēt ēt mortuos aliq̄d cogitare. Qđ aūt illi impij negarēt immortalitatē animę, cōstat ex illo Sapi. 7. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus quasi nō fuerimus. Qđ vero Salamon illo li. Eccles. ex psona impiorū frequēter soleat lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui,docet ex professo D.Grego.lib.4. mor. c.4. ¶Tertia explicatio est,quòd per illud verbum,Nouerunt, intelligitur idē, quod non operantur. Etenim in scriptura sæpè intelligere accipitur pro hoc, quod est operari.Vnde in Ps.40. dicitur. Beatus qui intelligit sup egenū & pauperē, & hinc est, q̄ verbū in ea sæpè accipitur pro hoc, qđ est factum. Vnde in loco citato Salomon voluit docere, q̄ in morte hominis omnes operationes humanæ quas habebat, & industriæ oēs,& ingeniū ad cōparandas diui tias & alia bona cessant & pereunt.Et eodē ferè sensu statim in eodē capite subditur, neq; opus neq; ratio est apud inferos.Quibus verbis apertè hortatur hoīes ad opera fructuosa & bona,quę ante mortē possunt esse meritoria, post mortem vero non habent rationem meriti.Et sic exponit D.Gregor.hom.13.super Euangelia.Iuxta quem sensum solet etiam explicari illud Io. 9.Venit nox,quando nemo potest operari. Quē locū exponit egregiè Origenes super Psal. 36.hom.3. Ad tertium locum iam multas adhibuimus expositiones sup. quę. 1.ar.2. dubio 3.& de illo iterum redibit sermo infra in hac quæst.arti.5 & 6.

¶ Ad secundum respondetur negando minorem.Intelligere.n.vt sup.q.77.ostendimus, est tantum actio animæ non dependens ab organo corporeo, potest tamē dici actio communis animę & corporis ex parte obiecti inquantum intelligimus abstrahendo à phantasmatibus, quæ sunt in organo corporali.At vero,vt patuit in tertia conclusione,hunc modum intelligendi non habet anima separata, sed sicut angelis assimilatur in esse, ita etiam in operari. Ad duo loca Aristotelis respōdetur; quòd propterea conuincitur Alexander insignis Aristotelis interpres ad asserendum secundum Arist.animam esse inseparabilē à corpore,ac per cōsequens mortalē,quē etiam multi grauissimi viri sunt sequuti. Argumentantur.n.sic.Si anima non pōt intelligere sine phantasia, non pōt esse sine corpore,vt dicitur in j.de an.tex.12. & 13.& in 3.de ani.tex.39.diffinit Philosophus, q̄ non potest intelligere sine phantasmate; concluditur ergo q̄ non est separabilis. Cæterum hoc argumentum fallibile est & nullum, de quo iam multa diximus suprà quæst.75.arti.6. agentes de immortalitate animæ. Vide ibi, ne iterum eadem repetamus,& Ferr.2.cont.gen.capi.79. ¶Ad tertium distinguitur consequens,ergo nō potest operari operatione sibi propria & naturali,conceditur consequentia; non operari operatione præter naturali & sibi conuenienti ex participatione superiorum, negatur cōsequentia. At vero,vt dicemus dubio sequenti, animæ conuenit operari extra corpus non naturaliter sed præternaturaliter. ¶Ad quartum respondetur, quòd tunc colligitur ex diuersis specie operationibus aliquas res distingui specie, quando vtraque illarum est propria & naturalis operatio tali rei. At vero in præsenti licèt operari per conuersionem ad phantasmata sit naturale animæ coniunctæ, nō tamē est naturale sed præternaturale animæ separatæ operari per conuersionem ad superiora. Atque ita inde nō licet colligere animam coniunctam & separatam distingui specie,de quo vide Ferr.in 2.cont. gent.c. 49.circa quartam rationem. ¶Ad quintum respondetur, q̄ anima nostra nihil potest intelligere secundum connaturalem modum intelligendi nisi per cōuersionem ad phantasmata,at vero præternaturaliter bene potest participare modum cognoscendi per conuersionem ad superiora. Sicut ignis secundum naturalem suum motū modum non habet alium motū, nisi ascendere sursum,præternaturaliter autem & ex modo essendi, quem habet in concauo lunæ,mouetur circulariter. Vide D.Tho. in 3.par.q.11.ar.2.ad primum,& Ferr.2.cont. gen.c.81.circa solutionem D.Th.ad quintum,quod proposuerat c.80.

DVbitatur secundo. Vtrùm sit naturale animæ esse sine corpore & intelligere per conuersionē ad superiora, an vero contra eius naturam? ¶Et videtur, q̄ sit naturale.Primò ex D.Tho. qui hoc videtur expresse asserere in 1.2.quæst.5. art.1. ad secundum vbi ait. Homini secundum statum præsentis vitæ est connaturalis modus cognoscendi veritatem intelligibilem per phantasmata, sed post huius vitæ statum habet alium modum connaturalem. Confirmatur.Nam D.Thom.in isto art.ad tertium

tertium,dicit cognitionem animæ separatæ per species ex influentia diuini luminis participatas esse naturales, sed hoc est intelligere per conuersionem ad superiora, ergo. ¶Secundo. Quoniam, sicut D.Tho. supponit in articulo, modus operandi consequitur modum essendi, sed naturale est animæ nostrę esse extra corpus,cum ex natura sit immortalis, & independens à corpore,vt probatum est sup.q.75. ar.2. & 6. ergo naturale est etiam illi intelligere sine conuersione ad phantasmata corporea.

¶Tertio.Nam,sicut habetur Sap.9.Corpus quòd corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensū multa cogitantem, sed naturale est animæ illud,quod ipsi conuenit sine aliquo impedimento, ergo naturale est illi intelligere sine corpore per cōuersionem ad superiora. ¶Quarto.Illud, quod est præter naturam alicuius rei, nō potest esse diuturnum aut perpetuum: vnde habemus ex Arist.5.Meta.tex.6. quòd nihil violentum aut præter naturam potest esse in illis, quæ sunt perpetua & immobilia, sed intelligere sine cō uersione ad phātasmata & per species infusas à Deo,est diuturnum, & quasi perpetuum in anima separata,ergo non est præter naturam illius. Quinto.Anima essentialiter est incorruptibilis,ergo naturaliter ei conuenit id, quod est naturale rei incorruptibili.Patet consequentia.Quia propterea quòd anima essentualiter est forma, qđ est naturale formæ vt forma est, sibi naturaliter conuenit,ergo etiam,quia essentialiter est incorruptibilis, conueniet sibi naturaliter quod est substantia incorruptibili naturale, hoc autem est naturale incorruptibili substantiæ, vt non corrumpatur ad corruptionem eius,in quo est, sed post eius corruptionem maneat in suo esse, ergo animæ,quia incorruptibilis est, naturaliter conuenit perseuerare in soo esse, ac sic esse separatam. Confirmatur primo. Formæ dependēti à materia in suo esse naturale est in ipsa separatione deficere,ergo formæ independenti à materia in suo esse naturale etiam erit non deficere sed perseuerare.Confirmatur secundo. Anima rationalis naturaliter est incorruptibilis, & naturaliter manet separata,ergo tunc naturaliter etiam ei conueniet aliqua operatio cum otiosa non possit permanere, sed non potest tunc ei conuenire modus operandi per conuersionē ad phantasma, vt patuit dubio præcedenti, ergo conueniet naturaliter modus operandi per cōuersionem ad superiora. Patet consequentia. Quia non datur alius modus cognoscendi respectu animæ rationalis. ¶Sextò.Nam licet aquę calefacere non sit naturale, tamen aquæ calefactæ & habenti calorem naturale est calefacere, ergo licet animæ rationali non sit naturale esse separatam, tamen iam separatæ id erit naturale simul cum modo intelligendi per conuersionem ad superiora per species à Deo influxas.

SEd in contrarium arguitur primo, & probatur, quòd talis modus essendi & cognoscendi sit contra naturam animæ rationalis.Nam D.Thom.in isto articulo dicit, quòd intelligere sine conuersione ad phantasmata est præter naturam animæ, sicut est præter naturam corporis leuis,esse extra proprium locum; sed si propriè loquamur contra naturam corporis leuis est extra proprium locum esse,ergo.

¶Secundo.Nam D.Tho.in 4.cont.gen. c.79.ratione.3.expresse dicit, q̄ esse separatam animam est contra naturā animæ. Hoc ipsum ēt habet inf.q.118.ar.3.in corpore,vbi arguit,q̄ quia naturale est animę vniri corpori, esse sine corpore est sibi contra naturam.Confirmatur. Nam licèt Dicit.in isto articulo dicat, quòd esse separatam à corpore, est animæ præter rationem suæ naturæ,non autem contra naturam.Constat tamen,quòd apud D.Thomam quandoque pro eodē accipitur,præter naturam, & contra naturam, vt patet ex locis citatis. Et præterea.Quia in 2.contra gen.ca.83.ratione quarta,facit hāc consequentiam.Omne violentum est contra naturam: si igitur vnio animæ ad corpus est violenta, ipsa est præter naturam. Vbi patet,quòd pro eodem accipit contra naturam,quod posuit in antecedenti; & præter naturam,quod posuit in cōsequenti, ergo. ¶Tertio. Anima rationalis secundum suā essentiam est forma, sed omni formæ naturale est vnitam esse corpori,ergo esse separatam erit contra naturam. Maior patet

ex quæst.76.Minor autem probatur.Quia esse separatam est contra id, quod est naturale formæ,scilicet,esse vnitam.Confirmatur.Nam siue anima rationalis consideretur vt est forma dans esse materiæ, siue inquantùm est forma rei corruptibilis, siue inquantùm est forma incorruptibilis & immaterialis, adhuc est forma,ergo quocunque modo consideretur,semper est illi naturale esse in corpore. Probatur consequentia. Quia quocunq; modo consideretur; nõ tollitur ab ea quod est naturale ei inquantum est forma , quia essentialiter est forma.¶Quarto.Quod est contra naturalem inclinationem alicuius rei,est contra eius naturam,quia naturalis inclinatio oritur ex naturæ principijs,sed esse separatam est contra naturalem inclinationẽ animæ ratiõalis,ergo. Probatur minor. Quia omnis forma naturaliter inclinatur ad materiam,in cuius vnione perficitur,sed anima rationalis est forma,ergo.¶Quinto. Quod est contra diffinitionẽ alicuius , est contra eius naturam,cum materia & diffinitio idem sint,sed contra diffinitionẽ animæ est esse separatam,ergo.Probatur minor. Nam diffinitio animæ est,ꝙ sit actus corporis physici organici &c. Confirmatur.Nam ista diffinitio vniuocè conuenit animæ rationali,& omnibus alijs animabus,vt contra Commentatorem & Themistiũ ostẽdimus supra q.75.art.1.sed contra naturam omnium aliarum animarum est esse separatas,ergo id erit etiam contra naturam animæ rationalis.

A D huius dubij explicationem , supponendum est in primis cum Caietano in dub.4.huius articuli, non defuisse quosdã autores,qui asserẽrẽt vtrunq; modum essendi , & intelligendi esse naturalem animæ nostræ successiuè. Nam esse in corpore & intelligere per conuersionẽ ad phantasmata est illi naturale à principio , esse vero extra corpus , & intelligere siue conuersione ad phantasmata,est illi naturale in fine: sicut homini est duplex modus viuendi naturalis successiuè, videlicet à principio in vtero matris,postea vero extra vterum matris.Et quamuis hæc sententia posset videri probabilis, tamen D. Th. contrariam docet,ſ.ꝙ alter modus essendi est animæ nostræ naturalis,alter vero præter naturam eius.

¶Ferrar.aut in 2.cont.gent. cap.83.circa quartam rationem,& etiam c.94. circa quartam rationem , longam de hac re texit disputationem , & inter multa quæ de hac re docet , breuiter mens eius est hæc, ꝙ animæ separatę(si consideretur in separatione à corpore)naturale est absolutè loquendo intelligere sine conuersione ad phantasmata,& per species infusas à Deo. At vero si consideretur secundũ suam naturam , & inquantum est actus corporis, dicit ꝙ propriè loquendo est contra naturã illius esse sine corpore,& intelligere sine conuersione ad phantasmata, & nõ tãtum præter naturam illius propriè loquendo.Et ad D. Tho. qui in hoc articulo expresè dicit esse præter naturam illius , & nõ cõtra respondet, ꝙ in hoc loco eodem modo accipit D.Tho.esse præter naturam animæ & esse cõtra naturã animæ.Quam intelligentiã colligit ille ex locis D. Thoquæ citauimus in secundo argumento secundo loco facto.¶ At vero Caieta.in hoc articulo aliter de hac re Philosopharur.Dicit.n.ꝙ esse animã extra corpus,& sic existentẽ intelligere sine conuersione ad phãtasmata, non est propriè loquendo contra naturam animæ,sed præter eius naturam. Quę sententia videtur esse D. Tho.in hoc articulo & alibi sępè.

Decisio Autoris.

PRo decisione aduertendum est primo, quòd naturale potest aliquid dici dupliciter.Primo, vt distinguitur cõtra illud, quod est supernaturale. In quo sensu dicimus , quòd naturale est homini intelligere, supernaturale vero suscitare mortuos. Et hoc pacto. D. Thom.solutione ad tertium dicit,quòd cognitio animæ sine conuersione ad phantasmata non est supernaturalis Deus enim secundum ordinariam prouidentiam ; infundit animæ separatæ species;quibus eo modo intelligat.Secundo accipitur naturale, vt distinguitur contra illud,quod est præter naturã.v.g.ascensus aquæ ad supplendum vacuum, & motus circularis ignis in sua sphera dicitur præter

præter naturã aquę aut ignis , potius quã eius, vel præter eius naturam. secundùm naturam ipsorum.Et hoc secundo modo docet D.Thom.in tertia conclusione, & nos etiam statim dicemus , quòd modus intelligendi sine conuersione ad phantasmata,non est naturalis animæ,sed præter naturam eius.

¶Secundo est aduertendum , quod esse naturale hoc secundo modo potest accipi adhuc dupliciter.Vno modo pro hoc quod est aliquid conuenire alicui secundum suã quidditatem & essentiam, & secundũ suã principia essentialia ; vt homini naturale est esse animal rõuale. Alio modo aliquid est naturale alicui,quia est ſm inclinationẽ propriam & naturalẽ alicuius rei, quomodo dicimus qđ naturale est viuentibus generare sibi simile.Ex opposito,contra naturam,aut præter naturam potest similiter accipi duobus modis. Vno modo vt opponitur naturali in prima acceptione , & sic contra naturam est illud , quod est repugnans essentiæ aut quidditati rei, quomodo irrationalem esse est contra naturam hominis.Alio modo vt opponitur naturali in secunda acceptione, & sic contra naturam alicuius est id , quod est contra naturalem inclinationem propriæ naturæ. Et quando Ferrar.ait , quòd est contra naturam animæ esse extra corpus, & intelligere sine conuersione ad phantasmata,accipit contra naturam hoc secundo modo pro hoc, quòd est esse contra propriam & naturalem inclinationem animę.Quando etiam ait Caietanus (cuius sententia tanquam probabiliorẽ nos sequemur) quod est præter naturã animæ esse sine corpore, & intelligere per conuersionem ad superiora,intelligit esse præter naturalem & propriam inclinationem animæ.

¶ Tertio notandum est,quòd quia anima rationalis habet triplicem considerationem:potest enim considerari vt est forma dans esse materiæ,in quo conuenit cũ omni forma,& vt est forma rei corruptibilis,scilicet,hominis, in quo cum alijs formis rerum corruptibilium conuenit : & vt est forma immaterialis , & incorruptibilis , in quo substantijs separatis assimilatur: ideo his tribus modis possumus dicere aliquid esse naturale animæ,aut contra eius,vel præter eius naturam.

¶ Vltimo est aduertendum,quòd in separatione animæ rationalis à corpore tria possumus considerare . Primum est ipsam animam esse separabilem à corpore.Secundum est ipsa actualis separatio à corpore:ac demum permanentia ipsius animæ post talem separationem.Et licet præcipua quæstio huius dubij sit de permanentiam ipsius animæ in illo statu separationis , & de modo intelligendi,quem tunc habebit per cõuersionem ad superiora,an sit illi naturalis: nihilominus tamen etiam de duobus primis breuiter dicemus .

QVare quantum ad primum sit prima conclusio . Licet anima rationalis sit separabilis à corpore,non tamen hoc conuenit illi secundum suam naturã. Prima pars huius conclusionis probatur primo . Quia anima actu separatur per mortem à corpore,ergo est separabilis.Cõsequentia tenet ab actu ad potentiam:vt si homo currit,certè potest currere.Secundo probatur ratione Aristotę.in 1. de Anima text.12 .& 13.Si anima habet operationem, in qua non dependet à corpore , est ab ipso separabilis , sed anima habet operationem , in qua non depẽdet à corpore, scilicet,intellectionem; ergo est separabilis à corpore.Secunda pars probatur.Nam anima secundum suam naturam est vnibilis materiæ, ergo secundum suam naturã non est ab ea separabilis.Patet consequentia.Nã vnibile & separabile respectu eiusdem videntur esse sibi opposita. Confirmatur . Nam anima rationalis perficitur ex vnione ad corpus(vt dicemus statim,)ergo ex natura sua non est separabilis ab eo. Etenim vnaquæq; res hẽt inclinationẽ ad esse in eo,in quo perficitur.Secundo probatur . Actus ipse separationis animæ rationalis à corpore est contra eius naturam (vt ostendemus conclusione sequenti ,) ergo & potentia ad istam separationem non est secundùm eius naturam.Consequentia probatur . Quia impossibile est, quòd actus alicuius potentiæ conueniat alicui rei contra naturam suam, & potentia ad talem actum sit ei naturalis. Itaque volo dicere,ꝙ licèt anima sit separabilis à corpore,& separata in eternum permanere possit

Universidad de Deusto
Biblioteca

re possit, vtpotè quæ est immortalis, tamē A secundùm suam naturam nō est separabilis, sed potiùs vnibilis corpori informans ipsum. Vnde D.Tho.in 1.2.q.86.arti.6. & alibi sæpe concedit, quòd homo est corruptibilis ex parte materiæ, non tamen ex parte ipsius animæ rationalis.

¶ Quantum ad secundum, scilicet, de ipsa separatione actuali, sit secunda conclusio. Quomodocunque consideretur anima rationalis, est contra eius naturam, quòd actualiter separetur a corpore. Hæc cōclusio est expressa D. Tho. in multis locis, & eam ēt tenet in 1.2. in quæstione modo citata. Et probatur primo. Ex huiusmodi separatione sequitur corruptio, quæ est contra naturalem inclinationem formæ, quia cum forma sit principium essendi, corruptio quæ est via ad non esse, opponitur ei, vt ait S.Thom.quæst. 5.de malo art.5.vnde & Philosophus in 2.de Cælo ait, quod corruptio senum, & omnes defectus sunt contra naturam particularem huius rei de C terminatæ per formā, ergo. Secundo. Quia quantumcunque sit homo naturaliter corruptibilis, corruptibilitas tamen non convenit sibi ratione formæ, sicut nec alijs rebus, sed tantum ratione materiæ, quæ ex contrarijs est cōposita. Nam cū forma cuiusliber rei corruptibilis inclinetur naturaliter ad vnionem talis materiæ, ad quam sequitur corruptibilitas: oppositum, scilicet, separatio à materia, est sibi contra naturam, ipsa sola natura formæ considerata. Tertio. Quia quomodocunque anima rationalis cōsideretur, naturale est sibi vniri corpori, ergo cōtra naturā ei" erit ab eo separari. Antecedēs probatur. Quia anima rationalis quomodocunque consideretur, est essentialiter forma, sed naturaliter convenit omni formæ vniri corpori, ergo.

¶ Quantum ad tertium sit tertia conclusio. Permanētia siue status separationis, & modus intelligendi in eo per conuersionē ad superiora sine phāntasmatibus, non convenit aīæ rationali naturaliter, neque contra naturam suam, sed præter naturā. Prima pars conclusionis satis patet argumentis factis secundo loco à principio dubij. Secūda vero pars argumēcis factis primo loco. Tertia autē videtur esse D. Tho. vbicunque de hac re loquitur, præcipuè vero in hoc arti. Pro cuius explicatione & probatione. Nota cū Caietano, quòd cum anima nostra sit forma immaterialis, ita tamē quòd simul sit forma in materia, vt suprà docuit D.Tho. ex Arist. in 2. Physico. text. 26. hinc est, quòd habeat duo. Primū est secundum quod est forma materiæ, videlicet, quòd vnitur corpori, & in illo operatur, & quia secundum suam naturam habet appetitum ad corpus, propterea quod B est illi essentiale, quòd sit forma corporis, vt ostensum est quæst. 76. articu. 1. idcirco iste modus essendi in corpore, & etiam operandi in corpore, est animæ nostræ maximè naturalis. Alterum vero habet secundùm, quòd est forma immaterialis, quo attingit aliquo modo dignitatem substantiarum separatarum iuxta regulam Diui Dionysij capitulo 7. de diuinis nominis, quòd supremum infimi attingit infimus supremi. Quapropter participat etiam modum essendi sine corpore, & modum etiam intelligendi sine aliqua dependentia à corpore. Et quoniam iste modus secundus, essendi & operandi, conuenit animæ nostræ non tam secundùm propriam naturam in quantum est forma corporis, quàm secūdùm quòd participat perfectionem substantiarum separatarum: idcirco iste modus potius est præter naturam animæ, quàm secundùm eius naturam. Sicut si dicamus, quòd motus circularis ignis, D propterea quòd non tam convenit illi secundùm suam propriam formam, quàm ex participatione orbis lunæ: idcirco est potius præter naturam ignis, quàm secundùm naturam illius. Non tamen est propriè loquendo contra naturā animæ modus essendi & operandi sine corpore: tum, quoniam id, quod conuenit alicui ex participatione ad superiores naturas, non est contra naturam illius rei: tum quoniam id, quod est propriè contra naturam est violentum, violentum autem non potest E esse in substantijs separatis, imo sequeretur, quòd anima separata non posset durare in æternum, quod est falsissimum. Sequela autem euidens videtur in doctrina Aristotelis, secundum quem constantissimum est, quòd nihil, quod propriè est violentum,

lentum, potest durare in perpetuum, de quo aliqua dicemus ad quartum.

AD argumenta facta in primo loco. Et ad primam autoritatem D. Tho. in primo argumēto adductam dicitur primo, quod D.Tho. vocat istum modum cognoscendi sine conuersione ad phantasma connaturalem animæ, nō vt opponitur ei, quod est præter naturam, sed vt opponitur ei, quod est contra naturam. Sicut dicitur solet, quòd igni existenti in concauo lunæ est connaturale moueri circulariter, propterea quòd non est contra naturā ipsius, quamuis sit præter naturam. Dicitur secundo, q̄ ille modus cognoscendi dicitur connaturalis animæ secundum rationem communem, qua conuenit quodāmmodo cum modo cognoscendi substantia rū separatarum, quamuis non sit connaturalis animę secundum propriam naturam ipsius, sed potius hoc modo sit præter eius naturam. Quemadmodum igni existenti in concauo lunæ est connaturale moueri circulariter, si consideretur secundùm communem rationem, qua participat quodāmmodo modum corporum cęlestium: quamuis si consideretur secundum suam propriam naturam non sit illi connaturale, sed præter naturam. Tertio respondetur, quòd ille modus dicitur illi naturalis ex suppositione, & quatenus est separata à corpore; quāuis absolutè & simpliciter loquendo, non sit illi connaturalis, sed præter suam naturam. Et quando in tertia D conclusione diximus, quòd iste modus essendi, & operandi est præter naturam animæ, intelligebamus absolutè, & simpliciter loquendo: contra quod non est, quòd secundum quid & aliquo modo sit naturalis & ex suppositione: sicut licet absolutè aquæ naturale non sit calefacere, sed potius infrigidare: tamen aquæ calefactæ ex suppositione sit naturale calefacere. Et in hoc conuenimus cum Ferrariense dicente, quod animæ separatæ, secun- E dum quòd iam est separata a corpore, connaturale est illi esse & intelligere sine corpore: licet ab ipso dissentiamus in hoc, q̄ ille hunc modum dicit absolutè loquendo esse propriè contra naturam animæ. Nos autem dicimus, quod non est propriè loquendo contra eius naturam, sed præter eius naturam. Itaque ille modus essendi, & cognoscendi magis est connaturalis illi statui separationis, quam ipsi animæ separatæ, qui conuenit præter suam naturam absolutè loquēdo. ¶ Ad secundum autoritatem respondeti potest primo sicut ad præcedentem. Secundo respondetur cum Caiet. in hoc artic. quòd D. Tho. ibi sumit naturale vt distinguit cōtra miraculosum. Sic enim iste modus essendi & cognoscen- B di est naturalis animæ, quanuis non sit naturalis secundùm propriam naturam ipsius animæ, vt iam dictum est. ¶ Ad secundum respondetur, quòd quanuis anima nostra sit immortalis ex sua natura, & independens à corpore in fieri & in esse; tamen simul habet ex sua natura, quòd sit forma corporis. Vnde naturaliter habet vniri corpori, & naturaliter resistit separationi à corpore: quod sufficit, vt sit præter naturam illius iste modus essendi sine cor- C pore, & similiter iste modus intelligendi sine conuersione ad phantasmata. ¶ Ad tertium respondetur, quòd quanuis corpus corruptibile aliquod impedimentum afferat animæ, tamen ex altera parte affert illi multò magis auxilij inquantum mediante ipso corpore acquirit species sibi proportionatas, & connaturales p abstractionem à phantasmatibus. Sicut si dicamus, quòd quis licet aliquo modo grauetur pennis, tamen absolutè loquendo multò magis iuuatur ad volandum. Quapropter simpliciter loquendo melius est animę nostrę esse in corpore, & intelligere per species altractas à phantasmatibus & per conuersionem ad phantasmata, vt D. Tho. docet in quarta conclusione, & latè explicat Ferrar. 2. contra gent. capit. 68. & c. 83. ¶ Ad quartum respondet Caieta. egregiè, ex cuius doctrina respondetur, q̄ status ille, qui est omnino præter naturam & violentus, non potest esse in his, quæ sunt perpetua, nec potest esse ita diuturnus sicut naturalis. Et hoc voluit docere Arist. in 5. Metaph. Ex quo validum desumitur argumentum contra Ferrar. dicentem, quod status ille est omnino & simpliciter contra naturam animæ. At vero ille status qui conuenit alicui ex participatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne superiorum & æternorum, nihil vetat quòd sit diuturnior, quàm status qui conuenit illi secundū propriam formam. v.g. motus circularis ignis, multò diuturnior est quàm motus, quo ascēdit sursum, quanuis motus sursum conueniat igni secundùm suam naturam, motus verò circularis conueniat illi ex participatione orbis. cælestis. Eodem modo status animæ separatæ & intelligere sine cōuersione ad phātasmata, magis diuturnum est, quàm status essendi in corpore, & intelligendi cum conuersione ad phantasmata: quanuis iste secundus status sit magis connaturalis & proportionatus animæ: primus verò status sit præter naturam & conueniat ex participatione substantiarum separatarū.

¶Ad quintum respondetur, quòd anima rationalis taliter est incorruptibilis, quòd ex natura sua & essentialiter est forma corporis. Vnde licet, quia est incorruptibilis, possit subsistere extra corpus, neque corrumpatur ad eius corruptionem: tamen quia aliunde est forma corporis, & vnaqueque forma naturaliter vnitur corpori, inde est quòd naturale sit ei esse vnitam corpori, & præter eius naturam esse separatam.

¶Ad primam confirmationem respondetur, quòd naturaliter anima separata non corrumpitur, quando à corpore disiūgitur, cum ex sua natura sit immortalis, non tamen est naturalis ille status, sed potius præter eius naturam, vt patet ex dictis. Ad secundam confirmationem respondemr negando antecedens. Iam enim diximus, quòd anima separata licèt naturaliter non corrumpatur, non tamen ille status est illi naturalis.

¶ Ad sextum patet ex dictis in tertia solutione ad primum locum adductum ex Di. Thom. in primo argumento. Dicimus enim quòd aquæ calefactæ vt sic naturale est calefacere: cæterùm hæc naturalitas est diminuta, & secundùm quid, cum absolutè & simpliciter non calefacere sit iuxta eius naturam.

¶Ad argumenta facta secundo loco patet ex dictis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm anima separata intelligat substantias separatas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd anima separata nō intelligat substātias separatas. Perfectior.n. est anima corpori cōiuncta quam à corpore separata: & decū anima sit naturaliter pars humanæ naturæ: ergo alibet autem pars perfectior est in suo toto. Sed anima coniuncta corpori non intelligit substantias separatas, vt supra habitum est. *Ergo multo minus cum ferit à corpore separata.

¶ 2 Præterea. Omne quod cognoscitur, vel cognoscitur per sui præsentiam, vel per suam speciem. Sed substantiæ separatæ non possunt cognosci ab anima per suam præsentia: quia nihil illabitur animæ nisi solus Deus. Neq; ēt p aliquas species quas anima ab angelo abstrahere possit: quia angelus simplicior est quàm anima. Ergo nullo modo anima separata potest cognoscere substātias separatas.

¶ 3 Præterea. Quidam Philosophi posuerunt in cognitione separatarum substantiarum consistere vltimam hominis felicitatē. Si ergo anima separata potest intelligere substantias separatas, ex sola sua separatione consequitur felicitate. Quod est inconueniens.

SED contra est, quòd animæ separatæ cognoscunt alias animas separatas, sicut dives in inferno positus vidit Lazarum & Abraham. Luc. 16. Vident etiam & ignorant, & angelos anima separata.

RESPONDEO dicendum, *sicut Augustin. dicit in nono de Trinita. * mens Tullii nostra cognitionem rerum incorporearum in sua per seipsam accipit, id est, cognoscendo seipsam, sicut supra dictum est. * Per hoc ergo quòd anima separata cognoscit seipsam, accipere possumus qualiter cognoscit alias res separatas. Dictum est autem, * quandiu anima corpori est vnita, intelligit conuertendo se ad phantasmata. Et ideo nec seipsam potest intelligere nisi inquantum sit actu intelligens per speciem à phātasmatibus abstractam. Sic enim per actum suum intelligit seipsam, vt sup. dictum est. Sed cū fuerit à corpore separata intelliget, non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ea q̄ sunt secundū se intelligibilia: vnde seipsam per seipsam intelliget. Est autē commune omni substantiæ separatæ, quòd intelligat id quod est supra se, & id quod est infra se per modum suæ substantiæ. Sic enim intelligitur aliquid secundùm quod est intelligente. Est autem aliquid in altero per modum eius in quo est. Modus autem substantiæ animæ separatæ est infra modum substātiæ angelicæ: sed est conformis modo aliarum animarum separatarum. Et ideo de aliis animabus separatis perfectam cognitionem habet, de angelis autem imperfectam & deficientem, loquendo de cognitione naturali animæ separatæ. De cognitione autem gloriæ est alia ratio.

AD primum ergo dicendum, quòd anima separata est quidē imperfectior, si consideretur natura corporis, sed tamen quodāmodo est liberior ad intelligendum in quantū per grauedinem & occupationem corporis à puritate intelligentiæ impeditur.

AD secundum dicendum, quòd anima separata intelligit angelos per similitudines diuinitus impressas, quæ tamen deficiunt à perfecta repræsentatione eorum, propter hoc quòd animæ natura est inferior quā angeli.

AD tertium dicendum, quòd in cognitione substantarum separatarum quarumcunque non cōsistit vltima hominis felicitas, sed solius Dei qui non potest videri nisi per gratiam. In cognitione vero aliarum substatiarum separatarum est magna felicitas, etsi nō vltima: si tamen perfectè intelligatur. Sed anima separata naturali cognitione nō perfectè eas intelligit, vt dictum est.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima separata cognoscit se per suam essentiā. Ratio est. Non intelligit se conuertendo se ac phantasmata, ergo.

¶Secunda conclusio. Anima separata cognoscit alias animas perfecta cognitione: angelos verò cognoscit confusa, & deficiente cognitione. Ratio. Anima separata

omnia, quæ cognoscit, cognoscit per modum suæ substātię, & secundùm modum, quo sunt in ipsa: sed modus substantiæ animæ separatæ est infra modum substantiæ angelicæ, & conformis modo aliarum animarum separatarum, ergo angelos imperfectè, aliàs autem animas perfectè cognoscit. Maior probatur. Quia vnumquodque intelligibile est in intelligēte per modum ipsius intelligentis, & intelligitur per modum, quo est in eo: Vnde manauit illud axioma: Commune est omni substantiæ separatæ intelligere, tam superiora, quam inferiora per modum substantiæ suæ.

¶Tertia conclusio ad secundum. Anima separata cognoscit angelos per species infusas à Deo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa primam conclusionem. An anima separata cognoscat se non per aliquam speciem, sed per suam propriam substantiam? ¶ Pro parte negatiua arguitur primo. Quoniam in q. 87. articu. 1. docuit D. Tho. quòd anima nostra cognoscit seipsam non per suā substantiam, sed per speciem: sed in artic. 1. huius quæstionis docuit, quòd anima separata multa cognoscit per species, quas in corpore acquisiuit, ergo per easdem cognoscit seipsam, per quas cognoscebat se, quando erat vnita. ¶Secundo. Anima nostra est pura potentia in genere intelligibilium, sicut diffusè ostensum est in eadē q. 87. artic. 1. sed repugnat naturæ, quæ est pura potentia in genere intelligibilium, q̄ cognoscat seipsam immediatè per seipsam, ergo. Probatur minor. Quoniam sicut ostensum est in q. 56. art. 1. cognoscere se per suam substantiam immediate, est proprium illius naturę, quæ est actu intelligibilis. ¶In contrarium tamen est D. Thom. in art. 2. & alijs locis, quibus de hac re disserit, cuius sententiam sequutus est Enricus quodlib. 1. q. 12. & 13. vbi docet, quòd aīa separata, cognoscit seipsam per suam substan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiam: alia vero omnia cognoscit per species superadditas. ¶ Ad cuius rei explicationem animaduertẽdum est ex his, quæ diximus in art. 1. huius quæstionis, q̃ anima nostra habet duos status essendi & intelligẽdi. Primus status est sibi proprius & connaturalis, scilicet essendi in corpore, & per conuersionem ad phantasmata intelligendi; ita quòd absolutè loquendo pertinet ad ordinem rerum materialium: & obiectum illius proprium & proportionatum est quidditas rei materialis. Secundus status est præter naturalis animæ nostræ, & ex participatione substantiarum superiorum, videlicet, essendi sine corpore, & intelligendi sine conuersione ad phãtasmata, & absque vlla dependẽtia à quidditate rei materialis. Ex primo statu prouenit animæ nostræ, quòd sit pura potentia in genere intelligibilium, cum sit infima in illo genere, & ex consequenti quòd omnia cognoscat per species rerum materialium non solum alia à se, sed etiam seipsam. Quapropter rectè diffiniuit D. Th. in q. 87. art. 1. quòd anima nostra secundum præsentem statum cognoscit seipsam actu reflexo & per speciem quidditatis materialis. In cuius confirmationem adduxit Aristot. in 3. de anima tex. 15. asserentem, quòd intellectus cognoscit seipsum, & sicut alia cognoscit, videlicet, per species rerum materialium. Ex secundo vero statu prouenit animæ nostræ, q̃ habeat modũ essendi substantiarum superiorum, & ex consequentia modum intelligendi. Quapropter considerata in isto statu iam non est pura potẽtia in genere intelligibilium, sed sit quodãmodo intelligibilis in actu. Et propterea potest cognoscere seipsam immediatè per suam substantiam, & absque alia specie intelligibili, interueniente, tamen illustratione intellectus agentis. Itaque per hanc separationem à corpore anima nostra, quæ ex sua natura est intelligibilis in pura potentia, efficitur actu intelligibilis secundum quandam participationem substantiarum superiorum: quod Caiet. pluribus verbis prosequitur. Et sine dubio D. Tho. insinuat hanc doctrinam in hoc ar. & in q. de Ani. ar. 17. & per eã patet solutio ad duo argumẽta proposita. Respõ

A detur enim negando consequentiã. Quoniam per separationem à corpore fortitur anima nostra illa duo, & quòd fiat intelligibilis in actu, & quòd possit cognoscere seipsam per suam substãtiam; quæ duo nõ habet, quando est vnita corpori.

DVbium secundum poterat esse, quod Caiet. tractat diffuse & subscribit ei ca secundam conclusionem, vt explicet B rem perfectè cognoscere substantias separatas? Sed hanc difficultatem paucis verbis possumus explicare ad mentem Caietani.

¶ Ad cuius explicationem notandum est primo, q̃ ad cognoscẽdas alias animas separatas secundùm quidditatem specificam, in qua conueniunt, non est opus anime separatæ aliqua specie intelligibili, sed sufficit illi ipsamet substantia loco speciei per quam cognoscit seipsam. Cæterum ad C cognoscẽdas alias animas secundùm suas exilentias, & secundum proprietates singulares, quibus distinguũtur, opus habet anima separata specie intelligibili superaddita. Ratio huius est. Qm̃ omnes animę intellectiuæ sunt eiusdem quidditatis specificæ, differunt autem inter se secundùm proprietates indiuiduales, vt explicatum est q. 85. ar. 7. ergo ad cognoscendã quidditatem specificam omnium animarum satis est ipsa substantia animæ, per quam D cognoscit ipsam quidditatem in seipsa. At vero quoniam alias proprietates indiuiduales non cognoscit in seipsa, neque per seipsam; consequens est, vt indigeat speciebus superadditis. Quemadmodum Th. Tho. supra q. 55. art. 1. ad tertium, & q. 56. art. 2. ad tertium, docet, quòd cum omnes angeli conueniant in genere communi, differant autem secundum proprietates diuersas specificas, ad cognoscendum omnes alios angelos sm genus cõmune, sufficit cuilibet angelo sua substantia, per quã E seipsum cognoscit: cæterum ad cognoscẽdũ alios angelos secundùm suas proprietates specificas, indiget quilibet angelus speciebus superadditis: quoniã has proprietates nõ potest attingere per suã substantiã. Si vero loquamur de facto, quamuis nihil habeamus

habeamus certum in D. Tho. tamen probabile est, quòd quælibet anima separata naturali cognitione cognoscit omnes alias animas in illo statu separationis. Et quod naturali cognitione anima diuitis epulonis, de quo habetur Luc. 16. cognouit animas separatas Abrahæ & Lazari existentes in limbo Patrum, videtur docere Diu. Thom. in q. de Anima art. 18. in solutione ad decimum, secundo loco, vbi dicit, quòd ponit anima diuitis cognoscere Abrahã, & Lazarum, sicut & alias substantias separatas, & in hoc art. 2. idem insinuat. A gelis: sed est ordinis inferioris, quoniam sua natura est actus corporis: & secũdum istam suam naturam pertinet ad ordinem rerum materialium, vt supra diximus. Angeli vero inferiores non sunt alterius ordinis, sed omnes conueniunt cum superioribus in eodem ordine naturali: quapropter etiam inferiores possunt perfectè cognoscere superiores per illas species sibi inditas à Deo: quia ille species proprie pertinent ad illum ordinem, & sunt proportionatæ cuilibet angelo, vt explicatum est q. 55. & 56. videnda sunt etiam de hoc dubio secundo, ea quæ docet Abulen. super Matth. c. 25. q. 584. & sequenti. B

¶ Secundo notandum est, quòd de cognitione, qua anima separata cognoscit angelos, duo dicit D. Thomas. Primũ est, quòd cognoscit illos per modum suæ substantiæ. Secundum est, quòd cognoscit illos per species diuinitus infusas, vt patet in artic. 2. & in artic. 3. Nec tamen in his duobus dictis est aliqua repugnantia. Nã cognoscere per modum suæ substantiæ, C non est quod cognoscat illos per suã substantiam sicut per speciem intellgibilem, aut in ipsa substantia tanquam in obiecto prius cognito: nam idem dicit D. Th. de rebus superioribus, & inferioribus quantum ad istam cognitionem. Sensus ergo sententiæ D. Thom. est, quòd ex perfecta cognitione suæ substantiæ videt anima separata, quomodo se habeat ad superiora; & inferiora, & cognoscẽdo excessum naturæ angelicę supra suam propriam naturã, videt quòd imperfectè participat naturã D substantiarum separatarum: & ex consequenti imperfectè illas cognoscit. Ad hoc enim, quòd aliquid perfectè cognoscatur, oportet vt perfectè illi assimiletur, & quãtum distat anima à perfecta similitudine substantiarum seperatarum: tãtum distat à perfecta cognitione illarum. Quoniam verò potest perfectè assimilari æqualibus & inferioribus, consequenter potest ista cognoscere perfecta cognitione per species sibi superadditas. E

¶ Quòd si quis obiiciat angeli inferiores cognoscunt perfectè angelos superiores, ergo etiam anima quamuis sit inferior, poterit illos perfectè cognoscere. Respondetur negando consequentiam. Quoniam anima separata non solùm est inferior an

¶ Vtrùm anima separata omnia naturalia cognoscat.

ARTICVLVS III.

AD TERTIVM *sic procedi-* 445 De anitur. Videtur, quòd anima sepa- ma, art.
rata oia naturalia cognoscat. In 15. cor.
substantijs enim separatis sunt fi. & art.
rationes omnium rerum naturialium. Sed 19. & ar.
anima separata cognoscunt substantias se- 18. & ar.
paratas. Ergo cognoscunt omnia naturalia. 20. cor.

¶ 2 *Præterea. Qui intelligit magis intel* fin.
ligibile, multò magis potest intelligere minus intelligibile. Sed aia separata intelligit substãtias separatas, quæ sunt maxima intelligibiliũ. Ergo multo magis potest intelligere omnia naturalia, quæ sunt intelligibilia minus.

¶ *SED contra. In damonibus magis vi* lib. j. de
get naturalis cognitio, quàm in anima sepa- sum.
rata. Sed damones non omnia naturalia co- bon. ca.
gnoscunt, sed multa addiscunt per longi tẽ- 12. post
poris experientiam, vt Isidorus dicit. Ergo* med.
neque anime separatę omnia naturalia cognoscunt.

¶ 4 *Præterea. Si anima statim cùm est* 12.
separata, omnia naturalia cognosceret, frustra homines studerent ad verum scientiam capessendam. Hoc autem est inconueniens. Non ergo anima separata omnia naturalia cognoscit.

RESPONDEO dicendum, quòd si- Artic. 1.
cut supradictũ est, anima separata intelli-* huius q.
git per species, quas recipit ex influxu lucis diuini luminis, sicut & angeli. sed tamẽ quia natura aiæ est infra naturã angeli, cui iste modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus cognoscendi est naturalis: anima separata per huiusmodi species non accipit perfectam rerum cognitionem, sed quasi in cõi & confusam. Sicut igitur se habent angeli ad perfectam cognitionem rerum naturalium per hmõi species, ita anima separata ad imperfectam & confusam. Angeli aũt per huiusmodi species cognoscunt cognitione perfecta omnia naturalia: quia omnia, quæ Deus fecit in propriis naturis, facit in intelligẽtia angelica, vt dicit Aug. super Gen. ad lit. Vnde & anima separata de omnibus naturalibus cognitionem habent, non certam & propriam, sed communem & confusam.*

Lib.12.c. 8.to.3.

AD primum ergo dicendum, quòd nec ipse angelus per suam substantiam cognoscit omnia naturalia, sed per species quasdam, vt sup. dictum est. Et ideo non propter hoc sequitur quòd anima cognoscat omnia naturalia: quia cognoscit substantiam separatã.*

Qu. 88. art. 1.

AD secundum dicendum, quòd sicut anima separata non perfectè intelligit substantias separatas: ita nec omnia naturalia perfectè cognoscit, sed sub quadam confusione: vt dictum est.

Incor. art.

AD tertium dicendum, quòd Isidor. loquitur de cognitione futurorum: qua nec angeli, nec dæmones, nec anima separatę cognoscunt nisi vel in suis causis, vel per reuelationem diuinam. Nos autem loquimur de cognitione naturali.

AD quartum dicendum, quòd cognitio, quæ acquiritur hic per studium, est propria, & perfecta, illa autem est confusa. Vnde non sequitur quòd studium addiscẽdi sit frustra.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima separata cognoscit omnia naturalia, in cõmuni tamen & confusè. Ratio est. Anima separata cognoscit per species separatas, quas recipit ex influẽtia diuini luminis, sicut & angeli: sed per has species non accipit perfectam rerũ cognitionem, sed quasi n communi & confusam, sicut ècõuerso angeli per tales species accipiunt cognitionem perfectam omnium naturalium, ergo anima separata cognoscit omnia naturalia imperfectè & confusè.

COMMENTARIVM.

CIrca tertiam conclusionem quam notauimus in præcedenti articulo in solutione ad secundum. Et circa rationẽ huius articuli dubitatur; Vtrùm anima separata per species à Deo infusas cognoscat omnia naturalia etiam angelos, cognitione confusa: an vero cognoscat illa cognitione perfecta? ¶Videtur, quòd cognoscat illa cognitione perfecta. Primo. Quoniam angelus infimus per species infusas à Deo perfectè cognoscit omnia naturalia, ergo similiter cognoscit anima separata. Antecedens docet D.Thom. in hac quæst. ar. 3. & sup. quæst. 57. artic. 1. Consequentia verò probatur ex illa regula, quam colligunt Theologi ex Dionysio cap. 7. de diuin. nomin. quòd infimum supremi attingitur à supremo infimi. Ex qua vĩ sequi, quòd anima attingat modum cognoscendi infimi angeli. ¶Secundo. Si anima separata non perfectè cognoscit omnia naturalia, hoc prouenit vel ratione ipsius animæ, vel ratione specierum, quas Deus illi infundit. Non potest dici primum, quoniam angelus inferior cognoscit perfectè superiorẽ, quanuis in perfectione specifica sit multo inferior ipso. Nec potest dici secundum, quoniam primus homo in statu innocentiæ habuit perfectam cognitionem rerum naturalium per species infusas à Deo, vt patebit inf. quæst. 94. ar. 3. Et Christus Dominus per species inditas multo perfectius cognouit omnia naturalia, vt patet ex 3. par. q. 11. ar. 1. ergo. ¶Tertio. Anima separata per species illas, quas acquisiuit in corpore, cognoscit perfectè illa omnia obiecta, quorum sunt propriæ illæ species, ergo etiã perfectè cognoscit per species infusas à Deo. Antecedens iam patet ex arti. 1. huius quæst. Consequentia vero probatur. Quoniam illæ species infusæ non minus perfectè repræsentant obiecta, quàm species acquisitæ. Sed quoniam posset quis respondere, q istæ species infusæ sunt alterius rationis ab acquisitis. ¶Arguitur quæ-

tò. illæ species infusę sunt eiusdem rationis cum acquisitis, & ex consequenti sunt infusę per accidens, ergo per illas intelligit anima separata perfectè. Consequentia patet. Quoniam eiusmodi species sunt proportionatę ipsi animę. Antecedẽs vero probatur. Quoniam cum Deus semper disponat omnia naturalia suauiter, consequens est, vt infundat animę species proportionatas & conuenientes suæ naturæ, atq; adeò quæ sunt eiusdem rationis cum acquisitis. Confirmatur. Nam omnia opera Dei sunt perfecta, vt habetur Deute. 32. ergo etiam quando infundit animæ species, infundit eas, quibus possit perfectè cognoscere omnia naturalia.

PRopter hæc argumenta aliqui autores affirmant duo contra D.Th. Primum est, q illę species infusæ à Deo sunt eiusdẽ rationis cum speciebus acquisitis. Alterum est, quod consequitur ex primo, q anima separata per huiusmodi species cognoscit perfectè omnia naturalia: quanuis non cognoscat angelos perfectè, propterea quòd est multò inferior ipsis. Cæterum D. Th. in hac q. contrariam docet sententiam, & dicit duo. Primum est, q species infusę animę separatę non sunt eiusdem rationis cũ acquisitis. Quam assertionem explicat optimè Caiet. in ar. 5. seq. circa solutionem ad tertium D. Tho. vbi agit contra Scotũ, qui in 4. d. 45. q. 2. docet illas species esse eiusdem rationis cum acquisitis. Secundum dicit D. Thom. quod consequitur ex primo est, quòd anima separata per illas species infusas non cognoscit perfectè aut angelos, aut alias res materiales: & quoniam hoc est verum & tenendum à nobis.

¶Ad eius explicationem notandum est primò ex supradictis q. 75. art. 7. quòd inter animã rationalem & angelum ista est potissima differentia, per quam distinguũtur, quòd anima ex sua natura dicit ordinem ad materiam tãquam forma & actus illius: subsistantia vero angeli est forma omnino subsistens & cõpleta; atque adeo nullum talẽ ordinem dicit ad materiam, de qua re agit bene Ferr. li. 2. con. gen. c. 94.

¶Secundò notandum est, quòd cum modus cognoscendi consequatur modum essendi, vt explicatum est in articul. 1. proprium est & connaturale angelis intelligere per species inditas à Deo, quæ nullũ ordinem dicunt ad materiam. Animę vero intellectiuę propriũ est & connaturale intelligere per species, quę dicant ordinẽ ad materiam & ad phantasmata. Quapropter sicut est præter naturam animę, quòd sit absque corpore: ita etiam est præter naturam illius, quòd intelligat per species infusas, quę sunt alterius rationis ab acquisitis & ex consequenti eiusdem species nõ sunt illi proportionatæ.

¶Tertiò notandum est, quòd vt aliqua potentia per species intelligibiles cognoscat perfectè & distinctè aliqua obiecta, non sufficit vt in se habeat species, quæ secundum se repræsentet perfectè illa obiecta; sed requiritur, quòd virtus potentię sit proportionata illi formę intelligibili, & ipsi obiecto, quod repræsentat; aliàs enim nunquam procedet perfecta operatio ab illa potentia mediãte eiusmodi forma. Quẽ admodum oculi debiles si maximam lucẽ recipiant, minùs perfectè vident; & vt dicebat D. Aug. lib. 7. confess. c. 16. Oculis ęgris odiosa est lux, quæ puris est amabilis, & Sacra scriptura nos docet. 1. Reg. 17. q Dauid indutus armis Saul, non poterat ad bellum procedere, propterea q illi non erant proportionata. Et hac de causa D. Tho. in ar. 2. dixit, q est commune omni substantię separatę, vt intelligat ea quæ sunt infra se secundum modum suæ substantię. His suppositis probatur sententia D. Tho. Primò. Species illę infusę à Deo nõ sunt omnino proportionatæ cum ipsa anima separata, ergo per illas non intelligit perfectè. Patet consequentia ex tertio fundamento: antecedens vero probatur. Quoniam illæ species non sunt abstractæ à phantasmatibus, neque dicunt ordinem ad materiam, ad q dicit ordinem ipsa anima. Secundò probatur. Si angelo inferiori darentur species vniuersaliores, p quas intelligit supremus angelus, non posset per illas ita perfectè cognoscere, sicut ipse angelus supremus, ergo à fortiori, anima non potest perfectè intelligere per species altioris ordinis. Antecedẽs patet ex supradictis q. 55. art. 3. consequentia vero probatur. Quoniam tota ratio huius est, quoniam species illæ non sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita proportionatæ inferiori angelo. Cum ergo species infusæ non sint proportionatæ cum anima separata, propterea quòd sunt altioris ordinis, eodem modo colligitur, q̃ per eas cognoscit imperfectè. Ex his colligitur, quòd anima separata perfectiùs intelligit substantias separatas per illas species, quas acquisiuit in corpore, quàm per species postea infusas à Deo. Ratio est. Quoniam species, quas acquisiuit in corpore, & secũ detulit, sunt, pportionatæ, ipsi aĩæ, spẽs verò infusè sunt improportionatę, & aliũde anima separata non intelligit per cõuersionem ad phantasmata, sed ad modum intelligendi angelorũ, ergo perfectiùs intelligit per species proportionatas. Cæterùm multò meliùs cognoscit anima separata Deum, & alias substantias separatas pẽr illas species infusas, quã cognoscebat Deũ, dum erat vnita corpori per species acquisitas. Ratio est. Quoniam anima vnita corpori non cognoscit substantias separatas cognitione propria & quidditatiua, sed cognitione quadam connotatiua, & perordinem ad res materiales, sicut explicatum est in quæstio. 88. At vero anima iam separata cognoscit absoluta cognitione, & sine ordine ad res materiales, quanuis imperfectè cognoscat comparata ad cognitionem ipsorum angelorum. Ita docet Ferr. in 3. cont. gent. c. 45. circa medium, in quo capite D. Tho. docet animam separatam intelligere substãtias separatas per lumen intellectus agentis. Quæ verba indigent explicatione. Non. n. intelligit D. Tho. q̃ lumen intellectus agentis faciat substantias separatas actu intelligibiles causando species illarũ: sed quoniam, (vt habetur in quæst. de Anima art. 15. ad 7.) anima separata, in intellectu possibili recipit species effluentes à substantijs superioribus per lumen intellectus agentis, per quas habet virtutem ad intelligendum. Hunc enim actum habet intellectus agens in anima separata, videlicet, dare virtutem intellectui possibili ad intelligendum per modum cuiusdam luminis: sic adeò vt virtus animæ separatæ ad intelligendum, proueniat tam ex parte intellectus agẽtis, quàm ex parte intellectus possibilis, & propterea intellectus agens non est otiosus in anima separata. Hæc doctrina est etiam Ægydii quodlib. 2. quæst. 22. & quodlib. 6. q. 24. in fine, de quo etiã plura nos diximus supra. q. 79. art. 3.

AD primum argumentum respõdetur negando consequentiam. Ratio est. Quoniam species indita, est proportionata intellectui angeli inferioris; & propterea potest perfectè vti illa ad cognoscẽdos angelos superiores: At verò species infusa nõ est proportionata intellectui animæ separatę, propterea quòd est alterius & altioris ordinis, vt iam diximus. Et ad probationẽ respondetur, quod supremum infimi dicitur attingere infimum supremi, non quidem simpliciter, & perfectè, sed participatione quadam & imperfectè, sicut supra diximus, quòd anima separata secundũ quãdam participationem accipit modum intelligendi angelorum, non autem simpliciter & perfectè.

¶ Ad secundum respondetur, quòd causa huius, est improportio illarum specierũ cum anima separata, propterea quòd ex natura sua sunt diuersorum ordinum. Et ad probationem respondetur, quòd quemadmodum explicabitur in illo loco, species infusæ intellectui primi hominis in sua creatione, erant infusæ per accidens, & eiusdem rationis cum acquisitis: & propterea potuit per illas pfectè cognoscere omnia naturalia, & similiter pollet anima separata per eiusmodi species perfectè cognoscere naturalia, vt insinuauimus. art. 1. De speciebus uero infusis animæ Christi ad scientiam inditam, alia ratio est, quoniam illa scientia non erat naturalis, in præsenti vero quæstione sermo D. Thom. est de cognitione naturali tantum.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis. Species enim quas anima acquisiuit in corpore, sunt illi proportionatæ. At vero species infusę, quanuis sint perfectiores secundum se, non tamen sunt proportionatæ ipsi animæ, & propterea ad argumentum negatur consequentia.

¶ Ad quartum respondetur negando antecedens: & ad probationem dico, q̃ cum anima per separationem à corpore, reponatur in statu, in quo non intelligit per conuersionem ad phantasmata, Deus concessit illi species, quæ non haberent ordinem ad phantasmata: & ex consequenti species altioris ordinis. Hoc autem est præter naturam ipsius, vt in artic. 1. diximus, & propterea per eiusmodi species imperfectè intelligit. ¶ Ad confirmationem respondetur, q̃ ipsa natura animæ exigit, vt non infundantur ei species, quibus perfectè intelligat substantias separatas. Nam cum ipsa anima etiam separata sit inferioris ordinis & imperfectioris, quam substantiæ separatæ: necessarium est, vt ipsæ substantiæ separatæ recipiãtur in intellectu animæ imperfectiori modo, quàm in seipsis: & ex consequenti non erat conueniens ipsi naturę animæ separatę, vt darentur illi species, quibus perfectè cognosceret substantias superioris ordinis. Aliàs enim non cognosceret illas per modum suæ substantiæ, quod est contra potissimum fundamentum Diui Thomæ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm anima separata cognoscat singularia.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd anima separata non cognoscat singularia. Nulla enim potentia cognoscitiua remanet in anima separata nisi intellectiua, vt ex supradictis patet. * Sed intellectus, non est cognoscitiuus singularium, vt habitum est, † ergo anima separata singularia non cognoscit.

¶ 2 Præterea. Magis est determinata cognitio qua cognoscitur aliquid in singulari, quàm illa, qua cognoscitur aliquid in vniuersali. Sed anima separata non habet aliquam determinatam cognitionem de speciebus rerum naturalium. Multo igitur minus cognoscit singularia.

¶ 3 Præterea. Si cognoscit singularia, & non per sensum, pari ratione omnia singularia cognoscit. Sed non cognoscit omnia singularia. Ergo nulla cognoscit.

SED contra est, quòd dives in inferno positus dixit, Habeo quinque fratres, vt habetur Luce. 16.

RESPONDEO dicendum, quòd anima separata aliqua singularia cognoscunt, sed non omnia, etiam quæ sunt præsentia.

Ad cuius euidentiam considerandum est quòd duplex est modus intelligendi. Vnus per abstractionem à phantasmatibus: & secundum istum modum singularia per intellectũ cognosci non possunt directè, sed indirectè, sicut supra dictum est.* Alius modus intelligendi est per influẽtiam specierum à Deo. Et per istum modum intellectus põt singularia cognoscere. Sicut enim ipse Deus per suã essentiam inquantum est causa vniuersalium & individualium principiorum, cognoscit omnia & vniuersalia & singularia, vt supra dictum est *: ita substantiæ separatæ per species, quæ sunt quædam participatæ similitudines illius diuinæ essentiæ, possunt singularia cognoscere. In hoc tamen est differentia inter angelos & animas separatas, quia angeli per huiusmodi species habent perfectam & propriam cognitionem de rebus. anima vero separata, confusam. Vnde angeli propter efficaciam sui intellectus, per huiusmodi species non solum naturas rerum in speciali cognoscere possunt, sed etiam singularia sub speciebus contenta. Animę vero separatæ non possunt cognoscere per huiusmodi species nisi solum singularia illa, ad quæ quodammodo determinantur, vel per precedentem cognitionem, vel per aliquam affectionem, vel per naturalem habitudinem, vel per diuinam ordinationem: quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis.

AD primum ergo dicendum, quòd intellectus per viam abstractionis non est cognoscitiuus singularium. Sic autem anima separata non intelligit, sed sicut dictum est.*

AD secundum dicendum, quòd ad illarum rerum species, vel individua, cognitio anima separata determinatur, ad quę anima separata habet aliquam determinatam habitudinem, sicut dictum est.*

AD tertium dicendum, quòd anima separata non se habet equaliter ad omnia singularia, sed ad quadam habet aliquam habitudinem, quam non habet ad alia. Et ideo non est æqualis ratio, vt omnia singularia cognoscat.

q. 86. art. 1.

q. 14. art. 11.

In corp. art.

In corp. artic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Anima separata cognoscit aliqua singularia, non tamen omnia.

¶ Secunda conclusio. Anima separata cognoscit illa singularia p̃ species infusas à Deo, ad quæ habet aliquam determinationem vel ex præcedẽti cognitione, vel ex aliqua affectione, vel ex naturali habitudine, vel ex Dei ordinatione.

COMMENTARIVM.

AD intelligentiam eorum, quæ D. Th. docet in hoc articulo, recolenda sunt ea, quæ in superioribus diffinita sunt de cognitione singularium. Nam in quæst. 14. art. 11. explicatum est, quo pacto diuinus intellectus cognoscat singularia. Et in q. 57. articu. secundo. explicatum est, quo pacto intellectus angelicus cognoscat singularia. Denique in quæstione 86. artic. 1. explicatum est, quo pacto anima coniuncta corpori cognoscat singularia.

¶ Quibus præsuppositis circa primam conclusionem. Di. Thomæ, Notandum est, certum esse apud omnes Theologos, imo vero apud omnes Sanctos, animam separatã à corpore cognoscere aliqua singularia. Quin potius ex fide & Sacra scriptura conitat illa veritas, sicut patet ex locis Sacræ scripturæ iam citatis artic. 1. quibus ostensum est animas tam beatorũ, quàm damnatorum cognoscere aliqua singularia. Cæterum singularia, quæ cognoscunt, non possunt cognoscere per reflexionem, quemadmodum cognoscebãt quando erant vnitæ corporibus, sed (iuxta mẽtem D. Tho. & veritatem) cognoscunt illa directè sicut & angeli. Iam n. supra diximus ex D. Tho. q̃ anima separata à corpore habet modum intelligendi angelorum, quamuis angeli cognoscant omnia singularia præsentia & præterita: anima vero separata, vt D. Th. docet in articu. non cognoscit omnia singularia præsentia, sed illa tm̃ ad quę habet aliquã determinationẽ eo̅ modo quo explicabitur statim dub. 1. Nam ex eo, q̃ intellectus animę separatæ est inferior is ordinis ad species infusas à Deo, & ex consequenti nõ habet naturalẽ proportionẽ cum illis, inde prouenit & q̃ non cognoscat per illas species omnes quidditates & omnia singularia, sed illa tantum ad quæ determinatur. Et p̃ ea quæ cognoscit, nõ cognoscat p̃fecto, sed imperfecto mõ, & secundum quandam confusionẽ, vt D. Tho. dixit in articulis præcedentibus.

DVbitatur primo secundum conclusionem cum Caiet. Per quid determinatur anima separata, vel ipsa species intelligibilis potius ad ista singularia, quàm ad illa? Ad hoc dubium breuiter respondetur primò, quòd sicut in angelis species intelligibilis, quæ in potentia repræsentat omnia singularia, determinatur ad illa actu repræsentanda, quæ existunt actu. Itaque ipsa existẽtia est ratio determinandi speciem vniuersalem ad ipsa singularia: ita etiam in anima separata determinatur species vniuersaliter repræsentans, ad illa singularia, quæ pertinent ad statum eiusciunque animæ, sic adeo vt nulli animę separatæ desit cognitio necessaria illorum singularium, quæ oportet ipsam cognoscere. Hoc enim pertinet ad naturalem Dei prouidentiam infundentis species illas animabus separatis. Et hanc viam eandem explicuit Di. Thomas per illa quatuor, quæ apposuit in 2. conclusione.

¶ Secundò respondetur cum Caietano, quòd anima separata per præcedentem cognitionem vel affectionem, &c. determinatur magis ad quædam singularia, quam ad alia, & fit quodãmodo illis propinqua: aliunde vero species intelligibilis recipitur in anima secundum modum ipsius recipientis. Vnde anima, quæ per illam determinationẽ erit disposita, & magis determinabilis per species in ordine ad quędam singularia quàm ad alia, quando recipit species influxas à Deo, determinatur actu simul cum ipsis speciebus potius ad hæc singularia, quàm ad illa. Quam doctrinam videtur tradere Di. Tho. in quæstione de Anima art. 20.

CIrca eandem conclusionem dubitatur secundo, Vtrùm anima separata cognoscat singularia directè p̃ species, quas acquisiuit in corpore; an verò cognoscat illa tantum per species influxas a Deo.

¶ Videtur, quòd cognoscat illa per species, quas acquisiuit in corpore. Primo. Illæ species fuerunt determinatæ in anima vnita corpori ad representandum hæc singularia, & per eas anima cognouit illa; ergo illa determinatio manet etiam in anima separata, & ex consequenti per illas species possunt cognosci illa singularia.

¶ Secundo. Anima separata recordatur illorum singularium, quæ in corpore gesit, secundum illud Lucæ. 16. Fili recordare, quòd recepisti bona in vita tua, &c. Et D. Gregor. 4. moral. capitu. 42. docet, quòd animæ peccatorum & miseriarum, in quæ incidernnt in hac vita: sed hæc recordatio singularium non potest fieri nisi per species, quas secum detulit anima separata, ergo per illas species cognoscit singularia.

¶ Propter hæc argumenta, quidam quorum meminit Caietanus supra quæstione 79. articu. 6. affirmant, quòd anima separata cognoscat singularia non tantum per species infusas à Deo, quod fatentur omnes discipuli D. Tho. sed etiam per species quas acquisiuit & secum detulit. Probant suam sententiam hoc argumento. Illæ species fuerunt determinatæ in anima vnita corpori ad representandum hæc singularia, & per eas anima cognouit illa, ergo illa determinatio manet etiam in anima separata, & ex consequenti per illas species possunt cognosci illa singularia.

¶ Alia sententia est, quam docet Caietanus in articulo in dubio circa solutionem ad primum, quòd anima separata non cognoscit singularia per species, quas detulit secum, sed solũ per species influxas à Deo. Quam opinionem ante Caiet. habuit Abulensis super Matth. capit. 25. q. 607. & 610. Quæ sententia est uera, & à nobis tenenda. Et probatur primo ex D. Tho. qui in hoc artic. dicit duo. Primum est, q̃ anima separata non cognoscit singularia per viam abstractionis, hoc est, per species abstractas à phantasmatibus. Alterum est, q̃ cognoscit illa singularia per influentiam specierum à Deo sicut & angeli, & in art. 7. sequenti expresè repetit eandem doctrinam. Deinde illa q. de Aui. art. 20. ad primum, expresè dicit, quòd anima vnita corpori cognoscit per species abstractas à phantasmatibus. Anima vero separata intelligit singularia per species influxas à Deo, quam doctrinam repetit apertius in solutione ad secundum, & ad sextum, & tandem docet in q. 19. de veritate art. 2.

¶ Secundo probatur. Illæ species sunt vniuersales & abstractæ a singularibus, & in anima separata nõ possunt determinari ab aliquo ad representandum singularia, ergo per illas species non potest anima separata, &c. Probatur minor. Quoniam hęc determinatio specierum, quæ abstrahuntur à singularibus, semper fit per phantasmata, quæ tamen non possunt manere in anima separata. Quòd si quis respondeat ad hoc argumentum ex fundamento oppositæ sententiæ, q̃ vt anima separata per illas species cognoscat singularia, sufficit præcedens determinatio ipsarũ specierum quæ facta est per phãtasmata, quando anima etat vnita corpori: vt postea in anima separata possint representare ipsa singularia, quemadmodũ supra q. 57. ostẽsum est, q̃ angeli, vt cognoscãt singularia præterita; satis est, q̃ ipsorum species fuerint determinatæ ab eisdẽ singularibus, quando erãt præsentia. ¶ Cõtra hanc solutionem est primũ argumẽtũ. Qm̃ secundũ doctrinam D. Tho explicatã sup. q. 84. artic. 7. & q. 86. art. 1. anima quãdo est vnita corpori, non potest cognoscere singularia directè sed reflexè: hęc aũt reflexio non potest esse sine singularibus, ad quæ reflectitur intellectus, sed singularia semper offeruntur directè per phantasmata, ergo sine cõcursu potentiæ sensitiuæ non possunt cognosci singularia per abstractionẽ à phantasmatibus. ¶ Secundũ argumentũ contra eandem solutionẽ sit ex ipso exẽplo, quod adduximus in eadem solutione. Angeli id circo cognoscũt pręterita per suas species semel determinatas, qm̃ illæ species ex sua natura habent representare singularia ipsa directè, cũ sint participationes quędã diuinę essentię, vt D. Th. dicit hoc art. sed species abstractę à singularibus nõ possũt directè representare singularia, ergo imptinens est determinatio pcedens ad hoc, vt p̃ illas aĩa separata cognoscat singularia.

AD argumenta alterius sinīæ respondetur. Ad primum patet ex dictis: ille enim species dependent in sua operatione à phātasmatibus, propterea ꝙ ab illis sunt abstractę, quæ cum non habeat anima separata, non potest intelligere per illas species. ¶ Ad secundum, Caiet. in illa q. 79. artic. 6. in fine, & in hoc articulo dubio. 2. dicit posse responderi ab his, qui tenent primam sententiam; quòd D. Tho. in artic. loquebatur de cognitione noua singularium, scilicet, in qua intellectus immutatur de nouo per ordinem ad res singulares, hæc enim cognitio & commutatio non potest fieri in anima separata, nisi per species infusas à Deo. At uero non loquebatur Diu. Thom. de recordatione singularium præteritorum: hęc enim recordatio potest terminari ad singularia præterita absque mutatione noua intellectus, quę fiat per ordinē ad illa singularia. Quapropter hæc recordatio potest fieri per illas species, quas secū detulit anima separata, iam determinatas ad eiusmodi singularia.

¶ Sed hæc solutio non potest esse vera in doctrina Diui Thomæ. Et ratio est, quia quæcunque cognitio rei singularis per species abstractas à phantasmatibus non potest esse directa, sed debet esse reflexa, propterea quòd illę species nunquam possunt repræsentare directè singularia etiam præterita. Qua ratione in eadem q. 79. art. 6. & 7. ostendimus ex mente Diui Thomæ, ꝙ in parte intellectiua non est memoria propriè loquendo, propterea ꝙ intellectus per species abstractas à phantasmatibus nō cognoscit directè singularia præterita. Memoria autem propriè loquendo directè respicit singularia; & idcirco sōlùm reperitur in parte sensitiua propriè loquendo. Respōdetur ergo secunda solutione & vera, quòd anima separata recordatur singulariū præteritorum per species influxas à Deo. Hæc autem recordatio singularium est quędam noua cognitio quantùm ad species earum rerum, quę cognoscuntur, & quantum ad modum cognoscendi. Cæterùm dicitur recordatio ratione præcedentis cognitionis, quam habuit anima dum erat in corpore; quæ cognitio quanuis non remanſit actu, remansit tamen in suo effectu, & tanquam dispositio & præparatio ipsius animę, quā determinauit ad illa singularia. Iam enim diximus dubio. 1. huius articuli, ꝙ anima ex præcedenti cognitione determinatur ad aliqua singularia, quę in statu separationis cognoscit per species infusas à Deo. Et fortassis hanc doctrinam voluit tradere Henricus quodlibet. 6. q. 8. vbi docet, quod anima separata, si propriè loquamur, non recordatur illorum singularium, quę cognouit, quādo erat vnita corpori: propterea ꝙ non cognoscit illa eodem genere cognitionis. Nam vnita corpori cognouit illa per conuersionem ad phantasmata; postea vero separata à corpore cognoscit illa sine cōuersione ad phantasmata, & alio genere cognitionis. In cuius confirmationem adducit locum Arist. ex. 1. de Anima text. 66. ꝙ anima corrupto corpore non reminiscitur. Quanuis hunc locum Aristo. aliter intelligit, & explicat D. Tho. in art. 6. sequenti ad primum. ¶ Ex his colligendum est, quàm longè discedat à veritate Ægydius quodli. 5. q. 28. qui refert doctrinam D. Thom. in hoc ar. & impugnat illam, & reijcit rāquā incongruum; & tradit ipse modū, quo anima separata cognoscit singularia, obscurū quidem & improbabilem: propterea quod non penetrauit mentem Diui Thomæ ad eum sensum, quo à nobis explicata est. Caret. De hoc argumento vide Ferrar. 2. cont. gent. cap. 74.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm habitus scientię hic acquisitę remaneat in anima separata.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur, ꝙ habitus scientię hic acquisitę non remaneat in anima separata. Dicit. n. Apostol. 1. ad Corin. 13. Scientia destruetur.

¶ 2 Præterea quidam minus boni in hoc mundo scientia pollent, alijs magis bonis carentibus scientia. Si ergo habitus scientię per se maneret etiam post mortem in anima, sequeretur quòd aliqui minus boni etiam in futuro statu essent potiores aliquibus magis bonis: quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præterea, Animę separatæ habebūt scientiam per influentiam diuini luminis. Si igitur scientia hic acquisita in alia separata remaneat, sequetur ꝙ duæ erūt formæ vnius speciei in eode subiecto. Quod est impossibile.

¶ 4 Præterea. Philosophus dicit in libro de predicam. * quòd habitus est qualitas difficilis mobilis. Sed ab agritudine uel ab aliquo huiusmodi quandoque corrumpitur scientia. Sed nulla est ita fortis immutatio in hac vita sicut immutatio quæ est per mortem. Ergo videtur quòd habitus scientiæ per mortem corrumpatur.

SED contra est, quod Hieron. * dicit in epist. ad Paul. Discamus in terris quorum scientia nobis perseueret in cælo.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt habitum scientiæ non esse in ipso intellectu, sed in viribus sensitiuis, scilicet imaginatiua, cogitatiua, et memoratiua: & ꝙ species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili. Et si hæc opinio vera esset, sequeretur quòd destructo corpore, totaliter habitus scientiæ hic acquisitę destruerentur. Sed quia scientia est in intellectu, qui est incorporeus (vt dicitur in 3. de Anima *) oportet ꝙ habitus scientiæ hic acquisitæ partim sit in prædictis viribus sensitiuis, & partim in ipso intellectu. Et hoc potest cōsiderari ex ipsis actibus, ex quibus habitus scientię acquiritur. Nam habitus sunt similes actibus ex quibus acquiruntur, vt dicitur in 2. Ethicorum. * Actus autem intellectus, ex quibus in præsenti vita scientia acquiritur, sunt per conuersionem intellectus ad phantasmata, quæ sunt in prædictis viribus sensitiuis. Vnde per tales actus & ipsi intellectui possibili acquiritur facultas quędam ad considerandū per species susceptas, & in prædictis inferioribus viribus acquiritur quędam habilitas, vt facilius per conuersionem ad ipsas, intellectus possit intelligibilia speculari. Sed sicut actus intellectus principaliter quidem & formaliter est in ipso intellectu, materialiter autem et dispositiuè in inferioribus viribus: idem etiam dicendum est de habitu. Quantum ergo ad id, quod aliquis præsentis scientię habet in inferioribus viribus, non remanebit in anima separata: sed quantum ad id quod habet in ipso intellectu, necesse est vt remaneat: quia vt dicitur in li. de longitudine & brevitate vitæ, dupliciter corrumpitur aliqua forma. Vno modo per se, quando corrumpitur à suo contrario, vt calidum à frigido. Alio modo per accidens, scilicet per corruptionem subiecti. Manifestum est autē, ꝙ per corruptionem subiecti, scia, quę est in intellectu humano, corrumpi non pōt, cū intellectus sit incorruptibilis, vt supra ostensum est. * Similiter etiam nec per contrariū corrumpi possunt species intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili, quia intentioni intelligibili nihil est contrarium, & præcipuè quantum ad simplicem intelligentiā, quia intelligitur quod quid est. Sed quantum ad operationem, qua intellectus componit & diuidit, uel etiam ratiocinatur, sic inuenitur contrarietas in intellectu, secundum ꝙ falsum in propositione vel in argumentatione est cōtrariū vero. Et hoc modo interdum scientia corrūpitur per contrarium, dum s. aliquis per falsam argumentationem abducitur à scientia veritatis. Et ideo Philosophus in li. * prædicto ponit duos modos, quibus scientia per se corrumpitur. s. per obliuionem ex parte memorariuę, & deceptionem ex parte argumentationis falsæ. Sed hoc non habet locum in anima separata. Vnde dicendum est, quod habitus scientię secundum quod est in intellectu, manet in anima separata.

AD primum ergo dicendum, quod Apostolus non loquitur ibi de scientia quantum ad habitum, sed quantum ad cognitionis actū. Vnde ad huius probationem inducit, Nunc cognoscendo ex parte.

AD secundum dicendum, ꝙ sicut secundū statura corporis aliquis minus bonus erit maior aliquo magis bono; ita nihil prohibet, aliquē minus bonū habere aliquē scię habitum in futuro, quem non habet aliquis magis bonus. Sed tamen hoc quasi nullius momenti est in comparatione ad alias prærogatiuas, quas meliores habebunt.

AD tertiū dicēdū, ꝙ vtraq; scia nō est vitę rōnis. Vnde nullum inconueniēs sequitur.

AD quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de corruptione scientiæ quantum ad id, quod est ex parte sensitiuarum virium.

SVMMA ARTICVLI.

PRima cōclusio. Habitus ille quātum ad id, quod habet in intellectu manet in anima separata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Secunda conclusio. Quantum verò ad id, quod habet in parte sensitiua non manet in anima separata.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm actus scientiæ hic acquisitæ maneat in anima separata.

448 112.qõ 67.ar 2 Et 3. di. 51. q.2. ar.4.co. fi. Et d. 50.q. 1.art. 2. ad 2. ad 2. * Text. 66.to.2. Qu. 84. ar. 7. Lib. 2. Ethic.c. j.& 2.to mo 2. Art.præ.

AD SEXTVM sic proceditur. *Videtur, quòd actus scientiæ hic acquisitæ non maneat in anima separata. Dicit enim Philosophus in * 1. de Anima, q corrupto corpore anima neq; reminiscitur, neq; amat. Sed cõsiderare ea quæ prius nouit, est reminisci. Ergo anima separata non potest habere actum scientiæ, quam hic acquisiuit.*

¶ 2 *Præterea. Species intelligibiles non erunt potentiores in anima separata quàm sint in anima corpori vnita. Sed per species intelligibiles non possumus modo intelligere nisi conuertendo nos super phantasmata, sicut supra * habitum est. Ergo nec anima separata hoc poterit. Et ita nullo modo per species intelligibiles hic acquisitas anima separata intelligere poterit.*

¶ 3 *Præterea. Philosophus dicit in * 2. Ethic. q habitus similes actus reddunt actibus per quos acquiruntur. Sed habitus scientiæ hic acquiritur per actus intellectus cõuertentis se supra phantasmata. Ergo non potest alios actus reddere. Sed tales actus non competunt animæ separatæ. Ergo anima separata non habebit aliquem actum scientiæ hic acquisitæ.*

SED contra est, quod Luca 16. dicitur ad diuitem in inferno positum, Recordare, quia recepisti bona in vita tua.

*RESPONDEO dicendum, quòd in actu est duo considerare, s. speciem actus & modum ipsius. Et species quidem actus consideratur ex obiecto, in quod actus cognoscitiuæ virtutis dirigitur per speciem, quæ est obiecti similitudo. Sed modus actus pensatur ex virtute agentis. Sicut quòd aliquis videat lapidem, contingit ex specie lapidis, qua est in oculo: sed quòd acutè videat, contingit ex virtute visiua oculi. Cùm igitur species intelligibiles maneant in anima separata, sicut dictum est, * status autem animæ separa-*

te non sit idem, sicut modo est, sequitur quòd secundum species intelligibiles hic acquisitas anima separata intelligere possit quæ prius intellexit, non tamen eodem modo, scilicet per conuersionem ad phantasmata, sed per modum conuenientem animæ separatæ. Et ita manet quidem in anima separata actus scientiæ hic acquisitæ, sed non secundum eundem modum.

AD primum ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de reminiscentia secundùm quod memoria pertinet ad partem sensitiuam, non autem secundum quod memoria est quædammodo in intellectu, vt dictum est. Q.79. a.6.

AD secundum dicendum, quòd diuersus modus intelligendi non prouenit ex diuersitate specierum, sed ex diuerso statu animæ intelligentis.

AD tertium dicendum, quòd actus per quos acquiritur habitus, sunt similes actibus quos habitus causant, quantum ad speciem actus: non autem quantum ad modum agendi. Nam operari iusta sed non iustè, idest, delectabiliter, causat habitum iustitiæ politicæ per quem delectabiliter operamur.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Actus scientiæ hic acquisitæ manet in anima separata quantùm ad substantiam & speciem, non autem manet secundùm eundem modum, quem habuit in anima vnita corpori.

COMMENTARIVM.

AD explicationem horum articulorũ notandum est primò, quòd ista conclusio solet habere locum supra quæst. 1. art. 2. vel 3. inter disputandum de nostra Theologia; An idem ipse habitus acquisitus in via maneat in beatis. Nos eam ibi art. 3. dub. 3. fatè disputauimus. Habet ẽt locum hæc quæst. in 1.8. quæst. 67. ar. 2. inter disputandum; An habitus intellectuales maneant in beatis? Qua ratione in præsenti breuiter nos expediemus ab hac difficultate. ¶ Ad explicationem tamen eorũ, quæ D. Tho. dicit, animaduertẽdum est, q ex arti. 5. possumus colligere tria, quæ in Theologia

Theologia sunt scitu necessaria. Primum est contra quosdam discipulos Diui Tho. qui opinantur habitum scientiæ nõ distingui ab ipsis speciebus intelligibilibus. Constat enim ex Di. Thoma in hoc art. 5. contrariorum esse asserendum, & quòd scientia in intellectu dicit facultatem & habilitatem ad vtendum speciebus in ordine ad actum scientificum. Secundò colligitur non solùm ita esse, quòd species intelligibiles maneant in anima separata; sed ẽt esse maximè probabile in doctrina D. Th. quòd species intelligibiles semel susceptæ in intellectu possibili manent perpetuo in ipso intellectu animæ separatæ. Ratio est. Quoniam neque subiectũ specierum corrumpitur, nec species habent contrarium corrumpens in intellectu, nec posset aliquis fingere, quòd corrumpatur ex ablentia causæ conseruantis. Nam secundum veram philosophiam tunc corrumpitur aliquid ex defectu causæ conseruantis, quando dependet ab ipsa causa in esse & conseruari, sicut lux aeris dependet à sole, vel quãdo in ipso subiecto est aliqua proprietas intrinseca expellens ipsum, quemadmodum quando calor aquæ corrumpitur ex defectu ignis conseruantis, propterea quòd in aqua est qualitas intrinseca, quæ ex natura sua expellit calorem. Quo pacto in secundo Physicorum explicatur modus, quo aqua reducit se ad frigiditatem suam. Constat autem, quòd nihil horum trium reperitur in speciebus, quæ sunt in intellectu, atque adeo perpetuò manent in ipso. Tertium verò est, quod colligit Caietanus, animam separatam non intelligere componendo & diuidendo, sed ad modum angelorum per simplicem apprehensionem rei. Quæ collectio sine dubio vera est, quamuis quibusdam discipulis Diui Thomæ non videatur ita certa. Iam enim supra citauimus loca Diui Thomæ ex 3. contra gentes capite 48. & quæstione 24. de veritate artieu. 11. in quibus docet, quòd anima separata intelligit ad modũ angelorum. Quod autem angeli non intelligant componendo, iam definiuit Diuus Tho. q. 58. arti. 4. Qua ratione in arti. 1. huius quæstionis, dubio 4. diximus, q anima separata non intelligit discurrendo aut ratiocinando secundum doctrinam Diui Thomæ, quam etiam docet Ricardus in 3. dist. 31. art. 3. q. 1.

¶ Sed dubium solet esse Theologis, An etiam habitus opinatiuus maneat in anima separata, quam acquisiuit in via? Cui quæstioni facile respõdetur per distinctionem: Nam si loquamur de anima separata, quæ non est in statu beatitudinis: nullum inconueniens est dicere, quòd in ea manet habitus opinionis, donec accipiat à Deo certam scientiam. Si verò loquamur de anima separata, quæ est in statu beatitudinis, dicendum est, quòd in illa non manet aliquis habitus opinionis, qui ex natura sua importat formidinem & defectũ alterius partis: quin potius vt ostendi solet in 1. 2. in materia de beatitudine animæ beatorum vniuersa cognoscunt vel per scientiam euidentem, vel saltem per cognitionem cum euidentia in testificante, quando non habuerit euidentiam rei in seipsa.

¶ In solutione ad tertium animaduertendum est, quo pacto secundum doctrinam Diui Thomæ scientia infusa per se est alterius rationis à scienna acquisita, & similiter species intelligibiles infusæ per se sunt alterius rationis & ordinis ab speciebus acquisitis.

CIrca solutionem ad primum aduertendum est, quòd illud testimonium, 1. ad Corinth. 13. Siue scientia destruetur, habet diuersas expositiones Sanctorum. Prima expositio est, quæ desumitur ex Diuo Thoma in commentariis super illum locũ lec. 3. & in hoc ar. ad j. & in j. 2. q. 67. ar. 2. ad j. q scientia hic acquisita destruetur, vel quantũ ad hoc q est quasi materiale in ipsa, & tenet se ex parte sensus. Vel destruetur quo ad actũ non quidẽ sm substantiã, sed sm modũ, quẽ habuit in corpore, videlicet, quantũ ad conuersionẽ ad phantasmata. Et simili ferè modo philosophatur D. Tho. de scientia, quæ est donum Spiritus sancti, & manet in anima separata in eadem j. 1. q. 68. ar. 6. ¶ Secunda explicatio est, quę multis videtur magis consona cũ ipsa litera Apostoli, quòd sit sermo nõ de quacunq; scientia, sed de scientia fideliũ, quæ innititur fidei, & computatur inter gratias

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratias gratis datas, de qua Apost. dixerat c.12. Alijs per per spiritū datur sermo sciētiæ, cuius proprium munus est ordinari ad vtilitatem aliorum explicando scripturam sacram, & alia diuina mysteria, & de ista scientia dicitur, cessabit in patria: secūdum illud testimonium Hieremiæ 31. nō docebit in illo statu vltra vir fratrem suū. Et hanc explicationem inter omnes elegit Caietanus in commentarijs illius loci. Dicit enim, quòd non est sermo de scientia Mathematica, vel alijs huiusmodi, sed de scientia fidelium, quæ innititur fidei, & propterea cessabit sicut ipsa fides.

¶ Tertia explicatio est, quam insinuat D. Augustinus in comment. super Psalm. 103. sermone 3. quòd in illo statu cessabit scientia quantum ad modum addiscendi, & tradendi, videlicet, per literas & per verba exteriora, & per codices, qui in hac vita tractantur, & certum est non esse futuros in alia vita. Ista expositio, quanuis nihil falsum contineat; tamen magis pia est, quam literalis.

¶ Quarta vero explicatio est, quam adhibet Diuus Chrysostomus non solum in homilia 34. super illum locum, sed copiosius in quintotomo, tracta. de incomprehensibili Dei natura, homilia. 1. vbi dicit, quòd illa destructio, accumulatio quædam est, & ad maiora accessio, & subdit, quòd incrementum potiùs ac sciendi profectum in meliora significat, & propterea dictum esse ab Apostolo. Cū venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, &c. Et tandem subdit, quòd scientia huius vitæ propterea comparata est ab Apostolo cum habitu paruuli, scientia vero futura comparata est cum habitu viri perfecti, quando dicebat, Cum essem paruulus. Ista explicatio quanuis vera doceat, tamē non explicat; An sciētia huius vitę destruetur, & alia perfectior dabitur: an vero eadem, quę erat in hac vitā, perficietur in patria? Quapropter ex his omnibus explicationibus, quanuis secunda expositio sit satis congrua cum litera Apostoli, tamen inter omnes, explicatio Diui Thomæ est eligenda tanquam magis consona cum litera Apostoli, & magis consona ad explicādam præsentem difficultatem, quam etiā sequuti sunt doctores grauissimi inter Theologos. Diuus Bonauentura in 3. d. 31. art. 2. q. 3. & Ricardus eadem d. art. 3. q. 1. & Duran. q. 7. Qui omnes in hac re sequūtur etiam D. Thomā. Ex quo colligendum est non esse veram sententiam Alberti eadem d. 31. art. 10. quem sequutus est Gabriel eadem d. q. vnica ad tertium, dubio 3. Qui opinatur, q̄ scientia hic acquisita non manet in patria sed destruitur omnino. In qua opinione non solùm discedunt à D. Th. sed etiam à Magistro Sent. qui eadem d. 31. c. 3. docet, q̄ scientia hic acquisita eadem manet secundum essentiam, quāuis habebit alium vsum, & alium modum. Similiter etiam non est vera illorum sententia, qui sicut refert Diuus Bonauentura, & Ricardus, opinati sunt habitum scientiæ hic acquisitæ manere in anima separata, non tamen actum. Existimāt enim cum Auicenna in 6. naturalium parte. 5. c. 6. quem impugnauimus supra quæstione. 79. ar. 6. quod species intelligibiles nō manent in intellectu cessante actuali intellectione, ac ex consequenti species hic acquisitæ non manent in anima separata, & inde colligunt, quòd in anima separata non manet idem actus scientiæ, qui fuerat in anima coniuncta corpori. Sed rationes D. Thom. in art. 5. & 6. apertè conuincunt has opiniones esse falsas, & sententiam D. Tho. esse veram.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ. 449

*AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd distantia localis impediat cognitionē animę separatæ. Dicit n. Augu. *in libro de cura pro mortuis agenda, quòd animę mortuorum ibi sunt, vbi ea quæ hic fiūt, scire non possunt. Sciunt autem ea quæ apud eos nguntur. Ergo distantia localis impedit cognitionem animæ separatæ.*

¶ 2 *Præterea. Augu. dicit in lib. de diui natione dæmonum, q̄ dæmones propter celeritatē motus, aliqua nobis ignota denūtiāt. Sed agilitas motus ad hoc nihil faceret, si distantia localis cognitionem dæmonū nō impediret. Multò igitur magis distantia localis impedit cognitionem animę separatę, quæ est inferior secundùm naturam, quàm dæmon.*

¶ 3 *Præterea. Sicut distat aliquis secundum locum, ita secundùm tempus. Sed distātia temporis impedit cognitionem animæ separatæ, non enim cognoscunt futura. Ergo videtur, quòd etiam distantia secundùm locum animę separatę cognitionem impediat.*

SED contra est, quod dicitur Luce 16. quòd diues cùm esset in tormentis eleuans oculos suos, vidit Abraham à longe. Ergo distantia localis non impedit animæ separatæ cognitionem.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt quòd anima separata cognosceret singularia abstrahēdo à sensibilibus. Quod si esset verum, posset dici quòd distantia localis impediret animæ separatæ cognitionem. Requireretur n. quòd vel sensibilia agerēt in animam separatam, vel anima separata in sēsibilia. Et quatum ad vtrumq; requireretur distātia determinata. Sed predicta positio est impossibilis: quia abstractio specierū à sensibilibus, fit mediātibus sensibus & alijs potentijs sensitiuis, quę in anima separata actu nō manent. Intelligit autem anima separata singularia per influxum specierum ex diuino lumine, quod quidem lumen equaliter se habet ad propinquum & distans. Vnde distantia localis nullo modo impedit animam separatā cognitionem.

AD primum ergo dicēdum, quòd Augustinus dicit, quod propter hoc q̄ ibi sunt animæ mortuorum, ea quæ hic fiūt, videre non possunt, vt localis distantia huius ignorātię causa esse credatur: sed hoc potest propter aliquid aliud contingere, vt infra dicetur.*

AD secūdum dicēdum, quod Augustinus ibi loquitur secūdùm opinionem illam, qua aliqui posuerūt q̄ dæmones habēt corpora naturaliter sibi vnita: secūdùm quā positionē et potestas sensitiuas habere possunt. ad quam requiritur determinata distātia. Et hāc opinionē et in eodem lib. Augustinus expressè tāgit: licet hāc opinionē magis recitādo, quā asserēdo tangere videatur: vt patet per ea quæ dicit 21. lib. de ciuit. Dei.**

AD tertium dicēdum, quod futura, quæ distant secūdùm tempus, non sunt entia in actu. Vnde in seipsis non sunt cognoscibilia. quia sicut deficit aliquid ab entitate, ita deficit à cognoscibilitate. Sed ea quæ sunt distantia secūdùm locum, sunt entia in actu, & secundùm se cognoscibilia. Vnde non est eadem ratio de distantia loci, & de distantia temporis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Impossibile est, quòd anima separata cognoscat singularia abstrahendo à sensibilibus.

¶ Secunda conclusio. Distantia localis non impedit cognitionē animæ separatæ.

COMMENTARIVM.

DE prima conclusione satis diximus artic. 1. contra Scotum, qui opinatus est contra D. Thom. tam in fundamento, quàm in ipsa conclusione; contra quem etiam agit Caiet. in hoc arti. & diffuse supra quæst. 55. articu. 2. & videnda sunt ea, quæ diximus ar. 4. dub. 2. de speciebus, per quas anima separata intelligit singularia.

¶ Circa secundam conclusionem animaduertendum est, quòd inter Doctores nulla est dissensio de cognitione rerum in vniuersali. Certum est enim, quòd nulla distantia localis impedit cognitionem rerum in vniuersali non solùm in anima separata, sed neque in anima vnita corpori. Cognoscimus enim quidditatem rei, quæ maximè distat: imò vero & illius rei, quæ non extat: maximè quoniam vniuersalia non dependent à loco aut tempore. Qua ratione ab Aristotele in 1. Poster. text. 43. dicuntur esse vbique & esse perpetua. Similiter certum est apud doctores, quòd distantia localis non impedit cognitionem abstractiuam rerum singularium, quin potiùs in ipsa ratione notitiæ abstractiuæ involuitur, quòd res cognita sit absens. Sensus ergo conclusionis D Tho. est de cognitione intuitiua rerum singularium, quod in anima

in anima separata nõ impeditur huiusmodi cognitio per distantiã localem, propterea q̃ fit per species infusas à Deo. Quòd vero anima separata non cognoscat per illas species omnia singularia, non prouenit ratione distantiæ localis, sicut dicit D. Tho. In solutione ad primum, sed propterea quòd nõ est determinata ad omnia singularia, vt explicatum est ar. 4.

¶ Ex quo colligendum est, quòd Scotus 4. distin. 45. q. 2. in fine, & q. 4. in solutione ad primum, deceptus est asserendo oppositam sententiam, & similiter Gabriel super canon. mille lect. 31. Quorum deceptio procedit ex falso fundamento, quo existimant animam separatam intelligere abstrahendo species ab ipsis singularibus. Ferrar. in 2. contra gentes cap. 96. circa secundum corolarium existimant hanc secundam conclusionem posse intelligi in alio sensu; sed statim fatetur hanc nostrã explicationem esse magis veram, & magis ad mentem D. Tho.

¶ Circa solutionem ad secundum animaduerte, quo pacto D. Th. fatetur, quòd August. in lib. de diuinatione dæmonum c. 4. & 5. potius recitando, quàm asserendo dicit dæmones habere corpora sibi vnita. Nam in libro de Ciuita. Dei capitulo 10. constat aperte illum non fuisse huius sententiæ. Denique de his, quæ pertinent ad istum articulum multa docet Abulensis super Matth. capitulo 25. quæst. 618. & sequentibus.

450 2.2. qu. 83. ar. 4. ad secũdũ. & 4. d. 4. q. 3. art. 1. ad primũ, & secundum. Et ver. q. 8. ar. 11. ad 12. Et de aui. arti. 20. ad 6rtũ.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm animæ separatæ cognoscant ea quæ hic aguntur.

AD OCTAVVM *sic proceditur. Videtur quòd animæ separatæ cognoscant ea quę hic aguntur: nisi enim ea cognoscẽt, de eis curã nõ haberent. Sed habent curam de his, quæ hic aguntur: secũdùm illud Luc 16. Habeo quinque fratres, vt testificetur illis, ne & ipsi veniant in hũc locum tormentorum. Ergo animæ separatę cognoscunt ea, quæ hic aguntur.*

¶ 2 *Præterea. Frequenter mortui viuis apparent, vel dormientibus, vel vigilãtibus: & eos admonent de ijs quæ hic aguntur: sicut Samuel appariuit Sauli: vt habetur. 1. Reg. 28. Sed hoc non esset, si ea quæ hic sunt non cognoscerent. Ergo ea quæ hic aguntur cognoscunt.*

¶ 3 *Præterea. Animæ separatę cognoscũt ea quæ apud eas aguntur. Si ergo quæ apud nos aguntur, non cognoscerent, impediretur earum cognitio per localem distantiam: quod supra negatum est.*

SED contra est, quod dicitur Iob. 14. Sive fuerint filij eius nobiles, sive ignobiles, non intelliget.

RESPONDEO dicendum, quòd secũdùm naturalem cognitionem, de qua nũc hic agitur, animæ mortuorum nescunt quæ hic aguntur. Et huius ratio ex dictis accipi potest. Quia anima separata cognoscit singularia per hoc quòd quodammodo determinata est ad illa: vel per vestigium alicuius præcedentis cognitionis seu affectionis, vel per ordinationem diuinam. Animę autem mortuorum secundùm ordinationem diuinam, & secundũ modum essendi, segregatæ sunt à conuersatione viuẽtium, et coniũcta conuersationi spiritualiũ substantiarum: quæ sunt à corpore separata. Vnde ea, quæ apud nos aguntur, ignorat. Et hanc rationem assignat Gregorius in 12. Moralium, dicens, Mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia vita spiritus longe est à vita carnis: & sicut corporea atq; incorporea diuersa sunt genere, ita sunt distincta cognitione. Et hoc est Aug. videtur tangere in lib. de cura pro mortuis agẽda dicẽs, q̃ animæ mortuorũ rebus viuẽtium nõ intersunt. Sed quãtum ad hoc beatorum videtur esse differẽtia inter Gregorium & August. Nam Gregor. ibidem subdit. Quod tamen de animabus Sanctis sentiẽdum non est, quia quæ intus omnipotẽtis Dei claritatem vident, nulla modo credẽdum est, quòd sit foris aliquid quod ignorẽt. August. vero in libro de cura pro mortuis agenda, expresse dicit, quòd sciũt mortui etiam sancti quid agãt vini & eorũ filij, vt habetur in glos. super illud, Abraham nescivit nos. Isai. 63. Quod quidã confirmat per hoc quòd à matre sua nõ vocabatur, nec in tristitijs cõsolabatur, sicut quãdo viuebat. Nec est probabile, vt sit falla vita seliciore crudelior. Et per hoc quòd Dominus promisit Iosiæ Regi, quòd prius moreretur, ne videret mala quę erant populo superuentura, vt habetur. 4. Reg. 22. Sed Aug. hoc dubitando dicit. Vnde præmittit. Vt volet accipiat quisque quod dicam. Gregor. autem asserit. Quod patet per hoc quod dicit, *Nullo modo credendum est. Magis tamen videtur secundùm sententiam Gregor. quòd animæ sanctorum Deum videntes, omnia præsentia, quæ hic aguntur cognoscant. Sunt.n. angelis æquales. De quibus etiam Augustin.* asserit, quod ea quæ apud vivos aguntur, non ignorat. Sed quia sanctorum animæ sunt perfectissimè iustitiæ diuinæ coniunctæ, nec tribuntur, nec rebus viuentium se ingerunt, nisi secundum quod iustitiæ diuinæ dispositio exigit.

AD primum ergo dicendum, quod animæ mortuorum possunt habere curam de rebus viuentium, etiam si ignorent eorum statum, sicut nos habemus de mortuis, eis suffragia impendendo, quamuis eorum statum ignoremus. Possunt etiam facta viuentium non per seipsos cognoscere, sed vel per animas eorum qui hinc ad eos accedunt, vel per angelos seu dæmones, vel etiam spiritu Dei renitente, sicut Aug. in eodem libro dicit.*

AD secundum dicendum, quod hoc q̃ mortui viuentibus apparent qualiter cũque: vel contingit per specialem Dei dispensationem, vt animæ mortuorum rebus viuentium interfint, & est inter diuina miracula computandum, vel huiusmodi apparitiones fiunt per operationes angelorum bonorum vel malorum, etiam ignorantibus mortuis, quæ etiam vitæ ignorantes aliys viuentibus apparent in somnis, vt Augustin. dicit in libro prædicto. Vnde & de Samuele dicit potest, quod ipse apparuit per reuelationem diuinam, secundum hoc quod dicitur Eccles. 46. quod dormiuit & notum fecit regi finem vitæ suæ. Vel illa apparitio fuit procurata per dæmones: si tamen Ecclesiasticæ autoritas non recipiatur propter hoc quod inter canonicas scripturas apud Hebræos non habetur.*

AD tertium dicendum, quod ignorantia huiusmodi non contingit ex locali distantia, sed propter causam prædictam.

SVMMA ARTICVLI.

PRima cõclusio. Secundùm naturalem cognitionem non cognoscit anima separata ea, q̃ hic aguntur.

¶ Secunda conclusio. Animæ beatorum cognoscunt ea, quæ apud nos aguntur ex diuina dispositione.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem D. Thomæ notandum est illam esse communem doctrinam Theologorum & Sanctorum, & esse consonam valde cum Scriptura, Ecclesiastes. 9. Mortui autem nihil nouerunt amplius. Quamuis hunc locum aliter explicuerimus artic. 1. dubio. 1. Similiter consonat cum testimonio, quod refert D. Thom. ex cap. 14. Iob. Sive nobiles fuerint filij eius, sive ignobiles, non intelliget. Et ratio naturalis est. Quoniam si anima separata naturaliter cognosceret quę apud nos aguntur, eonsequenter etiam naturaliter tristaretur de aduersis casibus suorum; quod tamen constat esse falsum. Potest ẽt hoc confirmari ex illo testimonio Isaiæ. 39. vbi habetur, q̃ Deo comminanti mala Ezechiæ futura in populo, respondit; Bonus sermo Domini, fiat pax & veritas in diebus meis. Quasi diceret, quòd defunctus nesciret omnia illa mala. Et quamuis teste D. Hieronymo libro. 11. comment. in Isai. reprehendatur à Iudæis, quòd nõ fuerit imitatus Moysen, & rogauerit pro populo & filijs; tamen immerito reprehenditur. Nam, vt inquit D. Ambro. lib. 1. de Iacob cap. 7. non gaudebat iustus Ezechias de futura calamitate filiorum, sed voluntati Domini obuiare non potuit; & ideo mã data eius æquanimiter accipiebat vt seruus. Denique hęc veritas solet comprobari ex illo testimonio. 4. Reg. 22. vbi Dominus dixit Iosiæ Regi. Non videbunt oculi tui omnia mala, quæ ego inducam super locũ hunc. Ex quo testimonio id colligit D. Augu. in lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. Sed neque ista intelligentia est omnino certa, vt fidem faciat, quoniam hoc testimoniũ potest commodè, & optimè explicari

Universidad de Deusto
Biblioteca

cari de vnione per experientiam, sicut exponitur illud, quod habetur Psal. 88. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Et Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternũ quod in eodem cap. explicatur. Mortem non gustabit. Et Iob. 7. Nõ reuertetur oculus meus, vt videat bona. Quem locum de visione bonorum per experientiam & operationem exponit D. Gregor. 8. moral. cap. 12. Nihilominus tamen, vt aperte D. Tho. in artic. in solutione ad primũ docet, quanuis naturali cognitione anima separata nõ cognoscat ea, quæ apud nos aguntur, potest tamen ea cognoscere vel diuina reuelatione, vel reuelatione angelorum tam bonorum, quàm malorum, quæ intersunt his, quæ apud nos aguntur, vel etiam reuelatione animarum, quæ hinc discedunt. Quæ omnia explicat exemplis D. Augu. lib. de cura pro mortuis agenda c. 14. & 15.

DVbitatur primo circa secundam conclusionem; An quælibet anima separata cognoscat oĩa singularia, quæ apud nos aguntur? ¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Quoniam Diuus Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda capi. 13. 14. & 15. docet sententiam negatiuam & confirmat illo testimonio Isaiæ. 63. Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. ¶ Secundo. Cognitio istorum singularium non pertinet ad perfectionem intellectus animæ beatæ, ergo non oportet, vt illa cognoscat. Confirmatur argumentum, & simul probatur antecedens, ex D. Thoma supra quæstione 12. articu. 8. vbi dicit, quòd ad perfectionem intellectus nostri non pertinet cognitio singularium, sed tantum cognitio quidditatum in vniuersali; & consequenter subdit, quòd beati cognoscunt de rebus naturalibus omnia, quę pertinent ad cognitionem intellectus nostri, ergo intelligitur, quòd non cognoscunt singularia.

¶ Tertio. In eadem quæstione 12. arti. 8. ostensum est, quòd animæ beatorum de rebus singularibus illa tantùm cognoscunt quæ pertinent ad statum vniuscuiusque: sed non omnia singularia, quæ hic aguntur, pertinent ad statum cuiuslibet beati, ergo non omnia cognoscunt.

Et confirmatur. Quoniam secundùm sententiam veram Theologorum, quæ explicatur in 3. par. q. 10. artic. 2. istud est singulare priuilegium animæ Christi, quod vniuersa singularia cognoscat, ergo non est id concedendum alijs beatis.

¶ Quarto. Animæ beatę vel cognoscunt illa singularia in Verbo, aut cognoscunt illa extra Verbum per species infusas. Non potest dici primum; quoniam sequeretur, quòd vel cognoscerent futura contingentia, vel quòd esset successio cognitionum in visione beata: quorum vtrumque est inconueniens. Nec potest dici secundum, quoniam tunc ista cognitio, non daretur animabus ratione beatitudinis, cuius oppositum videtur intendere D. Tho.

¶ Quinto. Sequitur ex opposita sententia, quòd animæ beatorum cognoscant ĕt singularia præterita, sicut illa cognoscunt angeli; sed non videtur necessarium asserere, quòd omnia præterita cognoscant, neque Diuus Tho. id affirmat, ergo neq; omnia præsentia.

¶ In contrarium tamen est Di. Tho. in hac 2. conclusione ex mente D. Gregorij 11. moralium c. 13. & videtur etiã sententia Magistri in 4. dist. 45. capi. 6. & 7. & Hugonis de sancto Victore lib. 2. de sacramentis par. 16. c. 11.

PRo decisione notandum est primo, quòd singularia potissimum humanę naturæ, possunt considerari dupliciter. Primo. Secundum suas individuas quidditates, & naturales proprietates. v. g. quod Petrus sit iste homo habens has conditiones naturales, & quòd Paulus sit ille homo habens illas conditiones. Secundo. Secundùm diuersos actus siue operationes, quæ possunt illis conuenire vel ex sua libera volũtate, vt sunt actus morales, quos exercet libere, vel ex diuina volũtate, vt sũt illæ operationes, quæ pertinent ordinem gratiæ. ¶ Secundo notandum est, quòd quemadmodum constat ex supradictis quæstione 12. articulo 1. & 13. ad illa, quæ pertinent ad ordinem superiorem, & quæ homo per vires suæ naturæ non potest attingere, eleuatur per Dei gratiam, & per visionem beatificam. Ex quo fit, vt per eãdẽ gratiam, & visionem beatam animę sepa-

separatæ fiant æquales angelis, sicut, & homines in statu resurrectionis erũt æquales angelis, quantum ad statum incorruptionis. Cũ ergo angeli naturaliter cognoscant omnia singularia præsentia, vt probatum est q. 57. articu. 2. consequens est, vt etiam animę beatorum omnia, illa singularia cognoscant per virtutem supernaturalem, per quam eleuantur à Deo, vt etiam in cognitione rerum sint æquales angelis. ¶ Tertio notandum est, quòd D. Grego. & D. Tho. non explicant expresse; An ista singularia cognoscantur ab animabus beatorum per visionem beatificam an vero per alias reuelationes nouas medijs speciebus infusis? Iam enim supra q. 12. ostensum est, ꝙ animæ beatorum non omnia cognoscunt per visionem beatam, sed multa illis innotescunt per nouas reuelationes extra Verbum. Hæc igitur omnia per conclusiones sunt examinanda.

PRima conclusio. Quelibet anima beata cognoscit omnia singularia præsentia, quæ pertinent ad ordinem naturalem. Hanc conclusionem docet Caietanus in præsenti tanquam D. Thom. & Ferr. in 3. contra gent. c. 59. & alij discipuli D. Tho. Et probatur primo ex D. Tho. in hoc articulo, vbi dicit, quòd secundum sententiã Gregorij, animæ beatorum omnia præsentia, quæ hic aguntur cognoscunt. Et in 3. cont. gent. ca. 59. expresse dicit, ꝙ animæ videntes Deum per cognitionem naturalium specierum, cognoscunt individua exi stentia sub ipsis speciebus. Secundo probatur, Ad perfectionem animæ beatæ pertinet, vt in illo statu beatifico cognoscat illa quæ angeli cognoscunt naturali cognitione; sed angeli naturali cognitione cognoscunt omnia individua existentia sub his speciebus, vt probatum est quæst. 77. ergo etiam anima beata illa cognoscit. Probatur consequentia ex secundo fundamento alias enim animæ beatæ non essent æquales angelis in cognitione rerum, & hanc rationem insinuauit etiam Diui Thom. in hoc articulo.

¶ Secunda conclusio. Illa singularia, quę ex libera hominis voluntate dependent, non omnia cognoscunt animæ beatæ. Probatur primo. Non pertinet ad statum cuiuslibet animæ beatæ cognoscere omnia ista singularia, ergo non omnia cognoscit. Probatur consequentia. Quoniam beati illa tantum cognoscunt quæ pertinent ad eorum statum. Secundo probatur. Isti actus singulares & liberi non sunt de ordine rerum naturalium secundùm se vt probatũ est quæst. 57. artic. 4. ergo secundùm se non omnes cognoscuntur vel ab angelis aut animabus beatis. Dicimus vero secundùm se, quoniam secundum quòd manifestantur per suos effectus, possunt cognosci ab angelis & beatis, non autem in seipsis, & secundùm quòd liberi sunt. Et eodem modo philosophandum est de illis singularibus, quæ pendent ex diuina voluntate sola, & pertinent ad ordinem gratiæ. ¶ Tertia conclusio. De his singularibus, quæ pendent ex libera voluntate hominis, aut ex voluntate diuina, animæ beatæ illa cognoscunt quæ pertinent ad statum vniuscuiusque. Hanc conclusionem docet etiam Caietanus in articulo. Et Ferra. in illo capite quinquagesimonono. dicit, quòd si de istis singularibus sit sermo, conclusio D. Tho. debet accipi secundùm distributionem accommodam, videlicet, non de omnibus singularibus absolutè, sed de omnibus quæ pertinent ad statum beatorum. Probatur conclusio primo ex D. Tho. supra quæst. 12. art. 8. ad 4. vbi dicit, ꝙ cognoscere alia singularia & cogitata & facta eorum, non est de perfectione intellectus creati, videlicet, copulatim omnia ista accipiendo. Intendit enim D. Tho. quòd cognoscere omnia ista copulatim nõ est de perfectione intellectus creati, & ex consequenti non conuenit omnibus beatis. Secundo probatur ratione. Illa singularia non possunt cognosci de vires naturales, sed per lumen supernaturale in statu beatifico, sed non pertinet ad statum cuiuslibet beati cognoscere multa singularia, quę alij beati cognoscunt, sicut omnes Theologi fatentur, ergo. Confirmatur. Secundum doctrinam Theologorum in 4. d. 45. potissimum D. Tho. q. 3. ar. 1. quam etiam habet in 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 2. animæ beatæ cognoscunt orationes illas, quas ad ipsos dirigimus, sed non dirigimus orationes easdem ab eosdem beatos, ergo non

cogno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscunt illa singularia omnes, sed illi tantum ad quorum statum pertinet.

SEd hinc nascitur dubiũ propter quosdam discipulos D.Tho. Vtrum huiusmodi singularia cognoscant illi beati secundum aliquam successionem; an vero cognoscant illa simul & sine successione? Quæstio est de his, quę videt in Verbo, nã de illis, quæ cognoscunt extra Verbũ per nouas reuelationes, certum est apud omnes Theologos, quod successiuè illa cognoscunt. Aliqui discipuli D.Thomæ opinantur probabilius, quòd cognoscunt illa singularia successiuè, ita quòd quædam cognoscunt prius, alia vero posterius: ita tamen quòd ista successio teneat se ex parte rerum, quæ cognoscuntur, non autem ex parte ipsius visionis beatificæ, in qua nulla est mutatio. Itaque futura contingẽtia cognoscunt, quando sunt præsentia & non antea. Quemadmodum de angelis dictum est q. 37. arti. 3. quòd per species, quas habent, cognoscunt singularia contingentia, quando actu existunt, & nõ antea. Hæc sententia probatur primo ex D. Tho. qui in q. 12. ar. 8. ad 4. dicit, quòd animæ beatorum non cognoscunt illa, quæ nondũ sunt, & in isto articulo dicit, quòd vidẽt omnia præsentia, quæ apud nos agũtur sicut angeli, ergo illa, quæ nõ sunt præsentia, nondum cognoscunt, & ex consequẽti successiuè cognoscunt. Probatur tertio. D. Tho. in 3. cont. gent. c. 59. ait, quòd animæ videntes Deum cognoscunt omnia singularia sub speciebus existentia, sed futura non existunt sub speciebus, ergo nõ cognoscunt illa simul sed successiuè.

¶ Ferr. in illo c. 59. ad hanc quæstionem respondet duo. Primo dicit hanc sententiã esse probabilem, ꝙ in actu visionis beatificæ potest admitti successio extrinseca, propterea, ꝙ singularia successiuè terminant illum actum visionis: ita tamen, quòd nõ admittatur successio intrinseca, quæ se teneat ex parte ipsius visionis, quæ secundũ suam naturam mensuratur æternitate participata. Nihilominus tamen secundo dicit, sententiam veriorem & probabiliorẽ esse, & magis ad mentem D. Thom. ꝙ animæ beatorum cognoscunt omnia singularia etiam futura absque aliqua successione etiam extrinseca ex parte ipsarum rerum. Probatur primo ex D. Tho. supra q. 12. ar. 10. & in 3. cont. gent. c. 60. vbi distinguit, quod omnia illa, quæ beati vident in Verbo, cognoscũtur simul & non successiue, neque vnum priùs & aliud posterius. In cuius confirmationem adducit illud testimonium D. August. 1. de Trinitate cap. 16. vbi dicit, quòd in patria & in visione beatifica non erũt volubiles cogitationes nostræ ab aliis in alia, euntes & redeuntes, sed omnem nostram scientiam vno simul conspectu videbimus. Præterea in q. 8. de veritate art. 10. dicit de angelis, quod quantum ad visionem beatificam, qua vident res in verbo, indifferenter se habent ad præsentia & ad futura, ergo secundum mentem D. Th. non est hic successio etiam ex parte cognitorum. ¶ Ad primum argumentum respondetur, quòd D. Thom. in illo ar. 8. loquebatur de speciebus & de singularibus, quæ nunquam possent produci a Deo. Ita intelligit D. Tho. Ferra. Cæterũ in hoc articulo docet, ꝙ cognoscunt præsentia, quæ apud nos aguntur, de qua re erat specialis quæstio, non tamen docet, ꝙ sola præsentia videant, ita vt non cognoscant futura. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ D. Thom. loquutus est de singularibus, quæ sub speciebus existunt pro qualibet differentia temporis. In qua re non est auscultandum quod docent quidam iuniores, ꝙ fortassis Diuus Tho. in 1. parte ab indiuiduis abstinuit, & correxit tacitè id, quod scripserat in summa cont. gent. Nolunt. n. fateri isti autores planè & certo quòd animę beatorum cognoscant in verbo singularia, quæ apud nos aguntur, sed cognoscunt illa tantum per nouas reuelationes extra verbum. Sed tamen isti autores frequenter deserunt D. Th. in ista disputatione, & aiunt animas beatorum nescire quę apud nos aguntur propter lõgissimam distantiam localem, qua à nobis distant, cũ tamen contrarium docuerit D. Tho. in his articulis 7. & 8.

AD argumenta in principio dubij, & ad primum respondetur, quòd Diuus Thom. in hoc ar. insinuat duas solutiones. Prima solutio est, quòd D. Aug. loquebatur de cognitione naturali animę separatæ: non

tæ: non autẽ de cognitione beatifica, quã solutionem prius adhibuerat in 4. di. 45. q. 3. arti. 3. ad 3. & in q. 9. de ver. arti. 6. ad 5. & hanc solutionẽ potius eligit Io. Arbo. li. 1. Theosophiæ c. 9. Secunda solutio est, ꝙ D. Aug. loquutus est non asserẽdo ex propria sua, sed recitando & dubitãdo. Et hãc solutionẽ potius eligit Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta li. 5. annot. 139. & certè videtur faciliot & securior. Nam contra primã solutionẽ põt obiici, ꝙ D. Aug. adducit exemplũ de matre sua, quã sine dubio existimabat eẽ in statu beatitudinis. ¶ Ad locum vero Isa. 63. potest primo respondeti, ꝙ ibi sermo erat de anima separata, quę nondũ erat in statu beatitudinis: quapropter põt bene intelligi de cognitione naturali, secundum quã D. Th. dicit, ꝙ nõ cognoscit ea, quæ apud nos aguntur. Secundo ridetur, ꝙ ille locus Isaiæ quanuis ita explicetur à D. Aug. tamẽ longè aliter explicatur eõiter à Sanctis Patribus & à Doctoribus: & põt optimè explicari in eo sensu, vt accipiatur nescire vel ignorare; pro eo, ꝙ est deserere vel abiicere vel negare; quasi dicerent: Abrahã nullam curam nostri gerit, neq; reputat nos tanquam filios. Itaq; in eodem sensu debet accipi nescire, & ignorare in hoc loco, in quo sensu accipitur Deute. 33. vbi habetur; Qui dixerit matri suæ & patri suo, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, &c. Quem locũ explicat in hoc sensu D. Greg. li. 7. mor. c. 18. Eodem ẽt sensu explicatur illud Matt. 7. & 25. Nescio vos: secundum explicationem Origẽ. hom. 4. super Gene. ¶ Ad secundum argu. cum confirmatione respondetur, ꝙ quanuis singularia secundùm se non pertineant ad perfectionem intellectus nostri, cuius proprium obiectum est vniuersale; tamen si cõsiderentur ea ratione, quę subsunt ordini vniuersi, pertinet ad statum beatorum cognoscere illa, propterea ꝙ in præmiũ beatitudinis promissum est illis, ꝙ cognoscant ea, quæ sunt in cęlo & in terra. In cuius confirmationẽ solet adduci illud, quod de beatis dicitur Isa. 33. Regem in decore suo videbunt, oculi eorũ cernent terram à longe, i. de cęlo videbunt ea quę geruntur in terra. ¶ Ad tertium argu. patet solutio ex dictis conclu. 2. & 3. cõcedimus

A .n. ꝙ de his singularibus, quæ depẽdent ex voluntate humana vel diuina, non cognoscunt animæ beatorum nisi illa tantùm, q̃ pertinent ad eorum statum. Soli. n. Christo datum est cognoscere omnia singularia absolutè, & per hoc patet ad confirmationẽ. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ animæ beatorum quædã ex ipsis singularibus cognoscunt in verbo, sed tamen omnia illa cognoscunt absque vlla successione etiã extrinseca vt, explicatum est. Quædã vero cognoscunt per nouas reuelationes extra verbũ, quod prouenit radicaliter ex ipsa beatitudine ad quã pertinet, vt beatis conferantur nouæ reuelationes suo tempore de his, quæ ad ipsos pertinet scire, & cognouerunt antea in verbo. Quapropter etiã istas nouas reuelationes confert illis Deus in præmium accidentale beatitudinis. ¶ Ad quintum respondetur concedendo, ꝙ animæ beatorum cognoscunt illa singularia præterita, ad quæ habent aliquã habitudinem, vel ẽt illa singularia, quæ habẽt habitudinẽ ad ordinẽ vniuersi, v.g. Cognoscũt omnes successus & gesta suorum, cognoscunt ẽt cões successus vniuersi. aut Ecclesiæ. Cæterùm non omnia singularia præterita cognoscunt, propterea quòd non omnia pertinent ad statum cuiuslibet beati. Quemadmodum etiã de singularibus præsentibus supra diximus.

DVbitatur secũdo circa solutionem ad secundum. An in illa historia, quę habetur j. Reg. 28. Anima Samuelis secundũ veritatem apparuit Regi Saul; an vero id factum sit ministerio alicuius angeli, aut dęmonis, qui ageret personam Samuelis? ¶ In hoc dubio D. Tho. in hac solutione ad secundum, & 2. 2. q. 174. ar. 5. ad quartum, vtranq; sniam refert tanquam probabilẽ, & neutram reiicit. In qua re sequutus est D. Aug. li. 2. ad Simpli. q. 3. & in lib. de octo Dulcitij quæstionibus, q. 6. vbi hanc quæstionem disputat, & problematicè eã tractat in vtranq; partẽ. Cæterum D. Aug. in lib. quæstionum veteris & noui testamenti q. 27. & in lib. 2. de mirabilibus sacrę scripturę ca. 11. aperte docet, ꝙ non verus Samuel sed dęmon loco Samuelis apparuit Saul, & multo tempore ante Aug. Iustinus Martyr q. 52. ad Gẽtes apertè dicit, ꝙ ille,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui apparuit, fuit dæmon in figura Samuelis. Quam sententiam videtur etiã planè docere D.Hieronym.lib.3. comm. in Esa. c.7.& lib.4.super Ezech.c.13.& lib.5.super Mat.c.6. in fi. Eandem sanctam inter posteriores magis eligit Turre Cremata super capitu. Nec mirum 26.q.5. Et probatur primo. Quoniam non est credibile, ꝙ mulier Phytonissa suis incantationibus revocaverit animam viri iusti recusantem. Nam ꝙ ille non concesserit videtur multo magis probabile, aliàs enim concessisset magicis artibus & incantationibus, ergo fuit dæmon &c. ¶Secundo. Ille, qui apparuit, dixit Saul Regi; Cras mecum eris, ergo non potuit esse Samuel. Probatur cõsequentia. Quoniam Samuel habebat locum in sinu Abrahæ. Saul autem non descendit in sinum Abrahæ, sed potius in infernum dãnatorum. Nam primo Paralipom.cap. 10. dicitur de illo, quòd mortuus est in peccatis suis.

¶Tertio. Ille, qui appatuit, permisit se adorari à rege, ergo non erat verus Samuel. Probatur consequentia. Quoniam vir sanctus non permitteret se adorari.

HIs tamen non obstantibus in oppositam sententiam, ꝙ ille, qui apparuit, fuerit verus Samuel; videtur magis inclinare D.August. in lib. de cura pro mortuis agenda c.15. Quamvis dicat nonnullos asserere contrarium, ꝙ non verus Samuel sed dæmon apparuit. Et eandem sententiã videtur planè docere Iosephus lib.8. Antiquitatum c.14. vbi tractans illam historiã semper nominat animam Samuelis, & præterea illum, qui apparuit, vocat iustum & sanctum. Et Abul. super 1.Reg. c. 28.q.28. Hanc sententiam eligit tanquam veriorem, quam & secuti sunt expressè Lyranus & Caietan. & Magister Victoria in Relectione de magis q. 5. in solutione ad primum. Et probatur hæc sententia. Primo. In illo ca. 28. pluries dicitur, quòd apparuit Samuel, & locutus est regi, ergo nõ apparuit dæmon. Probatur consequentia. Quoniam secundum regulam D. August. quando verba sacræ scripturæ possunt saluari in proprio sensu, non oportet recurrere sensum metaphoricum, quod explicatũ est q.1.art.10. Et confirmatur. Quoniam, sicut bene notauit Caietanus ille, qui apparuit, dixit Saul Regi; Faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum, sed hæc verba prædicta sunt ab ipso Samuele. j. Reg. 13. ergo. ¶Secundo. Ille, qui apparuit prædixit de victoria gentium, de morte regis & filiorũ eius, & de ipsa die mortis, quæ sunt futura contingentia, quæ non põt scire dæmon secundum ea, quæ dicta sunt in q.57.art.3.ergo. ¶Tertio. Eccles.46. dicitur. Post hæc dormiuit Samuel, & annunciauit regi finem suũ. In quo loco sermo est de ipso Samuele, ergo ipse est, qui annunciauit Sauli. Et confirmatur. Quoniam illi, qui oppositam sententiam tenent, aut vertunt in dubiũ, propterea id faciunt (sicut dixit D.Aug. lib.de cura pro mortuis ca. 15.) qm̃ apud ipsos olim liber Ecclesiasticus non computabatur inter canonicas scripturas, sed tã hic liber, secundũ fidem computatur inter scripturas, vt patet ex Concilio Tridentin. Sessio. quarta ergo hęc secunda sententia est verior.

AD huius dubij explicationẽ sit prima conclusio. Negari non potest, ꝙ animæ defunctorũ aliqñ vivis appareãt. Hãc conclusionẽ concedit D.Tho. in solutione ad secundum, & communiter doctores in 4.d.45. sed D.Aug. in lib.de cura pro mortuis c.15. dicit eam haberi ex scriptura. Nã Matt.17.& Luc.9. habetur, ꝙ Moyses, qui in Deutero. narratur mortuus, apparuit cũ Christo in mysterio Transfigurationis. Et deinde ca.16. narrat Aug. ꝙ sanctus Felix Nolanus Episcopus, aliquãdo apparuit vivis. Præterea potest probari conclusio, ex eo, ꝙ habetur 2.Macha. 15. ꝙ Iudas Machab. vidit Oniam & Hieremiam, & quòd Hieremias dedit Iudæ sanctum gladium, quamvis non sit certum, ꝙ hoc factum sit ab ipsa anima Hieremiæ aut ab aliquo angelo. Demũque D.Grego. lib.4.dialog.c.40. & 55. narrat quasdam apparitiones animarum post mortem. Præterea hoc constat communi consensu fidelium in Ecclesia, in qua referuntur aliquæ Sanctorũ apparitiones, sicut refertur apparuisse S. Stephani ad Dulcianum, sanctæ Agneti, & sanctæ Agathæ, quamvis incertum sit an istæ apparitiones factæ sint ministerio angelo-

gelorum: imo vero tenendum est, quòd frequenter & communiter fiunt ministerio angelorum ex diuina dispositione. Cuius rei inter alia habemus exempla in Christo, de quo historiæ Ecclesiasticæ narrant, quòd pluries apparuit sanctis, & illis allocutus est. Dicitur enim quòd D. Petr. iam moriturus vidit Christum venientem ad se. Similiter etiã legitur quod visus sit aliis sanctis virginibus, omnes autem istę apparitiones factę sunt ministerio sanctorum angelorũ, non autem in propria persona Christi. Docet enim Victorinus lib.3. contra Arrium, quòd Christus Dominus, post quam semel ascendit in cœlum, à nullo homine visus est in propria persona, nisi tantùm à D.Paulo. Et D.Tho. in 3.par.q. 57.ar.6.ad 3. expresè docet, ꝙ Christus, postquam ascendit in cœlum, ex speciali priuilegio apparuit Paulo in propria persona, quoniam sic expediebat ad confirmandam fidem resurrectionis. In quo sensu debet intelligi id, quod dicit Paul. 1.ad Corin.15. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est mihi. Verum est tamen, ꝙ Lutherani irrident has apparitiones Sanctorum in Eccle. sed ipsi potius sunt à nobis irridendi, quoniam id faciunt ad extirpandã venerationem sanctorum, aduersus quos agit de hac re Io. Arboreus lib.11.c.20. ¶Secunda conclusio. Probabile est non fuisse veram animã Samuelis illã, quæ apparuit Sauli, sed angelũ, aut dæmonem. Ista conclusio probari potest. Primo ex locis sanctorum & doctorum, quos supra citauimus, quibus oportet addere alterũ locum D.Aug. li.2.de doctr. Christiana c.23. vbi expresse eam tenet, & inter alios autores ex recentioribus eam etiam tenet Io. Arbo. lib.17.c.45. Secundo probari põt rationibus, quas adduximus in j. sent. quæ illam reddunt satis probabilem: maximè vero qm̃ argumenta oppositæ sententiæ possunt facilè & apparenter dissolui. ¶Ad primum argu. respondetur quòd secundũ doctr. D.Aug. in locis sup. citatis & in li.12. super Gen. ad lit. c. 4. consuetudo est sacræ scripturæ sæpissimè ipsas imagines appellare nominibus earum rerum, quas repræsentant, & illas personas, quæ gerunt vicẽ aliarum, appellare etiam nominibus eisdem, v.g. Gen.32. Angelus, qui vice Dei locutus est ad Iacob vocatur Deus. Dicitur n. Si contra Deũ fortis fuisti, &c. Et Exo. 3. Angelus, qui vice Dei loquebat ad Moysem, dicit; Ego sum Deus Abraham. Ita & Gene.40. in illo somnio Pharaonis imagines illę, quæ repræsentabant septẽ spicas, & septem boues pingues, absolutè vocantur spicæ & boues, & sunt alia plura similia exempla in scriptura. Apud latinos etiã frequenter imago Christi, aut Petri, absolutè vocatur Christus aut Petrus. Eodẽ ergo modo imago illa Samuelis vel angelus aut dæmon ferens vicẽ illius, vocatur in illo loco nomine Samuelis. Quapropter illa Scriptura rectè explicatur in sensu metaphorico. Ad cõfirmationẽ respondetur eodẽ modo, ꝙ ille, qui gerebat vicem Samuelis, rectè potuit dicere à se prædictum esse id, quod antea prophetauerat ipse Samuel, qũ loquebatur agens personam ipsius Samuelis. ¶Ad secundũ argu. respondetur, ꝙ siue ille, qui apparuit, fuerit angelus aut dæmon, potuit prædicere futura contingentia, ex diuina reuelatione, & nunciare illa regi. Iam n. in superioribus sæpè dictũ est, ex D.Aug. & D. Tho. ꝙ dæmones quamvis virtute propria non possint cognoscere futura contingentia, tamen aliqũ diuina reuelatione illa cognoscunt, & prænunciãt, siue in bonum siue in malũ illorum, quibus prænunciant. ¶Ad tertium argum. respondetur, ꝙ in illo testimunio Eccles. 46. quamvis ille, qui dormiuit, fuerit verus Samuel, tñ ille, qui nunciauit regi, potuit esse angelus vel dæmon, qui gerit personam Samuelis. Itaq; Samuel nõ per seipsum sed per aliũ spiritũ nunciauit regi. Sicut 2.Macha. 15. Verus Onias fuit sacerdos, & defunctus est, non tñ per seipsum sed per angelũ apparuit Machab. Quapropter & si lib. Ecclesiast. cõputetur inter canonicas scripturas, optimè explicatur ille locꝰ, si dicamus angelũ apparuisse loco Samuelis, sicut dicimus apparuisse vice Onię. Et per hoc patet ad confirmationẽ. Quamvis n. illa sit ratio satis congrua, non tamen est præcipua rõ illius primę opinionis. Nam, vt modo diximus, & si lib. Eccles. computetur inter canonicas scripturas, nõ est necesse intellige re locũ illũ de vero Samuele, vt explicatũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. ¶Tertia conclusio. Nihilominus tamé probabilior & verior sententia est, ꝙ vera anima Samuelis apparuit Sauli & non angelus aut dæmon. Ista conclusio probatur primo argumentis secundæ sententiæ, & autoritate illorum doctorum, qui eam tenent tanquam magis consonã cũ Scriptura. Præterea. Quoniam D.Tho. in hac solutione ad secundum, potius videtur eam eligere, si liber ecclesiasticus recenseatur inter canonicas scripturas. Tertiò denique. Qm̃ argumenta prioris sententiæ multò facilius & probabilius soluuntur. ¶Ad primum argu. respondetur primo, ꝙ D.Aug. locis supra citatis nullum reputat inconueniens, ꝙ anima Samuelis à dæmone sit excitata & adducta, vt nunciaret regi mala futura. Quemadmodum nos nullum reputamus inconueniens, quòd sicut habetur Matth. 4. Christus Dominus assumptus sit à dæmone in sanctam ciuitatem, & etiam in montem excelsum. Id n. fiebat permissione diuina: solent autem dæmones administri esse, quibus mediantibus Deus exercet aliqua, ad implẽdam suã dispositionẽ. Secundo respondetur, ꝙ mulier Phytonissa non suscitauit animam Samuelis suis incantationibus, sed potius illa venit ex voluntate & dispositione Dei, vt nunciaret regi futura mala ipso Deo præueniente incãtationes illas. Quemadmodum constat. 4. lib. Reg. c. 1. ꝙ quando Rex Ocozias misit nuntios ad consulendum Deum Acaron, Deus præuenit illos, & occurrit eis Helias Propheta, qui ex nomine ipsius Dei nunciauit regi futuram mortem. ¶Ad secundum argu. quo maximè conuictus est in illam sententiam Rupert lib. 2. super li. Reg. c. 17. respondetur, quòd Samuel non dixit Regi, Cras mecum eris in sinu Abrahæ, sicut Christus dixit latroni; Hodie mecum eris in Paradiso Lucæ 23. sed absolutè dixit; Cras mecum eris. Quasi dixerit. Cras morieris: considerabat enim seipsum non tanquam existentem in sinu Abrahæ, sed tanquam defunctũ ex hac vita. Et in hoc sensu intelligebat, quòd Saul cras esset futurus secum, quanuis non esset futurus in eodem loco. ¶Ad tertium respondetur, ꝙ secundum doctrinam Diui Thomæ in 2. 2. quæstione 84. articulo 1. ad primum, adorare in scriptura non semper accipitur pro cultu latriæ, qui soli Deo exhiberi debet. In quo sensu dictũ est à Christo Matt. 4. Dominum Deum tuũ adorabis, sed plures accipitur pro eo quòd est exhibere reuerentiam aliis hominibus, sicut Gen. 33. dicitur, quòd Iacob adorauit Esau fratrem suum, & 1. Regũ 24. Dauid adorauit Saul Regem, & 3. Reg. 1. Natan Propheta adorauit Regem Dauid, eodem igitur modo & genere adorationis consentit Samuel se adorari à Rege Saul, non autem illa adoratione, quæ soli Deo debetur.

DE PRIMA HOMINIS productione quantum ad animam.

DEINDE considerandum de prima hominis productione.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrùm anima sit facta vel sit de substantia Dei.

Gen. 2. Iob. 33. Sap. 15. Propu. 95. de Trin.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit facta: sed sit de substantia Dei. Dicitur n. Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem. Sed ille qui spirat, aliquid à se emittit. Ergo anima qua homo viuit, est aliquid de substantia Dei.

¶ 2 Præterea. Sicut supra habitum est, alia est forma simplex. Sed forma est actus. Ergo anima est actus purus. Quod est solius Dei. Ergo anima est de substantia Dei.

¶ 3 Præterea. Quæcunque sunt, & nullo modo differunt: sunt idẽ. Sed Deus & mens sunt, & nullo modo differunt, quia oportet ꝙ aliquibus differentijs differrent, & sic essent composita. Ergo Deus & mens humana idem sunt.

Ca. 4. & habetur liber Hier. 7.

SED contra est, quod Augu. in lib. de orig. anima enumerat quædam, quæ dicit esse multum aperteq; peruersa, & fidei catholicæ aduersa. Inter quæ primum est, quòd quidam dixerunt, Deum animam non de nihilo, sed de seipso fecisse.

RESPONDEO dicendum, quòd dicere animam esse de substantia Dei, manifestam improbabilitatem continet. Vt enim ex dictis patet, anima humana est quandoque intelligens in potentia, & scientiã quodammodo à rebus acquirit, et habet diuersas potentias. Quæ omnia aliena sunt à Dei natura: qui est actus purus et nihil ab alio accipiens, & nullã in se diuersitatẽ habens, vt sup. probatũ est. Sed hic error principiũ habuisse videtur ex duabus positionibus antiquorum. Primi. n. qui naturas rerũ consi-

Qu. 84. art. 6. & 7. & 9. 77.

Q. 3. ar. 7. & qu. 4. art. 1. & q. 12. art. 1.

derare inceperunt, imaginationem transcendere non valentes, nihil præter corpora esse posuerũt. Et ideo Deum dicebant esse quoddam corpus quod aliorum corporum iudicabant esse principium. Et quia animam ponebant esse de natura illius corporis, quod dicebant esse principium, vt dicitur in primo de anima: * per consequens sequebatur, ꝙ anima esset de substantia Dei. Iuxta quam positionem etiam Manichæi Deum esse quandam lucem corpoream existimantes, quandam partem illius lucis animam esse posuerunt corpori alligatam. Secundo vero processum fuit ad hoc, quòd aliqui aliquid incorporeum esse apprehenderunt: non tamen à corpore separatum, sed corporis formam. Vnde & Varro dixit, quòd Deus est anima mundum intuitu vel motu & ratione gubernans: vt August. narrat. 7. de ciui. Dei. * Sic igitur illius totalis animæ partem aliqui posuerunt animam hominis, sicut homo est pars totius mundi: non valentes intellectu pertingere ad distinguendas spiritualium substantiarum gradus, nisi secundum distinctiones corporum. Hæc autem omnia sunt impossibilia, vt suprà probatum est. * Vnde manifestè falsum est, animam esse de substantia Dei.

Lib. 1. text. 20. & sequ. to. 2.

Li. 7. de ciu. Dei c. 6. t. 5.

Q. 3. ar. 1. & 8.

AD primum ergo dicendum, quòd inspirare non est accipiendum corporaliter. Sed idem est Deum inspirare quod spiritum facere. Quanuis & homo corporaliter spirans non emittat aliquid de sua substantia, sed de natura extranea.

AD secundum dicendum, quòd anima etsi sit forma simplex secundum suam essentiam non tamen est suum esse, sed est ens per participationem: vt ex supradictis patet. * Et ideo non est actus purus sicut Deus.

Qu. 75. art. 5. ad 4.

AD tertium dicendum, ꝙ differens proprie acceptum aliquo differt. Vnde ibi quæritur differentia, vbi est conuenientia. Et propter hoc oportet differentia esse composita

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodammodo, cùm in aliquo differant & in aliquo conueniant. Sed secundum hoc licèt omne differens sit diuersum, non tamen omne diuersum est differens: vt dicitur in 10.
Lib. 10. Metap. tex. 24. & 25. t. 3. *Metaph.* Nam simplicia diuersa sunt seipsis: non autem differunt aliquibus differentiis ex quibus componantur. Sicut homo & asinus differũt rationali & irrationali differentia: de quibus non est dicere, quòd vlterius aliys differentijs differant.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

DVbitatur in hoc arti. Qua certitudine tenenda sit conclusio D.Th. Et videtur ꝙ non sit de fide. Primo ex illo Genes. 2. formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Hoc spiraculum fuit anima, ergo inspirauit animam, ergo anima est spiritus, vel flatus Dei, sed spiritus Dei non est nisi de Deo, ergo. Probatur cõsequentia. Quia ille qui spirat, aliquid de se emittit, ergo anima quæ spirata est à Deo, est substantia ipsius Dei. Confirmatur. Nam Io. 20. dicitur. Insufflauit in eos Dominus. Accipite Spiritum sanctum, &c. Nihil autẽ aliud est spiritus quem insufflauit, nisi spiritus procedens de substantia Patris & Filij. Vnde dicit ibi glo. Augus. quòd in hoc ostendit ex se procedere Spiritum sanctum, ergo si Deus inspirauit, siue (vt Augu. lib. 7. de Gen. ad lit. cap. 1. legit) insufflauit in faciem hominis spiraculum vitæ, i. animam rationalem, ipsa anima siue ille flatus quẽ inspirauit, in faciem hominis, fuit de substantia Dei. ¶ Arguitur. Secundo. Nam Eccle. vlt. dicitur. Donec reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, ergo sicut homo quantum ad carnem est de terra & in terram redit, ita quantum ad spiritum redit ad Dei substantiam qui dedit illam. Cõfirmatur ex illis verbis. Actorum 17. vbi cum dixisset Paulus, ꝙ Deus dat omnibus vitã & inspirationem, & ꝙ in ipso mouemur & viuimus, & sumus, subdit: Sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt. Ipsius. n. & genus sumus, ergo si secundũ animã sumus genus Dei, illa est de substantia Dei. ¶ Arguitur tertiò. Nam omnes creaturæ & sunt, & sunt bonæ per participationẽ diuinæ essentiæ, vt ait D. Diony. c. 4. de diuinis nominib. & cõmuniter docent Theologi, ergo multò magis id cõueniet animæ rationali, ac per consequẽs ipsa erit de substantia Dei.

PRo decisione huius dubij notandũ est, ꝙ hunc errorem quem D.Tho. hic dãnat sequuti fuerunt olim Pythagorici, vt refert Cice lib. 2. de nat. Deor. quos ipse redarguit hoc argumento. Quoniam sequeretur ex illorum sententia, quòd Deus aliquando tristaretur, & esset miser, quandoquidem ista cõueniunt animæ, quæ est de illius substantia, consequens est absurdũ, & nefas, ergo. Eundẽ errorem tribuit philosophis stoicis D. Epiphanius lib. 1. aduersus hæres. cap. 5. & D. Hierony. in epistola ad Marcellinum, quæ inter episto. Hiero. est 82. & inter epistolas Augu. est 27. Quẽ errorem posteà sequutos esse Manichæos docet August. lib. de hæres. capi. 46. & in 3. lib. retrac. c. 15. & eundem errorem tribuit Gnosticis in eodem lib. de hæres. capi. 6. & Priscillianistis. c. 79. & in lib. de mendatio ad Consentium. ca. 4. Posteà vero surrexit in Ecclesia impium dogma Almarici, ipsum Deum esse essentiam omnium creaturarum, qui error damnatus est à conci. Lateranensi, sub Inno. 3. quod refertur in capite Damnamus de sum. Trin. &c. Aduersus quos errores disputat copiosè D. Aug. in epist. 28. ad D. Hieronymum & in epi. 157. ad Optatum, & lib. 7. super Genes. ad literam à ca. 1. & deinceps. Vide etiam Alfonsum de Castro li. 2. aduersus hæres. verbo. Anima hæres. 4. Et Ioan. Arboræum li. 1. Theosophiæ. c. 8. Illud autem aduertendum est, ꝙ cum Castro recensuerit vniuersos, qui istam hæresim tenent, non recensuit Lactantium, qui in 2. li. diuin. instit. c. 13. videtur esse eiusdem erroris. Dicit. n. ꝙ spirauit Deus homini animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis. Propter quæ verba iste error computatur inter errores Lactantij, & Ioannes Lodouicus Viues in Annota. super Di. August. libro 13. de ciuita. capi. 24. in fine, propter eadem verba

verba tribuit istum errorem Lactantio; quanuis profecto) si auctorem catholicũ & de religione Christiana benemeritum piè interprætari velimus) ex illius verbis non ita apertè colligitur. Præcipuè cum in libro de opificio Dei. c. 19. videatur Lactantius rectè & catholicè loqui de origine & productione animæ rationalis.

SIt conclusio contra prædictos errores. Hæreticum & sacrilegum dogma est, asserere animam esse de substãtia Dei, aut partem substantiæ eius. Hanc conclusionẽ expressis & disertis verbis tenet Di. Aug. lib. 7. de Genesi ad literam ca. 1. vbi sic inquit: Animæ naturam vel in deterius cõmutari posse quis ambigit? Ac per hoc sacrilega opinio est eam & Deum credere vnius esse substantiæ. Quid enim hoc modo aliud quàm & ille commutabilis creditur? Credendum itaque est & intelligendum, neque vllo modo dubitãdum, quòd recta fides habet, animam sic esse à Deo tanquam rem quam fecerit, non tanquam de natura cuius est ipse, siue genuerit, siue quoquo modo protulerit. Eandem conclusionem tenet in locis sup. citatis, & in omnibus aliis in quibus de hac re loquitur. Et est definitio expressa Ecclesiæ apud Leonem I. in epistola 91. vel secundùm alios Codices 93. ad Astoricensem Episcopum capi. 5. & in Concilio primo Bracharensi capi. 5. & in Concilio Toletano primo in confessione fidei. Vbi sic dicitur: Si quis dixerit animam humanam Dei portionẽ esse, vel Dei substantiam anathema sit. Quare non opus est vt in ea corroboranda plures rationes adducamus, cum res tã aperta sit, & facilè omnes isti errores confutari possint ex supradictis quæstio. 45. & 46. In quibus ostensum est secundum fidem vniuersa esse creata à Deo, & in tempore Di. Thom. etiam in 2. contra gen. capi. 85. adhibet plures egregias rationes pro hac veritate Catholica & contra istos errores vide etiam quæ diximus sup. quæst. 3. articulo 8.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum argumẽtum respondetur, quòd propter illum locum præcipuè mouebantur Hereſiarchæ citati ad asserendum animam esse de substantia Dei. Cæterum Di. August. lib. 7. de Genes. ad literam vbi suprà, duplicem explicationem ei adhibet, & vtramque D. Tho. breuissimè in solutione ad primum complexus est. Prima solutio est, quòd ex illo loco potius oppositum huius hæresis sequitur. Vt enim verbis Di. Augustin. vtar, cum homo sufflat, anima vtique ipsa subiacentem sibi naturam corporis mouet, & de illa non de seipsa flatum facit. Secunda solutio est, quòd ibi inspirare spiraculum vitæ, siue flatũ facere, siue insufflare, nihil aliud est, quàm animam ex nihilo producere. Nomine enim flatus in Scriptura, sæpè anima accipitur. Vnde Esa. 57. dicitur. Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Vbi legit Di. Augusti. Spiritus enim à me procedet, & flatum omnem ego feci. Vbi nomine flatus dicit intelligi animam. Quod & ex ipso contextu probat. Sequitur enim. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum. Quid ergo dicit flatum nisi animam, quæ propter peccatum percussa & contristata est? Quid igitur est, omnem flatum ego feci, nisi omnem animam ego feci? Hæc Diuus Augustinus. Quem locum licet multi Sanctorum non de animæ rationalis productione, sed de missione Spiritus sancti intelligant, alij tamen viri piissimi & doctissimi præter D. Augusti. de spiritu creato rationali, quem Deus creando infundit & inspirat, intelligunt, iuxta illud Zachar. 12. Hæc dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. & Iob 33. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me. Sensus ergo prophetæ est, quòd cum Dominus dixit, se velle misereri peccatis populi sui, vt credibile fiat, subdit, quia spiritus à me procedet, & flatum omnem ego feci hoc est, cum anima opus manuũ mearum sit, noli mirari si paratus sum ei misericordiã & indulgentiam impendere, quãtumcunq; eius peccata & scelera sint grauia, quę me ad iracundiã prouocabãt. Eodẽ modo explicat hunc locũ ipse D. Augu. Ps. 103. in illa verba. Qui ponis nubẽ ascensum tuum, qui ambulas super pennas ven

Universidad de Deusto
Biblioteca

torum, vbi nomine ventorũ animas intelligit, ita vt sit sensus, qui ambulas super pennas ventorum, i. super virtutes animatum. Hæc nunc satis sint de intelligentia illius loci Gene. 2. Nam inferius plura dicemus super q. 91. art. 4. ad 3. Ad confirmat. Respõdetur, q̃ in loco Ioan. 20. insufflatio illa nullo modo põt accipi nisi pro donatione Spiritus sancti, vt patet ex ipso contextu literæ, & explicatione omniũ sanctorũ. Secus vero est in illo loco Gen. 2. vt patet ex dictis. Quare dispar est vtriusq; loci rõ. At vero (vt oportet, aduertit D. Aug. li. 10. de Gen. ad lit. c. 5. neq; etiam flatus ille ex corpore Domini substantia erat Spiritus sancti quando sufflauit, & ait, Accipite Spiritum sanctum, sed vtique significatum est, sic ee ab ipso procedere Spiritum sanctum qũo ab eius corpore flatus ille, processit. ¶ Ad secundum argu. respondetur, q̃ nihil minus colligitur ex illo loco, quã q̃ anima sit de essentia & substantia Dei, sed tãtum ibi significatur, quòd anima datur à Deo, quia ab ipso creat, vt amplius explicabitur in sequenti artic. Ad confirmat. facilè posset respõderi aut secundum expositionem Caietani in illo loco, q̃ dicimur esse genus Dei, propterea q̃ ab ipso accipimus vitam & inspirationem, aut secundum intelligẽtiam D. Chrys. homi. 38. vbi dicit nos vocari genus Dei, hoc est, familiares & proximos, & quasi proximè habitantes & vicinos. *Pamagnadeus de Dios.* Refert. n. hunc locum ad illud quod proximè præcesserat. Cum nõ longè sit ab vnoquoq; nostrum. Alij vero existimant & nõ incongruè D. Paulum loquutum fuisse in altiori sensu, q̃ anima intellectiua per gratiam, & charitatem participat diuinam naturam & genus Dei, secundum illud 2. Pe. 1. Vt per hoc efficiamini consortes diuinæ naturæ. Quam intelligentiam habet in illo loco glossa interlinearis, & D. Grego. li. 20. mor. c. 17. sed potissima solutio est, quã adhibet D. Tho. q. 1. de veri. ar. 4. ad vlti. & in 2. sen. di. 17. q. 1. ar. 1. ad secundum q̃ dicimur genus Dei secundum animam, propterea, q̃ ab ipso Deo participamus animam incorpoream, & intellectiuam, sicut ipse Deus est etiam incorporeus & intellectiuus. Accipit autem genus largo modo secundum quòd omnia incorporalia vel intellectualia dicuntur esse eiusdem generis. Quomodo Aristo. sæpè solet dicere, q̃ omnia materialia sunt eiusdem generis, i. conueniunt in materia quæ est eiusdẽ rationis. Hanc solutionem sequitur Lyran. & Gabriel. in illa d. 17. q. vnica ar. 1. & subdit, quòd in eo loco genus non accipitur propriè, sed secundum quandam analogiam, quæ reperitur inter Deum & creaturas. Sed Michael de Palacios in illa dis. 17. disputatione 1. in fi. ridet istud genus analogicum, & istam explicationem. Et quamuis nullum nominet auctorem, tamẽ non solum ridet Gabrielem, sed etiam tacitè D. Th. cuius est illa explicatio. Modestius tamen & securius egisset, si non risisset, nè forte quis illi obiiciat id quod est apud D. Aug. lib. 1. contra Academicos cap. 5. Nihil est fœdius risu irrisione dignissimo.

¶ Ad tertium respondetur, quòd creaturæ non dicuntur diuinã entitatem, aut bonitatem participare, quasi partem essentiæ suæ habeant, sed quia similitudine diuinæ bonitatis pér quandam analogiam in suo esse constituuntur, secundum quam non perfectè imitantur diuinam naturam sed ex parte. solutio est D. Tho. in 2. vbi supra ad 6. argum. de quo vide eundem D. Tho. sup. q. 6. artic. 4.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm anima sit producta in esse per creationem.

AD SECVNDVM *sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit producta in esse per creationem. Quod n. in se habet aliquid materiale, sit ex materia. Sed anima habet in se aliquid materiale, cùm non sit actus purus. Ergo anima est facta ex materia. Non ergo est creata.*

¶ 2 *Præterea. Omnis actus materia alicuius videtur educi de potẽtia materiæ. Cùm ergo materia sit in potentia ad actum, actus quilibet præexistit in materia in potentia. Sed anima est actus materiæ corporalis, vt ex eius diffinitione appatet. Ergo anima educitur de potentia materiæ.*

¶ 3 *Præterea. Anima est forma quædã. Si igitur anima fit per creationem, pari ratione omnes*

omnes aliæ formæ. Et sic nulla forma exibit in esse per generationem. Quod est inconueniens.

SED contra est, quod dicitur Genes. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem suã. Est autem homo ad imaginem Dei secundũ animã. Ergo aĩa exiuit in esse per creationẽ.

RESPONDEO dicendum, quòd anima rationalis non potest fieri nisi per creationem: quod non est verum de aliis formis. Cuius ratio est, quia cùm fieri sit via ad esse, hoc modo alicui competit fieri sicut ei competit esse. Illud autem propriè dicitur esse, q̃ ipsum habet esse quasi in suo esse subsistens. Vnde sola substantiæ propriè & verè dicuntur entia, accidens vero non habet esse, sed eo aliquid est: & hac ratione ens dicitur. Sicut albedo dicitur ens, quia ea aliquid est album. Et propter hoc dicitur in 7. Metaphysic. quod accidens dicitur magis entis q̃ ens. Et eadẽ ratio est de omnibus aliis formis non subsistentibus. Et ideo nulli formæ nõ subsistenti propriè conuenit fieri, sed dicuntur fieri per hoc q̃ composita subsistẽtia fiũt. *Anima aũt rationalis est forma subsistens, vt supra habitum est. Vnde sibi propriè cõpetit esse & fieri. Et quia non potest fieri ex materia præiacente, neq; corporali, quia sic esset naturæ corporeæ: neq; spirituali, q̃a sic substantiæ spirituales inuicem transmutarentur, necesse est dicere quòd nõ fiat nisi per creationem.*

AD primum ergo dicendum, quod in anima est sicut materiale ipsa simplex essentia, formale autẽ in ipsa esse participatum, quod quidem ex necessitate simul est cum essentia animæ: quia esse per se consequitur ad formam. Et eadem ratio esset si poneretur cõpositum ex quadam materia spirituali, vt quidam dicunt, quia illa materia non est in potentia ad aliam formam, sicut nec materia ꝓximi corporis. Alioquin anima esset corruptibilis. Vnde nullo modo anima potest fieri ex materia præiacente.

AD secundum dicendum, quòd actum ex trahi de potentia materiæ, nihil aliud est quã aliquid fieri actu q̃d prius erat in potẽtia. Sed quia anima rationalis nõ habet esse suum dependens à materia corporali, sed habet esse subsistens, & excedit capacitatẽ materia corporalis, vt supra dictũ est. Propterea non educitur de potentia materiæ.

AD tertium dicendum, quòd non est simile de anima rationali & de aliis formis, vt dictum est. In corp. artic.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

DVbium graue & difficile est in hoc articulo. An secundum fidem tenendum sit, quòd anima rationalis producitur à solo Deo per creationem ex nihilo?

¶ Arguitur primo pro parte negatiua ex illo Genes. 46. Istæ sunt animæ quæ ingressæ sunt Ægyptum & egressæ sunt de fœmore Iacob, &c. Similia verba habẽtur Leuitic. 2. ergo per generationem productæ sunt. Patet consequentia: nam ex fœmore egredi anima non potest, nisi per generationem. Hoc argumento vtitur Diu. Augu. epistola 157. ¶ Secundo arguitur ex eo quod habetur ad Hebr. 7. quod Leui decimatus est in lumbis Abrahæ, Christus autem non est decimatus. Hoc autẽ intelligi non potest secundum corpus: nã vt constat ex Psalm. 121. & Actorum 2. Christus etiam secundum corpus fuit in lumbis Abrahæ, & Dauid, ergo debet intelligi secundùm animam, & ex consequẽti anima Christi non est producta per seminalem generationem; animæ vero aliorum hominum productæ sunt per generationem. Hoc argumento vsus est. D. Aug. lib. 10. super Gene. ad lit. c. 19. & 20. ¶ Tertio arguitur. Nam si anima rationalis producitur à solo Deo per creationem, tunc insurgit maxima difficultas, quo pacto anima paruuli inconceptione contrahit peccatum originale, cùm non fiat ex masa peccatrice? At vero certum est secundũ fidem catholicam, quod anima rationalis ex vnione ad corpus in ipsa conceptione contrahit tale peccatum originis, ergo potius dicendũ est, quòd producitur per generationem, vt sic veritas catholicæ fidei de transfusione peccati originalis facile cõstare possit. Quod argumentum ita difficile putat D. Aug. in epist. 157. ad Optatum, vt ingenuè fateat se nescire illius solutionem. Eodem argumento vtitur, & ipsum amplificat lib. 10. de Gene. c. 11.

¶ Quarto

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quarto arguitur. Genes. 2. habetur, quòd die septimo requieuit Deus ab omni opere quòd patrarat, ergo nihil producitur deinceps à solo Deo per creationem, & ex consequenti anima rationalis producitur per generationem. Confirmatur ex illis verbis Ecclesiast. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, ergo post illã generalem omnium rerum creationem factam in principio, nihil aliud creatur à Deo, sed omnia in suis seminalibus rationibus sunt iam tunc producta, alias, enim non omnia simul creasset Deus. Hoc argumento vtitur D. Augustin. eodem lib. c. 8.

¶ Arguitur sexto. Nam ex opposita sententia sequeretur quòd Deus quando creat animas, cooperaretur generationibus fornicarijs, & adulterinis; consequens aũt est impium: quoniam vt ait Chrys. homil. 42. imperfecti. Nescit miseratio Dei patrocinium dare criminibus, ergo. Sequela autem probatur. Quoniam si Deus creat animas, ipse producit id quod præcipuum est in illa generatione. Hoc argumentum versat D. Hieronymus in epist. 61. & in lib. 3. Apologiæ contra Russinum c. 8.

¶ Hæc sunt argumenta, quibus antiqui sancti Patres Ecclesiæ ita existimabant hanc quæstionem esse difficilem, vt de illa dixerit D. Greg. lib. 7. epistolarum, epist. 53. ad Secundinum. Quæstio de origine animæ inter sanctos Patres non parua versata est, sed vtrum ipsa ab Adam descendat, an certè singulis detur, incertum remã sit, eamque in hac vita insolubilem fassi sunt esse quæstionem. Grauis enim est quæstio, nec valet ab hominem comprehendi. Quia si de Adam substantia anima cum carne nascitur; cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non nascitur: cur in ea carne quæ de Adam prolata est, obligata peccatis tenetur? Deinde D. Aug. vbicunque de hac re loquutus est, semper videtur dubius, vt est: videre in epistola 7. ad Marcellinum & in epistola. 28. ad Hieron. & in epist. 99. ad Euodium & in epistola. 157. ad Optatum, & in alijs pluribus locis: maximè vero super Genes. ad liter. lib. 7. per totum & lib. 10. vbi per 26. capita tractat hãc quæstionem. De qua etiam fuit dubius Russinus, sicut refert D. Hieron. lib. 2. cont. Ruffin. D. etiam Cyprianus in prologo ante sermonẽ de Natiuitate Christi dubius est de hac re. Denique ista quæstio dubia fuit apud magnã partem Orientalium, vt refert D. Hiero. in epist. 61. ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani. Cæterum argumenta proposita quæ patres antiquos ita vexabant petita sunt ex sacra Scriptura, & ex fidei, & Theologiæ principijs.

¶ At vt tam grauis quæstio omnibus numeris absoluta maneat, non abs re erit si aliqua etiam argumenta ex Philosophia deducta hic etiam adducamus.

¶ Arguitur septimo. Inter omnes formas corpora perficientes, anima humana est perfectissima, ergo operatio formę imperfectiores ei neganda non est. At animę irrationalium habent virtutem generandi sibi simile, ergo multo magis id conuenit animæ rationali. Cõfirmatur. Maior est cõ nementia hominis ad hominem, quam bruti ad brutum, & perfectior est vis generatiua in homine, quam in bruto, ergo si brutum producit brutum, & quantum ad corpus ministrando materiam, & quantum ad formam educendo ipsam de potẽtia materię, etiam hoc homini conuenier.

¶ Arguitur octauo. Homo generans hominem habet sufficiens principium, & simile animæ rationali producendę, ergo attingit generando hominem ipsius productionem. Antecedens probatur. Nã homo generans

generans hominem habet animam rationalem; quæ est eiusdem speciei cum anima producenda. Consequentia probatur. Nam ideo equus generãs equum, & ignis producens ignem attingunt productionẽ formę equi & ignis, quia habent principia similia illis & eiusdem speciei.

¶ Arguitur nono. Illud tantum creatur, quod nullo præsuppositio subiecto producitur, at anima rationalis non producitur nullo præsuppositio subiecto, ergo nõ creatur. Consequentia est euidens, & antecedens patet ex diffinitione creationis. Minor autem probatur. Producitur in materia ipsa in suo genere concurrente, suscipit enim in se subiectiuè animam rationalem quod est materiam concurrere in suo genere causandi: etenim genus causandi materiæ est esse subiectum formæ, ergo.

¶ Arguitur decimo & confirmatur præcedens argumentum. Ex vi productionis, qua Deus producit animam rationalem, non potest illam producere nisi in materia, ergo non creatur anima rationalis. Cõsequentia patet ex præcedenti argumento. Antecedens autem probatur. Nam esset maximum miraculum, si ex vi illius modi productionis, qua Deus concurrit cum homine generante, anima rationalis produceretur extra materiam, ergo. Confirmatur. Nam Deus cum miraculo posset etiã animam equi producere extra materiam, & nihilominus ipsa generaretur, quia ex natura sua dependet in sui productione à materia, ergo si anima rationalis non potest produci etiam per actionem Dei sine miraculo extra materiam, dependent in sui productione à materia, ac per consequens non creatur. Alia argumeta pro hac parte fieri poterant, vt probaremus semen hominis in virtute animæ rationalis attingere productione ipsius, ac ex consequenti ipsam non creari, sed generari. Cæterum propriùs locus corũ est infra q. 118. artic. 2. plura tamen argumenta & optima habes apud D. Tho. in 2. d. 18. q. 2. art 1. & 2.

IN huius dubij solutione sciendum est, quòd vt refert D. August. in lib. de vtilit. credendi cap. 4. fuit quidam Lucretius, qui asserebat, quod anima rationalis producitur ex athomis, & inathomos resoluitur post mortem. Sed iste error adeo est cõtra lumen naturæ vt indignus sit aliqua confutatione: maximè vero cùm iam q. 75. art. 6. probatum sit, quòd anima rationalis secundum fidem, & secundùm lumen naturæ est immortalis, & manet subsistens post mortem. Tertullianus autem, vt est autor D. Augusti. in illa epistol. 157. & in lib. de hæresib. c. 86. & lib. 10. de Gen. ad lit. c. 25. asserebat, quòd anima rationalis producitur per generationem ex traductione, non autem per creatione ex nihilo. Et eundem errorem tribuit Luciferianis idem Aug. lib. eod. de hæres. c. 87. Nihilominus tamen contra has hæreses, sequẽtes conclusiones asseramus.

¶ Prima conclusio. Asserere, q̃ anima rationalis propagatur ex materia per generationem in hoc sensu, quòd pendeat etiam ab ipsa materia in esse & conseruari, est hæresis manifesta. Hac conclusionẽ docet D. Tho. infra q. 118. art. 2. Et probatur ratione. Secundum fidem catholicam anima rationalis est immortalis, & manet corrupto corpore, vt ostensum est in q. 75. art. 6. ergo secundum eandem fidem non propagatur ex materia in illo sensu. Probatur consequentia. Quoniam anima, quæ in illo sensu propagatur ex materia nõ potest manere destructo corpore.

¶ Secunda conclusio. Certissime tenendum est, quòd anima rationalis nõ fit per generationem sed per creationem ex nihilo. Hanc conclusionem tenẽt communiter omnes Sancti. In primis D. Clemens libro 8. de constit. Apostolicis. c. 16. docet ex mẽte Apostolorum, quòd in productione hominis corpus fit ex elementis, anima vero creatur à Deo ex nihilo. Diuus Hieronymus lib. 2. contra Russinum, & in 2. lib. contra Luciferianos expresse docet animã creari ex nihilo, & idẽ docet Diuus Chrysostomus homil. 13. super Genes. & D. Damascenus libro 2. de fide Orthod. cap. 12. Idem ex professo docet Gregorius Nissenus libro 2. suæ Philosophiæ capite 6. vbi disputat contra Apollinarium Episcopum qui asserebat animas fieri per generationẽ, D. Augustinus quamuis in diuersis locis ita citatis sit dubius de hac re tamen in libro de hæresi. cap. 81. & 86. refert contrariam

sententiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam tanquàm erroneam. Et lib. 7. super Genes. ad litteram per plura capita cõtendit probare elegantissimis rationibus animam ex nulla materia produci posse, & in lib. de Eccles. dog cap. 14. docet expresse animam esse à Deo per creationem, & infundi corpus, & in lib. de spiritu & anima (si tamen ille liber est D. Augustin.) cap. 41. id clarissimis verbis docet, & optimis rationibus probat. Præterea. Communis sententia omnium Doctorũ Scholasticorum in 2. distinct. 17. & 18. tenet animam creari à Deo, & D. Thom. in 2. cont. gent. à cap. 86. vsque ad 89. tractat diffuse & diffinit hanc eadem veritatem. Ista conclusio potest probari. Primo diuersis locis Scripturæ quæ adducunt D. Aug. & D. Hieronymus in locis modo citatis. In primis Genes. 2. Formauit Deus de terra hominem, & inspiraunt in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. In quo loco secundum veram interpretationem Sanctorum, quos adducemus quæstione sequenti artic. 4. ad tertium, sermo est de productione animæ rationalis ab ipso Deo. Præterea, Eccles. 12. Reuertatur puluis ad terram vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illũ. Præterea 2 Machabæorum. 7. dicitur. Neq; enim spiritum & animam donauit vobis, sed Deus. Item in Psalm. 32. dicitur. Qui finxit sigillatim corda eorum. Vbi nomine cordium sancti communiter intelliguntur ipsas animas. Et Zachariæ 12. dicitur. Qui finxit spiritum hominis in ipso. Secundo probatur conclusio. Quoniam illa est cõmunis sententia omnium sanctorũ, quos iam citauimus, est etiam omnium Doctorum scholasticorum. Præterea. Quoniam sicut refert Augustinus Eugubinus lib. 9. de perenni Philosophia per multa capita potissime cap. 12. & 30. plurima sunt antiquorum Philosophorum testimonia asserentium, animã rationalem creari à Deo, & cũ sit immortalis ad ipsum redire post mortem. Tertio probatur ratione. Quoniã si semel admittatur, animam rationalem fieri per generationem, facile posset suaderi illam esse corruptibilem, & mortalem. Nam secundum veram philosophiam, & doctrinam Aristotelis, omne quod est generabile est etiam & corruptibile, ergo certo tenendũ est eam non generari. Denique ratio D. Tho. in hoc articulo hanc conclusionem conuincit.

¶ Et miror quòd D. Augu. tam solicitè nitatur soluere loca Sacræ scripturæ adducta in 1. argu. Etenim ad primum locũ ex Genes. capite 20. respondet D. Augu. lib. 7. de Genes. ad litteram à principio vsque ad ca. 5. quòd ex illis verbis tantùm colligitur, Deum insufflando animam, quæ est spiraculum vitæ, primo homini à principio dedisse. Verum autem insufflauerit ex eo, quòd omnino non erat, id est, ex nihilo, an ex aliqua re, quæ iam ab illo facta spiritualiter erat, sed anima nondũ erat; illa verba apertè nõ indicant. Atq; ita per totum illum lib. 7. D. Augustin. diligentissimè inuestigat, vtrum anima sit producta ex nihilo: & tandem in fine libri concludit, se nescire huius rei veritatem. Quam solutionem vbicunque de hac re loquitur affigunat. Ad secundum locum ex Ecclesiasti. 12. Respondet D. Augustin. in epist. 157. & lib. 10. super Gene. ad litteram c. 9. quòd ex hoc loco conuincitur de anima primi hominis, quòd sit facta à Deo ex nihilo de animabus vero aliorum hominum dicit, non conuincere. Et adducit exemplum. Etenim tantùm primum corpus productum est ex terra, & tamen ratione illius omnia corpora dicunt esse è terra ita quia prima anima est producta à Deo, cæteræ ratione illius dicuntur esse à Deo. Ad tertium testimonium ex 2. Machab. 7. dicit D. Augustin. lib. de origine animæ capit. 14. Non conuincere, quoniam similiter dicimus, quòd Deus donauit nobis linguam, & manum, &c. Constat autem linguam & manum non fieri per creationem. Ad alia duo testimonia ex Psalm. 32. & Zacha. 12. dicit etiam vbi supra nõ conuincere. Nam similiter etiam dicitur de Deo in Psal. 93. Qui finxit oculum, &c. Constat autẽ oculum non fieri per creationem. Et in lib. 10. de Gen. c. 6. dicit, quòd si nomine cordium in illo Psal. 32. animas voluerimus intelligere, non obstat quominus dicere possimus animam nõ fieri ex nihilo. Siue enim Deus ex vna illa quam condidit in faciẽ primi hominis, ipse vtique singulas fingit, sicut

git, sicut etiam corporea: siue singulas fingat & mittat, id est, in eis ipsis quibus misceat, eas fingat; commodius tamen putat illum locum intelligi, non de creatione animę in esse naturali, sed in esse gratiæ, per quam animę nostrę ad imaginem Dei reformantur, iuxta illa Apostoli ad Ephes. 2. Gratia enim salui facti estis per fidẽ, & hoc non ex vobis, sed donũ Dei est, &c. Non enim per hãc gratiã fidei, corpora nostra creata; id est, facta possumus intelligere, sed sicut in Psal. 50. dictum est: Cor mundum crea in me Deus. Similiter explicat locum illum Zachar. 12. Sed quia nostris temporibus Scholasticorum opera & maxime D. Tho. magis explicata sunt quæ ad fidem Catholicam attinet, quam tempore D. Augustin. non obstantibus prædictis. ¶ Sit tertia conclusio. Existimo esse erroneum in fide asserere, quòd anima rationalis producatur per generationem. Probatur primo ex locis Sanctorũ, & doctorum communi consensu, quos iam citauimus, quibus oportet addere Magistrũ sententiarum in illa distinct. 18. capite vltimo vbi dicit, quòd Diuus Hieronymus cõdemnat vinculo anathematis ilios, qui dicunt animam rationalem produci per generationem. Secundo. Quoniam loca Sacræ scripturę citata in secunda conclusione non possunt commodè aliter explicari. Tertio. Quoniam, sicut cœpimus argumẽtari in secunda conclusione, per optimam consequentiam colligitur ex illa sententia animam rationalem esse corruptibilẽ & petire cum corpore, ergo illam asserere est erroneum. Probatur cõsequentia. Quoniam secundum veram Theologiam illa propositio ex qua per bonam consequentiam sequitur hæresis, est erronea in fide. v. gr. asserere, ꝙ Christus non est risibilis, est erroneum, quoniam ibi per bonam cõsequentiam sequitur, quòd Christus non sit homo, quod est hæresis. De quo vide quæ diximus supra q. 1. art. 2. dub. 2. ad 3. & latius in 2. 2. q. 11. ar. 2.

AD argumenta in principio facta respondetur. Ad primum argumentũ respondetur eum D. Tho. infra quæst. 118. art. 2. ad primum, quod illa verba sunt accipienda per Synecdochẽ, vt sumatur pars pro toto. De quo etiam supra diximus q. 75. articulo. 4. Hæc solutio est D. Gregorij lib. 5. moralium ca p. 9. & homil. 25. super Euangelia, est etiam expressa D. Augustin. in illa epistola 157. ad Optatum. Solet enim esse consuetudo Sacræ scripturæ accipere animas pro hominibus. Quemadmodum Genes. 12. dicitur quòd detulit Abraham omnes animas, quas fecerat in Aram. & c. 14. dixit rex Sodomorum ad Abraham, Da mihi animas, cætera tolle tibi: vbi lectio septuaginta interpretũ habet Da mihi homines. ¶ Ad secundum respondetur, quòd quantum ad animas attinet nulla earum fuit in lumbis Abrahæ, cum certũ sit illas nõ produci per generationem, in qua re nullum est discrimen inter animã Christi, & cæteras animas. Quantum vero attinet ad corpora est maximum discrimen, ꝙ corpus Christi fuit in lumbis Abrahę secundum corpulentam substantiam, non autem seminalem propagationem. Corpora vero Leui & aliorum, qui descẽdunt ab Abraham fuerunt in illo secundum seminalem propagationem, & propter hoc discrimen dicit Apostolus, quòd Leui decimatus est, Christus aũt nõ est decimatus. Hanc solutionem insinuat D. Aug. lib. 10. super Gen. ad lit. c. 20. Sed D. Th. illam explicat in 3. par. q. 32. art. 8. ¶ Ad tertium argumentum respondetur. Non esse præsentis loci explicare exactè quo pacto anima rationalis incurrat peccatũ originale per vnionem ad corpus, sed D. Tho. illud explicat in 1. 2. q. 83. ar. 1. in solutionib. ad tertium, quartum & quintum. Ex cuius doctrina colligitur, quod anima rationalis non incurrit peccatum originale ex ea parte qua creatur à Deo, sed ex illa parte qua vnitur corpori per seminalem propagationem, & efficitur pars naturæ humanę, quæ fuit in primo parente quando peccauit, & in illo vitiata est. Cæterum quo pacto hoc peccatum originale possit deriuari à carne in animam, & ab anima in carnem (quod vtrumque suo modo verum est) explicat egregie Fer. 3. con. Gen. c. 127.

¶ Ad quartum respondetur facile cum D. Tho. in illa q. 118. art. 3. ad 1. & 2. quòd Deus tunc dicitur requieuisse à creatione mundi, & omnium specierum quæ in ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

so sunt. Cęterum non dr requieuisse à crea A tione individuorũ, maxime vero animarũ. In quo sensu verificatur illud Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Quanuis istum locum aliter explicet Diuus August. in lib. 4. super Genes. ad liter. cap. 12. Ad confirmationem iam satis responsum est supra in tractatu de opere sex dierum, vbi adduximus varias explicationes illius loci, inter quas notanda est explicatio Ruperti lib. secundo super Genesim cap. 18. vbi exponit illum locum de B creatione rerum in ipso Verbo ab æterno, in quo simul sunt omnes creaturæ, antequã producantur in tempore. In cuius confirmationẽ adducit illud Genes. 2. Requieuit Deus ab omni opere, quod creauit, vt faceret, videlicet, quod creauit ab æterno in se ipso, vt faceret in tempore. Respondetur secundo ex D. Thom. in quæst. 3. de potentia artic. 10. ad 13. quòd animę, quę modo creantur, licet sint nouæ creaturæ secũ dum numerum, tamen sunt antiquæ secũ C dum speciem suam. Præcesserunt enim in operibus sex dierum in suo simili secũdum speciem, id est animabus primorum parentum.

¶ Ad quintum argumentum respondet D. Aug. in loco in argumento citato, ꝙ dicit Psalmista eorum spiritum, cum moriũtur, quia in eis erat & exijt ab eis, non autem quia eum homines ab hominibus acceperint. Dei autem dicit eũdem spiritum esse cum resurgunt, quia ab ipso ex nihilo D creatur, & ab ipso iterum in resurrectione redditur. Secundo respondet, quòd ille locus melius intelligitur de gratia Dei, qua interius renouamur, quàm de animarum in esse naturali productione. Omnium .n. superborum, secundum terrenum hominem viuentium, & de sua vanitate præsumentium, quodammodo aufertur spiritus proprius cum exuunt se veterem hominem, & infirmantur vt perficiantur expulsa superbia, dicentes Domino per humilem confessionem, memento quia puluis sumus: quibus dictum erat. Quid superbis terra & cinis? Per oculum quippe fidei conuentes Dei iustitiam, & nolentes constituere suam, semetipsos despiciunt, sicut Iob dicit, & distabescunt, & æstimãt se terram & cinerem, hoc enim est & in pulueremsuum conuertentur. Accepto autem spiritu Dei, dicunt, Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus, & sic innouatur facies terræ per noui testamenti gratiam numerositate Sanctorum.

¶ Ad sextum multa respondet D. Hieronym in illa epist. 61. c. 6. & in lib. 3. Apologiæ contra Rufinum c. 8. sed D. Thom. facilè respondet infra quæst. 118. artic. 2. ad quintum, quòd in generatione, quæ fit per adulterium, duo possunt considerari. Alterum est id quod est naturale in ipsa, vt est susceptio seminis, formatio prolis &cę. & ad hoc Deus concurrit, cum sit aliquod eus & bonum. Alterum est ipsa deordinatio, quæ reperitur in illa operatione contra rationem, & contra legẽ Dei, & ad hoc nullo pacto concurrit Deus. Sicut ipse D. Tho. statuit generalem doctrinam in 1. 2. quæst. 74. artic. 1. & 2. quòd in operatione peccati, Deus concurrit ad ipsum actũ positiuum, non autem concurrit ad deordinationem & deformitatem.

¶ Ad septimum negatur consequentia. Non enim est necesse omnẽ operationem naturæ imperfectioris conuenire naturæ perfectiori. Etenim angelus perfectior est quocunque viuente corporali, & tamen ei non conuenit operatio vegetatiua, aut sensitiua, neq; nutritur, nec generat sibi simile, nec sentit, cuius rõuẽ vide in D. Th. in art. sequenti. Neq; hoc arguit imperfectio nẽ in angelo, & anima rationali hominis, sed magis perfectionẽ, quia propter suam eminentiã & dignitatem non possunt produci à creatura sed à solo Deo. Ad confirmationem negatur ẽt consequentia. Ratio disparitatis est, quia licet vis generatiua in homine sit perfectior quam in omni alio animali irrationali, tamen quia anima hominis est spiritualis & intellectualis, non potest attingere eius productionem, licet bene attingat eius introductionem in materia, disponendo eam dispositionibus sibi E maxime conuenientibus.

¶ Ad octauum concesso antecedenti negatur consequentia'. Ad probationem dicitur, quod non solum propter hoc quòd equus & ignis habẽt principia similia formis producendis, illas producunt, sed etiã quia

quia tales formæ sunt ex natura sua gene- A rabiles. At vero anima rationalis ex sua ratione est ingenerabilis, atque licet homo generans habeat animam rationalẽ, quæ est similis animæ hominis generandi, non potest eius productionem attingere, quia repugnat id ex parte termini. Ad nonum respondetur, quod ut refert Caietanus in isto articulo, propter hoc argumentum Scotus in quarto, & alij recentiores putantes se distinctius cautiusque loqui, distinxerunt, quòd creatio potest dupliciter sumi. Vno modo pro factione rei nulla omnino materia supposita, & sic inquiunt, ꝙ sumitur propriè creatio. Alio modo pro factione rei in aliquo subiecto præiacente non tamen de cuius potentia educatur. Cęterum licet hæc distinctio nihil falsitatis includat, nihilominus tamen ipsa non est necessaria, & eam optime impugnat Caietanus. Etenim ad rationem creationis impertinens est, ꝙ aliqua forma producatur in materia, si illa materia nihil causalitatis habet supra talem formam: quia cũ dicitur creari, esse produci nullo præsupposito subiecto intelligendum est, non præsuppositio concurrente ad productionem. Ex quo patet ad argumentum. Concedi- B tur enim maior, ad modum explicatũ, & negatur minor. Ad cuius probationem dicitur, quod licet anima rationalis nõ producatur nisi in materia, non tamen illa cõcurrit ad eius productionem. Neque vero genus causandi materiæ est esse tantum D subiectum formæ, sed præter hoc requiritur, quòd materia habeat aliquam causalitatem, quod non contingit in anima rationali. ¶ Ad decimum argumentum negatur antecedens. Ad probationem conce- C do, quòd esset miraculum, si Deus produceret animam extra corpus, non quia educit eam ex potentia materiæ, sed quia dispositam materiam per agens naturale, necessarium est, ꝙ introducatur forma, siue illa adueniat ab extrinseco, siue educatur de E potentia materiæ. Ad confirmationem cõceditur, ꝙ ẽt posset Deus producere animã equi extra materiã, sed tunc esset maxima differentia inter illã animã, & rationalẽ, ꝙ in prima essent duo miracula. Alterũ, ꝙ produceretur extra materiã; alterum, quòd conseruaretur extra illam. At vero in secunda tantùm esset vnum miraculũ, s. productio extra materiam, producta tamen sine nouo miraculo subsisteret extra illam. Ex quo fit manifestum, quòd anima equi & aliorum animaliũ dependent in fieri & in conseruari à materia, secus verò anima rationalis. ¶ Circa secundam conclusionem esset disputanda quæstio, an anima rationalis educatur de potentia materiæ, & quomodo hæc duo possint stare simul, quòd anima rationalis nõ educatur de potentia materię, & quòd homo proprie generet hominem compositũ ex anima, & corpore? Sed istæ quæstiones iam sunt peruiæ, & faciles apud Philosophos. Eas satis explicat Magister Soto. 1. Physicor. quæst. 7. & Sonc. 8. Metaphysic. quæst. 14. Sed potissimum legendus est. Ferrar. 2. contra gentes cap. 68. & 89. Caiet. etiam in hoc articulo circa solutionem ad secundum, explicat breuiter, quid sit animam educi, uel non educi de potentia materiæ, & postea in quæstione. 118. articul. 2. ad quartum explicat optime, quo pacto homo proprie generet hominem, quanuis eius anima non educatur de potentia materiæ. De qua re etiam nos diximus aliqua supra quæst. 76. art. 1. & quæstio præcipua, quo modo anima rationalis non educatur de potentia materię, satis patet ex dictis dubio præcedenti.

ARTICVLVS III.

453

¶ Vtrùm anima rationalis sit producta à Deo immediatè.

Locis sup. arti. 2. notatis. c. 4. par. 1. aliquã tulũ ate finẽ. ca. 5. Eccle. Hiera. par. 1. titulo de sacerdotũ perfectio in princip.

AD TERTIVM sic procedi- tur. Videtur, quod anima rationalis non fit producta à Deo immediatè, sed mediantibus angelis. Maior enim ordo est in spiritualibus, quàm in corporalibus. Sed corpora inferiora producuntur per corpora superiora: ut, Dionys. dicit. 4. cap. de diui. no. Ergo inferiores spiritus qui sunt anima rationales, producuntur per spiritus superiores, qui sunt angeli.

¶ 2 *Præterea. Finis rerum respondet principio. Deus enim est principium & finis rerum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum. Ergo & exitus rerum à principio, re A *spendet reductioni rerum in finem. Sed insi-*
¶ li.2.de *ma reducuntur per prima, vt Dion.* dicit.*
ani.tex. *Ergo & infima procedunt in esse per prima,*
24.to.3. *scilicet animæ per angelos.*

¶ 3 *Præterea. Perfectum est quod potest sibi simile facere: vt dicitur in 4. Metaphy¶. Sed spirituales substantiæ sunt multo magis perfectę, quàm corporales. Cum ergo corpora faciant sibi similia secundum speciem, multo magis angeli poterũt facere aliquid infra, scilicet secundum speciem naturæ, scilicet animam rationalem.*

SED contra est, quod dicitur Genes 3. quod Deus ipse inspirauit in faciem hominis spiraculum vitę.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt quod angeli secundum quod operantur in virtute Dei, causant animas rationales. Sed hoc est omnino impossibile &
ar.præc. *à fide alienũ. Ostẽsum est,* q animæ rationalis non potest produci nisi per creationẽ. Solus autem Deus potest creare, quia solius primi agentis est agere nullo præsupposito, cum semper agens secundũ præsupponat aliquid*
Qu. 65. *à primo agẽte, vt supra habitum est.* Quod*
ar. 3. *autem agit aliquid ex aliquo præsuppositio, agit transmutando. Et ideo nullum aliud agens agit nisi transmutando, sed solus Deus agit creando. Et quia anima rationalis non potest produci per transmutationem alicuius materiæ, ideo non pot produci nisi à Deo immediatè. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam quod corpora causant vel sibi similia vel inferiora, & quòd superiora reducũt inferiora, totum hoc provenit per quandam transmutationem.*

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

CIrca hunc articulum aduerte, quòd E aliqui philosophi existimauerunt, q animarum productio sit mediante intelligentia, ita quod Deus produxit primam intelligentiam, & illa secundam, & sic deinceps, ac vltima tandem intelligentia producit animam rationalem. Hanc sententiam tenuit Auicen. lib. 4. Metaph. ca. 9. & aliqui alij philosophi, quos citauimus supra quæst. 45. art. 5. & præcipua horum ratio erat. Quia à causa inuariabili, & eodẽ modo se habente non possunt emanare diuersi effectus, vt iam ipse Aristotel concedit in 2. de generatione: sed Deus est omnino inuariabilis & eodem modo semper se habẽs, ergo ipse immediatè non potest producere nisi vnum effectum; diuersitas autem effectuũ ex diuersis causis oritur, ergo Deus immediate produxit primã intelligentiam ac mediante illa secundam, &c. Cæterum in hoc errore philosophorũ impugnando non est in præsenti immorãdum. Iam enim de eo egimus supra quæst. 45. & etiam in Commentarijs nostris super libros de generatione Arist. de quo & vide, M. Soto lib. 2. Physic. quæst. 4. Præter hunc errorem fuerunt etiam alij hæretico rum errores in hac parte. Nam (vt refert D. Augu. & impugnat lib. de hæres. c. 59.) Seleuciani asserebant non Deum, sed angelos esse creatores animarum. Et Epiphanius lib. 2. aduersus hæres. c. 28. dicit fuisse hæresim Cherinthianorum, q angeli sunt creatores omnium rerum, & postea ca. 39. affirmat eandem fuisse hæresim Sethianorum. Sed contra omnes istos errores conuincit ratio D. Thom. in hoc articulo & ea quæ diffusius habita sunt vbi supra q. 45. articulo 5. vbi ostensum est, quòd de facto solus Deus secundum fidem creat ex nihilo.

¶ Notandum est secundo, q sicut refert D Sixtus Senensis lib. 5. Bibliot. annot. 17. & 95. Philo Alexandrinus in lib. de opificio sex dierum, & in lib. de profugis, opinatus est, q in productione primi hominis Deus produxit animam rationalem, cæterum animam sensitiuam non produxit Deus, sed angeli. Contra quam doctrinam agit D. Chrys. Homi. 8. super Genes. & Theodoretus q. 19. super Gene. Et falsitas eius patet ex supra dictis q. 76. ar. 3. & 4. & in lib. de generatione cap. 4. in quibus locis ostẽdimus quòd in homine non sunt duę animæ sensitiua & rationalis, imò neque plures formę substantiales.

¶ Tertio notandum, quòd cõclusio Di. Tho. in hoc articulo est D. August. in multis locis suorum operum, præcipuè vero legendus est in 9. lib. super Gene. ad literam cap. 15. & deinceps, & lib. 10. cap. 5. & 10. A de ciuit. capit. 14. & 3. de Trin. c. 9. & deinceps. In quibus locis, optimis rationibus, similitudinibus, exemplis, & varijs locis sacræ scripturæ conclusionem Diui Thomæ demonstrat.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm anima fuerit producta ante corpus.

354 Ad. 96. 118. art. 1. Ez 3. 4. 42. 3. 4. Et 3. di. 17. 2. q. 2. tus, 2. 65. 2. 81. 3. p. q. 4. eũenit cum angelis, quàm cum animalibus 4. 10. bruta. Sed angeli creati fuerunt ante corpo- 2. 10. ra, vel statim à principio cum corporali ma- 3. 66. teria, corpus aũt hominis formatum est sexto 3. 67 die quãdo & bruta aialia sunt producta. Er- 3. 70. go anima hominis fuit creata ante corpus. 3. 66. ¶ 3 Præterea. Finis est proportionatus 3. 70. principio. Sed aia ī fine remanet post corpus. 3. 2. 22 Ergo et in principio fuit creata ante corpus. 3. homin. SED contra est, quod actus proprius sit in potentia propria. Cũ ergo aia sit proprius actus corporis, aia producta est in corpore.

RESPONDEO dicẽdum, quòd Ori- 2. 11. 1. gen.* posuit non solum animam primi homi- 3. 118. nis, sed animas omnium horum ante corpora 4. 5. 8. simul cum angelis creatas, propter hoc quòd 4. credidit omnes spirituales substantias tã ani- mas quàm angelos æquales esse secundũ suã naturæ conditionem, sed solummodo distare, sic q quædam earum corporibus alligantur, quæ sunt animę hominum, vel ecclesticum corporum: quædam vero in sui puritate secundum diuersos ordines remanent. De qua opi- 2. 47 ar. nione supra iam diximus.* Et ideo relinqua- 3. 5. tur ad præsens. Aug. vero in 7. super Gen. ad 3. 6. lit. dicit, q anima primi hominis ante corpus 3. 6. 8. rum angelis est creata ob aliam rationem: quia 3. 67 scilicet ponit quòd corpus hominis in illis ope 3. 3. ribus sex dierum non fuit productum in actu, sed solum secundum causales rationes. Quod non potest de anima dici, quia nec ex aliqua materia corporali aut spirituali præexistente facta fuit, nec ex aliqua virtute creata produci potuit. Et ideo videtur, quòd ipsamet anima in operibus sex dierum, in quibus omnia facta fuerunt, simul cum angelis fuerit creata, & quòd postmodum propria voluntate inclinata sunt ad corpus administrandum. Sed hoc non dicit asserendo, vt eius verba demonstrant*. Dicit enim. Cre- li. 7. sup
B datur, si nulla scripturarum auctoritas seu Ge. c. 24.
veritatis ratio contradicit, hominem ita fa- in fine.
ctum sexto die, vt corporis quidem humani tom. 3.
ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur. Posset autem vtique hoc tolerari secundum eos, qui ponunt quòd anima habet per speciem & naturam completam, & quod non vnitur corpori vt forma, sed solum ad ipsum administrandum. Si autem anima vnitur corpori vt forma, & est naturaliter pars humanæ naturæ, hoc
C omnino esse non potest, Manifestum est enim quod Deus primas res instituit in perfecto statu suæ naturæ, secũdum quod vnicuiusque rei species exigebat. Anima autem cũ sit pars humanæ naturæ, non habet naturalẽ perfectionem, nisi secundum quod est corpori vnita. Vnde non fuisset conueniens, animam sine corpore creari. Sustinendo ergo opinionem Aug. de operibus sex dierũ, dici poterit, quòd anima humana præcessit in operibus sex dierum secundum quandam similitudinẽ
D generis: prout conuenit cum angelis in intellectuali naturæ. Ipsa enim fuit creata simul cum corpore. Secundum alios vero sanctos, tam anima quam corpus primi hominis in operibus sex dierum sunt producta.

AD primum dicendum, quòd si naturæ anima haberet integram speciem, ita quod secundũ se crearetur, ratio illa procederet vt per se in principio crearetur. Sed quia naturaliter est formæ corporis, non fuit seorsum creanda, sed debuit creari in corpore.

E Et similiter est dicendum ad secundum. Nam anima si per se speciem haberet, magis conueniret cum angelis. Sed in quantum est forma corporis, pertinet ad genus animaliũ, vt formale principium.

AD tertium dicendum, quòd aĩam remanere post corpus accidit per defectum corporis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris, qui est mors. Qui quidē defectus in principio creationis animę esse non debuit.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo est dubium de conclusione D Thom. An sit vera, & qua certitudine sit tenenda? Et videtur ꝙ non sit vera. Primo. Quoniam Sapientiæ. 8. dicit Sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum, ergo ex his verbis cōstare videtur, ꝙ multò ante fuerit illa anima, & postea venit ad corpus. Quod argumentum refert D. Aug. li. 10. super Gen. ad lit. c. 17. & 18.

¶ Arguitur secundo. Nā angelus & anima rationalis creata sunt simul, sed angelus creatus fuit ante quàm formatum est corpus hominis, ergo anima rationalis, producta est ante corpus. Consequentia patet, & maior probatur primo ex eo ꝙ Deus simul omnia creauit saltem secundum omnium opinionem in rationibus seminalib. Nihil. n. posteà fecit, quod non aliquo modo præcesserit in primis operibus, vt dicit D. Thom. supra. quæsti. 62. art. 2. & quæst. 74. artic. etiam secundo. ergo anima simul creata est cum angelo. At vero anima rationalis, nō poterat creari in rationibus seminalibus nisi produceretur aliqua anima in cuius ratione cæterę includerentur, ergo saltim aliqua anima. v. gr. anima Adæ creata fuit ante corpus. Secundò probatur eadē maior ex illo Iob. 40. vbi dicitur. Ecce Behemoth, quem feci tecum, fenū quasi Bos comedet. Vbi per Behemoth omnes sancti intelligunt diabolum. At vero diabolus inter angelos simul factus creditur in principio, quo Deus creauit cœlum & terram, ergo anima rationalis producta est simul cum angelo, siquidem simul cum Behemoth est creata, ac per consequens ante corpus. Etenim angeli primo die producti sunt, corpus autem hominis formatum est sexto die, quando & bruta animalia producta sunt, vt patet Genes. 2. Et confirmatur ex illo Ioānis primo, vbi dicitur, quòd verbum diuinum illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, ergo infinuatur, quòd anima prius tempore sit quā veniat in hunc mundum.

¶ Arguitur tertiò. Secundum regulam Arist. lib. 1. de cęlo cap. vltimo, illud quod incipit in tempore, finitur etiam in tempore, sed anima rationalis non finitur, sed est immortalis secundum fidem catholicam, ergo neque incepit in tempore, & ex consequenti fuit multo antè infusionem corporis. Confirmatur. Substantia animæ rationalis tempore non mensuratur, quia vt dicitur in libro de causis, est supra tempus. Nec iterum mensuratur æternitate, quia hoc solius Dei est. In libro etiam de causis dicitur, quod anima est infra æternitatem, ergo mensuratur æuo sicut & angeli. Et ita eadem est mēsura durationis angeli & animæ, ergo angeli & hoīes sunt simul creati. Aliàs enim daretur prius & posterius in æuo, quod est impossibile. Quod autē hoc sequatur patet. Nam si angeli ante animas essent creati, vel vna anima post aliā crearetur, cum cuum sit mensura eorum, in eis esset prius & posterius. Vide alia argumenta apud D. Thom. 2. contra gentes cap. 83. & 84. & quæstio. 3. de potentia art. 10. vbi copiosissimè hanc quæstionem versat.

¶ Propter hoc vltimum argumentū Platonici asseruerunt animas esse creatas ab æterno, & posteà infundi in corpora. Quē errorem tribuit Platoni D. Augusti. lib. 12. de Trini. cap. 15. & posteà lib. 10. de ciuit. cap. 31. tribuit alijs Platonicis. Pro quo sciēdum, quod vt refert ex D. Bonauen. in 2. distin. 18. quæst. 5. Gabr. in eod. 2. sen. distin. 17. quæstio. 1. artic. 3. dubio. 1. Plato posuit quòd animæ simul creatæ fuerunt in stellis, & post formatis corporibus sibi idoneis ad hæc corpora vinificanda descendūt per firmamentum & alios orbes planetarum. Post corporum vero corruptionem ad easdem stellas reuertuntur, ac suo loco & tempore iterum descendunt. Et cum descendunt, obliuiscuntur prius cognitorū, & ascendunt similiter obliuiscuntur eorum, quæ in corpore passæ sunt, vel gesserunt. Hanc positionē approbare contendit Macrobius explanans sententiam Scipionis in commentarijs super somnium Scipionis à Cicerone conscriptum. Cuius sententiæ meminit D. Thom. in quæstio. 3. de potentia art. 10. in 15. argumento. Quam etiā tangit Boet. 3. de consolatione medi. 9. vbi ait.

Tu causis aras paribus vitaque minores
Prouehis, & leuibus sublimes curribus aptans.
Cœlum terramque seris.
Quas lege benigna ad te conuersas.
Reduci facis igne reuerti.

¶ Sed hæc positio, vt optimè inquit Di. Bonauen. plus est somnium, quàm dictū autenticum. Quare non oportet in eius impugnatione hic diutius immorari, præcipuè cum D. Augustin. in locis citatis id abundè satis præstet & ex dicendis falsitas eius euidenter constare possit.

¶ Secunda positio in hac parte est Manichæorū, quòd animæ simul fuerunt creatæ in cœlo cum angelis, vt putà, quia sunt eiusdem naturæ, & postmodum ad suggestionem tenebrarum peccauerunt, & merito illius peccati, in corpora sunt detrusæ tā quàm in carceres, vt ibi purgentur atque cum purgatæ fuerint, ad cęlestem patriam iterum reuocentur. Hunc impijssimum errorem tribuit Manichęis D. Aug. li. de hæres. ad. Quodvult Deum.

¶ Tertius error huius affinis fuit Origenis libro. 1. de princip. capite. 7. & 8. quem D. Thom. refert in principio huius articuli, qui existimauit non solum animam primi hominis, sed animas omnium hominū ante corpora simul cum angelis creatas. Quod ipsum etiā affirmat de anima Christi, vt refert D. Thom. in 3. parte q. 6. artic. 3. & in comment. super epist. Pauli ad Hebræo. lect. 4. quæ quia vehementius adhæsit Deo diligendo iustitiam, meruit, vt assumeretur à Verbo. Quam sententiam tenet etiam in lib. 2. de Periarch. cap. 2. 3. & 6. vbi hoc specialiter tenet de anima Christi, & probat ex illo psalm. 44. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē, ꝓpterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię prę cōsortibus tuis. Sed de anima Christi non est presentis loci disputare, sed in 3. parte vbi supra, vide etiam D. Thom. ad Hebræos. vbi supra, in quo loco exponit illam auctoritatem psalmi. Iste error Origenis sæpissimè solet impugnari, de quo latissimè suprà quæstion. 65. articu. 2. disputatum est à nobis. Hoc ergo errore prętermisso dubitatio etiam fuit apud sanctos patres de anima primi hominis. Licet enim de animabus aliorum hominum concedant simul cum corporibus creari, id tamen de anima primi hominis affirmare non audent. Nam D. Augustin. in lib. 7. super Genesi. cap. 24. & lib. 10. capit. 2. & sequentibus videtur affirmare, quòd illa anima fuit producta ante productionem corpotis, & D. Hieronymus in illa Epistola. 61. ad Pammachium, & in libro. 2. Apologię contra Rufinum eodem modo videtur asserere, quanuis Diuus Th. excussat Augusti. quòd non sit loquutus asserendo, sed potius recitando. De omnibus etiam animabus videtur quosdam auctores etiam sanctos asseruisse, quòd sunt productę ante corpora. Ita videtur asserere Diuus Gregorius Nissenus libro. 2. suæ philosophię capit. 6. & Philaster. libro contra hereses capit. 99. & alij quos refert Sixtus Senensis lib. 5. Biblioteceę sanctę annotatione. 208.

IN huius rei expositionem sit conclusio. Sententia illorum qui affirmāt animas produci ante corpora non solum est temeraria, sed etiam est erronea in fide, hęc conclusio potest probari primo ex locis sacrę scripturę & conciliorum adductis supra quæstion. 65. contra Origenem. Deinde probatur hac ratione. Certum est secundùm fidem, quòd anima rationalis ex sua natura est forma corporis, vt supra ostensum est quęstione 76. articulo primo. Sed doctrina est Aristotel. 12. Metaphysicæ text. 16. & 17. & euidens est in Philosophia naturali quòd propria forma alicuius materiæ non est antequam sit ipsa materia disposita, ergo error est asserere quòd anima sit producta ante quam sit corpus dispositum. Probatur consequentia, quoniam vt sępe diximus præcipuè articulo præcedenti, ex vna propositione de fide & altera nota lumine naturali, colligitur conclusio tā certa, vt opposita sit error in fide. Vide Ferrarien. secundo contra gentes capit. 83. in fine, vbi explicat, quo pacto intelligendum sit, quòd sententia contraria huic cōclusioni sit erronea, & in quo gradu sit contra fidem. Vide etiam Diuum Augustinum libro. 7. de Genes. capit. 25. & 26. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

hac conclusione colligendum est primo, A idem esse iudicium de anima primi hominis & aliorum hominũ,& quòd sicut istorum animæ simul cum corporibus producuntur, ita etiam anima primi hominis simul cum corpore creata est. Colligendũ est secundò, quòd quando Diu. Augustin. & alij sancti patres affirmant animas præcipuè Adæ animam, esse creatas ante corpora, illud non affirmant ex propria sententia,& id tanquam certum asserendo,sed illud affirmant disputando veritatem,quæ B illorum tempore latebat,inquirentes. Sic explicat Diuus Thomas in isto articulo Diuum Augustinum. Et quòd ista explicatio legitima sit,euidenter patebit legenti ipsum in locis citatis,& præcipuè in lib. 7.vbi capit. 14. sic inquit, Credatur ergo si nulla Sacrarum scripturarum auctoritas seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum fexto die, vt corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur sicut pri C mitibus conditus est dies & creata lateret in operibus Dei, donec eam suo tempore suffiando,hoc est inspirando formato ex limo corpore insereret.

AD argumẽta in principio facta respõdetur.Ad primum argumentum. Prima explicatio est quam habet D. Augusti. libro.10.super Genes.ad lit. capit.7.& 17. & 18. quòd iste locus intelligendus est de Christo qui cum esset optimus apud patrem postea venit in corpus purissimum, D quod sibi adaptatum est à spiritu sancto per incarnationem,secundum illud ad Hebræos.10. Corpus autem aptasti mihi, tũc dixi eece venio. Secundò respondetur, quòd explicatio communis & literalis huius loci, est, quòd Salomon loquitus est de ipso,confert autem statum in quo erat magis prouectus in ætate & virtute ad statum temporis præcedẽtis & affirmat quòd processu temporis quanto anima erat melior tantò & magis corpus factum est purum E & magis liberum à coinquinationibus seculi.Hanc explicationem adhiuet Liranus & Dionysius Cartusianus & Olchot super lib.sapientiæ lectione.16. secundũ quam expositionem nullam habet vim argumentum,de hoc diximus.q.65.

¶Ad secundum argumentum, negatur antecedens.Ad primam eius probationem patet ex dictis supra in tractatu de opere sex dierum,& in artic.2. huius quæstionis ad quartum cum sua confirmatione.Ad secundam vero respondetur, quòd D. Tho. in illo loco affigoat duplicem expositionẽ illi⁹ loci.Prima est,vt sit sensus. Behemot, quem feci tecum ideſt quem feci, sicut & te, ad excludẽdum errorem Manichæorũ, qui considerantes malitiam diaboli æstimauerunt eum non esse Dei boni,sed mali Dei creaturam. Quam expositionem etiã assignauimus huic loco supra quæst. 61.ar tic.3.ad secundam confirmationem argumenti primi.Alia expositio est, vt sit sensus.Quem feci tecum,ideſt,similitudinem tecum habentem quantum ad naturam intellectualem. Illud enim verbum tecum, non dicit associationem quãtum ad simultatem creationis, ita quòd anima Iob simul tẽpore creata sit cum Behemoth, sed dicit cõformitatem rationis,quasi diceret, feci tecum ideſt,tibi similem. Itaque in cta creatura(vt verbis Diu.Gregorij vtar) homo & angelus simul conditus dicitur, quia ab omni creatura irrationabili distinctus processit. Quia ergo in cuncta conditione rerum, nullũ rationale, nisi angelus & homo est,quicquid rõne vti non põt,eũ homine factum non est. Hanc secundam expositionem sequitur Gab.in illa di.17.q. 2.ar.3.versus finem. Vtranque tamen attiguat D.Greg.lib.22.mor.c.10.Ad primam confirmationem vide quæ supra diximus. q.23.ar.3.dub.3.ad primum. Et modo vltrà ibi dicta respondetur, q̃ homo dicitur venire in hunc modum,vel quando per nativitatem egreditur de vtero matris, secundum illud Ioã.16. cùm autem pepererit puerum iam non meminit pressuræ propter gaudium,quia natus est homo in mundũ. Vel dr venire in mundum quando venit ad vsum rõnis,vt cũ habet iam statũ hois. Vel sicut Caietanus exponit & est D.Th.sit per illum locum lectione. 5. Deus dr illuminare oẽm hominem venientem in hũc mundũ,quoniam illa illuminatio sit hominis non secundũ corpus, sed secundũ aiam intellectiuam quæ est à Deo per creationem, & quasi ab extrinseco quando generatur

neratur homo,in eo sensu quo ab Aristo.dictum est quòd intellectus venit à foris?

¶Ad tertium argumentum, respõdetur, quòd cum Arist.sentiat.12.Met.tex. 17.q. anima rationalis nunquàm est antequàm vniatur corpori cuius est forma,& aliunde sentiat eandem animam rationalem esse incorruptibilẽ,vt ostensum est super quæstionem.75. art.6. oportet dicere,quòd in primo libro de celo loquutus est de rebus, quæ incipiunt esse per generationẽ & trãsmutationem,de quibus certum est quòd si cut incipiunt esse in tempore, ita & corrũpuntur in tempore.Quam solutionem explicat Ferr.2.cont. gent.c.15.& 81.Ad confirmationem respondetur,quòd anima mẽ suratur tempore secundùm esse quo vnitur corpori, quamuis prout consideratur ut substantia quædam spiritualis mensuretur æuo.Non tamen oportet, quòd tunc incœperit quo mensurari,quando & angeli.Et licet æuum non habeat prius & posterius quantũm ad ea,quæ mensurat, nihil tamẽ prohibet quin vnũ altero prius participet æuum.Solutio est notanda, quam D. Tho. assignat q.3.de potentia ar.10. ad 8. & 9.

QVAESTIO XCI.
De productione corporis primi hominis.

Deinde considerandum est de productione corporis primi hominis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrùm corpus primi hominis sit de limo terræ.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur,quòd corpus primi hominis non sit de limo terræ.Maioris.n. virtutis est facere aliquid ex nihilo,quã ex aliquo, quia plus distat ab actu non ens, quàm ens in potentia. Sed cùm homo sit dignissima creaturarum inferiorum,decuit vt virtus Dei maximè ostenderetur in productione eius: Ergo non debuit fieri ex limo terræ, sed ex nihilo.

¶2 Præterea.Corpora cælestia sunt nobiliora terrenis. Sed corpus humanum habet maximam nobilitatem, cùm perficiatur à nobilissima forma,quæ est anima rationalis. Ergo non debuit fieri de corpore terrestri, sed magis de corpore cælesti.

¶3 Præterea. Ignis & aer sunt nobiliora corpora quam terra & aqua.Quod ex eorum subtilitate apparet. Cùm igitur corpus humanum sit dignissimum, magis debuit fieri ex igne & ex aere, quàm ex limo terræ.

¶4 Præterea. Corpus humanum est compositum ex quatuor elementis. Non ergo est factum ex limo terræ, sed ex omnibus elementis.

SED contra est, quod dicitur Genes.2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

RESPONDEO dicendum, quòd cũ Deus perfectus sit in operibus suis,perfectionem dedit omnibus secundum eorum modũ: secundum illud Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.Ipse autem simpliciter perfectus est ex hoc,quod omnia in se præhabet: non per modum compositionis, sed simpliciter & vnitè, vt Dion. dicit,eo modo quo diuersi effectus præexistunt in causa secundum eius virtutẽ: vnam. Ista aũt perfectio ad angelos quidem derivatur secũdum quod omnia sunt in eorũ cognitione,quæ sunt à Deo in natura producta per formas diuersas. Ad hoiem vero deriuatur inferiori modo huiusmodi perfectio. non.n.in sua cognitione naturali habet omnium naturalium notitiam. Sed est ex rebus oibus quodammodo compositus,dum de genere spũalium substantiarum habet in se animam rationalem. De similitudine vero cælestium corporum habet elongationem à contrarijs per maximam æqualitatem complexionis,elementa vero secundum substantiam, ita tamen q̃ superiora elementa prædominantur in eo secundum virtutẽ,s. ignis & aer: quia uita præcipuè consistit in calido, quod est ignis,& humido,quod est aeris. Inferiora uero elementa, abundant in eo secundum substantiam. Aliter.n. non posset esse mistionis æqualitas,nisi inferiora elemẽta,quę sunt minoris virtutis,secundum quantitatem in homine abundarent.Et ideo dicitur corpus hominis de limo terræ formatũ,quia limus dicitur terra aquæ permista. Et propter hoc hõ

Ca. 5.de diui.noia. mi. pau lo ante. mediũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur minor mundus, quia omnes creaturæ A mundi quodammodo inueniuntur in eo.

AD primum ergo dicendum, quòd virtus Dei creantis manifestata est in corpore hominis: dum eius materia est per creationem producta. Oportuit autem vt ex materia quatuor elementorum fieret corpus humanum: vt homo haberet conuenientiam cum inferioribus corporibus, quasi medium quoddam existens inter spirituales & corporales substantias.

AD secundum dicendum, quòd quamuis B *corpus cæleste sit simpliciter nobilius terrestri corpore: tamen quantum ad actus animæ rationalis est minus conueniens. Nam anima rationalis accipit notitiam veritatis quodammodo per sensus: quorum organa formari non possunt ex corpore cælesti, cùm sit impassibile. Nec est verum quod quidam dicunt, aliquid de quinta essentia materialiter ad compositionem humani corporis aduenire, ponentes animam viri corpori mediante quadam luce. Primò enim falsum est quod* C *dicunt, lucem esse corpus. Secundò vero impossibile est aliquid de quinta essentia vel à corpore cælesti diuidi, vel elementis permisceri, propter cælestis corporis impassibilitatem. Vnde non venit in compositionem mistorum corporum, nisi secundù suæ virtutis effectù.*

AD tertium dicendum, quòd si ignis & aer, quæ sunt maioris virtutis in agendo, etiã secundùm quantitatem in compositione humani corporis abundarent, omnino ad se traherent alia, & non posset fieri æqualitas cõmistionis, quæ est necessaria in compositione hominis ad bonitatem sensus tactus, qui est fundamentum sensuum aliorum. Oportet enim organum cuiuslibet sensus non habere in actu contraria, quorum sensus est perceptiuus, sed in potentia tantum: vel ita quòd omnino careat toto genere contrariorum: sicut pupilla caret colore, vt sit in potentia ad omnes colores. Quod in organo tactus non erat possibile, cùm sit compositum ex elementis: quorum qualitates percipit tactus. Vel E *ita quòd organum sit medium inter contraria, vt necesse est in tactu accidere. Medium enim est in potentia extrema.*

*AD quartum dicendum, quòd in limo terræ est terra & aqua conglutinans partes terræ & aquæ. De alijs autem elementis Scriptura mentionem non fecit: tum quia minus abundant secundum quantitatem in corpore hominis, vt dictum est: * tum etiam quia in* In corp. *tota rerum productione de igne & aere, quæ art. sensu non percipiuntur à rudibus mentionem non fecit Scriptura quæ rudi populo tradebatur.*

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

NOrandum est primò conclusionẽ huius articuli esse certam secundùm fidem, vt constat ex Gene. 2. & ex illo Sap. 10. Eduxit illum è limo terræ. Et Ecclesiastici. 17. Deus creauit de terra hominem. Quæ veritas confirmatur ex communi cõsensu ecclesiæ & Sanctorum.

¶Secundo nota, quòd in illo Genes. 2. lectio. 70. Interpretũ habet. Formauit Deus hominem de puluere terræ. Et ita legit D. Ambr. super Psalm. 118. Sermone. 10. in illa verba. Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me, &c. & D. August. 12. de ciuitate Dei cap. 23. & congruit ista lectio cũ eo, quòd sequitur ibidem? Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et Ecclesia. 13. Donec reuertatur puluis ad terram, vndè erat. Sed D. Augustin. 13. de ciuitat. cap. 24. assignat rationem, propter quam ita vertit interpres latinus, videlicet, quoniam antè præmiserat; Fons ascendebat de terra irri- D gans vniuersam faciem terræ. Vndè aduertendum, quòd Deus accepit puluerem aqua permixtum, de quo formauit corpus primi hominis; propterea vertit, de limo terræ. Et fortassis inde habuit originem, quòd primus homo vocaretur Adam, quod nomen idem significat, acsi dicamus, terra rubra; Sicut docet Iosephus lib. 1. antiqu. cap. 2. & D. Gregor. lib. 19. moral. capi. 30. vide D. Augustin. lib. 2. de gent. cont. Manicha. capit. 7. vbi benè explicat hunc locum Geneſi. 2.

¶Tertio est notandum cum Caietan. quòd quando D. Thom. dicit in probatione conclusionis quòd inferiora elementa abundant in homine secundùm substantiam; non intelligit, quòd inferiora elementa sint in homine secundùm substantiam. Iam

Iam enim suprà quæstio. 76. arti. 4. ad quar A tum, & in multis alijs suorum operum locis diffinierat S. Thom. quòd elementa nõ possunt manere in mixto secundùm suas substantias, sed tantum secundum qualitates & virtutes suas. Sensus ergo D. Tho. est, quòd illa elementa dicuntur manere in homine secundùm substantiam, de quorum materia disposita amplius saluatur. videlicet, quòd in homine amplius saluatur de materia disposita dispositionibus aquæ & B terræ, quæ dispositiones sunt grauitas, siccitas, humiditas, &c. De qua re satis superque multa diximus in commentarijs nostris super primum lib. de gener. capit. 11. agentes de mixtione.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm corpus humanum sit immediatè à Deo productum.



AD SECVNDVM sic procedi C *tur. Videtur, q corpus humanum non sit immediatè à Deo productum. Dicit enim Augu.* in 3. de Trinitate quod corporalia disponuntur à 3. Deo per angelicam creaturam. Sed corpus humanum formatum fuit ex materia corporali: vt dictum est*. Ergo debuit produci mediantibus angelis, & non immediatè à Deo.

¶2 *Præterea. Quod fieri potest virtute* D *creata, non est necessarium q immediatè producatur à Deo. Sed corpus humanum produci potest per virtutem creatam cælestis corporis. Nam & quædam animalia ex putrefactione generantur per virtutem actiuam corporis cælestis. Et Albumasar dicit quod in locis in quibus nimis abundat calor aut frigus, homines non generantur, sed in locis temperatis tantum. Ergo non oportuit quòd immediatè corpus humanũ formaretur à Deo.*

¶3 *Præterea. Nihil fit ex materia corporali, nisi per aliquam materiæ transmutationem. Sed omnis transmutatio corporalis causatur ex motu cælestis corporis, qui est primus* E *motuum. Cùm igitur corpus humanum sit productum ex materia corporali, videtur q ad eius formationem aliquid operatum fuerit corpus cæleste.*

¶4 *Præterea. Augustinus * dicit super Genesim ad literam, quòd homo factus est secundum corpus in operibus sex dierum, secũdum causales rationes quæ Deus inseruit creaturæ corporali, postmodum verò fuit formatus in actu. Sed quod præexistit in corporali creatura, secundum causales rationes per aliquam virtutem corpoream produci potest. Ergo corpus humanum productum est aliquæ virtute creata, & non immediatè à Deo.*

SED contra est, quod dicitur Eccl. 17. Deus de terra creauit hominem.

*RESPONDEO dicendum, q prima formatio humani corporis non potuit esse per aliquam virtutem creatam, sed immediatè à Deo. Posuerunt siquidem aliqui formas, quæ sunt in materia corporali à quibusdam formis immaterialibus deriuari. Sed hanc opinionem repellit Philosophus in 7. Metaphysica * per hoc, quòd formis non* li. 7. me- *competit per se fieri, sed composito, vt suprà* ta. text. *expositum est. † Et quia oportet agens esse* 26. 27. *simile facto, non conuenit quòd forma pura* & 32. to *quæ est sine materia, producat formam* mo 3. *quæ est in materia, quæ non fit nisi per hoc q* † q. 65. *compositum fit. Et ideo oportet quòd forma,* art. 4. & *quæ est in materia, sit causa formæ, quæ est in* 9. 90. ar. *materia secundum quod compositum à com-* 2. *posito generatur. Deus autem quamuis omnino sit immaterialis, tamen solus est qui sua virtute materiam producere potest creando. Vnde ipsius solius est formam producere in* D *materia absque adminiculo præcedentis formæ materialis. Et propter hoc angeli non possunt transmutare corpora ad formam aliquam nisi adhibitis seminibus quibusdam, vt August. * dicit in 3. de Trinitate. Quia* li. b. 3. de *igitur corpus humanum nunquam formatũ* trin. c. 9. *fuerat, cuius virtute per viam generationis* tom. 3. *aliud simile specie formaretur, necesse fuit quòd primum corpus hominis immediatè formaretur à Deo.*

AD primum ergo dicẽdum, quòd etsi angeli aliquod ministerium Deo exhibeant in his quæ circa corpora operantur: aliqua tamen Deus in creatura corporea facit, quæ nullo modo angeli facere possunt, sicut quòd suscitat mortuos, & illuminat cæcos. Secundum quam virtutem etiam corpus primi hominis de limo terræ formauit: Potuit tamen fieri, vt aliquod ministerium in formatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis primi hominis angeli exhiberent: sicut exhibebunt in vltima resurrectione, pulueres colligendo.

AD secundum dicendum, quòd animalia perfecta quæ generantur ex semine, non possunt generari per solam virtutē cælestis corporis: vt Auicen fingit: licet ad eorum generationem naturalem cooperetur virtus cælestis corporis: prout Philosophus dicit in 2. Phys. & homo generat hominem ex materia et sol. Et exinde est quòd exigitur locus tēperatus ad generationem hominum & aliorum animalium perfectorum. Sufficit aūt virtus cælestium corporum ad generandum quædā animalia imperfectiora ex materia disposita. Manifestum est.n. quòd plura requiruntur ad productionem rei perfectæ, quàm ad productionem rei imperfectæ.*

*lib.3. Physic. text. 26. tom.2.

AD tertium dicendum, quòd motus cæli est causa transmutationum naturalium: nō tamen transmutationū, quæ fiunt præter naturæ ordinem, & sola virtute diuina: sicut & mortui resuscitantur: quòd cæci illuminantur. Quibus est simile, quòd homo ex limo terræ formatur.

AD quartum dicendum, quòd secundū rationes causales in creaturis dicitur aliquid præexistere dupliciter. Vno modo secundum potentiam actiuam & passiuam: vt non solū ex materia præexistenti fieri possit, sed etiam vt aliqua præexistens creatura hoc facere possit. Alio modo secundùm potentiam passiuam tantùm, vt.s.de materia præexistenti fieri possit à Deo. Et hoc modo secundum Aug. † corpus hominis præexistit in operibus productis secundum causales rationes.*

loco citato in arg.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

AD intelligētiam pleniorem huius articuli videnda sunt quæ diximus q. 90. art. 3. contra Philonem Alexādrinum. Vide etiam Lactantium Firmianum libr. 2. diuin. instit. cap. 12. vbi refert, & optime confutat deliramenta quædam Philosophorum de ortu hominis & aliorum animalium. Vide etiam Castro aduersus hæreses verbo Caro, & D. Augu. lib. 21. contra Faustum cap. 8. & 9. & infrà.

¶Circa solutionem ad 2. D. Tho. disputanda esset illa quæstio, an animalia, quæ per putrefactionem producuntur, sint eiusdem speciei cum illis, quæ producūtur per generationem seminalem? Quæ quidem quæstio, quia Metaphysica est non est à nobis hic decidenda videndi sunt de illa Sonzin. 7. Metaph. quæstio. 21. & Ferr. 3. cont. gent. cap. 69. & Chrysostom. Iauellus in eodem lib. 7. q. 10. 11. & 12. vide etiam Diui Thom. supra q. 71. ad primum, & infra q. 105. art. 1. ad primum, nos etiam de ea diximus quædam supra q. 78. ar. 2.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm corpus hominis habuerit conuenientem dispositionem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur & corpus hominis non habuerit conuenientem dispositionem. Cùm.n. 1. ad 3. item dispositionem. Et quia homo sit nobilissimum animalium, corpus hominis debuit esse dispositum optimè ad ea quæ sunt propria animalis. Sed sensum & motum. Sed quædam animalia inueniuntur acutioris sensus, quàm homo. & de velocioris motus. Sicut canes melius odorātur. & aues velocius mouentur. Ergo corpus hominis non est conuenienter dispositum.

¶ 2 Præterea. Perfectum est cui nihil deest. Sed plura desunt humano corpori, quàm corporibus aliorum animalium, quæ habent tegumenta & arma naturalia ad sui protectionem: quæ homini desunt. Ergo corpus humanum est imperfectissimè dispositum.

¶ 3 Præterea. Homo plus distat à plantis, quàm ab animalibus brutis. Sed plantæ habent staturam rectam: animalia autem bruta pronam. Ergo homo non debuit habere staturam rectam.

SED contra est, & dicitur Ecclesia. 7. Deus fecit hominem rectum.

RESPONDEO dicendum, & omnes res naturales productæ sunt ab arte diuina. Vnde sunt quodammodo artificiata ipsius Dei. Quilibet autem artifex intendit suo operi dispositionem optimam inducere, non simpliciter, sed per comparationem ad finem. Et sic talis dispositio habet secum adiunctum aliquem defectum, artifex non curat. Sicut artifex, qui facit serram ad secandum, facit eā ex ferro, vt sit idonea ad secandum: nec curat eam facere ex vitro, quæ est pulchrior materia: quia talis pulchritudo esset impedimentum finis. Sic igitur Deus vnicuique rei naturali dedit optimam dispositionem, non quidem simpliciter, sed secundum ordinē ad proprium finem. Et hoc est quod Philos.* dicit in 2. Physi. Et quia dignius est sic, non tamen simpliciter, sed ad vnius cuiusque substantiā. Finis autem proximus humani corporis est anima rationalis: & operationes ipsius. Materia.n. est propter formam, & instrumenta propter actiones agētis. Dico ergo & Deus instituit corpus humanum in optima dispositione secundum conuenientiam ad talem formam, & ad tales operationes. Et si aliquis defectus in dispositione humani corporis esse videtur, considerandum est & talis defectus sequitur ex necessitate materiæ ad ea, quæ requiruntur in corpore, vt sit debita proportio ipsius ad animam, & ad animæ operationes.

AD primum ergo dicendum, & tactus qui est fundamentum aliorum sensuum, est perfectior in homine, quam in aliquo alio animali. Et propter hoc oportuit quòd homo haberet temperatissimam complexionem inter omnia animalia. Precedit etiam homo omnia alia animalia quantum ad vires sensitiuas interiores: sicut ex supra dictis apparet.* Ex quadam aūt necessitate contingit, & quantum ad aliquos exteriores sensus homo ab aliis animalibus deficiat. Sicut homo inter omnia animalia habet pessimum olfactum. Necessarium.n. fuit & homo inter omnia animalia respectu sui corporis haberet maximum cerebrum. Tum vt liberius in eo perficerentur operationes interiorum virtutum sensitiuarum, quæ sunt necessariæ ad intellectiuas operationes: vt supra dictum est.* Tum vt per frigiditas cerebri temperaret calorem cordis, quem necesse est in homine abundare ad hoc & homo sit rectæ staturæ. Magnitudo aūt cerebri propter vitia humiditatem est impedimentum olfactus, qui requirit siccitatem. Et similiter potest assignari ratio quare quædā animalia sunt acutioris visus & subtilioris auditus quàm homo, propter impedimentū horum sensuum. Quod necesse est consequi in homine ex perfecta complexionis æqualitate. Et eadem etiam ratio est assignanda de hoc, quòd quædam animalia sunt homine velociora, cui excellentiæ velocitatis repugnat æqualitas humanæ complexionis.

*lib. 2.

*q.78. ar. 4.

*q.84. ar. 7.

AD secundum dicendum, quòd cornua & vngulæ, quæ sunt quorundam animalium arma, & spissitudo corij, & multitudo pilorum, aut plumarum, quæ sunt tegumēta animalium, attestantur abundantiæ terrestris elementi: quæ repugnat æqualitati & teneritudini complexionis humanæ. Et ideo hæc homini non competebant. Sed loco horum habet rōnem & manus: quibus potest parare sibi arma & tegumenta & alia vitæ necessaria infinitis modis. Vnde & manus in tertio de anima* dicitur organum organorum. Et hoc etiam magis competebat rationali naturæ, quæ est infinitarum conceptionum: vt haberet facultatem infinita instrumenta sibi parandi.

*lib. 3. de aīa, tex. 38. to. 2.

AD tertium dicendum, quod habere staturā rectā conueniens fuit homini propter quatuor. Primò quidem, quia sensus sunt dati homini non solū ad vitæ necessaria procuranda, sicut alijs animalibus: sed etiā ad cognoscendum. Vnde cū cætera animalia non delectentur in sensibilibus, nisi per ordinē ad cibos & venerea, solus homo delectatur in ipsa pulchritudine sensibilium secundum seipsam. Et ideo quia sensus præcipuè vigēt in facie, alia animalia habent faciē pronā ad terrā, quasi ad cibum quærendū, & prouidendū sibi de victu: homo vero habet faciē erectā, vt per sensus & præcipuè per visum, qui est subtilior, & plures differentias rerū ostēdit, liberè possit ex omni parte sensibilia cognoscere, & cælestia & terrena, vt ex omnibus intelligibilem colligat veritatem. Secundò, vt interiores vires liberius suas operationes habeant, dū cerebrū in quo quodāmodo perficiūtur, nō est depressum, sed super oēs partes corporis eleuatum. Tertiò, quia oporteret quòd si homo haberet pronā staturam, veretur manibus loco anteriorum pedum. Et sic vtilitas manuum ad diuersa opera perficiendā cessaret. Quartò, quia si haberet pronam staturā & veretur manibus loco anteriorum pedū, oporteret & cibū caperet ore. Et ita haberet os oblongum, & labia dura & grossa, & linguā et duram: ne ab exterioribus læderetur. sicut patet in alijs animalibus. Et talis dispositio omnino

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino impediret locutionem quæ est proprium opus rationis. Et tamen homo statura rectam habens, maximè differt à plantis. Nã homo habet superius sui, id est caput versus superius mundi, & inferius sui versus inferius mundi. Et ideo est optimè dispositus secundum dispositionem totius. Planta vero habent superius sui versus inferius mundi, nam radices sunt ori proportionales, inferius autem sui uersus superius mundi. Animalia uero bruta medio modo: nam superius animalis est pars quæ accipit alimentum, inferius autem est pars qua emittit superfluũ.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

HIc articulus est elegantissimus, pro cuius intelligentia legendus est Aristotel. in libro de historia Animal. & Albertus Magnus, præcipuè vero lege Lactantium Firmianum in libro de opificio, vbi multa scitu digna & ad explicationem huius articuli maximè conducentia elegantissime affert, præcipuè circa solutionem ad secundum c. 2. & 3. vide eum, & Plinium libro. 7. natural. histor. cap. 2. & 3.

¶ In solutione ad tertium D. Tho. adhibet quatuor rationes egregias, propter quas conueniebat hominem produci, ita vt haberet staturam rectam, sed præter illas est etiam alia ratio satis communis apud Sanctos patres, quam etiam habet Aristo. in 2. lib. de part. animal. cap. 10. & lib. 4. cap. 10. videlicet ad significandum, quòd inter omnia animantia solus homo est particeps diuinitatis, cuius proprium est intelligere & sapere. Quam rationem pluribus verbis prosequitur Cicero lib. 1. de legibus, & lib. 2. de natura Deorum, sed inter omnes Di. Augustin. in libro. 1. de Genes. contra Manichæ. capi. 17. & libro. 6. super Genesi. ad literam capit. 12. & quibusdam alijs locis, vbi docet id factum esse ad significãdum, quòd sicut corpus erigitur ad intuenda illa, quę in corpore mundi supernа sunt, ita anima rationalis debet erigi in illa, quæ in spiritualibus sunt excellentia, vt quæ sursum sunt sapiant, non quæ super terram, vt dicitur ad Colossen. 3. Quam rationem prosequitur etiam optimè D. Basili. homil. 11. Exameron. Cuius etiam meminit Lactant. in illo libro. de Opific. Dei capit. 8. & eam elegantissime amplificat in lib. 2. diuin. instit. cap. 2.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm conuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur.

AD QVARTVM *sic procedi tur. Videtur, quòd inconuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur. Sicut enim corpus humanum est factum à Deo, ita & alia opera sex dierum. Sed in alijs operibus dicitur: Dixit Deus fiat, & factum est. Ergo similiter debuit dici de hominis productione.*

¶ 2 *Præterea. Corpus humanum à Deo immediatè est factum: vt supra dictum est. Ergo inconuenienter dicitur, Faciamus hominem.*

¶ 3 *Præterea. Forma humani corporis est ipsa anima, quæ est spiraculum vitæ. Inconuenienter ergo postquam dixerat. Formauit Deus hominem de limo terræ, subiunxit. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.*

¶ 4 *Præterea. Anima quæ est spiraculũ vitæ, est in toto corpore, & principaliter in corde. Non ergo debuit dicere, quòd inspiruit in faciem eius spiraculum vitæ.*

¶ 5 *Præterea. Sexus masculinus & femininus pertinent ad corpus: imago vero Dei ad animam. Sed anima secundum Augustinum non fuit facta ante corpus. Inconuenienter ergo, cum dixisset. Ad imaginem suam fecit illum, addidit, masculum & feminam creauit eos.*

IN contrarium, est autoritas Scripturæ.

*RESPONDEO dicendum. Ad primum, quòd sicut Augustin. * dicit in 6. super Genes. ad literam non in hoc præminet hoc Genesis alijs rebus, quòd Deus fecit ipsum hominem quasi alia ipse non fecerit, cum scriptũ sit. Opera manuum tuarum sunt cæli. & alibi. Aridam fundauerunt manus eius: sed in hoc quòd ad imaginem Dei factus est homo. Vtitur tamen Scriptura in productione hominis*

minis speciali modo loquendi, ad ostendendũ quòd alia propter hominem facta sunt. Ea enim quæ principaliter intendimus, cum maiori deliberatione, & studio consueuimus facere.

AD secundum dicendum, quòd non est intelligendum Deum angelis dixisse. Faciamus hominem, vt quidam peruersè intellexerũt. Sed hoc dicitur ad signandam pluralitatem diuinarum personarum: quarum imago expressius inuenitur in homine.

*AD tertium dicendum, quòd quidam intellexerunt corpus hominis prius tempore formatum, & post modum Deum formato iam corpori animam infudisse. Sed contra rõnem perfectionis primæ institutionis rerum est, quòd Deus vel corpus sine anima, vel animam sine corpore fecerit: cùm vtrumque sit pars humanæ naturę. Et hoc ẽt est magis inconueniens de corpore, quod dependet ex anima, & non è conuerso. Et ideo ad hoc excludendum quidam posuerunt, quòd cùm dicitur. Formauit Deus hominem, intelligitur productio corporis simul cum anima: quod à cẽt additur. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, intelligitur de Spiritu sancto: sicut & Dominus insufflauit in Apostolos dicens. Accipite Spiritum sanctum. Io. 20. Sed hæc expositio, vt dicit Aug. in lib. de Ciuitate Dei, * exeluditur per verba Scripturæ. Nã subditur ad prædicta, Et factus est homo in animã viuentem. Quod Apostolus 1. ad Corin. 15. non ad vitam spiritualem, sed ad vitam animalem refert. Per spiraculum ergo vitæ intelligitur anima, vt sic quod dicitur: Inspirauit in faciem eius quod præmiserat. Nam anima est corporis forma.*

AD quartum dicendum, quòd quia operationes vitæ magis manifestantur in facie hominis propter sensus ibi existentes, ideo dicit, in faciem hominis inspiratum esse spiraculum vitæ.

*AD quintum dicendum, quòd secundum Aug. * omnia opera sex dierum simul sunt facta. Vnde animam primi hominis, quæ post Genesim simul factam cum angelis, non ponit factam ante sextam diem, sed in ipso sexto die ponit esse factam & animam primi hominis in actu: et corpus eius secundum rõnes causales. Alij uero doctores ponunt & animam & corpus hominis factum sexto die in actu.*

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

AD huius articuli expositionem notandum est primo circa solutionem ad primum, quod D. Tho. animaduertit causam, propter quam Genes. 1. dictum est, Faciamus hominem, &c. non autem dictum est. Fiat homo, sicut de cæteris creaturis. Et ratio D. Thom. est ad significandum, quòd alia omnia propter hominem facta sunt à Deo, illa vero, quæ principaliter intendimus cum maiori deliberatione & consilio consueuimus facere. D. autem Gregor. lib. 9. moral. cap. 36. adhibet alteram rationẽ, videlicet, vt ex ipsa rerum creatione ostenderetur, quantum homo cæteris creaturis præesset, & quanta esset eius dignitas super omnia alia opera Dei: & hanc rationem cõmuniter assignant alij Sancti patres. Sunt tamen nonnulli, qui magis ad mores explicant, scilicet, ad ostendendum, quanta deliberatione, & quanta prouidentia sit opus nobis in rebus arduis. Si enim Deus, qui tanto consilio produxit hominem, postea Genes. 6. dixit: Pœnitet me fecisse hominem: quid illis cuenit, qui sine magno cõsilio aggrediũtur res arduas & magnas?

¶ Notandum est secundo circa solutionem ad secundum, doctrinam illius solutionis esse expressam D. Aug. in multis locis, & præcipuè lib. de quæstionibus veteris & noui testamenti qõ. 45. vbi docet, quòd illa verba Genes. 1. Faciamus hominẽ &c. nullo pacto possunt sic intelligi, quasi fuerit loquutio Dei ad angelos. Cuius rõ est; quoniam impossibile est eandem esse imaginem Dei & angelorum. Sed sic intelligẽda sunt, vt illis verbis explicetur Trinitas personarum cum vnitate essentiæ. Quam doctrinam diffusius habet D. Chry. homi. 8. super Genes. & D. Basil. homil. 10. Exameron, & inquit sententiam illorũ, qui asserunt illa verba dicta esse ad angelos esse errorem Iudaicum. Iudæi enim credebant vnum Deum, negabant tamen trinitatem personarum. Vide quæ notauimus quæstione præcedenti artic. 3.

¶ Notandum est tertio circa solutionẽ ad

ad rerum, q̄ illa prima sententia, quam A
D.Tho reprobat, q̄ corpus primi hominis
prius tempore fuerit productum, quā fue-
rit illi infusa anima rationalis, videtur sen
tentia D.Chrys.homil.13.super Gen.& Six
tus Senensis lib.5.annot.28.notat eiusdem
sententiæ D.Aug.li.1.retrac.cap.10. Sed q̄
hæc sententia sit falsa, satis conuincitur ra-
tione D.Th.in eadem solutione ad tertiū.
Secunda vero sniā, quę asserit, q̄ nomine il
lius spiraculi non intelligitur anima rōna-
lis, sed ipse Spiritus sanctus, quem Deus in B
fudit primo homini, fuit sententia D. Atha
nasij lib.11.de fide Trinitatis, vbi docet, q̄
cum dī; Formauit Deus hominem de l.
mo terræ; referendum est ad vitam anima
lem. Cùm vero dicitur. Et inspirauit in fa-
ciem eius spiraculum; referendum est ad
vitam gratię. Illud.n. spiraculum erat Spi-
ritus sanctus, de quo dī Io.6.& 2.ad Cor.
2. quòd spiritus est, qui viuificat. Hanc sen
tentiam docet multò apertius D. Cyrillus
li.9.super Io.c.47.& li.13.thesauri ca.3. In C
cuius confirmationem adducit illud, quod
habetur Eccl.4. Sapientia filijs suis vitam
inspirat. Et Iob.32. Spiritus est in homini-
bus, & inspiratio omnipotentis dat intelli-
gentiam. Et D.Tho.quodlib.1.art.6.ad pri
mum, refert in eandem sniam D. Basilij,
quanuis non referat locum, in quo eam te-
net. Vī aūt eam insinuare li.5.contra Euno
mium propè finem. Sed D.Aug.li.13.de Ci
ui.c.23.& 24.ex professo confutat hāc sen
tentiam ex ipso contextu. Nam statim seq D
tur. Et factus est homo in animam viuen-
tem. Et vī manifestè comprobari hæc ex-
positio ex illo Sap.15. Ignorauit eum, qui
se fiuxit, & qui inspirauit illi animam, &
insufflauit ei spiritū vitalem. Denique D.
Chry.hom.12.& 13.super Gen. & commu
niter vniuersi sancti Patres interpretantur
hunc locum in sensu literali de productio-
ne animæ rōnalis, & non de infusione Spi- E
ritus sancti. Ex quo sequitur, q̄ grauiter er
rauerit Phylaster in li.de hæres.c.99. qui re-
censuit inter hereses interpretari hunc lo-
cum de productione animæ rōnalis; aduer
sus quem agit de Cast.li.2.cōtra hæres.tit.
anima, hæres.2.& Sixtus Senens.libr.5.Bi-
blioth.sanctæ, annotatione.27.& 29.

QVAESTIO XCII.

De productione mulieris.

Deinde considerandum est de productione mulieris.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm mulier debuerit produci in prima rerum productione.

AD PRIMVM sic procedetur. 4.Sen.
Videtur, q̄ mulier non debuit Op.
produci in prima rerum produ- c.21.
ctione. Dicit enim Philosophus 1.
in lib.de generatione animalium, q̄ femina* li.2.de
est mas occasionatus. Sed nihil occasionatum generat
& deficiens debuit esse in prima rerum insti- anim.
tutione. Ergo in illa prima rerum institutio- c.3.
ne mulier producenda non fuit.

¶2 *Præterea. Subiectio & minoratio ex cul-* Aug.
pa peccato est subsecuta. Nam ad mulierem di- ne.li.
ctum est post peccatum Gen.3. Sub viri pote- * Ia 9
state eris. Et Gregor. dicit, q̄ vbi non delin-* Ezech.
quimus, omnes pares sumus. Sed mulier na- par.2.c.
turaliter est minoris virtutis & dignitatis, 6.gratia
quàm vir. Semper.n. honorabilius est agens prædic.
patiente: vt dicit Aug.12.super Gen.ad lit. bet in
Ergo non debuit mulier produci in prima re- fida.
rum productione ante peccatum.

¶3 *Præterea. Occasiones peccatorū sunt* Li.12.c.
amputandæ. Sed Deus præscuit q̄ mulier es- 36.Ia
set futura viro in occasionem peccati. Ergo dist.
non debuit mulierem producere.

SED contra est, quod dicitur Genesi.2. Gen.2.
Non est bonum hominē esse solum, faciamus
ei adiutorium simile sibi.

RESPONDEO dicendum, quòd ne-
cessarium fuit fœminam fieri, sicut Scriptura
dicit in adiutoriū viri: non quidem in adiu-
torium alicuius operis, vt quidā dixerūt: eùm
ad quodlibet aliud opus conuenientius iuua-
ri posset vir per aliū virum, q̄ per mulierem,
sed in adiutorium generationis. Quod maxi-
mè magis videri pōt, si in viuentibus modus ge-
nerationis consideretur. Sunt.n. quædā anima-
tia, qua in seipsis non habent virtutem actiu-
am generationis, sed ab exterior alterius spe-
ciei

ciei generantur: sicut plātę & animalia quæ A
generantur sine semine ex materia cōuemēti
per virtutem actiuam cęlestium corporum.
Quædam vero habent virtutē generationis
actiuā & passiuā coniunctam, sicut accidit in
plantis, quæ generantur ex semine. Nō.n.est
in plantis aliquod nobilius opus vitę quā ge-
neratio. Vnde conuenienter omni tempore in
eis virtuti passiuę coniungitur virtus actiua
generationis. At alibus vero perfectis cōpetit
virtus actiua generationis secundū sexū ma-
sculinum, virtus vero passiua secundū sexū B
femininum. Et quia est aliquod opus vita no
bilius in animalibus q̄ generatio, ad quod
errū vita principaliter ordinatur: ideo non
oi tempore sexus masculinus femineo cōiun
gitur in animalibus perfectis: sed solū tēpore
coitus, vt imaginemur per coitū sic fieri vnū
ex mare & femina, sicut in planta omni tē-
pore coniungitur vis masculina & femmina
est in quibusdā plus abundet vna harum in
quibusdā plus altera. Homo aūt adhuc ordi-
natur ad nobilius opus vitæ, quod est intelli- C
gere. Et ideo adhuc in homine debuit esse ma
tori rōne distinctio virtutū, virtutis, vt seor
sum produceretur femina à mare, & tamen
carnaliter coniungerentur in vnū ad genera
tionis opus. Et ideo Hatim post formationem
mulieris, dī Gen.2. Erunt duo in carne vna.

AD primum ergo dicendum, q̄ per resp
ectum ad naturam particularē femina est ali
quid deficiens & occasionatum: quia virtus
actiua quæ est in semine maris, intendit pro-
ducere sibi simile perfectū secūdā masculinū D
sexū. Sed q̄ femina generetur, hoc est propter
virtutis actiuæ debilitatē vel propter aliquā
materiæ indispositionē: uel ēt propter aliquā
trā mutationem ab extrinseco: puta à ventis
austr alibus, qui sunt humidi: vt dicitur in li.4.c.2.
li.de generatione animalium. Sed per cōpa- tex.4.
rationem ad naturā vniuersalē femina nō
est aliquid occasionatū, sed est de intentione
naturæ ad opus generationis ordinata. Inten E
tio aūt naturæ vniuersalis dependet ex Deo,
qui è vniuersalis autor naturę. Et ideo insti
tuendo naturam, non solum marem, sed
etiam faminam produxit.

AD secundum dicēdum, quòd duplex est
subiectio. Vna seruilis, secundum quam prę-
sidēs vtitur subiecto ad suiipsius utilitatē. Et
talis subiectio introducta est post peccatum.
Est autem alia subiectio œconomica vel ciui
lis, secundum quam præsidens vtitur subiec-
tio ad eorum utilitatem & bonum. Et ista
subiectio fuit etiam ante peccatū. Defuisset
n.bonum ordinis in humana multitudine, si
quidam per alios sapientiores gubernati non
fuissent. Et sic ex tali subiectione naturali-
ter famina subiecta est viro: quia naturali-
ter in homine magis abundat discretio rōnis.
Nec inæqualitas hominum excluditur per in-
nocentię statum: vt infra dicetur. * Qu. 78.
ar.4.

AD tertium dicēdum, quòd si omnia ex
quibus homo sumpsit occasionem peccandi,
Deus subtraxisset à mundo, remansisset vni-
uersum imperfectum. Nec debuit bonū com-
mune tolli, vt vitaretur particulare malū,
præsertim cùm Deus sit adeo potēs, vt quod-
libet malum possit ordinare in bonum.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Necessum fuit fœminam fieri in adiutorium viri. Ratio est. Necesse fuit dari viro adiutorium ad generationis opus, ergo necessum fuit fieri fœminam. Cōsequentia probatur. Quia fœmina ad generationem adiuuat, & ad nullum aliud opus est necessaria: quia vir potest ad quodlibet aliud melius per virum quam per fœminam adiuuari. Antecedens patet. Quia vir solus nō sufficit ad generationis opus perficiendum, & consequēter cum sit generatiuus, eget ad hoc adiutorio.

COMMENTARIVM.

TOta difficultas huius articuli est circa rationem D.Thomæ, in qua dicit, q̄ ad omne aliud opus præter generationem, melius adiuuatur vir per alium virū, quā per fœminam. Hoc.n. videtur falsissimum.

¶Primò. Quoniam Arist.lib.2.œchon. ca.1.& 4.docet, quòd in operibus familiæ alia sunt opera propria viri, & alia sunt opera propria mulieris. Et in 8.Ethicorum capitu.12. docet, quòd vir & mulier non tantum conueniunt in vnum propter gene rationem, sed etiam propter alia opera do mestica.

mestica. Quem locum adducit ipse D. Th. A in artic. 2. & approbat. Eundem etiam locum adducit in 4. distinct. 26. quæstio. 1. artic. 1. ergo in his operibus melius iuuatur vir per mulierem, quam per alium virum.

¶ Secundò. Quoniam ex ipsa Sacra scriptura hoc videtur colligi. Nam Prouerb. 31. dicitur in laudem mulieris. Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Et iterum dicitur ibidē. De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Et iterum: B Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Et Ecclesiastici. 36. Vbi non est mulier, ingemiscit æger, ergo ista opera sunt propria mulieris, & in quibus melius iuuatur vir per mulierem.

¶ Arguitur tertiò. Homines in hoc brutis animalibus præstant, quòd illa consortio maris & fœminę non egent nisi solius procreationis causa: homines verò non solùm propter illam, sed & eorū gratia, quæ ad vitam conferunt. Habent. n. sua officia C diuersa. Vxori namque illa congruunt officia, quæ domi exercētur, vt nere, & res domesticas curare, viris aūt ea incūbunt, quæ foris exercentur, vt victum procurare, & publica gerere negotia, ergo in his officijs melius, adiuuatur vir per mulierem, quam per alium virum.

¶ Ad hoc dubium, aliqui ex discipulis D. Thom. conātur respondere facilè, quòd D. Thom. loquutus est solùm de illis operibus, quæ per ipsum virum exercen solēt D & debent, ad quæ opera proculdubiò melius iuuatur vir per alium virum, quā per mulierem: secus autem est de alijs operibus domesticis, quæ solēt esse propria mulieribus, in quibus multò melius iuuatur per mulierem. Sed hæc responsio est adeo facilis, vt non sit ad mentem Diui Thom. Nam D. Thom. non loquitur de his operibus cum aliqua limitatione, sed absolutè & vniuersaliter dicit, quòd ad quodlibet opus prēter generationem melius iuuatur E vir per alium virum, quàm per mulierem.

¶ Secunda ergo solutio aliorum est, q̄ nomine generationis intellexit D. Thom. omnia illa opera, quæ pertinent ad prolis & familiæ generationem, educationem & bonam gubernationem, & totam negotij œchonomiam, idest, rerum administrationem. Hæc autem vniuersa & ad hæc pertinentia, solent dici aliquando generatio, quoniam ordinantur ad perfectam filiorū procreationem. Atque hoc pacto solet dici quòd matrimonium est necessariū ad procreationem filiorum, vbi nomine procreationis intelliguntur omnia officia requisita ad optimam educationem filiorū. Quapropter nulla est contradictio inter Aristotelem & Diuum Thomam. Nam omnia illa opera, quæ Aristot. apposuit prēter generationem, in quibus vir adiuuatur per mulierem, comprehendit hic D. Thomas sub illo nomine generatio. Et potest suaderi hic modus explicandi Diuum Thomā ex eo, quòd istud nomen generatio: aliquādo accipitur pro toto discursu vitæ, & operū, quæ consequūtur post natiuitatem, in qua acceptione D. Chrysostomus homilia. 2. sup. Matth. dicit interpretandum esse illud quod dicitur Matthæi. 1. Liber generationis Iesu Christi, vbi generatio non solum significat Christi natiuitatem, sed totum vitæ eius discursum. Ista solutio quamuis alicui posset videri probabilis, tamen non videtur ad mentem Diui Thomæ, quoniā D. Tho. distinguit opus generationis à quocunque alio opere, quod per virum & mulierem exerceri solet. Quapropter tertia solutio, quam hic affignat Caietanus, nobis videtur eligenda.

¶ Pro cuius intelligentia notandum est primo, quòd mulier potest considerari dupliciter: vno modo secundum quòd est cōiuncta viro, & habet ordinem ad ipsum. Secundò modo considerando tam mulierem quàm virum absolutè & simpliciter sine ordine vnius ad alterum.

QVO posito sit prima conclusio. Si loquamur de muliere secundum, q̄ est coniuncta viro, & habet ordinem ad ipsum, multa opera sunt domestica, quę melius fient per mulierem, quàm per virum. Hanc conclusionem probant argumenta facta à principio, & prēterea, pbatur. Quoniam supposita illa coniunctione multa opera sunt, quæ conuenit fieri à muliere, & nullo modo decent virum, maximè vero si consideretur mulier sic affecta, & assuefacta ad plura opera, quæ ab illis secundum

dum communem viuendi modum exercēri non solent. Et in hoc sensu intelligenda sunt omnia, quæ diximus inter arguendum ex Arist. & ex Sacra scriptura. A

¶ Secunda conclusio. Si loquamur de viro & muliere absolutè & simplicirer & absque comparatione vnius ad alterū omnia opera prēter generationem, quæ fiunt per mulierem, melius & commodius possent fieri per virum, quàm per mulierem. Hanc conclusionem tenet Diuus Thomas in isto articulo, & hoc vult dicere, quando B ait, quòd fœmina ad generationem adiuuat, & ad nullum aliud opus est necessaria, quia vir potest ad quodlibet aliud melius per virum, quam per fœminam adiuuari. Et prætereà probatur. Quoniam vir habet maiorem industriam, & maiores vires ad omnia opera quam mulier, ergo.

¶ Tertia conclusio. Præcipuus & principalis finis, propter quem fœmina creata est in adiutorium viri, est procreatio & generatio filiorum, licet etiam secundario quasi munus principaliter sit creata, ppter mutuum obsequium viri & fœminæ. Hæc conclusio præcipuè quo ad primam partē est communis omnibus sanctis, dum interpretantur illud Genes. 2. Faciamus ei adiutorium simile, &c. vbi causam productionis fœminę, adhibent generationem filiorum, quæ sine fœmina fieri nullo modo potest. Ita constat ex D. Ambrosi. libro de paradiso cap. 11. & multo apertius ex D. August. lib. 9. super Genesi. ad liter. cap. 3. vbi dicit: D Si quæratur ad quā rem fieri oportuit hoc adiutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos, sicut fœmini adiutorium est terra, vt virgultum nascatur. Et in huius rei confirmationem adducit D. Augustinus quòd cum Genesi. 1. dixisset Moyses: Masculum & fœminam fecit eos, statim adiecit eis dixisse Deum; Crescite & multiplicamini & replete terrā, ad significandū ideireo fœminam esse productam, vt adiutorium esset viro ad opus E generationis. Et eandem doctrinam cum D. August. habet D. Cyrillus libro. 3. contra Iulianum circa primum, & confirmat ex eodem testimonio. Præterea hæc conclusio quo ad vtramque partem est expressa Diui Thom. in addit. ad tertiam partem q. 41. artic. 1. vbi ait, q̄ matrimonium, ac per consequens adiutorium fœminę est naturale viro, & necessarium dupliciter. Primò, Quantum ad principalem eius finem, qui est generatio prolis vsque ad statum perfectum hominis inquantum homo est. Secundò. Quantum ad secundarium eius finem, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum, vide Diuū Thom. ibi & Magistrum Soto in 4. dist. 26. quæstione. 1.

¶ Sed contra hanc conclusionem præcipuè quo ad secundam probationem videtur esse autoritas D. Augusti. vbi supra. ca. 5. in quo loco contendit probare ad nullum alium finem nisi ad generationem filiorum procreatam esse fœminam. Ait. n. Si ad hoc adiutorium gignendi filios, non est facta mulier viro, ad quod ergo adiutorium facta est? Si quia simul operarentur terram, nondum erat labor, vt adiumento indigeret, etsi opus esset, melius adiutoriū masculus faceret: hoc & desolatio dici non potest, si solitudinis fortassè tædebar. Quā to enim congruentius ad conuiuendum & colloquendum duo amici pariter, quā vir & mulier habitarent? & post alia tandem concludit: Quapropter non inuenio ad quod adiutorium facta sit mulier viro, si pariendi causa subtrahatur: ergo male dixi mus in conclusione, quòd creata est mulier propter mutuum obsequium viri & fœminæ. Ad hoc respōdetur, quòd hæc autoritas D. Augustin. facit maximè pro his, quæ dicit D. Thom. in hoc art. intelligenda tamen est quantum ad finem principalem, qui quidem est procreatio filiorum. Vt tamen istum finem suauius & commodius consequi posset homo, Deus qui suauiter omnia disponit, impressit illis secundariū finem, scilicet, mutuū ipsorum obsequiū. Verum tamen est, quòd istud obsequium melius poterat fieri viro per alium virum, quam per mulierem, si absolutè vir & mulier considerentur, non tamen si considerētur secundum quòd mulier dicit ordinem ad virum, & habet coniunctionem cum eo, iuxta dicta in 1. & 2. conclusione. Ad argumenta in principio facta patet ex dictis.

AR-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm mulier debuerit fieri ex viro.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur, q̃ mulier nõ debuit fieri ex viro. Sexus.n. communis est homini, & alijs animalibus. Sed in alijs animalibus famina non sunt facta ex maribus. Ergo nec in homine fieri debuit.

¶ 2 Praterea. Eorum qua sunt eiusdem speciei, eadem est materia. Sed mas & famina sunt eiusdem speciei. Cum igitur vir fuerit factus ex limo terra, ex eodem debuit fieri famina, & non ex viro.

¶ 3 Praterea. Mulier facta est in adiutorium viro ad generationem. Sed nimia propinquitas reddit personam ad hoc ineptam. Vnde personæ propinquæ à matrimonio excluduntur: vt patet Leuit. 18. Ergo mulier non debuit fieri ex viro.

SED contrà est, quod dicitur Eccle. 17. Creauit ex ipso (scilicet viro) adiutoriũ simile sibi (scilicet mulierem.)

RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit mulierem in prima rerum institutione ex viro formari magis quàm in alijs animalibus. Primò quidem, vt in hoc quędã dignitas primo homini seruaretur: vt secũdũ Dei similitudinem esset & ipse principium totius suæ speciei, sicut Deus est principium totius vniuersi. Vnde & Paul. dicit Act. 17. q̃ Deus fecit ex vno omne genus hominũ. Secundò, vt vir magis diligeret mulierem, & ei inseparabilius inhæreret, dum cognosceret eam ex se esse productam. Vnde dicitur Gen. 2. De viro sumpta est. Quamobrẽ relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ. Et hoc maximè necessariũ fuit in specie humana, in qua mas & famina cõmanent per totã vitã. Quod non contingit in aliis animalib. Tertiò, quia, vt Philosophus dicit in 2. de Eth.* mas & famina coniunguntur in hominibus, nõ solum propter necessitatem generationis, vt in alijs animalibus: sed etiã propter domesticam vitam, in qua sunt aliqua opera viri & fœminæ, & in qua vir est caput mulieris. Vnde conuenienter ex viro formata est famina, sicut ex suo principio. Quarta verò est ratio

* Li. 8. Ethic. c. 12. nõ remotè à fine. tem. 5.

A sacramẽtalis. Figuratur. n. per hoc q̃ ecclesia à Christo sumit principium. Vnde Apostolus dicit ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnũ est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD secundum dicendum, quòd materia est ex qua aliquid fit. Natura autem creata habet determinatum principium. Et cùm sit determinata ad vnum: etiam habet determinatum processum. Vnde ex determinata materia producit aliquid in determinata specie. B Sed virtus diuina, cùm sit infinita, pẽtidem secundum speciem ex quacũque materia facere: sicut virum ex limo terræ, & mulierem ex viro.

AD tertium dicendum, quòd ex natura generationis contrahitur quædam propinquitas, quæ matrimonium impedit. Sed mulier non est producta à viro per naturalem generationem, sed sola virtute diuina. Vnde Eua non dicitur filia Adæ. Et propter hoc ratio non sequitur.

C ¶ Conclusio est affirmatiua.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm mulier debuerit formari de costa viri.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd mulier non debuerit formari de costa viri. Costa.n. viri fuit multò minor D quàm corpus mulieris. Sed ex minori non potest fieri maius nisi vel per additionem: quod si fuisset, magis ex illo addito mulier formata diceretur quàm de costa. Vel est per rarefactionem. Quia (vt dicit Augustin. super Genesi. ad liter.*) non est possibile vt aliquod corpus crescat nisi rarefiat. Non autem inuenitur corpus mulieris varius quàm sit corpus viri ad minus in ea proportione quam habet costa ad corpus Euæ. Ergo Eua non fuit formata de costa Adæ. E

¶ 2 Praterea. In operibus primo creatis non fuit aliquid superfluum. Costa ergo Adæ fuit de perfectione corporis eius. Ergo ea subtracta remansit imperfectum: quod videtur inconueniens.

¶ 3 Pra-

¶ 3 Praterea. Costa non potest separari A ab homine sine dolore. Sed dolor non fuit ante peccatum. Ergo costa non debuit separari à viro, vt ex ea mulier formaretur.

SED contra est, quod dicitur Genes. 2. Aedificauit Dominus Deus costam, quã tulerat de Adam, in mulierem.

RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit mulierẽ formari de costa viri. Primo quidem, ad significandum quod inter virum & mulierem debet esse socialis coniunctio. Neque enim mulier debet dominari in B virũ. Et ideo nõ est formata de capite. Neq; debet à viro despici tanquam seruiliter subiecta. Et ideo non est formata de pedibus. Secundo propter sacramentum. Quia de latere Christi dormientis in cruce fluxura erant sacramenta, id est, sanguis & aqua, quibus est Ecclesia instituta.

AD primum ergo dicendum, q̃ quidam dicunt, per multiplicationem materiæ absq; alterius additione formatum fuisse corpus mulieris, ad modum quo Dominus quinque C panes multiplicauit. Sed hoc est omnino impossibile. Multiplicatio enim prædicta aut accidit secundum transmutationem substantiæ ipsius materiæ, aut secundum transmutationẽ dimensionum eius. Non autem secundum transmutationem substantiæ ipsius materiæ. Tum quia materia in se cõsiderata est omnino transmutabilis, vtpote existentis in potentia, & habens non solum rationem subiecti. Tum ẽt quia multitudo & magnitudo sunt præter essentiã ipsius materiæ. Et ideo nullo D modo potest multiplicatio materiæ intelligi eadem materia manente absq; additione: nisi per hoc q̃ maiores dimensiones accipiat. Hoc aũt est rarefieri, s materiam eandẽ accipere maiores dimensiones: vt Philosophus dicit in 4. Physic.* Dicere ergo materiã multiplicari absq; rarefactione, est ponere contradictoria simul, s. diffinitionem absq; diffinito. Vnde, cùm no appareat rarefactio in talibus multiplicationibus, necesse est ponere additionem materiæ: vel per creationem, E q̃ probabilius est: vel per conuersionẽ. Vnde Aug.* dicit super Ioann. q̃ hoc modo Christus hominũ quomodo ex paucis granu produxit multitudinẽ segetũ. Quod fit per conuersionẽ alimenti. Dicitur tamẽ vel ex quinq; panibus turbas pauisse, vel ex costa mulierẽ formasse, quia additio facta est ad materiã præexistentem costæ, vel panum.

AD secundum dicẽdum quod costa illa fuit de perfectione Adæ non prout erat indiuiduũ quoddã, sed prout erat principiũ speciei: sicut semen est de perfectione generãtis, quod operatione naturali cum delectatione resoluitur. Vnde multo magis virtute diuina corpus mulieris potuit de costa viri formari absq; dolore. Et p̃ hoc patet solutio ad tertiũ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. ¶ Secunda conclusio ad primũ. Mulier producta est de costa viri per additionem nouæ materiæ, siue illa additio materiæ facta fuerit per creationem quod est probabilius, siue facta fuerit per conuersionem alterius materiæ.

COMMENTARIVM.

IN his articulis in primis oportet reicere quandam sententiam fabulosam, & hæreticam, quam docuerunt Gnostici de productione mulieris, sicut refert Di. Ireneus lib. 1. cont. hæres. c. 34. quã breuitatis causa omitto, à D. enim Irenæo copiosissimè refertur. Præterea, est alia hæresis fabulosa ẽt & hæretica, quã docuerunt Manichæi, sicut refert Epiphanius lib. 2. cont. hæres. c. 66. de qua vide ipsum. Item ẽt adnotanda est altera sententia fabulosa & hæretica quorundam, quos refert Sixtus Senẽs. lib. 5. Biblioth. Sanctæ, annot. 45. qui asserebant primum hominem esse creatũ Androgynum, & postea facta sectione per dorsum productam esse mulierem. Cuius fabulosi erroris meminit etiam D. Augustin. libro 3. super Genes. ad literam capit. 22. & Strabus super Genes. affirmat esse Iudæorum fabulam. His autem omissis, quæ propter vetustatem & euidentem falsitatem, iam sunt ex hominum memoria obliterata in præsenti sunt aliquæ quæstiones diligentiùs examinandæ.

QVapropter dubitatur primo, Vtrũ secundùm rei veritatẽ mulier p̃ducta

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit ex viro & ex costa illius ; an vero illud A sit accipiendum secundum figuram & metaphoram ? ¶ Et videtur quod hæc mulieris productio tantùm sit accipienda secundum metaphoram & figurã. Primo ex D.Chrysost.homil. 15.super Genes. vbi dicit explicando productionem mulieris ex viro . Ne humano more accipias, quæ dicuntur, sed crassa verba hæc, humanæ imbecillitati accõmodata cogites . Et postea subdit: Ne igitur verbis tantùm simus addicti, sed omnia, vt par est, de Deo sentiamus. Quã do n.dicitur, ꝙ accepit Deus, & omnia talia fecit, propter nostram infirmitatem ita dicta sunt, ergo secundùm Chrysost. illa verba non sunt accipienda secundam literam . ¶ Secundò arguitur Genes. 1.dicitur , ꝙ formauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, masculum, & fœminam creauit illos. Ex quo testimonio colligitur , ꝙ simul creati sunt, ergo illa quæ narrantur Gene. 2. accipienda sunt secũdũ figuratã loquutionẽ. ¶ Tertio . Si fœmina producta fuit de costa viri sequitur, ꝙ vel Adam ante formationem mulieris fuit monstrum, vel quòd post formationem eius remanserit mancus . Sed vtrumque repugnat primæ rerum conditioni, ergo . Quod si ad hoc respondeas cũ D.Thom.hic arti.3. ad secundum, ꝙ costa illa erat de perfectione Adæ nõ prout erat quoddam individuum, sed prout erat principium speciei , sicut semen est de perfectione generantis prout est principiũ speciei, licet non prout est individuum quoddam. Contra hoc est argumentum. Nam licet bene stet secundùm istam solutionem Adam ante costam ablatam non fuisse monstruosum principiũ, quia costa illa in ratione principij erat illi necessaria, nõ tamen constat non fuisse ipsum monstruosum hominem, siquidem in ratione hominis illa costa non erat illi necessaria.

¶ Quarto. Secundum regulam D. Aug. lib.2.super Genes.ad liter.c.1. In prima re E rum conditione non est quærendũ miraculum, sed quid postulet ipsa natura rerum, & quid habeat . Sed magnum miraculum esset ꝙ mulier produceretur ex costa viri, ergo. ¶ Quinto. Multa narrantur Genes. 1. 2. & 3. quæ sine aliquo periculo possunt explicari secundum metaphoram, quædã vero quæ necessario debent intelligi secundùm metaphoram , ergo ẽt id ꝙ narratur de costa viri, &c. Antecedens patet primo. Qm̃ illos sex dies explicuit Aug. in sensu metaphorico, & hoc sine periculo fidei, vt ostẽsum est supra in tractatu de opere sex dierum. Secũdo. Quoniam maledictio serpentis & deambulatio Dei ad auram post meridiem , necessario debent intelligi in sensu metaphorico . ¶ Sexto. Somnus ille B non videtur posse accipi secundùm literã. Nam verus somnus causatur ex ciborum euaporatione ad cerebrum. Adam vero eo tempore nondum sumpserat cibum, ergo etiam illa, quæ narrantur accidisse in somno, non sunt accipienda secundum literã. Confirmatur. Quoniam Genes 2. habetur, quòd formata muliere Dominus adduxit illam ad Adam ; sed si producta fuisset ex eius costa, nõ oportuisset illam adduci ad Adam ; quoniam illi esset propinqua, ergo C signum est, quòd secundum metaphoram debet accipi. ¶ Septimo. In Hebræo habetur dictio, quę non solum significat costã, sed etiam latus . Et hoc nomen homo , & Adam , non solum primo parenti conuenit, sed etiam Euæ , quia Adam significat idem, quod terrenus, ergo quando dicitur, ꝙ formauit Deus hominem de limo terræ , illic possumus intelligere fœminam formatam esse de limo terræ. Confirmatur primo. Nam si Eua producta est ex costa, vel ex costa, idest, esse tantum, aut ex esse cum carne, sed neutrum horum, ergo. Consequentia firmatur secundo . Si facta fuit ex costa, quare non suppleuit Deus aliam costam pro illa, sed carnem, vt sic in nullo damnificaretur vir ex formatione mulieris ?

IN hac quæstione multi grauissimi viri errauerunt . In primis enim Plotinus, Ammonius, & Origenes (vt refert Cœlius Rodiginus lib.1.antiq.lectio.capitu.45.& lib.11.cap.47.) hanc Moysis doctrinam de productione mulieris ex costa viri per allegorias secretiora acumina interpretati sunt . Affiruunt enim primum , personas duas , hominem ipsum quasi Adam , & humanum animal inde dimanans , atque degenerans quasi Euam , quæ ex consopito Adam tracta narratur ; quoniam animal

animal ex se tunc propagatur anima, quã A do ex priore inter cælestes vigilia ad natalia habens , diuinarumque oblita iam dormit, & somniat. Proinde tunc effundere vitam corpori dicitur, Euæ nomine significatam, quæ & prior errore deuio pro lapsa illius denique suffragium impetrat. Quãmobrem cum esse traduntur duo in carne vna, duas velut in corpore vno animas rectè accipi posse arbitrantur. Honorius autem presbyter lib. de Philosophia mundi c. 23. opinatus est, ꝙ illa formatio B mulieris de costa viri accipiẽda est secundum metaphoram, non aũt secundũ literã. Existimat enim iste autor, ꝙ mulier nõ est formata ex costa viri , sed ex latere illius limi, ex quo formatus est Adam: quasi acceperit Deus ex limo illo particulam quandam, vnde fecit Euam. Deniq; Catet. in commentarijs Gene. 2. opinatur viũ & fœminam simul esse productos . Ex quo colligit, quòd ea quæ narrantur Genes. 2. de productione fœminæ ex costa viri, nõ C sunt accipienda secundùm veritatem, sed secundum metaphoram , sicut accipitur Genes. 3. maledictio serpentis. Non enim erat verus serpens, sed diabolus. Augustinus etiam Eugubinus propter argumentum septimum à nobis factũ in sua Cosmopœia super c. 2. Genes. existimat non de costa Adæ viuentis esse productam fœminam, sed factum esse corpus illius ex limo terræ sicut corpus primi parentis.

¶ Nihilominus tamen contra has om- D nes & huiusmodi sententias sit conclusio. Sententiæ istę omnes, & aliæ si quæ sunt, quæ affirmant formationem mulieris ex costa viri non ita contigisse secundum rẽ, sed metaphoricè accipiendam esse, non solùm sunt periculosæ in fide , sed etiam contra fidẽ & erroneę. Ista conclusio probatur primo . Communis consensus Ecclesię & Sanctorum & Doctorum tenet historiam illam Genes. 2. accipiendam esse in E sensu proprio, non autem in sensu metaphorico, ergo oppositum asserrere est erroneum . Confirmatur. Quoniam in rebus, quæ ad fidem pertinent, non est liberum vnicuique pro suo arbitratu adinuenire nouos sensus Sacrę scripturæ contra communem intelligentiam Sanctorum Patrũ, sed communis intelligentia Sanctorum explicat illum locum in sensu proprio, ergo negare hanc intelligentiam est periculosum & erroneum. Maiorem satis superque ostendimus supra quæst. 1.artic.8.& 10. Minor vero probatur. Quoniã omnes Sancti Patres sic explicant illum locum. D.Cyrillus in 3.lib.contra Iulianum circa principium. D.Augustt. lib.12.de Ciuit.ca. 26.& lib.9.super Gene.ad lit.c.13. D.Chrysost.super Genes.homil.15. & super epist. ad Colossl.homil.12. D.Ambrosl.lib. de parad.cap.11.& D. Hieron.in comment.super Amos cap.9.& Origenes homil. 1.super Exodum ,& D. Bernard. sermo. 2. de Septuagesima. Probatur secundo . Si vnicuiq; liberum esset adinuenire sensus metaphoricos aut mysticos, vbi sancti Patres non admittunt, sine dubio eneruaretur auctoritas, & tota vis quam habet Sacra scriptura ad cõfirmandas res fidei, sed non admittunt sancti Patres Ecclesiæ illum sensum metaphoricum, Genes.2. ergo falsum & erroneum est illum admittere . Maior est certa, & eam docet optime Hosius to. 1.confessl.catholicæ c. 18. Minor vero patet ex locis Sanctorũ citatis in argumento præcedenti. Et confirmatur primo ex doctrina illorum Sanctorum , qui damnant eos, qui explicant parabolicè & metaphoricè ea, quę narrantur Genes. 1 & 2. Nã Diuus Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum episcopum (quę inter epistolas D.Hieronymi est nu.60.) & ipse Hieronymus in epistola ad Pammachiũ . 61.de erroribus Ioan.Hierosolymitani dãnant illum Ioannem, propterea ꝙ allegoricè explicat omnia illa loca cũ Origenistis. Quod ẽt damnatur in 6. Synodo Constantinopolitana, actione 11.contra Origenistas. Quibus addendum est, ꝙ in Concilio Vienensi sicut refertur in Clement. vnica, de summa Trinitate, &c. habetur, & ab Innocent. III. in capit. Gaudemus. extra de diuortiis, expressè explicatur ille locus de formatione mulieris in sensu proprio, & literali. quanuis dicatur id factũ esse in figura ẽt Christi & Ecclesię. Cõfirmatur secundo. Iuxta regulã D. Basilij homi. 3. exameron, & D. Aug. & aliorum Sanctorum, Sacra scriptura semper est explicanda in

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu proprio, nisi quando consequeretur A inde aliqua absurditas, sed nulla consequitur absurditas ex eo quod dicamus mulierem reuera productam esse de costa viri, imo vero potius sequitur maxima congruentia & conuenientia, vt D.Tho. explicat in artic.2. & 3.ergo. Tertio probatur conclusio ex locis Sacræ scripturæ. Genes.2.dicitur: Ædificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam in mulierē. Quem locū vniuersi Sancti, quos supra citauimus interpretantur ad literam in sensu proprio: B sic habet D.Aug.lib.12.de Ciuita.cap. 23. & 26.vbi docet, q̄ illi qui historiam in Genesis principio allegoricè credunt esse dictam, fabulosè credunt, & infideliter cogitāt. Præterea Ecclesiastici 17.dicitur: Deus creauit de terra hominem, & ex ipso adiutorū simile sibi Et 1.Corin.11.dicitur: Nō enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Super quem locum D. Ambros. animaduertit illam congruentiam, quam D.Tho. adduxit in art.2. quòd sicut Deus est prin- C cipium totius vniuersi, ita primus homo est principium totius generis humani. Et hac ratione, vt dicitur Genes.2. Mulier dicta est virago, quia de viro sumpta est. Deniq; D.August.lib.9.super Genes.ad lite.c. 16.ait: Fideliter credimus primam fœminam ex primo viro factam sine concubitu, sicut fideliter credimus vnum virum factum ex fœmina sine concubitu, vbi D. Aug. videtur docere quòd pertineat ad fidem primam mulierem reuera productā ex costa viri. Quapropter negare non pos- D sumus quin Caietan. maxime errauerit in sua assertione, nihilominus tamen ipse nō minus catholicus existimandus est quam doctissimus. Quod dixerim propter Ambrosium Catharinum in Commentarijs super Genesim, & lib.1. annot. contra Caiet. & Alphonsum de Castro lib. 2. aduersus hæreses, titul. de anima, hæresi.6. Gabrielē de Prateolo lib.18. de vitis hæret. c.20. qui ausi sunt non sine maxima iniuria grauis- E simi viri propter hanc sententiam ipsum recensere inter hæreticos. Qua in re certè potest dici de illis, quòd de Græcis insultantibus Hectori iam mortuo dixit Homerus, quòd leoni mortuo etiam lepores insultant.

AD primum argumentum respondetur, quòd quemadmodum animaduertit Sixtus Senensis lib.5. annot.46. quidam autores existimauerunt illa verba Chrysost. sententiæ Caiet. fauere, sed maximè decipiuntur. Nam Chrysost. in illis verbis solum reprehendit eos, qui ita erant intelligebant historiam illam, vt inde colligerent Deum habere manus & alia membra corporea, quibus tulit costam de Adā, & formauit mulierem: quod tamē est manifesta hæresis; aliàs autem D.Chrysosto. vt supra citauimus, expresse docet nostrā conclusionem.

¶Ad secundum respondetur, q̄ absque dubio vir productus est antequā mulier: quod quidem & ex dictis patet, & aperte Sacra scriptura dicere videtur. Nam Sap. 10.dī. Hęc illū, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, &c. Et, 1. ad Timotheum 2. Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Super quem locū D. Ambr. docet, q̄ mulier post virū & ex viro facta est. Hoc ipsum satis apertè colligitur ex 1. & 2. capite Geneseos. Nihilominus tamen credo, q̄ hoc ipso sexto die creata etiā fuerit mulier, & ita quòd breue tempus fuerit quo Adam solus extiterit. Licet enim mihi nunc se offerat aliquis expressus locus Sanctorum Patrum, qui id apertè asserit, colligo tamen primo ex eo quòd Genes. 1. mulieris productio cōparatur inter opera sextæ diei, vbi dicitur, q̄ creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Quamis enim ex illo loco nulla ratione deduci possit, vt Caietanus deduxit, illos simul productos fuisse, & in eodem temporis instanti, colligo tamen certo mihi videtur illos eodem die productos fuisse, quia vnicuique diei singula opera Sacra scriptura ordinatissimè tribuit. Secundo. Quia eodem sexta die post Deus præceptum homini de propagāda specie humana. Dicitur enim ibidem. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &c. ergo iam erat producta mulier, si quidem sine illa vir non poterat propagare speciem. ¶His suppositis ad argumēta respondetur primo, q̄ in illo loco Gene. 1. refertur

refertur productio viri & fœminę per quā A in die iudicij, An in Adam, an in Eua? Respondetur, quòd resurget in Eua, quia illa costa erat superflua primo parenti, vt indiuiduum, erat tamen intrinseca ipsi Enæ, quatenus erat indiuiduum. Solutio est D. Bonauen. vbi supra, quàm adhibet D. Th. in 2.d.18.q.1.art.1.ad tertium.

¶Ad quartum respōdetur, cum D. Th. ibidem. ad quintum, quòd in prima rerū conditione ex necessitate debuerunt interuenire aliqua miracula. Ratio est, quoniā B supposito, quòd primi homines non potuerunt produci per generationem seminalem, necesse fuit interuenire in modo productionis aliquod miraculum. Atque adeo quemadmodum vir miraculosè est productus ex limo, ita etiā mulier miraculosè est producta est ex costa viri. ¶Ad quintum respondetur negando consequentiā. Et ratio est. Quoniam Sancti Patres illa loca Sacræ scripturæ accipiunt in sensu metaphorico, quæ nō possunt explicari in proprio sensu sine absurditate, vt iam dixi C mus ex regula D.Basilij. Hæc aūt absurditas nullo modo sequitur ex eo, q̄ explicemus productionem mulieris ex viro in sensu proprio, sicut explicuerunt omnes sancti, sic adeo vt D.Tho. in loco modo citato dixerit, quòd apud catholicos hoc nō debet verti in dubium, quòd secundum veritatem mulier producta sit ex costa viri. ¶Ad sextum respondetur cum D. Aug. lib.9.super Genes.ad literam cap.19.quòd D ille somnus nō fuit naturalis, sed miraculosus ex diuina virtute, quod & ipsa Sacra scriptura satis insinuauit, quando dixit: Immisit Dominus soporem in Adam; ad significandum, quod ille somnus fuit immissus sine causatus ab ipso Deo. Itaq; primus homo verè passus est alienationem sensuum, & dormiuit. Propter quas vero causas illa productio mulieris facta sit dormiente viro, refert Abul. Gen. 13. q.310. quo loco multa etiam de tota hac quæstione adducit. Magister autem Sententiarum E in illa d.18. duas huius rei causas assignat. Prima est, vt nullam sensisse pœnam in illa detractione costæ Adam monstraretur, & diuinæ simul potentiæ opus mirabile ostenderetur. qua hominis dormentis latus aperuit, nec eum tamen à quiete so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris excitauit. Secunda propter sacramen A
tum Christi & Ecclesiæ, quod in isto opere
figuratum est. Quia sicut mulier de latere
viri dormientis formata est, ita Ecclesia ex
sacramentis, quæ de latere Christi in cru-
ce dormientis profluxerunt, scilicet sangui
ne & aqua, quibus redimimur a pœnis, at-
que abluimur à culpis. Tertiam rationem
assignat D. Aug. loco modo citato, scilicet,
q̃ ideo immisit Dominus illam extasim
in Adã, vt soporatus obdormiret, vt sic ip-
sius mens per extasim particeps fieret tan B
quam angelicæ curiæ, & intrans sanctua-
riũ Dei intelligeret nouissima. Vnde euigi
lans tanquam prophetiæ plenus, cum ad
se mulierem adductam vidit, erq̃tauit cõ
tinuò quod magnum sacramentum com-
mendat Apostolus ad Ephes. Hoc nunc
os ex ossibus, &cet. De quo sopore Adæ
vide Diuum Bernardum in sermone par-
ticulari, quem composuit super illa verba:
Immisit Dominus soporem in Adã. Vtũ
vero Adam in illo sopore viderit diuinam C
essentiam, infrà quæst. 94. ar. 1. videbimus.
Ad confirmationem respondetur, quòd il-
la costa, quæ extracta est à viro, statim de
lata est ab angelis in alterum locum, vbi
mulier formata est, quẽ ipsi angeli postea
adduxerunt ad Adam, & eam cognouit
spiritu prophetico esse ex se desumptam,
vnde dixit: Hoc nunc os ex ossibus, &c.
Quòd vero mulier formata sit in aliquo
loco distanti a viro, fatetur & explicat A-
bulen. in illo Genes. 13. q. 396. & 397. vbi D.
obiter reprehendit opinionem illorũ, qui
asserunt mulierem productam esse extra
paradisum, & postea introductam ab an-
gelis & adductam ad Adam. Docet autem
D. Tho. infra quæst. 102. arti. 6. quòd quã-
uis Adam productus fuerit extra paradi-
sum, mulier tamen in paradiso producta
est, quam sententiam expresse tenet Magi
ster in d. 18. in principio.

¶Ad septimum argumentum respon-
detur, quòd de significatione vocis positæ E
in Hebræo. Genes. 2. ca. loco illius, quæ ha-
betur in vulgata, scilicet, costa, longam di
sputationem facit Lyranus ibi, qui est vi-
dendus. Pro nunc breuiter respondetur, q̃
nos sequimur vulgatam interpretationẽ
iuxta decretum Concilij Tridentini, secun-
dum quam explicari debet textus Hebræ-
us, vt diximus in 2. 2. q. 11. art. 2. circa secũ
dam conclusionem. Ad primam confirma
tionem respondetur cum D. Bonauent. in
2. d. 18. q. 1. circa finem, & Alexandro Alẽ
si in 2. par. q. 78. membro 2. etiam in hoc,
costam illam, ex qua fuit formata Eua, nõ
fuisse nudam, sed vestitam carne, quod pa
tet etiã ex illo Gene. 2. Os de ossibus meis,
& caro de carne mea.

¶Ad secundam confirmationem respõ
detur, q̃ vt refert Alexander Alens. vbi su-
pra, quidam dicũt quòd Dominus locum
costæ repleuit carne, sicut dicitur Genes. 2.
vnde etiam asserunt, quòd mulier in dex-
tera parte abundat in vna costa respectu
viri. Alij dicunt, quòd Dominus pro costa
illa suppleuit aliam, & quòd caro ponitur
in illo loco Genes. 2. pro costa, vt significe
tur affectio viri ad mulierem de se forma
tam, & inclinatio amoris carnalis, & hoc
dicunt insinuare hoc nomen mulier. Dici-
tur. n. mulier secundùm istos, quasi mol-
liens herum. Dicendum tamen videtur eũ
eodem Alexandro, ibi, quòd locum costæ
repleuit Dominus carne, & non costa alia,
vt expresè dicit textus sacer. Quod etiam
dicit glossa Augustin. super Genes. 2. in il-
lud, Adæ autem non inueniebatur adiu-
tor, &c. quæ glossa sumpta est ex libro 9.
de Genes. ad liter. c. 18. vbi dicit Diuus Au
gustinus. In locum costæ non costa, sed ca
ro suppleta est. Ad illud autem, quòd quæ
ritur; Quare Deus non suppleuit costã sed
carnem. Dici potest, quòd id factum est, vt
vir gereret signum, & memoriale forma-
tionis mulieris ex se, & sic plus eam diligę
ret vt partem sui, & ipsa magis ei fieret ob
noxia vt sui principio, & quasi in membro
damnificato propter ipsam. Et hæc de ista
grauissima quæstione.

DVbitatur secundo circa secundam cõ
clusionem articuli 3. Vtrum mulier
formata sit ex costa viri absque aliqua ad-
ditione alterius materiæ, an vero formata
sit cum additione alterius materię ad ip-
sam costam? ¶Et vr̃ quòd formata fue-
rit sine additione alicuius nouæ materiæ.
Primo. Si Deus ad formandum corpus mu
lieris addidisset nouam materiam, illud
additum fuisset multo maius quàm ipsa
costa,

costa, & ex consequenti potius dicendum A
esset, quòd mulier esset formata ex illa
materia quam ex costa. Consequens est cõ
tra modũ loquendi Sacræ scripturæ & San
ctorum, vt patet ex dubio præcedenti, er-
go. ¶Secundo. Ioan. 6. multiplicauit Chri-
stus panes sine additione alterius materię,
non constat de huiusmodi additione, ergo
similiter multiplicauit costam sine addi-
tione alterius materiæ. ¶Tertio. Deus po-
tuit producere materiam ex nihilo, ergo
multo magis potuit ex parua materia effi- B
cere magnã sine additione materiæ, quæ
aliũdè sumatur, sed multiplicando ipsam
in seipsa. Probatur consequentia. Quoniã
maioris virtutis videtur esse producere tẽ
ex nihilo, quam multiplicare eã iam pro-
ductam. ¶Quarto. Multiplicatio materiæ
est actio distincta à rarefactione & addi-
tione, ergo potuit dari per diuinã virtutẽ
multiplicatio sine additione, & rarefactio
ne. Probatur consequentia. Quoniam ea
quæ sunt distincta possunt separari per di- C
uinam virtutem. Antecedens probatur.
Quoniam multiplicatio terminatur ad
quantitatem; rarefactio vero ad qualita-
tem, additio autem ad materiam. Constat
autem ex 5. Physico. text. 18. quòd actio-
nes distinguuntur inter se penes terminos
ad quos.

HÆc quæstio absque vlla dubitatione
habet maximam difficultatem, quã
insinuans D. Chrysost. homil. 15. super Ge
nes. dicit: Magna verborum vis est, & om D
nem humanum conceptum transcendẽs.
Et postea dicit: Admirabile dictum no-
stram rationem nimia excellentia vincẽs.
In qua propter eius difficultatem sunt va-
riæ Doctorum sententię. In primis tamen
reijcienda est quorundam falsa opinio,
quos refert Abulens. loco supra quæstione
381. qui asserebant, quòd mulier formata
est à Deo in quantitate tam parua, sicut
erat quantitas ipsius costæ, quemadmodũ E
formari solent fœtus in vtero, atque adeo
nulla necessitas fuit superadendi nouam
materiã. Hæc autem opinio est prorsus ir-
rationabilis & aliena à communi senten-
tia Sanctorum & Doctorũ, & ẽt à legiti-
mo sensu Sacræ scripturæ. Qm̃ Sancti, &
Doctores vniuersi docent, q̃ sicut Adam
creatus est in perfecta quãtitate, vltra quã
nõ creauit, ita ẽt mulier in quantitate per-
fecta producta est. Illa. n. quæ producũtur
immediatè à solo Deo, producuntur in sta
tu perfecto. Præterea hæc sententia ex eo
aliena est à sensu Sacræ scripturæ, quoniã
Genes. 2. constat mulierem illam formatã
esse in adiutorium viri, & ad opus genera-
tionis filiorum; sed in illa modica quan-
titate mulier fuisset inepta ad ministrãdũ
viro, & ad opus generationis, ergo. Suppo-
nimus ergo tãquã certissimum ex costa il
la mulierẽ, productã esse in quantitate maio
ri, quã habebat costa, & quærimus quomo
do facta fuerit illa multiplicatio costę: An
per additionem materiæ, an per rarefac-
tionem, aut quo alio modo? In qua re
multi Theologi, inter quos principes sunt
Ægid. in quodlib. 2. quæstione 11. & Du-
randus d. 18. quæst. 1. diffiniunt hanc quę-
stionẽ magis de possibili, quàm de facto,
& opinantur Deum potuisse facere ma-
gnũ ex paruo sine aliqua rarefactone, vel C
sine aliqua additione nouæ materiæ, de fa
cto vero quid contingerit non apertè diffi
niunt. Sed quoniam iuxta citatam sæpe re
gulam ex Diuo Augustino lib. 2. super Ge
nes. ad liter. cap. 1. in prima rerum condi-
tione non est attendendum, quid Deus po
tuerit facere, sed quid magis decens & con
ueniens fuit, hæc quæstio potius disputa
da videtur de facto, quam de possibi-
li. Nos tamen in vtroque sensu eam disputa-
bimus, vt omnibus numeris absoluta
maneat. Alij autem Theologi, quos refert
Durand. vbi supra putant, quòd nõ solum
virtute diuina, sed virtute etiam naturæ
fieri potest, vt paruum fiat magnum abs-
que rarefactione aut additione, quorũ ar-
gumentum (quod adducit Durandus) nõ
refero, quia friuolum est, & benè soluitur
ab ipso Durando. Loquentes autem de fa-
cto, quomodo multiplicata fuerit costa
ista in quantitatem mulieri debitam, mul
ti Theologi absolutè docent sententiam,
quam D. Thom. reprobat hic ad primum,
quòd Deus de sola ipsius substantię costa
sine omni extrinseco additamento per
suam omnipotentiam semetipsa multipli
cata, mulieris corpus fecit, eo sane mira-
culo quo postea de quinque panibus à Ie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

su cæleſti benedictione multiplicatis quin A
que millia hominum ſatiata ſunt. Quam
ſententiam expreſſe docet Magiſter Sentē
tiarum in d.18.c.5.& in eandem ſententiā
adducitur communiter Hugo de Sancto
Victore li.1.de ſacramētis par.6. c.37.Idē
tenet Henric.quodlib.7.quæſtione 9.quā-
uis etiam iſte potiùs videatur diffinire de
poſſibili,quam de facto.Lyranus etiam ſu
per ca.2.Geneſ. dicit eſſe ſententiam ma-
gis conformem textui,quod mulier fuerit
formata ex coſta Adæ ſine additione ma- B
teriæ. Aliqui ex iunioribus docent hanc
ſententiam non eſſe ita intelligibilem, ſi-
cut eſt oppoſita, imo vero eſſe aſperrimā
intellectu; nihilominus dicunt illam eſſe
magis conſonam Sacræ ſcripturæ & auto-
ritati Sanctorum. Et ratio iſtorum eſt,quo
niam Scriptura & Sancti ſimpliciter aſſe-
runt mulierem formatā eſſe ex coſta,nul-
la facta mentione de additione alterius
materiæ. At vero Sanctus Thomas oppoſi
tam ſententiam tenet,quòd mulier produ C
cta eſt ex coſta viri per additionem nouæ
materiæ. Conſentit cum Di. Tho. Grego-
rius in illa diſtinct. 18. quæſtione vnica,
concluſione 4.Abulenſ.Geneſ. 13.quæſtio
ne.383.Dionyſ. Carthuſ.in 2.diſtinctione
18.quæſtione 1. & plures alij Doctores.
Alij autem Theologi problematicè reſpō
dent, & defendunt vtramque ſententiam
tanquam probabilem. Ita reſpondet Ricar
dus in illa diſtinct.18.art.1.q.1.ad ſextū,
& multo copioſius Gabr.eadem d.q.vnica
ar.3.dub.1.

PRo deciſione tamen & defenſione Di.
Tho.ſit prima concluſio. Loquendo
naturaliter impoſſibile eſt materiam,quæ
eſt ſub aliqua quantitate, effici maiorem,
niſi aut per rarefactionem, aut per additio
ne m nouæ materię. Hanc concluſionem
certam exiſtimo, & eam ſatis probat Son-
cin.in 8.Metaphy.q. 4. vbi multa dicit ad
noſtram quæſtionem pertinentia, & eius
certitudo amplius patebit ex probationi-
bus ſequentium concluſionum.

¶ Secunda concluſio. Loquendo etiam
de potentia Dei abſoluta puto fieri non
poſſe,vt paruum fiat magnum niſi per ra-
refactionem aut per additionē nouæ ma-
terię. Probatur iſta cōcluſio. Id,quod im- implicat contradictionem,per nullam po
tentiam fieri poteſt,ſed oppoſitum huius
concluſionis implicat contradictionem,
ergo. Maior ſupra probata eſt quæſt. 25.
Minor autem probari poteſt omnibus ra-
tionibus, quas adducemus pro 3.concluſione,quæ illam minorem euidenter mihi
concludere videntur. Confirmatur. Nam
fieri non poteſt,vt duæ cōtradictoriæ ſint
veræ,ſed ponere materiam multiplicari ſi
ne additione nouæ materię, vel abſque
rarefactione eſt ponere contradictoria ſi-
mul,ſcilicet diſſinitionem abſque diffinito, vt hic expreſsè ait S.Tho.ergo.

¶ Tertia concluſio. Ex coſta illa facta
eſt mulier per additionem nouæ materiæ.
Concluſio eſt Diui Thomę,& ſequitur ex
præcedenti. Et probatur primo. Nam cū
illa coſta haberet materiam ſufficientem
ad corpus mulieris, debuit multiplicari;
ſed non eſt multiplicata per rarefactionē
cum talis rarefactio nullo modo deceret
corpus mulieris, ergo per additionem no- C
uæ materiæ. Patet conſequentia. Quia nul
lo alio modo poterat multiplicari. Secun-
do probatur ratione Diui Thomæ. Nullo
modo poteſt intelligi multiplicatio mate-
rię, eadem materia manente & ſine alia
additione, niſi per hoc quòd illa materia,
quę manet, accipiat maiores dimenſio-
nes quantitatis, quod eſt ipſam rarefieri,
vt conſtat ex doctrina Ariſtotelis 4. Phy-
ſicorum text. 84. Hęc autem rarefactio
nunquam apparuit in corpore mulieris,ne D
que conueniebat vt appareret, vt iam dic-
tum eſt, ergo manifeſtum eſt factam eſ-
ſe additionem materiæ. Ad hoc argumen-
tum reſpondet Durandus vbi ſupra ne-
gando, quòd rarefieri ſit manente eadem
materia maiores dimenſionis quantita-
tis accipere, quod & probat argumen-
to 4.à nobis propoſito, & præterea. Quia
ſequeretur, inquit, quòd vbi non eſſet
materia, non poſſet eſſe rarefactio,
quòd tamen eſt falſum: ſi quidem Deus E
poſſet rarefacere albedinem,quę eſt in ſa-
cramento Euchariſtię, licet ibi nulla ſit
materia.

¶ Sed certe in hac re nullo modo audiē
dus eſt Durandus; etenim præter quàm
q̄ in hac parte expreſsè deſerit Ariſtote-

lem in loco modo citato,de quo vide quæ A
diximus copioſè in 1.libro de Generatione
capite quinto.quæſtione 12 cius ſententia
eſt contra Diuum Auguſtinum,qui diſpu-
tans contra Tertullianum aſſerentem ani
mam eſſe corpus, & ex ſemine humano
in magnitudinem ſuam creſcere ſine addi
tione nouæ ſubſtantiæ, inter alia contra
ipſum ait: Quid abſurdius, quam putare
vllum eſſe corpus manente ſuæ naturæ
quantitate, quod vndique creſcat,niſi rare
ſcat? Quomodo igitur implebit anima B
ex illa ſtilla ſeminis magnitudinem cor-
poris, quod animat, ſi & ipſa corpus eſt,
cuius ſubſtantia nullo acceſſu creſcat?
Quomodo, inquam, implebit carnem
quam viuificat, niſi tanto rarior fuerit,
quanto grandius, quod animaduertit?
Hæc Diuus Auguſtinus. Neque vero ex
hoc ſequitur, vt Durandus vult, quòd in
ſacramento Euchariſtiæ non poſſint rare
fieri accidentia. Nam licet ibi non ſit ma-
teria, eſt tamen quantitas, quæ gerit vi- C
cem materiæ, ratione cuius quantitatis
poſſunt accidentia maiores dimenſiones
accipere, ac per conſequens rarefieri. De
quo vide Sanctum Thom.in 3.par. queſt.
97.articu.2.ad tertium.

¶ Relicto ergo Durando probatur con-
cluſio tertiò. Si nihil materiæ ſuperaddi-
tum eſſet coſtæ, ſed illa in ſe eſſet multi-
plicata: ſequitur, quòd corpus formatum
non eſſet maius ipſa coſta niſi tantùm per
extenſionem earundem partium: conſe- D
quens eſt falſum, ergo. Probatur minor.
Quoniam tunc corpus mulieris non fuiſ-
ſet maius ſubſtantialiter ipſa coſta, & ex
conſequenti illud corpus non eſſet ita per-
fectum ſubſtantialiter, ſicut corpora alia-
rum mulierum,quod tamen eſt manifeſtè
falſum. Quarto probatur. Aut tota mate-
ria coſtæ fuit, v.gra. in brachio, aut non.
Hoc ſecundum non poteſt dici, quoniam
brachium multo amplius habet de mate-
ria ſubſtantiali,quàm ipſa coſta. Quòd au E
tem non poſſit dici primum, probatur.
Quia ſi tota illa materia fuit in brachio,
nihil illius fuit in capite aut in pedibus, er
go in capite & in pedibus fuit alia mate-
ria,quæ ſuperaddita eſt coſtæ. Ad hoc ar-
gumentum ſi quis reſpondeat, totam ma- teriam coſtæ fuiſſe in brachio, & totam in
capite &c.Hęc ſolutio eſt impoſſibilis.Pri
mo. Quia ſequeretur q̄ brachiū non eſſet
aliquid diſtinctū à capite, cum vtrobiq;
ſit eadem numero materia & eadem for-
ma. Secundo. Q̄m cum materia coſtæ ſit
quantitatiuè in corpore mulieris; ſequere
tur q̄ eadem numero materia corporea &
quanta,eſſet in diuerſis locis circunſcripti
uè,quòd tamen (ſaltim de potentia ordi-
naria) reputatur impoſſibile ab omnibus
Theologis,& à D.Th ēt de potentia abſo-
luta. Quintò probatur. Quoniam licet de
potentia Dei abſoluta alicui cōcederemus
probabile eſſe,q̄ Deus poſſet multiplicare
materiā ſine noua additione, cuius tamen
contrarium nos aſſerimus in ſecunda cō-
cluſione,tamen de potentia ordinaria, ſm
quam Deus ſemper operatur, videtur id
prorſus improbabile, & multo magis de
facto,cū id ſit contra ordinem naturæ, vt
patet ex prima concluſione, ergo.

¶ Quòd ſi quis roget,quo pacto ſit iſta
additio nouæ materiæ, an per creationem
ex nihilo, an vero per conuerſionem præ-
exiſtentis materiæ? Reſpondetur & ſit
quarta concluſio. In hac re ex D.Th. ni-
hil habemus certum, ſed vtranq; partem
probabiliter proponit. Verum eſt tamen,
q̄ in 2.d.18.q.1.art.1. videtur docere, q̄ il
la additio materię facta eſt per conuerſio
nem materię præexiſtentis. Et ita tenet au-
tor tabulæ aureę in dubio 968. At vero hic
ad primum docet contrarium, ſ. probabi-
lius eſſe, q̄ illa additio facta ſit per creatio
nem nouæ materiæ. ¶ Sed rogat Abulenſ.
Gen.13.q 385. An iſta additio materię ita
ſit intelligenda, q̄ materia ſuperaddita cō
uerſa ſit primo in ipſam coſtam, & deinde
ex illa materia formata ſit mulier? An ve-
ro ita ſit intelligendum, q̄ ex ipſa coſta &
materia ſuperaddita formauerit Deus im-
mediatè corpus mulieris non præcedente
prima conuerſione materiæ in coſtam? Et
quamuis vterque modus dicendi ſit proba-
bilis,tamen Abulenſ. potius eligit primū
modum, & videtur illi fauere (quamuis
non expreſsè) Di.Tho.in illa di.18.q.1.ar.
1.ad ſecundum.

AD primum argumentū reſpondetur
primò, q̄ ſi eſt vera hęc doctrina,
quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam modo attulimus ex Abulens. facilis A
est solutio & clara, q̃ idcirco mulier dicitur esse producta ex costa, potius quam ex illa materia addita, quoniam illa materia superaddita cõuersa est primo in costam, & deinde ex tota ipsa costa formata est mulier. Nihilominus tamen respondetur secundo communi solutione, negando cõsequentiam. Quoniam illa costa, quanuis fuerit minor secundum quantitatem, fuit tamen fundamentum & principium ædificationis mulieris, & hac ratione potius di- B
citur mulier producta ex costa, quàm ex materia superaddita. Quemadmodum arbor dicitur fieri ex semine, potius quam ex materia nutrimenti, quæ postea superadditur, & animal ex semine; ita in proposito. ¶ Ad secundum respondetur ex mente D.Tho.hic & expressius in 3.par. q. 44. ar.4.ad quartum, negando antecedẽs; imo vero multiplicatio panũ facta est per additionem nouæ materiæ, siue illa additio facta sit per creationem nouæ materiæ, si- C
ue per additionẽ iam præexistentis. Quãuis quod attinet ad istam multiplicationẽ panum expresse dicat S. Tho.in 3.par.vbi suprà, quòd non est facta per modum creationis, sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ. Quod & probat ex D.Augu.to.9.tract.24.in Ioan.dicente, q̃ ille in manibus suis multiplicauit panes, qui de paucis granis creat segetes. Certum est autem segetes produci per additionem & conuersionem materiæ nutrimenti iam D
præexistentis. Vide Lyranum. Matt. 14. ¶ Ad tertium concesso antecedenti negatur consequentia. Et ratio discriminis est. Quoniã Deus de nihilo potest areare materiam aut paruam aut magnam, sicut ipse voluerit, vt constat ex supradictis quæst. 44. & 45. at vero q̃ ex materia præexistenti faciat corpus substantialiter maius absque additione nouæ materiæ, D.Thom. & nos cum illo reputamus omnino in intelligibile & impossibile. Hoc.n. nihil aliud es- E
se videtur, quàm quòd materiam faciat maiorem, sine materia, & absque rarefactione. Quod, quis non videat impossibile esse? ¶ Ad quartum respondetur, transeat antecedens, & negatur consequentia. Ratio est. Quoniam, vt D.Thom. docet in ip-

sa solutione ad primũ, impossibile est eandem substantiam corpoream multiplicari nisi aut substantialiter per additionem nouæ materiæ, aut accidentaliter, ex hoc q̃ eadem materia accipiat maiores dimensiones, quod est ipsam rarefieri. Cum ergo illa materia costæ, ex qua formata est mulier, facta fuerit maior substantialiter, cõsequens est manifestum, q̃ necessario interuenit ibi additio nouæ materiæ.

HIc solent disputare Theologi, Vtrũ ex illa costa Adæ producta fuerit mulier secundum rationem seminalem occasione cuius in d. 18. agunt multa de rationibus seminalibus. Sed de illis in præsenti non est locus disputandi, proprius locus est infra quæst. 115. arti. 2. Ad quæstionem autem, ex mente D. Aug. lib. 9. de Genes. ad lite. ca. 18. & 19. respondetur negatiuè. Cuius ratio etiam est, quia per nullũ agens naturale ex potentia materiæ poterat educi corpus mulieris, ac per consequens non erat in illa secundum rationem seminalẽ. Hoc ipsum patet ratione Di.Thom. in arti. sequenti in corpore, & ad tertium, vide Di.Bonauentu. quæstione 2. illius distinctione 18.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm mulier fuerit immediatè formata à Deo.

AD QVARTVM sic procedi- 463
tur. Videtur, quòd mulier non fuerit immediatè formata à Deo. Nullum enim individuum ex simili secundum speciem productum fuit immediatè à Deo. Sed mulier facta est de viro, qui est eiusdem speciei cum ipsa. Ergo nõ est facta immediatè à Deo.

¶ 2 Præterea. Augustin. dicit 3. de Trinitate † quòd corporalia dispensantur à Deo per angelos. Sed corpus mulieris ex materia corporali est formatum. Ergo est factum per ministerium angelorum, & non immediatè à Deo.

¶ 3 Præterea. Ea quæ præexiterunt in creaturis secundum rationes causales, producuntur virtute alicuius creaturæ, & non immediatè à Deo. Sed secundum causales rationes

rationes corpus mulieris in primis operibus A
productum fuit: vt August. dicit 9. super Gen. ad liter. * ergo non fuit producta mulier immediatè à Deo.

SED contra est, quòd Aug. † dicit in eo. lib. Formare vel edificare costam vt mulier esset, non potuit nisi Deus à quo vniuersa naturæ pendent subsistit.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, * vniuscuiusque speciei generatio naturalis est ex determinata materia. Materia autem, ex qua naturaliter generatur homo, est semen humanum viri vel fœminæ. Vnde ex alia quacunque materia individuum humanæ speciei generari non potest naturaliter. Solus autem Deus, qui est naturæ institutor, potest præter naturæ ordinem res in esse producere. Et ideo solus Deus potuit vel virum de limo terræ, vel mulierẽ de costa viri formare. B

AD primum ergo dicendum, q̃ ratio procedit quando individuum generatur ex simili secundum speciem generatione naturali. C

AD secundum dicendum, q̃ sicut Augustinus dicit 9. super Genes. ad liter. * An ministerium angeli exhibuerint Deo in formatione mulieris, nescimus: certum tamen est, quòd sicut corpus viri de limo non fuit formatum per angelos, ita nec corpus mulieris de costa viri.

AD tertium dicendum, quòd sicut Augustinus in eo. lib. dicit, * non habuit prima rerum conditio vt fœmina omnino sic fieret, sed tamen hoc habuit, vt sic fieri posset. Et ideo secundum causales rationes præextitit corpus mulieris in primis operibus, non secundum potentiam passiuam tantum, in ordine ad potentiam actiuam Creatoris. D

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua, de qua vide Diuum Augustin. lib. 9. Genes. capi. 16. & 17. Alexandrum Alensem secunda parte quæstio. 88. membro 3. E

QVAESTIO XCIII.

De fine, siue termino productionis hominis.

DEINDE considerandum est de fine siue termino productionis hominis, prout dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm imago Dei sit in homine.

AD PRIMVM sic procedi- 463
tur. Videtur, quòd imago Dei non sit in homine. Dicitur enim Isa. 40. Cui similem fecistis Deũ, aut quam imaginem ponetis ei? 12.in fi. lo. & 1. d.3.q.3. & 2.dif.

¶ 2 Præterea. Esse Dei imaginem est proprium primogeniti: de quo dicit Apostolus ad Coloss. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Non ergo in homine inuenitur Dei imago. 16.ar.3. Et 5.cõ. gẽ.c.26 Et veri. q.10.ar. 7. cor.

¶ 3 Præterea. Hilar. dicit in lib. de Synodo, * q̃ imago est eius rei ad quam imaginatur species indifferens. Et iterum dicit, quòd imago est rei ad rem coæquandam indifferens & vnita similitudo. Sed nõ est species indifferens Dei & hominis, nec potest esse tanta æqualitas hominis ad Deum. Ergo in homine non potest esse imago Dei. * Hilar. li. de Sy. in 2. fol. à princ. libri.

SED contra est, quod dicitur Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. * dicit in li. 83. q. vbi est imago, continuò est & similitudo, sed vbi est similitudo, non continuo est imago. Ex quo patet q̃ similitudo est de ratione imaginis, & imago aliquid addit supra rationem similitudinis, s. q̃ sit ex alio expressum. Imago.n. dicitur ex eo q̃ agitur ad imitationẽ alterius. Vnde cuũ, quantumcunq; sit alteri cuo simile & æquale, quia tamen non est expressum ex illo, non dicitur ad imaginem eius, æqualitas autem non est de ratione imaginis: quia vt Aug. * ibidem dicit, Vbi est imago non continuo est æqualitas, vt patet in imagine alicuius in speculo li. 83. qõ. num. q. 51. circa fi. to. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culo relucente, est tamen de ratione perfectæ imaginis. Nam in perfecta imagine non deest aliquid imagini, quod insit illi de quo expressa est. Manifestum est autem quòd in homine inuenitur aliqua Dei similitudo, quæ deducitur à Deo sicut ab exemplari, non tamen est similitudo secundum æqualitatem: quia in infinitum excedit exemplar hoc tale exemplatum. Et ideo in homine dicitur esse imago Dei, non tamen perfecta, sed imperfecta. Et hoc significat Scriptura, cùm dicit hominem factum ad imaginem Dei. Præpositio enim, ad, accessum quendam significat, qui competit rei distanti.

AD primum ergo dicendum, q Prophe ta loquitur de corporalibus ab homine fabricatis. Et ideo signanter dicit, Quam imaginem poterit ei? Sed Deus ipse sibi in homine posuit spiritualem imaginem.

AD secundum dicendum, quòd primogenitus omnis creaturæ est imago Dei perfecta perfectè implens illud cuius imago est. Et ideo dicitur imago, & nunquam ad imaginem. Homo verò & propter similitudinem dicitur imago, & propter imperfectionem similitudinis dicitur ad imaginem. Et quia similitudo perfecta Dei non potest esse nisi in identitate naturæ, imago Dei est in filio suo primogenito, sicut imago regis in filio sibi connaturali: in homine autem sicut in

ea. 8. ad med. habet hic lib. to. 9

alterna natura sicut imago regis in nummo argenteo: vt patet per Augustì. in lib. de decem chordis.*

AD tertium dicendum, quòd cùm vnum sit ens indiuisum: eo modo dicitur species indifferens quo vna. Vnum autem dicitur aliquid: non solum numero, aut specie, aut genere: sed etiam secundum analogiam vel proportionè quandam. Et sic est vnitas vel conuenientia creaturæ ad Deum. Quòd autem dicit rei ad rem coæquandam, pertinet ad rationem perfectæ imaginis.

¶Conclusio. In homine est imago Dei imperfecta.

COMMENTARIVM.

PRo expositione totius quæstionis & articuli notandum est primo cum D. Augu. in sermone quodam de imagine, quòd homo habuit duas dignitates. Prima est, quòd non fuit creatus vt aliæ creaturæ. Nam de aliis solùm dicitur, fiat lux, & facta est lux, &c. De homine vero dicitur veluti quodam consilio factum, secundùm illud quod refertur Genes. 2. Deum dixisse in productione hominis: Faciamus hominem ad imaginem &c. Secunda dignitas est, quòd fuerit productus ad imaginé & similitudinem Dei. Et hanc dignitatem appellat D. Tho. in quæstione, finem seu terminum productionis. Et ideo sancti extollunt mitris laudibus istam dignitatem secundam, ac proinde D. Tho. fecit istam quæstionem satis longam & elegantem. De qua agunt doctores in 2. d. 3. & in 2. di. 16. & aliqui Thomistæ sup. qõ. 35. vide et Marsi. in 1. q. 7. Videndus est etiam D. Augu. lib. 11. de Trin. per multa capita, & 15. de Trinit. c 19. & sancti omnes in illud Genes. 2. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem, &c. præcipuè D. Ambro. & D. Bernardus sermone 80. super cantica vsque ad sermonem 84.

¶Aduertendũ est secundo, quod vt colligitur ex D. Tho. supra q. 35. arti. 1. & hic articu. 1. & 2. ad rationem imaginis tria requiruntur. Primo, quòd sit similis. Secundò, quòd sit expressa & effigiata ad imitationem alterius. Tertiò, quòd illa similitudo sit in natura specifica aut saltim secundum proprietatem propriam & nobilissimam. Et intelligo primam & secundam conditionem ex vi ipsius productionis. Nam aliàs sequeretur, quòd Spiritus sanctus esset imago Patris, qd est falsum, vt supra patuit, q. 35. Nam quanuis Spiritus sanctus est similis Patri in natura, & ab illo procedens, quia tamen non procedit vt similis ex vi productionis quia per voluntatem, ideo non dicitur imago Patris. Filius autem procedit vt similis, quia procedit per intellectum, & ideo dicitur imago Patris. De qua intelligentia vide Caiet. sup. quæst. 35. ar. 1.

¶Notandum est tertio, conclusionem huius articuli esse certam secundum fidé non solum propter testimonium Genes. 2. Faciamus hominem ad imaginem, &c. quod ab omnibus sanctis in hoc sensu explicatur, sed etiam propter alia testimonia sacræ

sacræ scripturæ. Sapi. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suę fecit eũ. Et 1. ad Cor. 11. Vir non debet velare caput, quoniam imago Dei est. Vnde in decreto 24. q. 3. c. pe. inter hæreses computatur dicere animã nostrã non esse ad imaginem Dei. Videndæ sunt loci Sanctorum, quę de hac re adducit Io. Arboræus lib. 3. Theol. c. 11. circa princip.

¶Notandum est vltimo cum Caiet. in hoc artic. quòd ratio D. Tho. ad probandã conclusionem solùm cõuincit de imagine cõi vtriq; sumpta & largo modo, ita vt etiã possit conuenire aliis creaturis inferioribus. Hoc autem ideo fecit D. Tho. vt eius doctrina inciperet à communioribus iuxta præceptum Aristotel. & vt ar. 2. reseruaret explicandum, quæ sit differentia inter imaginem Dei, quæ reperitur in homine, & in aliis creaturis inferioribus.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis. Dicit enim Dion.* in lib. de diuin. no. Habent causata causarum similitudines, sed Deus est causa omnium contingentes imagines. Sed Deus est causa non solum rationalium creaturarum, sed etiam irrationalium. Ergo imago Dei inuenitur in irrationalibus creaturis.

¶ 2 Præterea. Quanto est expressior similitudo in aliquo, tanto magis accedit ad rationem imaginis. Sed Dion.† dicit. 4. ca. de diuinis nominib. q vadines solaris maximè habet similitudinem diuinæ bonitatis, et ergo est ad imaginem Dei.

¶ 3 Præterea. Quanto aliquid est magis perfectũ in bonitate, tanto magis est Deo similes sed totum vniuersum est perfectius in bonitate, quam homo. Quia etsi bona sint singula, tamen simul omnia dicuntur valde bona Genes. 1. Ergo totum vniuersum est ad imaginem Dei, & non solum homo.

¶ 4 Præterea. Boe.* in li. de conso. dicit, Deo Mundum mente gerens, similisq; imaginique suæ formans. Ergo totus mundus est ad ima-

A ginem Dei, & non solum rationalis creatura.

SED contra est, quod dicit Augu. 6. super Genes. ad lite. *Hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit propter hoc quòd dedit ei mentem intellectualem, qua præstat pecoribus. Ea ergo, quæ non habent intellectum, non sunt ad imaginem Dei. lib. 6. c. 12. cir. me. to. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd nõ qualibet similitudo, etiam si sit expressa ex altero, sufficit ad rationem imaginis. Si enim similitudo sit secundum genus tantum, vel secundum aliquod accidens commune, non propter hoc dicetur aliquid esse ad imaginem alterius. Non n. posset dici q vermis, qui oritur ex homine, sit imago hominis propter similitudinem generis. Neque iterum potest dici q si aliquid fiat album ad similitudinem alterius, q propter hoc sit ad eius imaginẽ, quia album est accidens commune pluribus speciebus. Requiritur autem ad rationem imaginis, quòd sit similitudo secundum speciem, sicut imago regis est in filio suo: vel ad minus secundum aliquod accidens proprium speciei, & præcipuè secundum figuram: sicut hominis imago dicitur esse in cupro. Vnde signãter Hilar.* dicit, q imago est species indifferẽs. Manifestum est autem, q similitudo speciei attenditur secundum vltimam differentiam: assimilatur autem aliqua Deo. Primo quidem et maximè communiter inquantum sunt. Secundo verò inquantum viuunt. Tertio vero inquantum sapiunt vel intelligunt, quæ vt Aug.* dicit in lib 83. quæst. ita sunt. Deo similitudine proxima, vt in creaturis nihil sit propinquius. Sic ergo patet quòd solæ intellectuales creaturæ propriè loquẽdo. sunt ad imaginem Dei. In li. de Syno. in 2. fol. à princ. li. li. 83. q. qu. 51. in medio, to. 4.

AD primum ergo dicendum, quòd omne imperfectum est quæda participatio perfecti. Et ideo, etiam ea quę deficiunt à ratione imaginis, inquantum tamen aliqualem Dei similitudinem habent, participant aliquid de ratione imaginis. Et ideo Dion. dicit, quòd causata habent causarum contingentes imagines, id est, quantum contingit ea habere, & non simpliciter.

AD secundum dicendum, quòd Dionys. assimilatur radium solarẽ diuinæ bonitati quãtum ad cansalitatẽ, non secundum dignita-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem naturæ, quæ requiritur ad rationem imaginis.

AD tertium dicendum, quòd vniuersum est perfectius in bonitate quàm intellectualis creatura extensiuè & diffusiuè. Sed intensiuè & collectiuè similitudo diuinæ perfectionis magis inuenitur in intellectuali creatura, quæ est capax summi boni. Vel dicendum, q̃ pars non dividitur cõtra totum, sed contra aliam partem. Vnde cùm dicitur quòd sola natura intellectualis est ad imaginem Dei, non excluditur quin vniuersum secundum aliquam sui partem sit ad imaginẽ Dei: sed excluduntur alia partes vniuersi.

AD quartum dicendum, q̃ imago accipitur à Boe. secundum rationẽ similitudinis quæ artificiatũ imitatur speciem artis, quæ est in mente artificis. Sic autem nõ loquimur nunc de imagine, sed secundum quòd attenditur secundum similitudinem in natura: prout scilicet primo enti assimilãtur omnia inquantum sunt entia: & primæ vitę inquantum sunt viuentia: & summæ sapientię inquantum sunt intelligentia.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Sola creatura intellectualis propriè loquendo est ad imaginem Dei.

COMMENTARIVM.

CIrca istam conclusionem animaduertendum est primo, quòd iam sup. Di. Thom quæstio. 45. art. 7. explicuerat, qua ratione in sola intellectuali creatura reperitur repræsentatio Trinitatis per modum imaginis, in aliis verò creaturis inferioribus per modum vestigij. Ex qua doctrina colligenda est intelligentia huius conclusionis. Nam quod in illo loco appellat vestigium, in hoc articulo secundo appellat imaginem impropriè & largo modo. ¶ Secundo notandum est, quòd inter Theologos solus Gabr. in 1. sent. d. 3. quæs. 9. & 10. docet, quòd in homine nõ est propriè imago Dei. Et ratio illius est. Quoniã homo non est eiusdem speciei cum ipso Deo, ergo propriè non est imago illius. Sed hæc ratio solum probat, quòd in homine non est imago perfecta & secundum æqualitatem, sicut reperitur in diuinis in filio respectu patris, sicut explicatum est q. 35. At verò non probat, q̃ in homine non sit propriè imago Dei, quãuis imperfecta; sicut imago regis propriè reperitur in nummismate, vel in tabula: quod explicuit optimè D. Tho. ar. 1. ad 2. & consentiunt cum illo Duran. in illa d. 3. par. 2. q. 1. & Matth. in 1. q. 7. arti. 1. & 2. & D. Bonau. in 2. dist. 16. ar. 1. quæst. 1. & 3. & communiter Durandus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum angelus sit magis ad imaginem Dei quàm homo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non sit magis ad imaginẽ Dei, quàm homo. Dicit. n. Aug. in sermone de imagine, quòd Deus nulli alij creaturæ dedit q̃ sit ad imaginem suam nisi homini. Non ergo verum est, quòd angelus magis dicatur ad imaginem Dei, quàm homo.

¶ 2 *Præterea. Secundum Aug. in lib. 83. q. homo ita est ad imaginem Dei, vt nulla interpositu creatura formetur à Deo. Et ideo nihil est illi coniunctius. Sed imago Dei dicitur aliqua creatura inquãtum Deo coniungitur. Ergo angelus non est magis ad imaginem Dei, quàm homo.*

¶ 3 *Præterea. Creatura dicitur ad imaginem Dei inquantum est intellectualis naturę. Sed intellectualis natura non intenditur nec remittitur. Non enim est de genere accidentis, cùm sit in genere substantiæ. Ergo angelus non est magis ad imaginem Dei quàm homo.*

SED contra est, quod dicit Grc. in quadam Hom. q̃ angelus dicitur signaculum similitudinis: quia in eo similitudo diuinæ imaginis magis insinuatur expressa.

RESPONDEO dicendum, quòd de imagine Dei loquì dupliciter possumus. Vno modo quantum ad id in quo primo consideratur ratio imaginis: quod est intellectualis natura. Et sic imago Dei est magis in angelis,

lis, quàm sit in hominibus: quia intellectualis natura perfectior est in eis, vt ex supradictis patet. Secundo potest considerari imago Dei in homine quantum ad id, in quo secundario consideratur: prout scilicet in homine inuenitur quædam Dei imitatio: inquantum scilicet homo est de homine, sicut Deus de Deo, et inquantum anima hominis est tota in toto corpore eius, & iterum tota in qualibet parte ipsius, sicut Deus se habet ad mundum. Et secundum hæc & similia magis inuenitur Dei imago in homine, quam in angelo. Sed quantum ad hoc non attenditur per se ratio diuinę imaginis in homine nisi præsupposita prima imitatione, qua est secundum intellectualem naturam: alioquin etiam animalia bruta essent ad imaginem Dei. Et ideo, cùm quantum ad intellectualem naturam angelus sit magis ad imaginẽ Dei, quàm homo, simpliciter concedendum est angelum magis esse ad imaginem Dei, hominem autem secundum quid.

AD primum ergo dicendum, quod Augst. excludit à Dei imagine alias inferiores creaturas intellectu carentes, non autem angelos.

AD secundum dicẽdum, quòd sicut ignis dicitur esse subtilissimum corporum secundũ suam speciem, cùm tamen vnus ignis sit alio subtilior: dicitur quòd nihil est coniunctius Deo, quam mens humana secundum genus intellectualis naturæ: quia sicut ipse suprà præmiserat, quis sapiunt, ita sunt illi similitudine proxima: vt in creaturis nihil sit propinquius. Vnde per hoc non excluditur quin angelus sit magis ad Dei imaginem.

AD tertium dicendum, quòd cum dicitur, q̃ substantia non sit perfectior quàm alia sed quòd vnum & idem individuum nõ participet suam speciem quandoque magis quandoque minus. Nec etiam à diuersis individuis participatur species substantiæ secundum magis & minus.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Simpliciter loquẽdo angelus est magis ad similitudinem Dei quàm homo, quanuis secundum quid homo sit magis ad similitudinem Dei, quàm angelus. Rario primæ partis est. Intellectualis natura est multo perfectior simpliciter loquendo in angelo, quàm in homine, vt patet ex quæstio. 75. articu. 7. Sed ratio imaginis primo, & principaliter consideratur in ipsa natura intellectuali, ergo. Ratio secundę partis est. In homine reperitur quædam imitatio Dei in quantum homo est de homine per generationem & anima illius est tota in toto, & tota in qualibet parte, sicut Deus est in vniuerso, sed in his attenditur ratio imaginis secundario & minus principaliter, ergo.

COMMENTARIVM.

IN hoc articulo est dubium de conclusione Diui Thomæ. Nam videtur, quòd homo simpliciter & absolutè sit magis ad imaginem Dei quàm angelus. Primo. Nã Diu. Augst. in sermone 63. de verbis Domini, & sermone 27. de verbis Apostoli dicit, quòd Deus nulli alij creaturæ dedit, quòd sit ad imaginem suam, nisi homini & D. Damasce. in libello de duabus Christi voluntatibus dicit, quòd magis ad Dei simulachrum effectus est homo, quam angelus, ergo. ¶ Secundo. Illud habet expressiorem rationem imaginis Dei, quòd repræsentat ipsum non solùm quantum ad substantiæ vnitatem, sed etiam quantum ad distinctionem personarum; sed homo expressius repræsentat distinctionem personarum, quam angelus, ergo. Minor probatur. Nam in homine est principalis discretio per originem, in angelis autẽ non. ¶ Tertio. Euidentius imitatur alterum qđ imitatur quantum ad substantiam & modam existendi, & secundum quòd est principium & exemplar aliorum, quàm quod imitatur solum quantum ad alterum, sed anima in hoc excellit angelum, ergo. Probatur minor. Nam sicut Deus est in toto mundo, ita anima est tota in toto corpore & tota in qualibet parte, & sicut ex vno Deo principium omnium rerum, ita ex vno

Universidad de Deusto
Biblioteca

vno homine omne genus hominum. Et A
præterea. Homo repræsentat Deum secundum quòd est exemplar corporalium, & spiritualium, angelus autem tantum repræsentat Deum secundum substantiam, ergo. ¶ Quarto. Quanto exemplum magis vnitur exemplari, tanto magis conformatur ei, & quanto magis natum est vniri, tanto magis natum est conformari, sed natura humana vnitur diuinæ in vnitate psonæ, quod quidem non facit angelica, ergo. Cõfirmatur primo. Si optimum in vno B
genere est melius optimo in alio genere, est simpliciter hoc illo melius. sed Christus, qui est optimus inter homines, excellentiori modo est insignitus imagine Dei, quàm optimus angelus. Vnde dicit gl. August. super illud ad Heb. 2. Et qui modicum minoratus est, q natura mentis humanæ qualem Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius quàm sola Trinitas, ergo. Cõ firmatur secundo. Nam beatissima virgõ Maria exaltata est super choros angelorũ, C
sed hoc non posset esse nisi ipsa esset magis ad imaginem Dei, quam angeli. Vnde pie creditur & communiter sentitur, quod ipsa inter omnes purè creaturas magis ad Deum accedit, ergo.

PRopter hæc argumenta solus D. Bonauent. in 2. distin. 16. art. 2. quæstione 1. cum prius retulisset sententiam D. Thomę, illam improbat, & dicit non modicam pati calumniam. Nihilominus tamen cõclusio D. Thomæ, vt iacet, est ferè communis D
omnium Theologorum, eã tenet Altisiod. lib. 2. trac. 10. cap. 1. quæs. 1. Richar. in 2. d. 16. art. 1. quæst. 4. & Ægid. eadem dis. par. 2. quæst. 1. & Carthus. in 1. dis. 3. quæs. 7. Et D. Tho. perpetuo eam docet vbicunq; de hac re loquitur. Argumenta autem D. Bonauentu. facillimè soluuntur, si præ oculis habeatur distinctio D. Th. in hoc arti.

AD primum respondetur, & ad autoritate D. Augustini dicitur, quòd per illa verba non intendit excludere angelos, E
sed solùm creaturas irrationales. D. autem Damasc. debet explicari de perfectiori similitudine secundum quid quantùm ad hoc, quòd ipsi homini subiectum est corpus proprium, & etiam appetitus, & aliæ creaturæ irrationales.

¶ Ad secundum & tertium similiter respondetur, q tantum probant de imagine secundum quid, non simpliciter & absolute. Etenim ratio imaginis non attenditur in his nisi præsuppohta essentiali ratione imaginis, quæ consistit in hoc, quòd imago sit similis imaginato in aliquo sibi proprio & specifico, in quo cum angelus superet hominem, absolute angelus est magis ad imaginem Dei, licet homo secundùm quid & secundum alias similitudines non specificas magis assimiletur Deo. Vide D. Tho. in 2. dist. 16. art. 3. ¶ Ad quartum respondetur, quòd natura humana, quam Christus assumpsit, est multo nobilior, q quælibet alia creatura. Sed hoc habet ex vnione diuinitatis, & non ex principiis essentialibus. Pro cuius maiori explicatione vide D. Tho. super locum in argumento ei tatum ex epistola ad Hebr. capi. 2. ex quo patet ad confirmationem primam. Ad secundam respondetur, quòd exaltatio beatæ Virginis super choros angelorum non fuit naturæ, sed gratiæ, & ideo argumentũ nihil probat. Etenim si consideremus naturam angelicam & humanam in ordine ad beatitudinem obtinẽdam, quia hoc est gratiæ & non naturæ, sic sunt æquales secundùm illud Lucæ 10. Erunt sicut angeli in cœlo. Quod etiam concedit Di. Tho. in loco dudum citato.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm imago Dei inueniatur in quolibet homine.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd imago Dei [illegible] nõ inueniatur in quolibet homine. Dicit.n. Apostolus 1. ad Cor. 11. quòd vir est imago Dei, mulier autem [illegible] est imago viri. Cum ergo mulier sit indiuiduum humanæ speciei, non cuilibet indiuiduo eiusdem humanæ speciei, non cuilibet indiuiduo conuenit esse imaginem Dei.

¶ 2 Præterea. Apostolus dicit Rom. 8. quòd illos, quos Deus præscit conformes fieri imagini filij sui, hos prædestinauit. Sed nõ omnes homines prædestinati sunt. Ergo non omnes homines habent conformitatem imaginis.

¶ 3 Præ-

Act. hu [illegible] ¶ 3 *Præterea. Similitudo est de ratione* A
imaginis, vt supra dictũ est. Sed per peccatũ fit homo deo dissimilis. Ergo amittit Dei imaginem.

SED contra est quod dicitur in Psalm. 38. Verùtamẽ in imagine pertransit homo.

RESPONDEO dicendum, quod cũ homo secundum intellectualem naturam ad imaginem Dei esse dicatur, secũdum hoc est maximè ad imaginem Dei, secundum quòd intellectualis natura Deũ maximè imitari potest. Imitatur autẽ intellectualis natura B
maxime Deum quantum ad hoc q Deus seipsum intelligit & amat. Vnde imago Dei tripliciter potest considerari in homine. Vno quidem modo secundum q homo habet aptitudinem naturalem ad intelligẽdũ & amãdum Deum. Et hac aptitudo consistit in ipsa natura mentis, quæ est communis omnibus hominibus. Alio modo secũdum quod homo actu vel habitu Deũ cognoscit & amat, sed tamen imperfectè. Et hac est imago per conformitatem gratiæ. Tertio modo secundum C
quòd homo Deũ actu cognoscit & amat perfectè. Et sic attenditur imago secundum similitudinem gloriæ. Vnde super illud Psal. 4. Signatũ est super nos lu. vultus tui Do. Gl. distinguit triplicem imaginem, scilicet creationis & recreationis & similitudinis. Prima ergo imago inuenitur in omnibus hominibus. Secunda in iustis tantùm. Tertia vero solum in beatis.

AD primum ergo dicendum, quòd tam in viro quam in muliere inuenitur Dei imago quantum ad id in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quantum ad intellectualem naturam. Vnde Genes. 1. cùm dixisset. Ad imaginem Dei creauit illũ, sjhomine, subdidit. Masculũ & fœminam creauit eos. Et dixit pluraliter, eos (vt Aug. dicit) ne intelligatur in vno individuo vtero; sexus fuisse coniunctus. Sed quantũ ad aliquid secũdariũ imago Dei inuenitur in viro secũdũ q nõ inuenitur in muliere. Nam vir est principiũ mulieris et finis, sicut Deus E
est principiũ & finis totius creaturæ. Vnde, cũ Apostolus dixisset q vir imago & gloria est Dei, mulier aut est gloria viri: ostendit quare hoc dixerit, subdens. Non.n. vir est ex muliere, sed mulier ex viro: et vir nõ est creatus propter mulierẽ, sed mulier propter virũ.

AD secundum & Tertium dicendũ, q illæ rationes procedũt de imagine, quæ est secundum conformitatem gratiæ & gloriæ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. In quolibet homine est imago Dei, & solet dici imago creationis. Probatur ex illo Psal. 38. Veruntamen in imagine pertransit homo. Ratio autem est. Homo est ad imaginem Dei secundùm quòd est naturæ intellectualis, & habet naturalem aptitudinẽ ad intelligendum & amandũ Deũ, sed hæc natura & aptitudo reperitur in quolibet homine, ergo.

¶ Secunda conclusio. Imago recreationis solum est in hominibus iustis. Ratio. Nam imago recreationis est secundùm quòd homo actu vel habitu Deũ cognoscit & amat, sed tamen imperfectè, quòd fit in hac vita per conformitatem gratię, gratia autem non potest esse nisi in hominibus iustis, ergo.

¶ Tertia cõclusio. Imago similitudinis solùm est in beatis. Ratio. Imago similitudinis est secũdùm quòd homo Deũ actu cognoscit, & amat perfectè, quod tantùm fit in alia vita per similitudinem glorię, quę nõ reperitur nisi in hominibus beatis, ergo. D

¶ Quarta conclusio ad primum. Quantũ ad aliquid secundariũ, imago Dei reperitur in viro secundũ, quòd non reperitur in muliere. Ratio est. Quoniam vir est principium & finis ipsius mulieris, quemadmodum est principium & finis totius creaturæ, vnde Apostolus 1. Corin. 11. dicit. Vir est imago Dei, mulier autem est imago viri, & subdit causam. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVM.

CIrca primam & secundam conclusionẽ dubitatur. Vtrùm imago Dei maneat in peccatoribus, an vero deleatur per peccatum?

¶Et videtur quòd deleatur. Primo ex illo Psal. 48. Homo cũ in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, & Psal. 105. Mutauerunt gloriam suam in similitudinẽ vituli comedẽtis fœnum, & Psalm. 49. apertè dictum est in persona Dei ad peccatorem. Existimasti iniquè, q̃ ero tui similis &c. ergo in homine peccatore deperditur imago Dei. ¶Secũdo ex illo Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, ergo peccando amissa imagine Dei similes efficiuntur peccatores animalibus irrationalibus, in quibus nulla est imago Dei. Et hac ratione ét angeli mali in Sacra scriptura appellantur nominibus animalium irrationalium, quia sicut homo per peccatum decidit à ratione dignitatis, & contra rationem agens irrationabilibus cõparatur, ita etiã diabolus per peccatum auertens se à supremis, & intelligibilibus bonis, dũ principatum super inferiora & terrena appetijt, animalibus brutis comparatur, in quorũ ét effigie dæmones frequenter apparent hominibus, vt patet in visionibus B. Antonij, Deo sic permittente & prouidente, vt tales corporũ figuras sumant, per quas earum conditio designetur. Quod explicat optimè D. Tho. super illũd Iob. 42. Ecce Behemot, quem feci tecum &c. lectio. 2. ¶Arguitur tertio ex illo Hiere. 5. Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat, & Hiere. 8. ét dicitur. Omnes cõuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium, ergo peccatores amissa imagine Dei brutis assimilantur. ¶Arguitur quarto. Ex illa parabola Luc. 15. Vbi illa euangelica mulier lucernã accẽdit, idest, Sapiẽtia in carne apparuit, euertit domum, videlicet vitiorum; vt drachmam suam, quã perdiderat, hoc est, imaginẽ suã, quam homo per peccatũ amiserat, inueniret. Hoc idè insinuatur in alia parabola de homine descendente de Hierusalẽ in Hiericho, qui cum incidisset in latrones, hoc est in peccata, omnibus eum despoliantes semiuiũ eum reliquerunt. Luc. 10. ergo per peccatum amittitur. ¶ Arguitur quinto ex illo 1. Corint. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis, ergo cum peccamus amittimus imaginem Dei, & portamus imaginem Adam peccatoris. Vnde ad Roman. 12. dicit Apostolus. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus. Quasi dicat. Nolite ammittere similitudinem Dei, & assumere imaginem huius sæculi, sed renouamini sensu, idest, iterato formã, & decorem, quem per peccatum amisistis, assumite, & imaginem Dei in vobis reformate. Cõfirmatur ex illo ad Colos. 3. Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitione Dei secundũ imaginem eius, qui creauit eum &c. vbi hęc differentia assignatur à D. Paul. inter veterem & nouum hominẽ, vt vetus homo, qui ad peccatum pertinet non habeat imaginem Dei, quia, s. bonitate caret: nouus autẽ qui ad gratiam per Christum recuperatã pertinet, gerat Dei imaginem. Alia plura loca poterant adduci ex Sacra scriptura ad hoc propositum, sed hæc sufficiant. ¶Arguitur sexto ratione. Nam imago Dei in homine quid finitum & limitatum est, quemaddum animæ rationalis essentia in quæ est ista imago; sed per peccatum saltim diminuitur ista imago, ergo tot possunt superaddi peccata, vt prorsus tollatur & funditus pereat. Omne n. finitum, vt ait Arist. 1. Physic. tex. 37. per ablationem finiti tandẽ consumitur. Probatur minor. Nã bonũ naturæ diminuitur per peccatum, vt probat D. Tho. 1. 2. q. 85. art. 1. sed imago Dei in homine est bonum naturæ, ergo. Confirmatur. Nã omnes sancti vno ore confitentur per peccatum obscurari imaginẽ Dei in homine, ergo tot possunt committi peccata, vt tandem deleatur.

CIrca hanc difficultatem aduertẽdum est, q̃ Epiphanius in epistola ad Ioã. Hierosoly. quæ inter epistolas D. Hieronymi circunfertur, & est epist. 60. recensetur inter errores Origenis Adam amisisse peccatum imaginem Dei. Alphonsus de Castro lib. 2. contra hæreses titulo Adam. hæresi. 2. & post eum Sixtus Senens. lib. 5. annota. 49. conantur liberare Origenem ab hoc errore dicentes, quòd fortassis Origenes non loquebatur de imagine, quę est in homine per naturam & ex vi creationis, sed de imagine, quę est in homine per gratiam, & vocatur imago recreationis. Hæc enim sine dubio amittitur per peccatũ mortale, & q̃ ista fuerit mens Origenis colligunt ex ipso lib. 3. de princ. c. 6. vbi dicit, quòd homo imaginis dignitatem in prima conditione percepit, similitudinis vero perfectio in cõsummatione reseruata est &c. Se ego post istos autores reperi expressum testimonium Origenis, ex quo colligitur illum non fuisse istius erroris, sed docuisse veram sententiam. Nam in homi. 13 super Genes. tractans illum locũ Genes. 1. Faciamus hominẽ ad imaginem &c. dicit. Filius Dei est pictor huius imaginis, & quia talis ac tantus est pictor, imago eius obscurari per incuriam potest, sed deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago Dei in te, quanuis tu ipse superinducas imaginem terreni. Ex quibus constat Origenẽ vera sensisse, & sicubi aliter videat docere, per hæc explicãdum esse D. etiam Augu. lib. 83. quæstion. quæst. 67. & lib. 6. super Genes. ad liter. ca. 27. & 28. & tom. 4. in dialogo ad Orosiũ. Videtur docere eundem errorem, & asserere Adam perdidisse imaginem, secundũ quam creatus est. Sed postea lib. 1. retract. capi. 26. & lib. 2. cap. 24. corrigit, & explicat suam sententiam, & docet non sic esse intelligendam, quòd nulla remãserit imago Dei in homine, sed quòd remanserit ita defotmis, vt reformatione opus habuerit.

PRo decisione sit prima conclusio. Imago recreationis amittitur per peccatum. Hæc conclusio adeo est certa, vt oppositum sit omnino contra fidem, & patet modo breuiter. Nam imago ista recreationis consistit in similitudine Dei, quæ fit per gratiam, per quam diuinæ constituuntur consortes naturæ, vt colligitur ex D. Tho. in articu. sed de fide est, quòd aliquis non potest esse in peccato mortali, & permanere in gratia, ergo.

¶Secunda conclusio. Imago creationis, in qua homo ad similitudinem Dei creatus est manet in quolibet homine etiam peccatore, & nunquam deletur totaliter. Hæc conclusio adeo est certa, vt oppositum eius sit error in fide. Et probatur primo testimonijs Sacræ scripturæ, quę adducit Epiphanius vbi supra contra Originem. Primus locus est ex Genes. capitu. 5. Vixit Adam centum & triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, sed ipse Adam est creatus ad imaginem & similitudinem Dei, ergo. Sed certè iste locus nihil conuincit. Non enim dicit, quòd genuit filium ad similitudinẽ Dei, sed ad suam similitudinem. Secundus est ex illo eiusdem Genes. 9. vbi dicitur. Quicunque effuderit humanum sanguinem in terra, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippè Dei factus est homo. Tertius locus ex illo Sapi. 2. Quoniã Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Quartus locus est ex epistola. 1. ad Corint. cap. 11. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. Quintus locus est ex illo Iacobi. 3. In ipsa, idest, lingua maledicimus hominem, qui ad imaginem, & similitudinem Dei factus est. Sextus locus est ex illo Psalm. 38. Veruntamen in imagine pertransit homo. quem etiam locum adducit D. Thom. in articulo isto. Circa quæ loca aduertendum est, quòd vt notauit Castro vbi suprà, non potest probari ex ipsis certo sententiam contrariam nostræ conclusioni esse errorem contra fidẽ, quãuis re vera sit error. Etenim ad ea rñderi posset, quòd ex ipsis tantum probatur primum hominem creatum fuisse ad imaginem & similitudinem Dei, nõ tamen probatur, q̃ ista imago & similitudo nõ amittatur per peccatum. Nihilominus tamen vis ipsorum secundum Epiphanium hæc est, quod postquam Genes. 1. de primo homine dictum est, q̃ creatus est ad imaginem & similitudinem Dei, idipsum assertũ est Gene. 9. post mille ducentos & sexaginta duos annos, & in Psalm. 38. post 2117. & ab Apostolis adhuc post 300. annos supra dictos. 2117. Quæ quidem veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficari nō poterant, si imaginem Dei Adā & reliqui homines per peccatum perdidissent. Confirmatur. Nam locus Gen. 9. & 1. Cor. 11. & Iacobi 3. non solum intelligitur de Adā, sed de oībus hoībus, vt patet legenti illa loca, ergo adhuc post peccatum remanet illa imago Dei in alijs hominibus. Aduertendum est secundo, quòd etiā illud testimonium ex Psal. 38. non conuincit expresse conclusionem nostram esse de fide. Nam optimè potest explicari etiam ad literam de imagine alicuius vanitatis, quam homo sibi assumit per peccatum, imo vero ita exponit illum locum D. Hieron. lib. 3. comm. super Ezech. c. 9. & lib. 4. c. 16. & subdit, explicandum esse illum locum de eadem imagine, de qua explicatur illud Psalm. 72. In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et alij sancti explicant in alio sensu. Vide Chrysost. super hunc Psalmum. Nihilominus intelligentia hæc, scilicet, quòd loquatur de imagine Dei, in qua creatus est homo, est præcipua inter communes, & est expositio D. Augu. super Psal. 38. & in sermone, 50. de tempore, & Di. Gregor. lib. 10. moral. ca. 14 D. Bernardi in sermone 1. de annuntiatione Dominica, & in sermone 82. super Cantica. Secundo probatur conclusio ex doctrina Sanctorum, qui in locis citatis super hunc Psal. 38. & in alijs multis supponūt nostram conclusionē tanquam certam præcipuè videndus est D. Bernardus, qui in illo sermone 1. de annuntiatione Dominica in tantum affirmat istam imaginem Dei non deleri per peccatum in homine, vt etiam dicat, quòd in damnatis exuri potest, & ardere potest, sed deleri non potest. Tertio probatur ratione ipsius Epiphanij. Nam si homo per peccatum amisisset imaginem Dei, nunquam omnia, quæ in mundo sunt, seruirent semini Adam, idest, vniuerso generi hominum, quod est contra illud Iacobi 3. Omnis natura bestiarum, & volucrum & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana. Nunquam enim vniuersa essent subiecta hominibus, si nō haberent homines inxta id quod vniuersis imperarent imaginem Dei. Confirmatur. Nam Genes. 1. assignatur pro ratione dominij in homine, quòd est productus ad imaginē & similitudinem Dei, vt patet ex illis verbis: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram, & præsit pisci bus maris, &c. Ecce ad præsidentiam, quæ includit dominium, præmissa est productio hominis ad imaginē & similitudinē Dei, quasi assignando rationem dominij, & hanc expositionem innuit Chrysostom. homilia septima, ad populum Antiochenum, & D. Aug. tomo 4. lib. de q. veteris, & noui testamenti quæst. 45. & refertur in Decretis 33. quæst. 5. c. Hæc imago. Vbi dicitur, quòd hæc imago Dei est in homine vt vnus factus sit homo, ex quo exteri oriantur, habens imperium Dei quasi vicarius eius. At vero homo nō amittit dominium rerum per peccatum, vt contra Vicleuistas solet ostendi in materia de dominio, quod est de fide, ergo neque amittit imaginē Dei. Amisso enim titulo dominij amittitur dominium, imago aūt est titulus. Quarto & vltimo probatur. Nā hominē esse ad imaginē Dei est illi naturale, inquidem conuenit illi secundum q̄ creatus est cum intellectu & voluntate, quę sunt homini naturalia, at vero naturalia manent integra post peccatum tam in angelis, quàm in hominibus, vt patet in 1. 2. vbi supra. ergo.

¶ Tertia cōclusio. Ista imago Dei in homine deturpatur maximè, & obscuratur per peccatum. Hæc conclusio communis est omnibus sanctis, & præcipuè eam habet D. Bernardus in locis citatis, & probat ex multis locis Sacræ scripturæ. Primo ex illo Psal. 4. Verūtamē in imagine pertransit homo, sed & frustra cōturbatur, & hac ratione in Psal. 17. peccatores vocantur filij alieni, dum dicitur. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerūt à semitis suis. Filij quidem propter retentā imaginem Dei, alieni propter amissā rectitudinē. Nec dixisset, claudicauerunt, sed corruerunt, aut quippiam simile, si ex toto imaginē Dei isti filij alieni eruissent. Secūdo probat ex illo ad Roman. 1. Obscuratum est insipiēs cor illorū. Et Thren. 4. Quomodo obscuratū est aurum, mutatus est color optimus. Ex quibus locis patet, q̄ similitudo Dei nō sit de

leta in homine per peccatum, sed obscura ta. Obscuratum enim aurum plangit Propheta, aurum tamen muratum colorem optimum, sed non fundamentum coloris euulsum. Vide D. Bernardum vbi supra præcipuè sermone 72. in Cantica, & D. Augu. super illud Psal. 66. Illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

AD argumenta in principio. Ad primū locum in argumento primo adductum ex Psal. 48. respondetur, quòd ex illo loco non colligitur hominem perdere imaginem Dei per peccatum, sed illam obscurare & denigrare, & dum bestialiter vivit oblitus suæ dignitatis bestijs similimum fieri. Veluti si filius regis immemor regiæ maiestatis cū infimę sortis hominibus semper conuersaretur, non desineret esse filius regis, licet maximè ab aula nobilitate degeneraret, & ab omnibus tanquam vnus ex illis, cum quibus degit, cōputaretur: ita similiter homo peccator licèt per degenerem conuersationem & peccata non amittat imaginem Dei tamen similis bestijs efficitur, ad quorum imitationem se & mores suos fingit atque componit. Ad secundum locum eodem modo respondetur. Etenim homo dicitur commutare gloriam suā in similitudinem vituli comedentis fœnum quando peccat, non quia desinat in natura esse similis Deo, sed quia deturpans imaginem Dei moribus vitulum comedentem fœnum imitatur, dum res futiles & caducas fœnoque fragiliores amat. Ad tertium locum respondetur, quòd ibi non dicitur. Existimasti ò anima vel existimasti homo, quòd ero similis tui, sed existimasti iniquè. Quod quidē non est contra nostram conclusionē. Iniquus enim & peccator inquantū peccator & dissimilis Deo, & dissimilis sibi est. Ex quibus omnibus patet ad secundum argumentum, & tertium argumentū. In omnibus enim locis ibi adductis peccatores assimilantur animalibus irrationalibus non quia amiserūt imaginem Dei, sed propter rationes dictas.

¶ Ad quartum respondetur, quòd Christus Dominus non venit in mūdum, vt restitueret homini imaginem DEI, quam perdiderat, sed vt illam, quæ fœda & deformis iacebat natiuo spoliata decore, & in puluere sub pelle peccati fordēs latitabat, inuentam tergeret, & tolleret de regione dissimilitudinis, pristinamque in speciem reformaret. Quod etiam insinuatur in illa parabola de homine descendente ab Hierusalem in Hiericho, quem latrones non mortuum, sed semiuiuū reliquerunt, quia dona naturalia homini collata, inter quæ computatur imago Dei, in ipso manserunt, licèt maxima ex parte fœdata & turpia, & ideo non dicitur mortuus, sed semiuiuus.

¶ Ad quintum argumentum cum sua confirmatione respondetur, quòd in illis locis loquitur Diuus Paulus de similitudine & imagine gratiæ, siue recreationis, nō de imagine naturali siue creationis. Iam autem diximus in prima conclusione, q̄ imago gratię absque dubio perditur in homine per peccatū. Ita exponit illa loca D. Thomas, & Diuus Ambrosius super illud 1. Corinthiorum 15. vide Cast. vbi suprà, qui etiam ita exponit.

¶ Ad sextum respōdetur, quòd ista imago non diminuitur per ablationem alicuius, sed dicitur diminui per peccatū, quia deturpatur & obscuratur. Non est autem præsentis loci explicare, quomodo bonū naturæ diminuatur per peccatum. Vide in 1. 2. in loco ibi citato. Ex quo patet ad confirmationem.

CIrca quartam conclusionem dubitatur secundo. Vtrum imago Dei reperiatur perfectiùs, & expressius in viro, quam in muliere?

¶ Et videtur, quòd perfectius vel saltim equè perfectè reperiatur in muliere quàm in viro. Primo. Nā imago Dei in homine non attenditur penes corpus, sed tantum penes mentem, sed nulla est inter virum & mulierem distinctio secundum mentē sed tantum secundum sexum qui corpus sequitur, ergo ita expresse reperitur imago Dei in vno quàm alio. Consequentia videtur bona & minor nota, maior autem patebit infrà art. 6. & probatur à Diuo Augustino lib. 12. de Trinitate capite 7. ex illo ad Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominē, qui secūdum Deū creatus est, & Coloss. 3. Exuite

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos veterem hominem cum actibus eius, A & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit enm. Si ergo spiritu mentis nostre renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundū imaginem eius, qui creauit eum, nulli dubium est, non secundum corpus, neque secundū quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, vbi potest esse agnitio Dei, hominem factum ad imaginem eius, qui creauit eum.

¶ Arguitur secundo. Homo est ad imaginem Dei secundum quod est capax ipsius Dei, & gratiæ & gloriæ, sed in hac ratione vir & fœmina æquiparātur, ergo & in ratione imaginis. Maior communiter conceditur à sanctis, & eam habet D. Bernardus expresse in sermone 80. super Cantica in principio, vbi sic dicit comparans imaginem Dei, quæ est in homine, cum imagine quæ est in verbo æterno, Verbum est veritas, est sapientia, est iustitia, & hæc est imago. Cuius? Iustitiæ, sapientiæ, & veritatis. Est enim imago hæc iustitia de iustitia, sapientia de sapientia, veritas de veritate, quasi de lumine lumē, de Deo Deus. Harum rerum nihil est anima, quoniam non est imago, est tamen earundem capax appetensque & inde fortassis ad imaginē. Celsa creatura in capacitate quidem maiestatis. Minor autem probatur ex illo ad Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Confirmatur primo. Nam potest esse, quòd alia mulier habeat maiorem gratiam in præsenti vita & gloriam in futura, quàm alij multi homines, ergo illa magis erit ad imaginem & similitudinem Dei. Antecedens patet in beatissima Virgine Maria, quæ absque dubio in charitate & gratia, dum in hac vita fuit, & modo in alia omnes puras creaturas longo interuallo in gloria vincit. Confirmatur secundo. Glossa super illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, inquit. Imago creationis est in qua natus est homo, scilicet ratio, imago recreationis est per quā reformat, B scilicet, gratia Dei, quæ menti reparandæ infunditur; sed in imagine recreationis, quę est per gratiam, vir & mulier pariticātur, ergo à simili in imagine creationis.

¶ Arguitur tertio. Imago Dei in homine consequitur speciem naturæ humanæ sicut propria passio essentiam, sed ea quæ sic conueniunt alicui naturæ æqualiter cōueniunt omnibus indiuiduis talis naturæ, sicut dicit Porphyrius capite de communibus vniuersalium, ergo cum vir & mulier sint eiusdem speciei & tantum differant numero iuxta sententiam Aristotelis 10. Metaphy. text. 25. vbi ait, quod masculinum & fœmininum non variant speciem, ergo proprietates specificæ quę conueniunt viro æqualiter conuenient & mulieri. Inter has autem proprietates connumeratur imago Dei, vt patet ex dubio precedenti, ergo æqualiter conuenit viro & C mulieri. ¶ Arguitur quarto. Ratio imaginis Dei in homine attenditur penes intellectum & voluntatem & memoriā, vt patebit in articulis sequentibus, sed aliquę mulieres habent istas potentias multo perfectiores quàm alij homines, ergo & habebunt perfectiorem & expressiorem rationem imaginis Dei. Minor patet experentia ipsā, & saltim cōstat in beatissima Maria Virgine, quæ absque dubio sicut omnes puras creaturas vicit in gratia, ita etiā omnes homines acumine intellectus & præstantia voluntatis longo interuallo superauit. Cōsequentia autem probatur. Nam D hac ratione articulo præcedenti diximus in angelo plus relucere imaginem Dei, quantum ad essentialia imaginis, quàm in homine; quia angelus est perfectioris naturæ, & habet perfectiores potentias intellectiuas, quā homo, ergo mulieres, quę habent præstantiores potentias, intellectū scilicet, memoriam & voluntatem, habebunt perfectiorem & expressiorem rationem imaginis Dei etiam inquantum ad essentialia imaginis. E

¶ Arguitur quinto. Nam in Sacra scriptura æqualiter dicitur de vtroque, quod Deus fecerit ad imaginem suam. Nam Genes. 1. dicitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostrā, &c. & creauit Deus hominē ad imaginem suam, ad imaginem

imaginem Dei creauit illum, masculum A & fœminam creauit eos, vbi & expresse nominatur fœmina creata ad imaginem Dei, & quando non fuisset nominata, satis aperte hoc insinuabatur in verbo, Fecit hominem; vbi per illam vocem: hominem, non vir sed natura intelligitur humana, sub quem fœmina continetur. Quem locū ita exponit Di. Gregorius Nisseuus lib. de creatione hominis c. 17.

Sed contra est primo illud 1. Corinthiorum. 11. vbi dicit Apostolus, Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est, mulier autē gloria viri est. In quibus verbis insinuare B videtur Diuus Paulus, quòd vir est imago Dei, mulier autem non Dei sed viri. Confirmatur ex glosa super ista verba, quę est desumpta ex Diuo Ambrosio & refertur. 33. quæstione 5. capi. Hęc imago quæ ait: Vir ad imaginem Dei factus est, non mulier, ergo fœmina non solum habet expressiorem imaginem Dei, sed neque illam C habet.

¶ Secundo. Vir magis assimilatur Deo quàm fœmina, ergo habet expressiorem imaginem Dei quam illa. Consequentia patet. Nam ratio imaginis desumitur ex similitudine ad exemplar. Antecedens autem probatur. Nam sicut ex Deo omnia, ita ex viro omnia etiam ipsa mulier: & vir est principium & finis mulieris, sicut Deus est principiū & finis totius creaturæ: vnde Apostolus post verba in argumē D to præcedenti citata statim subdit. Non enim vir ex muliere est sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Præterea. Sicut Deus habet dominiū & principatum super omnia, ita etiam vir habet dominium, & principatum super omnia etiam supra mulierem, ipsa autem nō habet dominiū super virum. Vnde idē Apostolus ad Ephes. ca. 5. dicit. Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniā vir E caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres vitis suis in omnibus, & Genes. 3. dicitur: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et 1. Petr. 3. idē habetur. Pręterea. Sicut Deus est caput omnis creaturę & Ecclesię, ita vir est caput mulieris, vnde D. Paulus 1. Corint. 11. dicit. Caput autem mulieris vir: quod & alibi sępe repetit, ergo vir magis assimilatur Deo quàm fœmina. ¶ Tertio. Vir est perfectior quàm mulier non solum quantum ad corpus, quia vt dicit Philosophus in libro de generatione animalium, Fœmina est masculus occasionatus, sed etiam quantum ad animæ uigorem, & omnes potentias intellectiuas, secundum illud Ecclesiast. 7. Virum ex mille reperi vnum, mulierem ex omnibus non inueni, & Prouerbior. 31. dicitur. Mulierem fortem quis inueniet? Vnde hac ratione Aristoteles circa finem 1. Politi. vult, quòd vir dominetur mulieri propter perfectiorem rationem, quæ in viro magis viget quàm in muliere, quia mulier habet consilium inualidum, ergo etiam imago Dei perfectior est in viro quàm in fœmina. Patet consequentia. Quia in ratione, diximus supra angelum habere expressiorem imaginem Dei quàm habet homo.

¶ Quarto. Imago dicitur quasi imitago ex eo quòd agitur ad imitationem alterius, vt D. Th. in primo articulo, vnde imago idem est quod imitago vel similitudo ad imitationem facta, sed Genes. 2. vir dicitur factus ad imaginem Dei, mulier autem ad imaginem viri. Nam cum non inueniretur Adæ adiutorium simile sibi, dixit Deus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et infra. Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius, ergo.

De hac quæstione videndi sunt D. August. tomo. 2. lib. 12. de Trinitate ca. 7. & tomo 4. libro de quæstionibus veteris & noui testamenti, quæstione 21. & quæstione 24. & lib. 65. quæstionum, ad Orosium quæst. 18. D. Ambrosius super 1. Corint. 11. D. Gregorius Nissenus de opificio hominis c. 17.

¶ Pro decisione notandum ex D. Tho. in ar. 3. quòd de imagine possumus loqui dupliciter. Vno modo quantum ad id, in quo primo consideratur ratio imaginis, q̄ est intellectualis natura. Secundo potest considerari imago Dei in homine quantùm ad id, in quo secundario consideratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

prout, scilicet, in homine inuenitur quædam imitatio Dei, quòd sicut Deus ponit res in esse naturali, ità homo ponit eas in esse intelligibili, & sicut Deus est de Deo, ità homo est de homine, & sicut Deus est totus in toto vniuerso, & totus in qualibet parte, sic anima hominis est tota in toto corpore eius, & iterũ tota in qualibet parte eius. ¶ Hoc posito est prima conclusio. Si imago Dei cõsideretur quantum ad essentialia, scilicet, quantùm ad naturam intellectualẽ, & vires naturales ipsius, quæ sunt, intellectus, memoria & volũtas, quibus homo est capax Dei, nõ est vir magis ad imaginem Dei, quàm fœmina, sed in hac ratione imaginis parificantur. Hanc conclusionem probant argumenta primo loco facta. Et patet etiam. Nam vir & fœmina sunt individua eiusdem speciei, ergo proprietates conuenientes vni debent eodem modo conuenire alteri.

¶ Secunda conclusio. Si vero consideretur imago quantum ad accidentalia, sic imago Dei, potius est in homine, & perfectiori modo quam in muliere. Itaque sicut D. Tho. dixit art. 3. quòd quantùm ad accidentalia imaginis, reperitur imago Dei magis in homine, quàm angelo, ità modo dicimus, quòd hoc idem contingit respectu mulieris in viro. Hanc conclusionem probant argumenta facta secundo loco, præcipuè vero secundum argumẽtum, & hoc tantum intendit Diuus Paulus in illo loco 1. Cor. 11. Hæc autem similitudo maior (secundum D. Thom. super hunc locum 1. Cor. 11.) consistit in hoc, quòd vir est principiũ totius sui generis, sicut Deus est principium totius vniuersi, & quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerũt sacramenta sanguinis & aquæ, à quibus fabricata est Ecclesia. Vide de hac conclusione D. Aug. in quæstio. citatis 21. & 24. & Diuus Ambrosius qui expresse tenent hãc conclusionem secundam, & explicant copiosius in quibus vir magis est ad similitudinem Dei quàm fœmina. Has duas conclusiones tenet expresse Diuus Thomas iti hoc articulo ad primum, cuius doctrinam in hac parte sequuntur Ricar. in 2. d. 16. art. 1. q. 6 & Æpid. parte 2. quæst. 2. & Carthusianus super illum locum 1. Corin. 11. & Cardinalis Turre creamata super Decretum 32. q. 5. super c. Hæc imago q. 3.

¶ Sit tertia conclusio: Etiam quantum ad essentialia imaginis, potest dici, quòd regulariter loquendo homo est magis ad imaginem Dei quàm mulier. Hæc conclusio satis probatur argumento tertio facto in secundo loco, & eam expresse tenet Diuus Tho. super illum locum 1. Cor. 11. vbi dicit. Potest etiam quantum ad interiora dici, quòd vir specialius dicitur imago Dei secundum mentem in quantum in eo ratio magis viget. Quod tamen intelligendũ est si illa vox magis non cadat supra rationem specificam imaginis. Hæc enim (sicut natura humana ad quã consequitur) in individuis consistit, species enim rerũ sunt sicut numeri: sed intelligendum est, si cadat supra rationem individualem, in qua ratione sicut vna anima est perfectior altera, & perfectioris animæ perfectiores sunt potentiæ: ita etiam imago, quæ consequitur perfectiorem animam, individualiter erit etiam ipsa perfectior individualiter alia imagine, quæ consequitur ad imperfectiorem animam. Dixi autem in conclusione regulariter loquendo quia bene potest contingere, vt probare contendebat argumentum quartum factum primo loco, vt aliqua mulier, sicut credo de beatissima Virgine Maria, habeat animam perfectiorem individualiter, & perfectiores potentias intellectiuas quàm multi viri. Et tunc quidem imago talis fœminæ perfectior erit individualiter quàm imago aliorum virorum. Hanc autem conclusionem intelligo, si teneamus vnam animam perfectiorem esse alia essentialiter individualiter, nam si oppositum teneamus cũ M. Soto in prædicamento substantiæ de quo in superioribus diximus, conclusio nostra habet verum, sed omnino æqualiter imago Dei quantum ad essentialia reperietur in viro & muliere.

¶ Quarta conclusio. Imago recreationis siue imago gratiæ non magis est in viro quàm in muliere, sed aliquando contingit, vt aliquis vir sit magis ad imaginẽ Dei, quàm aliæ mulieres, & èconuerso, & aliqua mulier sit magis ad imaginẽ Dei, quàm alij viri. Hæc cõclusio satis patet ex secundo argumento facto in primo loco cum suis confirmationibus, & patet etiam. Nã hæc imago recreationis tantum consistit in hoc, quòd homo sit in gratia Dei, sed potest esse imo de facto ita contingit sæpẽ, vt vir habeat maiorem gratiam quàm mulier, & èconuerso, ergo. Quod diximus de imagine recreationis siue gratiæ, proportionabiliter dicendum est de imagine similitudinis, quæ est in gloria, quæ quidẽ hominibus post hanc vitem datur iuxta mensuram gratiæ, quam in hac vita habuerunt. Per dicta patet quid sit dicendum ad argumenta facta pro vtraque parte.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm in homine sit imago Dei quantũ ad Trinitatem personarum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd in homine non sit imago Dei quantum ad Trinitatem diuinarum personarum. Dicit. n. Aug. in li.* de fide ad Pet. Vna est Sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Et Hila. in 5. de Trin. dicit: q̃ homo sit ad communem Trinitatis imaginem. Est ergo in homine imago Dei quantum ad essentiam et non quantum ad Trinitatem personarum.

¶ 2 Præterea. In lib.* de eccles. dog. dicitur quòd imago Dei attenditur in homine secundum æternitatem. Damas.* etiam dicit, q̃ hominem esse ad imaginem Dei significat intellectualem, & arbitrio liberum, & per se potestatiuum. Grego.* etiam Nicen. dicit, q̃ cùm scriptura dixit hominẽ factum ad imaginem Dei, tale est ac si diceret humanã naturam omnis boni factam esse participem. Bonitatis enim plenitudo diuinitas est. Hæc autem omnia non pertinent ad distinctionẽ personarum, sed magis ad essentiæ vnitatem, ergo in homine est imago Dei, nõ secundum Trinitatem personarum, sed secundum essentiæ vnitatem.

¶ 3 Præterea. Imago ducit in cognitionẽ eius cuius est imago. Si igitur in homine est imago Dei secundum Trinitatem personarum, cùm homo per naturalem rationem seipsum cognoscere possit: sequeretur quòd per naturalem cognitionem posset homo cognoscere Trinitatem diuinarum personarum. Quod est falsum, vt sup. ostensum est.* Qu. 52.

¶ 4 Præterea. Nomen imaginis non cuilibet trium personarum conuenit, sed soli filio. Dicit enim August. in* 6. de Trin. quòd solus filius est imago patris. Si igitur in homine attenderetur Dei imago secundum personam, non esset in homine imago totius Trinitatis, sed filij tantum.

SED contra est, quod Hila. dicit in* 4. de Trin. Per hoc quòd homo dicitur ad imaginem Dei factus, ostendit pluralitatem diuinarum personarum.

RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut supra habitum est,* distinctio diuinarũ personarum non est nisi secundum originem, vel potius secundum relationes originis. Non autem est idem modus originis in omnibus, sed modus originis vnicuiusque est secundum conuenientiam suæ naturæ. Aliter. n. producuntur animata, aliter inanimata, aliter animalia, atque aliter planta. Vnde manifestum est quòd distinctio diuinarum personarum est secundum quod diuinæ naturæ conuenit. Vnde esse ad imaginem Dei secundum imitationem diuinæ naturæ, nõ excludit hoc quod est esse ad imaginem Dei secundum representationem trium personarum: sed magis vnum ad alterum sequitur. Sic igitur dicendum est, in homine esse imaginem Dei, & quantum ad naturam diuinam, & quantũ ad Trinitatem personarum. Nam & in ipso Deo in tribus personis vna existit natura.

Et per hoc patet responsio ad duo Prima.

AD tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si imago Dei esset in homine perfecte representans Deum. Sed sicut Aug. dicit in* 15. de Tri. maxima est differentia huius Trinitatis, quæ est in nobis, ad Trinitatẽ diuinam. Et ideò (vt ipse ibidem dicit) Trinitatem quæ in nobis est, videmus potius quã credimus: Deum verò esse Trinitatem, credimus potius quàm videmus. li. 15. de trin. c. 6. to. 3.

AD quartum dicendum, quòd quidam dixerunt in homine esse solum imaginem filij. Sed hoc improbat Augu in* 12. de Trin. Primo quidem per hoc quòd cum secundum æqualitatem essentiæ filius sit patri similis, necesse est si homo sit factus ad similitudinem filij, quòd sit factus ad similitudinem patris. li. 12. de trin. c. 5. & 6. t. 3.

Secundò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secun o, quia si homo esset factus solùm ad imaginem filij, non diceret pater: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed tuam. Cùm ergo dicitur. Ad imaginem Dei fecit illum, non est intelligendum quòd pater fecit hominem solum ad imaginem filij qui est Deus (vt quidam exposuerunt) sed intelligẽdum est ꝙ Trinitas Deus fecit hominem ad imaginem suam, idest totius Trinitatis. Cùm autem dicitur ꝙ Deus fecit hominem ad imaginem suam, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ hæc præpositio ad, designet terminum factionis: vt sit sensus. Faciamus hominem taliter vt sit in eo imago nostra. Alio modo hæc præpositio ad, potest designare causam exemplarem: sicut cùm dicitur. Iste liber est factus ad illum. Et sic imago Dei est ipsa essentia diuina quæ absolutè imago dicitur, secundũ quod imago ponitur pro exemplari: vel secundum quod quidam dicunt, diuin⁹ essentia dicitur imago, quia secundum eam vna persona aliam imitatur.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

AD intelligentiam conclusionis D.Th. notandum est primo hanc conclusionem colligi ex illis verbis Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & inf. Ad imaginem Dei fecit illum. Quibus verbis significatur, & ꝙ sit imago Trinitatis personarum & ipsius naturæ diuinæ, & sic etiam adnotauit optimè D.Augu.lib.12.de Trini.cap.6. vbi est aduertendum cum D.Thom. hic ad quartum, & supra q.35.art.1.ad primum, quòd imago in diuinis secundum quòd tribuitur diuinæ natnræ accipitur impropriè & largo modo, vel vt sit idem quod exemplar, vel quoniam secundum diuinam naturam vna persona aliam imitatur, & iuxta hunc sensum explicandi sunt Sancti, qñ dicunt ꝙ diuina natura est imago, ad quã factus est homo. Inter quos ita loqtur Di. Augustl.lib.de fide ad Petrum c.1.

¶ Secundo notandum est cum Caietan. circa rationem D.Tho. quòd quemadmodum habetur per scientiam, quòd diuina natura sit vna, vt patet ex supradictis qu. 11.atti.3. & 4. habetur autem per fidem, ꝙ in ea sit Trinitas personarum, vt patet ex quæst.36.artic. 1. ita etiam quod homo sit imago Dei est propositio, quæ habetur per scientiam, ꝙ vero sit imago Trinitatis personarum, habetur per fidem, atque ex consequenti in illa ratione D.Tho. ex vna propositione scita infertur alia credita.

¶ Tertio notandum est, quod vt refert D.August.lib.12.de Trini.cap.5. aliqui arbitrati sunt Trinitatẽ imaginis Dei in tribus personis quod attinet ad humanã naturam posse reperiri, vt in coniugio masculi & fœminæ atque in eorum prole compleatur: Quod quasi vir ipse patris personam intimet, filij vero quod de illo ita processit vt nasceretur, atque ita tertiam personam velut spiritus dicunt esse mulierẽ, quæ ita de viro processit, vt non ipsa esset filius aut filia quanuis ea concipiente proles nasceretur. Cæterum hanc sententiam merito ibi reprobat D. August. qui videndus est, quem etiam citat Di.Thom. artic. sequenti ad 2.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm imago Dei sit in homine solùm secundum mentem.

AD SEXTVM sic proceditur. *Videtur, quòd imago Dei non sit in homine solum secundum mentem. Dicit.n. Apostol. 1. ad Cor. 11. ꝙ vir est imago Dei. Sed vir non est solùm secundum mentem. Ergo imago Dei non attenditur solum secundum mentem.*

¶ 2 *Præterea. Gen. 1. dicitur. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum: masculum et fœminam creauit eos. Sed distinctio masculi, & fœminæ est secundum corpus. Ergo secundum corpus attenditur Dei imago in homine, & non secundum mentem tantum.*

¶ 3 *Præterea. Imago præcipuè videtur attendi secundum figuram. Sed figura ad corpus pertinet. Ergo imago Dei attenditur in homine etiam secundum corpus & non secundum mentem tantum.*

¶ 4 *Præterea. Secundum Augusti.* * *super Genes. ad literam: triplex visio inuenitur in nobis, s. corporalis, spiritualis, siue imaginaria & intellectualis. Si ergo secundum visionem intellectualem, quæ ad mentẽ pertinet, est aliqua Trinitas in nobis secundum quam sumus ad imaginem Dei, pari ratione & in alijs visionibus.*

SED *contra est quod Apostolus dicit ad Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem. Ex quo datur intelligi quòd renouatio nostra quæ fit secundum noui hominis indumentum, ad mẽtem pertinet: sed ad Coloss 3. dicit. Induentes nouum hominem: qui renouatur in agnitionẽ Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Vnde renouationem, quæ est secundum noui hominis indumentum, attribuit imagini Dei. Esse ergo ad imaginem Dei pertinet solum ad mentem.*

RESPONDEO *dicendum, quòd cũ in omnibus creaturis sit aliqualis Dei similitudo, in sola creatura rationali inuenitur similitudo Dei per modum imaginis, vt supra* Ar.1. & *dictum est,* * *in aliis autem creaturis per modum vestigij. Id autem in quo creatura rationalis excedit alias creaturas, est intellectus, siue mens. Vnde relinquitur quòd nec in ipsa rõnali creatura inuenitur Dei imago, nisi secundum mentem. In alijs vero partibus (si quas habet rationalis creatura) inuenitur similitudo vestigij: sicut & in cæteris rebus quibus secundum partes huiusmodi assimilatur. Cuius ratio manifestè cognosci potest, si attendatur modus quo repræsentat vestigium, et quo repræsentat imago. Imago enim repræsentat secũdum similitudinem speciei, vt dictum est,* * *vestigium autem repræsentat per modum effectus: qui sic repræsentat suam causam, quòd tamen ad speciei similitudinem non pertingit. Impressiones.n. quæ ex motu animalium relinquuntur, dicũtur vestigia. Et similiter cinis dicitur vestigium ignis, & desolatio terræ, vestigium hostilis exercitus. Potest ergo huiusmodi differentia attendi inter creaturas rationales et alias creaturas: & quantum ad hoc quod in creaturis rationalibus repræsentatur similitudo diuinæ naturæ, & quantum ad hoc qđ in eis repræsentatur similitudo Trinitatis increatæ. Nam quantum ad similitudinem diuinæ naturæ pertinet, creaturæ rationales*

videntur quodãmodo ad repræsentationem speciei pertinere, inquantum imitatur Deũ, non solum in hoc quod est & vivit: sed etiã in hoc quod intelligit, vt supra dictum est. * *Alia verò creaturæ non intelligunt, sed apparet in eis quoddam vestigium intellectus producentis, si earum dispositio cõsideretur. Similiter cum increata Trinitas distinguatur secundum processionem verbi à dicente, & amoris ab vtroque, vt supra habitũ est:* * *in creatura rationali, in qua inuenitur processio verbi secundum intellectum, et processio amoris secundum voluntatem, potest dici imago Trinitatis increatæ per quandam repræsentationem speciei. In alijs autem creaturis non inuenitur principium verbi, & verbi, & amor: sed apparet in eis quoddam vestigium, quod hęc inueniãtur in causa producente. Nam hoc ipsum quòd creatura habet substantiam modificatam & finitam, demonstrat quòd sit à quodam principio. Species vero eius demonstrat verbum scientis, sicut forma domus demonstrat conceptionem artificis. Ordo verò demonstrat amorem producentis quo effectus ordinatur ad bonum: sicut vsus ædificij demonstrat artificis voluntatem. Sic igitur in homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, sed secundum alias partes eius per modum vestigij.*

Qu. 45. ar.7.

AD primũ ergo dicendum, quòd homo dicitur imago Dei: non quia ipse essentialiter sit imago, sed quia in eo est Dei imago impressa secundum mentem: sicut denarius dicitur imago Cæsaris, inquantum habet Cæsaris imaginem. Vnde non oportet quod secundum quamlibet partem hominis accipiatur Dei imago.

AD secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 12. de Trinitate * *quidam imaginem Trinitatis in homine posuerunt: non secundum vnum individuum, sed secundum plura: dicentes, quòd vir patris personam intimat: filij vero personam, qui de viro ita processit, vt de illo nasceretur, atque ita tertiam personam velut Spiritum Sanctum dicunt esse mulierem: quæ ita de viro processit, vt nõ ipsa esset filius aut filia. Quod prima facie absurdum videtur. Primò quidem quia sequeretur quòd Spiritus sanctus esset principium filij: sicut mulier est principium*

lib.2.de Tri.c.5. to.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pium prolis quæ nascitur de viro. Secundo quia vnus homo non esset nisi ad imaginem vnius personæ. Tertio quia secundum hoc Scriptura de imagine Dei in homine mentionem facere non debuisset, nisi prodicta iam prole. Et ideo dicendum est, q̃ Scriptura postquam dixerat. Ad imaginem Dei creauit illum: addidit masculum & fœminam creauit eos: non vt imago Dei secundum distinctiones sexuum attendatur, sed quia imago Dei vtrique sexui est communis: cùm sit secundum mentem in qua non est distinctio sexuum. Vnde Apostolus ad Colos. 3. postquam dixerat. Secundum imaginem eius qui creauit illum, subdit: Vbi non est masculus & fœmina.

AD tertium dicendum, quòd quamuis imago Dei in homine non accipiatur secundum figuram corpoream: tamen quia corpus hominis solum inter terrenorum animalium corpora non pronum in aluum prostratum est: sed tale est vt ad contemplandum cœlum sit aptius, magis in hoc ad imaginem & similitudinem Dei quam cætera corpora animalium factum iure videri potest: vt Au-
Li.83.q. 51.t.4 *gu. dicit in lib 83.q.* "*Quod tamen non est sic intelligendum, quasi in corpore hominis sit imago Dei: sed quia ipsa figura humani corporis repræsentat imaginem Dei in anima per modum vestigij.*

AD quartum dicendum, quòd tam in visione corporali quàm imaginaria inuenitur quædam Trinitas: vt Aug. dicit in lib. de
ex lib.9. *Trin.* " *In visione enim corporali est quidem*
cap.6.& *primo species exterioris corporis. Secundo vo-*
li. 11. c. *ro ipsa visio quæ fit per impressionem cuiusdã*
2.to.3. *similitudinis prædictæ speciei in visum. Tertio est ibi intentio voluntatis applicans visum ad videndum, & eum in re visa detinens. Similiter etiam in visione imaginaria inuenitur primo species in memoria reseruata. Secundo ipsa imaginaria visio quæ prouenit ex hoc q̃ acies animæ, id est ipsa vis imaginaria informatur secundum prædictam speciem. Tertio vero inuenitur intentio voluntatis coniungens vtrunque. Sed vtraque Trinitas deficit à ratione diuinæ imaginis. Nam ipsa species exterioris corporis est extra naturã animæ. Species autem quæ est in memoria, etsi non sit extra animã, est tamẽ aduentitia animæ. Et ita vtrobiq; deficit re-*

A *præsentatio connaturalitatis et coæternitatis diuinarũ personarũ. Visio vero corporalis non procedit tantũ à specie exterioris corporis, sed simul cum hoc à sensu videntis. Et similiter visio imaginaria non solum procedit à specie quæ in memoria cõseruatur, sed etiam à virtute imaginatiua. Et ita per hoc non repræsentatur conuenienter processio filij à solo patre. Intentio vero voluntatis quæ coniungit duo prædicta, non ex eis procedit, neq; in visione corporea neq; in spirituali.*
B *Vnde non conuenienter repræsentatur processio Spiritus sancti à Patre, & Filio.*

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. In homine inuenitur Dei similitudo per modũ imaginis secundum mentem tantum.

COMMENTARIVM.

C IRca conclusionem huius articuli notandum est, quod sicut refert D. Aug. lib. de hæres. cap. 76. & Castro lib. 3. contra hæres. verbo. Imago, hæres. 2. quidam hæretici asserebant hanc imaginem Dei esse in homine non secundum mentem, sed secundum corpus. Ex quo in aliam hæresim prolapsi sunt asserentes Deum esse corpus & habere membra corporea, & Ioannes Cassianus collatione 10. cap. 3. & 5. narrat Abbatem quendam Serapionẽ virum mitæ abstinentiæ, aliunde tamen sine literis & imperitum in eandem hæresim incidisse pertinaciter ex prauа intelligentia illorum verborum Gener. 1. Faciamus hominem ad imaginem &c. Nihilominus tamẽ Sacra scriptura & concilia & sancti patres apertissime docent, Deum esse spiritum simplicissimum & alienum prorsus à corpore. De qua re satis in superioribus dictũ est quæst. 3. art. 1. & 2. atque ex consequenti similiter constat in homine esse imagi-
E nem Dei non secundum corpus, sed secundum mentem. Quæ sententia est etiam cõmunis omniũ Sanctorum, vide præcipuè D. Aug. lib. 12. de Trini. c. 7. vnde sumpsit Di. Tho. loca, quæ adducit in argumento, sed contra. Vide etiam D. Greg. lib 32. mo 12. in illud Iob. 40. Si habes brachium sicut Deus,

Deus, & voce simili tonas, &c.

¶ Contra rationem D. Th. insurgit Sco. in 1. d. 3. q. 5. ar. 1. hoc argumẽto. Nulla creatura potest repræsentare Deum secundum conceptum speciei specialissimæ, sed tantum secundum conceptus communes, ergo non recte assignatur differentia inter rationem imaginis & vestigij, & ex consequenti ratio D. Tho. inefficax. Antecedens est notum ex infinita distantia inter Deum & creaturam. Et consequentia patet ex ipsa litera D. Thom. Simili ferè argumento Gabr. eadem distin. 3. q. 10. colligebat in homine non esse propriè imaginẽ Dei, sicut diximus in arti. 2. Ad hoc argumentum facile respondetur cum Caie. hic quòd D. Tho. in sua probatione non accipit speciem propriè & in rigore. Iam enim sup. q. 3. art. 5. reliquit dictum, q̃ Deus non potest contineri in aliquа specie aut in aliquo genere, cùm sit infinitę perfectionis, sed accipit speciem & differentiam vltimam pro illo gradu vltimo, qui à nobis potest inueniri in illa diuina natura. Istæ autem gradus secundum q̃ D. Th. docuit in art. 2. ex D. Augu. lib. 83. q. quæst. 51. est gradus intellectiuus. Quapropter recta cõstituta est differentia inter imaginem Dei & vestigium, q̃ imago imitatur Deum etiam secundum q̃ intelligit, vestigium vero imitatur Deum secundum quod est & viuit, non tamen attingit ad imitationẽ eius secundum q̃ intelligit. Et q̃ ista solutio sit maximè ad mentem D. Tho. potest cõfirmari ex art. 1. ad 3. vbi dicit, q̃ ad hoc q̃ in homine sit imago Dei, satis est conuenientia analogica inter Deum & hominẽ, licet non conueniãt in aliqua specie aut in aliquo genere. Istam solutionem insinuat etiam Capr. in 3. d. 3. q. 2. ar. 1. ad 3.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm imago Dei inueniatur in anima secundum actum.

D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd imago Dei nõ inueniatur in anima secundum actus: dicit. n. Aug. 11. de ciuit. Dei, " *q̃ homo fa-*
ctus est ad imaginem Dei secundum quod su-

A *& nos esse nouimus & nostrum esse ad nosse dirigimus. Sed esse non significat actum. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus.*

¶ 2 *Præterea. Augst in 9 de Trinit.* † *assignat imaginem Dei in anima secun-* c. 4. to. 3.
† *dum hæc tria, quę sunt mens, notitia, & amor. Mens autem non significat actum, sed magis potentiam, vel etiam essentiam intellectiuæ animæ. Ergo imago Dei non attenditur secundum actus.*

B ¶ 3 *Præterea. Augst.*" *10. de Trin. assignat imaginem Trinitatis in anima secun-* li. 10. de tri. c. 11. to. 3.
dum memoriam, intelligentiam & voluntatem. Sed hæc tria sunt vires naturales animæ, vt Magister dicit 3. lib. sent. dist. 1. Ergo imago attenditur secundum potentias, & nõ secundum actus.

¶ 4 *Præterea. Imago Trinitatis semper manet in anima. Sed actus non semper manet. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus.*

C *SED contra est, quod Augst.*" *9. de Trinit. assignat Trinitatem in inferioribus animæ partibus, secundum actualem visionem* lib. 9. de tri. ca. 6. to. 3. *sensibilem & imaginariam. Ergo et Trinitas quæ est in mente, secundum quam homo est ad imaginem Dei, debet attendi secundum actualem visionem.*

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, " *ad rationem imaginis* Ar. 2. huius quę. *pertinet aliqualis repræsentatio speciei. Si ergo imago diuina debet accipi in anima, oportet q̃ secundum illud principaliter attendatur quod maxime accedit, prout possibile est, ad repræsentandum speciem diuinarum personarum. Diuinæ autem personę distinguuntur secundum processionem verbi à dicente, & amoris connectentis vtrumque. Verbum autem in anima nostra sine actuali cogitatione esse non potest, vt Augustin. di.* " *14. de Trinita. Et ideo primo & principaliter attenditur imago Trinitatis in mente secun-* " lib. 14. de tri. c. 7. à medio, to. 3.
E *dum actus, prout scilicet ex notitia quam habemus cogitando interius, verbum formamus, & ex hoc in amorem prorumpimus. Sed quia principia actuũ sunt habitus et potentiæ, vnumquodq; autem virtualiter est in suo principio: secundario & quasi ex consequenti, imago Trinitatis potest attẽdi in anima secundum potentias, & præcipuè secundũ habitus,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitus, prout in eis scilicet, actus virtualiter exiliunt.

AD primum ergo dicendum, quòd esse nostrum ad imaginem Dei pertinet, quod est nobis proprium supra alia animalia. Quod quidem esse competit nobis inquantum mentem habemus. Et ideo eadem est hæc Trinitas cum illa quam Augu. ponit in 9. de Trinit. quæ consistit in mente, notitia & amore.

cap. citato arg. 2

AD secundum dicendum, quòd Augustin. hanc Trinitatem primò adinuenit in mente. Sed quia mens, etsi se totam quodammodo cognoscat, etiam quodammodo se ignorat, prout scilicet est ab alijs distincta, & sic etiam se quærit, vt Augustin. consequenter probat in x. *de Trin. ideo quia notitia non totaliter mentem coæquatur accipit in anima tria quædam propria mentis, s. memoriam, intelligentiam & voluntatem, quæ nullus ignorat se habere: & in istis tribus potius imaginem Trinitatis assignat, quasi prima assignatio sit quodã modo deficiens.*

li. 10. de tri. ca. 3. & 4. t. 3

AD tertium dicendum, quòd sicut Aug. probat 14. *de Trinit. intelligere dicimur, & velle, seu amare aliqua, & quãdo de his cogitamus, & quando de his non cogitamus. Sed quando sine cogitatione sunt, ad solam memoriam pertinent: quæ nihil est aliud, secundum ipsum, quàm habitualis retentio notitiæ et amoris. Sed quia, vt ipse* dicit, *verbũ ibi esse sine cogitatione non potest: cogitamus enim omne quod dicimus etiam illo interiori verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam: in tribus potius illis imago ista cognoscitur: memoria, s. intelligentia & voluntate. Hanc autem nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes, & eam voluntatem siue amorem vel dilectionem quæ ipsam prolem parentemq; coniungit. Ex quo patet quòd imaginem diuinæ Trinitatis ponit in intelligentia & voluntate actuali quã secundum quod sunt in habituali retentione memoriæ. Licet etiam quantum ad hoc aliquo modo sit imago Trinitatis in anima: vt ibidem dicitur. Et sic patet q̃ memoria, intelligentia & voluntas non sunt tres vires, vt in sententijs dicitur.*

li. 14. de tri. c. 7. to. 3. eo. ca. 7. li. 14. t. 3

AD quartum dicendum, quòd aliquis respondere posset per hoc quod Augustin. dicit 14. *de Trinita. quòd mens semper sui meminit, semper se intelligit & amat. Quod quidã sic intelligunt, quasi animæ adsit actualis intelligentia & amor sui ipsius. Sed hunc intellectum excludit per hoc quod subdit, quòd nõ semper se cogitat discretam ab his quæ non sunt quod ipsa. Et sic patet quòd anima semper intelligit & amat se, non actualiter, sed habitualiter. Quamuis dici possit quòd percipiendo actum suum, seipsam intelligit, quandocunque aliquid intelligit. Sed quia non semper actu intelligens, vt patet in dormiente: ideo oportet dicere quod actus essentiales non semper maneant in seipsis, manent tamen semper in suis principijs, s. potentijs & habitibus. Vnde Augustin. dicit* 14. *de Trinit. Si secundum hoc facta est ad imaginem Dei anima rationalis, quòd vti ratione atque intellectu ad intelligendum & conspiciendum Deum potest, ab initio quo esse cœpit, fuit in ea Dei imago.*

li. 14. de tri. ca. 4. & 5.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Imago Trinitatis in mente attenditur primò & principaliter secundum actus notitiæ & amoris, secundario autem & quasi ex cõsequenti attenditur secundum habitus & potentias.

COMMENTARIVM.

DIuus Thom. tam in probationibus huius conclusionis quam in solutionibus argumentorum, desumpsit multa ex D. August. in lib. 14. de Trin. c. 4. vsq; ad 7. vbi de hac re egregie disserit.

¶ Ad cuius explicationem notandũ est primo, quòd quamuis secundum probabiliorem sententiam Theologorum, quam docuit D. Tho. supra quæst. 77. art. 1. potentiæ animæ distinguantur realiter ab ipsa anima, tamen quod attinet ad rationẽ imaginis satis esset distinctio secundum rationem formalem per ordinem ad diuersos actus, sicuti multi Theologi opinantur, qui negant has potẽtias realiter distingui ab anima. Et quòd ista distinctio formalis sufficeret, potest confirmari ex eo quòd secundum doctrinam D. Tho. quæst. 79. art. 7. memoria & intellectus non distinguuntur realiter, sed sola ratione formali per ordinem ad diuersos actus, & tamen ratio imaginis colligitur à D. Tho. penes memoriam & intellectum, imo vero Durandus in 3. dist. 3. q. 4. ausus est affirmare, q̃ multo expressius assignatur ratio imaginis secundum illam opinionem, quæ non distinguit potẽtias realiter ab anima, sicut & ipsæ personæ diuinæ non distinguuntur realiter ab ipsa essentia. ¶ Secundo notandum est, hanc conclusionem D. Tho. esse communem multis doctoribus in 1. d. 3. par. 2. Richar. ar. 1. quæst. 1. Ægid. q. 23. & plures alij, inter quos Gabr. q. x. art. 2. eandem sẽtiam tenet, & subdit eam esse contra D. Tho. qui tenet imaginem Dei consistere in potentijs animæ & non in actibus. Hoc autem quàm falsum sit cõstat ex litera D. Tho. Ex hoc tamen non est negandum, q̃ in anima sit imago Dei, etiam quando actu non operatur, v. g. in paruulis, vel in dormientibus, in quibus non sunt actus illarum potentiarum vel habituum. Erratio huius est, quoniam sicut Di. Tho. dicit hic ad quartum, satis est, q̃ illi actus sint virtualiter in ipsis potentijs & habitibus. Et sic intelligit D. Aug. lib. 14. de Trin. c. 4. quando dicit. Anima si secundum hoc facta est ad imaginem Dei, quòd potest vti intellectu & ratione ad conspiciendum, & intelligendum Deum, ab initio quo esse cœpit, facta est ad imaginem Dei. Subdit tamen D. Tho. in quæst. 10. de verit. ar. 3. ad primum, & secundum secũdo loco, quòd tunc anima quando actu non operatur est imago Dei non secundum perfectam & completam Trinitatis imitationem, sed imperfectè & incompletè.

eundum quod verbum in nobis procedit à discente & amor ab vtroque. Sed hoc inuenitur in nobis secundum quodcunque obiectum. Ergo secundum quodcunque obiectum inuenitur in mente nostra imago diuinæ Trinitat.

¶ 2 *Præterea. Aug. dicit in* 12. *de Trinit. q̃ cùm quærimus in anima Trinitatem, in tota quærimus, & non separantes actionem rationalem in temporalibus à contemplatione æternorum. Ergo secundum temporalia obiecta inuenitur imago Trinitatis in anima.*

li. 12. de tri. ca. 4. in prin. to. 3.

¶ 3 *Præterea. Quod Deum intelligamus & amemus, conuenit nobis secundum gratiæ donum. Si igitur secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem seu dilectionem Dei attendatur imago Trinitatis in anima, non erit imago Dei in homine secundum naturam, sed secundum gratiam. Et sic nõ erit omnibus communis.*

¶ 4 *Præterea. Sancti qui sunt in patria, maximè conformantur imagini Dei secundum gloriæ visionem. Vnde dicitur* 2. *Cor.* 3. *In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem. Sed secundum visionẽ gloriæ temporalia cognoscuntur. Ergo etiam per comparationem ad temporalia Dei imago attenditur in nobis.*

SED contra est, quod Aug. dicit. 14. *de Trinit. quòd non propterea est Dei imago in mente, quia sui meminit, & diligit, & intelligit se: sed quia potest etiam meminisse, intelligere & amare Deum à quo facta est. Multo igitur minus secundum alia obiecta attenditur imago Dei in mente.*

li. 14. de tri. c. 11. in fi. t. 3

RESPONDEO dicendum, q̃ (sicut supra dictum est) *imago importat similitudinem vnicunque pertingentem ad speciei representationem. Vnde oportet quòd imago diuinæ Trinitatis attendatur in anima secundum aliquid quod repræsentat diuinas personas repræsentatione speciei, sicut est possibile creaturæ. Distinguuntur autem diuinæ personæ, vt dictum est,* secundum processionem verbi à dicente, & amoris ab vtroque. *Verbum autem Dei nascitur de Deo secundum notitiam suiipsius, & amor procedit à Deo secundum quod seipsum amat. Manifestum est autem, quòd diuersitas obiectorum diuersificat speciem verbi & amoris. Non enim idem est specie in corde hominis verbum*

Ar. 2. & 7. huius quæst.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm imago diuinæ Trinitatis sit in anima solum per comparationem ad obiectum, quod Deus.

AD OCTAVVM sic procedi tur. Videtur, q̃ imago diuinæ Trinitatis sit in anima non solum per cõparationem ad obiectum, quod est Deus. Imago enim diuinæ Trinitatis inuenitur in animã, sicut dictum est:

Art. præced.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum conceptum de lapide & de equo, nec idē A *ſpecie amor. Attenditur igitur diuina imago in homine ſecundum verbum conceptum de Dei notitia, & amorem exinde deriuatū. Et ſic imago Dei attenditur in anima ſecundum quòd fertur, ſed nata eſt ferri in Deū. Fertur autem in aliquid mens dupliciter. Vno modo directè & immediatè. Alio modo indirectè & mediatè, ſicut cùm aliquis videndo imaginem hominis in ſpeculo, dicitur ferri in ipſum hominem. Et ideo Augu.* li.14. de Tri.c.8. *dicit in* 14.de Tri. q mens meminit ſui, intelligit ſe, & diligit ſe. Hoc ſi cernimus, cerni mus Trinitatem: nōdum quidem Deum, ſed iam imaginem Dei. Sed hoc eſt non quia fertur mens in ſeipſam abſolutè, ſed prout per hoc vlteriùs poteſt ferri in Deum, vt patet* non lon ge à prī. to. 3. In argu. ſed con tra. *per autoritatem ſupra inductam.**

AD primum ergo dicendum, quòd ad rationem imaginis non ſolum oportet attendere quòd aliquid procedat ab aliquo, ſed etiā quid à quo procedat, ſ. quòd verbum Dei procedit à notitia de Deo.

AD ſecundum dicendum, q in tota quidem anima inuenitur aliqua trinitas: non quidem ita q præter actionem temporalium & contemplationē æternorum quæratur aliquod tertium quo Trinitas impleatur, prout ibidem ſubditur: ſed in illa parte rationis quę deriuatur à parte temporalium, etſi trinitas inueniri poſſit: non tamen imago Dei poteſt inueniri: vt poſtea dicitur, quia huiuſmodi temporaliū notitia aduentitia eſt animæ: & habitus ēt ipſi quibus tēporalia cognoſcuntur, nō ſemper adſunt, ſed quandoq; quidem præſentialiter adſunt, quandoq; aūt ſecundum memoriam tantum etiam poſtquam adeſſe incipiunt. Sicut patet de fide quæ temporaliter nobis aduenit in preſenti: in ſtatu autem futuræ beatitudinis iam non erit fides, ſed memoria fidei.

AD tertium dicendum, quòd memoria, Dei cognitio & dilectio non eſt niſi per gratiam. Eſt tamen aliqua cognitio & dilectio Ar.4.hu ius q̄ſt. E *naturalis, vt ſupra habitum eſt.* Et hoc etiā ipſum naturale eſt q̄ mens ad intelligendum Deum ratione uti poteſt, ſecundùm q imaginem Dei ſemper diximus permanere: ſiue hac imago Dei ita ſit abolita quaſi obumbrata, vt penè nulla ſit, vt in his qui non habent vſum rationis: ſiue ſit obſcura atque deformis, vt in peccatoribus: ſiue ſit clara & pul-* Lib. 1 *chra, vt in iuſtis, ſicut Aug. dicit* 14. de Tri.* de Tri

AD quartum dicendum, quòd ſecundum c 4. *viſionem gloriæ temporalia videbuntur in ipſo Deo. Et ideo huiuſmodi temporalium viſio ad Dei imaginem pertinebit. Et hoc eſt quod Auguſt. dicit* 14. de Trinit. quòd illa natura, cui mens feliciter adhærebit, tam mutabile videbit omne quod videbit. Nam in ipſo verbo increato ſunt rationes omnium creaturarum.* li.12. c.

B

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Imago Dei in anima potiſſimum attenditur ſecundū quòd fertur vel nata eſt ferri in ipſum Deum.

COMMENTARIVM.

C HAnc concluſionem D. Tho. communiter tenent Theologi in 1.d.3 D. Bonauen.art.2.q.2.Richar.par.2. art. 1.qu.2. Ægid.q.15.qui omnes fatentur, quòd perfectè & complete nō attenditur ratio imaginis in anima niſi per ordinem ad Deum, quamuis imperfectè & incompletè attendatur etiam in ordine ad cognitionem ſui ipſius, quod etiam inſinuat Di. Thom. in fine huius articuli.

ARTICVLVS IX.

D ¶Vtrùm ſimilitudo ab imagine conuenienter diſtinguatur.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſimilitudo ab imagine non conuenienter diſtinguatur. Genus enim conuenienter diſtinguitur à ſpecie. Sed ſimilitudo comparatur ad imaginem vt genus ad ſpeciem: quia vbi eſt imago, ibi eſt continuo ſimilitudo: ſed non conuertitur, vt dicitur in lib.* 83. quæſt. Ergo incon tenienter ſimilitudo ab imagine diſtinguitur.

¶ 2 Præterea. Ratio imaginis attenditur, nō ſolum per repræſentationem diuinarum perſonarum, ſed etiam ſecundum repræſentationem diuinę eſſentiæ: ad quam repræſentationem pertinet immortalitas & indiuiſibilitas. Non ergo conuenienter dicitur quòd ſimilitudo eſt in eſſentia: quia eſt immortalis & indiuiſibilis, imago autem in aliis.

¶ 3 Præterea. Imago Dei in homine eſt triplex, ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ: ut hic 4.hu ius q̄. 4. ſupra habitum eſt.* Sed innocentia & iuſtitia ad gratiam pertinent. Inconuenienter ergo dicitur, quòd imago accipitur ſecundùm memoriam, intelligentiā & voluntatē, ſimilitudo aūt ſecundùm innocentiā & iuſtitiā.

¶ 4 Præterea. Cognitio veritatis ad intelligentiam pertinet, amor autem virtutis ad voluntatem: quæ ſunt duę partes imaginis. Non ergo conuenienter dicitur quòd imago ſit in cognitione veritatis, ſimilitudo in dilectione virtutis.

SED contra eſt, quod Auguſt. dicit in lib.* 83. quæſtionum. Sunt qui non fruſtra intelligunt duo dicta eſſe ad imaginem & ſimilitudinem, cùm ſi una res eſſet, vnum nomen ſufficere potuiſſet.

RESPONDEO dicendum, quòd ſimilitudo quędam unitas eſt. Vnum enim in quadam litate ſimilitudinem cauſat, vt dicitur in* 5. Metaphyſ. Vnum autem, cùm ſit de tranſcendentibus, & commune eſt omnibus, & ad ſingula poteſt aptari, ſicut & bonum & verum. Vnde ſicut bonum alicui rei particulari poteſt comparari, ut præambulum ad ipſam, & ut ſubſequens, prout deſignat aliquā perfectionem ipſius: ita etiam eſt de comparatione ſimilitudinis ad imaginem. Eſt enim bonum præambulum ad hominem, ſecūdum quod homo eſt quoddam particulare bonum. Et rurſus bonum ſubſequitur ad hominem, inquantum aliquem hominem ſpecialiter diximus eſſe bonum propter perfectionem virtutis. Et ſimiliter ſimilitudo conſideratur ut præambulum ad imaginem, inquantum eſt communius quàm imago, vt ſupra dictum eſt.* Conſideratur etiam vt ſubſequens ad imaginem, inquantum ſignificat quandam imaginis perfectionem. Dicimus enim imaginem alicuius eſſe ſimilem vel non ſimilem ei, cuius eſt imago, inquantum perfectè vel imperfectè repræſentat ipſum. Sic ergo ſimilitudo poteſt ab imagine diſtingui dupliciter. Vno modo prout eſt præambula ad ipſam, & in pluribus exiſtens. Et ſic ſimilitudo attenditur ſecundum ea quæ ſunt communiora proprietatibus naturæ intellectualis, ſecundùm quas propriè attenditur imago. Et ſecundùm hoc dicitur in libro* 83. quæſt. quod Spiritus, id eſt mens, ad imaginem Dei nullo dubitante factus eſt. Ca tera autem hominis, ſcilicet quæ pertinent ad inferiores partes animæ, vel etiam ad ipſum corpus, ad ſimilitudine facta eſſe aliqui volunt. Secūdùm hoc etiam in libro* de quā titate animæ dicitur, quòd ſimilitudo Dei attenditur in anima, inquantum eſt incorruptibilis. Nam corruptibile & incorruptibile ſunt differentiæ entis communis. Alio modo poteſt conſiderari ſimilitudo ſecundùm q ſignificat imaginis expreſſionem & perfectionem. Et ſecundùm hoc Damaſcen.* dicit, quod id, quòd eſt ſecundùm imaginem, intellectuale ſignificat, & arbitrio liberum per ſe protoſtatiuum. Quod autem ſecundùm ſimilitudinem virtutis ſecundùm quod homini poſſibile eſt habere ſimilitudinem. Et ad idem refertur, quòd ſimilitudo dicitur ad dilectionem virtutis pertinere. Non enim eſt virtus ſine dilectione virtutis.

Li.83.q. q.51.cit ca fin. tom. 4. c.2.10.1. Damaſ. li. 2. ca. 12.

AD primum ergo dicendum, quòd ſimilitudo non diſtinguitur ab imagine ſecundùm communem rationem ſimilitudinis. Sic enim includitur in ratione ipſius imaginis. Sed ſecundùm quod aliqua ſimilitudo deficit à ratione imaginis: vel etiam eſt imaginis perfectiua.

AD ſecundum dicendum, quòd eſſentia animæ pertinet ad imaginem: prout repræſentat diuinam eſſentiam ſecundùm ea, quæ ſunt propria intellectualis naturæ, non autem ſecundùm conditiones cōſequentes ens in communi, vt eſt eſſe ſimplicem & indiſſolubilem.

AD tertium dicendum, quòd etiam virtutes quædam naturaliter inſunt animæ, ad minus ſecundùm quædam earum ſemina. Et ſecundùm hæ poſſet attendi ſimilitudo naturalis. Quamuis non ſit inconueniens, vt id q ſecundùm aſſignationem vnam dicitur imago ſecundum aliam dicatur ſimilitudo.

AD quartum dicendum, quòd dilectio verbi quod eſt amata notitia, pertinet ad rationem imaginis: ſed dilectio virtutis pertinet ad ſimilitudinem, ſicut & virtus.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Vide literam Di. Tho. & in 2. distinc. 16. artic. 4. Castro etiam libro 2. contra hæres. titulo Adam, hære. 2. multa docet de differentia inter imaginem & similitudinem. Vide etiam Origenem libro 3. de princi. capi. 6. & Diuum Basilium homil. 10. Hexamer. & D. Damas. lib. 2. de fide ortho B doxa cap. 12. Nos etiam supra quæstio. 3. art. 1. in fine, huius distinctionis meminimus.

QVAESTIO XCIIII.

De statu & conditione primi hominis quantum ad intellectum.

C *DEINDE considerandum est de statu, vel conditione primi hominis. Et primo quantum ad animam. Secundo, quantum ad corpus.*

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm primus homo per essentiam Deum viderit.

472 2.2.q.5. art. c. & 2.cor. & 2.dis.23 q.2.ar.1 Et veri. q.8.ar.3. per to & art.2. cor. Cap.11. Aug. li. 14.de ciui.Dei ca. 10. li.14.de ciuit. c. x.nõ lõge à pri. to.5.

*AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur, quòd primus homo per essentiam Deum viderit. Beatitudo enim hominis in visione diuinæ essentiæ consistit. Sed primus homo in Paradiso conuersans, beatam & omnium diuitem habuit vitam; vt Damascen. dicit in * 2. lib. Et Aug. † dicit in 14. de ciuit. Dei. Si homines habebant effectus suos quales nunc habemus, quomodo erant beati in illo inenarrabilis beatitudinis loco, i. Paradiso? Ergo primus homo in Paradiso vidit Deum per essentiam.*

*¶ 2 Præterea. Augustin. dicit * 14. de ciui. Dei. quòd primo homini non aberat quicquam quod bona voluntas adipisceretur. Sed nihil melius bona voluntas adipisci potest, quam diuinã visionem. Ergo homo per essentiam Deum videbat.*

*¶ 3 Præterea. Visio Dei per essentiam est qua videatur Deus sine medio: & sine anigmate. Sed homo in statu innocentiæ vidit Deum sine medio: vt magister dicit in 1. lib. sent. d. 4. Vidit etiam sine anigmate, quia anigma obscuritatem importat: vt Aug. dicit * 25. de Tri. Obscuritas autem est introducta per peccatum. Ergo homo in primo statu vidit Deum per essentiam.*

SED contra est, quòd Apostolus dicit 1. ad Corin. 15. q non prius quod spirituale est sed quod animale. Sed maximè spirituale est videre Deum per essentiam. Ergo primus homo in primo statu animalis vitæ Deum per essentiam non vidit.

RESPONDEO dicendum, quòd primus homo Deum per essentiam non vidit secundum communem statum illius vitæ, nisi forte dicatur quòd viderit eũ in raptu, quando Deus immisit soporem in Adam. vt dicitur Gen. 2. Et huius ratio est: quia cùm diuina essentia sit ipsa beatitudo, hoc modo se habet intellectus videntis diuinam essentiam ad Deum, sicut se habet quilibet homo ad beatitudinem. Manifestũ est autem q nullus homo potest per voluntatem à beatitudine auerti. Naturaliter enim & ex necessitate homo vult beatitudinem, & fugit miseriam. Vnde nullus videns Deum per essentiam potest voluntate auerti à Deo, quod est peccare. Et propter hoc omnes videntes Deum per essentiam, sic in amore Dei stabiliuntur q in æternum peccare nõ possunt. Cùm ergo Adã peccauerit, manifestum est q Deum per essentiam non videbat. Cognoscebat tamen Deum quadam altiori cognitione quàm nos cognoscamus. Et sic quodammodo eius cognitio media erat inter cognitionem præsentis status & cognitionem patriæ, qua Deus per essentiam videtur.

Ad cuius euidentiam considerandũ est q visio Dei per essentiam diuiditur contra visionem Dei per creaturam. Quanto autem aliqua creatura est altior & Deo similior, tanto per eã Deus clarior videtur: sicut hoc modo perfectius videtur per speculum in quo expressius imago eius resultat. Et sic patet q multo eminentius videtur Deus per intelligibiles effectus, quàm per sensibiles & corpo-

*reos. A consideratione autem plena & lucida intelligibilium effectũ impeditur homo in statu præsenti per hoc q distrahitur à sensibilibus, & circa ea occupatur. Sed sicut dicitur Eccl. 7. Deus fecit hominem rectũ. Hæc autem fuit rectitudo hominis diuinitus inditi, vt inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impedirentur. Vnde homo primus non impediebatur per res exteriores à clara & firma contemplatione intelligibilium effectuum, quos ex irradiatione primæ veritatis percipiebat, siue naturali cognitione, siue gratuita. Vnde dicit Aug. in * 11. super Gen. ad lit. quod fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur, sicut cum angelis loquitur ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorum: etsi non tanta participatione diuinæ essentiæ quantam capiunt angeli. Sic igitur per hmõi intelligibiles effectus Dei, Deum clarius cognoscebat, quam modo cognoscamus.*

*AD primum ergo dicendum, q homo in paradiso beatus fuit: non illa perfecta beatitudine in quam transferendus erat, quæ in diuina essentiæ visione consistit. Habebat tamen beatam vitam secundum quendam modum: vt Aug. dicit * 11. super Gen. ad lit. inquantum habebat integritatem et perfectionem quandam naturalem.*

AD secundum dicendum, quòd bona voluntas est ordinata voluntas. Non autem fuisset primi ordinata voluntas, si in statu meriti habere voluisset quod ei promittebatur pro præmio.

AD tertium dicendum, quòd duplex est medium. Quoddam, in quo simul videtur quæ per medium videri dicitur: sicut cùm homo videtur per speculum, & simul videtur cum ipso speculo. Aliud medium est per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis. Et sine tali medio Deus videbatur. Non tamen sine primo medio. Non enim oportebat primum hominem peruenire in Dei cognitionem per demonstrationem sumptam ab aliquo effectu: sicut nobis est necessarium: sed simul in effectibus præcipuè intelligibilibus suo mõ Deum cognoscebat. Similiter etiam est considerandum quòd obscuritas quæ importatur in nomine enigmatis dupliciter potest accipi. Vno modo, secundum quod qualibet creatura est quoddam obscurum, si comparetur ad immensitatem diuinæ claritatis. Et sic Adam videbat Deum in ænigmate: quia videbat Deum per effectum creatum. Alio modo potest accipi obscuritas quæ consecuta est ex peccato: prout scilicet impeditur homo à consideratione intelligibilium per sensibilium occupationem. Et secundum hoc non vidit Deum in ænigmate.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Secundum communem illius vitæ homo non vidit Deum per essentiam. Ratio. Nullus videns Deum per essentiam potest voluntate auerti à Deo, quod est peccare, sed Adam in illo statu peccauit, ergo.

¶ Secunda conclusio. Homo in illo statu cognoscebat Deum quadã altiori cognitione quàm nos cognoscimus. Ratio. Homines in illo statu non impediebantur per res exteriores à clara & firma contemplatione effectuum intelligibilium, quos ex irradiatione primæ veritatis percipiebat siue naturali cognitione, siue gratuita, ergo.

COMMENTARIVM.

DE hac materia solent Theologi disputare in 2. distinctione 23. cum Magistro, qui capite 3. & sequentibus de hac re disserit. De qua re elegantissimam & copiosissimam quæstionem edidit Di. Thomas, & est 18. de veritate, & omnes Theologi conueniunt in prima conclusione Diui Thomæ propter eius rationem. Quapropter circa illam nihil est disputandum in præsenti præter ea quæ dicta sunt quæstione 12. art. 11.

¶ Sed ad maiorem illius intelligentiam notandum est, q D. Tho. in illa conclusione nõ negat, q primus homo viderit Deũ per essentiã in raptu, & in illo sopore, quẽ immisit illi Deus Gen. 2. Quin potius insinuat illud esse probabile, & posse probabiliter defendi, sicut defenditur de Moyse & Paulo, vt vidimus supra quæst. 12. art. 11. propterea quòd etiam primus homo futurus erat pater & magister orbis terrarum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut Moyses futurus erat magister populi Iudaici, & Paulus magister gentium. Qua ratione nos in illo loco hanc sententiam tanquàm probabilem reliquimus, quam etiam insinuare videtur D. August. libro 9. de Genes. ad liter. cap. vltimo, vbi sic dicit: Ad hoc sopor ille immissus est à Deo, vt & ipsius mens per extasim particeps fieret tanquàm angelicæ curiæ, & intrans sanctuarium Dei intelligeret nouissima. Et Diuus Bernardus sermone 2. in septuagesima dicit: Mihi quidem non nisi incommutabilis veritatis intuitu, & abyssо diuinæ sapientiæ corporeis excedens sensibus obdormisse videtur. Hanc etiam sententiam tanquàm probabilem docet Diuus Thomas in quæstione 18. de veritate, articulo 1. ad 13. & Durandus in illa distinctione 23. quæstione 2. & Ricard. articulo 2. quæstione 1. ad secundum, & alij Theologi, quamvis Dionysius Carthusianus eadem distinctione quæstione 2. dicat se non legisse in aliquo Doctore autentico, quòd Adam in illo sopore viderit Dei essentiã, & subdit etiam rationem, quoniam si vidisset Deum per essentiam, non tam cito peccasset. Quapropter Diuus Thomas in prima conclusione solùm intendit diffinire, quòd Adam non videbat Deum per essentiam secundùm communem statum illius vitæ, & per modum habitus permanẽtis, sicut vident beati in patria. Ad istam enim visionem Dei per modum habitus consequitur impeccabilitas, vt probat ratio Diui Thomæ in articulo de quo solet disputari supra quæstione 62. articulo 8. & in 1. 2. quæstione 4. articulo 4. & quæstione 5. articulo 4. non autem consequitur ad visionem Dei in rapta & per modũ transeuntis, sicut cõstat de Moyse qui post illam visionem peccauit. Atque adeo minus attentè legunt Di. Thomam quidam iuniores qui asserunt, quòd propter hoc argumentum de impeccabilitate, quæ consequitur ex visione Dei per essentiam, Diuus Thomas in hoc articulo plane negat Adam vidisse Deum per essentiam, quod tamen concessit in quæstione 18. de veritate. Constat enim ex ipsa litera Diui Thomæ, quòd à principio articuli reliquit subdubio, An illo sopore viderit Dei essentiam, & deinde procedit ad diffiniẽdum, quòd non videbat Dei essentiam secundũ communem statum illius vitæ, & per modum habitus, & ad hoc probandum visus est illo argumento de impeccabilitate, quæ consequit ex visione Dei p essentiã.

DVbium potissimum est circa secundam conclusionem. An primus homo in illo statu habuerit aliquã notitiam euidentem saltim abstractiuam de mysterijs diuinis, quę nos credimus per fidẽ, vel an poterit illam habere.

¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Notitia euidens abstractiua non est minus perfecta quam intuitiua; sed primus homo in illo statu neque habuit neq; potuit habere notitiam intuitiuã de mysterijs fidei, alias. n. esset beatus, ergo Probatur maior. Quoniam Deus ante mundi constitutionem habuit notitiam abstractiuam creaturarũ, q bus productis nõ est facta pfectior diuina notitia, quãuis esset intuitiua. ¶ Secũdo. Notitia, q̃cunq; abstractiua semper præsupponit notitiã eiusdem obiecti; sed primus homo non potuit habere intuitiuam de mysterijs fidei, vt iam ꝓbauimus, ergo. Maior est cõmune axioma Philosophorũ, & Theologorũ, & experientia constat. ¶ Tertio. Illa euidens notitia vel terminatur ad ipsum Deũ immediatè sine aliqua specie creata, vel mediante aliqua specie infusa à Deo, vel saltim p creaturas, per quas deuenimus in cognitionẽ Dei, sed nihil istorũ põt dici, ergo. Probatur minor. Nõ. n. põt dici primum, q̃m illa notitia esset intuitiua Dei beatifica. Nec secundum, q̃m ẽt illa notitia esset intuitiua Dei, sicut visio lapidis per speciẽ est intuitiua illius. Nec potest dici tertiũ, q̃m nulla creatura põt repræsentare ea, q̃ sunt supernaturalia in Deo. ¶ Quarto. Q̃m D. Tho. in art. non explicat, quæ sit illa cognitio media inter beatificã, & eam quã nos habemus per fidem, ergo sine fundamento asseritur. ¶ In hac quæstione variè loquuti sunt Doctores Theologi. Magister Sententiarum in illa d. 23. c. 4. dicit, q̃ primus Deũ cognouit nõ ex auditu solo, sicut à credẽtib. absens q̃rit, sed quadã interiori aspiratione, qua Dei pñtiã cõtẽplabat non ita excellẽtẽ, vt Sancti post hanc vitam

vitã, neq; ita in ænigmate sicut nos in hac vita videmus. Quam doctrinam fere ad verbum desumpsit Magister ex Hugone de Sancto Victore lib. 1. de sacramentis par. 6. cap. 14. sed ista verba Magistri, si velint docere primũ hominem non habuisse fidem mysteriorum supernaturalium, non esset tenenda eius sententia, sicut dicit Ricardus in eadem dist. art. 2. q. 2. ad primũ & secundum. Possunt tamen facile explicari, sicut exponit D. Tho. in q. 18. de verit. art. 3. ad secundum, & Ægid. in illa d. 23. par. 2. q. 2. ad secundum, q̃ non negat primum hominem habuisse fidem illorũ mysteriorum, sed docet habuisse illam nõ per auditum exteriorem, & per reuelationem alijs factam, sed per interiorem reuelationem sibi factam immediatè ab ipso Deo, & altiori modo quam nobis. In quo sensu explicat etiam D. Tho. Hugonem 2. 2. q. 5. art. 1. ad primum. Alij vero autores, vt Alexand. Alens. in 2. par. q. 98. memb. 2. art. 1. & D. Bonauen. in dist. 23 artic. 2. q. 3. quamuis expresse id non asserant, tamen videntur ponere in primo homine notitiam euidentem magis quam sit notitia fidei, quorum sententiam sequitur Gabr. eadem distin. quæst. vnica art. 3 dub. 2. & ita isti autores videntur negare Adam habuisse fidem. Scotus vero in 2. dist. 3. q. 9. inter disputandum de cognitione angelorum apertè fatetur in angelo notitiã abstractiuam euidentem de mysterijs Dei per speciem creatam, quamuis neget intuitiuam: & inter probandũ hanc sententiã eandem notitiam videtur ponere in primo homine ante peccatũ. Durand. aũt in illa q. 3. prologi art. 2. negat talem notitiã abstractiuam posse à Deo communicari homini pure viatori, & postea in 1. d. 23. q. 2. idem docet, & consequenter negat talem notitiam euidentem fuisse in Adam ante peccatum. D. Tho. etiam negat hanc notitiam euidentẽ mysteriorum Dei fuisse in angelis & in primo homine, in quibus ponit fidẽ de his rebus in 2. 2. q. 5. ar. 1.

PRo decisione notandum est primo ex supra dictis quæstio. 1. & 12. quòd in Deo quędam sunt cognoscibilia per naturalem scientiam, quoniam possunt haberi per demonstrationem, vt Deum esse, vnũ esse, primam causam esse, & alia huiusmodi. Quędam vero sunt cognoscibilia, quæ sola diuina reuelatione & lumine supernaturali cognosci possunt, propterea q̃ excedunt totam naturam, vt Deum esse trinũ, Deum esse hominem, &c. Hæc autem omnia cognosci possunt vel notitia euidenti, per quam intellectus cogatur ad assensum, vel notitia ineuidenti, per quam intellectus liberè assentiat. Item etiam cognosci possunt vel notitia intuitiua, qualem habent beati in patria, vel notitia abstractiua, qualẽ habent viatores de Deo.

¶ Secundo supponendũ est, q̃ in presenti non intẽdimus disserere, An primus homo habuerit notitiam euidentẽ mysteriorũ fidei illa euidẽtia, quæ dicitur in testificante: quoniam hæc quæstio iam à nobis diligenter tractata est, in superioribus q. 32. articu. 1. & copiosius in 2. 2. q. 5. articu. 5. sed tantum loquimur de notitia abstractiua euidenti ipsorum mysteriorum in seipsis. An poterit hæc esse vel de facto fuerit in Adam?

¶ Ad cuius expositionem sit prima cõclusio. Primus homo habuit notitiam abstractiuam euidẽtem eorum, quæ de Deo naturaliter cognosci possunt. Ista conclusio est communis doctrina Theologorũ, quam etiam tenet Durandus in illa d. 23. quæst. 3. & probatur primo. Plures Philosophi assequuti sunt hanc notitiam euidẽtem de Deo, vt colligitur ex illo ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, &c. & infrà. Qui cùm Deum cognouissent, ergo a fortiori hæc notitia fuit in Adam. Secundo. Deus produxit primum hominem perfectum non solum quantùm ad corpus, sed etiam quãtum ad animam, vt esset parens ac Magister totius posteritatis: sed ad hoc munus necessaria erat illa notitia euidens de Deo, ergo. Maior potest etiã probari ex illo Ecclesiast. 17. Disciplina intellectus repleuit illos. Hæc cõclusio amplius patebit ex ar. 3. ¶ Secunda conclusio. Non videtur impossibile, ꝓ primus homo haberet notitiã abstractiuam euidentẽ corũ, q̃ nos per fidem cognoscimus. Ista conclusio asserit cõtra Durandũ, est aũt sententia Scoti in illa d. 23. q. 9. quem sequitur Ioann. Maior quæst. 3. prolog. imo & Capreol. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa d.23. quæst. vnica ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem, & ad argumenta Durand.non negat istam conclusionem, quæ probatur primo. Illud ꝙ non inuoluit contradictionem, non debet negari Deo; sed nulla apparet implicatio, ꝙ homo habeat istam euidentiam, ergo. Confirmatur. Deus potest nobis conferre notitiam euidentem huius veritatis,Deus est, vt patet ex prima conclusione,ergo ét huius,Deus est homo. Probatur cõsequentia. Quoniam in ordine ad omnipotentiã Dei non est maior repugnantia in vno quam in alio. Secundo.Deus mediante notitia intuitiua potest conferre abstractiuã euidentiam sui ipsius, ergo etiam se solo potest conferre. Antecedens videtur manifestum, & consequẽtia patet ex communi Theologorum proloquio, Quod Deus potest facere cum causa secunda potest facere se solo.Cofirmatur. Nam D. Paulus ex ipsã diuinæ essentiæ visione formauit in se similitudines eorum, quæ in essentia diuina viderat, vt concedit expresse D.Tho. supra q.12. art.9.ad secundum, & nos explicauimus ibidem art.11 ad vltimum,ergo.Ista conclusio intelligenda est excepto mysterio Trinitatis, cuius quidem nulla species creata potest dari, quæ repræsentet ipsum euidenter etiam abstractiuè,de quo copiosè egimus supra quę.32.artic.1. dubio 2. de alijs vero mysterijs asseritur tanquàm satis probabilis.

¶Aduerte tamen circa istam conclusionem, quòd species; vt species non eleuat intellectum ad altiorem cognitionem alicuius rei, quia contingit,ꝙ duo homines habeant speciem æquè perfectam.v.g.speciem leonis, & quòd alter illorum, quia scit melius vti illa specie, & habet perfectiorem intellectum, intelligat melius illam naturam leonis,cuius est illa species; & ideo oporteret,vt in casu nostræ conclusionis Deus cui tribueret speciem ad habendã in hac vita euidentẽ notitiã siti abstractiuã, tribueret etiam aliquod lumen eiusdem rationis cum illa specie, virtute cuius luminis, intellectus proportionaretur, vt illis speciebus infusis perfectè vteretur. Sicut licet beati vtantur essentia diuina loco speciei intelligibilis, si nõ daretur eis lumen gloriæ,per quod proportionaretur intellectus eorum ad vtendũ tali specie, non viderẽt perfectè essentiam diuinam.Huius autem ratio potest esse. Quia species tenet se ex parte obiecti, atque ita non eleuat potentiã,vt perfectè ex vti possit.At vero lumen tenet se ex parte potentiæ,& ita ipsam proportionatam reddit,vt vti possit perfectè specie altiori & ordinis superioris,si tamen illud lumẽ sit eiusdem rationis. Quapropter vt nostra conclusio sit vera, nõ solùm oportet,vt Deus tali homini tribuat species infusas ordinis superioris repræsentates mysteria gratiæ, sed etiam ꝙ tribuat illi lumen illius ordinis,per quod eius intellectus proportionatus reddatur, vt vti possit talibus speciebus, ne sicut Dauid pugnare non posset armis Saul, quæ erant illi improportionata. Vtrùm vero de facto Christus habuerit hanc notitiam euidentem abstractiuã essentiæ diuinæ & mysteriorum gratiæ per sciẽtiam inditam; disputatur in 3. parte q.11.arti.1.

¶Tertia conclusio.De facto primus homo non habuit illam notitiam abstractiuam euidentẽ mysteriorum fidei. Ista conclusio asseritur contra Scotum,& videtur expressa D.Tho.qui in 2.2.q.5.art.1.& de veritate quæst.18.art.1.docet primum hominem habuisse fidem de mysterijs gratiæ.Et in hoc articu.3. ad tertium, ꝙ vidit Deum per medium,& in ænigmate,quam multo perfectiori modo quàm nos. Et probatur primo. Primus homo erat viator,ergo in ordine ad mysteria gratiæ ambulabat per fidem, & videbat in ænigmate. Patet consequentia. Quoniam hæc est conditio necessaria viatorũ, vt docuit D. Paulus 1.Cor.13.& 2.Cor.5. Probatur secundo argumento Durandi quod suprà fecimus. Notitia euidens abstractiua consequitur naturaliter ad intuitiuam, sed intuitiua non potuit esse in Adam secundũ communem statum,ergo nec abstractiua. Confirmatur primo. Si Adam habuisset hanc notitiam abstractiuam euidentem, non amisisset illam per peccatũ, qm̃ euidentia non tollitur per culpam,sed per obliuionem,&c.Constat autem apud omnes quòd post peccatum non mansit in Adam illa euidentia, ergo neque ante peccatum. Confirmatur secundo.Si habuisset illã notitiam euidentem mysteriorũ fidei in se,illa necessario destrueret fidem. Nam,vt cõstat ex D.Tho.2.2.quæst.1.arti.4.& 5.fides non potest stare cum euidentia rei in se. At vero certissimum est primum hominem habuisse fidem illorum mysteriorum,de quo nos latè egimus in commentarijs super 2.2.q.5.ar.1.ergo.

¶Sed contra hanc cõclusionem possunt obijci duo argumenta. Primum est, quoniam D.August.lib.14.de ciuit.c.26.dicit, quòd Adam in illo felicissimo statu fruebatur Deo,sed fruitio consequitur ad visionem ipsius,ergo.Respondetur facile,ꝙ eo loco sermo D.August.est non de fruitione Dei perfecta, quæ necessario consequitur ad visionem ipsius,sed de fruitione imperfecta,quæ in via potest esse de Deo, imo de facto est in viris sanctis, sicut D. Tho. expressè docet in 1.2.q.11.art.4.

¶Secundum argumentum est ex Diu. Tho.2.2.quæstione.5.art.1.in fine corporis vbi dicit hæc verba:Potest dici, ꝙ angelus antè confirmationem, & homo ante peccatum quædam de diuinis mysterijs manifesta cognitione cognouerunt, quæ nos non possumus cognoscere nisi credendo.Propter hoc testimonium aliqui ex discipulis D.Tho.crediderunt esse probabile,quòd primus homo habuit notitiã euidentem aliquorum ex his,quæ nos per fidem credimus.Sed hæc doctrina neque vera est,neque colligitur ex D.Tho. Nã Di. Tho.eo loco expresse loquitur de his,quæ per accidens pertinent ad fidẽ, & possunt haberi per scientiam etiam in hoc statu,vt patet ex ipso contextu, & quoniam remittit se ad ea, quæ antea dixerat q.1. ar.5.& quæst.2.artic.4.In quibus locis sermo fuit de his, quæ possunt esse scita, & per accidens habentur per fidem. Nunquàm autẽ D.Tho. in eo testimonio loquutus est de his, quæ simpliciter sunt supernaturalia, & per se pertinẽt ad fidẽ, ꝙ in angelo aut in homine fuerit euidens cognitio illorũ.

AD argumenta facta in principio inquantũ procedunt contra secundã conclusionem. Ad primum respondetur primo, quòd Deus ab æterno cognouit creaturas omnes, quæ erant futuræ in aliqua differentia temporis non per notitiã abstractiuam, quæ solet dici notitia simplicis intelligentiæ,sed per notitiam intuitiuam in seipsis,quæ solet dici scientia visionis,& hoc propter rationes egregias D. Tho.suprà q.14.art.13. Et in hoc fuit Durandus valde deceptus, quanuis ita sit, ꝙ Deus per scientiam simplicis intellgentię cognoscat res possibiles tanta euidentia & claritate & perfectione, quanta per scientiam visionis cognoscit res futuras. Cuius ratio est, quia in Deo vna & eadẽ scientia est,distincta tamen sola ratione per diuersos respectus ad res cognitas. Respondetur secundo,ꝙ quanuis in Deo non sit perfectior notitia visionis quàm simplicis in telligentiæ, propterea, ꝙ perfectio illius scientiæ tota sumitur ex obiecto primario, quod est diuina essentia, in qua omnia cognoscit, & nullo modo sumitur ex creaturis,quæ sunt obiecta secundaria, tamen in nobis non ita fit. Quoniam notitia intuitiua,& abstractiua frequenter habent diuersa obiecta,aut saltim diuersum modũ in applicatione eiusdẽ obiecti.Quapropter per se loquendo perfectior est in nobis notitia intuitiua,quam abstractiua, cæteris paribus. Respondetur tertio, ꝙ respectu cognitionis Dei & mysteriorũ eius longe perfectius est habere euidentem notitiam intuitiuam, quàm habere notitiam abstractiuam. Quoniam notitia intuitiua nullo modo potest haberi nisi per lumen gloriæ,& speciem increatam,vt D.Tho.docuit supra quæst.12.articu.2. & 5. At vero notitia abstractiua posset haberi de potentia Dei per speciem creatam,& extra verbũ,vt patet in exemplo supra adducto ex 3.part.q.11. ¶Ad secundum respondetur primo, quòd in nobis ita communiter fit, vt notitia abstractiua sequatur intuitiuã propterea, quòd intelligimus per species sumptas à phantasmatibus: quod tamen non esset necessarium si intelligeremus per species inditas à Deo. Vnde angelus potest habere notitiam abstractiuam rerum, absque aliqua præcedenti intuitiua. Respondetur secundo, quòd si loquamur de potentia Dei, certissimum est posse dari notitiam abstractiuam alicuius obiecti

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine præcedenti intuitiua, quãdo ipse Deus infunderet species & scientiam. v.g. posset Deus dare scientiam abstractiuã rosæ in hyeme, vel scientiam de aliqua specie, q̃ postea esset producenda in rerum natura. Eodẽ ergo modo dicimus, q̃ potuit dare primo homini notitiam abstractiuã mysteriorum fidei euidentem sine præuia intuitiua, quanuis de facto nõ dederit. ¶Ad tertiũ respondetur, q̃ illa notitia terminatur ad Deum mediante specie intelligibili creata. Et ad probationem respondetur negando, q̃ esset intuitiua. Nõ. n. omnis cognitio, quæ fit media specie, est intuitiua, sed illa tãtũ, quæ est rei præsentis in seipsa. Dur. vero nunquam potuit bene capere naturam speciei ad cognoscendas res, & propterea negauit omnes species tã in sensu quam in intellectu non solum humano sed etiam angelico, vt patet apud ipsum in 2.d. 3.q.6. ¶Sed contra hanc solutionem, in qua concedimus posse dari speciem Dei, est argumentum. Nam talis species secundùm D.Tho. supra q.12. nec datur, nec dari potest, ergo. Ad hoc respondetur, q̃ vt insinuabamus in tertia solutione ad primum D. Tho. non negat posse dari speciem abstractiuam sed intuitiuam tantum, quia species abstractiua non est ita naturalis similitudo vel tanta similitudo Dei, sicut intuitiua. Et si adhuc instes, quia si non implicat, q̃ detur species abstractiua, ergo neq; implicat, q̃ detur species intuitiua, sicut si nõ implicat, q̃ det notitia abstractiua, non implicabit quòd detur intuitiua. Et confirmatur. Quia secundum aliquos, species abstractiua in præsentia obiecti producit notitiã intuitiuã. Respondetur, q̃ argumentum solũ concludit de specie abstractiua, quæ desumpta est ab obiecto in presentia obiecti. Itaq; illa sola potest causare notitiã intuitiuã. ¶Ad quartum respondetur, quòd petit explicationẽ illius quod dicit D. Th. vbicunque de hac re loquitur, q̃ cognitio Adæ secundum cõmunem statum illius viæ, erat media inter cognitionem patriæ, & cognitionem, quam modo post peccatum habemus. De quo videndus est ipse D. Tho. in 2.d.23.q. 2.arti.1. & in q.18.de verit.arti. 2. Ex quibus locis aduertendum est, quòd Adã tũc habuisset duplicem cognitionem. Alterã naturalem sibi debitam secundum suam naturam, alteram collatam sibi ex gratia. Cuius ratio est, quia cum in statu innocentiæ à Deo constitueretur Adam vt totius humani generis principium, non solum à quo natura humana ꝓpagaretur in posteros, sed ẽt à quo in alios originalem transfunderet iustitiam: oportebat hominẽ in illo statu duplicẽ habuisse perfectionem. Vnam quidem naturalem, aliam autem gratiæ à Deo concessam supra debitũ naturalium principiorum. ¶Aduertendum est secundo, q̃ tripliciter potest videri Deus. Vno modo per essentiam suam, alio modo per effectum aliquẽ eius effluentem intellectum videntis, tertio modo per effectũ aliquẽ extra intellectum videntis, in quo diuina similitudo quodammodo reperitur. Huius exemplum videri potest in visione corporali. Lux. n. nõ videtur ab oculo per aliquam similitudinem sui in ipso relictã, sed per suam essentiam oculũ informans, & huic comparatur primus modus diuinæ visionis, qui est per essentiam. Lapis autem videtur ab oculo corporali per similitudinem suam in ipso oculo relictam, & huic comparatur secundus modus, qui est per effectum in intellectu videntis relictum. Vultus autem hominis relucens in speculo, videtur ab oculo hominis, non quidem per similitudinem eius immediatè in oculo relictam, sed per similitudinem relucentem in speculo, ex quo resultat in pupilla, & huic comparatur illa visio qua Deus videtur per effectum extra intellectum videntis siue per effectum naturalẽ, sicut per cognitionẽ creaturarũ naturali cognitione Philosophi in Deũ deuenerunt. Modus autem cognoscendi cõpetit homini secundum conditionem naturæ suæ, quia intellectus noster nec seipsum intelligere potest nisi per species rerum, quas ab ipsis astrahit. ¶His positis q̃ desumpta sunt ex D. Thom. Ad dubitationem dicitur primo, q̃ si loquamur de ista cognitione naturali Adã nõ habuit cognitionem mediã inter cognitionẽ huius viæ, & cognitionem patriæ, quin potius eius cognitio erat conformis cognitioni, quã modo nos post peccatum habemus. Proba-

tur. Nam iste modus cognoscendi competebat Adæ secundum naturalem perfectionem suam, sed naturalis modus cognoscendi hominis est, quod nec Deum, nec substantias separatas possit cognoscere nisi per res sensibiles, quod optime probat D. Thom. in quæstione de veritate loco citato, artic. secundo. ergo tunc naturali cognitione, sicuti nos modo, cognoscebat. Confirmatur. Nam, vt dicemus artic. sequen. & Adam & pueri, qui nati fuissent in illo statu innocentiæ si perseuerassent, naturaliter intelligerent per cõuersionem ad phantasmata, ergo. Nihilominus tamẽ differentia aliqua est inter illam cognitionem naturalem, & nostram, quòd illa erat maxime distincta & certa sine aliquo errore: nostra tamen non est ita perfecta, quin potius sæpissime admisceatur multis erroribus. Dicitur secundo, quòd si loquamur de cognitione gratiæ & diuinitus collata primo homini, illa erat media inter cognitionem patriæ, & cognitionem viæ, quam modo habemus per fidem. Cuius ratio non est, quia fuerit alterius speciei à notitia fidei, quam nos habemus modo, sed propterea quòd fuit perfectissima intra rationem fidei. Primo. Quoniam non accepit illam ex auditu exteriori, sed per reuelationem interiorẽ immediatè à Deo, sicut Prophetæ & Apostoli. Secundò. Quoniam multo perfectius cognouit quæ nos cognoscimus, videlicet, non per effectus sensibiles, sed per effectus intelligibiles, & absque vlla retardatione & impedimento corporis, quod amplius explicabimus infra articu. secundo. Et hanc altissimam cognitionem voluit docere Magister Sententiarum, & Hugo de Sancto Victore, & Alexander de Bonauen. imo & D. Bernardus in sermone secundo de Septuagesima, docet in primo homine fuisse excessum singularem contemplationis Dei. Neque credendum est hos autores docuisse opinionem Scoti, quòd fuerit notitia euidens abstractiua de mysteriis gratiæ, quæ excluderet fidem, sicut docuimus etiam à principio articuli ex mente Di. Thom. & aliorum doctorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrũm Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit.

AD OCTAVVM *sic proceditur. Videtur, quòd Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit. Dicit enim Greg.* in 4. dialog. *In Paradiso quippe assueuerat homo verbo Dei perfrui, beatorum angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine visionis interesse.* 475 2.di.23. q.2.ar.1 cor. Et ver.q.8. art.5. & q.4. art. 6.2o. corin. * c.1.in prin.

¶ 2 *Præterea. Anima in statu præsenti impeditur à cognitione substantiarum separatarum ex hoc quòd est vnita corpori corruptibili: quod aggrauat animam, vt dicitur Sap. 9. Vnde & anima separata substantias separatas videre potest, vt sup. dictum est.** *Sed anima primi hominis nõ aggrauabatur à corpore, cum nõ esset corruptibilis. Ergo poterat videre substantias separatas.* Qu. 89. ar.2.

¶ 3 *Præterea. Vna substantia separata cognoscit aliam cognoscendo seipsam: vt dicitur in lib.* de causis. *Sed anima primi hominis cognoscebat seipsam. Ergo cognoscebat alias substantias separatas.* In propos. 13. est hic li. inter opera Arist. tomo 3.

SED contra. Anima Adæ fuit eiusdem naturæ cum animabus nostris. Sed animæ nõ possunt nunc intelligere substantias separatas. Ergo nec anima primi hominis potuit.

RESPONDEO dicendum, quòd status animæ hominis distingui potest dupliciter. Vno mõ secũdũ diuersum modũ naturalis esse. Et hoc mõ distinguuntur status aiæ separatæ à statu animæ coniunctæ corpori. Alio mõ distinguitur status animæ secundũ integritatẽ et corruptionẽ, sicuti quòdmõ essendi secundũ naturam est sic status innocẽtiæ distinguitur à statu hominis post peccatũ. Anima. n. hominis in statu innocẽtiæ erat corpori perficiendo et gubernãdo accõmodata, sicut et nũc. Vnde dicitur primus homo factus fuisse in animã viuentẽ, i. corpori vitã dantẽ. f. animalem. Sed huius vitæ integritatem habebat inquantũ corpus erat totaliter animæ subditum, in nullo ipsam impediens, vt sup. dictum est. * *Manifestum est autem ex præmissis, † q̃ ex hoc quod anima est accommodata ad corporis gubernationem & perfectionem secundum animalem vitam, competit*

Ar. p̃ce. Qu.84. art.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

petit animę nostra talis modus intelligendi, qui est per conuersionem ad phantasmata. Vnde & hic modus intelligendi et animæ primi hominis competebat. Secundum autem hunc modum intelligendi motus quidã inuenitur in anima, vt Dionys dicit 4.c.de diui. nom secundùm tres gradus. Quorum primus est secundum quod à rebus exterioribus aggregatur anima ad seipsam. Secundus autem est prout anima ascendit ad hoc quòd vniatur virtutibus superioribus vnitis, scilicet angelis. Tertius autem gradus est secundùm quod vlterius manuducitur ad bonum, quod est supra omnia, s. Deum. Secundum igitur primum processum anima, qui est à rebus exterioribus ad seipsam, perficitur anima cognitio, quia, s. intellectualis operatio animæ naturalem ordinẽ habet ad ea, quæ sunt extra, vt supra dictum est.* Et ita per eorum cognitionem perfectè cognosci potest nostra intellectualis operatio, sicut actus per obiectum et per ipsam intellectualem operationẽ perfectè potest cognosci humanus intellectus, sicut potentia per proprium actum. Sed in secundo processu non inuenitur perfecta cognitio. Quia cum angelus non intelligat per cõuersionẽ ad phantasmata, sed longè eminentiori modo (vt supra dictum est*) prædictus modus cognoscendi, quo anima cognoscit seipsam, non sufficienter ducit in angeli cognitionem. Multo autem minus tertius processus ad perfectam notitiam terminatur. Quia etiam ipsi angeli per hoc quod cognoscunt seipsos, non possunt pertingere ad cognitionem diuinæ substantiæ propter eius excessum. Sic igitur anima primi hominis non poterat quidem videre angelos per essentiam, sed tamen excellentiorem modum cognitionis habebat de eis, quàm nos habeamus: quia eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, q̃ cognitio nostra. Et propter tã tam eminentiam dicit Gregorius* quòd intererat angelorum spiritibus. Vnde patet solutio ad primum.*

AD secundum dicendum, q̃ hoc q̃ anima primi hominis deficiebat ab intellectu substantiarum separatarum, non erat ex aggranatione corporis: sed ex hoc quòd obiectũ et connaturale erat deficiens ab excellentia substantiarum separatarum. Nos autem deficimus propter vtrumq;.

AD tertium dicendum, quòd anima primi hominis non poterat per cognitionem suipsius pertingere ad cognoscendas substantias separatas, vt supra dictum est: quia etiam vnaquæq; substantia separata cognoscit aliã per modum suiipsius.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est negatiua. Ratio. Quia primus homo naturaliter intelligebat per conuersionem ad phantasmata, ergo non poterat angelos videre per essentiam.

¶ Secunda conclusio. Nihilominus tamen cognoscebat illos multo perfectiori modo quàm nos. Ratio. Nam eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, quàm cognitio nostra.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa rationem D. Tho. pro prima cõclusione. Vtrùm homo in statu innocentiæ intelligeret per conuersionẽ ad phantasmata?

¶ Et videtur quòd non. Primo. Nam D. Thomas expresè in 3.p.q.61.articu.2.docet, quòd homo in statu innocentiæ non potetat proficere per res corporales neque quantùm ad gratiam, neque quantum ad scientiam & cognitionem naturalem; sed si intelligeret tunc per conuersionem ad phãtasmata, necessario proficeret per res corporales, ergo secundùm D. Thom. non intelligeret tunc homo per conuersionem ad phantasmata. Confirmatur. Nam articulo præcedenti dixit D. Thom. quòd Adam Deum & mysteria gratiæ altiori quadam cognitione cognoscebat, quàm nos; quę consistit in hoc, quòd inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impedirẽtur. Vnde primus homo non impediebatur per res exteriores à clara & firma contemplatione intelligibiliũ effectuum, impediretur autem si intelligeret per conuersionem ad phantasmata, ergo. Preterea infra quæstio. 101. articulo primo ad tertium, ait, quòd pueri in illo statu

tu habuissent sufficientem scientiam ad dirigẽdum eos in operibus iustitiæ, in quibus homines dirigũtur, & vniuersalia principia iuris, quàm multo plenius tunc habuissent, quam nunc naturaliter habemus, & similiter aliorum vniuersalium principiorum, ergo non intellexissent per conuersionem ad phantasmata. Preterea. Nam Diuus Thomas in quæstione 18. de veritate, articulo secundo. dicit expresè, quòd licèt in cognitione naturali intelligebat tunc homo per conuersionem ad phantasmata, tamen hoc haberet ex perfectione gratiæ, vt Deum cognosceret per inspirationem internam ex irradiatione diuinæ sapientiæ, per quem modum Deum cognoscebat non ex visibilibus creaturis, sed ex quadam spirituali similitudine suę mẽti impressa, ergo non intelligebat per conuersionem ad phãtasmata. Impossibile enim sic intelligere nisi ex visibilibus creaturis.

¶ Secundò. Remota causa remouetur effectus, sed Di. Isidorus li. 1. de summo bono, capi. 4. assignat hanc causam, quare homo Deum per creaturas videt, quia à creatore auersus ad creaturas se conuertit, qđ tunc in statu innocentiæ nondum erat, ergo tunc Deum homo per nullam rem corpoream videbat. Confirmatur ex Di. Augustino lib. 15. de Trin. cap. penult. vbi dicit: Quæ igitur est causa, cur acie fixa ipsam lucem videre non possis, nisi vtique infirmitas? Et quid tibi eam fecit nisi iniquitas? Sed in statu innocentiæ neque infirmitas, neque iniquitas fuisset, ergo tunc sine aliquo medio phantasmate intueri potuissemus ipsam lucem.

¶ Tertio. Homo in illo statu intellexisset per species inditas & infusas à Deo, ergo non per cõuersionem ad phantasmata. Antecedens concedit Diuus Tho. artic. sequenti ad primum. Consequentia autem probatur. Nam ideo nos intelligimus per conuersionem ad phantasmata, quia intelligimus per species à rebus per intellectũ agentem abstractas, ergo si homo in illo statu non intelligeret per huiusmodi species, sed per infusas à Deo, non intelligeret per conuertsionem ad phantasmata.

¶ Quarto. D. Thom. in secunda distinctione 23. quæstio. 2. articu. primo. & de veritate quæstione 1. ad primum dicit, quòd cognitio hominis in illo statu ideo erat media inter cognitionẽ patriæ & vię, quia homo per gratiam eleuatus est, vt cognosceret supra suum naturalem modum cognoscendi, & intelligeret sicut angeli modo cognoscendi naturali ipsis angelis. Et Diuus Damascenus dicit, q̃ homo in statu innocentiæ Deum sicut alter angelus vidit. Quod ipsum etiam dicere videtur Di. August. 8. super Genes. ad liter. quem locũ adducit D. Tho. artic. præcedenti, sed angeli non intelligunt per conuersionem ad phãtasmata, sed p̃ species influxas à Deo, ergo cum homo in illo statu intelligeret sicuti angelus, non intelligebat per conuersionem ad phantasmata. ¶ Quinto. Nam anima nostra vtitur conuersione ad phantasmata, quia vnitur corpori corruptibili, quod aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem; sed in illo statu homo non aggrauabatur à corpore, ergo. Confirmatur. Nam anima Christi, & animæ etiã beatorum ideo possunt intelligere sine conuersione ad phantasmata, quia habent plenum dominium suorum corporum, & non dependent ab eis, vt dicit D. Tho. 3.p.q.11.ar.2. sed hoc idem conueniebat animæ hominis in illo statu innocentiæ, ergo in nulla cognitione indigebat conuersione ad phantasmata.

PRo decisione notandum est, q̃ Scotus in 1. dist. 3. q. 3 arti. 2. dub. 2. docet absolute, quod primus homo intelligebat sine cõuersione ad phantasmata, & q̃ indigere cõuersione ad phantasmata fuit pœna peccati originalis. Quod nulla alia ratione probat nisi autoritate Diui Augustini à nobis allata in confirmationem secundi argumenti, cęterum iam contra Scotum, de hac re egimus sup. q. 84. ar. 7. & falsitas opinionis eius amplius modo patebit. ¶ Caiet. in 3. par. q. 61. art. 2. dicit, quòd solus Adam in sua cognitione non depẽdebat à rebus corporalibus, quia vtebatur speciebus non acquisitis, sed infusis à Deo, & licet conuertebatur ad phantasmata, id tamen erat vt ad inferiora, sicut etiam anima vtebatur corpore sicut inferiori: filij autem eius, si perseuerasset status innocentiæ, dependerent in sua cognitione à phantasmatibus, quæ

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt res corporeæ. Cæterũ sapientissimus Magister Soto in quarta distinctione 1. q. 21. artic. 2. & cum omnes discipuli D. Thomæ, non probant hanc doctrinam Caieta. & distinguunt de duplici cognitione. Altera quidem rerum naturalium, altera vero supernaturalium, & mysteriorum fidei, & dicunt quòd in prima perficiebatur homo in illo statu per res corporales, non autem in secunda. Tandem aliqui ex iunioribus docent, quòd Adam in illo statu non indigebat discursibus aut phantasmatibus, vt Deum cognosceret, quoniam cognouit Deum per reuelationem, & naturalia per species inditas à Deo.

¶Prima conclusio. Homines in statu innocentiæ cognituri erant res naturales per cõuersionem ad phantasmata, & ex rebus sensibilibus acquisissent earum scientiam. Hæc conclusio quo ad primam partem intelligitur tam de Adam, quàm de eius filiis, si ipse non peccasset, & est Di. Tho. & hic, & in quæstione 18. de veritate. articulo secundo, & quinto. vbi eam optime probat. Et præterea probatur. Nam Adam eodem modo cognoscebat res naturales, sicuti nos cognoscimus: at nos eas cognoscimus per conuersionem ad phantasmata, ergo. Probatur maior, tum quia intellectus eius & cognitio, quam habebat de rebus naturalibus, erat eiusdem speciei cum ea, quam nos habemus, ergo habebat eadem principia cognitionis. Deinde, quia omnes species, quas habebat Adam, licet essent infusæ à Deo, erant tamen infusæ per accidens, vt dicemus ad tertium, ergo necessario debebat vti conuersione ad phantasmata. Præterea. Nam si Adam non peccasset, nihilominus filij eius non nascerentur cum omnium rerum scientia, sed eam discursu temporis didicissent, & à rebus sensibilibus acquisissent, vt ait Di. Thomas in quæstione 101. ergo in illo statu intellexissent per conuersionem ad phãtasmata. Vltimo probatur hęc pars conclusionis ratione Diui Thomæ in artic. quam optime explicat Caietanus hic & in artic. septimo citato.

¶Secunda vero pars cõclusionis, solum intelligitur de filiis Adæ, non autem de ipso Adam. Licet enim in hoc conueniret ipse cum filiis, vt omnes cum conuersione ad phantasmata intelligerent, in hoc tamen Adam differebat ab eis, vt ait idem Diuus Thomas articulo 3. sequenti, & clarius quæstione 101. quòd esse perfectum in scientia, & produci cum hac perfectione fuit indiuiduale accidens primi parentis, inquantum scilicet, ipse instituebatur, vt pater & instructor totius generis humani, & ideo quantum ad hoc non generabat filios similes sibi, sed solùm quantum ad accidentia naturalia vel gratuita totius naturæ. Hinc fit, vt Adam non acquisierit scientiam ex rebus sensibilibus, cum eam habuerit per infusionem à Deo; at vero filij eius eam acquisierunt ex rebus sensibilibus.

¶Secundò conclusio. Tam Adam, quàm filij eius in cognitione rerum etiam supernaturalium & mysteriorum fidei vtebantur conuersione ad phantasmata. Conclusio est expressa Diui Thomæ in 2. distinc. 23. quæstione 2. articu. 2. ad tertium. & copiosius in quæstione 18. de veritate, artic. quinto. & satis patet ratione Di. Thomæ in hoc articulo. Et probatur præterea ratione eiusdem D. Thom. in illa quæstione 18. de veritate. Licet enim cognitio Adæ fuerit eleuatior quam nostra, hoc tamẽ est quantum ad ea quæ cognoscebat, non tamen quantum ad modum cognoscẽdi, qui quidem non potest mutari, nisi status mutetur. Modus autem naturalis cognoscendi homini est per conuersionem ad phantasmata, ergo nisi mutetur, status etiam in cognitione gratiæ, quæ est per reuelationem diuinam, homo cognoscit per conuersionem ad phantasmata. Et hoc est, quod Diuus Dionysi. dicebat capite primo. cęlest. Hierar. ꝙ impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum.

¶Tertia conclusio. Quanuis homo in omni cognitione intelligeret per conuersionem ad phantasmata, non tamen in rigore & proprie ab aliqua re corporali dependebat. Hęc conclusio est etiam expressa D. Thom. in multis locis in ista materia de statu primi hominis. Et probatur. Nam homo in illo statu dominabatur omnibus creaturæ inferiori se, quæ non est ad imaginem Dei, vt ait & probat idem D. Thom. infra quæst. 96. articu. 2. sed nulla res corporalis est ad imaginem Dei, vt patuit supra quæstione 93. artic. 2. ergo omnis res corporalis erat inferior homine, & ei subiecta, ac per consequens ab eis non dependebat, quin potius ipsa ab eo dependebat. Sed dices, quomodo igitur non poterat intellige re sine phantasmatibus, cum ab eis non dependeret?

¶Pro hoc sit quarta conclusio maximè notanda. Istud dominium, & ista non dependentia, non consistebat in hoc, ꝙ homo posset exercere suas operationes absque auxilio rerum corporalium, sed in hoc quòd vtebatur rebus corporalibus sine aliquo impedimento, ita quòd inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impedirentur, in quo consistebat rectitudo hominis in illo felicissimo statu diuinitus institui, vt expresse dixit D. Thomas ar. præcedenti, quę doctrina ẽt habetur infrà quæst. 96. articu. 2. vbi hoc modo explicat dominium, quod habiturus erat tunc homo supra res corporales. Itaque sicut manu operabatur, & pedibus ambulabat vtendo eis tanquam inferioribus se; ita indigebat speciebus & phantasmatibus accipiendo ea à rebus corporalibus. Cæterum in præsenti statu post peccatum indiget homo eisdem phantasmatibus; & præterea corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitãtem.

AD primum argumentum respondetur, quòd omnia illa loca D. Thom. probant nostram quartam conclusionem. Nihil enim aliud in illis locis intendebat Diuus Thomas, nisi quòd non dependebat à phantasmatibus tãquam a rebus superioribus ipso homine, aut tanquàm ab impedientibus claram cognitionem iuxta suam naturam: non vero intendebat, quòd non intelligebat per conuersionem ad phantasmata tanquam ad inferiora se, & non impedientia cognitionem hominis in illo statu.

¶Ad secundum respondet Diuus Thomas quæstione 18. de veritate, arti. 2. ad secundum, ꝙ hoc quod Isidorus dicit, causa est, quare homo necesse habebat ex creaturis cognitionem Dei quasi ignoti accipere, & hoc homo in statu innocentiæ non indigebat, quia cognoscebat Deum per reuelationem sibi factam. Responderi secundo potest simul cum confirmatione, quòd peccatum quidem non est causa, quod homo intelligebat per cõuersionem ad phãtasmata, cum hoc ei sit naturale; fuit tamen causa, vt per talẽ conuersionẽ impediretur à clara & perfecta rerum cognitione, & vt talem cognitionem difficilius, & magno cum labore acquireret.

¶Ad tertium respondetur, quòd illæ species inditæ primo parenti, erant eiusdẽ speciei cum acquisitis, & infusæ per accidens: quapropter non tollebant necessitatem conuersionis ad phantasmata. Itaque quanuis in acquisitione scientiæ non indiguit primus homo phantasmatibus, tamen in vsu illius, necessario vtebatur conuersione ad phantasmata. Quæ duo expresse docet Diuus Tho. in illa d. 23. q. 2. artic. 2. ad tertium. At vero filij eius, & in acquisitione & in vsu vtebãtur necessario conuersione ad phantasmata, vt diximus in prima conclusione. Verum quidem est, quòd ipsi etiam habuissent maximas, & elenatissimas, & frequentes reuelationes à Deo, si ille status perseuerasset, per quas erudirentur in omnibus, præcipuè vero in rebus supernaturalibus, & in scientia; quã sic accepissent in illis reuelationibus, vt non dependerent à phantasmatibus in acquisitione, licet dependerent in vsu; vt diximus de ipso primo homine.

¶Ad quartum respondetur, quòd homo in illo statu conformabatur angelo in cognitione contemplationis per gratiam, inquantum illam cognitionem habebat per inspirationem diuinã, & cognoscebat res supremas & supernaturales, quas illi sicuti etiam angelis reuelauit; non vero cõformabatur in modo cognitionis: quia angelus illas cognoscebat sine vlla conuersione ad phantasmata, vt pote qui est omnino à materia independens secundum suam naturam; at vero homo per conuersionem ad phantasmata, quia iste modus cognitionis est illi naturalis, vt pote habens animam, quæ licet sit intellectiua tamen corpus perficit & informat.

¶Ad

¶Ad quintum negatur, quòd ideo homo vtitur conuersione ad phantasmata, quia vnitur corpori corruptibili, quod aggrauat animam, sed quia est forma corporis dans illi esse suum. Hoc autem etiam illi conueniebat in statu innocentiæ.

¶Ad confirmationem respondetur, ꝙ est differentia inter Christum & hominẽ in primo statu; quòd Christus absolutè & omni modo dominabatur corpori, homo vero dominabatur corpori, & viribus sensitiuis non imperando, & sine vlla omnino dependentia ab eis, sed vtendo ipsis tãquam inferioribus se, & absque vllo impedimento, per quod etiam patet ad illud de beatis. Vide Caietanum hic explicantem rationem D.Tho. in arti.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm primus homo habuerit scientiam omnium.

474 1.di.23. q.2.art. 2.col.& verit. q. 18.ar.2. & 4. Nõ multũ à priõ. 1.li.c.3. lib.3.de ani.tex. 14.to.1.

DTERTIVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd primus homo non habuerit scientiam omnium. Aut enim habuit talem scientiam per species acquisitas, aut per species connaturales, aut per species infusas: non autem per species acquisitas. Huiusmodi enim cognitio ab experientia causatur: vt dicitur in * 1. Meta. Ipse autem nõ tunc fuerat omnia expertus. Similiter etiam nec per species cõnaturales, quia erat eiusdem naturæ nobiscũ: anima autem nostra est sicut tabula in qua nihil est scriptum: vt dicitur in * 3. de Anima. Si autem per species infusas, ergo scientia eius quam habebat de rebus, non erat eiusdem rationis cum scientia nostra quàm à rebus acquirimus.

¶ 2 Præterea. In omnibus individuis eiusdem speciei est idem modus consequendi perfectionem. Sed alij homines non statim in sui principio habent omnium scientiam, sed eam per temporis successionem acquirũt secundum suum modum. Ergo nec Adam statim formatus habuit omnium scientiam.

¶ 3 Præterea. Status præsentis vitæ hominis conceditur, vt in eo proficiat anima & quantum ad cognitionem & quantum ad meritum. Propter hoc enim anima corpori videtur esse vnita. Sed homo in statu illo profecisset quantum ad meritum. Ergo etiam profecisset quantum ad cognitionem rerum. Non ergo habuit omnium rerum scientiam.

SED contra est, quod ipse imposuit nomina animalibus, vt dicitur Gene. 2. Nomina autem debent naturis rerum congruere. Ergo Adam sciuit naturas omnium animalium, & pari ratione habuit omnium aliorum scientiam.

RESPONDEO dicendum, quòd naturali ordine perfectum præcedit imperfectum, sicut & actus potentiam: quia ea quæ sunt in potentia, non reducuntur ad actum nisi per aliquod ens actu. Et quia res primitus à Deo institutæ sunt, non solum vt in ipsis essent, sed etiam vt essent aliorum principia, ideo productæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse principia aliorum. Homo autem potest esse principium alterius, non solum per generationem corporalem, sed etiã per instructionem & gubernationem. Et ideo sicut primus homo institutus est in statu perfecto quantum ad corpus, vt statim posset generare: ita etiã institutus est in statu perfecto quantum ad animam, vt statim posset alios instruere & gubernare. Non potest autem quis instruere nisi habeat scientiam. Et ideo primus homo sic institutus est à Deo, vt haberet omnium scientiam in quibus homo natus est instrui. Et hæc sunt omnia illa, quæ virtualiter existunt in primis principijs per se notis, quæcunque scilicet naturaliter homines cognoscere possunt. Ad gubernationem autem vitæ propriæ & aliorum, non solum requiritur cognitio eorum quæ naturaliter sciri possunt, sed etiam cognitio eorum quæ naturalem cognitionem excedunt: eo ꝙ vita hominis ordinatur ad quẽdam finem supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vitæ nostræ necessarium est cognoscere quæ fidei sunt. Vnde & de his supernaturalibus tantam cognitionem primus homo accepit, quanta erat necessaria ad gubernationem vitæ humanæ secundum statum illum. Alia vero, quæ nec naturali hominis studio cognosci possunt, nec sunt necessaria ad gubernationem vitæ humanæ, primus homo non cognouit: sicut sunt cogitationes hominum, futura contingentia, & quædam singularia: puta quot lapilli iaceant in flumine, & alia huiusmodi.

AD primum ergo dicẽdum, quòd primus homo habuit scientiam omnium per species à Deo infusas: nec tamen scientia illa fuit alterius rationis à scientia nostra, sicut nec oculi quos cæco nato Christus dedit, fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura produxit.

AD secundum dicendum, ꝙ Adam debebat aliquid habere perfectionis, inquantũ erat primus homo, quòd cæteris hominibus non competit, vt ex dictis patet.*

AD tertium dicendum, quòd Adam in scientia naturalium scibilium, non profecisset quãtum ad numerum scitorum, sed quantum ad modum sciendi: quia quæ sciebat intellectualiter, scitisset postmodum per experimentum. Quantum vero ad supernaturalia cognita profecisset etiã quantum ad numerum per nouas reuelationes; sicut & angeli proficiũt per nouas illuminationes. Nec tamen est simile de profectu meriti & scientiæ: quia vnus homo non est alteri principium merendi, sicut & sciendi.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Adam habuit scientiam eorum omnium, quæ naturaliter homines cognoscere possunt.

¶Secunda conclusio. De superna turalibus cognouit omnia illa, quę necessaria erant ad gubernationem humanæ vitæ secũdùm illum statũ.

¶Tertia conclusio. De aliis, quæ nec sunt naturaliter scibilia, neque sunt necessaria ad gubernationem humanæ vitæ, vt sunt cogitationes hominum & futura contingentia, nihil cognouit.

¶Quarta conclusio ad tertium. Adam in scientia rerum naturalium profecisset quantùm ad modum cognoscendi easdem res, non tamen quantùm ad numerum cognitorũ: in supernaturalibus verò profecisset etiam quãtum ad numerum scitorum per nouas reuelationes.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem D.Tho. notandum est, quòd aliqui Thomistę existimant illam esse intelligendam non absolute de omnibus, quę per scientias naturales cognosci possunt, sed secundùm distributionem accommodam, videlicet, de omnibus pertinentibus ad perfectionẽ illius status. Non.n.opus erat illum scire conclusiones omnes Geometriæ aut Arithmeticæ, sed ad eum modum quo Christus dixit Ioã.14. Ille vos docebit omnia. Et c.16. docebit vos omnẽ veritatem. quæ loca debent explicari secundũ distributionem accommodam de omnibus necessariis ad statum apostolicum, non aũt de omnibus absolutè. Sed hæc intelligentia non est cõsona eum mente D.Tho. Nã in corpore articuli dicit, ꝙ habuit scientiam omnium, in quibus homo natus est instrui, & hæc sunt oĩa, quę virtualiter existũt in primis principijs per se notis, videlicet, quęcunq; homines naturaliter cognoscere possunt. & ad tertium dicit, ꝙ in scientia rerum naturalium non profecisset quantũ ad numerum scitorum, ergo secundùm D.Tho. omnes conclusiones omnium scientiarũ naturalium absolute cognouit tanquãm magister futurus omnium aliorum. Denique quæst.18.de veri.artic.4.expressè dicit, ꝙ de scientijs naturalibus quicquid homo assecutus est ingenio humano, sciuit Adam habitualiter.

DVbitatur, Vtrùm prima & secũda cõclusio sint vera? Et videtur ꝙ non. Primo ex illo Gen.3. vbi de primis parentibus dicitur; Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se esse nudos. Ex quo aliqui collegerunt primos parentes fuisse cęcos ante peccatum.

¶Secundo Di. Chrysosto.tomo primo, homil. prima. de Adam & Eua expressè vocat primos parentes rudes. Dicit enim Tanta fulgebat in ruditate primi hominis gratia.

¶Notandum est quosdam hæreticos affirmasse propter prauam intelligentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam illius loci Genes. 3. quòd primi parentes erant cæci ante peccatum. Ita refert Abulens. Genes. decimo tertio, quæstione 531. & Castro libro 2. contra hæres. titul. Adam, hæres. 5. non tamen referunt, qui fuerint isti hæretici. Iosephus lib. 1. antiquit. c. 3. dicit, quòd primis parentibus plantatio illa (loquitur de ligno scientię) erat causa acuminis & intellectus. Quibus verbis videtur docere, quòd per esum ligni acquirerent scientiã. Quidam autores, qui nostra ætate scripserunt super Genesim, affirmant primum hominẽ non fuisse sapientissimum; sicut Theologi putant. ¶ Prima conclusio. Error est contra fidem & Sacrã scripturam asserere, q̃ primi homines fuerint cæci ante peccatum. Probatur primo ex his, quæ habentur Gen. 2. & 3. Dicitur enim quòd formata muliere adduxit ea Dominus ad Adam, & dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. & iterũ dicit, q̃ adduxit omnia animantia ad Adã vt videret, quid vocaret ea. Præterea dicitur, quòd erant ambo nudi, & non erubescebant. Denique dicitur, quòd vidit mulier lignum, quod esset pulchrũ visu, &c. Quibus testimonijs Epiphanius lib. 2. contra hæres. ca. 69. dicit contra Sacram scripturam esse, quòd primi parentes essent cæci. Secundò probatur. Illi homines sunt immediatè producti à Deo, cuius perfecta sunt opera, ergo iniuria est contra Deum asserere, q̃ produxit eos cecos, maximè vero cum dicatur Ecclesiast. 17. Consiliũ & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis ad excogitandum. Tertio. Cæcitas est pœna inducta ex primo peccato hominis, ergo contra fidem est asserere, quòd fuerit ante peccatum.

¶ Secunda conclusio. Falsum est, & videtur temerarium asserere, quòd Adam nõ fuerit sapientissimus ante peccatum. Probatur primo. Quoniã dicitur Ecclesiastici. 17. Disciplina intellectus repleuit illos, & creauit illis scientiã spiritus, & sensu impleuit cor eorum, & bona & mala ostendit eis. Secundo Quoniã quòd Adã fuerit sapientissimus, est cõmunis sententia omnium Theologorum cum Magist. in 2. d. 23. ergo sine grauissima ratione recedere ab illorum sententia est temerariũ.

¶ Ad primum respõdetur cum D. Aug. lib. 14. de Ciuit. cap. 16. & alijs sanctis, sensum illius loci esse quòd aperti sunt oculi eorum post peccatum, non quia antea nõ viderent, sed ad discernendum inter bonũ quòd amiserant, & malum in quod inciderant. Itaque notitia experimentali cognouerũt turpitudinẽ nuditatis suæ, quam nuditatem anteà non apprehendebant tanquam turpem. Similem expositionem habet Chrysost. homil. 16. in Genes. & adducit similem locum Genes. 21. vbi dicitur; Aperuit Dominus oculos Agar, & vidit puteum, & potuisset adducere alterũ testimonium Num. 22. vbi dicitur; Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelũ, &c. Non enim clauli erant oculi, aut cæci, sed quoniam tunc cognouerunt, id quod antea non animaduerterant. Ad quem modum exponit etiam eum locum D. Augu. lib. 11. super Genes. ad liter. capit. 31. & in eius confirmationem adducit alterum locum Luc. 24. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Cuius doctrinã refert D. Tho in 2. 2. quæst. 164. art. 2. ad nonum.

¶ Ad secundum respondetur, quòd vt colligitur aperte ex ipso cõtextu, D. Chrysost. vocat ruditatem ipsam simplicitatẽ, & sinceritatem primorum parentum in illo statu, in quo erant alieni ab omni malitia. ¶ Circa tertiam conclusionem notandum est, quòd D. Thom. in illa quæst. 18. artic. 4. docuit Adam cognouisse cogitationes cordium in illo statu, & aliqua futura contingentia, non quidem virtute naturali, sed ex diuina reuelatione. At vero in hoc articulo iam factus doctior absolutè negat, q̃ cognouerit cogitationes cordiũ, aut futura contingentia: quoniam ista cognitio non erat necessaria ad debitam gubernationem illius status. Nec tamen inde sequitur, quòd deciperetur aliquando circa eiusmodi cognitionem, sicut egregiè docet Diuus Thomas articulo 4. sequenti ad quintum.

¶ Circa quartam conclusionem notandũ est eius doctrinam esse communem apud Doctores scholasticos in illa d. 23. quam inter alios explicat bene & copiosè Gabr. q. vnica, arti. 3. dub. 3. & eandem doctrinã videtur mihi voluisse docere Philippus presbyter in 2. libro commen. in Iob. cap. 2. in illa verba: Ad lumen eius ambulabam in tenebris, vbi dicit; Adam in illo primo statu fuisse perfectum, & sapientissimũ. Et deinde subdit: Credibile tamen est, quòd nouus homo de terra plasmatus aliqua ignorauerit secretiora, in quibus cognoscendis viuendo profecerit.

ARTICVLVS IIII.
Vtrùm homo in primo statu decipi potuisset.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quòd homo in primo statu decipi potuisset. Dicit enim Apost. 1. ad Timot. 2. quòd mulier seducta in prævaricatione fuit.

¶ 2 Præterea. Magister dicit 21. dist. * sentẽt. q̃ ideo mulier non horruit serpentẽ loquentem: quia officium loquendi eum accepisse à Deo putauit. Sed hoc falsum erat. Ergo mulier decepta fuit ante peccatum.

¶ 3 Præterea. Naturale est q̃ quanto aliquid remotius videtur, tanto minus videtur. Sed natura oculi nõ est cõtracta per peccatũ. Ergo hoc idem in statu innocentiæ contigisset. Fuisset ergo homo deceptus circa quantitatem rei visæ, sicut & modo.

¶ 4 Præterea. Augu. dicit* 12. super Genes. ad lit. q̃ in somno adhæret anima similitudini tanquam ipsi rei. Sed homo in statu innocentiæ comedisset, & per consequens dormisset & somniauisset. Ergo deceptus fuisset adhærendo similitudinibus tanquam rebus.

¶ 5 Præterea. Primus homo nesciuisset cogitationes hominum, & futura contingentia, vt dictum est.* Si igitur aliquis super his sibi falsum diceret, deceptus fuisset.

SED contra est, quod Augustin.* dicit. Approbare vera pro falsis non est naturæ instituti hominis, sed pœnæ damnati.

RESPONDEO dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ nomine deceptionis duo possunt intelligi: scilicet qualiscunque existimatio falsi, qua aliquis adhæret falsò tanquam vero sine assensu credulitatis, & iterum firma credulitas. Quantum ergo ad ea quorum scientiam Adam habebat, neutro istorum modorum homo decipi poterat ante peccatum. Sed quãtum ad ea quorum scientiam non habebat, decipi poterat, largè accepta deceptione, pro existimatione qualicunque sine assensu credulitatis. Quod ideo est dictum: quia existimare falsum in talibus, non est noxium homini: & ex quo temere assensus non adhibetur, non est culpabile. Seu hæc positio non conuenit integritati primi status. Quia, vt Aug.* dicit 14. de Ciuita. Dei, in illo statu erat deus tatio tranquilla peccati: qua manente nullũ malũ omnino esse poterat. Manifestum est autem, q̃ sicut verum est bonum intellectus, ita falsũ est malũ eius, vt dicitur in * 6. Et hic. Vnde nõ poterat esse q̃ innocentia manẽte, intellectus hominis alicui falso acquiesceret quasi vero. Sicut n. in membris corporis primi hominis erat quidẽ carentia perfectionis alicuius, puta claritatis, nõ tamen aliquã malũ ineſſe poterat: ita in intellectu poterat esse carẽtia notitiæ alicuius, nulla tamẽ poterat ibi esse existimatio falsi. Quod ẽt ex ipsa rectitudine primi status apparet. Sed quadiu anima maneret Deo subdita, tãdiu inferiora superioribus subderẽtur, nec superiora per inferiora impedirẽtur. Manifestũ est aũt ex præmissis, * q̃ intellectus circa prius obiectũ semper verus est. Vnde ex seipso nunquã decipitur, sed oĩs, deceptio accidit in intellectu ex aliquo inferiori, puta phãtasia, vel aliquo hmõi. Vnde videmus q̃ quãdo naturale iudicatorium nõ est ligatũ, nõ decipimur per hmõi apparitiones. sed solũ quando ligatur, vt patet i dormiẽtibus. Vnde manifestũ est, q̃ rectitudo primi status nõ compatiebatur aliquã deceptionem circa intellectum.

AD primum ergo dicendũ, q̃ illa seductio mulieris, etsi nõ præcesserit peccatum operis: subsecuta tamen est peccatum internæ elationis. Dicit enim Augu. 11.* super Gen. ad lit. q̃ mulier verbum serpentis non credideret, nisi iam ineſſet menti eius amor propriæ potestatis, & quidam de se superbia præsumptio.

AD secundum dicendum, q̃ mulier putauit serpentem hoc accepisse loquendi officiũ: non per naturam, sed aliqua supernaturali operatione. Quibus non sit necessarium authoritatẽ Magistri sentẽtiæ sequi in hac parte.

AD tertium dicendum, quòd si aliquid repræsentatum fuisset sensui vel phantasiæ primi hominis aliter quàm sit in rerum natura, non tamen deciperetur, quia per rationem veritatem diiudicaret.

Lib. 14. de ciuit. Dei. ca. 10. ante mediũ, to. 5.

* Lib. 6. Eth. c. 2. & lib. 6. Metaph. tex. 8. to mo. 5. & to. 3.

Q. 85. ar. 7.

Lib. 11. sup Gene. ad li. c. 30. pa rũ à me dium, to mo. 3.

AD quartum dicendum, quòd id quod accidit in somno, nō imputatur homini: quia non habet vsum rationis, qui est proprius hominis actus.

AD quintum dicendum, quòd aliquis dicēti falsum de contingentibus futuris vel cogitationibus cordium, homo in statu innocentiæ nō credidisset ita esse: sed credidisset quòd hoc esset possibile. Et hoc non esset existimare falsum. Vel potest dici quòd diuinitus ei subuentum fuisset, ne deciperetur in his quorum scientiam non habebat. Nec est instantia quam quidam afferunt, quòd in tentatione non fuit ei subuentum ne deciperetur: licet tunc maximè indigeret. Quia iam præcesserat peccatum in animo, & ad diuinum auxilium recursum non habuit.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Rectitudo illius status non compatiebatur aliquam deceptionem circa intellectū. Ratio prima. In illo statu nullū malum esse poterat, sed falsum, est malum intellectus, vt patet ex Arist. 6. Ethic. ergo. Secunda. Quandiu animaerat subdita Deo, inferiora hominis erant subdita superioribus absque omni perturbatione, ergo inferiora intellectu, erant illi subdita ac per consequens non poterat falli. Patet consequentia. Quia intellectus non decipitur nisi ex aliquo inferiori.

COMMENTARIVM.

NOtandum est conclusionem huius articuli esse communem inter Doctores qui rectè sentiunt in illa dist. 23. Tenet Durādus q. & Ricardus art. 2. q. 4. & Ægid. par. 2. quæst. 4. & plures alij, & de ea præcipuè videndus est D. Tho. in q. 18. art. 6. Ille enim articulus præclarus est commentarius omnium, quæ in isto dicuntur. Ex hac doctrina colligēdum est, quòd primum peccatum tam viri quàm mulieris non potuit procedere ex aliquo errore aut ignorantia propriè loquendo, sed processit ex sola inconsideratione, sicut de primo peccato angeli dixit D. Thom supra quæst. 63. art. 1. ad quartum. De quo nos ibi diximus. Quapropter rectè docuit in hoc artic. ad primum ex D. August. lib. 11. super Genes. ad literam c. 30. de peccato mulieris, quòd deceptio in illa subsequuta est post peccatum internæ elationis, atque adeò eiusmodi deceptio non fuit in statu innocentiæ.

¶ Sed dubitatur circa rationem secundā D. Tho. cum Caietano potissimum circa illa verba; Omnis deceptio accidit in intellectu ex aliquo inferiori, videlicet, ex phātasia aut aliquo huiusmodi. Ratio dubitandi est, quoniam intellectus componendo vel diuidendo vel ratiocinando versatur circa verum & falsum, & in his actibus nō semper est verum, ergo non omnis falsitas contingit ex inferiori.

¶ Ad hoc respondetur primo, quòd D. Tho. nomine intellectus accipit potentiā intellectiuā nō vtcumq;, sed secundum q habet intelligendi officium, & versatur ea proprium obiectum, quod est aliquid incomplexum, circa quod obiectum, intellectus noster semper est verus, vt docet Aristot. 3. de Anima tex. 26. & 51. Compositionem verò vel discursum comprehendit Diuus Thomas sub aliquo inferiori, ratione cuius accidit falsitas. Et quòd illa fuerit mens D. Thom. constare potest ex ipso articulo, quoniam refert se ad illa, quæ anteà dixerat q. 85. artī. 6. vbi docuit omnem falsitatem intellectui nostro contingere ex compositione aut diuisione circa proprium obiectum intellectus. Respōdetur secundò, quòd D. Tho. nomine phantasiæ intellexit etiam compositionem & diuisionem, quę semper illam comitantur. Quod patet ex eo, quòd anima nostra post separationem à corpore sicut non intelligit per conuersionem ad phantasmata, ita etiam nec intelligit componendo vel diuidendo, sed ad modum substantiarum separatarum, vt supradiximus q. 89. Et hac ratione dixit omnem deceptionem prouenire ex phantasia non excludendo concurrentiam potentiarum inferiorum. Plura alia possent disputari in hoc articulo circa deceptionem primorum parentum, sed omnia illa tractat diffusè Abulens. Genes. 13. q. 655. & sequentibus.

QVAESTIO XCV.

De his, quę attinent ad voluntatem primi hominis, gratia scilicet & iustitia.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad voluntatem primi hominis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia.

AD PRIMVM sic proceditur. *Videtur, quòd primus homo non fuerit creatus in gratia. Apostolus enim 1. Corinth. 15. distinguens Adam à Christo dicit, Factus est primus Adam in animam viuentem, nouissimus autem in spiritum viuificantem. Sed viuificatio spiritus est per gratiam. Ergo hoc est proprium Christi & fuerit factus in gratia.*

¶ *2 Præterea. August. dicit in libro* de quæstionibus veteris & noui testamēti, quòd Adam non habuit Spiritum sanctum. Sed quicunque habet gratiam, habet Spiritum sanctū. Ergo Ada non fuit creatus in gratia.*

¶ *3 Præterea. August. dicit in lib.* de correctione & gratia, quòd Deus sic ordinauit angelorum & hominum vitam, vt prius in eis ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset sua gratia beneficium, iustitiaq; iudicium. Primo ergo condidit hominem & angelum in sola naturali arbitrij libertate, & postmodum ei gratiam contulit.*

¶ *4 Præterea. Magister dicit in* 24. distin. lib. 2. Senten. quòd homini in creatione datum est auxilium per quod stare poterat, sed non poterat proficere. Quicunque autem habet gratiam, potest proficere per meritum. Ergo primus homo non fuit creatus in gratia.*

¶ *5 Præterea. Ad hoc quòd aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis: cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter Deum & animam. Sed consensus in gratiam esse non potest nisi prius existentis. Ergo homo non accepit gratiam in primo instanti suæ creationis.*

¶ *6 Præterea. Natura plus distat à gratia, quàm gratia à gloria: quæ nihil est aliud quam gratia consumata. Sed in homine gratia præcessit gloriam. Ergo multò magis natura præcessit gratiam.*

SED contra. Homo & angelus æqualiter ordinantur ad gratiam. Sed angelus est creatus in gratia. Dicit enim August. 12. de Ci-* Lib. 12. de ciuit. Dei, c. 9. à medio tom. 5.
uitate Dei, quòd Deus simul erat in eis, condens naturam & largiens gratiam. Ergo & homo creatus fuit in gratia.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam dicunt, quòd primus homo non fuit creatus in gratia, sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata antequam peccasset. Plurimæ autem sanctorum authoritates attestantur hominem in statu innocentiæ gratiam habuisse. Sed quòd fuerit conditus in gratia, vt alij dicunt, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit: secundum illud Eccles. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo secundum hoc quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & anima corpus. Prima autem subiectio erat causa & secunda & tertia. Quandiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur: vt August. dicit. Manifestum est autem quòd illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem nō erat naturalis: aliquin post peccatum mansisset, cùm etiam in dæmonibus data naturalia post peccatum permanserint, vt Dionys. dicit* 4. cap. de diui. nomi. Vnde manifestum est quod & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, nō erat solum secundum naturam, sed secundum supernaturale donum gratiæ. Non enim potest esse quòd effectus sit potior quàm causa. Vnde August. dicit* 13. de Ciuit. Dei, quòd postquam præcepti facta transgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorū nuditate confusi sunt. Senserunt enim motum inobedientis carnis suæ tanquam*

Colligit ex libro de natura & gratia c. 15. & de correct. & grat. ca. 11. to. 7. *ca. 4. p. 4 parū à medio. Lib. 13. de ciuit. Dei, ca. 13. i prī. tom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reciprocam pœnam inobedientiæ suæ. Ex quo datur intelligi, si deferente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, & per gratiã in anima existentẽ inferiora ei subdebatur.

AD primum ergo dicendum, quòd Apostolus illa verba traducit ad ostendedum, esse corpus spirituale sicut corpus animale: quia vita spiritualis corporis incepit in Christo, qui est primogenitus ex mortuis: sicut vita corporis animalis incepit in Adam. Non ergo in verbis Apostoli habetur quòd Ada non fuit spiritualis secundum animam, sed quod non fuit spiritualis secundùm corpus.

AD secundum dicendum, quòd sicut Augst. dicit in eodem li. non negatur quin ali quo modo fuerit in Adam Spiritus sanctus sicut & in alijs iustis sed quòd non sic fuerit in eo sicut nunc est in fidelibus, qui admittũtur ad perceptionem hereditatis æternæ statim post mortem.*

AD tertium dicendum, quod ex illa autoritate Aug. non habetur q angelus vel hõ prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrij, quàm habuisset gratiam: sed quod ostendit quid in eis possit liberũ arbitriũ ante confirmationem, & quid postmodũ consecuti essent per auxilium gratiæ confirmãtis.

AD quartum dicendum, quòd Magister loquitur secundùm opinionem illorum qui posuerunt hominem non esse creatum in gratia, sed in naturalibus tantum. Vel potest dici, quòd etsi homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit quod ex creatione naturæ posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiæ.

AD quintum dicendum, quòd cùm motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis primum hominem gratiæ consensisse.

AD sextum dicendũ, quòd gloriam meremur per actum gratiæ, non autem gratiam per actum naturæ. Vnde non est simlis ratio

¶ Conclusio affirmatiua.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo, Vtrùm primus homo creatus fuerit in gratia?

¶ Et videtur q non. Primò. Adã in sua creatione non habuit Spiritum sanctũ, vt videtur docere D. Aug. lib. de quæstionibus veteris & noui testamenti q. 123. & videtur colligi ex illo. 1. Corin. 15. Factus est primus homo in animam viuentem, nouissimus vero Adam in spiritum viuificantem. Vbi insinuatur, q Adam à principio nõ habuit spiritum viuificantem, ergo neque habuit gratiam, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, vt dicitur Ro. 5.

¶ Secũdò. Adam iustitiam originalem, quam habuit & per peccatum amisit, nũquam amplius per pœnitentiam recuperauit neque sibi, neque nobis, ergo si in gratia creatus esset, & eam amisisset per peccatum, non amplius recuperasset eam: consequens autem est falsum, quoniam per pœnitentiam recepit Adam gratiam & salutem æternam.

¶ Tertiò. Gratia nunquam datur habenti vsum rationis, nisi præuia dispositione suscipientis; sed Adam in primo instanti non potuit habere dispositionem ad gratiam, ergo. Maior videtur expressa sententia D. Thom. vt infrà dicetur. Minor vero probat. Quoniã dispositio debet esse prior & præuia ad formam, cuius est dispositio.

¶ Quartò. Ad subiectionem integram, quę erat in statu innocentiæ, sufficiebat iustitia originalis, sed hæc iustitia erat distincta à gratia gratum faciente, ergo. Maior patet. Quoniam sufficiebat aliquod donũ supernaturale rectificans hoẽm, vt tũ D. Th. probat, tale aũt donũ erat iustitia originalis. Minor vero probatur. Qui mulier eo instanti, quo peccauit, amisit gratiam gratum facientem. Quòd vero non amiserit iustitiam originalem colligitur ex eo, q nẽque cognouit se esse nudã, neque erubuit vsque ad peccatum viri, quod signũ est mãsisse in illa rectitudine iustitiæ originalis.

¶ In hac quæstione plurimi & graues autores sentiũt Adam non fuisse creatũ in gratia. In primis Hugo de S. Vict. li. 1. de Sacramentis parte. 6. c. 17. ita sentit, quamuis dicat se non audere aliquid temerè diffinire, & Magister in 2. d. 24. c 1. eandẽ opinionẽ sequutus est. Alexander Alens. in 2. par. q. 96. mẽb. 1. eandẽ opinionẽ docet, & subdit illã esse magis rõni cõsonã, & autoritatibus probatã, & diuinæ excellẽtiæ declaratiuã. Deinde D. Bonau. in 2. d. 29. art. 2. dicit

cit duo. Nam quæst. 1. docet, quòd sine dubio Adam habuit gratiam ante lapsum; postea vero q. 2. docet quòd non fuit creatus in ista gratia, sed prius tempore habuit naturalia, quàm haberet gratiam gratum facientẽ, & subdit hanc opinionem esse cõmuniorem & probabiliorem, & Richard. eadem dist. artic. 1. quæst. 1. idem omnino sentit cum D. Bonauent. & Marsil. in 2. sent. quæstio. 16. art. 6. diffinit esse probabile, quòd Adam non fuerit creatus in gratia, & Ægid. eadem dist. part. 1. quæstione. 2. opinatur, quòd Adam fuit quidem creatus in iustitia originali, quæ est quoddam donum Dei gratuitum, & in hoc sensu potest appellari gratia, non tamen fuit creatus in gratia gratum faciente.

¶ Oppositam tamen sententiam tenet Diu. Thom. non solùm in hoc articulo, sed etiam in pluribus alijs locis. Cuius sententiam habet etiam Magnus Albertus in 2. dist. 24. ar. 1. vbi dicit se non credere, q sit vera opinio Magistri Sententiarum, quantus illam defendat propter eius reuerentiam. Durandus etiam eandem sententiam docet in 2. dist. 4. quæst. 2. & dist. 29. quæst. 1. & omnes illi Theologi, de quibus suprà dictum est, quæst. 62. art. 3. q opinantur angelos creatos esse in gratia, consequenter tenent etiam primum hominem creatum esse in gratia. Suppositis his, quæ in isto loco dudum citato de angelorũ creatione in gratia diximus, ad huius dubij resolutionẽ

SIt prima conclusio. Secundùm fidem tenendum est Adam antè peccatum habuisse dona supernaturalia, & iustitiam & sanctitatem, quæ omnia amisit per peccatum. Probatur primo ex Concilio Tridentino Sessione. 5. Canone. 1. vbi dicitur. Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei fuisset trãsgressus in paradiso, & sanctitatem & iustitiã, in qua constitutus fuerat, amisisse, anathema sit, & canon. 2. Si quis Adæ præuaricationem sibi soli & non eius propagini nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli & non nobis amisisse, anathema sit. Et postea Sess. 6. capit. 7. in fine dicitur. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes eam ceu primam stolam pro ea, quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, ergo. In his locis apertè diffinitur, quòd primus homo antè peccatum habuit dona supernaturalia iustitiæ & sanctitatis. Secũdo probatur. Nam Genes. 2. dicitur. In quacunque die comederis, morte morieris. Quem locum etiã de morte spirituali animę per amissionem gratiæ siue iustitiæ necessario esse intelligendum, docet D. Augustin. lib. 13. de ciuit. capit. 12. & 15. & alibi sæpè, & D. Gregor. libr. 5. epistolarum, epistol. 14. & lib. 6. epistol. 31. vbi dicit. Mortua est anima Adæ non secundum substantiam viuẽdi, sed secundum qualitatem, quoniã beatitudinem vitæ amisit, ad quam tamẽ postmodum per pœnitentiam redijt. Tertiò. Quoniam illud testimonium Lucę. 10. Homo quidam incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis reliquerunt illum semiuiuum; communiter explicant omnes sancti patres, q Adam per peccatum expoliatus est gratia, & donis supernaturalibus. Ita exponit D. Chrysostom. tomo. 2. in fine homilia speciali super hæc verba. Et D. Augustin. idem insinuat homil. 37. de verbis Domini, & hom. 2. de verbis Apostoli, & Bæda libro. 3. super Lucam cap. 43. & est communis intelligentia omnium interpretum illius loci. Quartò probatur ex communi sententia omnium Sanctorum, qui omnes affirmant primum hominem habuisse ornatum iustitiæ & virtutum. Ita docet Sanctus Anacletus in epistol. 1. ad omnes fideles, vbi tractat illa verba Genesi. 1. Faciamus hominẽ &c. D. Cyrillus libro. 1. super Ioan. cap. 15. & libro 2. cap. 3. docet apertè, primum hominem accepisse gratiã Spiritus sancti à principio suæ conditionis, à qua per peccatum denudatus est auolante Spiritu sancto. Damascen. libro. 2. de fide Orthod. capit. 30. apertè dicit, quòd Deus homini, quem cõdidit, suam ipsius gratiam contulit, & Di. Augustinus pluribus locis id docet, potissimè lib. 14. de ciuitat. cap. 11. & lib. 6. super Genesi. ad literam capit. 26. & 27. Denique D. Ambrosi. libro. 6. Hexameron. cap. 7. & 8. & in libro. de hominis dignitate capi. 3. explicans illud Genesi. 1. Faciamus hominem ad imaginem &c. eandem doctrinã habet. Quintò probatur ex communi

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum tã ex Theologis in 2.dist. 24. quàm ex Doctoribus iuris Canonici de pœnit. dist.2.cap.Tolle charitatem, & sequẽtibus. & totius populi Christiani Sexto probatur ratione desumpta ex fide.Concilij Tridentinum in Sess. 6.cap.1. dicit, quòd omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdiderunt, & cap.7. dicit, ꝙ in baptismo accipiunt primam stolam pro ea, quam Adam pro sua inobedientia sibi & nobis perdidit; sed hæc innocẽtia & stola non potuit esse absq; dono supernaturali Dei,ergo fides est, ꝙ ante peccatum illud habuit. Confirmatur. Nam aliàs non esset efficax argumentum, quo vtitur D.Paulus ad Rom.5. & 1.Cor.15. ad probandum, ꝙ per obedientiam Christi cõsequuti sumus id, quod per inobedientiam Adæ perdideramus, si Adam ante peccatum non habuisset dona supernaturalia, consequens est contra fidem,ergo.

¶Secunda conclusio. Videtur periculosum in fide,& temerarium asserere, quòd Adã fuerit creatus in puris naturalibus & sine aliquo dono supernaturali. Probatur primo. Quoniam ferè omnes sancti & Doctores conueniunt in hoc,quòd Adam fuerit creatus cum iustitia originali,& videtur significari per illa verba Ecclesiastici 7. fecit Deus hominem rectũ,& cap.17. Creauit illum scientia spiritus,& vestiuit illum virtute.Secundò. Quoniam si in puris naturalibus esset creatus,sequitur manifestè, quòd esset creatus cum necessitate moriẽdi, quod tamen est contra loca Sacræ scripturæ & Sanctorum suprà citata, & maximè contra illam Sap.1. Deus mortem non fecit &c.& 2.Deus fecit hominem inexterminabilem.Vnde ad Rom.5 dicitur, quòd per peccatum intrauit mors.Tertio Genes. 2.dicitur, quòd antè peccatum non erubescant, quamuis esset vterque nudus, ergo habebant aliquod donum supernaturale, per quod cõtinebantur in illa rectitudine. Vbi aduertendum est, quòd quamuis aliqui Theologi doceant,quòd iustitia originalis habebat efficere rectitudinem naturalem, non tamen supernaturalem, nihilominus tamen omnes illi fatentur, quòd erat donum supernaturale & gratuitum.

¶Tertia conclusio. Nullum habet periculum aut temeritatem asserere, ꝙ Adam non fuit creatus in gratia gratum faciente; si tamen simul asseratur, quòd habuit illã ante lapsum. Probatur primo. Quoniam nullum esset periculum, aut temeritas asserere,quòd angeli non sunt creati in ista gratia,imò est opinio probabilis Theologorũ, vt patuit supra quæst.62.art.3.ergo. Secundò. Quoniam multi viri graues & doctissimi quos suprà citauimus,ita affirmant, neque est expressus locus Sacræ scripturæ,aut Sanctorum,neque est argumẽtum efficax, quod cõuincat illud esse periculosum, aut temerarium,ergo. Quòd si quis obijciat illa verba Concilij Tridentini Sess.5. cap.1. quòd Adam perdidit iustitiam & sanctitatem, in qua constitutus est.Respondetur ꝙ Concilium Tridentinum consultò dixit; in qua constitutus est; vt relinqueret sub opinione Theologorum, an ille homo sit creatus in gratia vel non, dummodo constet, quòd antè peccatum habuit illam iustitiam & sanctitatem,de qua ibi loquitur.

¶Quarta conclusio. Multò verior & probabilior est sententia D.Thom. & magis consona cum Sacra scriptura & doctrina Sanctorum, quòd primus homo fuit creatus in gratia gratum faciente.Ista conclusio potest probari primò omnibus testimonijs Sacræ scripturæ, & Conciliorum & Sanctorum adductis in prima conclusione. Deindè potest probari omnibus locis & rationibus adductis in quæst.62.art. 3. ad probandum angelos à Deo creatos esse in gratia gratum faciente, quibus omnibus argumentis confirmatur valdè hæc conclusio. Sed specialiter probatur primo. Homo creatus est à Deo, vt consequeretur finem supernaturalem,ergo cum gratia,& virtutibus, quibus posset illam mereri & consequi.Probatur cõsequentia. Alijs creaturis dedit Deus semẽ & virtutes iuxta genus suum, vt consequerentur fines suos, sed in homine istud semen & virtus est gratia & charitas, vt patet ex illo 1.Ioan.3. Semen ipsius in eo manet,ergo.Secundò,Iustitia originalis exclusa est per primum peccatum Adæ, ergo non erat sine gratia gratum faciente. Probatur consequentia, quoniam peccatum actualiter contrariatur immediatè ipsi gratiæ, & eam primò excludit. Tertiò. Filij, qui nascerentur ex Adam, si ille perseuerasset in statu innocẽtiæ, nascituri erant cum iustitia & gratia gratum faciente, vt patet quæstione 100. art.1. ergo & Adam cum illa creatus est, quoniam primus parens non habuit minora dona Dei in sua creatione quàm habuissent filij eius in sua generatione. Quartò. Quoniam illa testimonia. Ecclesiastici 7. Fecit Deus hominem rectum,& capite 17. Creauit Deus hominem de terra secundũ imaginem fecit illũ,& cętera omnia, quæ ibi opponuntur,multò melius & probabilius explicantur secundum sententiam D. Thom. quoniam in Sacra scriptura nullus vocatur absolutè rectus nisi habeat gratiã gratum facientem,maximè verò quoniam id quod Genes.1. dicitur. Fecit hominem ad similitudinem suam, multi Sanctorum patrum referũt ad gratiam & charitatem, potissimè D.Basil.hom.10 & 11.Hexameron,& D.Ambro lib.6. Hexam. cap.7. & 8. Denique D. August. libro de correct. & gratia cap.11. expressè dicit, quòd Adam a principio habuit magnam Dei gratiam, & bonam voluntatem,& adiutorium Dei, quo posset perseuerare,si vellet. ¶Ad primum argumentum respondetur, quòd prima solutio est, quam habet D. Thom. in articulo ad secundum potest esse secunda ex ipso contextu, quòd D.Augustinus nunquàm negat habuisse Adam Spiritum sanctum,sed quòd non habuit illum, vt quidam fratres affirmabant, ad hoc vt esset perfectus in suo esse naturali, & in genere suo. Sicut enim Deus fecit alias creaturas perfectas in genere suo, ita etiam fecit hominem, & ad hoc non indigebat Spiritu sancto, quamuis ad supernaturalia indigeret gratia Spiritu sancti: maximè verò quoniam, sicut contendit Erasmus, fortassis ille liber non est D.Augustini. Ad illud verò testimonium ex 1.Corint.15 D.Tho. ibi lect. 7. adhibet egregiam solutionem, & in hoc articulo ad primum adhibet aliã, quæ desumpta est ex D.August. in epistola 146.ad Cõsentium. ¶Ad secundum prima solutio est communis Doctoribus in illa distin. 29. negando consequentiam, quoniam iustitia originalis data est primò homini pro tota natura, & hac lege, si perseueraret in obedientia absque peccato. Quapropter per primum peccatũ Adæ sic est deperdita,quòd amplius non potuit reparari. At verò gratia gratum faciens data est homini absque vlla lege & ipsi personæ. Quare quamuis per peccatum deperdita sit, potuit tamẽ recuperari per penitentiam. Respondetur secundo, nullo modo esse dubitandum, quòd Adam per pœnitentiam recuperauerit diuinam gratiam,& quòd consequutus sit æternam salutem. Id enim docet apertè D.Irenæus libro.3.contra hæres.cap.34. & sequentibus & est communis doctrina omnium Sanctorum,sic adeò vt Castro lib.2. cont. hæres.titulo. Adam.hæres.1. connumeret inter hæreses oppositam sententiam, maximè propter illud Sap.10. vbi dicitur de primo homine, quòd diuina sapientia custodiuit illum, & eduxit illum à delicto suo.¶Ad tertium dupliciter potest responderi secundum duas opiniones discipulorum D. Thom. Prima est, quam sequitur Soto lib.1. de natura & gratia cap.5. circa finem,quòd Deus primo homini contulit gratiam per modum naturæ,& nulla prærequisita dispositione liberi arbitrij. Quæ sententia potest probari ex D. Thom.in 1. 2.quæst.5.arti.2.ad secundum vbi dicit,ꝙ Deus primas creaturas fecit perfectas absque aliqua dispositione vel præparatione ipsius creaturæ præcedente. Item ratione. Iustitia originalis & scientia & scientia & alia dona grattuita data sunt primo homini absque vlla dispositione,ergo etiam gratia. Consequentia patet ex paritate rationis.Et secundum hanc opinionem respondetur ad argumẽtum negando maiorem. Quandocunque enim datur gratia per modum naturæ & in ipsa creatione, non habet verum, quòd sit necessaria dispositio ex parte liberi arbitrij.

¶Secunda sententia est, quòd angelo & homini data est gratia in ipsa creatione; mediante tamen dispositione liberi arbitrij,quam docet Caietan in 2.2 quæst.24. art.3.ad tertium,& plurimi alij discipulorum D.Thom.imò verò videtur expressa sententia ipsius D.Thom.3. par.quæst.34. art.3.vbi dicit, quod Christo in primo instanti data est gratia ad modum adultorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediante dispositione liberi arbitrij, & in 2. dist. 29. quæstione vnica artic. 2. dicit, ꝙ homo in primo instanti suæ creationis ad Deum conuersus gratiam cõsequutus est. Et probatur ratione. Primus homo creatus est à Deo cum libero vsu rationis, ergo iustificatus est per propriam dispositionẽ. Probatur consequentia. Quoniam iste est modus proprius, quo iustificantur adulti habentes vsum rationis. Hæc sententia (sicut etiam de angelorum gratia diximus) nobis videtur probabilior, & magis ad mẽtem D. Thomæ, & ita iuxta eam respondetur cum ipso D. Thom. in hoc articulo ad quintum, quòd cum illa iustificatio Adæ facta fuerit in instanti, dispositio liberi arbitrij potuit simul esse cũ ipsa gratia, quãuis præcedat illam prioritate naturæ in genere causæ materialis & dispositiuæ. Sicut quandocunque iustificatur adultus, illa iustificatio fit in instanti, & propterea simul sunt dispositio liberi arbitrij, & infusio gratiæ, quãuis prioritate naturæ in genere causæ dispositiuæ præcedat dispositio, sicut D. Thom. docet in quæstione 28. de verit. art. 8. & in 1. 2. q. 113. art. 8.

¶ Ad quartum respondetur, quòd petit difficultatem grauem de distinctione inter iustitiam originalem, & gratiam gratum facientem.

QVare dubitatur secundo. Verum iustitia originalis, & gratia gratum faciens, sint habitus realiter distincti? an vero sint idem habitus secundum rem, distincti vero secundum rationem per ordinem ad diuersos effectus?

¶ Et videtur, quòd sint idem habitus. Primo ex D. Thom. hic dicente. Ex quo datur intelligi, quòd si deserente diuina gratia soluta est obedientia carnis ad animam quòd per gratiam in anima existentem inferiora illi subdebantur: sed subiectio animæ ad Deum fiebat per iustitiam originalem, ergo erat idem habitus. Confirmatur primo. D. Thom in 1. 2. quæstio. 83. artic. 2. ad secundum docet, quod iustitia originalis est habitus inhærens ipsi essentiæ animæ: sed hoc ipsum dicit posteà de gratia gratum faciente in eadem. 1. 2. quæst. 110. artic. 4. Confirmatur secundo. D. Thom docet in 2. distin. 32. quæst. 1. ar. 1. ad primum & secundum, & in quæst. 4. de malo artic. 6. ad quartum, ꝙ iustitia originalis restituitur nobis per baptismum quantum ad suã formale, quod est subiectio aĩæ ad Deum, ergo idem est effectus formalis iustitiæ originalis, & consequenter est idem habitus.

¶ Secundò. In Concilio Tridentino Sess. 5. Canone. 1. & 2. dicitur, quòd Adam per peccatum amisit iustitiam & sanctitatem, sed sola gratia gratum faciens est, quæ efficit homines iustos & sanctos, ergo idẽ est habitus. Probatur consequentia. Quoniam non oportet habitus multiplicare realiter, quando sufficit distinctio secundum rõnẽ.

¶ Tertiò. Idem effectus formalis nõ potest esse à diuersis habitibus, sed illã subiectionem animæ ad Deum, quam à principio efficiebat iustitia originalis, efficit modo gratia gratum faciens, ergo tunc etiam efficiebat eam subiectionem ipsa gratia, & ex consequenti ex eã parte erat idem habitus.

¶ In hoc dubio Magister Soto. 1. de natura & gratia cap. 5. opinatur esse eundem habitum, & differentiam esse secundum rationem: propterea quòd in quantum iustitia originalis habuit aliquos effectus, quos non habet in quantum gratia gratũ faciẽs. Hanc eandem sententiam videtur supponere tanquam certam Magister Medina in 1. 2. q. 83. art. 2. & pro ea adducit D. Th. licet non dicat locũ, in quo id asserat. Hæc sententia potest explicari aliquibus exemplis ex Theologia. Primo ex D. Th. 3. par. q. 8. art. 5. qui ait, quod in Christo gratia capitis & habitualis, est idem habitus, & differentia est secundum rationem per ordinem ad diuersos effectus. Secundo. In cad. 3. par. q. 62. ar. 2. docet, ꝙ gratia sacramentalis & habitualis idẽ habitus est, sed differunt secundum rationem in ordine ad diuersos effectus. Aliqui etiam ex Doctoribus Theologis antiquioribus, sicut refert Richardus 2. dist. 30. artic. 3. q. 2. affirmant propter tertium argumentum, quod quantum ad effectũ superiorem, scilicet, subiectionem animæ ad Deum, iustitia originalis erat ipsa gratia gratum faciens.

¶ Oppositam sententiam, ꝙ iustitia originalis sit habitus realiter distinctus à gratia gratum faciente, docent vniuersi Doctores Scolastici tam ex antiquis quàm ex recentioribus. Ita docet Henricus quodl. 6. q. 11. & Durandus in 2. dist. 20. q. 5. art. 1. & Ægidius distinct. 29. par. 1. quæstione 2. & Scotus eadem distinct. quæstione vnica ad quartum, & Gabr. distinct. 30. quæst. 2. artic. 3. dub. 2. Caietanus in hoc articulo, & Ferra. 4. cont. gent. cap. 52. & cæteri discipuli D. Thom.

SIT prima conclusio. Sententia est D. Thom. manifesta, quòd iustitia originalis est habitus realiter distinctus à gratia gratum faciente. Probatur ex D. Thom. infra quæst. 100. ar. 1. ad secundum vbi reiicit opinionem illorum, qui asserebant, ꝙ filij Adam, si permansisset status innocentiæ, nascerentur cum iustitia originali, non autem cum gratia gratum faciente, & subdit, quòd si pueri nati fuissent cum iustitia originali, similiter etiam nati fuissent cum gratia gratum faciente; quoniam gratia gratum faciens est radix iustitiæ originalis, ergo intelligit esse distinctos habitus. Secundo D Tho. docet in 1. 2 quæst. 109. art. 3. & 4. ꝙ homo in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superadditę bonis naturalibus ad diligendum Deum super omnia dilectione naturali, & ad implẽda mandata legis quantum ad substantiã, benè tamen indigebat dono gratiæ superadditæ ad diligendum Deum, & implendum diuina mandata ex charitate, ergo intelligit habitum gratiæ esse superadditum integritati iustitiæ originalis. Tertio probatur ex quæst. 4. de malo art. 2. ad 17. vbi dicit, ꝙ iustitia originalis includit gratiam gratum facientem, si tamen non includit eam, non propter hoc excluditur, quin ea remanet iustitiæ originalis habeat rationem culpæ, &c. deinde q. 5. art. 1. ad 13. dicit. Ratio illa procedit secundum opinionem ponentium, quòd iustitia originalis non includit gratiam gratum facientem, quod tamen credo falsum, & infra subdit, quòd licet non includeret gratiam, erat tamẽ quædam dispositio, quę præexigebatur ad gratiam gratum facientem.

¶ Secunda conclusio. Absolutè & simpliciter loquendo multo verior & probabilior sententia est, quod iustitia originalis distinguitur realiter à gratia gratum faciente. Probatur primo. Sicut D. Thom. docet infra quæst. 100. art. 1. iustitia originalis est habitus, qui ex sua ratione erat dispositio naturæ humanæ non autem personæ, sed gratia gratum faciens respicit personã primò & per se, ergo. Probatur consequentia. Quia non potest esse idem habitus, qui respicit naturam primò, & per se, & personam primò & per se. Confirmatur primo. Peccatum originale propterea distinguitur secundum rem à peccato actuali, quoniam originale est peccatum naturæ primo & per se, actuale verò est peccatũ personæ primo & per se, ergo. Confirmatur secundo. Quoniam, vt docet D. Tho. 3. par. quæst. 8. artì. 5. propterea in Christo gratia capitis non distinguitur realiter à gratia habituali gratum faciente, quoniam in illo gratia respicit immediatè personam & nõ naturam, sed iustitia originalis respicit immediate naturam, & non personam, ergo. Secundo. Iustitia originalis ex sua ratione habet rectificare hominem in ordine ad finem naturalem, sicut apertè colligitur ex testimonio D. Thom. citato 1. 2. quæstione 109. artì. 3. & 4. & ita docent omnes authores supra citati, quamuis ipsa iustitia sit donum Dei gratuitum, & gratia gratis data, sed gratia gratum faciens ex sua ratione habet rectificare hominem in ordine ad Deum finem supernaturalem, & esse principium merendi & operandi ex charitate, ergo impossibile est, quòd sint idem habitus. Probatur consequentia. Quoniam habitus, qui respicit finem naturalem, & qui respicit supernaturalem, non possunt identificari. Tertiò. Adam per pœnitentiã nunquam recuperauit habitum iustitiæ originalis, vt notissimum est, constat autem, vt diximus dubio præcedenti ad secũdum, quòd recuperauit gratiã gratum facientem, ergo erant habitus distincti, quoniam ad hoc nõ potest sufficere distinctio rationis.

AD primum argumentum respondetur, ꝙ per gratiam gratum facientẽ, quæ erat radix iustitiæ originalis, subdebantur Deo superiora tanquam authori & fini supernaturali, per iustitiam autem originalem subdebantur superiora Deo tanquam fini naturali. Vnde non sequitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur, quòd gratia & iustitia essent idē habitus, sed quòd iustitia includeret gratiam, & hoc intendebat D. Thom. in hoc articulo. Ad primam confirmationem respondetur, quòd quamuis iustitia originalis & gratia gratum faciens subiectentur immediatè in anima, sunt tamen distincti habitus, & habent distinctos effectus formales, & diuersas rectificationes. Nam iustitia originalis rectificat primò & per se naturam in ordine ad Deum finem naturalem; gratia verò rectificat primò & per se non naturam sed personam, & hoc in ordine ad Deum finem supernaturalem. Quapropter nullo pacto dicendum est, ꝙ sit idem effectus formalis vtriusque actus. Ad secundam confirmationem respondetur, quòd solùm probat illam rectitudinē animæ ad Deum finem naturalem, quam efficiebat in illo statu iustitia originalis, ef ficere modò gratiam, ad quam pertinet rectificare animam non solùm in ordine ad finem supernaturalem, sed etiam in ordine ad finem naturalem. ¶ Ad secundum respondetur, quòd ad explicanda illa verba Concilij Tridentini quantùm attinet ad præsentem difficultatem, satis est dicere, quòd iustitia originalis & gratia erant habitus inseparabiles in Adam, quamuis inter se distinguerentur realiter. ¶ Ad tertium patet ex solutione ad primam confirmationem argumenti primi.

¶His positis respondetur ad quartum principale in primo dubio, occasione cuius hoc dubium secundum disputauimus, quòd quamuis ita sit, quòd iustitia originalis & gratia non sint idem habitus realiter, tamen quia ipsa iustitia dependebat à gratia gratum faciente, amissa gratia per peccatum simul etiam est amissa iustitia originalis in muliere non quidem totaliter, vt benè dicit Caietanus, sed quantum ad effectus superiores: quantùm verò ad effectus inferiores mansit in muliere ex diuina prouidentia vsque ad primum peccatum viri, vt donum quod collatum erat toti naturæ, amitteretur totaliter per peccatum viri, qui erat parens totius naturæ. Vel sicut docet Abulens. Gen. 3. Id factum est ex diuina permissione, vt haberet mulier locum tentandi virum; quod tamen non fecisset, si statim vt peccauit experiretur motus inordinatos & erubesceret.

A

B

C

D

E

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm in primo homine fuerint animæ passiones.

AD SECVNDVM sic pro- 477
ceditur. Videtur, quòd in pri- Vers. q
mo homine non fuerint ani- 2. art. 3.
mæ passiones. Secùndum enim col. 3.
passiones animæ contingit, ꝙ ca- 2 ad 6.
ro concupiscit aduersus spiritum. Sed hoc non erat in statu innocentiæ. Ergo in statu innocentiæ non erant animæ passiones.

¶ 2 Præterea Anima Adæ erat nobilior quàm corpus. Sed corpus Adæ fuit impassibile. Ergo nec in anima eius fuerunt passiones.

¶ 3 Præterea per virtutem moralem comprimuntur animæ passiones. Sed in Adā fuit virtus moralis perfecta. Ergo totaliter passiones excludebantur ab eo.

SED contra est, quod dicit Augustin. 14 de ciuitate Dei, quòd erat in eis amor imperturbatus in Deum, & quædam alię animæ passiones. Lib. 14 c. 10. ad Procul. tom. 5.

RESPONDEO dicendum, quòd passiones animæ sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonum & malum. Vnde omnis passionum animæ, quædam ordinantur ad bonum, vt amor & gaudium: quædam ad malum, vt timor & dolor. Et quia in primo statu nullum malum aderat, nec imminebat, nec aliquod bonum aberat quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendum, vt patet per Augustin. 14. de ciuitate Dei: omnes illæ passiones quę respiciunt malum, in Adam non erant, vt timor, vt dolor, & huiusmodi: similiter nec illæ passiones, quæ respiciunt bonum non habitum, & nunc habendum, vt cupiditas æstuans. Illę verò passiones, quæ possunt esse boni præsentis, vt gaudiū & amor, vel quę sunt futuri boni in suo tempore habendi, vt desiderium & spes non affligens, fuerunt in statu innocentiæ, aliter tamen quàm in nobis: nam in nobis appetitus sensualis, in quo sunt passiones, non totaliter subest rationi. Vnde passiones quandoque sunt in nobis præuenientes iudicium rationis, Lib. 14 de ciuitate Dei cap. 20. 20. 5.

nis, & impedientes: quandoque verò ex iudicio rationis consequentes, prout sensualis appetitus aliqualiter rationi obedit. In statu verò innocentię, inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus. Vnde non erant in eo passiones animę nisi ex rationis iudicio consequentes.

AD primum ergo dicendum, quòd caro concupiscit aduersus spiritum per hoc quòd passiones rationi repugnant. Quod in statu innocentiæ non erat.

AD secundum dicendum, quòd corpus humanum in statu innocentiæ erat impassibile quantum ad passiones quę remouent dispositionem naturalem, vt infra dicetur. * *Et similiter anima fuit impassibilis quantū ad passiones quæ impediunt rationem.*

Quæst. 97. art. 1.

AD tertium dicendum, quod perfecta virtus moralis non totaliter tollit passiones, sed ordinat eas. Temperatio enim est concupiscere sicut oportet, & quę oportet, vt dicitur in * *3. Ethi.*

Lib. 3. Ethic. c. 11. ad fi. tom. 1

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Illę passiones, quæ respiciunt malum, vt timor &c. non fuerunt in Adam.

¶Secunda conclusio. Illæ passiones, quæ respiciunt bonum non habitum, & statim habendum, vt cupiditas æstuans non erant in Adam.

¶Tertia conclusio. Illę passiones, quæ respiciunt bonum futurum habendum suo tempore, vt desideriū & spes nō affligens, erant in Adam.

¶Quarta conclusio. In illo statu non erant passiones præuenientes vsum rationis, sed omnes erant consequentes iudicium rationis.

COMMENTARIVM.

IN primis hoc articulo videtur, quòd in Adam nullæ fuerint passiones animæ? Primo. Nam vt dicit Cicero lib. de Tuscul. quæstionibus. q. 4. circa principium, passiones animæ sunt quædam ægritudines, sed in Adam antè peccatum nulla fuit ægritudo animæ sequitur peccatum, iuxta illud Psal. 40. Sana animā meā, quia peccaui tibi. ergo in Adam non fuerunt passiones. Confirmatur. Nam D. Augustin. 6. de ciuitate Dei cap. 4. in principio, & lib. 14. cap. 9. dicit, quòd passiones animæ quidam vocant morbos, vel perturbationes animæ, sed nullus morbus, aut perturbatio animæ poterat esse in illo statu, ergo. ¶Secundo. Nam sicut D. Damasc. dicit lib. 2. Orthod. fidei cap. 22. operatio est, quæ secundum naturam motus est, passio vero quæ præter naturam, sed nihil, quod sit præter naturam, poterat esse in illo statu in moribus animæ, ergo. Confirmatur. Nam huiusmodi passiones inducunt maximè hominem ad peccatum, vnde ad Roma. 8 dicuntur passiones peccatorum, ergo. ¶Tertio. Id, quod perturbat rationis iudicium, nullo modo potuit esse in illo statu, sed omnes animi passiones perturbant rationis iudicium, vt communiter solet dici, & D. Hieronymus videtur approbare in illud Matth. 5. Qui viderit mulierem, &c. & Sallustius etiam ait: omnes, qui de rebus dubijs consulant, ab ira odio, &c. vacuos esse debere, ergo. Confirmatur. Passio enim est quædam animæ perturbatio à recta ratione aduersa, id nanque significat hoc nomen passio, sed in illo statu non poterat esse huiusmodi animæ perturbatio, ergo. ¶Quarto. Corpus hominis in illo statu si perseueraſſet, fuisset impassibile, ergo & multo magis anima fuisset impassibilis, ac per consequens in ea non fuissent passiones, cum de earum ratione sit susci pi in subiecto passibili. Confirmatur. Nam in omni passione additur aliquid vel minuitur à motu naturali cordis, mouetur enim cor vel vehementius, vel remissius dilatione vel constrictione, & oportet etiā quòd omnis passio fit cum transmutatione corporali, & si talis transmutatio fuerit no ciua, habebit magis de ratione passionis, vt sæpè ait D. Tho. in 1.2. in materia de passionibus; hæc autem omnia repugnant statui innocentiæ, ergo.

¶Aduertendum est primo, quòd passiones sunt in duplici differentia. Aliæ quidē sunt rationales existentes in voluntate, vt gaudium & delectatio secundum quòd sequuntur

A

B

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequuntur cognitionem intellectus: aliæ vero sunt animales. Primæ quidem non sunt ita propriè passiones sicuti secundæ, quæ quidem sic diffiniti solent. Passio animalis est motus siue transmutatio corporis ex cognitione conuenientis proueniẽs existens in parte sensitiua. In præsenti articulo D. Tho. præcipuè loquitur de passionibus secundi generis, licet etiam possit intelligi de primis. ¶ Aduertendum est secũdo, ꝙ licet D. Hieronymus in loco citato in argumento tertio, distinguat de passione, ꝙ passio est, quæ dominatur in animo, vt aliquid faciat contra rationem, propassio vero est motus appetitus sensitiui, non vt est contra rationem, sed simplex motus ipsius, quam etiam distinctionem approbat D. Thom. 3. parte quæst. 15 art. 4. nihilominus tamen in communi modo loquẽdi hoc nomen passio non semper significat motum prauum & inordinatum, sed significat etiam motum simplicem passionis sine aliquo vitio, quod patet quia sancti vt Damascenus lib. 3. de fide orthod. cap. 20. & alij sancti concedunt absolutè passiones in Christo, quas tamen absolutè & sine distinctione non concessissent, si passio illam animi perturbationem ex sua ratione importaret. ¶ Tertio est aduertendum ex D. Thom. 3 par. quæst. 15. art. 4. ꝙ animam in corpore constitutam dupliciter contingit pati. Vno modo passione corporali, alio modo passione animali. Passione quidem corporali patitur per corporis læsionem. Cum enim anima sit forma corporis, consequens est, quod vnum sit esse animæ & corporis, & ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est ꝙ anima per accidens perturbetur, scilicet, quantum ad esse quod habet in corpore. Passione animali pati dicitur anima secundum operationem, quæ vel est propria animæ, vel principalius est animæ quàm corporis. Et quanuis secundum intelligere & sentire, dicatur hoc modo anima aliquid pati, tamen proprijssimè dicuntur passiones animæ affectiones appetitus sensitiui.

¶ His positis est prima conclusio. Omnes illæ passiones tam appetitus rationalis quàm sensitiui, quæ non repugnabant cum statu innocentiæ, erant in Adam, & fuissent in eius filijs, si ille status perseuerasset. Hæc conclusio est communis omnibus Theologis in 2. dist. 29. & 30. & eam hic habet D. Thom. & probatur. Nam huiusmodi ad passiones sunt à natura, & ita sint secundum rationem, maxima laude digni, ergo erant in illo statu. Quæ autem sint illæ passiones quæ repugnant cum illo statu, quæ vero non, optimè explicatur D. Tho. in articulo per quatuor conclusiones, & de illis quæ repugnant nos etiam dicemus dubio sequenti.

¶ Secunda conclusio. Illæ passiones, quæ fuissent in illo statu, neque haberent corporalem passionem & læsiuam, sed tantũ animalem, neque essent cum aliqua perturbatione communi, sed cum maxima rectitudine. Probatur prima pars. Nam, vt videbimus quæst. 97. articulo 2. homo in illo statu non fuisset passibilis aliqua passione læsiua, & corruptiua, sed tantum perfectiua, ergo. Secunda vero pars est Thomæ in articulo, quam etiam probat optima ratione.

¶ Ad primum argumentum patet ex secunda parte præcedentis conclusionis, & notabili secundo. Illæ enim passiones existentes in Adam erãt absque omni perturbatione rationis, aut animi agritudine, quam passio importat ex sua ratione. Tullius autem in loco citato loquitur secundũ opinionem Stoicorum, qui non vocabant passiones quoscũque motus appetitus sensitiui, sed solum inordinatos, tales autem passiones iam diximus non fuisse in Adã. Ad Diuum Augustinum respondetur, ꝙ ei tat ibi philosophos Stoicos. De quo vide D. Thom. in 1.2 q. 24. art. 2.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ in illo statu, vt diximus in eadem secunda cõclusione, fuissent passiones sine aliqua trãsmutatione corporali læsiua. Ad confirmationem vero dicitur, ꝙ passiones animæ inquantũ sunt præter ordinẽ rationis, inclinãt ad peccatũ. Iam aũt patet ex dictis, ꝙ fuissent passiones tunc sine ista deordinatione, sicuti ẽt in Christo fuerunt huiusmodi sine tali deordinatione, vt dicit D. Thomas in 3. parte vbi supra, ex quo etiam patet ad tertium, & ad quartum.

Dubitatur

Dubitatur secundo. Vtrum in illo statu fuissent aliquæ passiones respicientes malum, vt dolor timor, &c.?

¶ Et videtur quod sic. Primò. Nam Adã in illo statu poterat videre aliquod deforme, vel gustare aliquid amarum: sed ex his proueniret illi aliqua tristitia, ergo.

¶ Secundò. Adam sciebat, quòd quacunque die peccaret, incurreret pœnam mortis, Genes. 2. sed aliundè sciebat, quòd poterat per peccatum deficere ab illo statu, ergo hac cogitatione poterat timere mortem, & peccatum; sed timor pœnam habet, vt dicitur. 1. Ioan. 4. ergo.

¶ Tertiò. In Christo Domino & in beatis est timor, ergo & in Adam. Probatur consequentia, quia tantum repugnat, imò & multo magis Christo & beatis malum, quàm Adam, ergo.

¶ In hac re Scotus in 2. distinctione 29. q. vnica, nullum reputat inconueniens, ꝙ in illo statu esset aliquis dolor, vel tristitia in appetitu, qui tamen semper moderaretur per iudicium rationis & consentit cum Scoto Gabr. dist. 30. q. 1. dub. 1.

¶ Nihilominus tamen opposita sententia est D. Thom. quę quidem est certa & communis Doctoribus, Durando in 2. dist. 19. q. 2. & Richard. dist. 30. ar. 4. q. 1. Et probatur primo ex D. Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 10. vbi docet optimis verbis, ꝙ in illo fœlicissimo statu homines nullo dolore vel timore vel malo affici poterant, in quo erat tranquilla deuitatio peccati. Secundo probatur. Dolor & tristitia sunt pœnę, quę ortum habuerunt ex primo peccato Adę, vt ostendit D. Tho. in 1.2. q. 85. ar. 6. & D. Chryso. homil. 5. ad populum, vbi docet, ꝙ sicut ex ligno oritur vermis, qui ipsum corrodit, ita etiam ex peccato ortum habuit tristitia, quę ipsum consumit, ergo vbi nullum peccatũ erat, nulla potuit esse tristitia.

¶ Ad primum argumentum respondetur, quòd vt Caiet. dicit, quando primis parentibus aliquod obiectum disconueniens vel contristans occurreret, nullo modo sigerent sensum in illo, sed potius auerterẽt statim, ne indè sequeretur aliqua tristitia vel dolor, maximè vero quoniam ad Dei prouidentiam spectabat prę seruare illos ab omni passione, quę repugnabat cum felicitate illius status.

¶ Ad secundum negatur consequentia, quoniam timor non est de quocunque malo futuro, sed de malo imminẽti & arduo, sicut docet D. Thom. in 1.2. q. 41. arti. 2. & 3. primis vero parentibus facilè erat superare omnia occurrentia, quandiù perseuerasset integritas illius status. Quapropter sicut nõ poterat esse tristitia in illo statu, ita neque timor de malo futuro.

¶ Ad tertium respondetur, ꝙ in Christo Domino & fuit timor, qui est donum Spiritus sancti, de quo D. Tho. in 3. parte q. 7. artic. 6. & fuit etiam timor, qui est passio, de quo in eadem 3. parte q. 15. ar. 7. quia licet Christus esset beatus ab instanti suæ conceptionis, nihilominus habebat corpus passibile etiam passione corporali & læsiua. At vero in beatis quanuis sit timor, qui est donum Spiritus sancti; non tamen est timor, qui est passio, quia habent corpora gloriosa & impassibilia, & nullum eis imminet malum. Similiter etiam dicimus de Adam; quod habuit timorem, qui est donum Spiritus sancti: hic enim timor est virtus & non passio: non autem habuit timorem, qui est passio, quia nullum imminebat ei malum in illo statu, quod posset timere. Quem autem actum haberet timor, qui est virtus in Adam, patet ex his, quæ soleut dici in 3. parte locis citatis, & in 2.2. quæst. 19. art. 2. & 11. & patebit etiam ex his, quæ dicemus articulo sequenti de alijs virtutibus, quæ versantur circa malum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Adam habuerit omnes virtutes.

478

AD TERTIVM sic proceditur, 2. di. 19. *Videtur, quòd Adam non habuerit omnes virtutes. Quedam.n.* ar. 3. cor. & ad primum *virtutes ordinantur ad refrenã dam immoderantium passionum, sicut per temperantiã refrenatur immoderata concupiscentia, & per fortitudinem immoderatus timor. Sed immoderantia passionum non erat in statu innocentiæ. Ergo nec dicte virtutes.*

¶ 2 *Præterea. Quædam virtutes sunt circa passiones respicientes malum, vt mansuetudo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo circa iras, & fortitudo circa timores. Sed tales passiones non erant in statu innocentiæ, vt dictum est.* Ergo nec huiusmodi virtutes. Art. præc.

¶ 3 Præterea. Pœnitentia est quædam virtus respiciens peccatũ prius commissum. Misericordia etiam est quædam virtus respiciens miseriam. Sed in statu innocentiæ non erat peccatum, nec miseria. Ergo neque huiusmodi virtutes.

¶ 4 Pretera. Perseverantia est quædã uirtus. Sed hanc Adã non habuit, vt sequens peccatum ostendit. Ergo non habuit omnes virtutes.

¶ 5 Præterea. Fides, quædam virtus est. Sed hæc in statu innocentiæ non fuit. Importat enim æniqmaticam cognitionem, quæ perfectioni primi status repugnare videtur.

Augu. in cõcione ad catheeumenos cõtra Iudæos, paganos, & Arria. e.2. circa medium tomo.6. SED contra est, quod Augu. dicit in quadam Hom. Princeps vitiorum vicit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum.

RESPONDEO dicendum, quòd homo in statu innocentiæ aliqualiter habuit omnes virtutes. Et hoc ex dictis patet esse verum. Dictum est enim supra,* q̃ talis erat rectitudo primi status, q̃ ratio erat Deo subiecta, inferiores autem vires rationi. Virtutes autem nihil aliud sunt quàm perfectiones quædam, quibus ratio ordinatur in Deũ, et inferiores vires disponuntur secundũ regulã rationis, vt magis patebit, cũ de virtutibus agetur.* Vnde rectitudo primi status exigebat vt homo aliqualiter omnes virtutes haberet.

SED considerandum est q̃ virtutum quædam sunt quæ de sui ratione nullam imperfectionem important, vt charitas & iustitia. Et huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocentiæ simpliciter, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quædam verò sunt, quæ de sui ratione imperfectionem importãt, vel ex parte materiæ. Et si huiusmodi imperfectioni primi status, nihilominus huiusmodi virtutes poterant esse in primo statu. sicut fides, quæ est eorum quę non videntur: & spes, quæ est eorum quæ non habentur. Perfectio enim primi status non se extendebat ad hoc quòd videret Deum per essentiam, & vt haberet cum fruitione finalis beatitudinis. Vnde fides & spes esse poterant in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Si verò imperfectio quæ est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi virtus ibi esse secũdum habitum, & non secundum actum, vt patet de pœnitentia, quæ est dolor de peccato commisso, & de misericordia, quæ est dolor de miseria aliena. Perfectioni autem primi status repugnat tam dolor, quàm culpa & miseria. Vnde huiusmodi virtutes erant in primo homine secundum habitum, & nõ secundum actum. Erat enim primus homo sic dispositus, vt si peccatum præcessisset, doleret, et similiter si miseriam in alio videret, eam proposse repelleret. Sicut Philosophus dicit in 4. Et hic. quòd verecundia quæ est de turpi facto contingit studioso solum sub conditione. Est enim sic dispositus, quòd verecundaretur si turpe aliquid committeret.

* Li. 4 Ethic. cap. vltimo. in fi. secundi.

AD primum ergo dicendum, quòd accidit temperantiæ & fortitudini, q̃ superabundãtiam passionum repellat, inquantum inuenit passiones superabundantes in subiecto. Sed per se conuenit huiusmodi virtutibus passiones moderari.

AD secundum dicendum, quòd illæ passiones ad malum ordinatæ repugnant perfectioni primi status, quæ habent respectum ad malum in ipso qui afficitur passione, vt timor & dolor. Sed passiones quæ respiciunt malum in altero, non repugnant perfectioni primi status. Poterat enim homo in primo statu habere odio malitiam demonum, sicut & diligere bonitatem Dei. Vnde & virtutes quæ circa tales passiones essent, possent esse in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quæ verò sunt circa passiones respicientes malum in eodem subiecto, si circa huiusmodi solas passiones sunt, non poterant esse in primo statu secundum actum, sed solum secundum habitum, sicut de pœnitentia & misericordia dictum est.* Sed sunt quædam virtutes quæ non sunt circa has passiones solum, sed etiam circa alias, sicut temperantia, quæ non solum est circa tristitias, sed etiam circa delectationes, & fortitudo, quæ non solum est circa timorem, sed etiam circa audaciam & spem. Vnde poterat esse in primo statu actus temperantiæ secundum quod est moderatiua delectationum, & similiter fortitudo secundum quod

In corp. art.

est moderatiua audaciæ siue spei, non autem secundũ quod moderatur iustitia & timorẽ.

In corp. art. AD tertium patet solutio ex his quę dicta sunt.*

AD quartum dicendum, quod perseverãtia dupliciter sumitur. Vno modo prout est quædam virtus. Et sic significat quendam habitum quo quis eligit perseverare in bono. Et sic Adam perseverantiam habuit. Alio modo prout est circunstantia virtutis, & sic significat continuationem quandam virtutis absque interruptione. Et hoc modo Adam non perseverantiam habuit.

In corp. art. AD quintum patet responsio per ea quæ dicta sunt.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Adam in statu innocentiæ aliqualiter habuit omnes virtutes.

¶Secunda conclusio. Illę virtutes, quæ nullam important imperfectionem, vt charitas, iustitia, &c. erant in Adam secundum habitum & actũ.

¶Tertia conclusio. Illæ virtutes, quæ important aliquam imperfectionem, quę nõ repugnat cum statu innocentiæ, erant in Adam secũdum habitum & actum, vt fides & spes.

¶Quarta conclusio. Illę virtutes, quæ important aliquam imperfectionem repugnantem perfectioni illius status erant in Adam secundũ habitum, nõ autem secundum actũ, vt virtus pœnitẽtiæ & misericordiæ.

¶Quinta cõclusio ad secundum. Virtutes morales q̃ versantur circa passiones vt temperantia & fortitudo, erãt in Adam secundum actum & habitum.

COMMENTARIVM.

DVbium potissimum in hoc articulo est circa quartam & quintam conclusionem; An sint veræ? Et videtur, quòd nõ.

Primò. Virtutes morales ponuntur in appetitu sensitiuo ad moderandas passiones; sed in illo statu essent passiones admodũ moderatæ per iustitiã originalem, & essent cũ maximo iudicio & deliberatione rationis, vt patet ex articulo præcedenti, ergo.

¶Secundò. Propterea in beatis non ponitur virtus pœnitentiæ, quoniam actus illius non potest stare cum statu beatifico; sed similiter non poterat stare actus illius cum felicitate status innocentiæ, vt ipse D. Tho. fatetur in articulo. Confirmatur. Nã habitus ordinantur ad actus tanquàm ad fines, ergo vbi non possunt esse actus non possunt esse habitus. ¶Tertiò. In illo statu non erat neq; poterat esse ratio formalis obiecti, v.g. misericordiæ aut pœnitentiæ, ergo neq; habitus. Probatur consequentia. Quia habitus specificatur à ratione sua formali. Antecedens autem probatur. Quia ratio formalis misericordiæ est subleuatio alicuius miseriæ, ratio autem formalis pœnitentiæ est peccatum detestandum, sed in illo statu non poterat esse aut miseria aut peccatum, ergo. ¶Quartò. In Adam esset superflua virtus pœnitentiæ in illo statu, quoniam si Adam non peccasset, nunquã haberet actum pœnitentiæ, si verò peccasset, statim amisisset illam virtutem cũ ipsa gratia antequàm exiret in actum, ergo. ¶Quintò. Nam vel istæ conclusiones D. Tho. intelliguntur de solo Adam, vel etiã de eius filijs. Non de solo Adam quia D. Tho. de statu illo loquitur. Neque de filijs eius, nam Deus solùm Adæ infudit omnes habitus & virtutes, at verò filij eius discursu temporis acquirere debebant illas. Sed hos habitus non poterant acquirere. v.g. misericordiam, & pœnitentiam, quia isti habitus, si erant acquirendi per actus, erant acquirendi sicut & omnes alij habitus, sed tales actus non poterant esse, vt etiam D. Thom. concedit, ergo.

DVrandus in 2. dist. 29. quæst. 2. negat, quòd in statu innocentiæ essent virtutes, quæ immediate versantur circa passiones, vt temperantia & fortitudo. Alijs verò videtur, quòd in illo statu non potuit esse virtus pœnitentiæ. Nihilominus tamen sententia D. Thom. est certissima, & cõuincitur probationibus eius, & est ſq-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rè communis doctrina Theologorum, in illa dist 29.Richar.art.1.quæst.3. & Gabr q.vnica dub.3.

¶Ad primum argumentum respondetur, quòd illa moderatio passiouum non poterat esse à sola iustitia originali sine virtutibus moralibus,propterea quòd iustitia originalis non est habitus operatiuus, sed immediatè inhærens ipsi essentiæ animæ, vt ostendimus ex Diuo Thoma in articulo 1.dubio.2. Itaque sicut in nobis gratia gratum faciens rectificat potentias medijs virtutibus: ita etiam in illo statu rectificabat iustitia originalis mediantibus virtutibus. Quapropter etiam in Christo, in quo erat summa gratia, & passiones maximè redactæ ad mediocritatem, ponuntur virtutes morales i parte appetitiua,vt D.Th. ostendit in 3.parte q.7.ar.2.

¶Ad secundum negatur maior, imò in beatis manet virtus pœnitentiæ secundū habitum,vt docet Diuus Thomas expressè in 4.di.14.q.1.articulo.3.quæstiuncula. 3.vbi dicit,q̃ in beatis manet virtus penitentiæ secundum habitum, & secundum actum gratias agendi Deo, non autem secundum actum qui est dolor de peccatis, sicut est in viatoribus. Vnde à fortiori hæc virtus esset in illo statu innocentiæ,qui status erat amissibilis per peccatum, cum tamen status beatificus sit omnino inamissibilis.In angelis vero non potuit esse virtus pœnitentiæ,vt D. Thomas docet in eodem loco,quæstiuncula.4. quoniam angelus ex sua natura, est inadeptiuus pœnitentiæ,vt dicit Damasce.2.de fide orthodo. capit.3. propterea, quòd est inuertibilis post plenam deliberationem. Similiter non potuit esse hæc virtus pœnitentiæ in Christo,quoniam illud suppositum ex sua natura erat impeccabile etiam de potentia Dei absoluta non solùm in natura diuina, sed etiam in natura humana, & ex consequenti erat incapax pœnitentiæ.Et ita Diuus Thomas negat virtutem penitentiæ fuisse in Christo in 3.parte quæstione 84. articulo 7. ad quartum, & consentit huic doctrinæ huius solutionis Richardus in 4 distinctione 14.articulo.3.quæstione.2.Ad confirmationem respondetur, quòd licet stante illo statu non poterant esse illi actus, absolutè tamen poterant esse respiciendo naturam humanam. Habitus autem & virtutes nec essarię sunt ad id,quod absolutè est & simpliciter Ex quo patet etiam.

¶Ad tertium.Nam licet durante illo statu non poterant esse neque miseria neque peccatum, absolutè tamen respiciendo naturam hominum poterant illa esse, atque ita à suauissima & omnipotenti prouidentia Dei huic absolutè necessitati per illas virtutes est prouisum,quod amplius explicabitur ad quartum.

¶Ad quod negatur antecedens, & ad probationem respondetur, quòd quamuis de facto Adam amissurus erat illam virtutem per peccatum, tamen Deus attendebat id, quod erat per se & illi conueniens suppositа infusione gratiæ,ad quam per se loquendo consequuntur virtutes morales infusæ, quarum vna est virtus pœnitentiæ, per accidens vero est,quòd homo sit illam amissurus per peccatum, antequam exeat in actum.Quod possumus explicare manifesto exemplo. Deus in baptismo paruulis simul cum gratia infundit virtutes, vt non careant legitimo effectu illius Sacramenti, quamuis sciat aliquos illorum,cum venerint ad vsum rationis,statim peccaturos, & amissuros ex consequenti illas virtutes, antequam habeant vsum illorum. Similiter ipsi primo homini ex sua prouidentia contulit gratiam, quam sciebat illum statim esse amissurum; quoniam, ficut benè dicit Gabriel.in illa distinctione. 29. quæstione vnica dubio. 2. attendebat Deus non euentum futurum, sed præsentem congruentiam & idoneitatem. Sicut etiam Diuus Augustinus docet libro.12.de ciuitate capite.21.& 27.quòd Deus sapienter creauit hominem, quem tamen sciebat statim esse peccaturū; & ex Sacra Scriptura constat,quòd collocauit illum in paradiso voluptatis, ex quo loco statim erat ejciendus. Vide Magistrum Soto in 4. distinctione.14.quæstio.2.articulo.5.

¶Ad quintum respondetur, quòd omnes isti habitus infundebantur filijs Adę in sua creatione. Et si instes, quòd pueri non fuissent nati cum scientijs,sed eas successu temporis acquirerent, vt Di.Thom. dicit, infrà quęstio. 101. articulo. 1. ergo neque

neque nati fuissent cum his virtutibus,sed eas deberent acquirere successu temporis, quia eadem videtur ratio. Respondetur, quòd ratio disparitatis est, quòd, vt dicit Di.Thom.infra quæstione 100. articulo ja- ad secundum, pueri nascerentur cum gratia, quæ non potest esse sine aliis omnibus virtutib⁹,quia ab ea sicuti passiones ab essentia fluunt, atque ita qui dabat gratiam Deus,consequenter etiam infundebat reliquas virtutes, sicut modo in pueris baptizati contingit.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quàm opera nostra.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merēdum, quàm opera nostra. Gratia ex Dei misericordia datur,quæ magis indigentibus,subuenit magis.Sed nos indigemus magis gratia, quia primus homo in statu innocentiæ. Ergo copiosius infunditur nobis gratia. Quæ cùm sit radix meriti,opera nostra efficaciora ad merendum redduntur.

¶ 2 Præterea. Ad meritum requiritur pugna quędam & difficultas.Dicitur n.2.ad Timotheum secundo. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.Et Philosophus dicit in 2.ª Ethicorum,quòd virtus est circa difficile & bonum. Sed nunc est maior pugna, & difficultas. Ergo & maior efficacia ad merendum,

¶ 3 Præterea. Magister dicit 24.dist.ª 2. resistendo. Nunc autem meretur qui tentationi resistit. Ergo efficaciora sunt opera nostra ad merendum,quàm in primo statu.

SED contra est, quia secundum hoc homo esset melioris conditionis post peccatū.

RESPONDEO dicendū,quòd quantitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo ex radice charitatis & gratia. Et talis quantitas meriti respondet præmio essentiali quod consistit in Dei fruitione. Qui n. ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruitur. Alio modo pensari potest quantitas meriti ex quantitate operis. Quæ quidem est duplex, scilicet absoluta, & proportionalis. Vidua enim quæ misit duo æra minuta in gazophylacium, minus opus fecit quantitate absoluta,quàm illi, qui magna munera posuerunt. Sed quantitate proportionali vidua plus fecit secundum sententiā Domini,quia magis eius facultatem superabat. Vtraque tamen quantitas meriti respondet præmio accidentali, quod est gaudiū de bono creato. Sic igitur dicendum, quòd efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in statu innocentię, quam post peccatum, si attendatur quantitas meriti ex parte gratię, quæ tunc copiosior fuisset nullo obstaculo in natura humana inuento. Similiter etiam, si consideretur absoluta quantitas operis. Quia cùm homo esset maioris virtutis, maiora opera fecisset. Sed si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit paruum opus potestatem eius qui cum difficultate operatur illud, quàm opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

AD primum ergo dicendum, quòd homo post peccatum ad plura indiget gratia, quàm ante peccatum, sed non magis, quia homo etiam ante peccatum indigebat gratia ad vitam æternam consequendam, quæ est principalis necessitas gratiæ. Sed homo post peccatum super hoc indiget gratia etiam ad peccati remissionem, & infirmitatis sustentationem.

AD secundum dicendum, quòd difficultas & pugna pertinent ad quantitatem meriti secundum quantitatem operis proportionalem,vt dictum est.ª Et est signum promptitudinis voluntatis, quæ conatur ad id quod est sibi difficile, promptitudo autem voluntatis causatur ex magnitudine charitatis. Potest autem contingere q̃ aliquis ita prompta voluntate faciat opus aliquod facile sicut alius difficile,quia paratus esset facere, etiā quod sibi esset difficile. Difficultas tamen actualis in quantum est pœnalis, habet etiam q̃ sit satisfactoria pro peccato.

AD tertium dicendum, quòd resistere tentationi,primo homini non fuisset meritorium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium, secundum opinionem ponentium, quòd gratiam non haberet. sicut nec modo est meritorium nã habenti gratiam. Sed in hoc est differentia, quia in primo statu nihil erat interius impellens ad malum, sicut modò est. Vnde magis tunc poterat homo resistere tentationi sine gratia, quàm modo.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Quantitas meriti ex radice charitatis & gratiæ respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Ratio est. Nã qui ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruitur.

¶ Secunda conclusio. Quantitas meriti ex quantitate operis siue absoluta, siue proportionali, respondet præmio accidẽtali, quod est gaudium de bono creato.

¶ Tertia conclusio principalis & respondens titulo quæstionis. Efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in statu innocentiæ, siue attendatur quantitas meriti ex parte gratię, siue ex quantitate absoluta operis. Ratio est, quia tunc copiosior fuisset gratia, & homo esset maioris virtutis.

¶ Quarta conclusio etiam principalis. Si consideretur quantitas operis proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum. Ratio est, quia propter imbecillitatem hominis magis excedit paruum opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quàm opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

COMMENTARIVM.

DVo sunt, quæ difficultatem habent in doctrina huius artic. Alterum quidem, quod presupponitur à D.Tho. in duabus prioribus conclusionibus. Alterum; qd asseritur in aliis duabus directè respondẽ-

A do titulo articuli. Illud quidem prius, abũde satis à nobis explicatum est in comm. super 2.2.S.Thom. q.24.art.6. vbi ostendimus, quomodo præmium essentiale correspondens bonis operibus commensuratur quantum ad quantitatem cum quantitate charitatis, à qua procedunt & imperãtur. Ita sanè vt siue opus sit magnum, quale est martyrium, siue paruulum sicut est dare potum aquæ frigidæ sitienti, si tamẽ ex æquali charitate imperantur, non dabitur

B operanti maius præmium essentiale propter vnũ opus, quàm propter aliud: quamuis martyr excedat quantum ad præmium accidentale: vt expressissime colligitur ex doctrina D.Thomæ in solutione ad secundum in hoc articulo. Sed quoniam non desunt, qui etiam super hunc articulum velint fingere commenta doctrinæ Diui Th. contraria, & eum vocetenus præcepto rem appellare; statim dicemus aliquid, vn

C de illorum imaginatio, quàm sit doctrinæ Di. Thomæ contraria intelligatur. Prius tamen explicemus legitimam difficultatem huius articuli, ne videamur extra chorum canere, sicut quidam Theologorum consueuerunt, qui vbi opus est tacent ac dissimulant difficultates: vbi autem non erat opus, ibi nimia prolixitate sua commenta importunè interponunt.

DVbitatur ergo. An simpliciter loquendo asserẽdum sit, q⁹ homo in statu innocentiæ plus meruisset, quantum ad præ-

D mium essentiale, imo & quantum ad accidentale secundum quantitatem absolutã operum, quàm mereantur homines in statu naturæ lapsæ iustificati per Christi gratiam qui dicitur secundus Adam? ¶ Ratio dubitandi est, quia D.Tho. in 4. conclusione solùm videtur hanc excellentiam tribuere regeneratis in Christo, q⁹ plus mereantur de præmio accidentali, & hoc quidem non absolutè, sed secundum quantitatem proportionalem operis. Hoc sanè ma-

E iorem difficultatem mihi ingerit, quàm q⁹ in duabus prioribus conclusionibus præsupponit. ¶ Arguitur ergo primo pro parte negatiua ex doctrina Apostoli ad Rom. 5. vbi commendans abũdantiam gratiæ, quæ datur nobis per Christum, dicit. Non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto

cto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abũdabit. Super quẽ locum aduertunt doctores, quod hæc abũdantia Christi Domini non in eo ostenditur, quòd plures sint, qui salutem in Christo consequatur, quàm qui ex delicto Adæ pereunt. Particula enim, Plures, non accipitur comparatiuè, sed duntaxat pluralem numerum designat, est enim eadem vox in illo loco in græco, quæ præcesserat cum dixerat. Si enim vnius delicto multi: sed omnino hæc abundantia in eo videtur ab Apostolo posita & collocata, quòd maiorem effectum efficiat in bonum regeneratorum in Christo, quam delictum Adæ fecerat in malo, ergo maior gratia collata est per Christum, quàm fuisset gratia conferenda per Adam, alioquin maius damnum fecisset delictum Adæ, quàm bonum gratię & meritum Christi. Confirmatur ex eo, quod ibidẽ dicit Apostolus. Si .n. vnius delicto mors regnauit per vnũ; multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uita regnabunt per vnũ Iesum Christum, ergo maiorem gloriã absolutè consequentur regenerati in Christo, quàm essent accepturi, si Adam in statu innocẽtiæ perseuerasset. Atque ita adimplebitur, quod ibidem dicit Apostolus. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.

¶ Arguitur secundo ratione. Deus non permittit peccatum, quod est maximum malũ, nisi quia vsque adeo ipse bonus est, vt occasione peccati maius bonũ efficiat. At vero si in statu innocentiæ hoies maiorem gratiam & gloriã essent habituri, frustra permissum fuisset Adę peccatũ. Confirmatur. Qm̃ Deus occasione peccati voluit ostendere maximè omnia sua attributa, sapientiam, omnipotentiã, iustitiam, & misericordiam. At vero nisi post peccatum abundantiores fuissent effectus horũ attributorum, magis ostenderetur illorum magnitudo in statu innocentiæ, nec plenè verificaretur, quod Apostolus dicit ad Roman. 9. Quod si Deus volens ostendere irã & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iręapta in interitu, vt ostenderetur diuitias gloriæ suæ in

A vasa misericordiæ, quę præparauit in gloriam, ergo Deus permittit & sustinet peccatum, vt magis ostendat diuitias gloriæ suæ. Quod si beatiores futuri erant homines in statu innocentiæ, non magis ostenderet Deus post peccatum diuitias glorię suæ. ¶ Arguitur tertiò. Si Adam non peccasset, nullus homo creditur exaltandus in beatitudine supra omnes angelos: at vero post peccatum non solus Christus, qui est caput angelorum, sed etiam beata Virgo

B mater eius sup omnes choros angelorum exaltata est, ergo à toto genere maiora sũt hominum merita post peccatum, quàm futura fuissent in statu innocentię. Et confirmatur. Quoniam Apostoli, qui in die Pentheocostes abundantissime Spiritu sancto repleti sunt, merito creduntur inter Cherubinos & Seraphinos collocati ex eo quòd fuerunt idonei ministri noui testamenti primitias spiritus habentes, & Dei cooperatores effecti in eo opere, in quo

C Deus maximè voluit ostendere omnipotẽtiam suam. Nam & angeli gloriãtur, quòd sunt administratorij spiritus in ministerũ missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

¶ Arguitur quarto ex dignitate capitis eorum, qui post peccatum iustificantur. Est enim argumentum. Christus, qui est caput regeneratorum, in infinitum excedit dignitatem Adæ, qui futurus erat caput hominum, si status ille innocentiæ integer eõ

D sisteret, ergo membra Christi à toto genere perfectiora sunt futura, quàm essent mẽbra prothoparentis Adæ. Volo dicere non quòd quolibet membrum Christi abundantiorem gratiam & gloriam assequatur, quàm quolibet membrum primi parẽtis, sed proportionabiliter, & instar humani corporis, quòd quidam homines, qui sunt magis propinqui capiti Christo sint sanctiores, quam illi, qui futuri erant magis similes in iustitia prothoparenti. Merito

E enim creditur, quòd ipse Adam in illo statu futurus erat sicut omnium caput, ita & oĩum sanctissimus. Deinceps verò si comparemus aliquos de regeneratis in Christo infimę classis, non opus est, vt sanctiores & beatiores sint futuri, quàm sanctissimi quique futuri in illo statu innocentiæ, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

erunt sanctiores, quàm alii minimi illius
A statis. Venit enim Christus, vt ipse ait,
vt vitam habeant, & vt abundantius ha-
beant, ergo totum corpus misticum Chri-
sti maiorem sanctitatem & pulchritudinẽ
est habiturum, quam totum corpus Adæ
habiturum, erat, si status ille perseuerasset.

¶ Arguitur quinto ex doctrina Diui Au
gustini libro 13. de ciuitate capite 4. vbi
ait loquens de statu regenerationis in Chri
sto. Nunc maiore & admirabiliore gratia
Saluatoris in vsus iustitiæ peccati pœna con
B uersa est. At vero quomodo maior & admi
rabilior gratia Saluatoris, si abundantio-
rem & mirabiliorem salutem non conferat, quàm habituri erant homines ante pec
catum? Et cap. 7. dicit: Pretiosa in conspe-
ctu domini mors sanctorum eius. Quid.n.
pretiosius, quàm mors, per quam fit, vt ẽt
delicta omnia dimittantur, & merita cu-
mulatiùs augeantur? Item capite 20. do-
cet, quod caro Sãctorum, quę nunc requie-
C scit in spe, in meliorem reparanda sit qua-
litatem, quàm fuit primorum hominum
ante peccatum. Vnde possumus desumere
argumentum. Si corpora regeneratorum
in Christo configuranda sunt corpori clari
tatis eius, & futura sunt glorioſiora & pul-
chriora, quàm fuissent non peccante Adã,
ergo multo magis animæ beatiores sunt
futuræ, ex quarum gloria redundabit cor-
porum pulchritudo. Di. etiam Bonauentu
ra in secundo sententiarum distinctione
D 29. articulo 3. quæstione 2. asserit, quòd
simpliciter loquendo magis meretur ho-
mo in statu naturæ lapsę. Cuius senten-
tiam sequitur Gabriel in eadem distinctio
ne quæstione vnica articulo 2. & aliqui
ex modernis Theologis, quorum potis-
sima ratio fundatur in hoc, quod in sta-
tu naturæ lapsæ est maior difficultas. Sed
isti non bene penetrant rationem dignita
tis in merito apud Deum, quæ profecto po
tissimè desumitur ex gratia & charitate,
& dignitate operantis, vt patet in merito
E Christi & beatę Virginis, in quibus nul-
la erat repugnantia ex parte appetitus sen
sitiui. Et quanuis virtus versetur circa dif-
ficile; non est intelligendum, quòd hęc
difficultas se teneat ex parte operantis,
imo ad perfectam virtutem requiritur,
quòd prompte & delectabiliter operetur
sed difficultas illa consideranda est ex par
te obiecti excellentis & excedentis vim na
turæ humanæ secundum se consideratæ.
At vero, quòd ipsa natura perficiatur gra
tia, & virtutibus, nihil diminuit digni-
tatem meriti, propterea quòd homo abs-
que difficultate operetur, sicut operabatur
in statu naturæ integræ, & sicut operaba-
tur beata Virgo, in qua concupiscentia fo-
mes erat extinctus, & nihilominus magis
B merebatur castè viuendo, quàm vniuersæ
virgines, quæ cum concupiscentia certan-
tes triumpharunt.

¶ Arguitur denique ex abundantia gra
tię, quàm sacramenta nouæ legis conferũt
ex opere operato, per quam homines spe-
cialiter perficiunt ad bene operandum. At
vero in statu naturæ integræ solum auge-
retur gratia ex merito operantis, ergo sal-
tem ex hac radice merita nostra erunt ma
iora, quàm merita futura in statu naturæ
C integræ.

DVrandus in 2. sententiarum distinct.
29. quæst. 3. multa dicit examinatio-
ne digna. Primum est, quòd comparatio
meritorum dupliciter potest fieri. Vno mo
do comparando statum nostrum ad illum
statum innocentiæ, & totam multitudi-
nem vnius status ad multitudinem alte-
rius. Secundo fieri potest comparatio hæ
meritorum, secundùm particulares perso-
nas vtriusque status. Si igitur comparatio
D fiat priori modo, (inquit) quod merita
vtriusque status essent æqualia. Quod qui-
dem probat, quoniam homines sunt creati
ad reparationem ruinæ angelorum, ergo
siue homines perseuerassent in statu inno-
centiæ, siue non perseuerassent, sicut non
perseuerauerunt, non respondebit homi-
num multitudini maius vel minus præ-
miũ, quàm toti multitudini angelorum,
qui peccauerunt; ac proinde merita vtrius
que status æqualia essent simul sumpta.
E Dicit secundo Durandus, quòd si in statu
posteriori includamus merita Christi, ma-
nifestum est, quòd merita huius status pla
rimũ excedunt omnem dignitatẽ, quæ in
statu innocentię futura erat. Dicit tertio, q
si comparatio fiat quantum ad meritum
præmij accidentalis, quod respondet
difficul-

difficultati operis, vt contingit in marty-
rio & virginitate, isto modo merita nostri
status excedũt merita quę fuissent in prio-
ri statu. Dicit quarto, quòd si fiat merito-
rum comparatio inter singulares personas
alterius status ad alterum, si tantum pos-
sunt mereri homines in hoc statu, quan-
tùm mererentur in illo, quanuis non tam
facile propter rebellionem carnis ad spiri-
tum. Quę quidem difficultas, quia proce-
dit ex mala conditione operantis, vel non
auget meritum, vel si auget, erit respectu
præmij accidentalis.

¶ Primum quidem dictum Durandi nõ
est verum, neque fundamentum habet.
Quanuis enim homines de facto angelo-
rum ruinam reparent gratia Dei, non ta-
men cum illa æqualitate, quam Durandus
imaginauit. Cõstat enim, q beata virgo su
perexcedit omnem angelicam dignitatẽ,
etiam si nullus angelorum cecidisset. Dein
de inter homines multi erũt æqualiter bea
ti saltim paruuli, qui baptizati moriuntur,
at vero inter angelos maximè inopinione
Diui Thomę, sicut non est æqualitas in na-
turã, ita nec in gratia & gloria. Secundum
dictum Durandi verissimum est. Tertium
vero dictum Durandi ambiguum est. Si
enim intelligat, quòd præmium accidenta
le absolutè loquendo est maius in statu na
turę lapsæ, contradicit Diuo Thomę in
hoc articulo asserenti, quòd quantum ad
quantitatem absolutam operis, cui etiam
respondet præmium accidentale, maiora D
futura essent merita in illo statu quàm in
illo. Si autem intelligat de difficultate, &
magnitudine operis proportionali, verum
dicit. Est enim conclusio Diui Thomæ.
Quartum denique dictum etiam verum
mihi videtur, si de possibili loquatur, at ve
ro de facto, quod plus mereantur homines
in isto statu, quàm merentur in illo, vide-
tur contrarium doctrinę D. Thomę, quam
propositis prędictis argumentis impugna
bimus. E

¶ Et ideirco ad intelligentiam doctrinę
huius articuli procedendum est notando,
q prędicta comparatio dupliciter fieri po
test. Vno modo considerando absolutè con
ditionem vtriusque status cum gratia Dei
absolutè etiam considerando gratiam.
A Altero modo considerari potest facta cõ-
paratio secundum alias circunstantias per
ficientes vtrumque statum. v. g. si considere
mus in statu naturę lapsę virtutem capitis
Christi, quę influit abundantiam gratię,
& meritorum plenitudinem in membra.
Si priori modo fiat comparatio, vera est ter
tia conclusio Diui Thomę, & rationes il-
lius optimè procedunt: si autem secundo
modo fiat comparatio, fatcor non me pos-
se intelligere, quomodo non sint maiora
B merita in statu naturę lapsę, quã fuissent
futura si Adam non peccasset. Hoc asser-
tum probant argumenta facta in princi-
pio dubij, quę me conuincunt. Potest ali-
ter explicari mens Diui Thomę, si quis di-
cat, quod doctrina Diui Thomę verum ha
bet, non quidem si comparemus excellen-
tes personas noui testamenti, cum excel-
lentibus futuris in statu innocentię; sic
enim multo maiora sunt omnibus modis
merita Genitricis Dei, & Apostolorum,
C & magnorum martirum, quam futura
essent merita prothoparentum, & alio-
rum procerum illius status. At vero si com
paremus merita multitudinis vulgi Chri-
stianorum, qui propter carnis rebellionẽ
& plurimas concupiscentias, & tempora-
lis vitę solicitudinem, nimis tepidè ope-
rantur: isto modo valdè vero simile est,
quod vulgus hominum in statu innocen-
tię magis mereretur iuxta doctrinam Di-
ui Thomę in tertia conclusionẽ, & no-
strum vulgus solum excedit in quodam
merito præmij accidentalis, quod re-
spondet quantitati operis proportionali
non absolutè. Neque huic doctrinę con-
tradicit Apostolicum testimonium ad Ro-
manos 5. citatum, quoniam illud verifi-
catur in abundantia gratię noui testamen
ti, in quo plurimi inueniuntur adeo ex-
cellentes, vt prothoparentum gratiam ex-
cedant, non autem oportet, quòd singuli
istius status excedant singulos alterius.
E Hactenus de hac legitima huius loci dif-
ficultate dictum sit.

ALtera difficultas à nobis insinuata
est circa primam & secundam con-
clusiones fundamentales huius articu-
li. Vtrùm videlicet, qui cum æquali
charitate operatur magna opera alte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius virtutis: plus mereatur de præmio essentiali, quã qui cum æquali charitate dat potum aquæ frigidæ?

¶Et quidem quid Diuus Thomas sentiat in hoc articulo, & in solutione ad secũdum argumentum, cœcus est qui non videat. Me profecto pudet repetere verba Diui Thomæ legat illa candidus lector, & cognoscet, quomodo qui aliter commentatur hunc locum destruat doctrinam Sancti præceptoris. Tota itaque quantitas præmij essentialis, quod debetur bonis operibus sine magnis siue paruis, commensuratur cũ quãtitate & magnitudine charitatis actus, à quo imperantur siue formaliter siue virtualiter. Quam conclusionem ego plurimis argumentis demonstraui esse de mente Diui Thomæ in 2.2. quæstione 24. articulo 6. dubio 5. vbi sermonem fecit de actibus imperatis à charitate. Et veritatem huius doctrinæ ostendi, rationibus & Sanctorum authoritatibus. Sed nunc demum inueni ægregium testimonium Diu. Antonini Archiepiscopi Florentini. Is in vita beati Gregorij Papæ, quæ habetur in 2. parte historiali, titulo 12. capitu. 3 §. 30. sic ait. Dum viueret Gregorius fuit quidam Eremita vir magnæ virtutis, qui omnia propter Deum reliquerat & nil præter vnam catelam possidebat, quã blandiens crebro quasi cohabitatricem in suis gremijs fouebat. Orauit igitur ad Dominum vt sibi ostenderet cũ quo futuræ remunerationis mãsionẽ sperare debuisset, qui illi amore nil ex seculi diuitiis possideret. Quadã igitur nocte sibi reuelatur vt cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens parum sibi voluntariam paupertatem profuisse putabat, si cum eo remunerationem reciperet, qui tantis mundialibus diuitijs abundaret. Cum ergo Gregorij diuitias suæ paupertati die noctuque suspirando conferret, vna nocte audiuit Dominum dicentem. Cum diuitem non possessio diuitiarum faciat, sed cupido, quomodo audes paupertatem tuam Gregorij diuitis comparare, qui magis illam catelam quam habes quotidie palpando diligere comprobaris, quãm ille tantas diuitias, quas non amando, sed contemnendo cunctisque liberaliter largiendo dispergit? Itaque solitarius Deo gratias retulit: & qui meritum suum amissse putauerat si Gregorio æquaretur, orare cœpit vt cum eo mansionem percipere mereretur. Miratus est iste Eremita, quòd Gregorius Papa ei æquaretur in gloria. Ego autem vt pusillus ingenio vehementer iturperem, quòd Eremita idiota & simplex quieti suæ solùm vacans, non doctrinæ proximorum, æquaretur Gregorio in gloria, qui summo Pontificatu fungens in tanta humilitate, vt pene nullus humilior, tanta liberalitate profusus in tantis diuitijs, vt nullius inopis obliuisceretur, tanta deuotione fungens, vt officium & cantum Ecclesiasticum ordinaret, tanta doctrina repletus cum miraculis, vt tot libros, & tam vtiles componeret, tantis aduersitatibus Longobardorum & Imperatorum lacessitus, tot corporis continuis quasi doloribus vexatus, patientissimè omnia sustineret, nisi mente tenerem quia spirituum ponderator est Dominus, qui sua munera vt vult diuidit, dat cui vult, & quantum vult sine cuiuscunque acceptione personæ. Nec enim pro qualitate nobilitatis, nec quantitate dignitatis aut scientiæ vel doctrinæ, & fructificationi, in populo vel labore corporis præmij magnitudinem essentialis reddit: sed secundum amplitudinem charitatis. Et cum eodem gradu charitatis vnus infimæ conditionis & mediocr scientiæ pauca ad extra operatur, alter vero in magna dignitate etiam Ecclesiastica, plurima agit proximis vtilissima, & cum conuersione multorũ sua doctrina & miraculis secundum regulam diuinæ iustitiæ æquali præmio essentiali ambo perfruentur. Nec ab hac sententia doctorum dissonat quod ait Apost. 1. Corint. 3. Vnusquisq; secundum suum laborem mercedẽ accipiet. Hoc est verũ quantũ ad præmiũ accidentale, vt qui plus laborauerit & fructificauerit, plus præmij accidentalis peret piet. Hactenus Diu. Antoninus. Qui vero plura videre voluerit de hac certissima veritate, legat nostra commentaria quæ paulo ante citauimus. Inepte ergo & perperã citant aduersus hanc sententiam canones Cõcilij Tridentini, in quibus contra Lutheranos definitum est in Sess. 6. in can. 24. Si quis dixerit iustitiã acceptam non conseruari atq; etiam augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptæ, nõ autem ipsius augendæ causam, anathema sit. Etenim Concilium non condistinguit opera quæ imperantur ab actu charitatis ab ipso actu charitatis à quo imperantur. Habent.n. se adinuicem sicut corpus & anima. Ita prorsus vt nomine boni operis vtrumque simul oporteat intelligere. Est .n. charitas vita bonorum operum cum faciat ipsa attingere finem vltimum. Et idcirco, quò maior est dilectio, pretiosiora sunt opera ad assecutionẽ præmij essentialis, quod consistit in fruitione vltimi finis: quanuis ex proprio obiecto nõ sint tam excellentia sicut alia opera, quæ cum æquali charitate aut etiam minori fiunt. Quod quidem, exemplo posito verificatur. Si quis.n. dederit potũ aquæ frigidæ cũ dilectione vt decem, & alius patiatur martyrium cum æquali dilectione, æquales erũt in præmio essentiali: quanuis in præmio accidentali excedat martyr propter executionem, & difficultatem operis. Affert etiam aliud canonem 32. vbi dicitur. Siquis dixerit hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, vt non sint ẽt bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum operibus, quæ ab eo per Dei gratiã & Iesu Christi merito, cuius viuum membrum est fiunt, non vere mereri augmẽtum gratiæ, vitam eternam, & ipsius vitę æternæ (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atque etiã gloriæ augmentum, Anathema sit. Hic canon quatenus affert aduersus prædictã doctrinã de operibus imperatis à charitate, similem habet & planissimam intelligentiã ei quam assignauimus modo canoni 24. At vero quatenus à quibusdam affertur aduersus doctrinã D. Thomę quam tenuit in secundo libro Sententiarũ d. 27. quæstione 1. art. 5. ad secundum. Vbi ait, q̃ non quilibet actus charitatis meretur augmentũ gratię videlicet si sit remissior, quam habitus præexistens, quam quidẽ sententiam in prędictis meis commentarijs in 2. 2. quæstione 24. art. 6. dub. 2. col. 894. retuli simul cum alia, ex lib. 1. sententiarũ d. 17. q. 2. ar. 3. vbi inter alia expresse dicit in solutione ad quintum, quòd quãdo est talis actus charitatis qualis requiritur ad augmentũ charitatis, tunc etiam augetur præmium substantiale, q̃ debetur charitati maiori. Non autem omnes actus charitatis sunt tales, & ideo ad multitudinem actuum non sequitur de necessitate augmentum præmij substantialis. Hæc Diuus Thomas. quam sententiam, seu potius, quem modum loquẽdi, ego non sum secutus in prædictis commentarijs: sed solùm in quadam secunda conclusione resolutionis difficultatis contendo cupere illam ab errore aut temeritate, quanuis non tam proprie loquatur & cõformiter cum modo loquendi prædictis canonis 32. vt satis illic explicaui in tertia conclusione. ¶Nõ possum ergo non mirari quod quidam Theologus in suis cõmentarijs interpollatis, quę in primam partem ædidit tot excitat tragædias, vt sententiã sancti Thomæ prædictam velit probare, non posse salua fide sustineri, quod quidem mihi ridiculum est, Veneror enim doctrinã D. Th. in ijs quæ ad dogmata pertinent: vtpote à Summo Pont. in Bulla canonizationis illi canonizatã. Ait.n. Põtifex, q̃ nemo qui illã sequutus est in errorẽ incidit. Solutio igitur quæ à nobis in præfato loco assignata est legitima est. Concilium .n. nihil intendit determinare contra opiniones quæ inter Catholicos doctores de augmento charitatis & gratiæ versabant. Sed obijcit prædictus commentator se quidem ita fateri, quòd nihil determinat Concilium contra opiniones. Cæterum illã nõ esse opinionem, sed temeritatẽ. Ego vero maiorem temeritatem existimo doctrinã Diui Thomæ temeritatis arguere. Iterum etiam mirabilem responsionem profert aduersus quandam communem doctrinã Theologorum. Videlicet, quòd mens Conciliorum & canonum sumi debet ex intelligentia erroris quem damnare intendunt. Cùm igitur Lutheranorum error sit q̃ omnes iusti sint æqualiter iusti per iustitiam Christi extrinsecus imputatam & quòd opera iustorum solummodo sunt signa adeptæ iustificationis, tamen errorem sufficienter destruit Concilium Tridentinum, etiam si vera esset opinio quod actibus charitatis remissis non meretur homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

augmentum charitatis & gratiæ, vel præmij essentialis. Respondet itaque prædictus Theologus, quod etiam Lutherani errant in eo ꝙ aiunt, quòd in quolibet opere hómo iustus peccat, & quòd contra hûc errorem etiam prædictus canon statuitur. Attende obsecro, Candide Lector, quomodo iste error expressissime in canone 25. damnetur, vbi dicitur: Siquis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit aut (ꝙ intolerabilius est) mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri, tãtumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem. Anathema sit. Non igitur intelligentia canonis 32. ea est, quã prædictus Theologus fingit, scilicet, quod homo iustus tantum abest vt peccet in huiusmodi operibus, quòd etiã in omnibus illis mereatur augmentũ gratiæ & gloriæ. Est itaque legitima intelligentia Concilij, quam nos in loco supra citato assignauimus. Quemadmodum enim in capitulo, à quodam Iudæo. de confessione, distinctione 4. definit Pontifex, quòd si Iudæus in nomine sanctæ Trinitatis vel tãtum in Christi nomine baptizauit quosdã: constat eos non esse de nouo baptizandos: non intendit definire sufficientem esse formam baptismi in nomine Christi: sed solũ interrogabatur, si valeret baptismus: quoniam à Iudæo collatus fuerat. Et propterea dicũt Theologi, quòd non definit sufficientem esse formam baptismi, tantum in nomine Christi. Sic etiam non mirum est, si prædicti Canonis 32. Intelligentiam aliæramus, non contrarij Theologorum opinionibus. Fuisse autem opinionem communem, quod nõ quilibet actu charitatis meretur homo charitatis augmentum, cõstat. Siquidem Diuus Thomas illam tenuit in sententijs, vbi cõmunes opiniones sequebatur. Quam etiam sententiam sequutus fuit Durandus in 1. sententiarum distinct. 17. quæstio. 8. & Magister Cano præceptor meus qui legerat Sessionem sextam Concilij Tridentini dictauit in gymnasio Salmãticensi, probabile esse, secundum sententiã S. Thomæ, quod per actus remissos charitatis non meretur homo augmentum gloriæ essentialis. Cæterum ego teneo cum Diu. Tho. in sua summa Theologica ꝙ quilibet actu charitatis meretur homo augmẽtum charitatis & gratiæ, & gloriæ: sed tamen non quolibet actu charitatis augetur charitas & gratia, sed solum per actus intensiores, quam habitus præexistens. Quomodo aute hæc inter se se cohærẽt abunde satis explicatum dedimus super articulum sextum, quæstionis 24. in 2.2. Quam nostram sententiam doctissimi Theologi in Hispania (exceptis æmulis) dixerũt esse sententiam antiquorum Thomistarum. Alij vero me demonstrationem fecisse quòd hæc sit sententia Di. Thomæ in sua summa Theologica, & ita in commentarijs super Paulum. Id quod ego ita omnino existimo. Alij vero aiunt valde probabile esse, hanc esse sententiam S. Thomæ, quanuis ipsi aliter opinentur. Alij tandem ex nostris discipulis sacræ Theologiæ præceptores acutissimi & doctissimi omnes fere hanc sententiam amplectuntur, & docent & in publicis disputationibus defendunt. Quid ergo est qd prædictus Theologus ait se tenere sententiã cum Catholicis Theologis? Quali vero isti nõ sint. Sed operepretiũ est in gratiã discipulorum inducere, quomodo in cõstructione literæ canonis paucti 32. velint æmuli excutere. Cũ. n. dicit in illo canone per parẽtesim (si tũ in gratia decesserit) volunt ea verba accõmodare ad alia quæ sequũtur, Atque ẽt gloriæ augmentũ. Et aiunt, ꝙ in alia vita recipiet iustus augmentũ gloriæ essentialis, quã p quælibet opera ẽt ex charitate remissa facta meruit. Cũ tamẽ id quod dicitur, atque ẽt gloriæ augmentũ, obiectũ sit verbi ineuti, sic. n. habet canõ. Nõ verè mereri augmentũ gratiæ vitam æternã & ipsius vitæ æternæ (si tũ in gratia decesserit) cõsecutionẽ, atq; ẽt gloriæ augmentũ, anathema sit. Itaq; illud, Si tamen in gratia decesserit, determinat consequutionẽ vitæ æternæ. Cæterum illud, Atque ẽt gloriæ augmentum, non põt congruò in bona grammatica referri ad cõsequutionem. Non enim cõgrua loquutio est, meretur homo consequutionem gloriæ augmentũ, sed oportebat dicere, meretur homo consequutionẽ augmẽti gloriæ. Prædictus etiã Theologus in octaua conclusione, non refert fideliter verba Concilij dicit enim ille in §. 2. in fine. Et in Concil.

Concil. Tridentino loco citato, expresse, & euidenter dicitur, quòd quolibet opere meritorio meretur homo augmentum gloriæ & vitæ æternæ, & eiusdem augmenti consequutionem, si tamen in gratia decesserit. Hæc ille. Cum tamen in canone non habeatur quolibet, neque dicitur augmentum vitæ æternæ; sed vitæ æternæ consequutionem, neque dicitur, eiusdem augmenti consequutionem, sed quod meretur homo gloriæ augmentum. Vnde constat, quam pro suo libito Canonem nouum fecerit, & explicare intenderit. Et qui verba Concilij ita inuertit, non mirum est, si nostram sententiam interdum aliter referat, & licet verum esset, quòd in concilio diceretur ꝙ per quodlibet bonum opus meretur homo, si tamen in gratia decesserit; non solùm gloriæ consequutionem; sed ẽt augmenti gloriæ consecutionem, non statim sequitur, ꝙ sit cõsecutio augmenti gloriæ essentialis. Etenim nomine gloriæ non solum essentialis, sed etiam accidentalis potest intelligi. Nos autem cum D. Thoma cuilibet operi bono asserimus correspõdere præter præmium essentiale, quod cõmensuratur charitati, etiam accidentale, quod respondet operibus aliarum virtutum ex obiecto proprio specifico & propter executionem & exercitium operis. Atque ita semper verificabitur, quod qui eum æquali charitate plura vel maiora opera facit, quàm alter, habebit maiorem gloriam saltem accidẽtalem. Reliqua quæ in hac difficultate dubitanda occurrerint, inueniet lector in nostris commentarijs super 2.2. Nec enim hoc in loco de augmento charitatis mentionẽ fecissem nisi aduersariorum calumniæ me cogerent simplicibus Theologis satisfacere, & sancti Doctoris doctrinam à temeritate calumniatorũ defendere. Quòd si aliquis ex nostræ familiæ iam defunctis aliter senserit & nimius censor extiterit, nihil mea interest: non enim ille nostra scripta legerat, neque testimonia Di. Thomæ aduerterat. Quin etiam oppono sapientissimi Magistri Fratris Didaci de Chaues olim præceptoris mei, nunc autem Catholici Regis Philippi II. à sacris confessionibus, censuram, qui mea commentaria ex Regio mandato vidit & approbauit, specialiter in hoc puncto de augmento charitatis, testimoniis D. Th. conuictus. Sed de his plus satis.

QVAESTIO XCVI.
De dominio, quod homini in statu innocentiæ competebat.

DEINDE considerandum est de dominio, quod competebat homini in statu innocentiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm Adam in statu innocentiæ animalibus dominaretur.

AD PRIMVM sic procedi- 480
tur. Videtur, quòd Adam in sta- 2.di.44.
tu innocentiæ animalibus nõ do q.1.art.
minabatur. Dicit enim August. 3. & o-
9. super * *Genesim ad literam, quòd mirũm* puf. 20.
rio Angelorum animalia sunt adducta ad li.3.c.9.
Adam, vt eis nomina imponeret. Non autem * ca.14.
fuisset ibi necessarium angelorum minis- ante me
terium, si homo per seipsum animalibus domi- diũ, to-
nabatur. Non ergo in statu innocentiæ habuit dominium homo super alia animalia.

¶ 2 *Præterea. Ea quæ ab inuicem discordant, non rectè sub vno dominio congregantur. Sed multa animalia naturaliter abinuicem discordant, sicut ouis & lupus. Ergo omnia animalia sub hominis dominio non continebantur.*

¶ 3 *Præterea. Hieronym. dicit, quòd homini ante peccatum non indigenti, Deus animalium dominationem dedit. Præscibat enim hominem, adminiculo animalium adiuuandum fore post lapsum. Ergo ad minus vsus dominij super animalia non competebat homini ante peccatum.*

¶ 4 *Præterea. Proprium domini esse videtur præcipere. Sed præceptum non rectè fertur nisi ad habentem rationem, ergo homo non habebat dominium super animalia irrationalia.*

SED contra est, quod dicitur Gene. primo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo, de homine, Præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut sup. dictum est, inobedientia ad hominem, eorum quæ ei debent esse subiecta, subsecuta est in pœnam eius, eo q̃ ipse fuit inobediens Deo. Et ideo in statu innocentiæ ante inobedientiam prædictam nihil ei repugnabat, q̃d naturaliter deberet ei esse subiectum. Omnia autem animalia sunt homini naturaliter subiecta. Quod apparet ex tribus. Primò ex ipso naturæ processu. Sicut enim in generatione rerum intelligitur quidam ordo, quo proceditur de imperfecto ad perfectum: nam materia est propter formam, & forma imperfectior propter perfectiorem, ita etiam est in vsu rerum naturalium. Nam imperfecta cedunt in vsum perfectorum. Plantæ enim vruntur terra ad sui nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis, & animalibus, vnde naturaliter homo dominatur animalibus. Et propter hoc Philo. li.10. Polit.ca.5. to.5. *dicit in* 1. Polit. quòd venatio syluestrium animalium est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi quod est naturaliter suum. Secundo apparet hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ semper inferiora per superiora gubernat. Vnde cùm homo sit supra cætera animalia, vpotè ad imaginem Dei factus, conuenienter eius gubernationi alia animalia subduntur. Tertio apparet idem ex proprietate hominis & aliorum animalium. In aliis enim animalibus inuenitur secundum æstimationem naturalem quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus: in homine autem vniuersalis prudentia, quæ est ratio omnium agibilium. Omne autem quod est per participationem, subditur ei quod est per essentiam, & vniuersaliter. Vnde patet quòd naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem.*

AD primum ergo dicendum, quòd in subiectos multa potest facere superior potestas, quæ non potest facere inferior. Angelus autem est naturaliter superior homine. Vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute angelica, qui non poterat fieri potestate humana, scilicet, quòd statim omnia animalia congregarentur.

AD secundum dicendum, q̃ quidam dicunt, quod animalia quæ nunc sunt ferocia, & occidunt alia animalia, in statu illo fuissent mansueta, non solum circa hominem, sed etiã circa alia animalia. Sed hoc est omnino irrationabile. Non enim per peccatum hominis, natura animalium est mutata, ex quibus nunc naturale est comedere aliorum animalium carnes, tunc vixissent de herbis, sicut leones & falcones. Nec glo. Bedæ dicit* Beda in Gen.c.1 *Gen. 1. quòd ligna & herbæ datæ sunt omnibus animalibus & auibus in cibum, sed quibusdam. Fuisset ergo naturalis discordia inter quædam animalia. Nec tamen propter hoc subtraherentur dominio hominis, sicut nec nunc propter hoc subtrahuntur dominio Dei, cuius prouidentia hic totum dispensatur. Et huius prouidentiæ homo executor fuisset, vt etiam nunc apparet in animalibus domesticis. Ministrantur enim falconibus domesticis per homines gallinæ in cibum.*

AD tertium dicendum, quòd homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentum, quia nudi erant, & non erubescebant nullo instante inordinatæ concupiscentiæ motu, neque ad cibum, quia ligniis paradisi vescebantur, neque ad vehiculum, propter corporis robur; indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem sumendam de naturis eorum. Quod significatum est per hoc quòd Deus ad eum animalia adduxit, vt eis nomina imponeret, quæ eorum naturas designant.

AD quartum dicendum, quòd omnia animalia habẽt quandam participationem prudentiæ & rationis secundum æstimationem naturalem, ex qua contingit, quòd grues sequuntur ducem, & apes obediunt regi. Et sic tunc omnia animalia per seipsa hominis obediuissent, sicut nunc quædam domestica ei obediunt.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

NOtandum est primo conclusionem D. Tho. esse certissimã ex Sacra scriptura, & doctrina Sanctorum. Dicitur n. Genes. 1. Dominamini piscibus maris, volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Et Eccles. 17.

17. Dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram: & posuit timorem eius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. Et Psal. 8. dicitur de hoste: Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Et D. Aug. lib. 4. de Ciuita. c. 11. docet, quòd in Paradiso erant cum homine cætera animalia, & conuersabantur cum illo innoxia & subdita. Et D. Greg. lib. 21. mor. c. 11. docet, q̃ homo ipsa natura prælatus est cæteris animantibus. Quapropter merito D. Tho. in ar. confirmat suam sententiã testimonio Arist. 1. Polit. cap. 5. dicente, venationem animalium syluestrium esse iustam & naturalem, quoniam per eam sibi vẽdicat homo, quod est naturaliter suum.

¶ Secundo notandum est circa rationem D. Tho. quòd subiectio animalium ad hominem, & dominiũ eius supra illa, est naturale & mansit etiam post peccatũ: quod colligitur ex illo Genes. 9. Sit terror vester, ac tremor super cuncta animantia terræ. Ex quo testimonio D. Gregor. in 2. par. pastor. c. 2. colligit, quòd homo cunctis animalibus est prælatus naturaliter. Cæterum obedientia actualis, quę erat in statu innocentiæ, non erat pure naturalis, sed supra naturam, sicut iustitia originalis; & hæc amissa est per peccatum hominis. Qua ratione dictum est Ecclesiast. 39. Dentes bestiarum, & scorpij & serpentes in vindictã creata sunt. Constat enim hæc animalia in statu innocentiæ non fuisse nociua homini aut non subiecta, vt docet D. Tho. ad secundum. Voluit ergo D. Thom. docere, vt Caiet. inquit, quòd subiectio animalium ad hominem erat naturalis, cæterũ ipsa actualis obedientia tunc esset ex ratione status, & dono gratiæ Dei. Quam doctrinam aliis verbis docet Abulens. Gen. 13. q. 226. videlicet, quòd dominium hominis super omnia animantia, si consideretur secundùm habitum, est quidem naturale & mansit post peccatum, si consideretur secundum actũ & in exercitio, erat supernaturale, & amissum est per peccatum. ¶ Sed contra hanc doctrinam sunt duo argumenta. Primum est. Actuale dominium est supernaturale, ergo & potentiale & secundum habitum. Probatur consequentia. Quia potentia ordinatur ad actum, ergo si actus naturaliter haberi non potest, potentia ad illum actũ non erit naturalis. Hæc enim ratione potẽtia solet dici supernaturalis, quia actus ei* per naturam haberi non potest. ¶ Secundum. In animalibus nihil est perditũ per hoc quòd homo amisit iustitiam originalem, ergo si antea erãt subiecta, & postea. ¶ Ad primum respondetur, quòd actuale dominium quantum ad substantiam non erat supernaturale, quia id per vires naturæ, vel prouidentia Dei naturali effici poterat. At vero quantum ad modum, id est, quòd totaliter essent subiecta, erat supernaturalis. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ satis est, q̃ ex parte hominis fuerit deperdita iustitia originalis. Ea enim amissa, amissus est etiam ordo subiectionis inter homines & animalia. Item ex parte animalium defuit prouidentia Dei supernaturalis; quę illa actualiter homini subiiciebat, quę quidem prouidentia dum perseuerauit innocentia, erat veluti passiue in illis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.

DSECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd homo nõ habuisset dominium super omnes alias creaturas. Angelus enim naturaliter est maioris potestatis, quàm homo. Sed sicut dicit Augus. 3. de Trinit. materia corporalis non obediuisset ad nutum etiam sanctis Angelis. Ergo multo minus homini in statu innocentiæ.* 481 Locis supra ar. j. notatis. li. 3. c. 8. cir. me. pe. to. 3.

¶ 2 *Præterea. In plantis non sunt dẽ viribus animæ nisi nutritiua, & augmentatiua & generatiua. Hæc autem non sunt nata obedire rationi, vt in vno & eodem homine apparet. Ergo cùm dominium competat homini secundum rationem, videtur q̃ plantis homo in statu innocentiæ non dominaretur.*

¶ 3 *Præterea. Quicunque dominatur alicui rei, potest illam rem mutare. Sed homo non potuisset mutare cursum cælestium corporum. Hoc enim solius Dei est, vt Dionys. dicit in epist.* ad Policarp. Ergo non dominabatur eis.* Nõ procul à fi. epist.

SED contra est, quod dicitur Genes. 1. 1. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

i. de homine: Præsit vniuersæ creaturæ.

RESPONDEO dicendum, quòd in homine quodammodo sunt omnia. Et ideo secundum modum dominatur his, quæ id ipsum sunt, secundùm hunc modum competit ei dominari aliis. Est autè in homine quatuor considerare, scilicet rationem, secundùm quam conuenit cum angelis, vires sensitiuas, secundùm quam conuenit cum animalibus; vires naturales, secundum quæ conuenit cum plantis; & ipsum corpus, secundùm quod conuenit cum rebus inanimatis. Ratio autem in homine habet locum dominantis, & non subiecti dominio. Vnde homo angelis non dominabatur in primo statu. Et quòd dicitur omni creaturæ, intelligitur, quæ non est ad imaginem Dei. Viribus autem sensitiuis, sicut irascibili & concupiscibili quæ aliqualiter obediunt rationi, dominatur anima imperando. Vnde in statu innocentiæ animalibus aliis per imperium dominabatur. Viribus autem naturalibus & ipsi corpori homo dominabatur, non quidem imperando, sed vtendo. Et sic etiam homo in statu innocentiæ dominabatur plantis et rebus inanimatis, non per imperium vel immutationem, sed absque impedimento vtendo earum auxilio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio est. Homo in illo statu dominaretur omni creaturæ, quæ non est ad imaginem Dei, vel imperando, vel saltim vtendo illius auxilio absque aliquo impedimento. Hanc conclusionem probat Di. Thom. ex illo Gene. 1. Et præsit vniuersæ creaturæ, & deinde explicat exponendo singulas partes illius.

COMMENTARIVM.

Dvbitatur, Vtrùm conclusio D. Thom. sit vera? Arguitur primo pro parte negatiua. Deus absolutè est dominus omnium potens pro sua voluntate de omnibus disponere, ergo homo non est omnium dominus. Antecedens est certum secundum fidem, & patet ex illo Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius, &c. & 2. Mach. 14. Tu Domine vniuersorum. Consequentia vero probatur. Nam non possunt esse duo absoluti domini alicuius rei, ita vt quilibet possit pro sua voluntate de ea disponere. Et ita Iuristæ dicunt, & velut in proverbium est versum inter eos, quòd non possunt esse duo domini in solidum vnius rei. ¶ Secundò. Homo non habebat dominium cœlorum, & elementorum, ergo nõ dominabatur in illo statu omni creaturæ quæ non erat ad imaginem Dei. Antecedens probatur ex illo Ps. 113. Cœlum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum. Ac si diceret, Cœlũ ipsimet Deo, terram autem & ea quæ in ea procreantur hominibus contulit, eorumque dominio subdidit. Confirmatur primo. Nam in Sacra scriptura non sit aliqua mentio dominij, quod haberet homo supra orbes cælestes, ergo. Confirmatur secundo. Vt aliquis sit simpliciter & absolute dominus, necessarium est, vt habeat propriam facultatem vtendi re in omnem vsum pro sua voluntate & arbitrio, sed hanc non habet homo respectu cælorum, ergo. ¶ Tertio. Homo non habebat dominiũ in illo statu ad edẽdum de ligno scientiæ boni & mali, vt patet Genes. 2. ergo non habebat dominium omnium plantarum. ¶ Quarto cõtra illud quod dicit D. Thom. q̃ homo in illo statu non dominabatur angelis, arguitur ex illo ad Hebr. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? vbi loquitur de angelis. Si ergo sunt administratorii spiritus, & in ministerium hominum missi, homines habent dominium super eos. Confirmatur ex illo Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. si ergo omnia subiecit, etiam angelos subiecit.

PRima conclusio. Homo habuit tũc dominium omnium rerum inferiorũ se. Hæc conclusio quæ est D. Tho. in isto art. est certissima, & patet ex multis locis Sacræ scripturæ quæ adduximus attic. præceden. Et præterea patet ex illo Sap. 9. Sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, &c. & 1. Cor. 3. dicitur. Nemo

mo itaque glorietur in hominibus. Omnia vestra sunt siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, &c. patet etiã tatione D. Thom. in art.

¶ Secunda conclusio. Licet homo simpliciter & absolutè non habeat dominium supra orbes cælestes, habent tamen illud quodammodo. Prima pars huius conclusionis sufficienter probatur secundo argumento facto. Secunda vero probatur. Primo quidem omnibus rationibus & locis quibus probari potest prima conclusio. Secundo. Nam Deute. 4 eloquens Moyses de Sole & Luna & astris cœli, inquit: Quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt, ergo gentes habent aliquale dominium Solis, Lunę & astrorum, & consequenter orbium cælestium. Confirmatur primo. Nam corpora cælestia sunt a Deo creata tanquam media necessaria, vt suis motibus & influentijs cõseruent hominum vitam, & alia procreentur, quæ necessaria sunt ad dominum substentationem & ministerium, ergo. Confirmatur secundo. Nam orbes cælestes sunt veluti tecta ædiũ ipsorum hominum, & deseruiunt vtilitati hominum illuminando, & ad rerum productionem concurrendo, ergo. ¶ Verum est tamen quòd huiusmodi dominium non ita extenditur ad multitudinem vsuum, sicut dominium rerũ corruptibilium quæ etiam quantum ad earũ substantiam subiacent nostris actionibus. At cælestia corpora non mouentur cum volumus, nec influunt, vt nobis placet: sed supposito illorum motu vtimur ipsorum influentijs. ¶ Tertia conclusio. Homo neque in statu innocentiæ habuit dominium angelorum neque vero modo habet. Probatur primo. Nam angeli sunt nobiliores, & perfectiores ipso homine, ergo. Consequentia videtur bona. Nam nobiliora non subduntur his q̃ minus nobilia sunt p dominium. Secũdo. Homo non est dominus actionũ angeli, ergo neque à fortiori eiusdem angeli. Antecedens patet. Nam actiones angelicę non subsunt arbitrio aut volũtati hominis. Tertio. Cum in sacra scriptura fit mentio de dominio quod habet homo super alias res, nulla fit mentio de ipsis angelis, ergo.

AD primum argumentũ negatur cõsequentia. Ad probationẽ dr primò, q̃ sicut actiones dicũtur simpliciter nostrę, & similiter earũ effect⁹, licet prima cã vniuersalis, q̃ est Deus, concurrat nobiscũ ad proprias operationes, & simplr ei attribuãtur ita in proposito licet Deus sit omnium dominus, non tamen obstat, quominus homo dicatur simpliciter dominus. Imo dominium hominum pendet à dominio Dei sicut liberum arbitrium nostrum à Dei libero arbitrio. Et illud dictum Iuristarum intelligendum est de dominis particularibus, scilicet, de duobus hominibus, quorũ vnius dominum absolutum alterius dominum impedit. Deus autem solus est dominus omnium vniuersalis, quo tamen non obstante, adhuc sunt plures domini particulares harum rerũ inferiorum. Sicut nec ista duo sibi inuicem repugnant, q̃ Deus solus sit causa vniuersalis omnium, & q̃ adhuc sint plures causæ particulares causæ vniuersali subordinatæ.

¶ Ad secundum iam respondimus in 2. solutione. Pro cuius ampliori explicatione aduerte, quòd iuxta verba citata in prima conclusione ex Diuo Paulo, omnia dicuntur nostra: diuersimodè tamen. Nam superiora nostra sunt, vt nos perficiant, quo pacto etiam res dominorum dicuntur famulorum. Æqualia autem dicuntur nostra, ad conuiuendum. Inferiora vero ad ministrãdum. Quæ quidem omnia vtilitati nostræ deseruiunt, vt super illum locum ait Diu. Tho. iuxta illud ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Neque tamen hinc sequitur, quòd nos simus domini illorum omnium. Certum est enim, quòd neque Pauli, neque Cephæ, neque vitæ, neque mortis, &cæt. erant Corinthij domini, sed dicebantur Apostoli esse Corinthiorum, quia apostolicum ministerium in vtilitatem Corinthiorum cedebat, sicut etiam secundum Corinth. 4. idem Apostolus ait, & cæteros Apostolos esse Corinthiorum seruos: & tamen non propter hoc dicendum est, q̃ Apostolorum Domini erant Corinthij. cum Apostoli potius essent prælati & episcopi, sed propter prædictam vtilitatem se & alios Apostolos vocabat seruos. Vnde licèt cæli

& an-

& angeli ordinentur ad nostram vtilitatē, non tamen inde colligi debet, quòd eorū habeamus proprium dominium.

¶Ad tertium respondetur, primo, quòd poterat vti illo ligno in alios plures vsus, quamuis non posset illo vti in vsum cibi, sicuti & modo videmus homines habere dominium multarum rerum, & posse vti illis in plures vsus, simul autem impediri, ne possint eis vti in certos vsus, sicut qui dominio possidet bona maioricatus, pōt vti illis in plures vsus, impeditur tamē ne possit ea vendere aut donare, aut alienare, quia illud dominium est impeditum quo ad istos vsus. Respōdetur secundo, q̄ quamuis homo habuit illius ligni verum dominium, potuit tamen Deus suo præcepto ex iusta causa impedire illi ęsum illius, sicut homines modo habēt verum dominium bonorum suorum, qui tamen ex Dei præcepto tenentur non consumere illa contra rationem per prodigalitatem, aut cum iniuria proximorum.

¶Ad quartum patet ex dictis in 3. conclusione, & ad secundum argumentū. Ad autoritatem Apostoli dicimus, quòd non docet nisi quod angeli sunt Dei ministri, iuxta illud iam citatum ex Psal. 102. Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Et Ps. 103. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Quòd si aliquando angeli sunt missi ad homines, sicut ad Abraham, Loth, Daniel, &cęt. sunt missi tanquam Dei ministri, non tanquā hominum serui. Quemadmodum si Rex mittat aliquem ad visitandam aliquā prouinciam, vel ciuitatem, mittit illum tanquam proprium ministrum, non tanquam seruum ciuitatis vel prouinciæ. Similiter dicendum in proposito de angelis. Et patet etiam quoniam cum B. Ioannes vellet adorare angelum, qui ostendebat ciuitatē sanctam Hierusalem, vt habetur Apocal. 22. dixit ei angelus; Vide ne feceris conser tuus enim tuus sum, & fratrum tuorū prophetarum, & eorum qui seruant verba ,pphetiæ libri huius. Ad confirmationem respondetur, quòd illa distributio est accommoda, duntaxat distribuens pro inferioribus. Et ita super illa verba præcedentia. A Constituit eum super opera, &c. dicit Di. Tho. quòd voluit Deus hominem habere dominium super ista inferiora. Et hoc etiā insinuant verba subsequentia: Oues & boues, &c. vbi nulla fit mentio neque de angelis, neque de cælis. Hæc autem dicimus intelligendo illum locum de homine. Nā etiam intelligitur de Christo, sicut intelligit Apostolus ad Hebr. 2. & sic nihil excluditur à dominio Christi præter eum qui subiecit ei omnia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm homines in statu innocentiæ fuissent æquales.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd homines in statu innocentiæ omnes fuissent æquales. Dicit enim Grego.* q̄ vbi non delinquimus, omnes pares sumus. Sed in statu innocentiæ non erat delictum. Ergo omnes erant pares. 4dis Sup. qu. 92. ar. 2. Et 2. 2. qu. 184. ar. 4 in int. cor.

¶ 2 Præterea. Similitudo & æqualitas est ratio mutuę dilectionis, secundùm illud Ecclesiast. 13. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. In illo autem statu inter homines abundabat dilectio, quæ est vinculū pacu. Ergo omnes fuissent pares in statu innocentię. Hęc sententia habetur flor. par. 2. ti. 6. parag. 2 principio.

¶ 3 Præterea. Cessante causa, cessat effectus. Sed causa inæqualitatis inter homines videtur nunc esse ex parte quidem Dei, q̄ quosdam pro meritis premiat, quosdam verò punit, ex parte verò naturæ, quia propter naturę defectum quidam nascuntur debiles & orbati, quidam autem fortes & perfecti, quæ in primo statu fuissent.

SED contra est, quod dicitur Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Ordo autem maximè videtur in disparitate cōsistere. Dicit enim Aug.* 19. de Ciuit. Dei, Ordo est parium dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Ergo in primo statu, qui decentissimus fuisset, disparitas inueniretur. li. 19. c. 13. nōne multō minus

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere aliquam disparitatem in primo statu fuisse ad minus quantum ad sexū, quia sine diuersitate sexus generatio nō fuisset. Similiter etiam quantum ad ętatem. Sūt enim

enim quidam ex aliis nascebantur, nec illi qui miscebantur, steriles erant. Sed & secundum animam diuersitas fuisset, & quantum ad iustitiam, & quantum ad scientiam. Nō enim ex necessitate homo operabatur. sed per liberum arbitrium ex quo ratio habet quòd homo possit magis & minus animum applicare ad aliquid faciendum vel volendum, vel cognoscendum. Vnde quidam magis profecissent in iustitia & scientia, quàm alij. Ex parte etiam corporis poterat esse disparitas. Nō enim erat exemptum corpus humanū totaliter à legibus naturæ, quin ex exterioribus agentibus aliquod cōmodum aut auxilium reciperet magis & minus, cùm etiam & cibis eorum vita sustentaretur. Et sic nihil prohibet dicere, quin secundùm diuersam dispositionem aeris & diuersum situm stellarum, aliqui robustiores corpore generarentur, q̄ alij, & maiores & pulchriores, & melius cōplexionati, ita tamen quòd in illis, qui excederētur, nullus esset defectus siue peccatum, siue circa animam, siue circa corpus.

AD primum ergo dicendum, quòd Grego per verba illa intendit excludere disparitatem qua est secundùm differentiam iustitiæ & peccati. Ex qua contingit quòd aliqui penaliter sunt sub alijs coercendi.

AD secundum dicendum, quòd equalitas est causa quòd dilectio mutua sit aqualis. Sed tamen inter inæquales potest esse maior dilectio quàm inter æquales, licet non aqualiter vtrinque respondeat. Pater enim plus diligit filium naturaliter, quam frater fratrem, licet filius non tantundem diligat patrem, sicut ab eo diligitur.

AD tertium dicendum, quòd causa disparitatis poterat esse ex parte Dei, non quidem vt puniret quosdam, et quosdam premiaret, sed vt quosdam plus, quosdam minus sublimaret, vt pulchritudo ordinis magis in hominibus reluceret. Et etiam ex parte naturę poterat disparitas causari secundùm praedictum modum absque aliquo defectu naturę.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. In statu innocentiæ esset inæqualitas tam secundum sexum, quàm secundum ætatem, & secundum quędam alia pertinentia ad corpus & ad animam. Hanc conclusionem explicat D. Th. per singula. De qua in præsenti nihil est differendum, quia sigillatim de his omnibus iterum tractat Di. Thom. infra quæstione 99. & quæstio. 101.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum homo in statu innocentiæ homini dominaretur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd homo in statu innocentiæ homini nō dominabatur. Dicit n. Aug.* 19. de Ciuit. Dei. Hominem rationalem ad imaginem suam factum non voluit Deus nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. 483 2. 2. qu. 164. ar. 2. cor. & ad prin. 36. 2. di. 44. q. 1. art. 3. & opu. 20. li. 2. c. 9. co. 1. & li. 3. c. 9. fi. & c. 11. fi. c. 15. nō longè à prin. c. 5 c. x. to. 5

¶ 2 Præterea. Illud quod est introductum in pœnam peccati, non fuisset in statu innocentię. Sed hominem subesse homini introductum est in pœnam peccati. Dictum est enim mulieri post peccatum. Sub potestate viri eris, vt dicitur Gene. 3. ergo in statu innocentiæ non erat homo homini subiectus.

¶ 3 Præterea. Subiectio libertati opponitur. Sed libertas est vnum de præcipuis bonis, quod in statu innocentiæ non defuisset, quando nihil aberat quod bona voluntas cupere potest, vt Augus. dicit* 14. de Ciui. Dei. ergo homo homini in statu innocentiæ non dominabatur.

SED contra. Conditio hominum in statu innocentiæ non erat dignior quam conditio angelorum. Sed inter angelos quidam alijs dominantur. Vnde & vnus ordo dominationum vocatur. Ergo non est contra dignitatem status innocentię, quòd homo homini dominaretur.

RESPONDEO dicendum, quòd dominium accipitur dupliciter. Vno modo secundùm quod opponitur seruituti. Et sic dominus dicitur cui aliquis subditur, vt seruus. Alio modo accipitur dominium secundum quod communiter refertur ad subiectū qualitercunque. Et sic etiam ille, qui habet officium

Universidad de Deusto
Biblioteca

efficium gubernandi & dirigendi liberos, do A *minus dici potest. Primò ergo modo accepto dominio, in statu innocentiæ homo homini nõ dominaretur. Sed secundo modo accepto dominio, in statu innocentiæ homo homini dominari potuisset. Cuius ratio est, quia seruus in hoc differt à libero, quòd liber est cã*
li. 1. me ta. nõ lõ gè à prĩ si. to. 5. *sui, vt dicitur in prin.* * *Metaph. seruus autẽ ordinatur ad alium. Tũc ergo aliquis dominatur alicui vt seruo, quando eum cui dominatur, ad propriam vtilitatem facit, scilicet dominantis refert. Et quia vnicuiq; est* B *appetibile proprium bonum, & per consequens contristabile est vnicuique quòd illud bonum quod deberet esse suum, cedat alteri tantũ, ideo tale dominium nõ potest esse sine pœna subiectorũ. Propter quod in statu innocentiæ non fuisset tale dominium hominis ad hominem. Tunc verò dominatur aliquis alteri vt libero, quando dirigit ipsum ad proprium bonum eius, qui dirigitur vel ad bonum commune. Et tale dominium hominis ad hominem in statu innocentiæ fuisset,* C *propter duo. Primò, quia homo natur aliter est animal sociabile. Vnde homines in statu innocentiæ sociabiliter vixissent. Socialis autem vita multorum esse non posset, nisi aliquis præsideret qui ad bonum commune intenderet. Multi enim per se intendũt ad multa, vnus vero ad vnum. Et ideo Philosophus dicit in princip. Politico. Quandocunq; multa ordinantur ad vnum, semper inuenitur vnum vt principale & dirigens. Secundò, quia si vnus homo habuisset super alium su-* D *per eminentiam scientiæ & iustitiæ, inconueniens fuisset nisi hoc exequeretur in vtilitatem aliorum, secundùm quod dicitur 1. Petr. 4. Vnusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum illam administrantes. Vnde Augustin. dicit* * *19. de Ciuita. Dei,*
li. 19. de ciu. Dei c. 14. in §. to. 5. *quòd iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominem condidit. Et per hoc patet responsio ad omnia* E *obiecta, quæ procedunt de primo modo dominij.*

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio prima. Homo in statu innocentiæ non dominaretur homini tanquàm seruo. Probatur ex Di. Augustin. lib. 19. de Ciuita. capi. 15. Hominem rationalem ad imaginem suam factum noluit Deus nisi irrationalibus dominari, nõ hominem homini, sed hominem pecori. Ratio. Illud dominium importat pœnam & tristitiam subditorum, ergo.

¶ Secunda conclusio. Homo in illo statu dominaretur homini tanquam subdito in ordine ad debitã gubernationem. Probatur ex Di. Augusti. libro 19. de Ciuita. capi. 14. Iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi. Hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominem condidit. Ratio. Homines in illo statu agerent vitam socialem, quæ nõ potest esse nisi aliquis præsideat, qui intendat ad bonum commune: quia multi per se intendunt ad multa, vnus vero ad vnum, ergo.

COMMENTARIVM.

DOctrina D. Thom. in hoc arti. est Di. Augustin. in illo lib. de Ciui. cap. 15. vbi docet seruitutem hominis non esse à natura, sed ex peccato introductam, in cuius cõfirmationem adducit illud Genes. 9. Maledictus puer Chanaam, seruus erit fratrum suorum. Et D. Gregor. libro 21. moral. cap. 11. & in 2 par. pastoral. cap. 6 docet, quòd homo animalibus irrationalibus, non autem aliis hominibus natura prælatus est. Quòd si quis obiiciat Aristot. 1. Politic. c. 3. & 4. asserentem, homines quasdam ab ipsa natura habere, vt sint serui. Respondetur, quòd Aristot. intelligitur, quosdam homines quasi à natura inclinari ad seruiendum aliis qui multo magis vigent prudentia & sensu. Loquebatur autem suppositis naturæ humanæ imbecillitate. Similem solutionem adhibet Di. Tho. 2. 2. quæst. 57. art. 3. ad secundum. De qua materia & iusta domini j consulto pauca diximus, quia

de illa multa tractantur 2. 2. quæst. 62. art. primo. vide Soto lib. 4. de iustitia & iure per sex quæstiones. ¶ Sed contra conclusionem D. Tho. est argumentum quod secundo loco obiicit D. Tho. Genes. 3. dictũ est mulieri post peccatum, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, ergo ante peccatum erãt omnino equales. Confirmatur ex D. Chrysostom. homil. 17. super Genes. vbi loquens ad mulierem dicit: Quoniam relicto illo qui dignitate par erat, cum serpente confabulari voluisti, & quia serpenti imperare nescisti, sub viri potestate eris, ergo dignitate equales erãt. Propter hoc argumẽtum aliqui asserebãt, quòd subiectio mulieris ad virum nõ erat ante peccatum, sed ambo erant æquales. Hæc autem sententia falsissima est. Nam primo Corinthior. vndecimo dicitur; Caput mulieris vir, & sermo est secundùm ordinem debitum legis naturæ, ergo subiecta erat mulier viro tanquã capiti. Quapropter ad argumentum respondetur cum C Di. Thom. 2. 2. quæstione 164. arti. 2. ad primum, quòd illud testimonium debet intelligi, non de subiectione naturali quo ad debitam gubernationem, sed de subiectione quadam quasi seruili, quæ pœnalis est mulieribus, & contra ipsarum voluntatem. Hæc enim subiectio subsequuta est post peccatum. Ad confirmationem respondetur, quòd ex ipso contextu constat, quòd Chrysostom. appellat parem dignitate: quia erat eiusdem D naturæ & status, & ambo erant superiores cæteris animantibus, & imperabant illis, non autem quia mulier non esset subiecta viro subiectione naturali.

QVAESTIO XCVII.
De his, quę pertinent ad statum primi hominis quantum ad indiuidui conseruationẽ. E

DEINDE considerandum est de his, quę pertinent ad statum primi hominis secundùm corpus. Et primò quantum ad conseruationem indiuidui.

Secundò, quantum ad conseruationem speciei.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm homo in statu innocentiæ esset immortalis.

AD PRIMVM sic procedit. 484
Videtur, quòd homo in statu innocentiæ, non erat immortalis. Mortale enim ponitur in diffinitione hominis. Sed remota diffinitione aufertur diffinitum, ergo si homo erat, non poterat esse immortalis. 2. di. 19. q. 2. art. 4. & male. 5. attic. 5.

¶ 2 *Præterea. Corruptibile & incorruptibile genere differunt, vt dicitur in 10. Meta. h.* * *Sed eorum quę differunt genere, non est transmutatio inuicem. Si ergo primus homo fuit incorruptibilis, non posset homo in statu isto esse corruptibilis.* Tex. 26 to. 3.

¶ 3 *Præterea. Si homo in statu innocentiæ fuit immortalis, aut hoc habuit per naturam, aut per gratiam. Sed non per naturam. Quia cùm natura eadem maneat secundũ speciem, nunc quoque esset immortalis. Similiter nec per gratiam. Quia primus homo gratiam per pœnitentiam recuperauit, secũdùm illud Sapien. 10. Eduxit illum à delicto suo. Ergo immortalitatẽ recuperasset. Quod patet esse falsum. Non ergo homo erat immortalis in statu innocentiæ.*

¶ 4 *Præterea. Immortalitas promittitur hominibus in præmium, secundùm illud Apoca. 21. Mors vltra non erit. Sed homo non fuit conditus in statu præmij, sed vt præmium meretur. Ergo homo in statu innocentiæ non fuit immortalis.*

SED contra est, quod dicitur ad Ro. 5. quòd per peccatum intrauit mors in mundum. Ergo ante peccatum homo erat immortalis.

RESPONDEO dicendum, quòd aliquid põt dici incorruptibile tripliciter. Vno modo ex parte materiæ, eo scilicet q̃ vel non habet materiam, sicut angelus, vel habet materiã, quæ non est in potentia nisi ad vnã formam, sicut corpus cęleste. Et hoc dicitur secundùm naturam incorruptibile. Alio modo dicitur aliqd incorruptibile ex parte formę, quia scilicet res corruptibili per naturã

Universidad de Deusto
Biblioteca

inharet aliqua dispositio, per quam totaliter à corruptione prohibetur. Et hoc dicitur incorruptibile secundum gloriam. Quia vt dicit Aug. in epist. ad Dioscorum, Tam potenti naturæ Deus fecit animam, vt ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis & incorruptionis vigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte causæ efficientis. Et hoc modo homo in statu innocentiæ fuisset incorruptibilis & immortalis. Quia (vt Aug. dicit in lib. de Quæst. no. & vet. testam.) Deus enim hominem fecit, qui quandiu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi autor esset aut ad vitam, aut ad mortem. Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed merat anima vis quædā supernaturaliter diuinitus data, per quā poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu ipsa Deo subiecta manssisset. Quod rationabiliter factum est. Quia. n. anima rationalis excedit proportionem corporalis materiæ, vt supra dictum est,* conueniens fuit, vt in principio ei virtus daretur, per quam corpus conseruare posset supra naturam corporalis materiæ.*

Est epi. 56. aliquantulū ante med. illius. t. 2.

Qu 76. art. 1.

AD primum ergo & secundum dicendum, q rationes illæ procedunt de incorruptibili & immortali per naturam.

AD tertium dicendum, q vis illa præseruandi corpus à corruptione non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ. Et quamuis gratiam recuperauerit ad remissionem culpæ, & meritum gloriæ, non tamen ad amissa immortalitatis effectū. Hoc. n. reseruabatur Christo, per quem natura defectus melius reparandus erat, vt inf. dicetur.

Hic lib. habetur. 4. & incipit, Quid sit Deus. q. 19. in priu.

3. par. q. 3. art. 2.

AD quartum dicendum, quod differt immortalitas gloriæ, quę promittitur in præmium, ab immortalitate quæ fuit homini collata in statu innocentiæ.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Homo in illo statu esset immortalis ex parte causæ efficientis Ratio est. In homine erat quædam vis supernaturaliter ei à Deo indita, qua poterat conseruare corpus ab omni corruptione, quandiu ipsa anima esset Deo subiecta, ergo erat immortalis illo modo. Antecedens confirmat Di. Tho. autoritate D. Augu. lib. de quæstionibus veteris & noui testam. quæstione 19.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa istam conclusionem; Vtùm illa sit vera? Pro parte negatiua arguitur primo. Si homo in illo statu non sumeret de aliquo vitæ, absque dubio moreretur, vt patet ex illo Genes. 3. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum; sed poterat non comedere, cum esset liber, ergo poterat mori, ac ex consequenti non erat immortalis. Confirmatur. Quanuis sumeret homo de ligno vitæ adhuc pateretur corruptionem, ergo. Probatur antecedens. In illo statu esset digestio cibi & nutritio, & augmentatio, ergo consumeretur calor naturalis ex actione & repassione, & ex cōsequēnti deficeret homo.

¶ Secundo. Si homo non transiret ab illo statu in statum gloriæ, moreretur, ergo. Probatur antecedens. Ille homo succedū tēporis senesceret, sed quod senescit prope interitum est, vt dicitur ad Hebræ. 8. ergo tandem senio deficeret.

¶ Tertio. Homo dicitur mortalis in hoc statu, quanuis possit aliqua virtute supernaturali præseruari à Deo, sicut præseruatur Elias à morte, ergo etiā tunc esset mortalis. Probatur consequentia. Quoniā esse mortalem ex sua natura, ita conuenit homini in illo statu, sicut in isto.

¶ In hoc dubio est nobis controuersia, & cum hæreticis, & cum catholicis: quoniam Pelagiani, vt refert D. August. lib. de hæres. c. 88. & Castro libro 2. aduersus hæres. titu. Adam, hæresi. 4. asserebant, quòd Adam moreretur etiam si non peccasset, & de facto mortuus est, non in pœnam peccati, sed necessitate naturæ. Et Sixtus Senens. lib. 5. Biblioth. sanctæ, annot. 36. & 52. refert quosdam aliàs catholicos, qui ex ignorantia ferè docuerant istum errorē. Theologi vero nonnulli affirmant hominem in

in illo statu, de facto quidem non esse moriturum, & posse tamen mori. Quapropter non admittunt, quòd absolutè loquendo, & sine addito esset immortalis in illo statu. Ita Scotus in 2. dist. 19. quæst. vnica, & Gabr. q. vnica art. 2. & 3. imo & Caietanus Gen. 2. in illa verba: Quacunque die comederis, &c. dicit, quod non dicimus hominem ante peccatum fuisse immortalem, sed quòd fuisset seruandus à morte, diuina virtute.

PRo decisione huius difficultatis sit prima conclusio. Homo in illo statu erat immortalis de facto, in hoc sensu, quòd si non peccaret, nunquam moreretur. Ista cōclusio est certa secundùm fidem contra Pelagianos. Et probatur primo ex illo Genes. 2. Quacunque die comederis morte morieris. Quē locū sic intelligunt omnes sancti Patres, quod si non comedisset nunquā mortuus fuisset. Et D. Hierony. in lib. 2. de traditio. Hebraica dicit, quòd Symmachus melius transtulit: Quacunque die comede ris, eris mortalis. Præterea. Sapien. 1. dicitur: Deus mortem non fecit, &c. Et cap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem: inuidia autem diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Denique ad Roman. 5. dicitur; Per vnum hominem intrauit peccatum in mūdū, & per peccatū mors, & sic in oēs homines mors pertrāsijt. His testimonijs vsus est Diuus August. contra Pelagianos lib. 1. hypogn. circa princ. Probatur secundo diffinitionibus Conciliorū. Nam in Concilio Milcuitano capitulo 1. habetur, Quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, e uita decederet, non merito peccati, sed necessitate naturæ, anathema sit. Eandem diffinitionem ad literam habet Concilium Africanum tempore Bonifacij I. canone 76. habetur de consecratione, dist. 4. cap. Placuit. Confirmatur ex Concil. Trident. Sessio. 5. cano. 1. & 2. vbi diffinitur primum hominem per peccatū incurrisse mortem quàm Deus illi comminatus est. Tertio probatur ex communi omnium Sanctorum Patrum sententia & consensu, sed sufficiat nobis locus D. Aug. lib. 13. de Ciuit. c. 15. vbi dicit, Constat inter Christianos veraciter catholicam fidē etiam ipsam nobis mortem corporis non lege naturæ, qua nullam mortem Deus homini fecit, sed merito iustitiæ esse peccati. ¶ Secunda conclusio. Homo in illo statu deberet dici absolutè & simpliciter immortalis. Ista conclusio asseritur contra Theologos supra citatos. Et est D. Thom. arti. 1. & in illa dist. 19. quæst. vnica, art. 2. quā docent ex antiquioribus d. 19. Albertus & D. Bonauent. Ægid. Ricard. & Durand. qui omnes absq; vllo addito cōcedūt hominē in illo statu fuisse immortalem. Itē colligitur conclusio ex D. Chrys. homi. 11. ad populum, & apertius homil. 45. vbi absolutè docet, quòd corpus hominis in paradiso non erat corruptibile & mortale, sed per peccatum tale factum est. In cuius confirmationem adducit illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit, &c. & D. August. in li. quæst. vet. & noui testam. q. 19. & lib. 22. de Ciuit. cap. 30. absolutè etiam docet, primū hominem habuisse immortalitatem per quam posset non mori, & hanc perdidisse per peccatum, & ad eundem modum loquuntur alij sancti Patres. Secundo probatur ratione. Manente illo statu, in quo erat plena subiecto animę ad Deum, repugnabat illi statui mors & corruptio, ergo absolutè dicerentur immortales secūdum corpus, sicut quoniam beati in patria stante visione beatifica non possunt peccare, absolutè dicuntur impeccabiles.

¶ Tertia conclusio. Homo etiam in illo statu, si consideretur absolutè, & secundū sua principia naturalia, erat mortalis. In hac conclusione conueniunt cum D. Tho. vniuersi Theologi in illa dis. 19. quā cōclusionem explicat egregie D. Thom. in 1. 2. quæst. 85. art. 6. Et probatur. Quia esse mortale vel corruptibile, est prędicatum conueniens homini intrinsecè ratione materiæ, vt etiam D. Thom. docet in art. 1. ergo absolute secūdum hanc considerationem est mortalis. Denique Diuus Gregor. lib. 4. moral. capitulo 30. docet conclusiones 2. & 3. his verbis: Primus homo sic est immortalis conditus, vt si tū peccare mori posset: & sic est mortalis conditus, vt si non peccaret, posset etiam non mori. Hanc etiam conclusionem docet S. Thom. supra quę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stione 76. articu. 5. ad primum. ¶ Quarta conclusio. Illa immortalitas quam habuit primus homo, erat supernaturalis absolutè & simpliciter. Ista conclusio asseritor à Diu. Thom. in articu. 1. vbi dicit, q̃ procedit ex virtute supernaturali diuinitus data, & idem docet in illa d. 19 artic. 4. est autem contra Scotum eadem dist. quæst. vnica, & contra Durandum quæst. asserentem, quòd erat partim naturalis, & partim supernaturalis. Cui consentiunt aliqui discipuli D. Thom. Probatur primo. Illa immortalitas erat supra omnia principia naturalia hominis de cuius natura est, quod sit corruptibilis ratione materiæ, ergo. Secundo. Illa quæ sunt naturalia in homine manserunt integra post peccatum, sicut et de angelis dicit D. Dionys. c. 4. de diuin. nomin. sed illa immortalitas nullo modo mansit post peccatum, ergo erat omnino supernaturalis. Verum est tamen q̃ posset dici naturalis in eo sensu quo solet vocari naturale, illud quod habetur ab exordio natiuitatis: sicuti Sap. 12. malitia hominũ vocamr naturalis, & ipsa iustitia originalis vocatur naturalis, quoniam ab ipsa natiuitate daretur homini, sicut docet D. Th. 4. contra capit. 52. ad 6. rationem, & explicat Ferrariensis.

SEd difficultas est, vnde proueniebat homini immortalitas? nam D. Thom. in articulo docet, quòd proueniebat ex quadam virtute supernaturali, diuinitus data hommi, per quam poterat præseruare corpus ab omni corruptione, sed non explicat aperte quæ esset illa virtus, pro eius explicatione.

¶ Sit quinta conclusio. Illa virtus data, homini diuinitus, de qua D. Thom. agit non erat distincta ab ipsa iustitia originali. Ad cuius explicationem notandũ est, q̃ illa immortalitas proueniebat ex multiplici capite. Primo ex ipsa iustitia originali per quam ipsum corpus susceipiebat vigorem quendam, ne posset lædi à contrarijs, & ne calor naturalis per actionem & passionem debilitaretur: sicut debilitatur in nobis post peccatum. Secũdo proueniebat ex vigilantissima prudentia ipsius hominis, per quam sibi caueret ab omni causa corruptionis tã intrinseca quàm extrinseca. Tertio proueniebat ex speciali Dei prouidentia circa hominem, & continua angelorum custodia. Quarto proueniebat ex fructu ligni vitæ, per quem prohiberetur omnis corruptio corporis. Has quatuor causas assignat Diuus Thom. in hac quæstione articulo primo. & articu. secundo, & in quæstio. 24. de veritate articulo 9. Ex quibus locis facile colligi possunt, vide etiam in secunda distinctione. 19. quæstione 2. articu. 4. Hoc supposito probatur primo conclusio ex communi consensu omnium Theologorum, qui rectè sentiunt in illa distinct. 19. quorum est ista conclusio. Secundo probatur. Pluralitas sine accessitate non est admittenda, sed iustitia originalis poterat efficere id, quod illa qualitas efficeret si esset distincta, ergo. Probatur minor. Quoniam vt suprà sæpe diximus, per iustitiam originalem habueret homo corpus omnino sibi subiectum, & ex consequenti poterat, illud præseruare a corruptione.

¶ Sexta conclusio. In corpore primi hominis non erat aliqua qualitas inhærens per quam fieret immortalis, præter quatuor qualitates supra positas. Probatur primo. Quoniam D. Thom. articu. 1. in præsenti quæstione sic dicit; Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem. Secundo, quoniam in articulo 3. ad primum dicit, Dictum est autem supra, videlicet articulo 1. quòd immortalitas primi status erat secundùm quandam vim supernaturalem inanima residentem, non autem secundum aliquam dispositionem corpori inhærentem, ergo.

¶ Sed contra hanc conclusionem potest obijci locus Diuus Thomas 4. contra gentes, capitulo octuagesimoprimo. quod Deus aliquam dispositionem dederit corpori primi hominis ad hoc vt posset ab anima incorruptibile præsentari, quam dispositionem ibi appellat incorruptibilitatem, & dicit illam esse datam corpori, vt conuenienter suæ formæ, coaptaretur, & vt per illam posset perpetuo viuere.

¶ Ad hanc obiectionem Ferr. ait, q̃ D. Tho. in hac q. negat corpus primi hominis fuisse

fuisse incorruptibile per formam sibi inhærentem, quæ conferret illi incorruptibilitatem formaliter. At verò in 4. cont. gent. loquitur de dispositione in genere causæ materialis, per quam corpus ipsum fieret aptum & dispositum vt ab anima consequeretur incorruptibilitatem. Sed ista responsio non est ad mentem D. Thom. Primo, quoniam D. Tho. in locis citatis in 6. conclusione absolutè docet, quòd illa immortalitas non erat per aliquã dispositionẽ inhærentem corpori, neque vnquam distinxit de dispositione in genere causæ materialis, vel formalis. Secundo, quoniam D. Tho. in 4. cont. gent. illam dispositionem vocat incorruptibilitatem, dispositio autẽ in genere causæ materialis non poterat dici incorruptibilitas: sed deberet dici dispositio ad incorruptibilitatem. Ad locum vero D. Tho. aperta est responsio, si attentè legatur eius doctrina in illo loco, & in hac q. art. 3 quòd D. Tho. nõ loquitur de aliqua dispositione reali quæ corpori inhæreat ad susciptendum effectum immortalitatis ab anima: sed potius ipsum effectum immortalitatis, quem susciebat ab anima, mediante iustitia originali, vocat dispositionẽ, propterea q̃ per illã perpetuo viueret, & ex consequenti esset coaptata rationali, quæ perpetuo viuit. Ad susciendam autem hanc incorruptibilitatem, non oportet ponere in corpore hominis dispositionem inhærentem in genere causæ materialis: quoniam illa immortalitas non erat ip si corpori intrinseca, sed proueniebat ab extrinseco per virtutẽ iustitiæ originali existentis in anima, & per alias causas extrinsecas quas notauimus conclusione 5.

¶ Ad primum argumentum respondetur ex doctrina D. Tho. art. 3. ad tertiũ, q̃ homo in illo statu habuit præceptum comedendi tempore debito: sic adeo vt peccaret mortaliter si non comederet. Quapropter, manente illo statu innocentiæ, nõ potuit non comedere, quòd si comederet, per petuo conseruaretur. Ad confirmationem respondetur, quòd quamuis fieret aliqua deperditio humidi radicalis, non tamen omnino deperderetur: vt D. Thom. art. 3. ad primum dicit, de quo diximus art. 2. & 4. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd homo nunquam posset mori in illo statu, quoniam vel sumeret de ligno vitæ, quando opus esset, vel transferretur ad statum gloriæ, vt D. Tho. art. 4 dicit.

¶ Ad tertium respondetur nego consequentiam. Quoniam in statu innocentiæ illa esset lex ordinaria, & propria illius status conditio, quòd homo nunquam moreretur. Et propterea absolutè potuit dici immortalis. Ceterum in hoc statu nulla esset talis lex, sed speciale priuilegium alicuius hominis. Et propterea non potest dici immortalis absolutè. De alijs quæ in hoc poterant artic. disputari, vide D. Thom. & Doctores in 2. d. 19.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm homo in statu innocẽtiæ fuisset passibilis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocentiæ fuisset passibilis. Sentire.n. est pati quoddam Sed homo in statu innocentiæ fuisset sensibilis. Ergo fuisset passibilis. 485 2. d. 19. ar. 3. Et di. 23. q. 2. artic. 3. col. Et d. 29. ar. 3. cor.

¶ 2 *Præterea. Somnus passio quædam est. Sed homo in statu innocentiæ dormuisset, secundùm illud Gen. 2. Immisit Deus soporẽ in Adam, ergo fuisset passibilis.*

¶ 3 *Præterea. Ibidem subditur, quòd tulit vnam de costis eius. Ergo fuisset passibilis etiam per absscissionem partis.*

¶ 4 *Præterea. Corpus hominis molle fuit. Sed molle naturaliter passiu.m est à duro, Ergo si corpori primi hominis obuium fuisset aliquod corpus durum, ab eo passum fuisset. Et sic primus homo fuit passibilis.*

SED contra est, quia si fuisset passibilis, fuisset corruptibilis. Quia passio magis facta abijcit à substantia.

RESPONDEO dicendum, q̃ passio dupliciter dicitur. Vno modo propriè. Et sic pati dicitur quod à sua naturali dispositione remouetur. Passio enim est effectus. In rebus autem naturalibus contraria agunt & patiuntur adinuicem, quorum vnum remouet alterũ à sua naturali dispositione. Alio modo dicitur passio communiter secũdùm quãcunque mutationem, etiam si pertineat ad perfectionẽ naturæ, sicut intelligere vel sentire di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eitur pati quoddam. Hoc igitur secundo modo homo in statu innocentiæ passibilis erat, et patiebatur, & secundum animam & secundum corpus. Primo autem modo dicta passione, erat impassibilis, & secundum animã & secundum corpus sicut & immortalis. Poterat enim passionem prohibere, sicut & mortem, si absque peccato perstitisset. Et per hoc patet responsio ad duo prima. Nam sentire & dormire non remouent hominem à naturali dispositione, sed ad bonum naturæ ordinantur.

Qu. 92. art. 3. ad 2. arg.

AD tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, * costa illa fuit in Adã, inquantum erat principium humani generis, sicut semen in homine, inquantum est principium per generationem. Sicut igitur decisio seminis non est cum passione quæ remouet hominem à naturali dispositione, ita etiam est dicendum de separatione illius costæ.

AD quartum dicendum, q̃ corpus hominis in statu innocentiæ poterat præseruari ne pateretur læsionem ab aliquo duro, partim quidem per propriam rationem, per quam poterat nociua vitare, partim etiã per diuinã prouidentiã, quæ sic ipsum ducebatur vt nihil et occurreret ex improuiso, à quo læderetur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Primus homo in illo statu non esset passibilis passione, quæ remoueret ipsum à sua dispositione naturali. Ratio. Homo in illo statu erat immortalis, vt patuit articulo præcedenti, ergo & impassibilis; quia illa passio semper disponit ad corruptionem, & ad mortem.

¶ Secunda conclusio. Passione cõmuniter dicta & perfectiua naturæ, homo in illo statu erat passibilis & quantum ad animam & corpus. Ratio. Quia sentiebat, dormiebat, &c. ergo.

COMMENTARIVM.

DVbium est de conclusione D. Tho. vt enim falsa. Primo. Nam homo in illo statu per actionem caloris naturalis deperderet partem aliquam pinæ substantiæ proprie, ergo esset ibi passio propriè dicta. ¶ Secundò. In illo statu innocentiæ esset fames, alias enim, si homo sumeret de ligno vitæ absque vlla fame peccaret venialiter, quod peccatum non poterat esse in illo statu secundum doctrinam D. Tho. in 1. 2. quæst. 89. artic. 3. sed fames importat passionem propriè dictam, ergo.

¶ Scotus in illa dist. 19. quæst. vnica, censet hominem in illo statu passibilem fuisse passione propriè dicta. Nihilominus tamẽ conclusio D. Thom. & eius rationes magnam probabilitatem habent. Pro quarum intelligentia vide ipsum Di. Thom. in 2. distin. 19. artic. 3.

¶ Ad primum autem eorum respondetur ex doctrina Di. Thom. & Caiet. artic. 3 sequenti circa primum & secundum, q̃ per actionem caloris naturalis aliquid deperderetur humidi radicalis, cæterum nunquam omnino consumeretur, quia auxilio ligni vitæ restauraretur deperditũ, vt explicabimus artic. quarto. Respondemus secundo, quòd per nutritionem illam corpus hominis non pateretur illo genere passionis propter virtutem animæ habentis iustitiam originalem, sed passio illa teneret se ex parte alimenti tantum. Tertio respondetur, quòd quãuis in illo statu esset eiusmodi passio per nutritionem, tamen illa esset perfectiua & conueniens naturæ hominis, non autem induceret disproportionem humoru, quod esset malum ipsius hominis.

¶ Ad secundum respondetur, quòd illi statui non erat disconueniens fames, quæ importat appetitum cibi conuenientis ad cõseruationem individui. Cæterum eiusmodi appetitus in illo statu non procederet ex passione inordinata, aut quæ afflingeret animam: sed quando opus esset, & quantum opus esset secundum rectam rationem, homo appeteret cibum, & comederet. Et ita docet D. Thom. artic. 3. ad tertium & quartum. Imo vero & Di. Augustinus id docet lib. quarto contra Iulianum, c. 14. qui locus est maximè notandus pro dicendis articu. sequenti.

ARTI-

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm homo in statu innocentiæ indigebat cibis.

486 d. 19. q. 2. ad 1. & 3. in 4. cõ tra cap. 1. col. 1. 2. ma qu. 5. ar. 2. ad 1. & 9. 1. quæst. 133.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd homo in statu innocentiæ non indigebat cibis. Cibus enim necessarius est homini ad restaurationem deperditi. Sed in corpore Adæ nulla fiebat deperditio, quia incorruptibile erat. Ergo non erat ei cibus necessarius.

¶ 2 Præterea. Cibus est necessarius ad nutriendum. Sed nutritio non est sine passione. Cum ergo corpus hominis esset impassibile, non erat ei cibus necessarius, vt videtur.

¶ 3 Præterea. Cibus dicitur esse nobis necessarius ad vitæ conseruationem. Sed Adam aliter vitam poterat conseruare. Quia si non peccaret, non moreretur. Ergo cibus non erat ei necessarius.

¶ 4 Præterea. Ad sumptionem cibi sequitur emissio superfluitatum, quæ habent quandam turpitudinem non conuenientem dignitati primi status. Ergo videtur quòd homo in primo statu cibis non vteretur.

SED contra est. quod dicitur Genes. 2. De omni ligno qd est in paradiso comedetis.

RESPONDEO dicendum, quòd homo in statu innocentiæ habuit vitam animalem cibis indigentem. Post resurrectionem verò habebit vitam spiritualem cibis non indigentem. Ad cuius euidentiam considerandũ est, q̃ anima rationalis & anima est, & spiritus. Dicitur autem esse anima secundum illud quod est sibi commune & aliis animabus, quod est vitã corpori dare. Vnde dicitur Gen. 2. Factus est hõ in animam viuentem, idest, vitã corpori dantem. Sed spiritus dicitur secundum illud quod est proprium sibi, et non aliis animabus, q̃ scilicet habeat virtutẽ intellectiuam immaterialẽ. In primo igitur statu anima rationalis communicabat corpori id quod competit ei inquantum est anima. Et ideo corpus, illud dicebatur animale, inquantum scilicet habebat vitam ab anima. Primum autem principium vitæ in istis inferioribus, vt dicitur in lib. * de Animalib. est anima vegetabilis, cuius opera sunt alimento vti, & generare, & augeri. Et ideo hęc opera homini in primo statu competebant. In vltimo vero statu post resurrectionem anima communicabit quodammodo corpori ea, quæ sunt sibi propria, inquantum est spiritus. Immortalitatem quidem quantum ad omnes: impassibilitatem vero, gloriam & vtilitatem, quantũ ad bonos, quorum corpora spiritualia dicentur. Vnde post resurrectionem homines cibis non indigebunt. Sed in statu innocentiæ eis indigebant.

Ibi 2. de anim. tex. 14. & 19. 10. 2

AD primum ergo dicendum, quòd sicut dicit Augustinus libr. de quæstio. * vete. & noui testamẽti. Quomodo immortale corpus habebat quòd cibo sustentabatur: immortale enim non eget esca neque potu. Dictum est enim supra, * quòd immortalitas primi status erat secundum vim quandam supernaturalem in anima residentem, non autem secundum aliquam dispositionem corpori inhærentem. Vnde per actionem caloris aliquid de humido illius corporis poterat deperdi. Et ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri.

q. 19. habet hic li. to. 4. & incipit, qd sit De. * ar. 1. huius qu.

AD secundum dicendum, quòd in nutritione est quędam passio & alteratio, scilicet ex parte alimenti, quod conuertitur in substantiam eius quod alitur. Vnde ex hoc non potest concludi quòd corpus hominis fuerit passibile, sed quòd cibus assumptus erat passibilis. Quandò etiam talis passio esset ad perfectionem naturę.

AD tertium dicendum, quòd si homo sibi non subueniret de cibo, peccaret, sicut peccauit sumendo vetitum cibum. Simul enim sibi præceptum fuit, vt à ligno scientiæ boni & mali abstineret, & vt de omni alio ligno paradisi vesceretur.

AD quartum dicendum, quòd quidam dicunt quòd homo in statu innocentiæ non assumpsisset de cibo, nisi quantum fuisset ei necessarium. Vnde non fuisset ibi superfluitatum emissio. Sed hoc irrationale videtur, quòd in cibo assumpto non esset aliqua fœculentia, quæ non esset apta vt conuerteretur in hominis nutrimentum. Vnde oportebat superfluitates emitti. Tamen fuisset diuinitus prouisum, vt nulla ex hoc indecentia esset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Ratio. Quia homo in illo statu agebat vitam animalem, sed ad hanc vitam necessariò pertinent opera animæ vegetariuæ, ex quibus vnum est alimento vti, & nutriri, vt constat ex Arist. 2. de ani. c. 4. tex. 34. ergo.

COMMENTARIVM.

DVbitatur de conclusione Di. Thom. Vtrùm sit vera? Et videtur q̃ nõ. Primo Quia homo in illo statu erat incorruptibilis, ergo nõ indigebat cibis. Probatur consequentia. Quia cibi ordinantur ad conseruationem vitæ, ne fame & inedia consumatur. Confirmatur. Nam in resurrectione non erit vsus ciborum, quia homines resurgent immortales, ergo neque in illo statu esset talis vsus eadem ratione.

¶ Secundo Si cibis vtebatur Adam contra defectum, necesse fuit fieri digestionẽ, & impuri egestionem, talibus autem subtacere miserrimum est, ergo in primo statu miserrimæ necessitati subiaceret hõ.

¶ Notandum est, quòd Di. August. lib. 4. contra Iulian. c. 11. refert, quod nonnulli diuini eloquij tractatores non contemptibiles docuerunt, primos parentes in illo statu non indiguisse eiusmodi cibo corporali, vt ea sola in paradiso voluptas & alimonia fuisse existimetur, qua delectantur corda sapientum. Et Liuus Augustinus non refert, quis fuerit iste autor huius opinionis, sed mihi videtur illã docuisse apertè Gregor. Nissenum lib. de opificio hominis cap. 19. & 20. Alij verò quos refert D. Thom. in 2. dist. 19. quæst. vnica, arti. 2. ad secundum, dicunt, quòd nulla dissolutio vel perditio facta fuisset in corpore Adæ, & q̃ cibus ab eo non sumebatur ad restaurationem deperditi, sed contra hunc defectum communem omni creaturæ, qui est vertibilitas in nihil. Alij autem quos refert Abulens. Genes. 53. quæstione 355. inquiunt, quòd cibus ille, quem tunc sumerent homines, non conuerteretur in substantiam alitti, sed ipsa substantia crescaret in seipsa, sicut quando Christus multiplicauit panes, de qua multiplicatione supra egimus quæstione 92. ar. 3.

PRima conclusio. Homo in illo statu indigeret cibis corporalibus. Hæc conclusio est contra primam sententiam quam optima ratione probat hic Di. Tho. & eam tenet Di. August. in loco citato, vbi dicit, quòd potius vult ad literam, de cibo corporali intelligere illa, quæ habentur Gen. 1. & 2. quam spiritualiter. Et ista est communis sententia omnium Sanctorum Ecclesiæ, & illam conuincit ratio Di. Tho. quæ desumpta est ex Di. Augusti. lib. 3. de Ciuita. capite 20. vbi docet, quòd cum primus homo in illo statu non haberet corpus spirituale, quale futurum est in vltima resurrectione, indigebat cibis, & alimentis vtebatur.

¶ Secunda conclusio. Homo in illo statu conuerteret alimentum in substantiam suam, & sumeret illum non contra defectum vertibilitatis in nihil, sed ad restaurationem deperditi. Hæc conclusio est contra alias duas sententias, & eam habet D. Tho. hic, & prima pars patet. Primo quidem quia eam manifestè conuincit ratio Di. Tho. Secundo, quia de ratione alimenti est, vt conuertatur in substantiam illius quod alitur, vt patet 1. de Generat. c. 5. de quo nos ibi multa diximus, & homines in illo statu vterentur alimentis, ergo. Tertio. Quia alias homines in illo statu non nutrirentur nec augerentur, hoc autem est falsum, ergo. Secunda vero pars, præterquã q̃ est Di. Thom. hic, & in secundo vbi supra sequitur ex prima. Cibus enim sumitur ad restaurationem deperditi, ad augmentum corporis in quantitate perfecta, & ad multiplicationem speciei per viam seminalem, secundum quod nutritiua, augmentatiuæ & vegetatiuæ deseruit, & propter hoc conuertitur in substantiam alitti. Præterea. Quia ridiculum videtur dicere, quòd cibus tunc sumebatur contra illum defectum communem omni creaturæ, qui est vertibilitas in nihil, quia secũdum hoc etiam corpora cælestia cibis indigerent, & etiam incorporeæ substantiæ, præcipuè cum contra hunc defectũ cibis subueniri non possit.

¶ Ex

¶ Ex hac conclusione sequitur id quod colligit Caiet. ex solutione D. Th. ad tecundum, q̃ aliqua deperditio humidi fiebat in illo statu, quod etiam expresse concedit D. Thom. in 2. distinct. 19. vbi supra. In quo loco ait, quòd oportet ponere quòd aliqua particularis deperditio in corpore Adæ fieret, non tamen poterat subsequi dissolutio propter hanc deperditionem in toto corpore propter rationes supra positas in art. 1. sicut etiam in partibus mundi contingit elementorum in partibus corruptio nem fieri, non autem in toto contingit elementa corrumpi, ex eo quod inferiorum corporum ordo virtute superiorum conseruatur.

AD primum argumentum respondetur, quod ad restaurandam hanc deperditionem sumerentur cibi. Cum enim homo tunc ex natura sua non esset immortalis, sed ex supernaturali virtute, multis ex causis hanc immortalitatem habebat, de quibus diximus articulo primo. Inter eas autem vna est sumptio ciborum. Ad confirmationem respondetur, quod in resurrectione homines resurgent vitam spiritualem, non animalem habentes, at vero in statu innocentiæ vinebant homines secundum vitam animalem, quæ indiget cibis. Vide de hoc D. Thom. 4. contra gent. capite 82.

¶ Ad secundum respondetur, quod vt bene dixit D. Tho. ad quartum, in illo statu esset emissio superfluitatum, & excrementorum, quanuis absque vlla indecentia, in qua re conuenit cum Di. Tho. Alb. Magn. in summa de homine trac. 13. q. 78. ad vlt. & Abulen. Gen. 13. q. 335. Subdit tamen Abulen. in illa quæstione vnum quod postea latius prosequitur Leu. 12. q. 13. vsque ad 18. q̃ etiam in Christo Domino q̃ agebat vitam mortalem, erat hæc emissio excrementorum, & dicit oppositum asserere esse absurdum, & ab insipientibus affirmari. Sed nobis videt potius esse eius sententia absurda, & derogare dignitati Christi, de quo non est præsentis loci disputare. Solet tamen de ea agi in 3. parte. quæstione 35. articu. 6. ad tertium, vbi & Caietan. insinuat hanc veritatem dum ait, quod mi sisterio angelorum in infante Christo disparebant huiusmodi excrementa. Interea legatur Di. Epiphanius li. 3. contra hæres. cap. 77. vbi ex professo disputat de hac re, & distinct inter alia, quod non decuit diuinitati Christi, vt subiaceret his imperfectionibus. Maximè quod istæ operationes egerendi excrementa, non erant necessariæ ad manifestandam veritatem humanę naturæ. Homines enim modesti secreto exercent.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm homo in statu innocentiæ per lignum vitæ immortalitatem consecurus fuisset.

AD QVARTVM sic præceditur. Videtur, quòd lignum vitæ non poterat esse causa immortalitatis. Nihil enim potest agere vltra suã speciem. Effectus. n. non excedit causam. Sed lignum vitæ erat corruptibile, alioquin non potuisset in nutrimentum assumi, quia alimentum conuertitur in substantiam nutriti, vt dictũ est. * Ergo lignum vitæ incorruptibilitatem seu immortalitatem conferre non poterat.

¶ 2 Præterea. Effectus qui causantur à virtutibus plantarum & aliarum naturalium rerum, sunt naturales. Si ergo lignum vita immortalitatem causasset, fuisset illa immortalitas naturalis.

¶ 3 Præterea. Hoc videtur redire in fabulas antiquorum, qui dixerunt q̃ dij qui comedebant de quodam cibo facti sunt immortales. Quos irridet Philosophus in * 3. Metaphysi.

SED contra est, quod dicitur Gen. 3. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

¶ 4 Præterea. Aug. in lib. de quæst. * veter. & nou. test. dicit, Gustus arboris vitæ corruptionem corporis inhibebat. Denique & post peccatum ponit insolubilis manere, si permissum esset illi edere de arbore vitæ.

RESPONDEO dicendum, quòd lignum vita quodammodo immortalitatẽ causabat, non autẽ simpliciter. Ad cuius euidentiã considerandum est, q̃ duo remedia ad cõ-

487
2. d. 92. art. 5. ad 5. & 6. Et 3. di. 16. q. 1. art. 3. ad 5. Et mal. q. 5. ad 8. & 9. Ar. præce. ad 2. Lib. 3. Metap. tex. 15. to. 3. q. 19. circa med. habetur hic lib. to. 4. & Quid sit Deus. incip.

seruationem vitæ habebat homo in primo sta-
tu contra duos defectus. Primus enim defe-
ctus est deperditio humidi per actionē caloris
naturalis, qui est anima instrumentū. Et con-
tra hūc defectum subueniebatur homini per
esum alterius lignorum paradisi, sicut & nūc
subuenitur nobis per cibos quos sumimus. Se-
cundus autem defectus est, quia, vt Philoso-
lib.1.tex. 34.& 29 *phus dicit 1. de Gener. illud quod generatur*
ex aliquo extraneo, adiunctum ei quod prius
erat humido præexistenti, imminuit virtutē
actiuam speciei, sicut aqua adiuncta vino, B
primo quidem conuertitur in saporē vini, sed
secundum quod magis & minus alteratur, di-
minuit vini saporis vim. Et tandem vinū fit
aquosum. Sic igitur videmus, q in principio
virtus actiua speciei est alteri fortis, q potest
conuertere de alimento non solum quod suf-
ficit ad restaurationem deperdit, sed etiā quod
sufficit ad augmentū. Postmodum vero quod
aggeneratur, non sufficit ad augmentū, sed
solum ad restaurationē deperdit. Tandem
vero in statu senectutis, nec ad hoc sufficit vir- C
tus de sequitur detrimentū, & finaliter dissolu-
tio corporis. Et contra hūc defectum subue-
niebatur homini per lignum vitæ. Habebat
enim virtutem fortificandi virtutem speciei
contra debilitatem proueniente ex admixtio-
ne extranei. Vnde August. dicit in 14. de Ci-*
lib.14. de Ciu. Dei c.26.circa princ. to.5. † Quæst. 19. in fi. to. 4. habet hic liber. & incip. Quid sit Deus.
uit. Dei, quòd cibus aderat homini ne esuri-
ret, potius ne sitiret, & lignū vitæ ne senectus
eū dissolueret. Et in lib. de quæst. † vet. & nou
test. dicit, q vitæ arbor medicinæ modo cor-
ruptionem hominum prohibebat. Non tamen D
simpliciter immortalitatē causabat, quia ne-
que virtus, quæ inerat animæ ad conseruan-
dum corpus, causabatur ex ligno vitæ. Neq;
etiam poterat immortalitatis dispositionē
corpori præstare, vt nunquā dissolui posset.
Quod ex hoc patet, quia virtus cuiuscunque
corporis est finita. Vnde non poterat virtus li-
gni vitæ ad hoc se extendere, vt daret corpo-
ri virtutem durandi tempore infinito, sed vsq;
ad determinatum tempus. Manifestum
est enim, quòd quanto aliqua virtus est ma- E
ior, tanto imprimit durabiliorem effectum.
Vnde cùm virtus ligni vitæ esset finita, se-
mel sumptum præseruabat à corruptione vsq;
ad determinatum tempus; quo finito,
vel homo translatus fuisset ad spiritualem
vitam, vel indiguisset iterum sumere de
ligno vitæ. Et per hoc patet solutio ad obiec-
ta. Nam primæ rationes concludunt quid
non causabat incorruptibilitatem simpliciter.
Alia vero concludunt quòd causabat in- Inco.
corruptibilitatem impediendo corruptionē
secundum modum prædictum.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Lignum vitæ causabat immortalitatem non simpliciter & absolutè, sed quodam modo. Prima pars probatur. Quia virtus animæ ad conseruandum corpus sine corruptione non causabatur ex ligno vitæ. Item etiam lignū vitę non poterat dare corpori dispositionem immortalitatis, vt nunquā dissolueretur, ergo non simpliciter &c. Secunda pars probatur. Lignum vitæ confortabat virtutem actiuam speciei, ne debilitaretur ex admixtio ne alimenti extranei, ergo quodammodo præseruabat hominem à corruptione, & ex consequenti quodāmodo causabat immortalitatem.

COMMENTARIVM.

DVbitatur de veritate doctrinæ D.Th. in isto articulo contra quam arguitur. Primo. Debilitatio virtutis actiuæ ex admixtione extranei est passio propriè dicta, & remouet hominem a sua naturali dispositione: sed deperditio humidi radicalis est huiusmodi, quæ erat secundùm D.Th. in illo statu, ergo esset ibi propriè passio, cuius contrarium D.Tho. docuit ar 2.

¶Secundo. Virtus conuersiua alimenti in Adam, etiam conuertendo fructum ligni vitæ in substantiā suam, debilitabatur aliquo modo, propterea quod omne agēs physicum agendo reparitur, & debilitatur, vt patet in exemplo D.Tho. quando aqua miscetur vino, quod desumpsit ex lib.1. de Gener. text. 34. & 39. ergo pluries debilitata illa virtus deficeret, & ex consequēti nō poterat causare immortalitatem.

¶Tertio. Iustitia originalis perfectè hominē reddebat immortalem; ergo imperfectus erat ad hoc lignum vitæ.

¶Quarto. Aut illa virtus ligni vitę erat naturalis, aut supernaturalis, non potest dici, quòd esset supernaturalis: quoniam illa virtus non esset magis in ligno vitæ quam in alio. Nam quicunque cibus ex virtute illa supernaturali posset habere illum effectum, nec erat naturalis, quoniam si illud lignum relinqueretur suæ naturæ non esset perpetuum, & incorruptibile, ergo nec posset facere hominem incorruptibilem. B Quo argumento vsus est D. Thom. q.5. de malo art. 3. ad nonum.

HIs tamen non obstantibus doctrina D.Thomæ in illa 4 conclusione est certissima, & probationes eius eam cōuincunt sic, vt sit communis doctrina Theologorum in 2.d.19. & 29. Cuius veritas amplius patebit ex solutionibus argumentorum. Ad cuius rei explicationem supponē dum est cum Caieta. in hoc articulo quòd passio propriè catenus repugnabat statui C innocentiæ, quatenus poterat remouere hominē à suo naturali dispositione non autē absolutè prout dicit quæcunque abiectionem contrarij. Quapropter si in illo statu posset esse ista abiectio contrarij absque remotione corporis à sua naturali dispositione, non repugnaret illi statui: quamuis diceretur vera passio realis, nō tamē diceretur tunc corpus hominis pati passione propriè dicta repugnante illi statui. Est autem latū discrimen inter illos duos defectus, quos D D.Th. assignat in art. videlicet inter deperditionem humidi, & debilitationem virtutis actiuę; quòd deperditio humidi non necessario remouet hominem à sua naturali dispositione, quia potius potest conducere ad perfectionem humanæ naturæ, vt Dio. Tho. dixit in art. 3 ad secundum, & patet manifestè in pueris qui nutriuntur & augent interimendo aliqua deperditione humidi radicalis. At vero debilitatio virtutis actiuæ remouet necessario hominē a sua E naturali dispositione, & posset illum corrumpere. Quapropter repugnabat illi statui, sicut repugnabat senectus & alij defectus. Vnde illa deperditio humidi, quam D.Tho. admittit in arti. 3. & 4. semper est intelligenda intra latitudinem dispositionis naturalis requisitæ ad perfectam conseruationem hominis, ita vt neque esse A maior neque minor.

¶His suppositis ad primum argumentū respondetur, quòd deperditio humidi radicalis, qui ibi esset, non remoueret hominē à sua naturali dispositione, sed potius perficeret illum, vt modo dicebamus. Debilitatio vero virtutis actiuæ nulla esset in illo statu: quoniam lignum vitæ occurrisset huic defectui, non quidem restaurando deperditum, sed præueniendo ne accideret debilitatio. In quo sensu debemus accipere id quod dixit D. Augustin. lib. 14. de Ciuit. cap. 26. quòd aderat lignum vitæ, ne senectus hominem dissolueret. Et in libro q̄ veter. & nouū testamenti q.19. quòd arbor vitæ medicinæ modo corruptionem corporis inhibebat.

¶Ad secundum respondetur negando, quòd virtus actiua debilitaretur conuertēdo cibum ligni vitæ in substantiam, quoniam in anima erat virtus, per quam agendo corpus in ipsum alimentum non debilitabatur, nec rapi et debatur ab ipso, quemadmodum virtus actiua in præsenti statu reparatur ab alimēto & debilitatur, quoniam non habemus in anima virtutem iustitiæ originalis.

¶Ad tertium negatur consequentia. Quia iustitiæ originalis erat causa principalis, quæ mediante ligno vitæ & alijs causis extrinsecis supra enumeratis hoc efficiebat, q̄ sicut licèt appetitum omnino subdebat rationi, ad tamen efficiebat mediantibus virtutibus existentibus in ipso homine, vt supra iam latè diximus.

AD quartum respondetur, quòd tangit difficultatem; An illa virtus ligni vitæ esset naturalis, An vero supernaturalis? In qua re aliqui Theologi opinantur, illam virtutem fuisse naturalem. Hanc sententiam docet Marsil. in 2.q.12 art.3.par. 3. & cōsentiunt illi aliqui ex discipulis D. Tho. Quæ sententia probatur. Primo. Illa virtus non fuit illi ablata post peccatum; ergo erat naturalis. Probatur antecedens primo ex illo Genes. 3. Ne forte sumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternū; quæ verba post peccatum hominis dicta sunt. Secundo, quoniam D.Tho. in ar. 2 ad. 29.q.vlti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

29.q.vnica, artiqu.5. ad quartum, expresse dicit, quòd Elias & Enoch sustentãtur modo in paradiso fructu ligni vitę.

¶ Oppositam sententiam, quòd illa virtus esset supernaturalis, videtur docere D. Thom.in 2.d.19.quæst.vnica,art.4.vbi dicit,lignum vitæ habere hunc effectum virtute sibi diuinitus concessa: quamuis postea ad quintum videtur docere, quòd sit naturalis. Dicit enim, quòd immortalitas primi hominis non esset naturalis propter virtutem ligni vitæ, sed potius esset supernaturalis propter iustitiam originalem. Et ex locis D.Thom. non potest aperte colligi, quæ fuerit eius expressa sententia. Sed D. Bonau. aperte docet, quòd illa virtus fuerit supernaturalis, vt patet illæ distinct. 19.ar.3.quæstio. 1.quem sequitur est Gabr. quæst.vnica dub 3. Et hanc sententiam videtur docuisse D.August. lib.8. super Gen. ad literam c.5.vbi dicit, cibum illius ligni vitæ habuisse nonnullam inspirationem salubritatis occultam, sicut habuit occultam virtutem panis ille subcinericius Eliæ, de quo dicitur 3.Reg.19.quod in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta diebus, &c.& sicut habuit occultam virtutem illa farina mulieris viduæ 3.Reg.17. quæ multiplicata est. Si teneamus istam secundam sententiam, quòd illa virtus fuit supernaturalis, respondeti potest ad quartũ argumentum, quòd Deus voluit solum illi arbori conferre ciusmodi virtutem, sicut voluit, quòd cùm alia ligna paradisi essent hominũ alimentum, hoc lignum illi esset etiam sacramentum, sicut dicit D.August. 13.de Ciuit.c.20.

AD argumenta vero primę sententiæ respondeti potest. Ad primum, quòd in illo testimonio illa dictio, æternum, accipitur pro tempore longissimo, sicut frequenter in Sacra scriptura vsurpari solet, vt cum vocantur montes æterni, vel pactum æternum, & ita respondet D.Tho.in 2.2.quæst 164.art.4.ad sextum. Aliqui existimant illa verba interpretanda esse ironicè, sicut verba precedentia, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, vt interpretatur D. Chrysost.hom.3.in Matth. Quæ explicatio habet aliquam probabilitatem, quamuis D.Tho.in loco modo citato ad septimum ex sententia D. August. lib.11. super Genes. ad liter.ca.39.non admittat illa verba dicta esse per modum insultationis, sed potius per modum admonitionis. ¶ Ad secũdum vero argumentum respondetur, Eliã & Enoch sustentari illo cibo ligni vitę tempore longissimo. Cæterum non possent perpetuo cõseruari in immortalitate ex defectu iustitiæ originalis, quæ erat præcipua causa immortalitatis. Vel possumus dicere cũ Ric.in illa d.19.art.2.q.2. quod in sustẽtatione Eliæ & Enoch non solũ interuenit virtus ligni vitę, sed ẽt aliquod speciale auxilium supernaturale. ¶ Si vero teneamus sententiam primam, quę est valde probabilis, q illa virtus ligni vitæ erat naturalis, respondeti pot. ad tertiũ argumẽtũ, q sola virtus ligni vitæ non sufficeret hominem facere immortalem, quin potius potissima causa immortalitatis erat iustitia originalis existens in anima, qua iustitia deficiẽte, non poterat homo esse immortalis. Et ita docet D. Tho. in illa solutione ad nonum citata in argumento. Ex qua doctrina colligendum est, quàm vere D. Tho. docuit in 2.2.loco citato ad sextum, q si homo post peccatum sumeret de ligno vitæ, quamuis, prolongaret vitam, non tamen posset perpetuo durare. Quam doctrinã sequuti sunt et in illa d.19.Bonauen & Ricard. vterque ar.2.& Gabr. quæst, vnica dub.3. Contrariã tamen sententiam videtur magis eligere Durã. in illa dist.19. quæst.1.& ante illum Albertus Magnus ead.dist.89.art.6.docet, quòd si homo post peccatum sumeret de ligno vitæ, haberet quidem necessitatem, cæterum de facto nunquam moreretur, si frequentare esum illius ligni. Et alij etiam innumeri Theologi sequuntur hanc sententiam. In cuius confirmationem adducunt D.August.libro de quæstionibus veteris & noui testamenti, quęstione 19. vbi dicit apertè: Denique post peccatum potuit homo indissolubilis manere, si à Domino permissum illi esset ædere de ligno vitæ, & in hoc sensu intelligunt etiam illud Genes. 3. Ne forte comedat de ligno vitæ & viuat in æternum. Quam intelligentiam inter alias admittit etiam Caietan. super illum locum, sed nos dicimus sententiam D. Thom. esse veram; nec locus Diui Augustini

Augustini conuincit oppositum apud nos: quoniam fortasse libet ille non est. D. Augustini, sicut Erasmus multis contextibus conatur ostendere.

QVAESTIO XCVIII.
De pertinentibus ad conseruationem speciei.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad conseruationẽ speciei. Et primo de ipsa generatione. Secundo de conditione prolis genitæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm in statu innocentiæ fuisset generatio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q in statu innocentię non fuisset generatio. Generationi.a. corruptio est contraria, vt dicitur in 5. *Physico. Contraria autem sunt circa idem. In statu autem innocentiæ non fuisset corruptio. Ergo neque generatio.*

¶ 2 *Præterea. Generatio ordinatur ad hoc q conseruetur in specie, quod secundum individuum conseruari non potest. Vnde & in illis individuis quæ in perpetuum durant, generatio non inuenitur. Sed in statu innocentiæ homo in perpetuum absq; morte vixisset. Ergo in statu innocẽtię generatio nõ fuisset.*

¶ 3 *Præterea. Per generationẽ homines multiplicantur. Sed multiplicatis dominis necesse est fieri possessionum diuisionem adeuitandam confusionem dominij. Ergo cùm homo sit institutus dominus animalium, facta multiplicatione humani generis per generationẽ, secuta fuisset diuisio dominij. Quod videtur esse contrarium iuri naturali, secundũ quod omnia sunt cõmunia, vt Isidor. dicit. Non ergo fuisset generatio in statu innocentię.*

SED contra est, quod dicitur Genes. 1. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Huiusmodi autem multiplicatio absque noua generatione fieri non potuisset, cùm duo tantum fuerit primitus instituti. Ergo in primo statu generatio fuisset.

RESPONDEO dicendum, quòd in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem humani generis, alioquin peccatũ hominis fuisset valde necessariũ, ex quo tantum bonum consecutum est. Est ergo considerandum, quòd homo secundum suam naturã est constitutus quasi medium quoddam inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles. Nã anima eius est naturaliter incorruptibilis, corpus vero naturaliter corruptibile. Est autem considerandum q alia modo intentio naturæ fertur ad corruptibiles, & incorruptibiles creaturas. Id aũt per se videtur esse de intentione naturæ, quòd est semper & perpetuum. Quod aũt est solum secundum aliquod tẽpus, non videtur esse principaliter de intentione naturę, sed quasi ad aliud ordinatũ, alioquin eo corrupto, naturæ intentio cassaretur. Quia igitur in rebus corruptibilibus nihil est perpetuũ & semper manens nisi species, bonũ speciei est de principali intentione naturæ, ad cuius conseruationem naturalis generatio ordinatur. Substantiæ verò incorruptibiles manent semper non solũ secundùm speciem, sed etiam secundùm individua, & ideo et ipsa individua, sunt de principali intentione naturæ. Sic igitur homini ex parte corporis, quod corruptibile est secundùm naturã suã, cõpetit generatio. Ex parte vero animæ, quæ incorruptibilis est, cõpetit ei q in illitudo individuorũ sit per se in tenta à natura, vel potius à naturę autore, qui solus est humanarum animarum creator. Et ideo ad multiplicationem humani generis, generationem in humano genere stătuit, etiam in statu innocentiæ.

AD primum ergo dicendum, quòd corpus hominis in statu innocentiæ quantum erat de se, corruptibile erat, sed potuit præseruari à corruptione per animam. Et ideo non fuit homini subtrahenda generatio, quę debetur corruptibilibus rebus.

AD secundum dicendum, quòd generatio in statu innocentię, etsi non fuisset propter conseruationem speciei, fuisset tamen propter multiplicationem individuorum.

AD tertium dicendum, quòd in statu isto multiplicatis dominis, necesse est fieri diuisionem

sionem possessionum, quia communitas possessionis, est occasio discordiæ, vt Philosophus dicit in 2. Polit. *Sed in statu innocentiæ fuissent voluntates hominum sic ordinatæ, q̃ absque omni periculo discordiæ cõmuniter vsi fuissent, secundum quod vnicuique eorum competeret rebus, quæ eorum dominio subdebantur. cum hoc etiam modo, apud multos bonos viros obseruetur.*

li. 2. Pol. c. 3. ante med. to. 5.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm in statu innocentiæ fuisset generatio per coitum.

489 2. d. 20. q. 1. ar. 2 Damas. lib. 2. or to. fi. ca. 11. Et li. 4. c. 25.

AD SECVNDVM *sic procedit. Videtur, quòd in statu innocentiæ nõ fuisset generatio per coitum. Quia, vt Damas*cen. *dicit. Primus homo erat in paradiso terrestri, situit angelus quidam. Sed in futuro resurrectionis statu, quando erunt homines angelis similes, neque nubent, neque nubentur, vt dicitur Mat. 22. Ergo neque in paradiso fuisset generatio per coitum.*

¶ 2 *Præterea. Primi homines in perfecta ætate conditi fuerunt. Si igitur in eis ante peccatum generatio fuisset per coitum, fuissent etiam in paradiso carnaliter coniuncti. Quod patet esse falsum, secũdum scripturã.*

¶ 3 *Præterea. In coniunctione carnali maximè efficitur homo similis bestijs, propter vehementiã delectationis. Vnde et continentia laudatur, per quam homines ab huiusmodi delectationibus abstinent. Sed bestijs homo comparatur propter peccatum, secundum illud Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ergo ante peccatum non fuisset maris & fœminæ carnalis coniunctio.*

¶ 4 *Præterea. In statu innocentiæ nulla fuisset corruptio. Sed per coitum corrumpitur integritas virginalis. Ergo coitus in statu innocentiæ non fuisset.*

SED contra est, quòd Deus ante peccatum masculum et fœminam fecit, vt dicitur Gen. 1. & 2. Nihil aũt est frustra in operibus Dei. Ergo etiam si homo non peccasset, fuisset coitus, ad quem distinctio sexuũ ordinatur.

¶ 5 *Præterea. Gen. 2. dicitur, Mulier est facta in adiutoriũ viri. Sed nõ ad aliud nisi ad generationem, quæcũque per coitum, quia ad quodlibet aliud opus conuenientius adiuuari posset vir per virũ q̃ per fœminã. Ergo in statu innocentiæ fuisset generatio per coitũ.*

RESPONDEO dicendum, q̃ quidã antiquorum doctorum considerantes concupiscentiæ fœditatem quæ inuenitur in coitu in isto statu posuerunt q̃ in statu innocentiæ non fuisset generatio per coitũ. Vnde Greg. Nice. *dicit in lib. quem fecit de homine, q̃ in paradiso aliter fuisset multiplicatum genus humanũ, sicut multiplicati sunt angeli absque concubitu per operationem diuinæ virtutis. Et dicit, q̃ Deus ante peccatum fecerit masculũ & fœminã, respiciẽs ad modum generationis, qui futurus erat post peccatum, cuius Deus præscius erat. Sed hoc non dicitur rõnabiliter. Ea n. quę sunt naturalia homini, neq; subtrahuntur, neq; dantur homini per peccatum. Manifestum est aũt q̃ homini secundum animalẽ vitã, quam et ante peccatum habebat, vt sup. dictum est,* naturale est generare per coitum, sicut & cæteris animalibus perfectis. *Et hoc declarant naturalia membra ad hunc vsum deputata. Et ideo dicendũ, q̃ vsus horum membrorũ naturalium non fuisset ante peccatum, sicut et cæterorum membrorũ. Sunt igitur in coitu duo consideranda secundũ præsentẽ statum. Vnum, quod natura est, s. coniunctio maris & fœminæ ad generandum. In omni n. generatione requiritur virtus actiua & passiua. Vnde cum in omnibus in quibus est distinctio sexuum, virtus actiua sit in mare, virtus vero passiua in fœmina, naturę ordo exigit, vt ad generandũ conueniant per coitum mas & fœmina. Aliud autem quod cõsiderari potest, est quædam deformitas immoderatæ concupiscentiæ, quæ in statu innocentiæ nõ fuisset, quando inferiores vires omnino rationi subdebantur. Vnde Aug. dicit in* 14. de Ciui. Dei, *Absit vt suspicemur non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo. Sed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra quo cætera, & sine ardore & illecebroso stimulo, cum tranquillitate animæ & corporis.*

AD primum ergo dicendum, quòd homo in paradiso fuisset sicut angelus per spiritualem mentem, cùm tamen haberet vitam animalem quantum ad corpus. Sed post resurrectionem

lib. 8. de proud. c. 3. & 1 li. de homine. c. 18. Chrysost. hom. 18. Genes. Damas. li. 4. de orth. ca. 25. Augu. li. 50. q. prop. 20. 3.

li. 14. c. 26. ante med.

erit homo similis angelo spiritualis effectus & secundum animam, & secundũ corpus. Vnde non est similis ratio.

AD secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 9. *super Genes. ad literam. Ideo primi parentes in paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicum propter peccatũ de paradiso ejecti sunt. Vel quia expectabatur diuina autoritas ad determinatum tempus commixtionis, de qua acceperunt vniuersale mandatum.*

AD tertium dicendum, quòd bestia carent ratione. Vnde secundum hoc homo in coitu bestialis efficitur, quia delectationẽ coitus & feruorem concupiscentiæ ratione moderari non potest. Sed in statu innocentiæ nihil huiusmodi fuisset, quòd ratione non moderaretur, non quia esset minor delectatio secundum sensum, vt quidam dicunt (fuisset. n. tanto maior delectatio sensibilis, quanto esset purior natura, & corpus magis sensibile) sed quia vis concupiscibilis non ita inordinatè se extulisset super huiusmodi delectatione regulata per rationem. Ad quam non pertinet vt sit minor delectatio in sensu, sed vt vis concupiscibilis non immoderatè delectationi inhæreat. Et dico immoderatè, propter mẽsurã rationis. Sicut sobrius in cibo moderate assumpto non minorẽ habet delectationẽ q̃ gulosus, sed minus eius concupiscibilis super huiusmodi delectatione requiescit. Et hoc sonãt verba Augustini quæ à statu innocentiæ non excludunt magnitudinẽ delectationis, sed ardorem libidinis, & inquietudinẽ animi. Et ideo continentia in statu innocentiæ non fuisset laudabilis, quę in tempore isto laudatur, non propter defectum fœcunditatis, sed propter remotionẽ inordinatæ libidinis. Tunc autem fuisset fœcunditas absque libidine.

AD quartum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 14. *de Ciuit. Dei, in illo statu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio matris vt uteri. Ita n. potuit utero conservari salua integritate fœminei genitalis viri vi semẽ immitti, sicut nunc potest eadem integritate salua ex utero virginis fluxus menstruus exuviæ emitti. Vt enim ad pariendum non dehiscit os, sed naturalis impulsus fœminea viscera relaxaret, sic ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtranque coniungeret.*

COMMENTARIVM.

DVbium primum est de veritate vtriusque conclusionis; Vtrum verè sint?

¶Arguitur primo circa illas. Generatio ex sua natura ordinatur ad conseruationẽ speciei, vt D. Tho. dicit in articulo, & colligitur ex Aristo. 2. de Anima, text. 34 sed species humana sufficienter conseruaretur in illis primis parentibus qui futuri erant immortales, vt patet ex articulo præcedenti, ergo. ¶Secundo. Generatio fieri non potest salua integritate virginali fœminę, sed necessario interuenit corruptio, ar in illo statu non poterat esse aliqua corruptio, ergo nec generatio. Confirmatur. Quoniam saltem in partu infantis necessario interueniret corruptio, maxime vero quoniam hoc est singulare priuilegium, quod veneramur in beata virgine, quòd per miraculum cõcepit & peperit saluatorẽ salua integritate virginali, ergo nõ esset in illo statu.

¶In hac difficultate nonnulli ex Sanctis patribus antiquis apertè docuerunt, quòd si status innocentiæ perseueraſſet, & primi parentes non peccassent, non fuissent nuptiæ, nec fuisset generatio per coniunctionem maris & fœminæ. Ita docet Diu. Chrysost. homil. 18. super Genes. inter explicandum illa verba Genes. 4. Adam vero cognouit vxorem suam. Di. Augustinus lib. 1. de Genes. contra Manich. capitulo 19. idẽ docuit: quòd tamen postea retractauit lib. 1. retractationum capitu. 10. & 19. Gregorius Nissenus lib. de hominis opificio capi. 17. idem docuit, & subdit, quòd quamuis esset futura multiplicatio hominum in illo statu, tamen illi propagarentur ad eum modum, quo angeli propagati & multiplicati sunt. D. Ioannes Damascenus li. 4. de fide orthodoxa c. 25. idem docuit. Quòd si quis illis obijciat, quam ob causam creauerit Deus masculum, & fœminam in hominibus à principio, si non erat futura generatio per coniunctionem maris & fœminæ? respondent, quòd Deus ab æterno præsciuit eos esse peccaturos, & sic per generationem humanam esse propagandos, & propterea à principio masculum & fœminam creauit eos. Hanc sententiam D. Augu. lib. de hæres. c. 31. connumerat inter errores

Universidad de Deusto Biblioteca

errores Adamianorum, & Castro in 2. lib. A cõtra hæres. titul. Adam, hæres. 3. connumerat inter errores Armenorum. Quapropter doctrina D. Tho. in vtraq; conclusione est adeo certa vt oppositum non solum sit temerarium, sed etiam erroneum in fide. Quod satis conuincitur probationibus D.Tho.in vtroque articulo. Et potest confirmari ex doctrina Christi Matthæi 19. quem locum extendit latè Castro in loco citato.

AD primum argumentum respondetur primo, quòd Marsil.in 2. quæst. 13.artic.1. absolutè docuit in paradiso nõ fuisse futuras nuptias, & generationẽ propter conseruandam speciem humanam, quoniam vt argumentum probat, satis cõseruabitur in illis hominibus, qui erant futuri immortales. Sed hæc doctrina absolutè prolata non est vera, quoniam quamuis illi homines essent futuri immortales, tamen successu temporis assumendi erant ex hac vita ad statum gloriæ, quapropter C oportebat, vt filij ipsorum in hac præsenti vita conseruarent speciem, quod tamen sine generatione fieri non potuit. In qua re illud est obiter adnotandum, quod si status innocentiæ permansisset assumerentur homines ad statum gloriæ, non quidem omnes simul, vt aliqui Theologi opinantur, sed vt habet probabilior sententia Diui Bonauenturæ in illa distinctione 20. circa literam magistri, assumerẽtur successiuè, atque adeo necessarium esset filios ge- D nerari, vt qui remanerent in hac vita conseruarent speciem. Quare respondetur secundo cum Diuo Thoma ad secundum, quòd quamuis admitteremus, quòd generatio non fuisset in illo statu propter conseruandam speciem; nihilominus tamen fuisset necessaria propter multiplicationẽ indiuiduorum. Et Aristo. in illo text. 34. nõ adduxit completã causam necessitatis generationis indiuiduorum in natura humana. Hæc enim est duplex, conseruatio spe- E ciei, & multiplicatio indiuiduorum. Vnde & D.Aug. lib. de quæst. vet. & no. testa. q. 127. docet, quòd in illo statu innocentiæ esset multiplicatio indiuiduorum, tamen sine dolore & ærumna mulieris, hoc enim subsequutum est in pœnam peccati in quo sensu accipiendum est illud quod dictum est Genes. 3. mulieri: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, & in dolore paries filios.

¶Sed contra hanc solutionem est argumentum. D.Tho. supra quæst. 47. artì. 3. ad secundum docet, quod nullum agens naturale intendit per se multiplicationem numeralem: hæc enim est infinita, ergo multiplicatio indiuiduorum naturæ humanæ non potuit esse per se intenta. Ad hoc respondet optimè Caietanus ad tertium dubium, illa verba D. Tho. esse vera de multiplicatione numerali secundum se. Propterea q̃ secundum se considerata non habet terminum: & ex consequenti non potest habere rationẽ per se intenti. At vero multitudo indiuiduorum, quæ sunt perpetua, potest per se intẽdi: quoniam sunt finita, & & pertinent per se ad perfectionem vniuersi, eiusmodi autem sunt indiuidua naturæ humanæ quorum animæ sunt immortales, & quorum numerus determinatus est, ex diuina prædestinatione. De qua re vide Ferr. lib. 2. cont. gent. c. 84.

¶Ad secundũ respondetur quòd D. Tho. in 2. dist. 20. quæst. 1. art. 2. ad primum docuit, quòd in illo statu in fœmina concipiente non maneret carnis integritas, sed necessario deperderetur, quãuis absque ali qua corruptione & dolore; & cõsentit Gabr. quæstione vnica dubio 2. ex mente Di. Bonau. eadem d. art. 1. quæst. 4. quamuis Richardus eadem dist. art. 1. quæst. 4. problematicè in vtramque partem respondeat. Cæterum D.Tho. in hac q. art. 2. ad quartũ aliter respondet ex D. August. lib. 24. de ciuit. cap. 26. videlicet, quòd ibi esset generatio sine corruptione & dolore nulla facta læsione integritatis, quæ verba si sanè intelligantur, non negant in illo statu futuram relaxationem & extensionem claustri mulietis, sed negant læsionem aliquã, quæ in illo statu esse non poterat, manente integritia originali, quamuis non maneret integritas carnis, quæ importat inexperientiam venereæ delectationis, & est propria virginum. Sic conciliat loca D. Tho. Cap. eadem d. q. vnica ad argumenta contra secundam conclusionem. Ex his colligitur verã esse sententiam doctorum, qui docẽt, quòd

quòd homines in illo statu innocẽtiæ sem A per qualibet coniunctione generarent prolem. Ita docet D.Bonau. ar. 1. q. 5. & Richa. art. 1. q. 1. & Durand. q. 1. art. 2. & ratio est manifesta. Quoniam illi homines coniungerentur semper secundum rectum dictamen rationis, & sola intentione generandi prolem: sed nullum esset impedimentum, & nullus naturalis defectus ex parte viri aut fœminæ, ergo. Quam veritatem pluribus alijs coniectutis probat Ægid. eadem dist. 20. art. 1. q. 3. B

DVbium secundum est, vtrum si perseueraſſet status innocentiæ nasceretur ijdem homines, qui modo generantur, an verò soli illi nascerentur qui modo sunt prædestinati?

¶In hoc dubio Scotus distin. 20. q. 2. docet quòd si status innocentiæ permansisset soli illi homines nascerentur, qui modò sunt prædest. nati. Quam sententiam multò antè quam Scotus, docuit Rupertus Ab bas lib 8. commen. Ioan. c. 8. in illa verba: C Qui ex Deo est verba Dei audit, & lib 2. de operibus Spiritus sancti cap. vltimo. Eã dem sequitur Dionys. Carthus. eadem dist. 20. q. 4. & Gabr. q. vnica. artic. 1. dicit hanc sententiam esse probabilem, sed postea subdit contrariam etiam esse probabilem & tam esse dubiam, ita vt non audeat aliquid definire certum.

¶Et probatur sententia hæc primo ex D. Greg. lib. 4. mor. c. 36. in illa verba Iob. 3. Nunc enim dormiens silerem &c. vbi dicit: Si primum parentem nulla peccati putredo corrumperet, ucquaquam ex se filios gehennæ generaret, sed ij qui nunc per redemptionem saluandi sunt soli, ab illo electi nascerentur.

¶Secũdo omnes qui prædestinati à Deo fuissent, nascerẽtur in illo statu, sed omnes modo electi sunt prædestinati ab æterno, ergo ij numero nascerentur. Minor patet. Quoniam nullus de nouo prædestinatur. Sed maior probatur. Quoniam prædestina E tio Dei est infallibilis & immutabilis, & numerus prædestinatorum certus vt constat ex. q. 23.

¶Tertio. Idem effectus numero potest procedere à diuersa causa efficienter, ergo ille qui nunc est filius reprobi potuit esse filius prædestinati. Antecedens probatur. Qm̃ eundem ignem quem in ligno generat ignis. A. potest generare ignis. B. eiusdẽ quantitatis & virtutis: non enim sumit vltimam numericam vel plutitatem ex parte generantis, & causæ efficientis.

OPpositam sententiam docet D. Tho. in quodlibet. 5. artì. 25. & apertius quodlib. 5. art. 8. in quibus locis docet tria de illo statu innocentiæ. Primò dicit, quòd non omnes qui modo sunt electi nascerentur in illo statu. Secundò dicit, quòd multi qui modo sunt reprobi, nascerentur tunc. Tertiò dicit, quòd si illi qui modo sunt reprobi, tunc nascerentur nõ essent reprobi, hæc sententia D. Thom. est communis nõ solùm apud eius discipulos, sed etiã apud quosdam extraneos, quorum vnus est Ioannes maior in illa dist. 20. q. vnica dubio vltimo. Primum dictum D. Thom probatur. Quia multi homines prædestinati modo nascuntur ex parentibus infidelibus C vel ex parentibus adulteris, sed eiusmodi parentes non poterant esse in statu innocentiæ, ergo neque isti filij ibi essent. Probatur consequentia. Quoniam ad vnitatem numericam effectus requiritur necessario vnitas numerica causæ efficientis & actionis. Scotus tamen negat hanc proprietatẽ, & dicit quòd idem homo potuit esse filius Adæ, & filius Abrahæ, nec requiritur, vnitas causæ agentis ad vnitatem effectus, imo verò concedit ibidem paulò inferius, D quòd idem posset esse masculus & fœmina. Nam sicut masculus, & fœmina non variant speciem hominis, vt Arist. docet in 10. metaphy. tex. 25. ita etiam hic sexus in particulari non variat necessariò hoc indiuiduum. Imo vero subdit, quòd persona quæ mortua est mulier, resurget vir excepta beatissima Virgine. Sed hæc omnia falsa sunt, & absque fundamento asserta. Maximè verò qm̃ receptissimum est apud oẽs philosophos naturales, q̃ ad vnitatẽ actionis requiritur necessario vnitas agentis & E termini, vt est videre apud Arist. 5. physi. tex. 34. & sequẽtibus. Quod bene explicat Magister Soto quæstione 3. art. 2. Alia ratione probatur primum dictum D. Thom. Quoniam multi parentes habuerunt filios ex diuersis vxoribus quorum alij prædestinati

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, alij vero reprobi vt patet de Abrahã, & Dauid. Sed in eo statu non esset pluralitas vxorum, vt patet Matth. 19. ergo. Secũdum dictum D. Tho probatur. Quoniam nulla apparet ratio propter quam primus homo non potuerit generare eundem Cain in statu innocentię, quem postea genuit in natura lapsa sicut dicimus, quòd Petrus qui modo est præscitus posset absolutè & in sensu diuiso saluari, ergo ergo nulla est repugnantia quòd illud individuum quod modo est reprobatum, in illo statu esset electum. Tertium dictum D. Tho. probatur ex communi consensu Theologorum & ex ipsa ratione status innocentiæ.

AD primum argumentum respondetur primo, quòd D. Gregor. solùm intendebat docere quòd si Adam non peccasset, solum electi nascerentur de facto, & quantum est ex ratione originis, per quã nullum peccatum originale transfunderetur, quod nos efficit filios ire & gehennæ. Quam solutionem insinuat D. Thom. infra quæst. 100. art. 2. ad primum. Respondetur secundo ex D. Tho. in quæstionibus supra citatis, & est communis solutio aliorum doctorum, quòd cum Diuus Greg. dicit. Soli electi nascentur, hæc verba non sunt accipienda secundum demonstrationem personalem pro eisdem numero suppositis, sed secundum demonstrationẽ vel suppositionem simplicem vt cum dicitur, hæc herba nascitur in horto meo, vt sit sensus, quòd in illo statu soli electi nascerentur, quales sunt electi qui in hoc statu nascuntur.

¶ Ad secundum etiam respondet D. Th. quodli. 5. ar. 8. ꝙ Deus qui habet præscientiam futurorum, simul prædestinauit electos, & præordinauit parentes, istos ex quibus nascerentur, & omnia media necessaria ad talem prædestinationem. Quapropter nullo modo sequitur ꝙ prædestinatio Dei sit mutabilis.

¶ Ad tertium respondetur cum Capreolo in illa dist. 20. quæstione vnica ad argumentum Scoti contra tertiam conclusionẽ negando illud antecedens tanquàm manifestè falsum Et ad probationem respondetur negando, ꝙ ad vnitatem numericam effectus, non requiratur vnitas numerica principij actiui, vt supra diximus. Et quòd attinet ad præsentem disputationem videtur hoc insinuari Ecclesiastici. 7. Honora patrem tuum, & ne despicias gemitus matris tuæ, memento quòd nisi propter illos natus, nõ fuisses. Quòd si aliquis vellet dicere hæc verba accipienda esse secundum suppositionem simplicem non autem secundum suppositionem personalem, hæc explicatio non potest habere locum, nam secundum legem ordinariam fieri non potest, quòd iste filius nascatur ex alijs parentibus quàm ex istis, quidquid sit de potentia Dei absoluta.

QVAESTIO XCIX.

De conditione prolis generandę quo ad corpus.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ. Et primò quantum ad corpus. Secundo, quantum ad iustitiam. Tertiò, quantum ad scientiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum pueri in statu innocentiæ mox nati, virtutem perfectam habuissent ad motum membrorum.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd pueri in sta-
tu innocentiæ mox nati, virtu-
tem perfectã habuissent ad mo-
tum membrorum. Dicit enim
Aug. in lib.* de bap. parvul. quòd infirmitas mentis congruit hac infirmitas corporis, quæ scilicet in pueris apparet. Sed in statu innocentiæ nulla fuisset infirmitas mẽtis. Ergo neq; & corporis talis infirmitas corporis fuisset in parvulis.

¶ 2 Præterea. Quædã animalia statim ut nascuntur, habent virtutem sufficientẽ ad vsum membrorum. Sed homo est nobilior alijs animalibus, ergo multo magis est naturale homini quòd statim natus virtutem habeat ad vsum membrorum. Et ita videtur ꝙ pœna ex peccato consequens. Præterea. Non posse consequi delectabile propositum, afflictionem inducit. Sed si pueri non habuissent virtutem ad mouendum membra, frequenter accidisset quòd nõ possent consequi aliquod delectabile eis propositum. Ergo fuisset in eis afflictio quæ non poterat esse ante peccatum. Non ergo in statu innocentiæ defuisset pueris virtus ad mouendum membra.

¶ 4 Præterea defectus senectutis videtur correspondere defectui pueritiæ. Sed in statu innocentiæ non fuisset defectus senectutis. Ergo neque etiam defectus pueritiæ.

SED contra est, quòd omne generatum prius est imperfectum quàm perficiatur, sed pueri in statu innocentiæ fuissent per generationem producti. Ergo à principio imperfecti fuissent, & quantitate, & virtute corporis.

RESPONDEO dicendum, quòd ea, quæ sunt supra naturam, sola fide tenemus. Quod autem credimus, authoritati debemus. Vnde in omnibus asserendis sequi debemus naturam rerum, prater ea, quæ authoritate diuina traduntur, quæ sunt supra naturam. Manifestum est autem, naturale hoc esse, vtpotè & principijs humanæ naturæ competens, quòd pueri mox nati non habeant sufficientem virtutem ad mouendum membra. Quia homo naturaliter habet cerebrum magnum in quantitate secundum proportionem sui corporis, quàm cętera animalia. Vnde naturale est quòd propter maximam humiditatem cerebri in pueris, nervi qui sunt instrumenta motus, non sunt idonei ad mouendum membra. Ex alia verò parte nulli catholico dubium est, quin diuina virtute fieri possit, vt pueri mox nati perfectam virtutem habeant ad motum membrorum. Constat autem per authoritatem Scripturæ ꝙ Deus fecit hominem rectum. Et hæc rectitudo consistit, vt Augustin.* dicit, in perfecta subiectione corporis ad animam. Sicut ergo in primo statu nõ poterat esse in membris hominis aliquid quod repugnaret ordinatæ hominis voluntati, ita membra hominis deficere non possent humana voluntati. Voluntas autem hominis ordinata, est, quæ tendit in actus sibi conuenientes. Non sunt autem idem actus conuenientes homini secundum quamlibet ætatem. Dicendum est ergo, quòd pueri mox nati non habuissent sufficientem virtutem ad mouendum membra ad quoslibet actus, sed ad actus pueritiæ conuenientes, putà ad sugendum vbera & ad alia huiusmodi.

AD primum ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur de ista infirmitate quæ nunc in pueris apparet, etiam quantum ad actus eorum pueritiæ conuenientes, vt * patet per ea quæ præmittit, quòd iuxta se iacentibus mammis magis possunt esurientes flere, quã sugere.

AD secundum dicendum, quòd hoc ꝙ quædam animalia statim nata habent vsum membrorum, non est ex eorum nobilitate, cũ quædam animalia perfectiora hoc non habeant, sed hoc eis contingit ex siccitate cerebri, & quia actus proprij talium animalium sunt imperfecti, ad quos etiam parua virtus sufficere potest.

AD tertium patet solutio per ea quę dicta sunt in corpore. Vel potest dici, quod nihil appetissent nisi ordinata voluntate conuenisset res secundum statum suum.

AD quartum dicendum, ꝙ homo in statu innocentiæ generatus fuisset, sed non fuisset corruptus. Et ideo in statu illo potuissent esse aliqui defectus pueriles, qui consequuntur generationem: non autem defectus sensiles, qui ordinantur ad corruptionem.

Aug. loquitur in arg. 1.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in primo statu fœminæ natæ fuissent.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur, ꝙ in primo statu
fœmina nata non fuissent. Dicit enim
Philosoph in lib.* 2. de Generatione animalium, quod fœmina est mas occasionatus, quasi prater intentionem naturæ proueniens. Sed in statu illo nihil euenisset innaturale in hominis generatione. Ergo fœminæ natæ non fuissent.

¶ 2 Præterea. Omne generans generat sibi simile, nisi impediatur, vel propter defectũ virtutis, vel propter indispositionẽ materiæ. Sicut parvus ignis non potest comburere ligna viridia. In generatione autẽ vis activa est in mare. Cum igitur in statu innocentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus fuisset defectus virtutis ex parte maris, nec indispositio materiæ ex parte fœminæ, videtur quòd semper masculi nati fuissent. A

¶ 3 Præterea. In statu innocentiæ generatio ad multiplicationem hominum ordinabatur. Sed sufficienter homines multiplicari potuissent per primum hominem & per primam fœminam, ex quo in perpetuum victuri erant. Ergo non fuisset necessarium quòd in statu innocentiæ fœmina nascerentur.

SED contra est, quòd sic natura processisset in generando, sicut eam Deus instituit. B Sed Deus instituit marem & fœminam in natura humana, vt dicitur Gene. 1. & 2. Ergo etiam in statu illo fuissent mares & fœminæ generati.

RESPONDEO dicendum, quòd nihil eorum quæ ad complementum humanæ naturæ pertinent, in statu innocentiæ defuisset. Sicut autem ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiam diuersitas sexus est ad perfectionem humanæ naturæ. Et ideo in statu innocentiæ vterque sexus C per generationem produ&tus fuisset.

AD primum ergo dicendum, quòd fœmina dicitur mas occasionatus, quia est præter intentionem naturæ particularis, non autem præter intentionem naturæ vniuersalis, vt supra dictum est.* Q 92.ar ti.1.ad.

AD secundum dicendum, quòd generatio fœminæ non solum contingit ex defectu virtutis actiuæ vel indispositione materiæ, vt obiectio tangit, sed quandoque quidem ex aliquo accidenti extrinseco, sicut Philosophus D dicit in lib.* de Animalibus, quòd ventus septentrionalis conducunt ad generationem masculorum, australis verò ad generationem fœminarum, quandoque etiam ex conceptione animæ ad quam de facili immutatur corpus. Et præcipuè in statu innocentiæ hoc esse poterat, quando corpus magis erat anima subie&tum, vt scilicet secundum voluntatem generantis distingueretur sexus in prole. li.4. de gener a. c.2.to.4

AD tertium dicendum, quòd proles fuisset genita viuentis anima li. Ad quam sicut pertinet alimento vti, sic etiam generare. Vnde conueniebat quod omnes generarent, & nõ solum primi parentes. Ad quod consequens videtur quod tot fuissent generatæ fœminæ, quot & mares.

Expositio Quæstionis.

CIrca istos articulos notandum est primò, quòd sicut refert Castro lib. 1. contra hæres. titulo Adam hæres. 3. inter alios errores, quos habuit ille impius Almaricus, vnus fuit, quòd in statu innocentiæ nulla esset futura differentia sexus. Sed hic error conuincitur sufficienter ex Sacra scriptura Gen. 1. & 2. & Matt. 19. Ex quibus locis habetur, q̃ Deus creauit à principio homines masculum & fœminam.

¶ Secundo notandum est, quod D.Tho. art.2. huius quæstionis ad tertium docet, q̃ in statu innocentiæ viri & fœminæ generarentur in æquali numero. De qua re plurimi Doctores Scholastici mouent quæstionem in illa dist. 20. D. Bonauent. ar.1.q.6. & Richardus artic.2. q.1. & Ægid. artic.2. quæst.1. & Durandus eadem dist. q.3. qui omnes tenent sententiam D.Thom. tanquam probabiliorem, quamuis Scotus aliter sentiat.

QVAESTIO C.
De conditione prolis generandæ quantum ad iustitiam.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ quantum ad iustitiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm homines fuissent nati cum iustitia.

AD PRIMVM sic proceditur. *Videtur, quòd homines non fuissent cũ iustitia nati. Dicit enim Hugo.* de Sanct. Victor. quod primus homo ante peccatum generaret quidem filios sine peccato: sed non paternę iustitię hæredes.

¶ 2 Præterea. Iustitia est per gratiam, vt Apostolus dicit ad Roman. 5. Sed gratia non transfunditur. Ergo pueri cum iustitia nati non fuissent.

¶ 3 Præterea. Iustitia in anima est. Sed A Anima non est ex traducione. Ergo nec iustitia traducta fuisset à parentibus in filios.

SED contra est, quod Anselm. dicit in lib. Cap.10. de conceptu virg. quòd simul cùm rationalem haberent animam, iusti essent, quos generaret homo, si non peccaret.

RESPONDEO dicendum, quòd naturaliter homo generat sibi simile secundum speciem. Vnde quæcunque accidentia consequuntur naturam speciei, in his necesse est quòd filij parentibus similentur, nisi sit error B in operatione naturæ, qui in statu innocentiæ non fuisset. In accidentibus autem inditis dualibus non est necesse quòd filij parentibus similentur. Iustitia autem originalis, in qua primus homo conditus fuit, fuit accidens naturæ speciei, non quasi ex principijs speciei causatum, sed tantum sicut quoddam donum diuinitus datum toti naturæ. Ex hoc apparet: quia opposita sunt vnius generis. Peccatum autem originale: quod opponitur illi iustitiæ, dicitur esse peccatum C naturæ. Vnde traducitur à parente in posteros. Et propter hoc etiam filij parentibus assimilati fuissent quantum ad originalem iustitiam.

AD primum ergo dicendum, quòd verbũ Hugo. est intelligendum non quantum ad habitum iustitiæ, sed quantum ad executionem actus.

AD secundum dicendum, quòd quidam dicunt quòd pueri non fuissent nati cum iustitia gratuita, quæ est merendi principium: D sed cum iustitia originali. Sed cum radix originalis iustitiæ, in cuius rectitudine factus est homo, consistat in subiectione supernaturali rationis ad Deum, qua est per gratiam gratum facientem, vt supra dictum est,* necesse est dicere quòd si pueri nati fuissent in originali iustitia, quòd etiã nati fuissent cum gratia: sicut & de primo homine supra diximus,* quòd fuit cum gratia conditus. Non tamen fuisset propter hoc gratia naturalis: quia non fuisset transfusa per E virtutem seminis: sed fuisset collata homini statim cum habuisset animam rationalem, sicut etiam statim cum corpus est dispositũ, infunditur à Deo anima rationalis: quæ tamen est ex traductione. Vnde patet solutio ad Tertium.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm pueri in statu innocentiæ nati, fuissent in iustitia confirmati.

493

AD SECVNDVM sic proceditur. *Videtur quòd pueri in statu innocentiæ nati fuissent in iustitia confirmati.* Dicit enim Gregor.* 4. Moralium, super illud Iob, Somno meo requiescerem. Si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret, sed hi qui nunc per Redemptorem saluandi sunt, soliab illo electi nascerẽtur, ergo nascerẽtur omnes in iustitia cõfirmati. 1.di.20. q.2. art. 3. ad 5. & 7. & mal. q. 5. art.4. ad quintum, & quodl.5 q.5.ar.1. * lib. 4. mor.ca. 36. non procul à prin. † lib.1.c. 18 à me dio illius.

¶ 2 Præterea. Anselm. dicit in libro, † Cur Deus homo, quòd si primi parentes sic vixissent, vt tentati non peccassent: ita confirmarentur cum omni propagine sua, vt vltra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

¶ 3 Præterea. Bonum est potentius quã malum. Sed propter peccatum primi hominis consecuta est necessitas peccandi in his, qui nascuntur ex eo. Ergo si primus homo in iustitia perstitisset, deriuaretur ad posteros necessitas obseruandi iustitiam.

¶ 4 Præterea. Angelus adhærens Deo alijs peccantibus, statim est in iustitia confirmatus, vt vlterius peccare non posset. Ergo similiter & homo si tentationi restitisset, confirmatus fuisset. Sed qualis ipse fuit, tales alios generasset. Ergo & eius filij confirmati in iustitia nascerentur. D

SED contra est, quod Augustinus dicit* Lib. 14. 14 de ciuitate Dei. Tunc felix vniuersa esset humana societas, si nec illi, scilicet primi parentes, malum in posteros traijcerent: nec quisquam ex stirpe eorum iniquitatem committeret, quæ dãnationem reciperet. Ex quo datur intelligi q̃ etiam si primi homines non peccassent, aliqui ex eorum stirpe potuissent iniquitatem committere. Non ergo nascerentur in iusti ia confirmati. de ciuit. Dei, ca. 10.à me dio,to.5

RESPONDEO dicendum, quòd non videtur possibile q̃ pueri in statu innocentiæ nascerentur in iustitia confirmati. Manifestum est enim q̃ pueri in sua natiuitate non habuissent plus perfectionis quã eorũ paren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes in statu generationis. Parentes autem quamdiu generassent, non fuissent confirmati in iustitia. Ex hoc enim creatura rationalis in iustitia confirmatur, quòd efficitur beata per apertam Dei visionem. Cui viso non potest non inhærere, cùm ipse sit ipsa essentia bonitatis, à qua nullus potest auerti, cum nihil desideretur & ametur, nisi sub ratione boni, & hoc dico secundum legem communem. Quia ex aliquo priuilegio speciali fieri accidere potest, sicut creditur de Virgine matre Dei. Quàm citò autem Adam ad illam beatitudinem peruenisset, quod Deum per essentiam videret, efficeretur spiritualis & mente & corpore, & animalis vita cessaret, in qua sola generationis vsus fuisset. Vnde manifestum est quòd paruuli non nascerẽtur in iustitia confirmati. A

AD primum ergo dicendum, quòd si Adam non peccasset, non generaret sibi filios gehennæ: ita scilicet, quod ab ipso peccatum contraherent, quod est causa gehennæ. Possent tamen fieri filij gehennæ per liberum arbitrium peccando. Vel si filij gehennæ non fierent per peccatum, hoc non esset per hoc quia essent in iustitia confirmati, sed propter diuinam prouidentiam, per quam à peccato conseruarentur immunes. B

AD secundum dicendum, quod Anselm. hoc non dicit asserendo, sed opinando. Quod patet ex ipso modo loquendi, cum dicit. Videtur quod si vixissent, &c.

AD tertium dicendum, quod ratio ista nõ est efficax: quamuis per eam Anselm. motus Deus hoc fuisse videatur, vt ex eius verbis apparet. Non enim sic per peccatum primi parentis eius posteri necessitatem peccandi incurrũt, vt ad iustitiam redire non possint. Quod est tantum in damnatis. Vnde nec ita necessitatem non peccandi transmisissent ad posteros, quòd omninò peccare non possent. Quod est tantum in beatis. C D

AD quartum dicendum, quod non est simile de homine & angelo. Nam homo habet liberum arbitriũ vertibile, & ante electionẽ & post: non autem angelus sicut supra dictum est, cum de angelo ageretur. E

Li. 1. cut. c. 18. à medio.

Q. 64. ar. tic. 1.

Expositio Quæstionis.

NOtandum est primo, quòd hæc doctrina D. Thom. est communis Doctoribus Scholasticis in dist. 20. eam tenet Richardus art. 2. q. 3. & Ægid. art. 2. quæst. 4. & Gabr. quæst. vnica art. 2. & alij, quamuis quòd illi pueri nascerentur non solum in iustitia originali, sed etiam in gratia gratum faciente, quod docet D. Thom. art. 1. ad secundum, non teneant illi authores. Sed in hoc conueniunt cum D. Thom. illi authores, qui opinantur, quòd primi parẽtes creati sunt non solum in iustitia originali, sed etiam in gratia gratum faciente, de quibus diximus quæst. 95. art. 1. ¶ Secundò notandum quòd Durandus in illa dist. 20. quæst. 5. quamuis in conclusione teneat cum D. Thom. impugnat tamen rationem eius nolens admittere, quòd iustitia originalis transfunderetur in posteros per generationem: propterea quòd est donum supernaturale Dei. Et idem habet etiam Gabr. in illo arti. 2. Sed hæc difficultas facile potest componi ex doctrina D. Thom. & Caietan. in arti. 1. ad secundum. Ex qua habetur, quòd iustitia originalis non transfunderetur virtute seminali, sed sicut anima esset immediatè à Deo, ita etiam esset iustitia originalis. Cæterum sicut homo attingeret vnionem animæ cũ corpore, ita etiam attingeret vnionem animæ habentis iustitiam originalem ex dono Dei concesso toti naturæ suæ. Et hoc tantum intendit ratio D. Thom. Dubium verò posset disputari in præsenti. An si tantum Eua peccasset, vel aliquis filiorũ Adæ posteri eorum nascerentur cum iustitia originali? Sed ista quæstio habet proprium locum in D. Thom. 1. 2. q. 91. art. 5.

QVAESTIO CI.

De conditione prolis generandæ quantum ad scientiam.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ quantum ad scientiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti. Qualis enim fuit Adam,

qui per Adam, tales filios generasset. Sed Adam fuit natus & in scientia perfectus, vt supra dictum est. Ergo filij nascerentur ab eo in scientia perfecti. A

Q. 24. ar. 3. ad 2. Rich. non pueri mox nati omnem scientiam habuissent. primo. Gr. ar. 1.

¶ 2 *Præterea. Ignorantia ex peccato causatur, vt Beda dicit.* † *Sed ignorantia est priuatio scientiæ. Ergo ante peccatum pueri mox nati omnem scientiam habuissent.*

¶ 3 *Præterea. Pueri mox nati iustitiam habuissent. Sed ad iustitiam requiritur scientia, qua dirigit in agendis. Ergo scientiam habuissent.* B

Li. 3. de anima, text. 14. com. 2.

SED contra est, quòd anima nostra per naturam est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum: vt dicitur in tertio de anima, sed eadem anima natura est modò, qua tunc fuisset. Ergo anima puerorum in principio scientia caruissent.

Q. 93. ar. 1.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est de his, quæ sunt supra naturam, soli authoritati creditur. Vnde vbi authoritas deficit, sequi debemus naturalem cognitionem. Est autem naturale homini vt scientiam per sensus acquirat, sicut supra dictum est.* Et ideo anima vnitur corpori, quia indiget eo ad suam propriam operationem. Quod non esset, si statim à principio scientiam haberet non acquisitam per sensitiuas virtutes. Et ideo dicendum est, quòd pueri in statu innocentiæ non nascerentur perfecti in scientia, sed eam in processu temporis absque difficultate acquisiuissent inueniendo vel addiscendo. C

Q. 55. ar. 2. & Q. 84. ar. 6.

AD primum ergo dicendum, quòd esse perfectum in scientia, fuit indiuiduale accidens primi parentis: inquantum scilicet ipse instituebatur, vt pater & instructor totius humani generis. Et ideo quantum ad hoc nõ generabat filios similes sibi, sed solum quantum ad accidentia naturalia vel gratuita totius naturæ.

AD secundum dicendum, quòd ignorantia est priuatio scientiæ, qua debet haberi pro tempore illo. Quod in pueris mox natis non fuisset. Habuissent enim scientiam quæ eis competebat secundum tempus illud. Vnde ignorantia in eis non fuisset, sed nec scientia respectu aliquorum. Quam etiam Dionys. ponit in angelis sanctis in septimo cœlest. hier. arch. D E

AD tertium dicendum, quòd pueri habuissent sufficientem scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ in quibus homines dirigũtur, & vniuersalia principia iuris, quam multo plenius tunc habuissent, quam nunc naturaliter habemus: & similiter aliorum vniuersalium principiorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm pueri mox nati habuissent perfectum vsum rationis. B

495

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd pueri in statu innocentiæ mox nati habuissent perfectum vsum rationis. Nunc enim pueri perfectum vsum rationis non habent: propter hoc quòd anima per corpus aggrauatur. Hoc autem tunc non erat: quia, vt dicitur Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Ergo ante peccatum & corruptionem à peccato subsecutam, pueri mox nati perfectum vsum rationis habuissent. 2. distin. 23. q. 2. attic. 2. cor. Et ver. q. 18 art. 8.

¶ 2 *Præterea. Quædam alia animalia mox nata habent naturalis industriæ vsum, sicut agnus statim fugit lupum. Multo ergo magis homines in statu innocentiæ mox nati habuissent vsum perfectum rationis.*

SED contra est, quòd natura procedit ab imperfecto ad perfectum in omnibus generatis. Ergo pueri non statim à principio habuissent perfectum vsum rationis. D

RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet, vsus rationis dependet quodammodo ex vsu virium sensitiuarum. Vnde ligato sensu & impeditis inferioribus viribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis non habet: vt patet in dormientibus & phreneticis. Vires autem sensitiuæ sunt virtutes quædam corporalium organorum. Et ideo impeditis eorum organis, necesse est quòd eorum actus impediantur: & per consequens rationis vsus. In pueris autem est impedimentum harum virium propter nimiam humiditatem cerebri. Et ideo in eis non est perfectus vsus rationis, sicut nec aliorum membrorum. & ideo pueri in statu innocentiæ non habuissent perfectum Q. 84. ar. tic. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*vsum rationis, sicut habituri erant in perfecta ætate. Habuissent tamen perfectionem quam nunc, quantum ad ea quæ ad eos pertinebant, quantum ad statum illum, sicut & de vsu membrorum superius est dictum.**

Q.99.artic 1. *AD primum ergo dicendum, quòd aggrauatio accidit ex corruptione corporis in hoc quòd vsus rationis impeditur quantum ad ea etiam quæ pertinent ad hominem secundum quancunque ætatem.*

*AD secundum dicẽdum, quòd etiam alia animalia non habent ita perfectum vsum industriæ naturalis statim à principio, sicut postea. Quod ex hoc patet, quòd aues docent volare pullos suos, & similia in alijs generibus animalium inueniuntur. Et tamen in homine est speciale impedimentũ propter abundantiam humiditatis cerebri, vt supra dictum est.**

Q.99.artic.1.

Expositio Quæstionis.

CIrca conclusionem articuli primi notandum est illam esse magis communem inter Scholasticos dist. 20. quam docet Scotus q. 3. & Ægidius art. 2. quæst. 3. & alij. Ricardus verò eadem dist. art. 2. quæst. 4. quamuis defendat hanc conclusionem D. Thom. tanquam probabilem, defendit etiam alteram opinionem tanquam probabilem, quòd in illo statu daretur pueris scientia rerum naturalium quantum ad habitus ipsos, licet non haberent eam quantum ad vsum, sicut modò paruulis in baptismo simul cum gratia infundũtur virtutes in potentijs operatiuis, quamuis non concedatur illis vsus earum. Et quamuis Richardus, non referat authorem huius opinionis, illa est expressa sententia Alberti Magni eadem dist. 30. articulo. 7. ceterum hæc sententia falsa est. Primò. Quoniam paruuli in illo statu non poterãt habere vsum earum scientiarum, antequã haberent vsum rationis, sed post vsum rationis poterant facilè acquirere illos habitus aut per inuentionem. aut per disciplinam, ergo superfluè darentur à principio. Neque est eadem ratio de virtutibus, quæ infunduntur paruulis in baptismo, quoniam huiusmodi virtutes sunt infusæ per se, & quæ non possunt haberi per nostros actus, sed solum per infusionem. Secundo. Probatur. Quoniam secundum probabiliorem sententiam D. Thom. 3. par. q. 9. art. 4. scientiæ acquisitæ non fuerunt infusæ animæ Christi à principio, sed ipse eas acquisiuit per inuentionem successu temporis & per operationem intellectus agentis, & hoc magis decebat dignitatem Christi, ergo similiter contingeret in paruulis status innocentiæ. Sed Marsil. opinatur in 2. q. 13. art. 3. quod paruuli in illo statu nascerentur cum quadam scientia infusa, quæ necessaria erat ad dirigendum iustitiam originalem, quamuis cæteris scientias rerum naturalium ipsi acquirerent postea, vt D. Thom. dicit. Hæc tamen sententia non videtur vera. Ratio est, quoniam si Marsilio quitur de aliqua scientia infusa per se ad eum modum quo in Christo domino ponimus scientiam inditam, hoc asseritur absque vllo fundamento. Si vero loquitur de aliqua scientia per accidens, quæ potest acquiri per nostros actus, hæc non erat necessaria paruulis propter rationes quas fecimus contra Richardum & Albertum, ergo.

QVAESTIO CII.

De loco hominis qui est paradisus.

DEINDE considerandum est de loco hominis, qui est paradisus.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm paradisus sit locus corporeus.

AD PRIMVM sic proceditur. 2. 2. 102. Videtur, quòd paradisus non sit locus corporeus. Dicit enim Beda, † ꝙ paradisus pertingit vsq; ad lunarem circulum. Sed nullus locus terræ talis esse potest, tum quia contrarietatis: tũ 3. de cœlo. etiam quia sub globo lunari est regio ignis qui terram consumeret. Non est ergo paradisus locus corporeus.

¶ 2 Præterea. Scriptura commemorat quatuor flumina in paradiso oriri, vt patet Gene. 2. illa autem flumina quæ ibi nominantur alibi habent manifestas origines, vt patet etiam per Philosophum in lib. Meteo. * ergo paradisus non est locus corporeus.

¶ 3 Præterea. Aliqui diligentissimè inquisierunt omnia loca terræ habitabilis, qui tamen nullam mentionem faciunt de loco paradisi, ergo non videtur esse locus corporeus.

¶ 4 Præterea. In paradiso describitur lignum vitæ esse. Sed lignum vita est aliquid spirituale: dicitur enim Prou. 3. de Sapientia. quòd est lignum vitæ his qui apprehendunt eam: ergo & paradisus non est locus corporeus, sed spiritualis.

¶ 5 Præterea. Si paradisus est locus corporalis, oportet ꝙ & ligna paradisi sint corporalia. Sed hoc non videtur, cùm corporalia ligna sint producta tertio die: de plantatione autem lignorum paradisi legitur Gen. 2. post opera sex dierum. Ergo paradisus non est locus corporeus.

SED contrà est, ꝙ August. † dicit 8. super Gene. ad liter. Tres sunt de paradiso generales sententiæ. Vna eorum, qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volũt: alia eorum qui spiritualiter tantum: tertia eorũ qui vtroq; modo paradisum accipiunt. Quæ mihi fateor placere sententiam.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 13. de Ciuit. Dei, * quæ commodè dici possunt de intelligendo spiritualiter paradiso, nemine prohibente dicantur: dum tamen & illius historiæ fidelissima veritas rerum gestarum narratione commẽdata credatur. Ea enim quæ de paradiso in Scriptura dicuntur per modum narrationis historicæ proponuntur. In omnibus autem quæ sic Scriptura tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiæ: & desuper spirituales expositiones fabricandæ, est ergo paradisus, vt Isid. dicit in lib. Etymol. * locus in Orientis partibus constitutus. Conuenienter autem in parte Orientali dicitur situs: quia creditum est quòd in nobilissimo loco totius terræ sit constitutus. Cùm autem Oriens sit dextra cœli, vt patet per Philosophum in 2. de cœl. * dextra autem est nobilior quàm sinistra: cõueniens fuit, vt in Orientali parte paradisus terrenus institueretur à Deo.

AD primum ergo dicendum, quòd Beda

verbum non est verum, si secundum situm manifestum intelligatur. Potest tamen exponi quòd vsque ad locum lunaris globi ascendit, non secundum situs eminentiam: sed secundum similitudinem: quia est ibi perpetua aeris temperies, vt Isidor. dicit. * Et in hoc assimilatur corporibus cœlestibus, quæ sunt absque contrarietate. Magis tamen sit mentio de luuari globo, quàm de alijs sphæris: quia lunaris globus est terminus cœlestium corporum versus nos: & luna etiam est magis terrea assimis inter omnia corpora cœlestia. Vnde & quasdã tenebras nebulosas habet quasi accedens ad opacitatem. Quidam autem dicunt quòd paradisus pertingebat vsque ad lunarem globum, ideſt vsque ad medium aeris interstitium: in quo generantur pluuiæ & nũbes & huiusmodi: quia dominium super huiusmodi euaporationes maximè attribuitur lunæ. Sed secundum hoc locus ille non esset cõueniens habitationi humanæ: tum quia ibi est maxima intemperies: tum quia non est cõperatus complexioni humanæ: sicut aer inferior magis terræ vicinus.

Lib. 14. etymo. cap. 13.

*AD secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 8. super Gen. ad lit. * credendum est quod locus paradisi à cognitione hominum est remotissimus: flumina autem quorum fontes noti esse dicuntur, alicubi esse sub terris & post tractus prolixarum regionum locis alijs erupisse: Nã hoc solere nonnullis aquis facere quis ignorat?*

Lib. 8. c. 7. ad finem, to mo. 5.

AD tertium dicendum, quod locus ille seclusus est à nostra habitatione aliquibus impedimentis, vel montium, vel marium, vel alicuius æstuosæ regionis, quæ pertransiri non potest. Et ideo scriptores locorum de hoc loco mentionem non fecerunt.

*AD quartum dicendum, quòd lignum vitæ est quædã materialis arbor: sic dicta, quia eius fructus habebat virtutẽ conseruandi vitã, vt supra dictum est * Et tamen aliquid significabat spiritualiter, sicut & petra in deserto fuit aliquod materiale, & tamen significauit Christũ. Similiter & lignũ scientiæ boni & mali materialis arbor fuit, sic notata propter euẽtũ futurũ: quia post eius esum homo per experimẽtum pœnæ didicit quid interesset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum: & tamen spiritualiter potuit significare liberum arbitrium, vt quidam dicunt.*

Q.97.artic.4.

AD

AD quintum dicendum, quòd secundū Augustinum tertio die producta sunt plantæ nō in actu, sed secundum quasdam rationes seminales. Sed post opera sex dierum producta sunt planta, tam paradisi quàm aliæ in actu. Secundum alios vero sanctos oportet dicere quod omnes plantæ productæ sunt in actu tertio die, & etiam ligna paradisi. Sed quod dicitur de plantatione lignorum paradisi post opera sex dierum, intelligitur per recapitulationem esse dictum. Vnde litera nostra habet. Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.

L. 5. supe. Gen. ad li. c. 5 Et lib. 8. cap. 3.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Paradisus est locus corporeus in parte Orientali situs. Ratio, quia ea, quæ de paradiso in Sacra scriptura traduntur, per modum narrationis historicæ proponuntur, ergo.

¶Secunda conclusio ad primum. Paradisus non pertingit vsque ad lunarem circulum, vel vsque ad interstitium aeris, in quo generantur pluuiæ.

¶Tertia conclusio ad secundum & tertium. Locus paradisi est remotissimus à cognitione & habitatione hominum.

COMMENTARIVM.

DVbitandum est circa primam conclusionem D.Thom. quam veritatē habeat, & qua certitudine sit tenenda? videtur enim, quod paradisus potius debeat accipi in sensu metaphorico, vel mystico. Probatur primo. Quoniā D.Ambr. in lib. de paradiso.cap.1. dicit.hoc secretum, vbi nam sit paradisus, & qualis sit, requirendum esse à Paulo, qui.2.Corin.12.gloriatur se raptum esse vsque ad paradisum. Et postea.cap.3.& cap.9. exponit in sensu mystico paradisum, & ligna & flumina eius. Et lib.6.Epistolarum Epist.42.ad Sabinum refert eius alias sententias de paradiso, ipse interpretatur paradisum spiritualiter, ergo.

¶Secundò ex D.August. 2. lib. de gratia Christi & peccato originali.c.23. vbi docet non esse quæstionem quæ pertineat ad fidem, qualis sit, aut vbi sit paradisus, in quo Deus primum hominem, cum tamen esse paradisum fides Christiana non dubitet, ergo sine periculo fidei potest dici quod non sit corporeus.

¶Tertiò in Sacra scriptura accipitur paradisus in spirituali sensu, ergo etiam in præsenti. Probatur antecedens. Ezech. 18. in deliciis paradisi fuisti. & Lucæ.23. Hodie mecum in paradiso, & 2.Corin.12. Raptus est in paradisum, & Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quòd est in paradiso Dei. Confirmatur. Gene.3. dicitur quòd Adam audiuit vocem Dei deambulantis in paradiso, quod non potest intelligi de corporali deambulatione, sed per metaphoram, ergo similiter paradisus.

¶Quartò Gen.2. dicitur. Plantauerat autē Dominus paradisum voluptatis à principio, &c. Sed omnes plantæ productę sunt in terra die tertia secundum veriorem sententiam, ergo paradisus à principio plantatus non potest intelligi corporaliter.

¶Quintò Genes.1. dictum est hominibus, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Sed si perseuerasset status innocentiæ omnes homines habitassent in paradiso, aliàs enim deficeret illis lignum vitæ, ergo ille paradisus fuisset tota terra, & non aliquis locus signatus in parte Orientali.

AD huius rei expositionem supponendum est primo, quòd de isto paradiso variæ extiterunt sententiæ tam apud hæreticos, quam apud catholicos. In primis, sicut refert Epiph. lib.2.cont. hæres.52. Adamiani hæretici docebant suam Ecclesiam esse paradisum, & ipsos esse Adā, & Euam. Hæc autem hæresis adeo apertè contradicit Sacræ scripturæ, & communi sensu Ecclesiæ Catholicæ, vt non indigeat alia imputatione, quam quæ habetur apud Epipha. Deinde vero Manichæus, teste eodem Epiph. lib.2.cont. hæres.ca.66. docuit mundum istum esse paradisum. Sed ista hæresis est etiam manifestè contra Scripturam. Nam Gen.3. dicitur, quòd Adam post peccatum eiectus est de paradiso in terrā vt

vt operaretur, &c. ergo euidens est quod non tota terra erat paradisus. Doctores Catholici, teste D.Aug. lib.8. super Gen. ad lit. c.1. & D.Ambr. epist.42. lib.6. epistolarū, etiam in varias sententias diuiduntur. Quidam asserunt paradisum accipiendum esse spiritualiter secundum figuratam locutionem, non autem secundum historicam, pro paradiso terrestri & corporeo. Hunc errorem primus omnium quos ego viderim, docuit Philo Alexandrinus libro de opificio mundi, & in lib. de plantatione Noe. Vbi dicit esse grauem ignorantiam intelligere paradisum corporaliter. Eundem errorem tribuit Origi. Epiph. 2. cont. hæres. c.64. & in epist. ad Ioan. Hierosolymitanū vt patet apud D.Hiero. epist. 60. cap. 3. Et epist. 61. ad Pamma. c.3. Aliqui authores conantur liberare Origenem ab isto errore, propterea quod in homil. 26. super cap. 31. Nume. dicit Adam post peccatum in aridam detrudi, antea enim non erat in arida, sed in terra, paradisus enim non est in arida, sed in terra. Preterea. Quoniam lib. 1. super Iob in illa verba. Iob 1. erat vir ille magnus inter omnes Orientales; dicit paradisum fuisse plantatum in parte Orientali, & sic exponit locum Gene. 2. Ceterum quicquid voluerit Orig. docere in his locis, tamen expresse ait in 4. lib. de principijs c 2. Quis vero ita idiotes inueniatur, vt putet Deum velut quēdam agricolam plantasse arbores in paradiso in Eden contra Orientem, & plantasse arborem vitæ in eodem, ideſt, visibile & palpabile lignum, ita vt corporalibus dentibus comedens quis eo vitam præseruaret? Equidem arbitror nullum dubitare, quin figurali tropo hæc à Sacra scriptura proferantur. Hactenus ille. In eundem errorem videtur incidisse D. Ambro. vbi supra, sed quid ille re vera senserit dicemus ad primum.

¶Alij vero explicant paradisum corporaliter tantum. Sed isti si velint negare historiam illam de paradiso posse accipi in sensu spirituali, errant valde & contra cōmunem intelligentiam Sanctorum Ecclesiæ, quos damnat D.August. lib. 13. de ciuitate cap. 21.

¶Alij vero sunt, qui vtroque modo intelligunt paradisum & corporaliter & spiritualiter. Et hanc sententiam sequutus est D.August. vbi supra, & Damas. in 2. lib. de fide orthodo. c. 11. vbi dicit. Quidam sensibilē, paradisum imaginati sunt, Alij vero intelligibilē, verūtn ego crediderim quē admodum sensibilis homo & intellectualis simul conditus est, ad hunc modum & ipsius sacerrimum templum sensibile simul & intelligibile fuisse. Quam sententiam docet etiam D Basil. in sermone speciali de paradiso, & plures alij Sanctorū.

PRo decisione sit prima conclusio. Secūdum fidem est tenendum, paradisum fuisse locum corporeum in terra: & oppositum asserere est manifestus error. Probatur primo ex Sacra scriptura Genes. 2. vbi per modum historiæ narratur plantatio paradisi, sicut narratur productio hominis & productio mulieris, sed illa productio hominis & mulieris necessario debet accipi secundum historiam, & oppositum est cōtra fidem vt probatum est. q. 91. & 92. ergo, &c. Confirmatur ex communi regula Sanctorum ecclesiæ, quam insinuat D. August. lib. 13. de ciuit. c. 21. & tradit Basil. in Hexam. Quando locus Sacræ scripturæ potest explicari in sensu proprio & literali absque aliquo inconuenienti, ita necessario est explicandus: alias enim nullus locus Sacræ scripturæ esset efficax contra hæreticos, si possent illi recurrere ad sensus mysticos, & negare sensum historicum.

¶Secundo probatur ex Concilio sexto Cōstantinop. actio. 11. vbi dum contra errores Orig. agitur, in fine subditur, Multa alia extra Apostolicam & paternam nostram traditionem asseruerunt paradisi plantationem proijcientes: in carne Adam formatum fuisse nolentes. Quæ doctrina approbatur postea actio. 13. ¶Tertio probatur ex communi consensu Sanctorum D.Clemens lib. j. recognitio, & lib. 8. de cōstitutionibus Apostolicis c. 16. expresè docet, paradisum corporalem & terrestrem, sicut narratur Gene. 2. Idem docet Lactantius lib. 2. diuin. instit. c. 13. Tertul. lib. 1. cōtra Martionem, & lib speciali de paradiso D.Chrysost. hom. super Genes. D. Hiero. super Daniel. c. 10. dicit esse deliramenta negare paradisum terrestrem. Quartò ex communi

communi consensu Doctorum Scholasti- A
corum, qui omnes tanquam rem certam secundum fidem docent paradisum esse accipiendum secundum historiam. Ita docet in 2. dist. 17. cum Magistro. & Alexander Alens. 2. par. q. 58. membro. 1. & Albert. in 2. par. Summ. Theol. q. 78. & 79. & Abulen. Gen. 13. q. 78. & sequentibus.

¶Secunda conclusio. Non solum est temerarium, sed etiam erroneum asserere, quòd paradisus non sit aliquis locus determinatus in terra. Probatur primo. Quoniã B
Genes. 2. dicitur. Tulit Deus hominem, quẽ formauerat, & posuit eum in paradiso voluptatis, & postea Gene. 3. dicitur. Quod post peccatum eiecit illum de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus erat. Sed hæc duo loca non possunt saluari nisi paradisus sit aliquis determinatus locus, ergo error est, &c. Secundo probatur ex communi consensu Sanctorum & Doctorum qui eadem certitudine quatenent paradisum esse locum corporeum C
& terrestrem, eadem tenent etiam quod sit certus & determinatus locus in terra, & quod non sit tota terra, ergo erroneum est, &c.

¶Tertia conclusio. Probabilior sententia est, quòd paradisus constitutus fuerit in parte Orientali terræ. Ista putatur à quibusdam esse contra illos, qui posuerunt paradisum esse sub æquinoctiali; Quam sententiam tenuit olim D. Thom. in illa dist. 17. q. 3. art. 2. & Durand. q. 3. & alij sed D
re vera non est contrarietas: quia in æquinoctiali etiam est signabile Oriens. S. Tho. in hoc articulo expresse docet nostram cõclusionem, & Lactantius vbi supra cap. 13. & Damas. lib. 2. c. 11. & plures alij Sanctorum. Et præter rationem D. Thom. Probatur secundo. Quoniam Gene. 2. vbi nostra editio habet, Plantauerat autem Dominus paradisum voluptatis à principio; habet editio 70. interpretum, Plantauit Deus pa- E
radisum in Eden ad Orientem, vel contra Orientem. Quam lectionem multi ex antiquis sequuti sunt: & Magister in illa. dist. 17. c. 5. Probatur tertio. Quoniam multi Sanctorum docent quod propterea in Ecclesia est antiqua consuetudo orandi versus Orientem; quoniam in illas partes Oribis fuit paradisus de quo eiectus est Adã, & ad quem desideramus redire. Ita docet expresse D. Thom. in 2. 2. q. 84. arti. 3. ad 2. & est doctrina Damas. lib. 4. de fide orth. cap. 13. & D. Clemens lib. 2. de constitu. Apostolicis c. 16. & est doctrina aliorum Patrum.

¶Quarta conclusio. Probabilior sententia est, quod paradisus adhuc perseuerat in terra, neque perijt aquis diluuij. Hanc conclusionem docent Abul. super Gene. c. 2. & Caiet. super Gen. c. 7. & videtur sententia D. Thom. in hac. q. arti. 2. ad 3. & in 2. d. 29. q. vnica art. 5. ad 4. vbi dicit Enoch & Eliam subsistentari modo de fructu ligni vitæ. Est tamen conclusio contra Aug. Eugubi. super Gen. & contra quosdam discip. D. Thom. qui opinantur paradisum iam perisse aquis diluui. Sed probatur primo. Iecle. 34. Enoch placuit Deo & translatus est in paradisum. Secundo. Quoniam locus paradisi non fuit corruptus peccatis propter quæ venerat diluuium super terram, ergo non debuit perire diluuio. Tertio. Quoniam Gene. 3. dicitur quod posuit Deus Cherubin ad custodiendam viam ligni vitæ, ergo signum est quod perseuerat semper, &c. Hanc conclusionem existimat adeo certam Sixtus Senens. lib. 5. annot. 36. vt affirmet oppositam sententiam aduersari Sacræ scripturæ, & communi consensui Sanctorum.

AD argumentum primum respondetur, quòd quamuis D. Ambr. exposuerit ea, quæ pertinent ad paradisum in sensu spirituali, tamen supponebat veritatem sensus historici & literalis, quod possumus colligere ex eius commen. 1. Corin. 6. vbi docet expresse, quod sicut est duplex Hierusalem, alia inferior in terra, & alia superior, quæ est mater nostra, vt dicitur ad Gala. 4. ita etiam est paradisus inferior, in quo homo positus accepit mandatum vt operaretur & custodiret illum, & alter paradisus superior, in quo Apostolus raptus audiuit arcana Dei. Quo testimonio vsus est etiam Sixtus Senen. lib. 5. annot. 35. ad liberandum Ambr. ab errore Origenis.

¶Ad secundum, quod D. August. solum docuit non pertinere ad fidem vbi sit ille

ille paradisus & qualis temperamenti sit: A
quod nos fatemur conclusione 3. & 4. Cæterum apertè docet ibi pertinere ad fidem quòd fuerit terrestris paradisus secundum historiam Gen. 2. & 3.

¶Ad tertium respondetur, ita esse quod in Sacra scriptura pluries accipitur paradisus pro cælesti paradiso, vt in illis locis: quo niam Ecclesia & sancti patres ita explicat, nec possunt intelligi de paradiso terrestri sine magno incõuenienti. At verò paradi- B
sus de quo est sermo Gen. 2. non potest intelligi de paradiso spirituali solum sine maximo inconuenienti. Et propterea à sanctis patribus explicatur de paradiso terrestri. Vbi illud est obiter aduertendum, q hic locus communiter explicatur à sanctis patribus de paradiso cælesti, & D. Thom. 2. 2. q. 175. art. 3. ad 4. dicit, quòd idem locus appellatur cælum ratione contemplantis, & dicitur paradisus ratione maximè delectationis. Nihilominus tamen D. Epipha. C
hb. 2. contra hæres. c. 64. & alijs locis, quibus agit contra Origentem, explicat istum locum de paradiso terrestri, & dicit Paulũ habuisse duos raptus vnum ad tertium cælum, & alterum ad paradisum terrestrem. Sed D. Thom. lect. 2. super illum locum refert hanc explicationem quamuis non dicat cuius sit, & relinquit illam tanquàm alienam à mente D. Pauli, & adhibet illam explicationem quàm supra diximus.

¶Ad confirmationem respondetur primo, quod illa deambulatio facta est per D
angelũ in corpore assumpto quo pacto in Sacra scriptura pluries factę sunt allocutiones Dei ad homines. Hoc expresse docuit D. Greg. lib. 28. mor. c. 3. sed D. Chrys. homil. 7. & 8. ad populum hoc negat, & dicit quod Deus nullo mediante opus habuit, ad hoc vt hominẽ corriperet, & explicat deambulationem illam in sensu spirituali, vel metaphorico, qui in Adam Deus talem sensum posuit, vt eum corriperet. Respon- E
detur secundo. Quod illa deambulatio Dei, qui est incorporeus & omnia implet, non potuit intelligi coporaliter sine maximo incõuenienti, & ideo debuit explicari in sensu metaphorico. At verò paradisus necessario debuit explicari in sensu proprio & secundum historiam propter rationes supra assignatas, & ideo ad argumentum negatur cõsequentia.

¶Ad quartum respondetur primo cum D. Thom. hic ad quintum, quòd paradisus tertia die plantatus est quamuis postea per quandam recapitulationem iterum explicetur eius plantatio, postquàm explicata sunt omnia opera sex dierum, qui modus recapitulationis frequens est in Sacra scriptura. Respondetur secundo, quod occasione illorum verborum D. Hiero. to- B
mo. 3. in lib. de quæstionibus Hebræ. expresse dicit ex eo manifestissimè comprobari, quòd priusquàm cœlum & terram Deus faceret, paradisum ante condiderat sicut in Hebræo legitur, plantauerat Deus paradisum in Eden à principio. Et sunt nonnulli qui existimant D. Hiero. ita sensisse, sicut hæc verba sonant. Sed vt etiam bene notauit Sixtus Senen. lib. 5. annotatione 37. non est credibile, quòd vir sapientissimus docuerit paradisum terrenum C
conditum esse antequàm cœlum & terra fierent. Voluit ergo docere, quòd antequam cœlum & terram Deus crearet, & perficeret omnibus modis, iam condiderat paradisum die 3.

¶Ad quintum respondetur primo, quod in illis verbis non dicitur. Replete omnem terram, sed replete terram. Hoc autem satis saluaretur, si terram illam paradisi replerent in qua habitassent manente statu innocentiæ. Quemadmodum Gen. 13. dicitur quod non poterat eos capere terra. Qui D
locus necessario debet explicari de sola illa terra in qua vitam degebant, & Exod. 1. dicitur quòd filij Israel multiplicati sunt & impleuerunt terram. Qui locus intelligitur solum de terra Ægypti, nisi quis velit dicere ista loca posse explicari per hiperbolem.

¶Respondetur secundò. Quod manente statu innocentiæ omnes homines habitassent in paradiso. Qui locus est spatiosis- E
simus & abundè caperet electos illius status, & ex consequenti possent ibi conseruari sumendo cibum ligni vitæ.

ARTI-

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm paradisus fuerit locus conueniens habitationi humanæ.

498 1.d. 29. ar.5 cor. & opusc. 3.c.192.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd paradisus non fuerit locus conueniens habitationi humanæ. Homo enim & angelus similiter ad beatitudinem ordinantur. Sed angelus statim à principio factus est habitator loci beatorum, scilicet, cœli empyrei. Ergo etiam ibi debuit institui habitatio hominis.

¶ 2 Præterea. Si locus aliquis debetur homini, aut debetur ei ratione animæ aut ratione corporis. Si ratione animæ, debetur ei pro loco cœlum: qui videtur esse locus naturalis animæ, cum omnibus insitus sit appetitus cœli. Ratione autem corporis non debetur ei alius locus, quàm alijs animalibus, ergo paradisus nullo modo fuit locus conueniens habitationi humanæ.

¶ 3 Præterea. Frustra est locus in quo nullum locatum continetur. Sed post peccatum paradisus non est locus habitationis humanæ, ergo si est locus habitationi humanæ congruus, in vanum videtur à Deo institutus fuisse.

¶ 4 Præterea. Homini, cùm sit temperatæ complexionis congruus est locus temperatus. Dicitur enim esse sub æquinoctiali circulo, qui locus videtur esse calidissimus: cum his in anno sol transeat super summitatem capitum eorum, qui ibi habitant. Ergo paradisus non est locus congruus habitationi humanæ.

Li.2.ortho. fidei,c.11.

SED contra est, quod Damasc.* dicit de paradiso, quòd est divina regio, & digna eius, secundum imaginem Dei erat conseruatio.

Q.97.ar tic.4.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est,* homo sic erat incorruptibilis & immortalis, non quia corpus eius dispositionem incorruptibilitatis haberet, sed quia inerat animæ vis quædam ad præseruandum corpus à corruptione. Corrumpi autem potest corpus humanum & ab interiori quidem corrumpitur per consumptionem humidi & senectutem, vt supra dictum est.* Cui corruptioni occurrere poterat primus homo per esum ciborum. Inter ea verò, quæ exterius corrumpunt, præcipuum videtur esse distemperatus aer. Vnde huic corruptioni maximè occurritur per temperiem aeris, in paradiso autem vtrumque inuenitur. Quia (vt Damasc.* dicit) est locus temperato & tenuissimo & purissimo aere circumfulgens, plantis semper floridis comatus. Vnde manifestum est quod paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secundum primæ immortalitatis statum.

Q.97.a tic.4.

Lib.2.ca th.fidei. c.11. vsq; longè à pcin.

AD primum dicendum, quòd cœlum empyreum est supremum corporalium locorum, & est extra omnem mutabilitatem. Et quantum ad primum horum est locus congruus naturæ angelicæ: quia sicut Augustin.* dicit in 3. de Trin. Deus regit creaturam corporalem per spiritualem. Vnde conueniens est quòd spiritualis natura sit supra omnem corporalem constituta, sicut ei præsidens. Quantum autem ad secundum conuenit statui beatitudinis, qui est firmatus in summa stabilitate. Sic igitur locus beatitudinis congruit angelo secundum naturam suam, vnde ibi creatus est. Non autem congruit homini secundum suam naturam, cùm non præsideat toti corporali creaturæ per modum gubernationis, sed competit ei solum ratione beatitudinis. Vnde non est positus à principio in cœlo empyreo. Sed illuc transferendus erat in statu finalis beatitudinis.

Lib.3.c. 4.20.fi.

AD secundum dicendum, quòd ridiculum est dicere, quòd anima aut aliqui spirituali substantiæ sit aliquis locus naturalis. Sed per congruentiam quandam aliquis specialis locus creaturæ corporali attribuitur. Paradisus enim terrestris erat locus congruus horum, & quantum ad animam & quantum ad corpus, inquantum scilicet in anima erat vis præseruandi corpus humanum à corruptione. Quod non competit alijs animalibus. Et ideo, vt Damasc.* dicit, in paradiso nullum irrationalium habitat. Licet ex quadam dispensatione animalia fuerint illuc ducinitus adducta ad Adam, & serpens illuc accesserit per operationem diaboli.

Lib.2.ca th.fidei. c.11. vsq; longè à pcin.

AD tertium dicendum, quòd non propter hoc locus est frustra, quia non est ibi homi-

minum habitatio post peccatum: sicut etiam non frustra fuit homini attributa immortalitas quædam, quam conseruaturus non erat. Per huiusmodi enim ostenditur benignitas Dei ad hominem: & quid homo peccando amiserit: quamuis, vt dicitur, nunc Enoch & Elias in illo paradiso habitent.

AD quartum dicendum, quòd illi qui dicunt paradisum esse sub circulo æquinoctiali, opinantur sub circulo illo esse locum temperatissimum propter æqualitatem diei & noctium omni tempore. Et quia sol nunquam multum ab eis elongatur, vt sit apud eos superabundantia frigoris: neciterù est apud eos (vt dicunt) superabundantia caloris: quia etsi sol pertranseat super eorum capita, non tamen diu morabitur ibi in hac dispositione. Aristot. tamen in lib. Meteo.* expressè dicit quod regio illa est inhabitabilis propter æstum. Quod videtur probabilius: quia terræ per quas nunquam sol pertransit in directum capitis, sunt intemperatæ in calore propter solam vicinitatem solis. Quicquid autem de hoc sit, credendum est paradisum in loco temperatissimo constitutum esse vel sub æquinoctiali vel alibi.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm homo sit positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

498

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo non sit positus in paradiso vt operaretur & custodiret illum: quod enim introductum est in pœnam peccati, non fuisset in paradiso in statu innocentiæ, sed agricultura introducta est in pœnam peccati, vt dicitur Genes. 3. ergo homo non fuit positus in paradiso, vt operaretur ibi.

¶ 2 Præterea. Custodia non est necessaria vbi non timetur violentus inuasor: sed in paradiso nullus timebatur violentus inuasor: ergo non erat necessarium, vt paradisum custodiret.

¶ 3 Præterea. Si homo positus est in paradiso, vt operaretur & custodiret ipsum: videtur sequi quòd homo factus sit propter paradisum, & non econuerso. Quod videtur esse falsum. Ergo homo non est positus in paradiso vt operaretur, & custodiret illum.

SED contra est, quod dicitur Gene. 2. Tulit Dominus Deus hominem, & posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.

Lib.8.c. 10.to.3.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 8. super Gene. ad lite.* verbum istud Geneseos dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, quòd Deus posuit hominem in paradiso, vt ipse Deus operaretur, & custodiret hominem. Operaretur, inquam, iustificando ipsum. Cuius operatio si ab homine cesset, continuo obtenebratur: sicut aer obtenebratur si cesset influxus luminis. Vt custodiret verò ab omni corruptione & malo. Alio modo potest intelligi: vt homo operaretur, & custodiret paradisum. Nec tamen illa operatio esset laboriosa, sicut post peccatum: sed fuisset iucunda propter experientiam virtutis naturæ. Custodia etiam illa non esset contra inuasorem: sed esset ad hoc quòd homo sibi paradisum custodiret, ne ipsum peccando amitteret. Et hoc totum in bonum hominis cedebat. Et sic paradisus ordinatur ad bonum hominis & non econuerso. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm homo factus fuerit in paradiso.

499

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd homo factus fuerit in paradiso. Angelus enim in loco suæ habitationis creatus fuit, scilicet in cœlo empyreo. Sed paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ ante peccatum, ergo videtur quòd in paradiso homo debuit fieri.

Q.97.ar tic.4.

¶ 2 Præterea. Alia animalia conseruantur in loco suæ generationis, sicut pisces in aquis, & animalia gressibilia in terra, vnde producta sunt. Homo autem conseruatus fuisset in paradiso, vt dictum est.* Ergo in paradiso fieri debuit.

Præte-

¶ 3 *Præterea. Mulier in paradiso facta* A *fuit. Sed vir dignior est muliere. Ergo multo magis vir debuit fieri in paradiso*

SED contra est, quod dicitur Genes. 2. Tulit Deus hominem & posuit eum in paradiso.

RESPONDEO dicendum quòd paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ quantum ad incorruptionem primi status. Incorruptio autem illa non erat hominis secundum naturam, sed ex supernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratia Dei im- B *putaretur, non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradisum fecit: & postea ipsum in paradiso posuit, vt habitaret ibi toto tempore animalis vitæ: postmodum cùm spiritualem vitam adeptus esset, transferendus in cœlum.*

AD primum ergo dicendum, quod cœlum empyreum est locus congruus angelis quantum ad eorum naturã. Et ideo ibi sunt creati. Et similiter dicendum ad secundum. Loca enim illa congruunt animalibus secundum suam naturam.

AD tertium dicendum, quod mulier facta fuit in paradiso, non propter dignitatem suam, sed propter dignitatem principij ex quo corpus eius formabatur: quia similiter & filij in paradiso fuissent nati, in quo parentes iam erant positi.

COMMENTARIVM.

CIrca hos tres articulos nihil est adnotandum quoniam doctrina D. Thomæ communiter recipitur ab vniuersis Doctoribus Scholasticis, inter quos legendi sunt Ægidius d. 18. q. 1. & septem dubijs sequentibus, & Gabr. dist. 17. q. 2. maximè art. 3. per tria dubia. Circa articu. 2. vide Ambrosium Catherinum Gen. 1. super illa verba. Ecce dedi vobis omnem herbam, &c.

QVÆ-

De gubernatione rerum in communi.

POSTQVAM præmissum est de creatione rerum, & distinctione earum, restat nunc tertio considerandum de rerum gubernatione. Et primò in communi. Secundò in speciali de effectibus gubernationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm mundus gubernetur ab aliquo.

AD PRIMVM *sic procedi-* Pro
tur. Videtur, quòd mundus non gubernetur ab aliquo. Illorũ n. est gubernari, quæ mouentur vel operantur propter finem. Sed res naturales quæ sunt magna pars mundi, non mouentur, aut operantur propter finem, quia non cognoscunt finem. Ergo mundus non gubernatur.

¶ 2 *Præterea. Eorum est proprièe gubernari, quæ ad aliquid mouentur: sed mũdus non videtur ad aliquid moueri sed in se stabilitatem habet, ergo non gubernatur.*

¶ 3 *Præterea. Id quod in se habet necessitatem qua determinatur ad vnum, non indiget exteriori gubernante. Sed principaliores mundi partes quadam necessitate determinantur ad vnum in suis actibus & motibus. Ergo mundus gubernatione non indiget.*

SED contra est, quod dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia. Et Boe. *dicit in lib. de conso. O qui perpetua mundum ratione gubernas.*

RESPONDEO dicendum, quòd quidã antiqui Philosophi gubernationem mundo subtraxerunt, dicentes omnia fortuito agi. Sed hæc positio ostenditur esse impossibilis ex duobus. Primo quidem ex eo quòd apparet in ipsis rebus. Videmus n. in rebus naturalibus prouenire quæ melius est aut semper, aut in pluribus. Quod non contingeret, nisi quædam prouidentiam res naturales dirigerentur ad finem boni, quod est gubernare. Vnde ipse ordo certus rerum manifestè demõstrat gubernationẽ mũdi: sicut si quis intraret domũ bene ordinatam, ex ipsa domus ordina- A *tione ordinatoris rationem perpenderet, vt ab Aristo.* dictum Tullius introducit in lib. de natura Deorum. *Secundò autem apparet idem ex consideratione diuinæ bonitatis, per quam res in esse productæ sunt, vt ex supradictis patet.* † *Cùm enim optimi sit optima producere, non conuenit summæ Dei bonitati, quòd res productas ad perfectum non perducat. Vltima autem perfectio est vniuscuiusque in consecutione finis. Vnde ad diuinã bonitatem pertinet, vt sicut produxit res in* B *esse, ita etiam eas ad finem perducat, quod est gubernare.*

Arist. li. 12. Metap. tex. 52. to 3

† Q. 19. art. 4. & q. 44. ar. 1. & 2.

AD primum ergo dicendum, q aliquid mouetur vel operatur propter finem dupliciter. Vno modo sicut agens seipsum in finem, vt homo & aliæ creaturæ rationales. Et talium est cognoscere rationem finis, & eorũ quæ sunt ad finem. Aliquid autem dicitur operari vel moueri propter finem, quasi ab aliquo actũ vel directum in finem: sicut sagitta mouetur directa ad signum à sagittante, qui cognouit finem: non autem sagitta. Vnde sicut motus sagittæ ad determinatum finẽ demõstrat aperte q sagitta dirigitur ab aliquo cognoscente: ita certus cursus naturalium rerum cognitione carentium, manifestè declarat mũdum ratione aliqua gubernari.

AD secundum dicendum, quòd in omnibus reb. creatis est aliquid stabile ad minus prima materia, & aliquid ad motum pertinens, vt sub motu etiam operationem cõprehendamus. Et quantùm ad vtrunq; res indiget gubernatione. Quia hoc ipsum quod in D *rebus est stabile, in nihilum decideret: quia ex nihilo est, nisi manu gubernatoris seruaretur, vt infra patebit.* Q. 104. ar. 1.

AD tertium dicendum, quòd necessitas naturalis inhærens rebus quas determinatur ad vnũ: est impressio quædam Dei dirigentis ad finem: sicut necessitas qua sagitta agitur,

vt ad certum signum tendat, est impressio sagittantis. & non sagittæ. Sed in hoc differt: quia id quod creatura à Deo recipiunt, est earum natura. Quod autem ab homine rebus naturalibus imprimitur prater earum naturam ad violentiam pertinet. Vnde sicut necessitas violentiæ in motu sagittæ demonstrat sagittantis directionem: ita necessitas naturalis creaturarũ, demonstrat diuinę prouidentiæ gubernationem.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Ad diuinã prouidentiam pertinet, vt sicut produxit res in esse, ita etiam eas ad finem perducat, quod est gubernare.

¶ Secunda in solutione ad primũ. Certus cursus naturalium rerum cognitione carentiũ manifestè declarat modum gubernari ratione aliqua.

¶ Tertia conclusio ad tertium. Necessitas naturalis creaturarum demonstrat diuinæ prouidentię gubernationem.

COMMENTARIVM.

DE hac materia disputant Scholastici in 1. Sent. d. 39. vbi Magister de diuina prouidentia mentionem facit. De qua D. Tho. supra egit in q. 22. Hic autem specialem de gubernatione quæstionem instituit. Videtur autem operepretium aduertere egregium ordinem quẽ seruat D. Th.

DVbitatur itaque primo, quare Di. Th. in hunc locum postremum reiecerit ad rerum gubernatione tractatum. Et ratio dubitandi est, quoniam eiusmodi consideratio pertinere videtur ad materiam de diuina prouidentia. Siquidem gubernatio effectus diuinæ prouidentiæ est.

¶ Pro intelligentia huius dubitationis notãdum est primo ex Dur. in 1. sen. d. 39. q. 3. & ex D. Th. ibi. q. 2. art. 1. & de ver. q. 5. ar. 1. ad 9. quod sex actus secundũ nostrũ modũ intelligendi solent in Deo distingui secundũ respectũ ad creaturas, videlicet, ars vel scientia practica dispositio, prouidẽtia, creatio, distinctio, & gubernatio. Qui si quis alios actus recenseat, s. prædestinationẽ, & conseruationẽ; aduertat quod prædestinatio ad prouidentiã reducitur sicut minus cõe ad magis cõe. Conseruatio vero ad creationẽ reducitur, qm̃ Deus eadẽ actione qua res produxit ex nihilo, cõseruat ne in nihilum reducantur. Nec creatio differt à conseruatione rerum nisi in eo qd dicit nouitatem essendi. Ex prædictis ergo sex actibus tres priores ab æterno Deo cõpetere intelligimus, tres vero posteriores ex tẽpore verificantur de Deo. Sunt. n. voluti exequutiones illorum triũ, quos priori loco designauimus. ¶ Nota secundo, q̃ in rebus creatis duplex ordo inuenitur. Alter quidẽ ad principiũ à quo processerunt, alter vero ad finẽ ad quẽ destinatæ sunt. Ad priorẽ ordinem duo pertinere intelligimus. Primũ est vt vnaquęq; res constituatur in suo esse specifico & substantiali. Secundũ est q̃ vnaquęq; res collocetur in suo gradu & situ secundum debitã proportionẽ partiũ, tam inter se q̃ respectu totius vniuersi. Ad posteriorẽ vero ordinem attinet, q̃ res per media necessaria efficaciter dirigantur ad finis cõsequutionẽ, & illa repellat quæ hmõi assequutionis impeditiua sunt. Vide D. Th. q. 5. de verit. ar. 1. ad 9.

¶ Ex dictis sequitur, q̃ ars & dispositio diuina respiciunt creaturas secundũ priorẽ ordinem. Prouidentia vero refertur ad eas dẽ creaturas, iuxta posteriorẽ ordinẽ. Ratio huius differentiæ est, quia prouidentia diuina est æterna ratio ordinis mediorũ ad finem. At vero ars importat cognitionem practicã de re in tempore artificiosè producenda, dispositio aũt significat rõnẽ ordinis rerũ inter se & in toto vniuerso secundũ diuersos suæ dignitatis gradus, v. gr. q̃ terra sit infima & sup illã sit aqua & super aquã aer &c. Prędictis tribus diuinis attributis quę intelligimus ab æterno Deo cõpetere correspondẽt alia tria quasi illorũ exequutiones tẽporales. Arti quidẽ respõdet creatio, quæ est productio rei ex nihilo in esse substantiali. Dispositioni vero respondet rerũ distinctio, q̃ est actualis collocatio creaturarũ in diuersis gradibus & situbus vniuersi. Gubernatio denique respondet prouidentiæ, quia gubernare nihil est aliud quam res per debita media in proprios fines perducere, & hoc est executio diuinæ prouidentiæ.

RESpondetur ergo ex dictis, q̃ Di. Th. scientifico & optimo ordine processit, nam primo dixit de arte diuina, quę est scientia Dei practica respiciens ideas rerũ supra in q. 14. & 15. Deinde in q. 22. egit de diuina prouidentia, in cuius primo articulo mentionẽ nullã de dispositione fecit. Neq; n. oportebat specialẽ de dispositione tractatũ edere, quoniam de dispositione non est specialis difficultas præter illas q̃ circa scientiã & prouidentiã Dei & rerũ distinctionẽ emergunt. Deinceps vero aggreditur disputationẽ de aliis tribus tẽporalibus attributis, quæ tribus æternis correspondere diximus. Etenim de creatione cœpit disserere à q. 44. vsq; ad 49. in cõi sed in speciali à q. 50. de creatione angelorũ, & à q. 65. de creatione corporalis creaturæ & distinctione rerũ creatarũ & condõnibus ipsarũ vsq; ad q. 102. Iã vero ab hac qõ. 103. vsq; in finem huius primæ partis de rerũ gubernatione tractatũ instituit & perficit. Hæc quæ diximus satis aperta & rationi consona videntur, sed nihil est tam benè dictum, quin malè narrando possit deprauari. Quare necesse est vt obiectionibus q̃ in oppositũ obiici possunt satisfaciamus.

¶ Arguitur primo contra factam distinctionem attributorũ diuini intellectus. Et probo dispositionẽ non distingui prouidẽtia, & rerũ distinctionem nõ differre à gubernatione. Dispositio est ratio ordinis rerum ad finẽ; sed hæc eadẽ est diffinitio diuinæ prouidentię, ergo sunt idem. Maior probatur ex D. Thom. sup. q. 22. art. 5. Vbi ait, quod dispositio potest dici tã ratio ordinis rerũ ad finẽ quã ratio ordinis partiũ in toto. Deinde probatur rõne. Debitus ordo quẽ habebant partes in toto attẽditur per commensurationẽ ad finem partiũ & totius: illa. n. est congrua dispositio partiũ in toto, quæ bene proportionatur & commensuratur intento fini, ergo dispositio diuina quæ respicit ordinem partium in toto attendit etiam per se ordinem ad finẽ. Simile argumentum potest fieri ad probãdum q̃ distinctio rerũ non distinguatur à

gubernatione, etenim distinctio rerum nihil aliud est quã collocatio illarum in eo sitv & loco prout expedit ad bonũ vniuersi. Quidam ex modernis Theologis prædicto argumento conuicti opinantur diuinã dispositionẽ non esse distinctum attributũ à prouidentia, sed aiunt dispositionẽ esse inchoationẽ prouidentiæ. Hæc sentẽtia contrariatur D. Tho. vbi sup. & Duran. & alijs. Et profecto rerum distinctio manifestum est, q̃ ratione distinguitur à gubernatione, sicut D. Tho. docet in introductione huius quæstionis. Et probatur. Quoniã aliter concipimus res constitutas in proprio situ & loco, & aliter quatenus operantur, & mouentur ad finem. Priore quidẽ modo dicuntur distinguni à Deo. Quę distinctio est effectus dispositionis ęternę. Secũdo vero modo dicuntur gubernari a Deo, quæ gubernatio est effectus prouidentię. Ac proinde etiam prouidẽtia & dispositio ratione distinguuntur. Ferr. in Iib. 3 cont. gent. cap. 64. soluit prædictum argumentũ distinguens rerum ordinem ad finem. Potest enim talis ordo dupliciter considerari, vno modo ex parte rei ordinatæ quatenus illa talem habet dispositionem, vt per ea proportionetur & commensuretur fini. Altero modo potest considerari ex parte applicationis rei ad assequutionem finis. Sunt exempla huius distinctionis. Talia medicamenta præparantur à farmacopola vt sint apta ad comparandam salutem, & sic habetur exemplum prioris. Cum autem medicus vtitur illis medicamentis applicans in firmo, est exemplum secũdi. Dicit enim Ferr. quòd ad dispositionem quidem pertinet ordo ille prior ad finẽ ex parte rei ordinatæ: ad prouidẽtiam vero pertinet posterior ille ordo ad finem ex parte applicationis rei ad cõsequutionem finis. Atque ita explicatur D. Thom. Cum enim sup. quæst. 22. dicit, dispositionem esse rationem ordinis rerum ad finem, intelligẽdus est de ordine ex parte rei ordinatæ. Cęterum D. Tho. in illa q. 5. de veri. ad nonũ ait, prouidẽtiã esse quodammodo cãm dispositionis, propterea quòd prouidentia p se respicit finem tanquam regulam cui cõmensuratur ordo partium in toto, qui ordo pertinet ad dispositionẽ. Et ideo D. Tho.

solet frequenter actus proprios dispositionis attribuere prouidentiæ. Quæ doctrina veritissima est, & iuxta illam philosophari, debemus de prouidentia & dispositione, sicut de arte architectonicæ respectu inferiorum. v.g. de arte equestri respectu artis frenefactibilis. Ars enim superior respicit finem, inferior vero proportionem materiæ facit ad finem. Atque ita actio inferioris artis regulatur ab actione superioris. Ad hunc modum proportionabiliter dicendū est de prouidentia & dispositione diuina, sublatis tamen imperfectionibus, quæ inueniuntur in humanis actibus. Non enim in diuinis attributis est causa & effectus, sed solum nostro modo intelligendi vnum attributum est ratio alterius, sicut immutabilitas ratio æternitatis. Sic igitur prouidētia est ratio dispositionis eo modo quo explicuimus, scilicet, quatenus prouidentia immediatius respicit finem quam dispositio. Et per hanc doctrinā patet solutio ad argumentū factū. Obseruādū est tamē nō esse inconueniens, q̄ in eodē opere Dei inueniatur simul effectus prouidentiæ & dispositionis & diuinæ artis, diuersis tamen rationibus consideratis secundū nostrum modū intelligendi. Quemadmodū in operæ creationis possumus considerare effectū diuinæ artis, quatenus res assimilātur mēti diuini artificis, possumus etiā considerare rerum distinctionem, qui est effectus dispositionis. Vbi ēt attendi potest opus prouidentiæ, hoc est, directio rerum in finē. Prouenit enim ex diuina prouidentia q̄ tot res & tales producantur prout cōuenit ad finē ad quem dirigūtur. Hæc doctrina plane colligitur ex D. Tho. in hoc ar. ad 2. & 3. Vbi loquens de creaturis necessarijs quæ natura sua determinatæ sunt, inquit, quòd harum rerum directio ex eo pertinet ad prouidentiam & gubernationem: quia naturalis illarum inclinatio in proprios fines est quædam impressio Dei gubernantis & dirigentis res in finē. Si igitur impressio huius naturalis inclinationis secundū D. Th. pertinet ad prouidentiam, siquidem est impressio Dei gubernāris, & rursus pertinet et ad creationē, (quia creatio nō solū attingit esse rerum ex nihilo, sed ēt simul omnes proprietates & inclinationes consequentes substantiam rerum) optime colligitur quod prouidentia interuenit in opere creationis. Et cōfirmatur. Quō alias vix poterimus explicare quomodo rerū ne cessarium directio in suos fines, & illorū assequutio ad prouidentiā Dei pertinet, cū huiusmodi res nulli contingentiæ subijciātur, nā quāuis D. Tho. j. Sen. vbi supra, arbitratus fuerit q̄ prouidentia diuina nō versabatur nisi circa res illas quæ alicui contingentiæ sunt obnoxiæ, & ideirco aliter processerit quam in hoc articulo multo dōctius & verius in hoc articulo & supra q. 22. asserit q̄ prouidētia & gubernatio versantur circa res omnes, etiā si naturali inclinatione absque vlla contingentia in proprios fines dirigantur illosque assequātur. Hinc est q̄ cū inter antiquos Philosophos duæ sententiæ satis contrariæ versarentur. Altera quòd omnia ex necessitate proueniārēt, altera q̄ omnia à casu & fortuito contingebant D. Tho. posteriorem solū sustulit & reiecit, quoniam causas & fortuna, rerum omnium excluderet prouidentiā. At vero necessitas naturalis in effectibus & motibus rerum vniuersi diuinam prouidentiā non excludit, quoniam Deus libere omnia creauit atque gubernat.

DVbitatur secundo circa primam rationem conclusionis articuli, vbi D. Th. præsupponit tanquam certissimū, q̄ in rebus naturalibus fit semper vel vt in plurimū id q̄d melius est. Dubitatur inquā de veritate huius assumpti. Et ratio dubitandi est vnica: Arguitur sic. Naturalē est homini viuere secundum rationem & virtutem: sed viuere secundum rationem & virtutem nō inuenitur in pluribus sed in paucissimis hominibus, ergo illa maxima in optima creatura rerū naturalium deficit. ¶ Hoc argumētū in signē tāgit difficultatē vtrū homo cōditus in puris naturalibus operaret secundū rationē vt in plurimū & in pluribus indiuiduis. Etenim modo de facto videt facilis solutio si dicamus q̄ propter infirmitatē naturę q̄ ex originali peccato ꝓuenit dificiūt hoīes vt in plurimū in operationibus suis à rectitudine rōnis. verūtū difficultas illa de hoīe in puris naturalib⁹ creato examinabit̄ à nobis in prima relectione de gratia. Cęterū q̄ ad p̄sens

net facile possumus respondere, q̄ illa propositio quam præsupponit D. Thom. intelligenda est cum quadam restrictione, scilicet, de rebus naturalib. prout distinguūtur ab habētibus liberum arbitrium. Quapropter D. Tho. intelligens priorem rationem non esse vniuersalem, adiecit secundam, quā etiam repetit art. 5. Obseruandū tamen est, quòd in hoc ipso quod homines peccant & deficiunt à recta ratione, colligitur Deum hominum esse gubernatorem per modum quendam practicum, quemadmodū ille qui leges fert in republica dicitur illam gubernare etiam si homines contra leges faciant, ergo eo ipso q̄ homines contra leges Dei peccant ostendi tur Deus humanarum rerum gubernator. Quòd si adhuc instet, quare ipse Deus permittat homines vt in plurimum ab vltimo fine aberrare? Ad hoc multiplex ratio solet assignari. Prima quidem ex parte libertatis arbitrij præsertim infirmi. Deinde quoniam omnis nostra cognitio ortū habet à sensu, quem statim appetitus sensibus sequitur, cum autem aduenit ad vsum rationis dutum est assueta relinquere. Item pertinax pugna carnis & spiritus in causa est vt varius sit euentus belli. Atq; ita contingit homines fæpenumero deficere à recta ratione. Sed profecto omnes istæ rationes infirmæ sunt. Optima ergo ratio ex est quā docet Regius Propheta Psal. 11. vbi cum dixisset, Saluum me fac Deus quoniam defecit sanctus, narrasseque hominum vitia adiecit, In circuitu impij ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Acsi diceret, Plurimi sunt impij, quibus vndique & circundamur & impetimur. Sed tu secundum profunditatem consilij tui multiplicasti filios hominum, etiam si præsciebas tales esse futuros. De qua re latius dictum est supra q. 53.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm finis gubernationis mundi sit aliquid extra mundum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd finis gubernationis mundi non sit aliquid extra mundum existens. Illud enim est finis gubernationis rei, ad quod res gubernata perducitur. Sed illud ad quod res aliqua perducitur est aliquod bonum ipsa re. Sicut infirmus perducitur ad sanitatem, quæ est aliquod bonū in ipso, ergo fines gubernationis rerum non est aliquod bonum extrinsecum: sed aliquod bonum in rebus existens.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit 1. Ethi.* quòd finium quidam sunt operationes: quidā opera, id est operata. Sed nihil extrinsecū à toto vniuerso potest esse operatū: operatio autem est in ipsis operantibus. Ergo nihil extrinsecum potest esse finis gubernationis rerum.

¶ 3 Præterea. Bonum multitudinis videtur esse ordo & pax quę est trāquillitas ordinis: vt Augustinus dicit 19. de ciuit. Dei.† Sed mundus in quadam rerum multitudine consistit, ergo finis gubernationis mundi est pacis ordo, qui est in ipsis rebus. Non ergo finis gubernationis rerum est quoddam bonū extrinsecum.

SED contra est, quod dicitur Prouerb. 16. Vniuersa propter se operatus est Dominus. Ipse autem est extra totum ordinem vniuersi, ergo finis rerum est quoddam bonum extrinsecum.

RESPONDEO dicendum, quòd cum finis respondeat principio, non potest fieri vt principio cognito, quid sit rerum finis ignoretur. Cum igitur principium rerū sit aliquid extrinsecū à toto vniuerso, scilicet Deus, vt ex supra dictis patet,* necesse est quod etiam finis rerum sit quoddā bonum extrinsecū, & hoc ratione apparet. Manifestum est. n. quod bonum habet rationem finis. Vnde finis particularis alicuius rei est quoddam bonū particulare: finis autem vniuersalis rerum omniū est quoddam bonum vniuersale. Bonū autē vniuersale est, quod est per se & per suā essentiam bonum, quod est ipsa essentia bonitatis: bonum autem particulare est quod est participatiuē bonum, manifestum est autem, q̄ in tota vniuersitate creaturarum nullū est bonum, quod no sit participatiuē bonum. Vnde illud bonū, quod est finis totius vniuersi, oportet quod sit extrinsecum à toto vniuerso.

AD primum ergo dicendum, quod bonū aliquod consequimur multipliciter. Vno modo sicut formam in nobis existentem: vt sanitatem aut scientiam. Alio modo vt aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

per nos operatum: sicut ædificator consequitur finem, faciendo domum. Alio modo sicut aliquod bonum habitum vel possessum, vt ille qui emit, consequitur finē, possidēdo agrū. Vnde nihil prohibet illud ad quod perducitur vniuersum, esse quoddam bonum extrinsecum.

AD secundum dicendum, quòd Philosophus loquitur de finibus artium. Quarū quædam habent pro finibus operationes ipsius, sicut citharistæ finis est citharizare. Quædam vero habent pro fine, quoddam operatū, sicut ædificatoris finis non est ædificare, sed domus. Cōtingit autem aliquid extrinsecū esse finē, non solum sicut operatū, sed etiā sicut possessum, seu habitum vel etiam seu representatum: sicut si dicamus quòd Hercules est finis imaginis, quę fit ad eum representandum: sic igitur potest dici, quòd bonum extrinsecum à toto vniuerso est finis gubernationis rerum, sicut habitum, & representatum: quia ad hoc vnaquaque res tendit, vt participet ipsum, & assimiletur ei quantum potest.

AD tertium dicendum, quòd finis quidem vniuersi est aliquod bonum in ipso existens, scilicet ordo ipsius vniuersi: hoc autē bonum non est vltimus finis: sed ordinatur ad bonum extrinsecum, vt ad vltimum finē: sicut etiam ordo exercitus ordinatur ad ducem: vt dicitur in 11. Metaph.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua, videlicet. Bonum quod est finis totius vniuersi oportet quod sit extrinsecum à toto vniuerso. Ratio est. Quia principium vniuersi est extra vniuersum, ergo finis vniuersi debet esse extra vniuersum. Consequentia probatur. Quia finis correspondet principio.

¶ Secunda ad tertium. Ordo ipsius vniuersi finis quidē est vniuersi in ipso existens: sed hoc bonum nō est vltimus finis, ordinatur enim ad bonum extrinsecum.

COMMENTARIVM.

DVbitatur, An sit vera conclusio prima? Arguitur primo pro parte negatiua. Illa conclusio non potest verificari de fine immediato, neque de fine mediato & vltimo, ergo non est vera. Probatur antecedens. Quia finis immediatus vniuersi est bonum in ipso existens, vt docet D.Tho. in solutione ad tertium. Rursus si intelligatur de fine mediato & vltimo rerum omnium, sequitur pari ratione, quod finis cuiuslibet rei particularis esset bonū diuinum separatum, siquidem vltimus finis cuiuslibet rei est ipse Deus. At vero Diuus Thomas intendit differentiam ostendere inter totum vniuersum, & res particulares, quoniam ex vniuersitate ipsius vniuersi infertur, vniuersale bonum esse finem eius, scilicet, bonum diuinum.

¶ Secundo. Finis & bonum idem sunt, sed bonum vniuersi est intra ipsum, ergo & finis. Tertio contra rationē conclusionis. Principiū totius vniuersi est ipse Deus, sed ipse Deus non potest per suam actionē referri & ordinari ad finē, ergo consequentia quam facit D.Th. quæ fundatur in hoc, quod finis debet correspondere principio, non est bona. Confirmatur. Quia etiam si finis debeat correspondere principio, non tamen necessario colligitur quòd hæc correspondentia & conuenientia sit in hoc, quòd si principium est extrinsecum, finis etiam debeat esse extrinsecus.

PRo solutione notandum est, quod gubernatio dupliciter potest accipi. Vno modo vt est actio diuina. Altero modo vt est ratio quædam recepta in rebus gubernatis. Si quidem primo modo consideretur, certum est quòd propriè loquendo non habet finem ad cuius assequutionem ordinetur diuina actio. Neque enim proprie loquendo Deus est finis respectu suiipsius, vt supra diximus q.5. art.4. Propterea quod ea quæ sunt ad finem imperfectionem important. Ratio itaque finis in summo bono non potest intelligi sine aliqua relatione rationis ad ea q̄ finalizat, vel finalizare potest. Si autem gubernatio cōsideretur vt est quædā passio recepta in rebus

bus gubernatis, vere gubernatio mūdi habet finem tam intrinsecum quam extrinsecum. Intrinsecus finis est de quo loquitur S.Thom. in solutione ad tertium, ipse ordo vniuersi secundùm quòd omnes partes cōstituuntur & mouentur ad bonum totius vniuersi. Extrinsecus autē finis est de quo loquitur prima conclusio, ad quem totum vniuersum immediate destinatur tanquā ad summum & vltimum bonum. Notandum est secundo ex Arist. 2. Physico. text. 24. & lib. 2. de Anima text 35. & ex D.Th. supra quæst. 26. art. 3. ad secundum. Quod finis est duplex, videlicet, finis cuius gratia, & finis quo, siue alijs verbis, finis qui principaliter intenditur vt res quædā. & finis quo videlicet assequimur finem, cuius gratia operamur. v. g. sanitas est finis qui & cuius gratia sumitur medicina, calor autem si defectu illius quis infirmatur, erit finis quo.

AD primum argumentum respondetur, quòd conclusio D.Tho. intelligit de immediato fine, cuius gratia aliquid fit. Atque hoc modo solus Deus est finis vniuersi. Cęterum ordo qui est intrinsecus ipsi vniuerso erit finis quo ipsum vniuersum attingit ad manifestandam gloriam Dei, quatenus per illum ordinem maximè assimilatur diuinæ bonitati. Et per hoc sufficienter colligitur differentia inter totum vniuersum & singulas partes, quoniam singulę partes non habent pro immediato fine ipsum Deum, sed ordinem & concordiā vniuersi habent pro fine cuius gratia acquirunt suas perfectiones, uel mouentur, vel operantur. Illud autem quod respectu partium finis cuius gratia, consideratur respectu vniuersi finis quo. Ac proinde finis immediatus respectu totius vniuersi, cuius gratia vniuersum est ita constitutum & ordinatum, erit extrinsecus in hoc sensu, q̄ neq; est pars vniuersi, neque totum vniuersum, neque aliqua forma ipsius vniuersi, quanuis sit intimè in omnibus rebus sicut in superioribus dictum est q.4. de existentia Dei in rebus. Et per hoc patet ad primum argumentum. ¶ Ad secundum respōdetur, quod bonum vniuersi ad quod totū vniuersum ordinatur est extra ipsum, est enim summum bonum & diuina bonitas.

¶ Ad tertium respondetur optimam esse consequētiam, quam D.Tho. facit. Neq; enim oportet quod Deus realiter referatur ad vniuersum vel ad partes eius vt realiter sit principium totius vniuersi, sed sufficit, quod vniuersum realiter procedat ab ipso, & ad ipsum realiter referatur. Ad confirmationem respōdetur, q̄ necessaria proportio inter principium, & finem hæc est, quòd principium & finis debent adæquari quantum ad vniuersalitatem causandi. Quoniam omne agens intendit assimilare sibi effectum. Vnde si fuerit agens particulare habebit rationem finis respectu effectus particularis, si autem fuerit vniuersale principium totius vniuersi, tunc habebit rationem finis respectu totius vniuersi. At que hoc pacto, quoniā Deus solus est vniuersale principium totius vniuersi, necessario colligitur quod sit finis immediatus, cuius gratia est vniuersum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum mundus gubernetur ab vno.

502

AD TERTIVM *sic procedi-* 2.d 1.q.
tur. Videtur q̄ mūdus non guber- 1.arti.1.
netur ab vno. De causa enim p Et ver.q.
effectus indicamus. Sed in guber- 5.arti.2.
natione rerum apparet, q̄ res non vniformiter gubernātur & operantur, quædam. n. sunt cōtingentia, quædā verò ex necessitate: & secundū alias diuersitates. Erg o mundus non gubernatur ab vno.

¶ 2 *Præterea. Ea quæ gubernantur ab vno, à se inuicē nō dissentiunt, nisi ppter imperitiam, aut insipientiā, aut impotentiā gubernātis: quę à Deo sunt procul. Sed res creatæ à se inuicem dissentiunt, et cōtra se inuicē pugnāt: vt in cōtrarijs apparet. Nō ergo mūdus gubernatur ab vno.*

¶ 3 *Præterea. In natura semper inuenitur quod melius est: sed melius est simul esse duos q̄ vnum: vt dicitur Eccle. 4. Ergo mūdus non gubernatur ab vno. sed à pluribus.*

SED CONTRA est, q̄ vnum Deū & vnum dominum confitemur secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 8. Nobis est vnus Deus pater & Dominus vnus. Quorum vtrumque ad gubernationem pertinet. Nam ad domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num pertinet gubernatio subditorũ, & Dei nomen ex prouidentia sumitur, vt supra dictum est.* Ergo mundus gubernatur ab vno.

q.ii. artic.8.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere quòd mundus ab vno gubernatur. Cùm enim finis gubernationis mundi sit quod essat essentialiter bonum (quod est optimũ) necesse est quòd mundi gubernatio sit optima. Optima autem gubernatio est quæ fit per vnũ. Cuius ratio est: quia gubernatio nihil aliud est quàm directio gubernatorũ ad finem, qui est aliquod bonũ: vnitas autẽ pertinet ad rationem bonitatis vt Boet.* probat in tertio de conso. per hoc q̃ sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant vnitatem. sine qua esse non possunt. nam vnumquodque intantum est, inquantũ vnum est. Vnde videmus quòd res repugnant suæ diuisioni quantũ possunt, & quod dissolutio vniuscuiusque rei prouenit ex defectu illius rei. Et ideo id ad quod tendit intentio multitudinem gubernãtis, est vnitas siue pax: vnitatis autem causa per se est vnũ. Manifestũ est n. q̃ plures multa vnire & concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo vniantur. Illud autem quod est per se vnũ, potest esse causa vnitatis conuenientius quàm multi uniti. Vnde multitudo melius gubernatur per vnum quàm per plures. Relinquitur ergo, quòd gubernatio mundi, quę est optima, sit ab vno gubernante. Et hoc est quod Philosophus dicit in 12. Metaphys.* Entia nolunt disponi malè, nec bonum pluralitas principatuum: vnus ergo princeps.

artic. 3 prof. 11.

256 li.12.meta in fi. li.to. 3.

AD primum ergo dicendum, quòd motus est actus mobilis à mouente. Differentia ergo motuum est ex diuersitate mobilium, quam requirit perfectio vniuersi: vt supra dictum est,* non ex diuersitate gubernantium.

Qu.79. artic. 7.

AD secundum dicendum, quòd contraria etsi dissentiant quantum ad fines proximos, conueniunt tamen quantum ad finem vltimum, prout concluduntur sub vno ordine vniuersi.

AD tertium dicendum, quòd in particularibus bonis duo sunt meliora quàm vnum. Sed ei quod est essentialiter bonum, non potest fieri aliqua additio bonitatis.

SVMMA ARTICVLI.

CConclusio est affirmatiua. Ratio eius desumitur ex conclusione articuli præcedentis. Nam si necesse est quòd finis gubernationis mundi sit summum bonum, & ipse Deus, plane colligitur, quòd gubernatio mundi debet esse optima, ac proinde ab vno, quia vnitas pectinet ad rationem bonitatis.

COMMENTARIVM.

DE materia huius articu. videatur Aristo. lib. 4. Polit. c. 4. & lib. 4. Etic. c. 10. vbi docet optimam gubernationem esse regni quòd per vnum principem bonum gubernatur.

¶ Nota hic conclusionem intelligendã esse quantum est ex parte bonitatis gubernationis. Si enim ille vnus gubernator fuerit prudens, & bonus, melior erit gubernatio illius quàm plurium etiã bonorum. Et ratio est, quoniam difficile est plures illos conuenire in singularibus actionibus ergà rẽpublicã. Atque ita respublica diuideretur in cõtraria iudicia, & desolabitur. Quapropter omnis gubernatio in quantum fieri possibile debet ad vnitatem gubernatoris reduci. Ceterum ex particularibus circunstantiis contingere potest, quòd aristocratia quæ est gubernatio per plures optimates sit conuenientior v. gra. si in electione vnius gubernatoris difficile nec sine magnis perturbationibus respublica non possit cõuenire, vel alijs de causis grauissimis propter quas necesse est rempublicam à pluribus optimatibus gubernari. Olim profecto respublica per feneratores, & consules gubernari incepit, Sed tandem imperatores creauit, vt eius gubernatio ad vnitatem redacta firmior, & perseuerantior esset. Obseruandum est tamen, quòd quanuis in humana republica optimum sit vnum esse principem & gubernatorem: tamen necesse est, vt ille vnus gubernator plures eligat consiliarios, vt verificetur quod dicitur Prouer. capitu. 11. Vbi nõ est gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa consilia. Ecce vbi defectũ vnius gubernatoris ruinæ populi causam esse dicit, at vero ad salutem reipublicæ consiliarios plures expedire asserit. Quapropter quanuis Christus Dominus vnicum supra totam Ecclesiam vicarium suum constituerit; tamen vicarius ille consilia quærit, & Concilia ex Apostolica traditione congregat.

¶ Circa solutionem ad secundum, Di. Thom. applica illud quod dicitur Ecclesiastici, 33. Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi duo contra duo & vnum contra vnũ. Et nihilominus verificatur quod dicitur Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque in diem malum. Vbi aduerte non solum contrarietatem rerum naturalium pertinere ad diuinam prouidentiam, sed etiam contrarietatem virtutem & vitium inter pium & impiũ, quatenus Deus permittit mala moralia fieri, vt illorum occasione virtus supereminear, & diuina misericordia & iustitia magis eluceſcat & apertius ostendatur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm effectus gubernationis sit vnus tantum & non plures.

ADQUARTVM sic proceditur. Videtur, quòd effectus gubernationis mundi sit vnus tantum & non plures. Effectus enim gubernationis esse videtur id quod per gubernationem in rebus gubernatis causatur: hoc autem est vnum, scilicet bonum ordinis: vt in exercitu patet. Ergo gubernationis mundi est vnus effectus.

¶ 2 Præterea. Ab vno natum est vnum tantum procedere: sed mundus gubernatur ab vno, vt ostensum est:* ergo & gubernationis effectus est vnus tantum.

¶ 3 Præterea. Si effectus gubernationis non est vnus tantum propter vnitatem gubernantis, oportet quòd multiplicetur secundum multitudinem gubernatorum: hæc autem sunt nobis innumerabilia. Ergo gubernationis effectus non possunt comprehendi sub aliquo certo numero.

SED contra est, q̃ Dion. dicit, q̃ deitas prouidentia et bonitate perfecta omnia continet, et seipsam implet: gubernatio autẽ ad prouidentia pertinet, ergo gubernationis diuina sunt aliqui determinati effectus.

c.12. de diu. nom. an. me

RESPONDEO dicendum, q̃ effectus cuiuslibet actionis ex fine eius pẽsari potest. Nam per operationem efficitur, vt pertingatur ad finẽ. Finis autẽ gubernationis mundi est bonum essentiale: ad cuius participationem & assimilationẽ omnia tendunt. Effectus igitur gubernationis potest accipi tripliciter. Vno modo ex parte ipsius finis: et sic est vnus effectus gubernationis, s. assimilari summo bono. Alio modo potest considerari effectus gubernationis secundum ea, quibus ad Dei assimilationem creatura perducitur. Et sic in generali sunt duo effectus gubernationis. Creatura enim assimilatur Deo quantũ ad duo, s. quantum ad id q̃ Deus bonus est, inquantum creatura est bona. Et quantum ad hoc q̃ Deus est aliis causa bonitatis, inquantum vna creatura mouet aliam ad bonitatem. Vnde duo sunt effectus gubernationis, s. conseruatio rerum in bono, & motio earum ad bonum. Tertio modo potest considerari effectus gubernationis in particulari. Et sic sunt in nobis innumerabiles.

AD primum ergo dicendũ, q̃ ordo vniuersi includit in se & conseruationẽ verũ diuersarum à Deo institutarum, et motionem earum. quia secundum hęc duo inuenitur ordo in rebus secundum scilicet quod vna, est melior alia, & secundum quod vna ab alia mouetur. ¶ Ad alia duo patet responsio per ea quæ dicta sunt.*

fit cor. art.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Effectus gubernationis ex parte finis est vnus tantum, scilicet assimilari summo bono.

¶ Secunda conclusio. Effectus gubernationis ex parte eorum quibus creatura ad assimilationẽ Dei perducitur, sunt duo, scilicet, conseruatio rerum in bono & motio earum ad bonum.

¶ Tertia

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertia cõclusio. Effectus gubernationis in particulari sunt innumerabiles nobis. Rationes harum conclusionum satis apertę sunt in articulo.

COMMENTARIVM.

OBseruat hic Caiet. ꝙ quia gubernatio supponit res iam factas, ideo primus effectus gubernationis ponitur conseruatio & non creatio. Secundus autem effectus ponitur motio ad bonum, quæ præsupponit conseruationem. Quòd autem D. Thom. nomine boni vtatur toties in discursu articuli, & in hac materia de gubernatione, causa est, quia proprie loquendo non est vera gubernatio quæ non intendit ad bonum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm omnia diuinæ gubernationi subdantur.

504 sup. qõ. 22. ar. 2 & 3. Et 1. di. 39. q. 2. ar. 2 & 3. cõtra c. 1. 64. 94. & 111. Et ver. q. 5. art. 2 & 4. Et opu. 3. c. 124. 32. & 133.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, quòd non omnia diuinæ gubernationi subduntur, dicitur enim Eccles. 9. Vidi sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumq; in omnibus. Quæ autem gubernationi alicuius subsunt, non sunt casualia: ergo ea quæ sunt sub sole, non subduntur diuinæ gubernationi.

¶ 2 Præterea. Apost. 1. ad Corinth. 9 dicit, quod non est Deo cura de bobus. Sed vni cuique est cura eorum quę gubernantur ab ipso. Non ergo omnia subduntur diuinæ gubernationi.

¶ 3 Præterea. Illud quod seipsum gubernare potest, non videtur alterius gubernatione indigere. Sed creatura rationalis seipsam gubernare potest: cum habeat dominium sui actus, & per se agat, & non solum agatur ab alio: quod videtur esse eorũ quæ gubernantur. Ergo non omnia sunt diuinæ gubernationi subdita.

SED contra est, quòd Augusti. dicit 5. de ciui. Dei.* Quòd Deus non solum cælum & terram, nec solum hominem & angelum: sed nec exigui & contemptibilis animantis viscera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia derelinquit. Omnia ergò eius gubernationi subduntur. li. 5. ca. 11. fin.

RESPONDEO dicendum, ꝙ secundum eandem rationem competit Deo esse gubernatorem rerum & causam rerum. Quia eiusdem est rem producere, & ei perfectionẽ dare: quod ad gubernantem pertinet. Deus autem est causa, non quidem particularis vnius generis rerum, sed vniuersalis totius entis, vt supra ostensum est.* Vnde sicut nihil potest esse quod non sit à Deo creatum, ita nihil potest esse quod eius gubernationi non subdatur. Patet etiam hoc idem ex ratione finis. Intantum enim alicuius gubernatio se extendit, inquantum se extendere potest finis gubernationis. Finis autem diuinæ gubernationis est ipsa sua bonitas, vt supra ostensum est.* Vnde cùm nihil esse possit quod non ordinetur in diuinam bonitatem, sicut in finem, vt ex supradictis patet: † impossibile est quòd aliquod entium subtrahatur gubernationi diuinæ. Stulta igitur fuit opinio dicentium, quòd hæc inferiora corruptibilia, vel etiam singularia, aut etiam res humanę nõ gubernantur à Deo. Ex quorum persona dicitur Ezec. 9. Dereliquit dominus terram. Qu. 44. ar. 3. & 4. Ar. 3. & 4. † Qu. 22. art. 2

AD primum ergo dicendum, quòd sub sole dicuntur esse ea quę secundum motum solis generantur & corrumpuntur. In quibus omnibus casus inuenitur, non ita quòd omnia quę in eis fiunt, sint casualia, sed quia in quolibet eorum aliquid casuale inueniri potest: & hoc ipsum quod aliquid casuale inuenitur in huiusmodi rebus, demonstrat ea alicuius gubernationi esse subiecta. Nisi huiusmodi corruptibilia ab aliquo superiori gubernarentur, nihil intenderet, maximè quæ non cognoscunt. Et sic non eueniret in eis aliquid præter intentionem, quod facit rationem casus. Vnde ad ostendendum quòd casualia secundum ordinem alicuius superioris causæ proueniunt, non dicit simpliciter quòd vidit casum esse in omnibus, sed dicit tempus & casum: quia scilicet secundum aliquem ordinẽ temporis casuales defectus inueniuntur in his rebus.

AD

AD secundum dicendum, quòd gubernatio est quædam mutatio gubernatorum à gubernãte. Omnis autem motus est actus mobilis à mouente, vt dicitur in 3. Physicor.* Omnis autem actus proportionatur ei cuius est actus. Et sic oportet quòd diuersa mobilia diuersimodè moueantur, etiam secundũ motionem vnius motoris. Sic igitur secundũ vnam artem Dei gubernantis res diuersimodè gubernantur secundum earum diuersitatem. Quædam enim secundum suam naturã sunt per se agentia tanquam habentia dominium sui actus. Et ista gubernantur à Deo, non solum per hoc quod mouentur ab ipso Deo in eis interius operante, sed etiam per hoc quòd ab eo indicuntur ad bonum, & retrahuntur à malo per præcepta & prohibitiones præmia, & pœnas. hoc autem modo nõ gubernantur à Deo creaturæ irrationales: quæ tantum aguntur & non agunt. Cùm ergo Apostolus dicit, quòd Deo non est cura de bobus, non totaliter subtrahit bouem à cura gubernationis diuinæ, sed solum quantum ad modum qui propriè competit rationali creaturæ. Lib. 3. text. 18.

AD tertium dicendum, quòd creatura rationalis gubernat seipsam per intellectum & voluntatem: quorum vtrunque indiget regi & perfici ab intellectu et volũtate Dei. Et ideo supra gubernationem quæ creatura rationalis gubernat seipsam tanquam dominã sui actus, indiget gubernari à Deo.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua, quam probat D. Thom. ex duplici ratione. Prima desumitur ex ratione causę efficiẽtis & vniuersalis totius entis. Secunda desumitur ex parte finis diuinę gubernationis, est enim ipsa bonitas diuina.

COMMENTARIVM.

SOlutiones ad argumenta sunt maximè obseruandę. In hoc artic. Nihil speciale occurrit notandum præter ea quæ supra dicta sunt. q. 22. artic. 2. Omnia enim quæ diuinæ prouidentiæ subduntur, necesse est à Deo gubernari.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm omnia immediatè gubernentur à Deo.

ADSEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ omnia immediatè gubernentur à Deo. Greg. enim Nicenus* reprehendit opinionẽ Platonis qui dixit prouidentium in tria. Primam quidem primi Dei, qui prouidet rebus cęlestibus & vniuersalibus omnibus. Secundam vero prouidentiam esse dixit secundorum deorum, qui cœlum circumeunt, s. respectu eorum quæ sunt in generatione & corruptione. Tertiam vero prouidentiam dixit quorundam damonum: qui sunt custodes circa terram humanarũ actionum. Ergo videtur ꝙ omnia immediatè à Deo gubernentur. 505 Sup. q. 12. art. 3 cont. c. 86. 77. 73. & 94 cor. 2. & opus. 3. c. 113. * li. 8. & est de ꝓ uident. c. 3.

¶ 2 Præterea. Melius est aliquid fieri per vnum quàm per multa, si sit possibile: vt dicitur in 8. Physic.* Sed Deus potest per seipsum absque mediis causis omnia gubernare. Ergo videtur quòd omnia immediatè gubernet. Lib. 8. Physic. text. 48. to. 2.

¶ 3 Præterea. Nihil in Deo est deficiens & imperfectum. Sed ad defectum gubernatoris pertinere videtur, quòd mediantibus aliquibus gubernet. Sicut rex terrenus: quia non sufficit ad omnia agenda, nec vbique est præsens in suo regno: propter hoc oportet, ꝙ habeat suæ gubernationis ministros. Ergo Deus immediatè omnia gubernat.

SED contra est, ꝙ August. dicit in 3. de Trin.* Quemadmodum corpora grossiora et inferiora per subtiliora & potentiora quodãmodo ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem: & spiritus vitæ rationalis desertor atque peruersor per spiritum vitę rationalem pium & iustum: & ille per ipsum Deum. li. 3. c. 4. 4. circa prin. to. mo 3.

RESPONDEO dicendum, quòd in gubernatione duo sunt consideranda, scilicet ratio gubernationis, quę est ipsa prouidentia, & executio. Quantum igitur ad rationem gubernationis pertinet, Deus immediatè omnia gubernat. Quantum autẽ pertinet

net ad executionem gubernationis, Deus gubernat quadam mediantibus alijs. Cuius ratio est, quia cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, vnumquodque attribuendum est Deo, secundum sui optimum. Optimum autem in omni genere vel cognitione practica (qualis est ratio gubernationis) in hoc cõsistit, quòd particularia cognoscantur in quibus est actus. Sicut optimus medicus est, qui nõ considerat sola vniuersalia, sed qui potest etiã considerare minima particularium. Et idẽ patet in cæteris. Vnde oportet dicere, q̃ Deus omnium etiam minimorum particularium rationem gubernationis habeat. Sed cũ per gubernationem res quæ gubernantur sint ad perfectionem perducende: tanto erit melior guberuatio, quanto maior perfectio à gubernante rebus gubernatis communicatur. Maior autem perfectio est quòd aliquid in se sit bonum, & etiam sit alij causa bonitatis, quam si esset solummodo in se bonum. Et ideo sic Deus gubernat res, vt quasdam aliarum in gubernando causas instituat. Sicut si aliquis magister discipulos suos, non solum scientes faceret, sed etiam aliorum doctores.

AD primum ergo dicendum, quòd opinio Platonis reprehenditur: quæ etiam quantum ad rationem gubernationis posuit Deum non immediatè omnia gubernare. Quod patet per hoc q̃ diuisit in tria prouidẽtiam, quæ est ratio gubernationis.

AD secundum dicẽdum, q̃ si solus Deus gubernaret, subtraheretur perfectio causalis à rebus. Vnde non totum melius fieret per vnum, quod fit per multa.

AD tertium dicendum, quod non solũ pertinet ad perfectionem regis terreni, quod executorem habeat sui gubernationis, sed & ad regis dignitatem: qui ex ordine ministrorum potestas regia præclarior redditur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio si gubernatio consideretur ex parte rationis diuinæ, quæ est ipsa prouidentia, omnia gubernantur immediatè à Deo.

¶ Secunda conclusio. Quantum ad exequutionẽ gubernatiõis Deus gubernat quædã mediantibus alijs. Vtramque conclusionem eleganti discursu probat Di. Thom. vt patet in litera. Neq; enim videtur necessatia explicatio Caietani circa talem discursum.

COMMENTARIVM.

DVbitatur breuiter circa vtranque conclusionem, an loquatur D. Thom. de immediatione virtutis vel suppositi, vel vtriusque, & idem quæritur de mediatione aliarum causarum quantum ad exequutionem gubernationis. ¶ Arguitur enim sic. Si est sermo de immediatione suppositi videt falsa prima conclusio, quia Deus non immediatè quantum ad rationẽ gubernationis omnia gubernat, siquidem respectu humanorum actuum humana ratio mediat. Si verò sit sermo de immediatione virtutis falsa videtur secunda conclusio, quòd Deus quãtum ad executionẽ mediate gubernet, imo quidquid creatura exequitur, media diuina virtute exequitur, & non è conuerso, vt docet D. Tho. li. 3. contra gen. cap. 4. Quod si quis dicat diuersimodè loqui D. Tho. in vna conclusione & altera, sequitur quod differentia quæ fundatur in distinctiõe posita in principio actus sit nulla, cum non sit circa idẽ nisi tantum secundum vocem. ¶ Secundo. Deus immediatè immediatione virtutis, & suppositi operatur vbique quotiensc̃unque fit aliquid, ergo secunda conclusio falsa est. Antecedens sufficienter à nobis est probatum supra quæstione 8. articu. 3. dubio vnico, maximè ad quintum argumentum.

CAietanus in hoc loco respõdet, quòd D. Tho. de neutra mediatione formaliter loquitur, sed loquitur de mediatione propria vnicuiq;, videlicet rationi executioni, quanuis prior conclusio verificetur de immediatione virtutis, secunda vero de mediatione suppositi. Notat autem ad huius euidentiam, quòd inter rationẽ gubernatricem & res gubernatas, dupliciter contingit esse aliquam rationem mediam. Vno modo mediat ratio vt suppleꝫ notitiam & regulationem rationis principalis, v.g. cum principalis dedit regulas in vniuersali; & curam aliorum reliquit secũdum particularia occurentia. Altero modo concurrit aliqua ratio solum vt ministra rationis principalis, v.g. quando ratio principalis omnia agenda, & quo ad omnia discussa tradit. Est autem differẽtia inter hos duos modos, quod in priori modo media ratio vt ratio est, quia mediat vt comungens notitiam & regulationem vniuersalem particulari. In secundo verò modo mediat ratio vt minister, rationalis tamen. In priore etiam modo ratio principalis non se extendit ad vltimam immediatè, quia illorum regulam & notitiam per seipsam non habet in particulari, sed mediante particulari ratione. In secundo verò modo principalis ratio immediatè se extẽdit ad vltima quæ sunt particularia. Qm̃ igitur in omnibus secundum propria procedendum est, ideo de ratione loquens D. Th. de tali mediatione intellexit. Sed quia talis mediario coincidit cum mediatione virtutis, idcirco gratia materiæ prima conclusio intelligitur de immediatione virtutis. Deus enim omnia immediate dicitur gubernare quantum ad rationem gubernationis, quia nulla alia ratio mediat vt determinat in particulari aliquid q̃ ipse Deus non cognouerit vel determinauerit in particulari, quanuis mediet ministerialiter eadem ratiocinando, ad quæ diuina ratio attingit. Ad hũc etiam modum distinguit Caietanus de medio executore, constat. n. (inquit) quod inter executorem, vt sic & effectum contingit dupliciter medium executorium poni. Vno modo ad supplendam potentiam executiuam prioris principij. Altero modo solum ad ministrandũ priori principio, Prior quidem modus per accidens se habet ad rationẽ executoris, quia non conuenit ei nisi propter impotentiam quæ accidit executori. Alter vero modus conuenit executori in quantum executor est, quoniam executio ex natura sua importat ministerium quodam. Quapropter cum de mediatione vel immediatione executionis fit sermo intelligitur propriè loquendo de medio executorio, non quidem supplente sed ministrante. Ac proinde secunda conclusio intelligenda est de mediatione suppositi, eo quod est mediũ vt ministrans & medium vt suppositum, & non vt virtus. Sic ergo verificatur respõsio Caietani, quòd Diu. Thom. loquitur de mediatione, & immediatione propria singulis.

NObis tamen hæc doctrina Caietani quanuis aliqua vera & subtilia contineat, non per omnia placet. Fũdatur enim Caiet. in hoc, quod putat esse inconueniẽs, quòd Deus concurrat ad omnem executionem gubernationis immediate non solum immediatione virtutis, sed etiam immediatione suppositi. Quæ sententia Caietani derelicta est à nobis supra quæstione 8. art. 1. Nunc igitur suppositis illis quæ illic definiuimus facile respondemus, quòd dictio immediate in præsenti articulo accipitur exclusiuè, ita vt excludat mediam causam & sic verificatur prior conclusio. Deus enim non vtitur aliqua media causa vt æterna ratione sua disponat facienda. Cum autem in secunda conclusione dicitur, q̃ quantum ad executionem gubernationis Deus gubernat quædam mediantibus alijs, dictio illa, mediantibus, non excludit, quòd Deus immediatè immediatione virtutis, & suppositi exequatur ea ipsa quæ mediantibus, alijs fiunt, si tamen loquamur de concursu immediato immediatione virtus & suppositi, non exclusiuè, sed vt idem valet vt intime. Sic enim Deus intimius adest operando & exequendo omnem effectum, quem media causa dicitur operari & exequi. Eleuat. n. Deus creaturas vt secum concurrant ad alios effectus particulares, non tamen vt intimius adsint & agant in aliquo effectu. Hæc omnia in quæst. 8. vbi supra satis explicata sunt.

AD primum argumentum respondetur, quòd prima conclusio intelligitur de immediatione virtutis & suppositi, si tamen dictio immediate, accipiatur exclusiue. Sic enim verificatur, quod Deus diuina ratione sua sola, hoc est, non mediante aliqua ratione creaturæ definit vniuersa facienda & gubernanda, & hoc propria virtute & supposito. Quis enim prior dedit illi, aut quis consiliarius eius fuit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæterum in executione gubernationis vt ostendatur perfectio gubernatoris facit, vt quidam effectus ipsius ita sint boni, vt etiam sint causa bonitatis aliorum. Nihil enim est aliud dicere quantum ad executionem Deus res aliquas, &c. quam dicere, quod eleuat quasdam creaturas vt habeant rationem efficiendi alias. Ac propterea nũ quam D.Thom. dixit, quod Deus non immediate gubernat, Sed dixit, quod Deus gubernat quædã mediantibus alijs. Quod quidem intelligendum est quantum ad rationes particulares effectuum, nam quantum ad rationem vniuersalem & potissimam essendi, Deus immediate & se solo conseruat omnia, qui est effectus primus gubernationis vt dictum est ar.4. & in superioribus late à nobis explicatum est q. 3.dubio 4. ¶ Ad secundum argumentum iam patet ex dictis, quomodo si loquamur de immediate & immediatione exclusiue; Deus non immediate operatur omnia. Si autem loquamur de immediate & immediatione pro hoc quod est intime adesse & operari; Deus omnia operatur immediate immediatione virtutis & suppositi in omnibus rebus, sicut eius existentia intime in omnibus rebus inuenitur quantum ad virtutem & substantiam diuinam. Denique aduerte in hoc articulo, quam aperte doceat D. Tho. diuinam prouidentiam se extendere ad res omnes singulares, & minimas. Quodquidem aduerterim propter aliquos qui falsò imponunt D. Tho. quòd supra quæst.23. articu. 7. & senserit Deum rerum minimarum prouidentiam non habere. Sed illic ostendimus quam per peram ex verbis D.Tho. ad confirmandas suas falsissimas sententias occasionem accipiant.

509 Supra q. 22. ar. 2. ad 2. & 2.d.6.ar. 2.ad tertium. * Lib.3. ipsa 12. ante medium.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum aliquid præter ordinem diuinę gubernationis contingere possit.

AD SEPTIMVM *sic procedi tur. Videtur, quòd aliquid præter ordinẽ diuinæ gubernationis cõtingere possit. Dicit.n.Boet.* in tertio de conso. quòd Deus per bonum cũcta disponit. Si ergo nihil in rebus contingit præter ordinem diuinæ gubernationis, sequeretur quòd nihil esset malum in rebus.*

¶ 2 Præterea, Nihil est casuale quod euenit secundum præordinationem alicuius gubernantis. Si igitur nihil accidit rebus præter ordinem gubernationis diuinę, sequitur quòd nihil in rebus sit fortuitum & casuale.

¶ 3 Præterea. Ordo diuinæ gubernationis est certus & immutabilis: quia est secundum rationem æternam. Si igitur nihil possit contingere in rebus præter ordinem diuinæ gubernationis, sequitur quòd omnia ex necessitate eueniant, & nihil sit in rebus contingens. Quod est inconueniens. Potest igitur in rebus aliquid contingere præter ordinem gubernationis diuinę.

SED contra est, quod dicitur Hester 13. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuæ voluntati.

RESPONDEO dicendum, quod præter ordinem alicuius particularis causæ, aliquis effectus euenire potest, non autem præter ordinem causæ vniuersalis. Cuius ratio est, quia præter ordinem particularis causæ nihil prouenit nisi: ex aliqua alia causa impediente, quam quidem causam necesse est reducere in primam causam vniuersalem. Sicut indigestio contingit præter ordinem virtutis nutritiuæ ex aliquo impedimento; puta ex grossitia cibi, quam necesse est reducere in aliam causam: & sic vsque ad causam primam vniuersalem. Cum igitur Deus sit prima causa vniuersalis non vnius generis tantum, sed vniuersaliter totius entis: impossibile est quod aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. Sed ex hoc ipso quod aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui consideratur secundum aliquam particularem causam: necesse est quòd in eundem ordinem relabatur, secundum aliam causam.

AD primum ergo dicendum, quòd nihil inuenitur in mundo, quod sit totaliter malum, quia malum semper fundatur in bono, vt supra ostensum est. Et ideo res aliqua dicitur mala per hoc quòd exit ab ordine alicuius particularis boni. Si autem totaliter exiret ab ordine gubernationis diuinæ, totaliter nihil esset.*

AD

*AD secundum dicẽdum, quòd aliqua dicuntur esse casualia in rebus per ordinem ad causas particulares extra quarum ordine fiunt. Sed quantum ad diuinam prouidentiã pertinet nihil fit in casu in mundo: vt Augustinus dicit in lib.83.q.**

AD tertium dicendum. quòd dicuntur aliqui effectus contingentes per comparationem ad proximas causas quæ in suis effectibus deficere possunt, non propter hoc quod aliquid fieri possit extra totum ordinem gubernationis diuinæ: quia hoc ipsum quòd aliquid contingit præter ordinem causæ proximæ, est ex aliqua causa subiecta gubernationi diuinę.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Ratio est quia Deus est vniuersalis & prima causa totius entis.

COMMENTARIVM.

IN hoc art. præter illa quæ diximus supra q. 19. ar. 6. & quæ dicuntur a D. Th. ¶.22. artic. 4. nihil est amplius necessarium ad huius articuli intelligentiam. Semper tamen aduerte in doctrina D Tho. quam vehementer falluntur, qui putant peccata ita euitingenter euenire, vt permissio illorum non sit effectus diuinæ prouidentiæ: imo & arbitrantur, quòd non permittit Deus magis peccata quæ fiunt quam quæ non fiunt, sed fieri possunt, ita sane, quod virũ iustum & sanctum permittit Deus esse homicidam, quia quamuis non occidat, tamẽ in eius libero arbitrio positum est occidere. At si hæc doctrina vera esset nescio quid petamus cum dicimus, & ne nos inducas in tentationem. Petimus profecto, ne permittas nos cadere in tentationem. At vero si peccata quæ nõ facimus diceretur Deus permittere vt faciamus, stulte petimus, ne permittat Deus nos cadere siquidem semper permittit, quod in nostro arbitrio positum est vt faciamus. Dicendum igitur est, quòd permissio peccatorum, quæ est effectus diuinæ prouidentiæ non est nisi respectu peccatorum quæ actualiter homo admittit. Reliqua vero peccata quæ nõ fiunt ex prouidentia Dei, siue vt autoris gratiæ siue vt autoris naturæ, impediuntur ne fiãt quamuis sint in potestate liberi arbitrij. Ita profecto sentiebat Augustinus cum aiebat, Gratiæ tuæ deputo peccata quæ nõ feci, & iterum. Nõ est peccatum qd faciat homo, quod non faceret alius homo nisi ab illo detineretur per quem factus est homo. Diuina, ergo prouidentia se extendit ad impediendum efficaciter peccata quæ non fiunt, & ad permittendum omnia quę fiũt in certo & determinato numero vt diuinæ iustitiæ ordo in quosdam ostendatur, & diuinæ misericordiæ magnitudo in alij superemineat. Et hęc doctrina est Thomistica est Augustiniana, & quantum ego iudico Apostolica. Reliqua vero phantastica est, & eorum qui nolunt intelligere libertatẽ arbitrij in suis actionibus diuinæ prouidentiæ subiectam esse, Cõtra illud quod dicitur Hesther. capitu. 13. Domine Deus rex omnipotens indictione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuę voluntati.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrũm aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ.

507 3.con.c. 64.to.3.

AD OCTAVVM *sic procedit. Videtur, quòd aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ. Dicitur enim Isa. 3. Lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum.*

¶ 2 Præterea. Nullus rex iuste punit eos, qui eius ordinationi non repugnat. Si igitur nihil contraniteretur diuinę ordinationi nullus iuste puniretur à Deo.

¶ 3 Præterea, quælibet res subijcitur ordini diuinæ gubernationis, sed vna res ab alia impugnatur: ergo aliqua sunt quæ contrainituntur diuinæ gubernationi.

SED contra est, quod dicit Boet. in ter tio de conso. Non est aliquid quod summo huic bono vel velit, vel possit obsistere. Est igitur summum bonum quod regit cuncta fortiter, suauiterque disponit: vt dicitur Sap.8. de diuina sapientia.* * li.3. ptio 12. à me.

RESPONDEO dicendum, q ordo diuinæ sapientiæ dupliciter potest considerari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri. Vno modo in generali, secundum scilicet A *quod progreditur à cā gubernatiua totius. Alio modo in speciali, secūdum quod progreditur à causa particulari, quæ est executiua diuinæ gubernationis. Primo igitur mō nihil contranititur ordini diuinæ gubernationis. Quod ex duobus patet. Primo quidem ex hoc q̄ ordo diuinæ gubernationis totaliter in bonum tendit, & vnaquæque res in suã operatione & conatu non tendit nisi ad bonum, nullus.n. respiciens ad malum operatur, vt Dionys. dicit. Alio modo apparet idē* B *ex hoc, q̄ sicut sup. dictum est, * omnis inclinatio alicuius rei vel naturalis vel voluntaria, nihil est aliud q̄ quædam impressio à primo mouente, sicut inclinatio sagittæ ad signum determinatum, nihil aliud est quàm quædam impressio à sagittãte. Vnde omnia, quæ aguntur vel naturaliter, vel volũtariè, quasi propriæ sponte perueniunt in id ad quod diuinitus ordinantur. Et ideo dicitur Deus omnia disponere suauiter.*

Ar. j. huius q. ad j. arg.

AD primum ergo dicendum, q̄ dicuntur aliqui vel cogitare, vel loqui, vel agere C *contrà Deum: non quia totaliter renitãtur ordini diuinæ gubernationi (quia etiam peccantes intendunt aliquod bonum) sed quia contranituntur cuidam determinato bono: quod est eis conueniens secundum suam naturam aut statum. Et ideo puniuntur iustè à Deo. Et per hoc patet solutio ad secūdum.*

AD tertium dicendum, q̄ ex hoc quod vna res alteri contrapugnat, ostenditur q̄ D *aliquid reniti potest ordini qui est ex aliqua causa particulari: non autem ordini qui dependet à causa vniuersali totius.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Nihil contranitur ordini diuinæ gubernationis prout ille ordo progreditur à causa gubernatiua vniuersi.

¶ Secunda conclusio in solutione ad primum. Dicuntur aliqui vel cogitare vel loqui, vel agere contra Deum, non quia totaliter renitantur ordini diuinæ gubernationis, sed quia contra nituntur determinato bono. E

COMMENTARIVM.

ADuertit hic Caiet. quod hic articulus videretur superfluus nisi eius differentia aduertatur. Differt.n. à præcedenti, quia illi quærit de euentu præter ordinem diuinæ gubernationis, hic verò de renitentia quærit, vtrum aliquid sit renitens diuinæ gubernationi etiam si non operetur cõtra illam & D. Thom. in hoc articu. ostendit, quam suauiter Deus omnia gubernet, imprimens singulis rebus inclinationẽ ad bonum, vnde totius vniuersi perfecta gubernatio consurgit.

¶ Aduerte quantum consonet doctrina D. Thom. cum his quæ diximus sup. q. 19. arti. 10. Cum hic inquit, q̄ omnis inclinatio alicuius rei vel naturalis vel voluntaria, nihil est aliud quam quædam impressio à primo mouente. Ex quo licet colligere, quod motus liberi arbitrij est impressio quædam a primo mouente per libertum arbitrium. Quapropter libertas in actibus humanis inquantum habent rationem boni efficitur & p̄scitur à diuina prouidẽtia.

¶ Aduerte secundo cum Caiet. circa distinctionem ordinis diuinæ sapientiæ, videlicet, quod vno modo cõsideratur in generali, alio modo in speciali. Notat inquã Caietanus, quòd non materialiter, sed formaliter intelligenda sunt membra distinctionis, ita sanè quòd gubernatio in generali est prout egreditur a gubernatore vniuersali vt sic, in speciali verò vt egreditur à causa particulari vt executiua vt sic: Dicit autem vtrobique vt sic, quoniam Deus non nisi gubernator totius clauditur sub priore membro, & ipsemet Deus dans præcepta moralia, & vt ordinans Ecclesiam, & secundùm similes rationes speciales, clauditur sub posteriore membro, quoniã est vt causa particularis executiua per seipsam aliquando. Ex hac doctrina soluuntur difficultates de peccato mortali, quomodo sit contra Deum & amicitiã & præcepta eius immediatè, quoniam consideratur Deus vt specialis gubernator creaturæ rationalis, cui specialiter præcepta imponit, consilia dat, &cę. Quod si peccans mortaliter dicitur primari ordine debito, hoc

hoc non contingit quatenus peccans intendat priuari imo intendit bonum, & sic implet ordinem diuinæ gubernationis, at verò declinat à quodam determinato ordine boni, & contra illum nititur, non quia ille debitus ordo sit simpliciter intentus à Deo, aliàs enim semper adimpleretur diuina intentio, sed quia ordo ille erat debitus in esse secundum legem creaturæ rationali impositam, sic ergo habet locũ, quòd peccator contranititur ordini diuinæ sapientiæ in particulari.

QVAESTIO CIIII.
De effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

DEINDE considerandum est de effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm creaturę indigeant, vt à Deo conseruentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd creaturæ non indigeant, vt à Deo conseruentur in esse. Quod enim non potest nõ esse, non indiget vt conseruetur in esse: sicut quod non potest abscedere, non indiget, vt cõseruetur ne abscedat: sed quædam creaturę sunt, quæ secundum sui naturam nõ possunt non esse. Ergo non omnes creaturæ indigẽt, vt à Deo conseruentur in esse. Probatio mediæ. Quod per se ineſt alicui, necesse est ei inesse, & oppositum eius impossibile est ei inesse. Sicut necessarium est binarium esse parem, & impossibile est eum esse imparem. Esse autem per se consequitur ad formam: quia vnumquodq; secundũ hoc est ens actu, quod habet formam. Quædam autem creaturę sunt quę sunt formæ quædam subsistentes: sicut de angelis dictum est. Et sic per se ineſt eis esse. Et eadem ratio est de illis, quorum materia nõ est in potentia nisi ad vnã formam, sicut suprà dictum est* de corporibus cælestibus. Huiusmodi ergo creaturæ se-* A *cundum suam naturam ex necessitate sunt, & non possunt non esse. Potentia.n. ad nõ esse non potest fundari, neque in forma quam per se sequitur esse, neque in materia existẽte sub forma, quam non potest amittere: cũ non sit in potentia ad aliam formam.*

¶ 2 *Præterea. Deus est potentior quolibet creato agente. Sed aliquod creatũ agens potest communicare suo effectui, vt cõseruetur in esse etiam eius operatione cessante: sicut cessãte actione ędificatoris remanet domus,* B *& cessante actione ignis remanet aqua calefacta per aliquod tempus. Ergo multo magis Deus potest sua creaturæ conferre, q̄ conseruetur in esse sua operatione cessante.*

¶ 3 *Præterea. Nullum violentum potest contingere absque aliqua causa agente. Sed tendere ad non esse est innaturale & violentum cuilibet creaturæ: quia quælibet creatura naturaliter appetit esse. Ergo nulla creatura potest tendere in non esse nisi aliquo a-*
C *gente ad corruptionem. Sed quædam sunt ad quorum corruptionem nihil agere potest, sicut spirituales substãtiæ & corpora cælestia. Ergo huiusmodi creaturę non possunt tendere in non esse etiam Dei operatione cessãte.*

¶ 4 *Præterea. Si Deus conseruat res in esse hoc erit per aliquam actionẽ. Per quãlibet autẽ actionẽ agentis si sit efficax, aliquid fit in effectu. Oportet igitur q̄ per actionem Dei conseruantis aliquid fiat in creatura. Sed hoc non videtur. Non.n. per huiusmodi actionem fit ipsum esse creaturæ: quia quod* D *iam est, non fit, neque iterum aliquid aliud superadditum: quia vel non continuè Deus conseruaret creaturam in esse, vel continuè aliquid adderetur creaturæ quod est inconueniens. Non igitur creaturæ conseruantur in esse à Deo.*

SED contra est, quod dicitur Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suę.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere & secundum fidẽ & secundum rationẽ, quòd creaturæ cõseruantur in esse à Deo. Ad cuius euidẽtiam considerandum est, quòd aliquid conseruatur ab altero dupliciter. Vno modo indirectè & per accidens: sicut ille dicitur rem conseruare, qui removet corrumpẽs: puta si aliquis puerum custodiat ne cadat in ignem, dicitur eum cõseruare. Et sic ẽt Deus dicitur aliqua cõseruare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, sed non omnia: quia quędã sunt quæ non habent corrumpentia, quæ necesse sit remouere ad rei conseruationem. Alio modo dicitur aliquid rem aliquam conseruare per se directè, quando scilicet illud, quod conseruatur, dependet à conseruante, vt sine eo esse non possit. Et hoc modo omnes creaturæ indigent diuina conseruatione. Dependet.n. esse cuiuslibet creaturæ à Deo, ita q̃ nec ad momentum subsistere possent, sed in nihilum redigerentur, nisi operatione diuinæ virtutis conseruarentur in esse: sicut Greg. dicit.* Et hoc sic perspici potest. Omnis.n. effectus dependet à sua causa, secundùm quod est causa eius. Sed considerandum est, quòd aliquod agens est causa sui effectus secundùm fieri tantum, & non directè secundum esse eius. Quod quidem conuenit & in artificialibus, & in rebus naturalibus: ędificator enim est causa domus quantum ad eius fieri, non autem directè quantum ad esse eius: manifestum est .n. q̃ esse domus consequitur formam eius. Forma autem domus est compositio & ordo, quæ quidem forma consequitur naturalem virtutẽ quarundam rerũ. Sicut enim coquus coquit cibum adhibẽdo aliquã virtutem naturalem actiuam, s. ignis: ita ędificator facit domum adhibendo cementũ, lapides, & ligna, quæ sunt susceptiua & conseruatiua talis compositionis & ordinis. Vnde esse domus dependet ex natura harum, sicut fieri domus dependet ex actione ędificatoris, & simili ratio se habet considerandum in rebus naturalibus. Quia si aliquod agens non est cã forma inquantum hmõi, non erit per se causa esse quod consequitur ad talem formam, sed erit causa effectus secundum fieri tantum. Manifestum est autem quòd si aliqua duo sunt einsdem speciei, vnum non potest esse per se causa formæ alterius inquãtum est talis forma (quia sic esset causa formæ propriæ, cùm sit eadem ratio vtriusq;) sed potest esse causa hmõi formæ secundùm quod est in materia, i. q̃ hęc materia acquirat hanc formã. Et hoc est esse causa secundum fieri, sicut cùm homo generat hominem, & ignis ignem. Et ideo quandocunque naturalis effectus est natus impressionem agentis recipere secundum eandem rationem, secundum quã est in agente, tunc fieri effectus dependet ab agente, non autem esse ipsius. Sed aliquando effectus non est natus recipere impressionem agentis, secundum eandem rationem, secundum quam est in agente, sicut patet in omnibus agentibus, quę non agunt simile secundum speciem, sicut cælestia corpora sunt causa generationis inferiorum corporum dissimilium secundum speciem. Et tale agens potest esse causa formæ secundum rationẽ talis formæ, & non solum secundum quod acquiritur in hac materia, & ideo est causa non solum fiendi, sed essendi. Sicut igitur fieri rei non potest remanere cessante actione agentis, quod est causa effectus secũdum fieri, ita nec esse rei potest remanere cessante actione agentis, quod est causa effectus non solum secundum fieri, sed etiam secundum esse. Et hęc est ratio quare aqua calefacta retinet calorem cessante actione ignis: non autẽ remanet aer illuminatus, nec ad momentum cessante actione solis: quia, s. materia aquæ susceptiua est caloris ignis secundum eadem rationem, qua est in igne. Vnde si perfectè perducatur ad formã, ignis retinebit calorẽ semper. Si autem imperfectè participet aliquid de forma ignis secundum quandã inchoationem, calor non semper remanebit, sed ad tempus, propter debilẽ participationẽ principij caloris. Aer autem nullo modo natus est recipere lumen secundum eandã rationem secundum quam est in sole, s. recipiat formam solis, quæ est principium luminis. Et ideo quia non habet radicẽ in aere, statim cessat lumen cessante actione solis. Sic autem se habet omnis creatura ad Deũ, sicut aer ad solem illuminantem. Sicut.n. sol est lucens per suam naturã, aer autem sit luminosus participando lumen à sole, non tamen participando naturam solis: ita solus Deus est ens per essentiam suam: quia eius essentia est suum esse, omnis autem creatura est ens participatiuè: non quòd sua essentia sit eius esse. Et ideo Augu. q̃ dicit 4. super Gene. ad lit. Virtus Dei ab eis, quæ creata sunt, regendis si cessaret aliquando, simul & illarum cessaret species: omnisq; natura concideret. Et in 8. eiusdem lib. dicit.* q̃ sicut aer præsente lumine sit lucidus, sic homo Deo præsente illuminatur, absente autem continuò tenebratur.

A D primum ergo dicendum, quòd esse per se consequitur formam creaturæ, supposito tamen influxu Dei: sicut lumen sequitur diaphanum eris supposito influxu solis. Vnde potentia ad non esse in spiritualibus creaturis & corporibus cælestibus, magis est in Deo qui potest subtrahere suum influxum, quàm in forma, vel in materia talium creaturarum.

A D secundum dicendum, quòd Deus non potest communicare alicui creaturæ, vt conseruetur in esse suæ actione cessante, sicut non potest ei communicare quòd non sit causa illius. Intantum enim indiget creatura conseruari à Deo: inquantum esse effectus dependet à causa essendi. Vnde non est simile de agente, quòd non est causa essendi, sed fieri tantum.

A D tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de conseruatione, quæ est per remotionem corrumpentis, qua non indigent omnes creaturæ: vt dictum est.*

A D quintum dicendum, quòd conseruatio rerum à Deo non est per aliquam nouam actionem, sed per continuationẽ actionis qua dat esse. Quæ quidem actio est sine motu & tempore: sicut etiam conseruatio luminis in aere est per cõtinuatum influxum à sole.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio huius articuli vniuersalis est & absolute loquendo affirmatiua, scilicet. Necesse est dicere & secundùm fidem & secundum rationem, quòd creaturæ conseruantur in esse à Deo. Hæc conclusio duabus conclusionibus explicatur.

¶Prior conclusio est. Deus dicitur aliqua indirectè cõseruare, sed non omnia. Hæc probatur. Quia ille dicitur rem indirectè conseruare qui remouet corrũpens, sed quędam sunt quæ non habent corrumpentem, ergo non omnia indirectè conseruat Deus. Altera conclusio est. Deus conseruat directe omnes creaturas & ipsæ indigent tali diuina conseruatione. Ratio huius est, quia tunc aliquid dicitur rem aliquã per se directè conseruare, quando res illa pendet à conseruante vt sine eo esse non possit, sed esse cuiuslibet creaturæ pẽdet à Deo ita vt in nihilum redigeretur nisi operatione diuinę virtutis conseruaretur in esse, ergo &c.

COMMENTARIVM.

VEritatem huius cõclusionis & vim rationis illius eleganti discursu demonstrat Di. Tho. Et quanuis ipse vt solet doctrinaliter procedat à principiis vniuersalioribus vsque ad cõsequentiam proximã conclusionis, tamen magis ad formã Dialecticam ad conuincendum cõtrarium dicentes, procedemus modo resolutorio à proxima consequentia conclusionis ad prima & vniuersaliora principia. Hac ergo via talis discursus fieri potest. Deus est ens per suam essentiã, sed omnis creatura est ens participatiuè, ergo omnis creatura indiget, vt à Deo conseruetur in esse. Antecedens supponitur demonstratum sup. qõ. 3. ar. 4. vbi satis explicatum est soli Deo proprium esse, q̃ eius essentia sit ipsius esse. Nunc aũt in artic. consequentia probatur, videlicet q̃ bene sequatur, q̃ si Deus est ens per essentiam suam, & creatura participatiuè, q̃ ab ipso dependeat tanquàm à causa conseruante illud q̃ effecit. Probatur, omnis cã efficiens cuius effectus, non põt recipere impressionem agentis secundum eandẽ rationem, secundum quam est in agente, necesse est vt quandiu effectus perseueret in esse, conseruetur ab ipsamet cã, sed si Deus est ens per essentiam suam, omnis aũt creatura participatiuè, constat q̃ creatura quæ est effectus Dei nõ potest recipere impressionem agentis secũdùm eandem rationem, ergo dependet ab ipso vt cõseruetur in esse. Rursus, veritas illius maioris ostenditur à Di. Tho. ex principio vniuersalissimo & ex quadam distinctione satis metaphysica. Principium vniuersalissimum est, omnis effectus dependet à sua causa secundùm quod est causa eius.

Quod quidem principium ab omnibus A tanquam notissimum acceptatur, & constat ex definitione causæ præsertim efficiẽtis, est enim intrinseca dependentia inter effectum & causam, ita vt effectus semper dependeat à causa in eo quod causa est. Distinctio autem est, quòd causa agens dupliciter potest agere. Est enim aliquod agens quod est causa sui effectus secundum fieri tantum & non directe secundum esse illius. Aliud autem agẽs est quod est causa effectus non solùm quantum ad B fieri, sed etiam quantum ad esse illius.

Exemplum primi ponit Diuus Thomas tum in artificialibus tum in naturalibus. Edificator enim est causa domus quantum ad eius fieri non autem directe quantum ad eius esse. Quod probat Diuus Thomas quia esse domus consequitur formã eius, sed forma domus consequitur naturalem virtutem quarundam rerum, quæ susceipiunt & conseruant talem compositionem, & ordinem lapidum & lignorum, ergo artifex non est directè causa essendi domus, siquidem neque directè est causa ipsius formæ domus. Exemplum aliud est in naturalibus. Si enim aliquod agens naturale non est causa formæ ipsius effectus, non erit per se causa illius esse quod consequitur ad talem formam, sed C erit causa effectus secundùm fieri tantum. Cæterum quãdo aliquod agens fuerit causa formæ secundùm rationem formæ ad quam consequitur esse, erit etiam causa D ipsius esse. Ostendit autem quòd huiusmodi causalitas respectu formæ non potest conuenire agentibus, eiusdem speciei cum effectu. Cuius ratio est, quia si tale agens esset causa formæ sui effectus in quantum est talis forma, esset etiam causa formæ propriæ cum sit eadem ratio vtriusque poterit autem esse causa talis formæ secundum quòd est in materia, id est, secundum quod hæc materia acquirit hãc formam, & hoc est esse causam secundum E fieri, sicut homo generat hominem, & ignis ignem. Hinc ergo colligit D. Thom. quòd quando effectus non est natus recipere impressionem agentis secundum eandem rationem secundum quam est in agente, tunc tales agens potest esse causa formę secundum rationẽ talis formæ & non solũ secundum q̃ acquiritur in hac materia, & per consequens tale agens erit causa non solum vt effectus fiat, sed etiam vt sit & conseruetur in esse. Ponit exempla in rebus naturalibus. Cælestia enim corpora sunt causa inferiorum quę generantur, nõ solum vt fiant, sed etiã vt conseruentur in esse: eo quod effectus non recipiunt formã secundum eandem rationem formæ cælestium corporum. Aqua vero calefacta retinet calorem cessante calore ignis, quia materia aquę susceptiua est caloris ignis secũdum eandem rationem prout est in igne. Aer vero neq; ad momentum manebit illuminatus cessante actione solis, quoniã aer nullo modo est natus recipere lumen secundum eandem rationẽ secundum quã est in sole. Concludit igitur D. Tho. interea, quia ita se habet omnis creatura ad Deum, sicut aer ad solẽ illuminantem, ac proinde constat bonitas consequentiæ, q̃ si Deus habet esse per essentiam suam, omnis autem creatura habet esse participatiue & multum deficiens à ratione essendi, quæ est in Deo, necessarium sit q̃ omnis creatura indigeat vt cõseruetur à Deo. Hactenus de discursu rationis Di. Tho.

DVbitatur breuiter primo, An principalis conclusio articuli probetur sufficienter certa secundum fidẽ? Respondetur, quòd cõclusio abunde satis sacrarum literarum testimoniis cõprobatur. Sit primum testimonium, ad Hebr. c. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ, vbi de Filio Dei dicitur, q̃ portet omnia verbo virtutis suę, videlicet, quia omnia conseruantur effectui imperio virtutis & omnipotentiæ suæ. Sic exponit Di. Tho. lectio 2. ad Hebr. c. 1. Neque inconuenit, quòd nomine verbi intelligamus ipsum Filium Dei, qui seipso portat omnia quique ipsemet virtus sua est. Item Sapi. cap. 11. cum dicitur. Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses, aut quod a te vocatum nõ esset conseruaretur? Et Acto. cap. 17. Neque manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem & omnia: in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Et ad Romanos capi. 11. Ex ipso & per ipsum, & in

ipso sunt omnia, hoc est, tanquam in A continente: sic enim explicat Augustinus in libro de fide & Symbolo capite 9. Ex ipso qui nulli debet, per ipsum tanquam per mediatorem, in ipso tanquam in eo qui cõtinet, idest, copullatione coniungit.

DVbitatur secundo principaliter circa discursum rationis quem facit Diuus Thomas', An ille sit bonus & demonstrationis principalis conclusionis.

¶ Arguitur primo pro parte negatiua. Ille discursus fundatur in distinctione agẽ B tium, quędam enim (inquit) sunt causa sui effectus secundum fieri tantum & non secundũ esse, alia vero sunt cã sui effectus & secundum fieri & secundum esse: sed ista distinctio non est bona ergo discursus malus est. Probo minorem, quoniam omne agens quod est causa sui effectus secundũ fieri, est etiam causa illius secundum esse, siquidem fieri nihil aliud est, quam esse, acquirere ab alio, ergo nulla est distinctio.

¶ Arguitur secundo contra id quod dicit in exemplo edificatoris, quòd edificator non est causa directe ipsius domus quãtum ad esse illius, & rationem redit, quia forma domus est compositio & ordo, quæ quidem forma consequitur in naturalem virtutem quarundam rerum. Est argumentum. Artifex actione sua directe intendit inducere figuram domus in materiam̃ergo directe est causa formæ domus. Probatur antecedens, quia artifex intendit assimilare materiã ideæ quæ est in mente artificis; sed idea immediate repræsentat figurã & formã domus vt exemplar illius, ergo hoc ipsum directe intendit artifex. Confirmatur primo, quia perfectio domus etiam postquam facta est, æstimatur ex hoc quod per formam & figuram suam assimilatur arti, & ideæ tanquam proprio exemplari, ergo ars & idea directè respiciunt formam domus, ac proinde artifex E recte causat formam domus. Confirmatur secundo, quoniã vniuersaliter omne agens præsertim perficiens & inducens formam, agit directè sibi simile secundum formam qua agit, ergo directe agit ad formam effectus Probatur consequentia, quia sola forma effectus, est ratio assimilationis effectus ad causam, ergo artifex directe intendit & causat formam effectus, ac proinde in omnibus agentibus, siue naturalibus siue artificialibus verificatur, quod per se respiciunt formam in ratione formæ.

¶ Arguitur tertio contra id quod dicit Diuus Thomas, quòd si aliqua duo sunt eiusdem speciei, vnum non potest esse per se causa formæ alterius, in quantum est talis forma, quia sic esset causa formæ propriæ. Est argumentum. Cælum est causa formæ corporeitatis in his inferioribus in B quantum est talis forma, & tamen inde nõ sequitur quod sit causa formę propriæ. Et similiter angelus est causa formæ substantialis siue substantialitatis in his inferioribus quæ fiunt per generationem, tamen inde non sequitur, vt sit causa propria substãtialitatis, ergo neque quando agens est eiusdem speciei, sequitur quod sit causa formæ propriæ. Probatur consequentia, quia tota ratio quare quando agẽs est eiusdem speciei cum effectu esset causa formæ C propriæ, est quoniam vtriusque est eadem ratio, sed etiam est eadem ratio si cælum est causa formæ corporeitatis, in quantum huiusmodi, ergo bona est facta consequentia. Confirmatur. Deus est causa esse omnium rerum inquantum huiusmodi, & tamen non sequitur quod sit causa proprij esse, ergo neque in agentibus eiusdem speciei cum effectu, erit bona ista consequentia, quod si agens est causa formæ alterius inquantum huiusmodi, sit etiam causa formæ propriæ. ¶ Arguitur quarto. Calor causatus à sole in aqua conseruatur sicut causatus ab igne. Et rursus lumen productum ab igne in aere non conseruatur magis quã productus à sole, ergo nulla est differentia quantum ad hoc inter agens vniuocum & æquiuocum.

¶ Arguitur quinto. Cælum est causa essendi homini: & tamen non est causa formæ ad quam sequitur illud esse hominis, ergo falsum est q̃ dicit ipse D. Tho. non esse possibile vt quod nõ est causa formæ ad quam sequitur esse sit causa ipsius esse. Patet. n. quod cælum non est eã animę rationalis, & tamen est causa non solum generationis hominis, sed etiam vt homo conseruetur in esse. ¶ Arguitur sexto. Om-

ne agens est causa formæ in singulari, scilicet, secundùm quod hæc forma recipitur in hac materia, ergo nullum agens est causa formæ in quantum huiusmodi, cuius oppositum docet S. Thom.

ARticulus hic difficillimus est propter rationẽ metaphysicam adhibitã à Diuo Thoma. Veruntamen eius discursus demonstratio metaphysica est quanuis non abomnibus penetretur. Quapropter satis erit ad argumenta proposita respondentes vim huius demonstrationis exprimere.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd distinctio D. Thom. optima est. Pro cuius intelligentia nota, q̃ Di. Tho. non distinguit, quòd aliquod agens sit causa sui effectus secundũ fieri tantum & non secundùm esse. Concedimus igitur argumento, quòd omne agens quod est causa fieri alicuius rei, est etiam causa ipsius rei inquantum illud esse terminat ipsum fieri, non autem inquantum permanet in re iam facta: ad hoc n. oportebat, q̃ ipsum agens directè & per se esset causa ipsius esse, quòd quidem non contingit nisi quando agens est causa formæ inquantum huiusmodi, ad quam sequitur illud esse. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd mens D. Thom. est docere, q̃ forma domus permanens consequitur inquantum permanens naturalem virtutem earum rerum, quanuis vt est terminus ipsius fieri negari non possit quin sit effectus artificis, sicut dictum est in solutione præcedentis argumenti. Negat vero D. Thom. quòd ædificator sit causa directe ipsius domus quantum ad esse eius, quoniam alias quandiu permaneret esse domus, maneret etiam actio artificis. Aliunde ergo prouenit, quod forma domus det formaliter esse permanens. Et huius causam dicit esse naturalem virtutem quarundam rerum, ars enim presupponit naturam. Obseruandũ est tamen, quòd cum D. Tho. dicit, Forma autem domus est compositio & ordo, non videtur loqui formaliter, quoniam compositio videtur esse verbale nomen, quod significat actionem componentis & ordinãtis lapidis & ligna, ex quibus compositis & ordinatis resultat forma domus. Quapropter locutio illa videtur esse causalis, resultat enim forma domus quantum ad fieri ex compositione & ordinatione artificiosa: at vero quãtum ad esse permanens, resultat & consequitur naturalem virtutẽ quarundam rerum. Ad argumentum igitur in forma respondetur, concedo antecedẽs. Sed infertur, ergo directe est causa formæ domus, distinguo consequens, quantũ ad fieri hic & nunc, concedo consequentiam, sed quantum ad esse nego consequentiam. Hanc enim ratione iam diximus, q̃ consequitur virtutem naturalem quarundam rerum.

¶ Ad primam confirmationem respondetur, quòd quotiescunque consideratur perfectio domus inquantum est quoddam artificiatum semper comparatur ad artem quatenus fuit terminus actionis artificiosæ. Cæterùm, quòd sit permanens & forma domus, hoc per se naturæ rerum tribuitur quam præsupponit artifex peritus, prudenterque intendens quòd artificiatum permaneat, quæ intentio moralis est, negi ad ipsam artem per se reducitur, sed ad prudẽtiam & virtutem artificis, imò bonus artifex posset arte malum artificiatum efficere, vt si fundaret domum super arenam vt cito rueret, vel ex industria lapides nõ ad perpendiculum superponeret.

¶ Ad secundam confirmationem respõdet Caietanus, quòd in æquiuoco labotat illa ratio, quoniã cum dicitur, omne agens agit sibi simile, intelligitur indistinctè, hoc est, indifferenter, siue in fieri tantum, siue in fieri & esse simul. Quando vero dicitur, quod esse alicuius effectus non directè fit ab aliquo agente: iam non indifferenter, sed determinatè loquitur de esse prout distinguitur contra fieri. Non igitur negat Diuus Thomas, quòd argumentum probat, effectum directè fieri, & intendi similem agenti: sed negat semper directè intẽdi & fieri similem agenti quantum ad esse. Vnde ad probationem consequentis respõdetur simili distinctione facta de ipsa forma, hæc enim intenditur quantum ad fieri in hac materia, non autem semper quantum ad esse.

¶ Ad tertium argumentum respondet Caietanus, quòd illa differentia quæ ponitur à Diuo Thoma inter causas vniuocas, & æquiuocas, fundatur super illo principio, causa per se alicuius causat illud in quocunque inuenitur. Sed tamen inquit quòd hoc principium intelligitur de causa per se prima alicuius reiicita sanè quòd perfectas se teneat ex parte vtriusque: scilicet causæ effectus proportionabiliter, sic quod si B. conueniat per se primo dependere ab A, etiam ipsi A, conuenter per se primo esse actiuum B. Hoc autem principium non indiget probatione, sed explicatione. Quoniam si B. conuenit talis illa dependentia ab A. impossibile erit vt vbicunque inueniatur non sit cum illa dependentia. Et similiter si A. conuenit per se primo, quod sit actiuum B. vbicunque inueniatur A. erit actiuum ipsius B. Ex quo sequitur, quod si A. & B. sunt eiusdem rationis, idem erit per se primo actiuum sui ipsius, quod est impossibile. Quidam vero impugnant hãc intelligentiam Caietani, non quidem quia illud principium vt intelligitur à Caietano, non sit verissimum, sed quia illa propositio D. Thom. non videtur intelligenda cum tanta restrictione, quoniam Deus causa est cuiuscunque naturæ & formæ, quantum ad fieri & quantum ad esse vbicunque inueniatur, & tamen Deus non est causa per se primo humanæ naturæ, vel equinæ, eo quod non est æquata cum illo effectu, sed potius effectus ad quẽ se extẽdit diuina potentia per se primo est ratio entis, ergo D. Tho. in illa propositione non tam strictè loquitur de causa, quæ per se primo concurrit ad effectum. Veruntamen optima mihi videtur intelligentia Caietani, & satis ad propositũ: quoniã p illũ non excluditur concursus diuinæ causalitatis vel cælestiũ corporum, propterea quod talis concursus nõ limitetur quantũ ad rationem operandi ex parte effectus, ad hãc specificam naturã vel ad illam, quin potius quanto altior fuerit & vniuersalior ratio potentiæ agentis, tanto efficatius attinget ad efficientiam cuiuslibet naturę specificę quantum ad fieri & quantum ad esse illius. Non igitur Caietanus intelligit causam illã per se primo concurrere ad effectum quæ quantum ad rationem operandi adæquatur cum forma specifica effectiua. Hoc enim modo nunquam verificaretur illud principium. Etenim in causis vniuocis nulla est adæquata formæ effectus secundũ rationẽ absolutam talis formę. Neque ẽt in causis æquiuocis datur aliqua eius ratio operandi adæquetur cum ratione specifica particularis effectus. v. gr. sol hic producit aurũ, alibi gemas, alibi argentũ; et tamen vnica virtus solis secundùm eandẽ rationem operãdi differentes specie naturas operatur. Non igitur est verum illud principium si ad illum modum intelligatur. Dicendum igitur est, quod ipse Caiet. se explicat in eo quod dicit, intelligẽdum esse illud principium de causa per se primo alicuius, ita inquit, quòd perfectas seu primitas se teneat ex parte vtriusque, scilicet tam causæ, quam effectus, proportionaliter tamen. Ecce in eo quod dixit, proportionaliter tñ, noluit derogare rationi excellentiori potentiæ actiuę excellentioris agentis, limitando illam ad determinatũ effectum: sed solum voluit talem causam per se primo conuenire quantum ad hoc, quod vbicunque inueniatur sit actiua talis effectus, non tamen quod quotiescunque agat producat talem effectum. De ipso vero effectu dixit quòd vbicunque inueniatur pendeat à tali causa. Et hæc est proportio perfectatis & primitatis seruanda in causa & effectu ad hoc quod illud principiũ sit verum & ad propositũ. Alias enim neque ad propositum neque verum est. Et profecto quantum attinet ad intentum D. Thom. nihil impedit, quod agens quod est causa alicuius formæ, in quantũ huiusmodi, sit etiam actiuum alterius formę, quoniam ita se accomodat ad illam formam producendam, atque si illius tantum esset actiuum. Propterea enim Theologi, cum diuina essentia sit vnica & simplicissima ideas plurimas multiplicant ratione distinctas: quoniam cum diuina essentia comparatur vt virtus & exemplar producendi hominem, ita considerarut ac si hominis solius producendi exemplar esset. Hoc igitur fortassis modo possumus asserere Deum secundum rationem idealem causam esse adequatam nostro modo intelligendi respectu singularum specierum creatarum.

¶ Iam vero ad instantias adductas in tertio argumento & confirmatione illius respondetur, quod forma corporeitatis in cælo & in istis inferioribus quãuis sit eiusdem rationis logice & metaphysice loquẽdo, tamen Physice & quantum ad rationẽ causandi non est vniuocatio, quoniam corruptibile & incorruptibile differunt genere. Et proportionabiliter dicendum est de substantialitate angeli & rerum corruptibilium.

¶ Altera solutio fortassis melior potest adhiberi quòd nunquam forma corporeitatis vel substantialitatis per se producitur si quidem nunquam ex non corpore fit corpus: neque ex non substantia fit substãtia, cum autem virtute actiua cælorũ vel angelorum producitur aliqua forma specifica secundùm actionem talis formæ, nunquam effectus recipit impressionem causæ secundum eandẽ rationem quæ est in causa. Ad confirmationem negatur consequentia quoniam cum dicitur, ꝙ Deus est causa ipsius esse omnium rerũ inquantum huiusmodi, non reduplicatur in rigore loquendi per particulam illam, inquantum huiusmodi, nisi tantum esse creaturarum, quod est esse causabile & receptibile. Qua propter non sequitur, quòd Deus sit causa proprij esse: quoniam esse Dei neque causabile est neque receptibile.

¶ Ad quartum argumentum respondet Caietanus subtiliter, supponit enim, quòd iudicium de rebus non nisi ex proprijs fieri debet. Vnde cùm calor & lumen in hoc differant, quòd calor secundum esse quod habet in propria causa, quæ est ignis, sit participabilis secũdum eandem rationem per illuminationem; idcirco Di. Thomas ad propria vnuscuiusque respiciens reddidit optimam rationem, quare calor remanet in aqua & lumen non remanet in aere. Quia nimirum calor secundùm esse quod habet in propria causa participabilis est per calefactionem, secundum eandẽ rationem: lumen vero secundum esse quod habet in propria causa, non est participabile, hac igitur ratione calor à sole productus manet, quia calor est talis forma, quæ nata est in materia aquæ vel aeris recipi secũdùm esse ꝙ habet in propria causa quamuis non secundum esse quod habet in causa communi. Et proportionabiliter dicẽdũ est de lumine lucernæ producto in aere, ꝙ quidem non manet: quia lumen est talis forma, quæ non est nata haberi, secundum eandem rationem secundum quam est in propria causa.

¶ Ad quintum argumentum. Respondetur primo negando maiorem: quoniam ens lum nullius viuentis est causa efficiẽs, sed solum instrumentalis, eo quòd ipsum ens lum caret vita, veruntamen, quoniam eadem difficultas remanet de angelo mouente cælum & causante omnia generabilia. Respõdetur ad minorem argumenti: quod forma hominis dupliciter potest considerari, vno modo quantum ad substantiam, suam & sic à solo Deo creatur: altero modo, quantum ad rationem informandi actualiter ipsum corpus, & isto modo homo generans hominem efficit, vt anima rationalis hanc materiam informet. At verò cælum, & angelus attingunt non solùm quantum ad fieri hanc vnionem formæ, & materiæ, sed etiam quantum ad conseruari in esse, quoniam attingunt ad ipsam formam in quantum huiusmodi, ideſt, quantum ad rationem specificam talis informationis. Atque ita intelligitur documentum Diui Thomæ, cùm inquit, quod si aliquod agens nõ est causa formę inquantum huiusmodi, non erit per se causa esse quod consequatur ad talem formam.

¶ Ad textum argumentum non est facilis responsio, est enim difficile explicare quid sit causare formam inquantum huiusmodi, & certe videtur esse eadem difficultas in eo, quod Diuus Thomas dicit supra quæstione 45. articulo quinto ad primum argumentum, quòd aliquod perfectum participans aliquam naturam, facit sibi simile non quidem producendo illam naturam absolute, sed applicando eam ad aliquid: non enim hic homo potest esse causa naturæ humanæ absolute, quia sic esset causa sui ipsius, sed est causa quod natura humana sit in hoc homine generato, hæc Diuus Thomas, habet, inquam, hęc doctrina difficultatem quia causans naturam absolute, vel aliquam formam

specificam inquantum huiusmodi, aut est causare illam in vniuersali & hoc est impossibile etiam per diuinam potentiam, non enim potest existere natura nisi in indiuiduo. Aut est causare illam secundum omnem rationem, etiam secundum rationem entis, & hoc etiam est falsum, quia isto modo soli Deo potest competere causare naturam cuius est creare, at vero Diuus Thomas hic asserit, quòd causæ vniuersales causant aliquam formam inquantum huiusmodi, & sunt causæ rerum inquantum ad fieri & quantum ad esse. Vel denique causare naturam absolute & formam inquantum huiusmodi, erit causare illam non determinate in hoc in diuiduo vel in illo, sed in singulis vbicunque inuenitur, sed hoc etiam videtur falsum quoniam Petrus non causat naturam humanam absolute, & tamen in multis indiuiduis potest illam causare, & videtur per accidens quòd non possit illam causare in omnibus. Responderetur tamen quòd causare naturam absolute non est causare illã vt existit in vniuersali neque causare illam secundum omnem rationem etiam entis (quauis hoc non impediat vt absolute causetur natura, imo magis absolute isto modo causatur a Deo quam ab omni alio agente) neque est causare illã in multis indiuiduis, sed est causare illam per talem actionem quæ non limitatur ad hoc vel ad illud, vel ad multa indiuidua, sed absolute extenditur ratio & potentia causæ ad producendam naturam illam vbicunque sit possibile fieri, & hoc ipsum est causare formã aliquam specificam inquantum huiusmodi, id est, vbicunque ratio specifica inueniri potest. Et hinc est quòd nullum agens eiusdem speciei cum effectu potest esse causa formæ illius inquantum huiusmodi. Neque causare naturam absolute, & per hoc patet ad sextum argumentum. Quauis enim omne agens sit causa formæ & naturæ in singulari, non tamen omne agens habet limitatam rationem agendi ad hoc singulare vel ad illud, sed absolutè ad producendam formam vel naturam vbicunque sit possibile inueniri. Cæterum quomodo esse rerum consequatur ad formã, satis explicatum est à nobis supra quæstione 3. articu. 9. dubio 4. vide etiam quæ diximus quæstio. 45. artic. 5. in commentario ante dubium circa secundam conclusionem.

Circa solutionem ad quartum argumẽtum. Nota duo, primum est quòd ex illa sequitur ꝙ si Deus produxisset mundum ab æterno vel aliquam creaturam permanentem, illa actio diuina semper etiam nunc competeret per modum actionis, ita vt nunc produceret illam creaturam & ipsa produceretur, & ita concedit Durandus in secunda sentent. distin. 1. qõ. 2. quod sicut in diuinis filius gignitur & genitus est, ita verificatur nunc quod creatura creatur & creata est, sed nihilominus, quia vt inquit Diuus Thomas. supra quæstione 45. arti. 3. ad tertium creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem cum quadam nouitate siue inceptione nõ oportet quod quandiu creatura est, dicatur creari, quauis habeat dependentiam a Deo conseruante. Nota secundo, quòd non omne quod producitur perpetua dimanatione ab aliquo principio, dicetur conseruari ab illo, sed necesse est vt dicatur conseruari, quod res illa producta stante principio possit non esse. Ex quo sequitur quòd filius Dei, qui ab æterno à patre producitur non conseruatur ab illo, eo quod Pater ex necessitate naturæ communicat filio suam substantiam. Item sequitur quòd visibile non conseruatur à rationali quia ex necessitate naturæ sequitur à rationali, at vero sol conseruat lumen in aere, eo quod lumen potest impediri ne producatur vel conseruetur. Sic igitur Deus conseruat creaturas quia liberalitate sua communicat illis esse. Ex dictis sequitur quòd secundum sententiam Aristotelis octauo Phisicor. textus decimus quintus. qui tenet mundum semper fuisse nec fuisse possibile non esse propter immobilitatem primi motoris, Deus non conseruaret mundum, quia nulla via posset mundus desinere esse.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Deus immediatè omnem creaturarum conseruet.

509 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus immediatè omnem creaturam conseruet. Eadē enim actione Deus est conseruator rerum, qua & creator: vt
Ar.p̄ce. dictum est.* Sed Deus immediate est creator omnium. Ergo immediatè est etiam conseruator.

¶ 2 Præterea. Vnaquęque res magis est proxima sibi, quam rei alteri. Sed non potest communicari alicui creaturæ, q̄ conseruet seipsam. Ergo multo minus potest ei communicari, q̄ cōseruet aliam. Ergo Deus omnia cōseruat absq; alia media causa cōseruāte.

¶ 3 Præterea. Effectus conseruatur in esse sub eo quod est causa eius, non solum secundum fieri, sed etiam secundum esse. Sed omnes causę creatę, vt videtur, nō sunt causa suorum effectuum, nisi secundum fieri. Nō sunt enim causa nisi mouendo, vt sup. habitū
Ar.p̄ce. est.* Ergo non sunt causę conseruantes suos effectus in esse.

SED contra est, quod per idem conseruatur res per quod habet esse. Sed Deus dat esse rebus mediantibus aliquibus causis mediis. Ergo etiam res in esse conseruat mediantibus aliquibus causis.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est,* dupliciter aliquid rem aliquam in esse conseruat. Vno modo indirectè & per accidēs, per hoc quòd remouet vel impedit actionem corrumpentis. Alio modo directè & per se, quia ab eo dependet esse alterius, sicut à causa dependet esse effectus. Vtroque autem modo aliqua res creata inuenitur esse alterius conseruatiua. Manifestū est enim q̄ etiam in rebus corporalibus multa sunt, quæ impediunt actiones corrumpentiū, et per hoc dicuntur verū conseruatiua. Sicut sal impedit carnes à putrefactione, & simile est in multis alijs. Inuenitur etiam q̄ ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundum suum esse. Cùm enim sint multa causa ordinata, necesse est quòd effectus dependeat primo quidem & principaliter à causa prima, secundario vero ab omnibus causis mediis. Et ideo principaliter quidem prima causa est effectus conseruatiua, secundario vero omnes media causæ: & tanto magis, quanto causa fuerit altior, & prima causa proximior. Vnde superioribus causis etiā in corporalibus rebus attribuitur conseruatio & permanētia rerum, sicut Philosophus dicit in 12. Meta.* q̄ primus motus, scilicet primus, est causa continuitatis generationis. Secundus autem motus qui est per Zodiacum, est causa diuersitatis, quę est secundum generationem & corruptionem. Et similiter astrologi attribuunt Saturno, qui est supremus planetarum, res fixas & permanentes. Sic igitur dicendū est, quòd Deus conseruat res quasdam in esse mediantibus aliquibus causis. lib. 12. Metaph. tex. 34.

AD primum ergo dicendum, quòd Deus immediatè omnia creauit, sed in ipsa rerum reparatione ordinem in rebus instituit, vt quędam ab alijs dependerent, per quas secundario conseruarentur in esse: præsuppositatamen principali conseruatione, qua est ab ipso.

AD secundum dicendum, quòd cū propria causa sit conseruatiua effectus ab ea dependentis, sicut nulli effectui præstari potest q̄ sit causa suiipsius, potest tamen ei præstari, quòd sit causa alterius: ita etiā nulli effectui præstari potest q̄ sit suiipsius conseruatiuus, potest tamen ei præstari quòd sit conseruatiuus alterius.

AD tertium dicendum, quòd nulla creatura potest esse causa alterius quantum ad hoc q̄ acquirat nouam formā, vel dispositionē, nisi per modū alicuius mutationis: quia semper agit præsuppositio aliquo subiecto. Sed postquam formam, vel dispositionem induxit in effectum absque alia immutatione, effectus huiusmodi formam vel dispositionē conseruat. Sicut in aere prout illuminatur de nouo, intelligitur quędam mutatio: sed conseruatio luminis est absque aeris immutatione ex sola præsentia illuminantis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Deus cōseruat res aliquas in esse mediantibus aliis directè conseruantibus aut etiam indirectè.

¶ Secunda

¶ Secunda conclusio ad secundū. Nulli effectui præstari potest quòd sit sui ipsius conseruatiuus.

COMMENTARIVM.

REColendum est hic quod diximus ar. 6. quæstionis p̄cedentis, quòd dictio immediatè tantum valet ac si diceretur, Vtrùm Deus se solo sine ministerio creatu
re omnia conseruet, atq; in hoc sensu veri ficatur prima conclusio, cæterum si, immediatè, acciperetur pro hoc quod est intimè, necesse est dicere q̄ Deus omnia immediatè conseruat sicut immediatè existit in omnibus dans illis esse & cōseruās illud iuxta doctrinam D. Tho. q. seq. ar. 5.

¶ Aduertendum est præterea, quòd hic sermo est de conseruante efficienter quoniā de causa materiali & formali nulla est dubitatio quin illis mediantibus effectus cōseruetur inquantum esse recipitur in materia & forma actuans illas & ab illis dependens in genere causæ materialis. Imo si attentè consideremus nulla est causa formalis respectu ipsius esse existentię, quod est formalissimum omnium, vt supra qu. 2. ar. 4. abundè satis ostēdimus, solum itaque dabitur causa efficiens & materialis, & finalis respectu ipsius esse creaturarū, nulla autem dabitur causa formalis.

DVbium primum est circa primam conclusionem, Vtrùm illa sit vera. Arguitur primo pro parte negatiua. Sequitur ex illa conclusione, quod causæ secundæ possint annihilare, contra id quod diximus supra q. 45. artic. 5. Sequela probatur. Quoniam si concursus causarum secundarum reuera conseruat aliquas creaturas in esse, optime sequitur, quòd ipsæ creaturæ conseruatæ amittant esse si secundarum causarum concursus auferatur, ac proinde vertentur in nihilum. ¶ Arguitur secundò ex D. Tho. in 3. par. q. 13. art. 2. vbi expresse dicit q̄ sōlus Deus res in esse conseruat ne in nihilum decidant, & ait q̄ hoc non potuit communicari animæ Christi. Et confirmatur. Quia ratio quam illic facit S. Thomas vniuersalis est, & omni creaturæ cōpetit, videlicet quia immutatio creaturæ vt est vertibilis in nihilum, respondet creationi per quam ex nihilo sunt factæ: ergo sicut Deus non potest communicare creationem alicui causæ secundæ, ita nec poterit communicare conseruationem in esse. Arguitur tertio. Quoniam articulo præcedenti ad quartum, ait D. Th. quòd conseruatio rerum à Deo nō est per aliquam nouam actionem, sed per continuationem actionis qua dat esse, ergo nulla causa media concurrit ad cōseruandum illud esse. Arguitur quarto. Maior virtus videtur necessaria vt res acquirat esse ex nihilo, quàm vt postquam est conseruetur in illo: ergo si actio quæ sola fuit sufficiens ad producendam rem ex nihilo perseueret, sufficiet etiam sola ad conseruandam rem in esse, at vero ita res habet, q̄ perseuerat diuinæ virtutis influentia in ipsas creaturas, ergo ipsa sola omnia conseruat.

¶ Huius difficultatis solutio facile colligitur ex iis quæ dicta sunt à nobis supra quæst. 3. art. 4. præsertim dubio quatto: est enim proportionabiliter loquendum de rerum conseruatione & creatione. Notandum est igitur quod esse rerum dupliciter potest considerari, vno modo vt dicit existentiam absolutè, hoc est, non vt contractam & determinatam ad esse specificum vel numericum in quo recipitur, & limitatur, satis enim vbi supra explicatū est à nobis ex doctrina Di. Tho. quomodo ipsum esse nihil recipiat in se per modum actus perficientis ipsum, sed potius semper est receptum in omni creatura in qua deprimitur & limitatur potius quam perficiatur quantumlibet sit perfecta natura specifica in qua recipitur, etiam si sit angelica in qua minus est de potētia, propterea enim esse diuinum est infinitū, quia non est receptum sed per se subsistens est ipsamet natura diuina.

PRima conclusio. Si priori modo consideretur esse quod recipitur in creaturis, scilicet, quatenus per illud sunt extra nihil, solus Deus nulla causa media, conseruat esse omnium creaturarum exemplariter & effectiuè, ita docet D. Thom. in 1. Sentent. distin. 8. quæst. 1. artic. 2. ad secundum, & in hac prima parte quæst. 105. artic. 5. docet q̄ ipse Deus quanto est prior & vniuersalior causa efficiens, est propriè causa

causa ipsius esse vniuersalis in rebus omnibus, quod inter omnia est magis intimũ rebus, ecce quomodo Di. Thom. sentit ipsum esse quod communiter est in omnibus rebus, sit proprius Dei effectus: ergo absolutè loquendo nulla creatura efficit vel conseruat aliam in esse. Ratione probatur Quoniam esse absolutè & simpliciter consideratum facit formaliter rem esse extra nihil, ergo causa quæ non potest ex nihilo producere, non poterit conseruare ne in nihilum conuertatur. Probatur consequẽtia. Quia eadem est ratio virtutis potentis creare producẽdo rem ex nihilo, & potentis seruare ne in nihilum reuertatur. Hanc conclusionem probat primum argumentum factum pro parte negatiua, quod quidem procedit, si ipsum esse consideretur absolutè prout opponitur nihilo. Deinde probatur, conclusio ex doctrina Di. Thom. articulo præcedenti vbi ait, quòd si aliquod agens non est causa formæ inquantum huiusmodi, non erit per se causa esse, quod consequitur ad talem formã, sed nulla creatura est causa existentiæ alterius inquantum huiusmodi, aliàs enim esset causa propriè existentiæ: ergo nulla creatura potest esse causa essendi alteri, & per consequens neque illam conseruare.

¶Et profecto id colligitur si attente cõsideretur discursus huius articuli simul cũ doctrina Di. Thom. quæstio. 45. articu. 5. ad primum argumentum vbi docet, quòd sicut hic homo participans humanam naturam, non causat absolutè humanam naturam in altero, ita nullum ens creatum quia participat ipsum esse poterit producere aliquod ens absolutè: sed solum potest causare illud quantum ad fieri in hoc vel in illo, vbi præsupponitur aliqua materia ipsi actioni creaturæ, & miror quod aliqui viri docti & acuti non penetrent hanc doctrinam D. Thomæ, putant enim quod solum concedamus mediis causis, q̃ effectiuè concurrant vel conseruent res aliquas quantum ad esse essentiæ, quasi rerũ essentiæ aliter fierent, vel conseruarentur quam recipiendo esse existẽtiæ. Nos itaq; ad ipsum esse existentiæ etiã mediam causam cõcurrere posse dicimus, sed non absolutè ad ipsum esse existentiæ, hoc n. est proprium Dei, sed creatura põt concurrere ad determinandum ipsum esse existentiæ vel ad hoc indiuiduum directè, sicut Petrus generat Paulũ: vel ad hanc speciem sicut cœlestia corpora & angeli sunt causa quarundã specierum corruptibilium per quarũ formas consequitur esse limitarum ad hanc speciem, & de hmõi causis dixit Di. Thomas articulo precedenti quod causant aliquam formam inquantum huiusmodi & quod sunt causa non solum quantum ad fieri, sed quantum adesse.

¶Secunda conclusio. Si esse rerum conseruaretur secundo modo quædam conseruat Deus mediantibus causis secũdis. Sic est intelligenda prima conclusio huius articuli, & hanc probat ipsa ratio D. Tho. & doctrina i solutione ad primũ & tertiũ satis explicat prædictam conclusionem, & quomodo sit intelligenda per hoc quod dicit quod nulla creatura potest esse causa alterius quantum ad hoc quod acquirat nouam formã vel dispositionẽ nisi per motũ alicuius mutationis, quia semper agit præsupposito aliquo subiecto. Hoc ipsum dicit de conseruatione in solutione ad primũ, vbi ait, quod hunc ordinem Deus in rebus instituit vt quædam ab aliis dependerent per quæ secundario conseruarentur in esse, præsuppositis tñ principali conseruatione quæ est ab ipso Deo, quæ profecto conseruatio respicit ipsum esse absolutè, at vero conseruatio causæ mediæ respicit ipsum esse vt receptum & limitatũ in indiuiduo, vel in natura specifica vel in vtroq; simul, & ꝓpterea verificatur q̃ Petrus efficit esse hunc hominem, & causæ vniuersales efficiunt esse hominem & conseruant tale esse, quod tamen non conseruat Petrus generãs hominem, & aduerte q̃ cum huiusmodi loquutionibus verificatur q̃ in homine est vnicũ esse existentiæ, rõne cuius anima producitur à solo Deo ex nihilo, & nihilominus inquãtũ illa anima recipiẽs tale esse à solo Deo est. Nihilominus quia virtus agẽtis naturalis cõmunicatur hic & nũc huic materiæ, & huic ſuppposito, quantum ad hoc dicitur q̃ Petrus generans facit esse Paulum & tamẽ non conseruat Paulũ, causæ aũt vniuersales cõseruãt Paulũ eo quod sunt cã formæ inquantũ huiusmodi, ad eum sensum quo explicuimus articulo præcedenti. Ex dictis sequitur quomodo cõseruatio rerum spiritualium incorruptibilium nullo modo pẽdeat à causis mẽdijs sed à solo Deo, quia nulla creatura attingit ad dispositionẽ materiæ vel alicuius potentiæ ad actum, & hoc docet satis expresse D. Tho. q. 45. arti. 5. ad primum.

AD argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem respondetur, quòd si cessaret concursus corporum cœlestium cõtumperentur omnia quæ ex illorum influentia conseruantur in esse recepto in aliqua natura specifica indiuidua ta, sed non anihilarentur quia talis corruptio non terminaretur in nihilum, sed in alia corpora simplicia qualia sunt elementa. Quidam tamen volunt soluere illud argumentum dicentes, quod causæ vniuersales cum operẽtur per modum naturæ non pũt naturaliter loquendo subtrahere propriũm concursum, quo concurrunt ad conseruanda hæc inferiora, & ex consequenti non possunt concurrere ad ip sorum anihilationem. Sed hæc solutio non penetrat rationem conseruationis rerum ne vertantur in nihilum, quoniam ex illa sequitur quod si angeli permittente Deo cessarent à motu cælorum, tunc corruptibilia quæ dependent in esse ad huiusmodi influentia anihilarentur. Scimus autem secundum veritatem & doctrinam D. Tho. q̃ sicut soli Deo competit creatio, ita illi soli cõpetere potest anihilatio, nõ per nouam actionem ipsius, sed per solã cessationẽ actionis diuinæ quæ res conseruat in esse, ergo nulla cessatio creaturæ ab actione propria, poterit esse causa anihilationis, quanuis poterit esse causa corruptionis per quam res amittunt esse existentiæ prout erat limitatũ ad certã speciẽ & indiuiduũ: sed tamẽ nõ simpliciter & absolute amittunt esse, quia terminus ad quẽ nõ est simpliciter non ens, sed nõ ens homo vel non ens equus, quemadmodũ in generatione terminus à quo non est simpliciter nõ ens sed nõ ens hoc. Sicut ex non homine fit homo vel ex non Petro fit Petrus. Sed vehementer falluntur opponentes, quia putant materiam Primam rerum corruptibilium pendere per se & non per accidens, in conseruari à causis vniuersalibus, & non à solo Deo. Et ratio illorum est, quia materia prima pendet intrinsecè quantum ad esse ab ipsa forma substantiali, & ex consequenti pendet à causis vniuersalibus a quibus ipsa forma per se pendet in conseruari. Sed hæc ratio deficit in multis. Primo quidem quia non omnis forma substantialis per se pendet à causis vniuersalibus qualis est anima rationalis, quæ à solo Deo creatur & conseruantur. Secundo quia materia prima à nulla forma substantiali pendet in conseruari quanuis pendeat à forma substantiali (impossibile est enim, quòd careat forma substantiali) ergo dependentia materiæ à forma substantiali non completur per causarum vniuersalium influentiam: ac proinde materia prima non dependet in esse nisi à solo Deo. Antecedens huius consequentiæ manifestum est, quia sine qualibet forma potest conseruari materia prima, nam recedente vna forma conseruatur per aliã & recedente illa alia conseruatur per succedentem, ergo a nulla dependet, quanuis dependeat a forma, sicut nullus equus requiritur ad equitandum (vt aiunt dialectici) & tamen ad equitãdũ requiritur equus. Consequentia vero probatur. Tum quia ratio dependentiæ materiæ forma substantiali intrinseca & essentialis est ipsi materiæ, atque ita immediatè forma substantialis vt sic vnitur materiæ primę, nullis mediantibus dispositionibus. Cæterum si in generatione terrẽ corruptibilium requiritur, dispositio quæ pendet ex causarum vniuersaliũ influẽtia hoc prouenit quia forma specifica requuirit certas quasdam dispositiones determinantes materiam ad tales formas, & velut instrumenta formarũ substãtialium ad operationes proprię speciei. Habemus igitur q̃ ex dependentia materiæ intrinseca à forma substãtiali nõ colligitur eiusdem dependẽtia à causis vniuersalibus sed à prima causa quæ sola est causa formę substãtialis inquantũ huiusmodi. Etenim quãtũ ad intrinsecam rationem materiæ, eadem est in materia cælorũ, quæ intrinsecè dependet à forma substãtiali, ac propterea cæli nõ poterunt esse causa formæ substantialis inquãtum huiusmodi, quia aliàs essent

essent causa propriæ formæ iuxta doctrinã D.Tho.articulo præcedenti.¶Ad secundũ argumentum non desunt qui vellint dicere quod D.Tho.loquitur illic solum de angelis & de corporibus cælestibus.Sed profecto hæc intelligentia est contra intentionem D.Thom. in illo loco,ibi enim docet quam potentiam habuerit anima Christi respectu immutationis creaturarum. Et facta distinctione concludit vniuersaliter,q̃ quia immutationes creaturarũ correspondent creationi rerũ,ideo solus Deus potest creaturas in nihilum redigere, qui etiã solus eas in esse cõseruat,ne in nihilum decidant,vbi D.Thom. ne instrumẽtaliter quidem admittit animã Christi Domini posse concurrere ad anihilandũ. At vero secũdùm prædictã explicationem & secundũ doctrinã quam impugnauimus in solutione ad primum, causæ vniuersales nõ solũ instrumentaliter,sed etiã vt causę,possunt concurrere ad nihilandum res corruptibiles saltim de potentia Dei absoluta , sicut simpliciter dicũtur conseruare totum esse rerum corruptibilium. Nos igitur ad argumentum respondemus quod confirmat primam nostram conclusionem sicut, & confirmatio eiusdem argumenti. ¶Ad tertium argumentum similiter respondetur, q̃ procedit de esse absolute & probat eandem conclusionẽ.¶Ad quartũ respõdetur, q̃ eadẽ diuina virtus requiritur ad conseruandũ res in esse absolutè ne in nihilũ decidãt & ad producẽdum eas ex nihilo, sed quãuis ad neutrum requiritur media causa (imo nulla præter Deũ potest concurrere,) tamẽ ad cõseruandas res aliquas corruptibiles in esse taliter limitato & recepto in natura specifica,potuit Deus interponere & interposuit quasdam medias causas quæ supposito aliquo conseruent res in tali esse.

A

B

C

D

E

Dvbitatur secundo circa secundam cõclusionem quæ habetur in solutione ad secũdum,an aliquid possit seipsum cõseruare in esse?¶Arguitur primo pro parte affirmatiua ex D.Tho.in 2.2.q.64.ar.5. & 7.Quælibet res naturaliter conseruat se in esse,& resistit corrumpenti quantũ potest, ergo potest Deus communicare creaturæ, vt sit conseruatiua sui esse , saltim indirectè per remotionem corrumpentis.

¶Arguitur secundo. Viuentia semetipsa mouent ad perfectionem suam , & in ea per virtutem intrinsecam se conseruant,vt ipsemet D.Tho.dicit suprà quæst. 78.ar.2. potentia enim nutritiua,& augmentatiua habent suum effectum in eo in quo sunt, quia ipsum corpus vnitum animæ, augetur & conseruatur per tales virtutes exitẽtes in anima.

¶Ad hoc dubium respondetur; quòd si loquamur de conseruatione in esse absolute, nulla res potest seipsam conseruare ne in nihilum decidat,at vero si loquamur de esse contracto ad aliquam naturã & individuum,tunc etiam certo modo potest verificari, quod nulla res potest seipsam conseruare directè & per se primo,idest secundùm se totam,ad illum sensum quo Arist. 7. Physic. dixit in principio , Omne quod mouetur ab alio mouetur.Nihilominus 8. Physicorum textu 29. concedit proprium esse viuentiũ mouere seipsa,quorũ vtrumque verum est , quia illud quod dicitur. 7. Physicorum intelligendum est de illo, q̃ mouetur per se primo,istud vero intelligitur non per se primo sed secundũ partẽ per se mouentem & partem per se motam,cęterum quod res conseruent proprium esse contractum ad proprias naturas conseruatione indirecta per hoc quod resistũt corruptiuo,certissimum est.¶Ad primum igitur argumẽtum respondetur q̃ probat res omnes corruptibiles se conseruare vel indirectè vel per hoc quod vna pars aliam perficit & conseruat in propria dispositione, & hoc probat secundum argumentum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Deus possit aliquid in nihilum redigere.

AD TERTIVM *sic procedi-* 1.Ver.q.5. *tur.Videtur,quòd Deus non pos-* ar.2.ad *sit aliquid in nihilum redigere.* 2. *Dionysius enim Augu.* in libro. 83. Di-* 6.Expo. *uersarum quæstionum,quòd Deus non est causa tendẽdi in non esse. Hoc autem contingeret si aliquam creaturam redigeret in nihilum.Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.* 9.1.ar.1. ¶2 *Præterea.Deus est causa rerũ vt sunt,* 2.9.11.a. *per suam bonitatem:quia vt Aug.† dicit in* 4.de *libro*

libro de doctrina christiana:Inquantũ Deus A *bonus est,sumus.Sed Deus non potest non esse bonus. Ergo non potest facere,vt res non sint. Quod faceret,si eas in nihilũ redigeret.*

¶ 3 *Præterea.Si Deus in nihilum aliqua redigeret , oporteret quod hoc fieret per aliquam actionem. Sed hoc non potest esse,quia omnis actio terminatur ad aliquod ens.Vnde etiam actio corrumpentis terminatur ad aliquid generatũ:quia generatio vnius est corruptio alterius. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.* B

SED contra est,quod dicitur Hiere.10. Corripe me Domine,veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.

RESPONDEO dicendũ, quod quidam posuerunt, quòd Deus res ineẽsse produxit agendo de necessitate naturæ. Quod si esset verũ, Deus non posset rem aliquã in nihilum redigeret,sicut non potest à sua natura mutari. Sed (sicut supra est habitum) hæc positio est falsa, & à fide catholica penitus* C *aliena,quæ confitetur Deũ res libera voluntate produxisse in esse , secundum illud Psal. Omnia quæcũq; voluit Dominus fecit. Hoc igitur q̃ Deus creatura esse communicat,ex Dei voluntate dependet,nec aliter res in esse conseruat, nisi inquantũ eis continuè influit esse , vt dictum est.*Sicut ergo antequã res essent,potuit eis non communicare esse,et sic eas nõ facere,ita postquã iam facta sunt, potest eis non influere esse,& sic esse desinerent: quod est eas in nihilum redigere.* D

AD primum ergo dicendum,quòd non esse nõ habet causam per se,quia nihil potest esse causa nisi inquantum est ens. Ens autẽ, per se loquendo , est causa essendi. Sic igitur Deus non potest esse causa tendẽdi in nõ esse. Sed hoc habet creatura ex seipsa,inquantũ est de nihilo.Sed per accidens Deus potest esse causa quòd res in nihilum reddigantur, subtrahendo scilicet suam actionem à rebus.

AD secundum dicendum , quòd bonitas E *Dei est causa rerum,non quasi ex necessitate naturæ(quia diuina bonitas non dependet ex rebus creatis) sed per liberam voluntatẽ. Vnde sicut potuit sine præiudicio bonitatis suæ res non producere in esse, ita absq; detrimento suę bonitatis potest res in esse non conseruare.*

AD tertium dicendum, quòd si Deus rẽ aliquam redigeret in nihilum, hoc non esset per aliquam actionem , sed per hoc quòd ab agendo cessaret.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua, & vniuersalis . Deus potest omnia in nihilum redigere. Ratio est, quia Deus creaturæ esse communicat voluntariè neque alter in esse cõseruat nisi inquantum eis continuè influit esse.

¶Secunda conclusio ad primum argumentum. Deus non potest esse causa per se sed per accidens , quod res in nihilũ redigantur. Ratio est, quia si res anihilaretur non procederet ex actione Dei,sed ex eo quod subtraheret Deus suam actionem. Hoc ipsum docet in solutione ad tertium.

¶Principalis conclusio certa est secundùm fidem & sufficienter probatur ex testimonijs adductis in hac quæstio. præsertim ex illo Sap. 11. Quomodo aliquid permaneret nisi tu voluisses & quod à te vocatũ non est conseruaretur?

COMMENTARIVM.

HIc articulus manifestus est per ea q̃ dicta sunt, Aduertat tamẽ vetus Thomista, quomodo vniuersaliter ipse Deus res omnes tam corruptibiles quàm incorruptibiles non aliter conseruet in esse quã secundum quòd Deus eis continuè influit delle tale.Cum hoc tamen stat rerum corruptio & generatio , per quas mutationes amittitur esse tale & acquiritur esse tale, nunquam tamen amittitur esse absolutè nisi per annihilationem , & nunquam acquiritur esse absolutè nisi per creationem, quia nulla est alia mutatio de esse ad non esse vel de non esse ad esse,sed de esse tale ad non esse tale, vel de non esse tale ad esse

se tale, semper itaque in huiusmodi mutationibus ipsum esse rerum absolutum quatenus per illum existunt extra nihil, & liberantur ne decidant in nihilum ipsi Deo continuè influentia referendum est.

¶ Neque putet aliquis ignoranter, duo esse reperiri in rebus corruptibilibus, alterum quod sit idem & perseueret in genito quod antea erat in corrupto, cuius sit causa diuina continuaq; influentia. Et alterũ quod de nouo consequitur ad formam geniti distinctum ab eo quod consequebatur a forma corrupti, sic enim distinguere esset maxima ignorantia. Nos autem iuxta veram Metaphysicam & doctrinam D.Tho. in omni substantia vnicũ esse agnoscimus existentiæ, quo existit suppositum & forma & materia simul: at vero in hoc esse existẽtiæ duo consideramus. Alterũ est, quod sibi competit secundum propriam rationẽ & vt ita dixerim, formaliter, & hoc est qd constituit rem extra nihil & formaliter facit ens, quod Metaphysice dicitur componi ex esse & essentia, & secundum hanc considerationem dicimus Deum solum cõseruare res in esse, qui solus potest eas educere de non-esse ad esse absolutè. Alterum verò quod consideratur in esse vniuscuiusque substantiæ non competit sibi formaliter secundum propriam rationem, sed secũdum quod recipitur in essentia vel natura rerum, hoc autem est quod limitatur non solum ad certam speciem sed ad singulare indiuiduum, & quasi induit conditiones eius in quo recipitur ata sanè vt corrupto subiecto non maneat idem esse numero, quod antea erat, sed aliud consurgat, quod consequitur formam geniti, sicut lumen sequitur diaphanum, & propterea non est anihilatio cum aliquid corrumpitur etiam si amittatur illud esse, eo quod virtute talis transmutationis consurgit aliud esse singulare, per quod res non redit in nihilum. Quòd si aliquis interroget quomodo est, continua influẽtia Dei cõseruantis res corruptibiles, ne in nihilum decidant, si dum res corrumpitur esse amittitur quo erat, & cõsurgit aliud in re genita? Etenim distinctio effectuum non videtur stare cum influentia Dei continua qua conseruat res corruptibiles. Respondetur quòd continuatio diuinæ influentiæ conseruantis res corruptibiles in esse, ne in nihilum decidant, non consideratur ex parte vnius continui effectus singularis (hinc enim variatur propter variam dispositionem materiæ, quæ est in potentia ad aliam formam) sed consideratur illa continuatio, quãtum est ex parte diuinæ virtutis, quæ continuè influit esse rebus etiam corruptibilibus quantum satis est, ne vnquam in nihilum redigantur, quanuis corrumpantur & generentur propter potentialitatem materiæ & differẽtiam agentium naturalium. Accipe exemplum quod alias memini me attulisse, si sol vno loco semper fixus maneret in deque totum hemisphærium diaphanum siue aerem siue aquam illuminaret ne vnquam tenebris obfuscaretur, tunc profectò vere diceremus, quod sol continuè influit lucem & illuminat omnem partem hemisphærij. At vero cum partes hemisphærij essent corruptibiles & adinuicem transmutabiles, v.g. si aqua mutaretur in aerem & aer in aquam, constat quod tunc non esset eadem lux numero in aqua & in aere genito ex illa, ad hunc igitur modũ ipse Deus, qui est lux per essentiam, omnia quæ sunt illuminat, cõmunicando eis esse per quod à tenebris nihili eripiuntur, & nihilominus cum hoc stat in veritate, quòd ipsæ res corruptibiles quæ imperfectius participãt diuinum esse propter imperfectionem materiæ transmutentur perseuerante diuina influentia ne trãsmutatio fiat in nihilum. Et sicut sol in prædicta hypothesi tantum illuminaret quantum opus esset ne aliqua pars hemisphærij tenebresceret, ita Deus de facto tantum influit, quantum cõtinuè satis est vt nulla res anihiletur, quod est taliter amittere esse vt terminus ad quem sit nihil. Considera ergo ingeniosè Theologe, esse rerum creatarum, inter duas causas positum. Alteram simpliciter efficientem ipsum esse absolute. Alteram materialem ex parte subiecti in quo recipitur, quod quidem est ipsarum rerum varia natura, ex illa quidem causa efficiente habet naturas rerum extra nihil formaliter educere, habet etiam formaliter conseruare creaturas quæ ex seipsis tendunt in non esse inquantum de nihilo sunt, vt acute dixit D. Tho. in solu-

in solutione ad primum argumentum. Item ex ipsa causa efficiente habet quod sit formalissimum omnium quæ sunt in creatura & respectu omnium se habet formaliter & sicut actus respectu porentiæ. Vt in superioribus in quæstio. 3. articu. 4. latè ostendimus. Cæterum ex parte eius in quo recipitur, limitatur: & mutationi manet subiectum per solam cessationem diuinæ influentiæ, quæ per accidens esset causa desitionis rerum etiam incorruptibilium & angelorum, causa per se esset ipsa natura rerum quæ per se tendit in nihilum, inquantum de nihilo est. Nota tamen differentiam inter esse corruptibilium & esse incorruptibilium, quoniam esse rerum corruptibilium dupliciter est mutabile, vno modo propter potentialitatem materiæ ad aliam formam ex actione agẽtis naturalis: & isto modo, quamuis res mutetur non tamen anihilatur. Altero modo per solam cessationem diuinæ actionis quæ non est causa per se vt dictum est, vt anihiletur sed potius ipsa natura habet rationem causæ per se, quia per se est anihilabilis, sicut per se de nihilo est, & hoc intrinsecè includit in sua definitione omnis creatura. Res autem quæ dicuntur incorruptibiles habent esse materiale tantum secundo modo per anihilationem, & est quasi illorum propria passio quòd sint anihilabiles. Hæc à me prolixius hoc in loco dicta sunt, quia vehementer desidero vt intelligatur, quantum creaturæ dependeãt è diuina virtute & omnipotentia quantum ad hoc quod sunt & operantur, quoniam ex hac Philosophia etiam manu ducimur ad intelligendam dependentiam creaturæ rationalis à diuina gratia & misericordia omnipotentis Dei in suis operationibus in ordine ad finem supernaturalẽ: etenim perditio, nostra est, at vero salus & rectitudo operationis ad illum finem, non ex nobis est, sed ex misericordia Saluatoris qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, sed de hoc alias.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

511

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd aliquid in nihilum redigatur. Finis enim respondet principio. Sed a principio nihil erat nisi Deus. Ergo ad hunc finem res perducentur, vt nihil sit nisi Deus. Et ita creatura in nihilum redigentur. 1.d.8.q. 9.art. 2. con. Et po.q 5. artic. 9. ad 1.

¶ 2 Præterea. Omnis creatura habet potentiam finitam. Sed nulla potentia finita se extendit ad infinitum. Vnde in 8. Physic.* probatur, quòd potentia finita non potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura potest durare in infinitum. Et ita quandoque in nihilum redigetur. tex. 78. tomo. 2.

¶ 3 Præterea Formæ & accidentia non habent materiam partem sui, sed quandoque desinunt esse. Ergo in nihilum redeuntur.

SED contra est, quod dicitur Ecclesiast. 3. Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in æternum....

RESPONDEO dicendũ, quòd eorũ, quæ à Deo fiunt circa creaturam, quædam proueniunt secundum naturalem cursum rerum, quadam vero miraculosè operatur præter ordinem naturalem creaturis inditum: vt infra dicetur.* Quæ autem facturus est Deus secundum ordinem naturalem rebus inditum, considerari possunt ex ipsis rerum naturis. Quæ vero miraculosè fiunt, ordinantur ad gratiæ manifestationem: secundum illud Apost. 1 ad Corint. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.... Et postmodum inter cætera subdit de miraculorum operatione. Creaturarum autẽ natura hoc demonstrant, vt nulla earum in nihilum redigatur. Quia vel sunt immateriales, & sic in eis non est potentia ad non esse: vel sunt materiales, & sic saltè remanẽt semper secundum materiam, quæ incorruptibilis est, vtpote subiectum existens generationis & corruptionis. Redigere etiam aliquid in nihilum, non pertinet ad gratiæ manifestationẽ, cùm magis per hoc diuina potentia & bonitas ordinetur seu ostendatur, quòd res in esse conseruat. Vnde simpliciter dicendum est q nihil omnino in nihilum redigetur. Q. sequẽti, art. 6.

AD primum ergo dicendum, quòd hoc A *q̃ res in esse producta sunt, postquam nõ fuerant, declarat potentiam producentis: sed q̃ in nihilum redigerentur, huiusmodi manifestationem impediret, cum Dei potẽtia in hoc maximè ostendatur, quòd res in esse cõseruat secũdum illud Apostoli Hebr. 1, Portans omnia verbo virtutis suæ.*

AD secundum dicendum, quòd potentia creaturæ ad essendum est receptiua tãtũ: sed potẽtia actiua est ipsius Dei, à quo est influxus essendi. Vnde q̃ res in infinitũ durent. B *sequitur infinitatem diuinæ virtutis. Determinatur tamen quibusdam rebus virtus ad manendũ tempore determinato, inquantum impediri possunt ne percipiãt influxum essendi, qui est ab eo. ex aliquo contrario agentes cui finita virtus non põt resistere tẽpore infinito, sed solum tempore determinato. Et ideo ea quæ non habent contrariũ, quãuis habeãt finitam virtutem, perseuerant in æternum.*

AD tertium dicendum, quòd formæ & C *accidentia non sunt entia completa, cùm nõ subsistant. sed quodlibet eorum est aliquid entis. Sic enim ens dicitur, quia eo aliquid est. Et tamen eo modo quo sunt, non omnino in nihilum rediguntur, non quia aliqua pars eorum remanet, sed remanet in potentia materiæ, vel subiecti.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est negatiua, quã probat D. Tho. ratione sumpta ex duplici capite. Videlicet ex ordine & cursu naturali rerum & ex ordine quem habent ad gratiam siue ad illius manifestationem, omnia sunt aperta in articulo.

COMMENTARIVM.

EX doctrina huius articuli poteris colli E gere irrationabilis sit opinio Scoti asserentis, in conuersione panis in corpus Christi, & vini sanguinem, esse anihilationem substantiarũ, etenim redigere aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem. Neque enim considerauit Scotus mutationem illam mirabilem non terminari ad nihilum sed potius vt contenti sub illis speciebus panis & vini, sit corpus & sanguis Domini. Quod sit in rebus naturalibus dum corrumpuntur, forma quæ desinit esse, omnino non dicitur anihilari, eo quod loco illius ex intentione agentis naturalis altera substituitur, quare non sufficiet in hac mirabili transmutatione, vt non dicatur substantia panis anihilari etiã si nihil de illa maneat, quòd ex intentione agentis illa mutatio non terminetur vt sit panis sub illis speciebus, sed ad hoc quod sit sub illis corpus & sanguis Christi ac proinde merito illa mutatio dicitur trãsubstantiatio, sicut in generatione naturali potest dici quod est quædam transformatio, quamuis non per omnia quadret exemplum.

¶ Quod si quis roget an conclusio huius articuli sit cerea secundum fidem, & adducat pro parte affirmatiua illud quod dicitur Ecclesiast. 3. Didici quod omnia opera quæ fecit Deus perseuerant in æternum? Respondetur, q̃ hoc testimonium non necessario concludit conclusionem esse certam secundum fidem, quoniam illud testimonium sufficienter explicatur de operibus Dei quæ ab initio fecit Deus, quæ omnia quantum ad species suas perseuerãt in æternum, hoc est, vsque in finem mundi, tunc enim cessabunt species rerum corruptibilium & mixtarum præter hominem D qui liberabitur à seruitute corruptionis. Certum asserere quod aliquod individuũ nõ perseueret nunc, siue per corruptionem naturalem siue per anihilationẽ siue per trãsubstãtiationem nihil attinet ad fidem, co vel maximè quod panis sub forma panis non est creatus à Deo, sed ex arte applicãdo actiua passiuis efficitur ab hominibus.

QVAESTIO. CV.

De mutatione creaturarum à Deo.

DEINDE considerandum est de secundo effectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio creaturarum. Et primo de mutatione creaturarum à Deo. Secundo, de mutatione vnius creaturę ab alia.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm Deus possit immediatè mouere materiam ad formam.

Vt habetur q. 1. de act. cou.

Aristo. 7. Metaph. text. 28. com. 3.

AD PRIMVM sic procedi B tur. Videtur, quòd Deus non possit immediatè mouere materiam ad formã. Sicut enim probat Philosophus in 7. Metaphy. * formam in hac materia nihil facere potest, nisi forma quæ est in materia: quia simile facit sibi simile in materia. Sed Deus non est forma in materia, ergo nõ potest causare formam in materia.

¶ 2 Præterea. Si aliquod agẽs se habeat ad multa, nullum eorum producet nisi determinetur ad vnũ per aliquid aliud: vt enim dicit in 3. de Anima dicitur, * vniuersalis opinio non mouet nisi mediante aliqua particulari apprehensione. Sed virtus diuina est vniuersalis causa omnium. Ergo non potest producere aliquam particularem formam, nisi mediante aliquo particulari agente.

¶ 3 Præterea. Sicut esse commune dependet à prima causa vniuersali: ita esse determinatum dependet à determinatis causis particularibus, vt supra habitum est. * Sed determinatum esse alicui rei est propriam eius formam. Ergo propriæ rerum formæ non producuntur à Deo, nisi mediantibus causis particularibus.

SED contra est, quod dicitur Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

RESPONDEO dicendum, q̃ Deus immediatè potest mouere materiam ad formam: quia ens in potentia passiua reducitur de potest in actum a potentia actiua, quæ eam sub sua potestate continet. Cùm igitur materia contineatur sub potestate diuina, vtpote à Deo producta, potest reduci in actum per diuinam potentiam. Et hoc est moueri materiam ad formam: quia forma nihil est aliud quam actus materię.

AD primum ergo dicendum, quòd effectus aliquis inuenitur assimilari causæ agenti dupliciter. Vno modo secundum eandem speciem, vt homo generatur ab homine, & ignis ab igne. Alio modo secundum virtualẽ continentiam: prout scilicet forma effectus virtualiter cõtinetur in causa. Et sic animalia ex putrefactione generata, & plantæ & corpora mineralia assimilantur soli & stellis, quorum virtute generantur. Sic igitur, effectus causæ agenti similatur secundum totum illud ad quod se extendit virtus agentis. Virtus autem Dei se extendit ad formam, & materiam, vt supra habitum est.* Vnde com- Q. 44. ar positum quod generatur, similatur Deo se- ti. 1. & 2. cundum virtualem continentiam, sicut similatur compositum generanti per similitudinem speciei. Vnde sicut compositum generans potest mouere materiam ad formam, generando compositum sibi simile: ita & Deus. Non autem aliqua alia forma non in materia existens, quia materia non continetur in virtute alterius substantiæ separatæ. Et ideo demones & angeli operantur circa hæc visibilia: C non quidem imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina.

AD secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si Deus ageret ex necessitate naturæ. Sed quia agit per voluntatem & intellectum, qui cognoscit rationes propriæ omnium formarum, & nõ solum vniuersales: inde est q̃ potest determinatè hanc, vel illam formã materiæ imprimere.

AD tertium dicendum, hoc ipsum quòd D causa secunda ordinantur ad determinatos effectus, est illis a Deo. Vnde Deus quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest etiam determinatos effectus producere per seipsum sine quocunque alio.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmatiua. Ratio huius est quia materia quæ est E potentia ad formam continetur sub potestate diuina si quidem à Deo producta est ergo potest reduci in actum per diuinam potentiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa conclusionem vtrum materiam possit immediatè mouere creatura ad formam an vero proprium sit Dei?

¶Arguitur primò & probatur quòd non sit proprium Dei.

¶Ignis dum generat ignem, immediatè mouet materiam ad formam ignis, ergo &c. Probatur antecedens. Quia inter ignē generantem & ignem genitum non mediat alia causa efficiens, ergo ipse ignis est causa immediata & proxima introducens formam in materiam, quod est mouere materiam ad formam, sicut dicit D.Tho. in articulo ergo &c.

¶Arguitur secundo, causæ vniuersales quales sunt angeli & cœlestia corpora inducunt aliquas formas in materiam non mediantibus alijs causis. v.g. dum producuntur aliqua animalia imperfecta ex putrefactione terræ per solam virtutem actiuam cœlestium corporum: ergo immediatè inducunt formam in materiam, ac per consequens mouent materiam ad formam: nō igitur est proprium Dei.

¶Arguitur tertio contra rationē D.Thomæ. Ex eo quod materia contineatur sub potestate diuina non magis colligitur q̄ Deus possit per seipsum immediatè inducere formam in materiam, quàm quod possit seruare materiam absque vlla forma, sed hoc non colligitur vtpote impossibile secundum opinionem D. Thomæ, ergo neque illud.

¶Pro solutione huius dubij nota, q̄ particula, immediatè, idem significat atq; sine media causa vt patet ex ipso discursu articuli, maximè ex solutione ad primum, q̄ autem dicimus sine media causa dupliciter pōt intelligi, vno modo sine media causa efficiente, altero modo sine media dispositione q̄ naturaliter requisita est ad vnionem formæ specificæ cum materia. Rursus sine media huiusmodi dispositione adhuc dupliciter pōt intelligi vno modo sine dispositione media qua prius tempore disponitur materia ad formam, secundum ordinem naturalis generationis, altero modo sine omne prorsus dispositione etiam concomitāte vnionem formæ cū materia.

PRima conclusio. Non est propriū Dei posse immediatè mouere materiam ad formam aliquam, si immediatè tantum excludat mediam causam efficientem. Probatur, quia mus genitus ex putrefactione terræ non habet aliam causam mediam efficientem præter cœlestia corpora vt mouētur ab angelis. Imò omnes causæ inferiores vniuocæ immediatè mouent materiā ad formam, hoc est non mediante alia causa efficiente.

¶Secunda cōclusio. Deus potest isto modo etiam immediatè mouere materiam ad formam. Hæc conclusio efficienter probatur ratione D.Tho. & ex discursu solutionis ad primum argumentum vbi ait, quòd sicut compositum generans potest mouere materiam ad formam generando compositum sibi simile, ita & Deus. Probatur etiam ex ratione conclusionis articuli sequentis, quia Deus potest per seipsum facere omnes determinatos effectus qui fiunt per quamcunque causam creatam, vbi loquitur de efficiente.

¶Tertia conclusio. Soli Deo competit vniuersaliter quamlibet formam in materiam sine media causa efficiente posse inducere, & mouere materiam ad omnē formā. Hæc plane colligitur ex D. Tho. in solutione ad primū argumentū, vbi ait, quòd nulla forma quantumlibet separata à materia potest generare compositum mouendo materiam ad formam, & rationē assignat, quia materia non continetur virtute alterius substantiæ separatæ, & ideo (inquit) dæmones & angeli operantur circa hæc visibilia non quidem imprimendo formas sed adhibendo corporalia semina, vel vt nos solemus dicere applicando actiua passiuis. Item probatur conclusio, quia si talis potētia esset in angelis & motu cœlestium, iam videremus multa animalia perfecta produci absq; actione aliorum animalium. v.g. experti fuissemus equos produci absq; virtute seminali & ordine generationis quæ experientia constat.

¶Quarta conclusio. Proprium est Dei posse inducere formam in materiam vel sine præuijs dispositionibus vel etiam sine concomitantibus. Hanc conclusionem pro prima parte probat testimonium quod in

in argumento sed contra, citatur Gen. c. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Quod quidē nulla creatura facere potest, quamuis homo possit generare hominem per virtutem seminalem efficiendo dispositiones connaturales ad vnionem animæ cū corpore. Deinde probatur ratione Physica. Forma non potest de nouo introduci in materiam, nisi alia forma excludatur, at vero alia forma excludi non potest, nisi dispositiones propriæ illius per motum contrarium excludantur, at nullum agens naturale potest destruere dispositiones præcedentes nisi inducendo per motum contrarias dispositiones, solus autem Deus potest vno instanti omnes illas dispositiones simul excludere & alias inducere, ergo &c.

¶Pro altera vero parte facile probatur conclusio. Patet enim quod si Deus conseruat accidentia sine materia & forma panis posset etiam panem conseruare vel producere absque omni accidenti. Quod autem hoc nulla creatura nisi fortè instrumentaliter possit facere etiam de potentia Dei absoluta, manifestum est, quoniam talis effectus excedit omnem proportionem virtutis creatæ.

¶Quinta conclusio. Quamuis prædictæ conclusiones omnes veræ sint, tamen conclusio principalis D.Thomæ videtur intelligenda iuxta sensum secundæ & tertiæ cōclusionis vt ex probationibus earum potest colligi, fuit enim intentio D.Thomæ in hoc articulo ostendere, quòd Deus non indigeat ad mouendum materiam ad formam vniuersaliter aliqua media causa vel corporali vel spirituali, sicut indigent aliæ substantiæ separatæ vt moueant materiam ad formam, & si attente legatur ratio articuli cùm solutione ad primum, videtur esse manifestum hanc fuisse intentionem D.Thomæ.

AD primum argumentum respondetur, quòd probat primam conclusionem nostram, sed nihil efficit contra tertiam. Cæterum vtrum animalia quæ generantur ex putrefactione terræ non habeant aliam causam efficientem mediam præter cœlestia corpora & virtutem angelorū mouentium corpora cœlestia, posset aliquis dubitare. Etenim dispositiones necessariæ quæ prius tempore præcedunt ad excludendas contrarias, necesse est quod habeant causā efficientem præter influxū corporum cœlestiū, alias vbiq; āalia pullularent. Respōdetur tamen breuiter, quod quamuis medient aliquæ causæ efficientes aliquas qualitates per quas cōtrarię expelluntur, & paulatim materia disponitur quantū satis est, vt introducatur forma animalis imperfecti, tamen illæ causæ illarū qualitatū, non respiciūt per se ad mouendā materiam ad formam illius viuentis, neque enim sunt causæ vniuocæ neq; æquiuocæ respectu viuentis si quidem sunt imperfectiores viuente. Habent igitur rationem causæ respectu quarundam qualitatum quæ per accidens coniunguntur ad cōpletam complexionē tam imperfecti viuentis, huiusmodi autē causæ possunt esse aer & terra & aqua, quatenus ad inuicem agunt & corrumpuntur ita vt ex illis fiat aliquod mixtum cū quibusdam exhalationibus calidis & humidis circa quas cœlestium corporum influentia taliter determinetur vt ex illis generetur viuens imperfectum. Veruntamen eo ipso quod viuens est, non potest referri tanquā ad causam efficientem principalem ad influentiam cœlestium corporum secundum se, sed quatenus instrumenta sunt angeli motoris viuentis. Neque rursus ipse angelus se solo posset mouere materiam ad talem formam nisi mediante semine vel aliquo quod habet vicem seminis propter virtutem quam Deus naturæ autor dedit elementis, quæ adinuicem varijs modis agūt & repaciuntur, ita vt aliquando ad huiusmodi imperfecta viuentia producenda cōsurgat quædam complexio qualitatū quæ habeat vicem seminis quod in tali specie imperfecta inuenitur. Ad secundum argumentū patet ex dictis. Ad tertium nego maiorē. Imo vero quod Deus possit immediatè inducere formam in materiam, optimè colligitur ex eo quod materia quæ secundū se potentia est cōtinetur sub diuina potestate. Et ratio huius est, quia materiam contineri sub potestate actiua nihil aliud est, quā quod per illā potestatē tanquā per causam efficientem reducatur ad actum, at vero quod conseruetur sine actu ad quē habet intrinsecam & essentialem dependentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentiam, non pertinet ad virtutem actiuã etiam infinitam, quia potius esset imperfectio illius virtutis actiuæ quod per seipsam formaliter suppleret dependentiam materiæ ad formam, tunc enim Deus reciperetur in subiecto & ex materia efficeretur vnum per se. Quapropter ex illa continentia materiæ sub potestate diuina, non colligitur quòd Deus possit conseruare materiam sine forma: sed solũ sequitur quod possit illam anihilare non actuando illam per aliquam formam.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Deus possit immediatè mouere aliquod corpus.

513 Opusc. 10.ar.1. & 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q Deus non possit immediatè mouere aliquod corpus. Cùm enim mouens & motũ oporteat esse simul, vt probatur in 7. Physicor. oportet esse contactum quendam mouẽtis & moti. Sed non potest esse contactus Dei, Cap. 1. à medio lius. *& corporis alicuius. Dicit enim Dionys.* in 1.c. de diuin. nomi. quòd Dei non est aliquis tactus. Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.*

¶ 2 Præterea. Deus non mouens non mouens. Tale autem est appetibile apprehensum. Mouet igitur Deus sicut desideratum et apprehensum. Sed non apprehenditur nisi ab intellectu, qui non est corpus nec virtus corporis, ergo Deus non potest mouere aliquod corpus immediatè.

Libro. 8. Phy. tex 79. to. 2. *¶ 3 Præterea. Philosophus probat in 8. Physi.* quòd potentia infinita mouet in instãti. Sed impossibile est aliquod corpus in instãti mouere: quia cùm omnis motus sit inter opposita, sequeretur q duo opposita simul inessent eidem, quod est impossibile. Ergo corpus non potest immediatè moueri à potentia infinita. Potentia autem Dei est infinita. vt supra habitum est.** Q. 25. ar tic. 2. *Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.*

SED contra. Opera sex dierum Deus fecit immediatè, in quibus continetur motus corporũ, vt patet per hoc quod dicitur Gene. 1. Congregentur aqua in locum vnum. Ergo Deus immediate potest mouere corpus.

RESPONDEO dicendum, quòd erroneũ est dicere Deum non posse facere per seipsũ, omnes determinatos effectus qui fiunt per quamcunque causam creatam. Vnde cùm corpora moueãtur immediatè à causis creatis, nulli debet venire in dubiũ, quin Deus possit mouere immediatè quodcunque corpus. Et hoc quidem consequens est ad ea quæ supra dicta sunt. Nã omnis motus corporis cuiusc-* Ar. 7. ha 1us q. *cunq;, vel consequitur formam aliquam, sicut motus localis grauium & leuium consequitur formam quæ datur à generante, ratione cuius generans dicitur mouens: vel est via ad formam ignis. Eiusdem autem est imprimere formam & disponere ad formam & dare motum consequentem formam. Ignis enim non solum generat alium ignem, sed etiam calefacit, & sursum mouet. Cum igitur Deus possit immediatè formam materiæ imprimere, consequẽs est, vt possit secundum quemcunque motum corpus quodcunque mouere.*

AD primum ergo dicendum, quòd duplex est tactus scilicet corporalis, sicut duo corpora se tangunt: & virtualis sicut dicitur q cẽ tristans tangit contristatum. Secundũ igitur primum contactũ, Deus, cùm sit incorporeus, nec tangit, nec tangitur, secũdum autem virtualem contactum tangit quidem mouendo creaturas, sed non tangitur: quia nullius creaturæ virtus naturalis potest ad ipsum pertingere. Et sic intellexit Dionys. quòd non est tactus Dei, vt scilicet tangatur.

AD secundum dicendum, quòd mouet Deus sicut desideratum, & intell. Etũ. Sed nõ oportet q semper moueat, sicut desideratum & intellectum ab eo quod mouetur: sed sunt desiderata & motum à seipso, quia omnia operatur propter suam bonitatem.

Libro 8. Phy. tex 78. 79. & 80. to 2. *AD tertium dicendum, cuòd Philosophus in 8. Physic.* intendit probare quòd virtus primi motoris non sit virtutis magnitudinis, tali ratione. Virtus primi motoris est virtus infinita. Quod probat per hoc quòd potest mouere tempore infinito, virtus autem infinita si esset in aliqua magnitudine, moueret in nõ tempore: quod est impossibile. Ergo oportet q infinita virtus primi motoris sit nõ in magnitudine. Ex quo patet, quòd corpus mouens in non tempore, non consequitur nisi virtutẽ infinitã in magnitudine. Cuius ratio est, q. omnis*

omnis virtus quę est in magnitudine, mouet secundum se totam, cùm moueat per necessitatem naturæ. Potentia autem infinita improportionabiliter excedit quamlibet potentiam finitam. Quanto autem maior est potentia mouentis, tanto est maior velocitas motus. Cum igitur potentia finita moueat tempore determinato, sequitur quod potentia infinita non moueat in aliquo tempore: quia cuiuscunque temporis ad aliud tempus est aliqua proportio. Sed virtus quæ non est in magnitudine, est virtus alicuius intelligentiæ, qui operatur in effectibus, secundum quod eis conuenit. Et ideo cum corpori non possit esse conueniens moueri in non tempore, non sequitur quod moueat in non tempore.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Nulli debet venire in dubium quin Deus possit mouere immediate quodcunque corpus. Hanc probat D. Thomas dupliciter. Primo quia erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus qui fiunt pet quamcunque causam creatam sed corpora mouentur immediatè à causis creatis, ergo &c.

¶Secundo probat ratione. Deus Potest immediatè formam materiæ Imprimere, ergo potest secundum quemcunque motum corpus quod cunque mouere. Antecedens patet ex articulo præcedenti. Consequentia vero probatur. Nam omnis motus corporis cuiuscunque vel consequitur formam vel est via ad formã aliquam, sed eiusdem est imprimere formam & disponere ad formam & dare motum consequentem ad formam, ergo &c.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo. An conclusio sit certa secundum fidem, & ratio dubitandi est, quia D. Thom. non videtur eam probare sufficienti testimonio adducto, quia locus ille Gene. Congregentur aquæ in locum vnum, poterit explicari ita vt ministerio angelorum congregatæ sint aquæ in locum vnum, quemadmodum multa dicuntur in veteri testamento facta fuisse à Deo, quæ tamen ministerio angelorum adimpleta sunt. v.g. lex vetus dicitur à Deo tradita fuisse Moysi, & tamen Apostolus dicit quod fuit data per angelos in manu mediatoris.

¶Respondetur tamen breuiter, secundũ communem intelligentiam, q opera sex dierum ipse Deus absque ministerio angelorum fecerit, distinxerit, & ornauerit, ac proinde non est eadem ratio de illis operibus quæ etiam si narrentur facta vel dicta fuisse ab ipso Deo tamen ex alijs Sacræ scripturæ locis constat angelorum ministerio fecisse. Deinde D. Thom. erroneum esse iudicat & diuinæ omnipotentiæ derogatiuum, negare Deum posse facere per seipsum effectus qui fiunt per quamcunque causam creatam. Vnde quod contrarium est rationi naturali circa Deum, consequẽter contrariatur fidei quæ quasi præambulum præsupponit vnicum esse Deum, & qualem naturalis ratio ostendit esse. Quapropter omnia quæ derogant diuinæ potestati secundum naturalem rationem, erronea consequenter sunt & contra fidem.

DVbitatur secundo. Vtrum omnia quæ Deus potest facere per causas secundas, possit facere se solo.

¶Arguitur pro parte negatiua. Deus efficit per causam secundam visionem, scilicet, mediante potentia visiua animalis, & tamen non potest per seipsum immediatè efficere illam visionem, ergo falsa est illa maxima.

¶Respondetur & sit prima conclusio. Quod illa maxima non est intelligenda de causa materiali vel formali: Deus enim per seipsum non potest esse materia vel forma alicuius compositi, quia hoc esset maxima imperfectio, esset enim Deus pars totius vel reciperetur in subiecto. Qđ si quis obijciat quod Verbum diuinum de facto per semetipsum supplet vicem causæ formalis dum communicat existentiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam humanitati quam assumpsit, etenim humanitas illa nisi assumeretur à verbo, existeret formaliter per quandam existentiam receptam tanquam in subiecto in ipsa humanitate, Verbum autem diuinum facit illam humanitatem existere, qui est effectus formalis existentiæ creatę per propriam existentiam infinitam. Similiter diuina essentia vnitur intellectui beato per modum formæ intelligibilis supplens per semetipsam officium speciei intelligibilis, quà veluti forma inhærenti vtitur intellectus in aliarum rerum cognitione, ergo &c.

¶Ad has obiectiones breuiter respondetur (non enim est præsentis loci prolixior examinatio) ꝙ diuina verbi existentia humanitati communicata non magis habet rationem formæ quàm personalitas, sed solum terminat humanitatem quàtum ad dependentiam quam aliàs haberet à personalitate & existentia finita. Quod autem existentia creaturarum habeat aliquam rationem formę quæ recipitur in essentia; hoc competit ei propter iuam imperfectionem quia limitabilis est ex parte subiecti. Quantum vero ad hoc quod terminat potentialitatem essentiæ vt essentia sit extra nihil, bene potest suppleri per existentiam infinitam verbi absque aliqua iniuria diuinitatis. Cętetum quod attinet ad rationem speciei intelligibilis quam supplet diuina essentia in intellectu beatorum, abunde satis dictum est supra quæstione 12. artic. 2. dubio 2.

¶Secunda conclusio. Illa maxima intelligẽda est de causa efficiẽte, cuius ratio est manifestissima. Quia omne agens agit inquantum est in actu, sed Deus continet in se infinito modo formaliter vel eminenter omnem actualitatem causarum efficientium, ergo ipse potest efficere omnem effectum quem potest producere agens creatum.

¶Tertia conclusio. Deus per seipsum non potest producere actiones vitales pro vt sunt in creaturis. Ratio huius est. Quia quanuis huiusmodi actione vitales habeat principium efficiens ipsas potentias vinentium, tamen in propria ratione important, quòd sint quasi formæ immanẽtes in principijs elicitiuis, ac propterea implicat contradictionem, quòd Deus per seipsum sentiat, ac per consequens quòd per seipsum producat visionem. Sunt tamen Theologi qui vellint dicere, quòd Deus possit producere per seipsum visionem inquantum est quoddam accidens, non tamen, inquantũ est actio vitalis. Sed tamen vix intelligo, imo nullo modo percipio quomodo illud accidens non pertineat ad aliquam speciẽ, quod si pertinet erit actio vitalis circa aliquod obiectum sensibile. Nullo igitur modo illud accidens quod est sensatio potest conseruari sine sensu vel de nouo produci per aliquam potentiam nisi mediante sensu.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Deus moueat immediatè intellectum creatum.

514

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd Deus nõ moueat immediate intellectũ creatum. Actio enim intellectus est ab eo in quo est. Non enim transit in exteriorem materiam, vt dicitur in 9. Metaphy.* Actio autem eius quod mouetur ab alio, non est ab eo in quo est, sed à mouente. Non ergo intellectus mouetur ab alio. Et ita videtur quòd Deus non possit mouere intellectum. li. 9. tex. 16. to. 3.

¶ 2 Præterea. Illud quod habet in se sufficiens principium sui motus, non mouetur ab alio. Sed motus intellectus est ipsum intelligere eius: sicut dicitur quod intelligere vel sentire est motus quidam, secundum Philosophum in 3. de Anima.* Sufficiens autem principium intelligendi est lumen intelligibile indutum intellectui. Ergo non mouetur ab alio. Li. 3. de anima tex. 28 tom. 2.

¶ 3 Præterea. Sicut sensus mouetur a sensibili, ita intellectus ab intelligibili. Sed Deus non est intelligibilis a nobis, sed nostrum intellectum excedit. Ergo Deus non potest mouere nostrum intellectum.

SED cõtra, doceus mouet intellectum addiscentis. Sed Deus docet hominem scientiã, sicut dicitur in Psal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

RE-

RESPONDEO dicendum, quòd sicut in motibus corporalibus mouens dicitur, quod dat formam, quæ est principium motus: ita dicitur mouere intellectum, quod causat formam, quæ est principium intellectualis operationis, quæ dicitur motus intellectus. Operationis autẽ intellectus est duplex principium in intelligẽte. Vnum scilicet, quod est ipsa virtus intellectualis, quod quidem principium est etiam in intelligente in potentia. Aliud autẽ est principiũ intelligendi in actu, scilicet similitudo rei intellectę in intelligẽte. Dicitur ergo aliquid mouere intellectũ, siue det intelligenti virtutem ad intelligendum, siue imprimat ei similitudinem rei intellecta. Vtroque autem modo Deus mouet intellectum creatum. Ipse est enim est ipsum primum ens immateriale. Et quia intellectualitas consequitur immaterialitatem, sequitur quòd ipse sit primum intelligens. Vnde cum primum in quolibet ordine sit causa eorum quæ consequuntur, sequitur quod ab ipso sit omnis virtus intelligendi. Similiter cũ ipse sit primũ ens, & omnia entia præexistãt in ipso sicut i prima causa, oportet quod sint in eo intelligibiliter secundum modum eius. Sicut enim omnes rationes rerum intelligibiles primo existunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus, vt actu intelligant: sic etiam deriuantur in creaturas, vt subsistant. Sic igitur Deus mouet intellectum creatum inquantum dat ei virtutem ad intelligendum vel naturalem, vel superadditam, & inquantum imprimit ei species intelligibiles: & vtrunqua tenet, & conseruat in esse.

AD Primum ergo dicendum, quod operatio intellectualis est quidem ab intellectu, in quo est sicut a causa secunda, sed a Deo sicut a causa prima. Ab ipso enim datur intelligenti quod intelligere possit.

AD secundum dicendum, quod lumen intellectuale simul cum similitudine rei intellectæ est sufficiens principium intelligendi secundarium tamen et ab ipso primo principio dependens.

AD tertium dicendum, quòd intelligibile mouet intellectum nostrum, inquantum quodammodo imprimit ei suam similitudinem, per quam intelligi potest. Sed similitudines, quas Deus imprimit intellectui creato, non sufficiunt ad ipsum Deum intelligendum per essentiam, vt supra habitum est. Vnde mouet intellectum creatum, cum tamen non sit ei intelligibilis: vt dictum est.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmatiua. Ratio est, quia Deus dat ei virtutem ad intelligendum & imprimit ei species intelligibiles & vtrunque seruat in esse.

COMMENTARIVM.

DVbitatur in hoc articulo. An sit vera conclusio, & ratio eius bona.

¶Arguitur primo pro parte negatiua. Quoniam conclusio videtur necessario intelligenda de motione diuina qua deus immediatè mouet intellectum, sed ratio non probat ꝙ Deus immediatè moueat intellectum: ergo nõ est bona. Probatur minor. Quia pari ratione colligeretur ꝙ Deus immediatè mouet alias creaturas corporales quibus omnibus dat esse & virtutem quæ consequitur formam & omnia conseruat in esse. Consequens autem est falsum vt patet, & contra intentionem D. Thomæ, qui aliquid speciale voluit ostendere de diuina motione circa intellectum creatũ, quod non est commune motioni rerum corporalium. Confirmatur. Quia neq; in toto discursu articuli neque in solutionibus argumentorum mentionem fecit illius partieulæ immediatè, ergo solum concludit quòd Deus mouet intellectum.

¶Arguitur secundo. Ratio articuli solũ videtur procedere de intellectu angelico, ergo vel conclusio vniuersalis est falsa vel ratio articuli nulla est. Probo antecedens. Quoniam Deus non imprimit species intelligibiles humano intellectui per semetipsum immediatè, sed homo acquirit virtute luminis agentis intellectus per abstractionem à phantasmatibus vt supra dictum est q. 79. ergo Deus non per semetipsum imprimit tales species ac proinde nõ colligitur quod moueat intellectum humanum.

Arguitur

¶Arguitur tertio. Ipse intellectus creatus causa efficiens est propriæ intellectionis, ergo implicat contradictionem, quod Deus immediatè moueat intellectum creatum ad actionem intelligendi: si quidem ipsa virtus intellectiua concurrit tanquam causa media ad intelligendum.

¶Arguitur quarto contra comparationem quam facit inter corporalia & spiritualia, videlicet, quod sicut in motibus corporalibus illud dicitur moueus, quod dat formam quæ est principium motus: ita dicitur mouere intellectum quod causat formam quæ est principium intellectualis operationis. Est argumentum. Equus generans equum dat illi formam & tamen non mouet equum genitum ad operationes omnes vitales. v. g. ad sentiendum ad currendum &c. ergo ratio D. Thomæ fundatur in falso principio.

¶Ad dubium quod est literale, breuiter respondendum est. Quod D. Thomas loquitur in hoc articulo vniuersaliter de intellectu creato, & de motu qui est intellectuali operatio, vt ipsemet expresiè dicit in principio articuli. Ratio etiam D. Thomæ vniuersalis est. Hæc autem omnia manifesta sient, si argumentis in oppositum fecerimus satis.

¶Ad primum igitur argumentum concedo maiorem & nego minorem, ad probationem negatur sequela, non enim eadem est ratio. Quoniam non omnibus creaturis corporalibus Deus immediatè dat formam, sed mediantibus causis secundis. At vero formam intellectiuam Deus immediatè mouet cœlos quos immediatè fecit per seipsum & conseruat. Consequens est falsum, si quidem mouet mediantibus angelis. Respondetur nego sequelam. Ratio est quia motus localis non sequitur ad formam cœli tanquam à principio actiuo vel radicali, sed mere ab extrinseco mouetur cœlum, quamuis habeat in se formam quæ est principium mere passiuum illius motus. Ad confirmationem respondetur, quòd fortassis mẽdum est in titulo articuli, quia non oportebat adijcere illam particulam immediatè sicut neque apponitur in articulo sequenti vbi similiter quærit, vtrum Deus possit mouere voluntatem creatam. Hic autem sufficiebat intentioni D. Thomæ, quòd Deus probaretur mouere intellectum & voluntatem. Cæterum in q. 111. articu. 1. & 2. ostendit. Quòd neque angeli possint mouere directè intellectum aut voluntatem, veruntamen si ratio Diui Thomæ in articulo attentè consideretur, probat profectò non solum, quòd Deus moueat intellectum, sed etiam quòd immediatè moueat, si quidem immediatè dat formam & virtutem intellectiuam, & hæc ipsa immediatè in esse conseruat.

¶Ad secundum argumentum nego antecedens. Ad probationem respondetur. Quod ad efficaciam rationis D. Thomæ, sufficiebat quòd ipsa potentia intellectiua immediatè produceretur à Deo & conseruaretur. Inde enim sufficienter concludit quòd Deus immediatè mouet intellectum ad operationem. Quod autem adiecit, Quòd Deus imprimit ei species intelligibiles, intelligendum est non vniuersaliter sed permissiue, dedit enim angelis species intelligibiles impressit, cæterum quod alij homines à phantasmatibus virtute luminis intellectus agentibus abstrahant species intelligibiles quæ recipiuntur in intellectu possibili, non impedit quominus ipse intellectus possibilis immediatè moueatur à Deo ad operationem, propterea quod ipsæ species intelligibiles, quamuis in fieri dependentiam habuerint ab intellectu agente, tamen in conseruari non dependent nisi à subiecto quod immediatè conseruaretur à Deo.

¶Respondetur secundo: sicut etiam dicemus in solutione ad tertium, quòd cum D. Thomas inquit, quòd Deus mouet intellectum etiam si intelligat immediatè, non excludit quominus ipsemet intellectus concurrat effectiuè ad suam operationem. Sed quia intellectus aliquando est in potentia aliquando in actu, voluit ostendere D. Thomas, quod à solo Deo tanquam à causa extrinseca reducitur in actum, cæterum modo non distinguit inter intellectum agentem & intellectum possibilem, quoniam intellectus agens datus est homini in adiutorium intellectus possibilis, nihilominus ipsemet intellectus agens non semper agit, & quando agit à nullo alio mouetur

mouetur nisi à Deo. Atque hoc pacto doctrina huius articuli extenditur suo modo ad intellectum humanum.

¶Ad tertium argumentum patet ex dictis.

¶Ad quartum argumentum respondetur. Quòd sensus Diui Thomæ in illa comparatione est, quòd quemadmodum qui causat formã ad quam sequitur quasi per simplicem resultantiam aliquis motus. v. g. sicut ad formam grauis sequitur motus deorsum eo ipso quod causat formam grauitatem etiam motum illum, ita imo multo magis in spiritualibus agens quod est causa formæ non solum quantum ad esse, causabit etiam omnem motum rei spiritualis, ergo cum Deus causet virtutem intellectiuam & quantum ad fieri, & quãtum ad esse, consequens est vt causet etiam ipsam intellectionem. Hæc doctrina magis explicatur articulo sequenti.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm Deus possit mouere voluntatem creatam.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd Deus non possit mouere volũtatem creatam. Omne enim quod mouetur ab extrinseco cogitur. Sed voluntas non potest cogi. Ergo non mouetur ab aliquo extrinseco. Et ita non potest moueri à Deo.

¶ 2 Præterea. Deus non potest facere quòd contradictoria sint simul vera. Hoc autem sequeretur si voluntatem moueret. Nã voluntatem moueri est ex se moueri, & non ab alio. Ergo Deus non potest voluntatem mouere.

¶ 3 Præterea. Motus magis attribuitur mouenti, quàm mobili. Vnde homicidium nõ attribuitur lapidi, sed proijcienti. Si igitur Deus moueat voluntatem, sequitur, quòd opera voluntaria non imputentur homini ad meritum, vel demeritum. Hoc autem est falsum. Non igitur Deus mouet voluntatem.

SED contra est, quod dicitur Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere.

RESPONDEO dicendum, quod sicut intellectus, vt dictum est, * mouetur ab obiecto, & ab eo qui dedit virtutem intelligẽdi: ita voluntas mouetur ab obiecto quod est bonum, & ab eo qui causat virtutem volendi. Potest autem voluntas moueri, sicut ab obiecto, à quocunque bono, non tamen sufficienter & efficaciter nisi à Deo. Non enim sufficienter aliquid potest mouere aliquod mobile, nisi virtus actiua mouentis excedat vel saltem adæquet virtutem passiuam mobilis. Virtus autem passiua voluntatis se extendit ad bonum in vniuersali. Est enim eius obiectum bonum vniuersale, sicut & intellectus obiectum est ens vniuersale. Quodlibet autem bonum creatum est quoddam particulare bonum, solus autem Deus est bonum vniuersale. Vnde ipse solus implet voluntatem, & sufficienter eam mouet, vt obiectum similiter autem & virtus volendi à solo Deo causatur. Velle enim nihil aliud est, quàm inclinatio quadam in obiectum voluntatis, quod est bonum vniuersale est primi motoris, cui proportionatur vltimus finis sicut in rebus humanis dirigere ad bonum commune est eius qui præest multitudini. Vnde vtroque modo proprium est Dei mouere voluntatem, sed maximè secundo modo, interius eam inclinando. Art. præc.

AD primum ergo dicendum, quòd illud quod mouetur ab altero, dicitur cogi si moueatur contra inclinationem propriam: sed si moueatur ab alio, quod sibi dat propriam inclinationem, non dicitur cogi. Sicut graue cùm mouetur deorsum à generãte, non cogitur. Sic igitur Deus mouendo voluntatem, non cogit ipsam: quia dat ei eius propriam inclinationem.

AD secundum dicendum, quòd moueri voluntariè est moueri ex se, idest, à principio intrinseco. Sed illud principium intrinsecum potest esse ab alio principio intrinseco. Et sic moueri esse, non repugnat ei quod mouetur ab alio.

AD tertium dicendum, quòd si voluntas ita moueretur ab alio q̃ ex se nullatenus moueretur, opera voluntatis nõ imputaretur ne ad meritum, vel demeritum. Sed quia per hoc quod mouetur ab alio, non excluditur quin mouetur ex se, vt dictum est: * ideo per con sequens, non tollitur rũ meriti, vel demeriti. In solu. ad præced. art.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est, Proprium est Dei mouere voluntatem sufficienter in ratione obiecti, sed maxime vt causa efficiens. Ratio vtriusque partis cõclusionis satis aperte disponitur in articulo.

COMMENTARIVM.

DE materia huius articuli disputat D. Thom. in 12.q.9. artic.6. videantur quæ diximus sup. q.82. artic.1. & 2. Quapropter in hoc articulo non consueuerunt interpretes D. Thomæ. aliquid commentari, quamuis multam disputandi materiam suppeditabat. Etenim circa priorem partem conclusionis disputari poterat, Vtrum voluntas beatorum necessitetur ad intelligendum Deum tanquam ab obiecto vel tanquam à causa efficiente vel vtroq; modo, de qua disputari solet in loco citato in 12. disputari etiam poterat, An Deus sit causa efficax libere actionis voluntatis præsertim quando illa actio est peccatum, de quibus omnibus definite non est præsentis loci.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm Deus operetur in omni operante.

516 3. cõtra ca 66. & 67. Et li. 4. ca. 44. co. 2. Et opus. 3. c. 131. fi. & 245.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus nõ operetur in omni operante. Nulla enim insufficientia est Deo attribuenda. Si igitur Deus operatur in omni operante, sufficienter in quolibet operatur. Superfluum igitur esset quòd agens creatum, aliquid operaretur.

¶ 2 Præterea. Vna operatio non potest esse simul à duobus operantibus, sicut nec vnus numero motus potest esse duorum mobilium. Si igitur operatio creaturæ est à Deo in creatura operante, non potest esse simul à creatura. Et ita nulla creatura aliquid operatur.

¶ 3 Præterea. Faciens dicitur esse causa operationis facti, inquantum dat ei formã qua operatur. Si igitur Deus est causa operationis rerum factarum ab ipso, hoc erit inquantum dat eis virtutem operandi. Sed hoc est à principio, quando rem facit. Ergo videtur quòd vlterius non operetur in creatura operante.

SED contra est, quod dicitur Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

RESPONDEO dicendum quòd Deũ operari in quolibet operante aliqui sic intellexerunt, quòd nulla virtus creata aliquid operaretur in rebus, sed solus Deus immediatè omnia operaretur: puta quòd ignis non calefaceret, sed Deus in igne. Et similiter de omnibus alijs. Hoc autem est impossibile. Primo quidem, quia sic subtraheretur ordo causæ & causati à rebus creatis, quod pertinet ad impotentiam creantis. Ex virtute enim agentis est quòd suo effectui dat virtutem agendi. Secundo, quia virtutes operatiuæ, quæ in rebus inueniuntur frustra essent rebus attributæ, si per eas nihil operarentur: quinimo omnes res creatæ viderentur quodammodo esse frustra, si propria operatione destituerentur: cum omnes res sint propter suam operationem. Semper enim imperfectũ est propter perfectius. Sicut igitur materia est propter formam, ita forma quæ est actus primus, est propter suam operationem, quæ est actus secundus. Et sic operatio est finis rei creatæ. Sic igitur intelligendum est Deum operari in rebus, quòd tamen ipsæ res propriam habeant operationem. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cùm sint causarum quatuor genera: materia non est principium actionis, sed se habet, vt subiectũ recipiens actionis effectum. Finis verò & agens & forma se habent, vt actionis principium, sed ordine quodam. Nam primum quidem principium actionis est finis, qui mouet agentem. Secundo vero agens. Tertiò autem forma eius quod ab agente applicatur ad agendum. Quamuis & ipsum agens per formam suam agat, vt patet in artificialibus. Artifex enim mouetur ad agendum à fine, qui est ipsum operatum, puta arca vel lectus, & applicat ad actionem securim, quæ incidit per suum acumen. Sic igitur secundum

dum hæc tria Deus in quolibet operante operatur. Primò quidem secundum rationem finis. Cùm enim omnis operatio sit propter aliquod bonum verum, vel apparens: nihil autem est, vel apparet bonum nisi secundum quod participat aliquam similitudinem summi boni, quod est Deus: sequitur quòd ipse Deus sit cuiuslibet operationis causa, vt finis. Similiter considerandum est, quòd si sint multa agentia ordinata, semper secundum agens agit in virtute primi agentis. Nam primum agens mouet secundum ad agendum. Et secundùm hoc omnia agunt in virtute ipsius Dei. Et ita ipse est causa omnium actionum agentium. Tertiò considerandum est, quòd Deus mouet non solum res ad operandum, quasi applicando formas & virtutes rerum ad operationem, sicut etiam artifex applicat securim ad scindendum, qui tamen interdum formam securi non tribuit, sed etiam dat formam creaturis agentibus, & eas tenet in esse. Vnde non solum est causa actionum inquantum dat formam, quæ est principium actionis, sicut generans dicitur esse causa motus grauium & leuium: sed etiam sicut conseruans & formas & virtutes rerum, prout sol dicitur causa manifestationis colorum, inquantum dat & conseruat lumen, quo manifestantur colores. Et quia forma rei est intra rem, & tanto magis quanto consideratur vt prior & vniuersalior, & ipse Deus est propriè causa ipsius esse vniuersalis in rebus omnibus, quod inter omnia est magis intimum rebus: sequitur quod Deus in omnibus intimè operetur. Et propter hoc in Sacra scriptura operationes naturæ Deo attribuuntur quasi operanti in natura, secundum illud Iob. 10. Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.

AD primum ergo dicendum, quod Deus sufficienter operatur in nobis ad modum primi agentis. Nec propter hoc superfluit operatio secundorum agentium.

AD secundum dicendum, quod vna actio non procedit à duobus vnius ordinis. Sed nihil prohibet quin vna & eadem actio procedat à primo & secundo agente.

AD tertium dicendum, quod Deus non solum dat formas rebus, sed etiam conseruat eas in esse, & applicat eas ad agendum, & est finis omnium actionum: vt dictum est.* In corp. artic.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio. Ipsæ creaturæ habent etiam proprias operationes.

COMMENTARIVM.

PRior conclusio veriſſima est etiam secundum fidem catholicam, vt probant testimonia citata in ipso articulo & quæ citauimus quæst. 104. artic. 1. Est etiam certa siue loquamur de operibus gratiæ siue de operibus naturalibus, quamuis de operibus gratiæ plura testimonia sacrarum literarum proferri possent, de quibus latius disputaui supra in materia de prædestinatione. quæstione, 23. artic. 1. & alias sæpe.

¶De secunda conclusione videatur Magister Dominicus de Soto lib. 2. Physicorum q. 4. & Diuus Thomas lib. 3. contra gentes cap. 67. & 99. cuius conclusionis ratio in summa est, quia omnis virtus operatiua & ipsummet esse causæ secundæ dependet à Deo in fieri & conseruari: ergo pẽdet ab illo in omni operatione sua, vide Capreolum in 2. sent. d. 1. q. 2. ad argumenta contra 6. conclusionẽ. Ex quibus omnibus sequitur q; merito reprehenditur Durandus qui in eadem distinctione docet quòd Deus tã in naturalibus quã in supra naturalibus, cõfert quidẽ virtutẽ sufficientẽ causis secundis ad operandum, tamen ipsæ causę secundæ postea per virtutem illam receptam à Deo operantur ita vt in suis operationibus non egeant actuali Dei motione & operatione, Hęc ſsa tanquam erronea reijcitur vt rõnes & testimonia quæ citauimus apertè comprobant, præsertim illud Actorum 17. In ipso enim viuimus mouemur & sumus. De secunda conclusione vide D. August. lib. 7. de ciuit. cap. 30. vbi ait, Deus sic administrat omnia quę creauit vt etiam ipsa proprios motus exercere & agere sinat.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm Deus possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

517 3.q.45. ar.2.cō. Et 3.cō. c.98.99 & 161. Et po.q. 6.art. 1. Et opus. 3.c.138 Et op. 10.ar.1. & 17. *c.3. an te med. nom.6.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum. Dicit enim Aug.* 26.contra Faustum, Deus conditor & creator omnium naturarum nihil cōtra naturam facit. Sed hoc videtur esse contra naturam, quod est præter ordinē naturaliter rebus inditū. Ergo Deus non potest facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

¶ 2 Præterea. Sicut ordo iustitiæ est à Deo ita & ordo naturæ. Sed Deus non potest facere aliquid præter ordinem iustitiæ. Faceret enim tunc aliquid iniustum. Ergo non potest facere aliquid præter ordinem naturæ.

¶ 3 Præterea. Ordinem naturæ Deus instituit. Si igitur præter ordinem naturæ Deus aliquid faciat, videtur quod ipse sit mutabilis: quod est inconueniens.

Lib. 26. cō. Faus. cap. 3. à med. tomo 16.

SED contra est, quod Augustinus* dicit 26. contra Faustum, quòd Deus aliquando facit contra naturam.

RESPONDEO dicendum, quòd a qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus, cum qualibet causa habeat rationē principij. Et ideo secundum multiplicationem causarum multiplicantur & ordines, quorum vnus continetur sub altero, sicut & causa continetur sub causa, vnde causa superior non continetur sub ordine causæ inferioris, sed econuerso. Cuius exemplum apparet in rebus humanis. Nā ex patre familias dependet ordo domus, qui continetur sub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore: cùm & hic contineatur sub ordine regis, à quo totum regnum ordinatur. Si ergo ordo rerum consideretur, prout dependet à prima causa, sic contra rerum ordinem Deus facere non potest. Sic enim si faceret, faceret contra suam præscientiā. Si verò consideratur rerum ordo, prout dependet à qualibet secundarum causarum, sic Deus potest facere præter ordinem rerum: quia ordini secundarū causarum ipse non est subiectus, sed talis ordo ei subijcitur quasi ab eo procedens, non per necessitatem naturæ, sed per arbitrium voluntatis. Potuisset enim & alium ordinem rerum instituere. Vnde & potest præter hūc ordinem institutum agere cùm voluerit, puta agendo effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos causa secunda non se extendunt. Vnde & Aug.* dicit 26 contra Faustum, q̄ Deus contra solitum cursum naturæ facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia cō contra seipsum non facit.

c. cit. in argu. sed contra

AD primum ergo dicendum, quod cum aliquid cōtingit in rebus naturalibus præter naturam inditam, hoc potest dupliciter contingere. Vno modo per actionem agentis qui inclinationem naturalem non dedit. Sicut cùm homo mouet corpus graue sursum, quod non habet ab eo, vt moueatur deorsum. Et hoc est contra naturam. Alio modo per actionem illius agentis, à quo dependet actio naturalis. Et hoc non est contra naturam: vt patet in fluxu & refluxu maris, qui non est contra naturam: quamuis sit præter motum naturalem aquæ, quę mouetur deorsum. Est enim ex impressione cęlestis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferiorum corporum. Cùm igitur natura ordo sit à Deo rebus inditus, si quid præter hunc ordinem faciat, non est contra naturam. Vnde Augustinus* dicit 26 contra Faustum, quòd id est cuilibet rei naturale quod ille fecerit: à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

Lib. 26. contra Faust. c.3. ante med. tomo 6.

AD secundum dicendum, quòd ordo iustitiæ est secundum relationem ad causam primam, quæ est regula omnis iustitiæ. Et ideo præter hunc ordinem Deus nihil facere potest.

AD tertium dicendū, quòd rebus sic Deus certum ordinem indidit: vt tamen sibi reseruaret quod ipse aliquando aliter ex causa esset facturus. Vnde cum per hunc ordinem agit, non mutatur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Si consideretur rerum ordo prout dependet à prima causa, sic contra rerum ordinem Deus facere non potest. Ratio est, quoniam aliàs faceret cōtra suā præscientiam.

¶Secunda conclusio. Si consideretur rerum ordo prout dependet à qualibet secundarum causarum, sic Deus potest facere præter ordinem rerum. Ratio est, quia ordini secundarum causarum ipse non est subiectus. Sed talis ordo ei subijcitur ab illo procedens per arbitrium voluntatis.

¶Tertia conclusio, in solutione ad primum. Si Deus præter ordinē naturæ aliquid facit non est contra naturam. Ratio est quia ipse Deus dedit naturalem inclinationem.

¶Quarta conclusio ad secundum argumentum. Deus præter ordinē iustitiæ nihil facere potest. Ratio est quia ordo iustitiæ est secundum relationem ad causam primam quæ regula est omnis iustitiæ.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primam & secundam conclusionem, an veræ sint. Arguitur primo pro parte negatiua. Quoniam vel D.Thomas loquitur de potentia Dei absoluta, vel de potentia Dei ex suppositione, ideſt, supposito quod iam statuit abęterno rerum omnium exequutionem tali ordine futuram esse, si priori modo loquatur, non est differentia inter posse facere præter ordinem rebus inditum, & præter ordinem prout dependet à prouidentia primæ causæ. Ratio est, quia sicut Deus prouidit tali ordine esse futura, poterat prouidere vt alio ordine futura essent. Si vero loquitur secundo modo, tunc secunda conclusio erit falsa. Ratio est quia Deus non potest facere præter ordinem quem ipsemet rebus indidit ex sua prouidentia, statuens vt quędam res pendeant ab alijs, aliàs profectò diuina scientia esset fallibilis & ipse Deus esset mutabilis.

¶Arguitur secundo contra rationem primæ conclusionis quæ fundatur in hoc discursu. Quælibet causa habet rationem principij, ergo à qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus. Est argumentum. Non oportet omnem causam habere plures effectus in quibus ordinem ponat ergo illa consequentia non est bona. Antecedens probatur in causis vniuocis, quæ quidem singulæ vnicum habent effectum.

AD hoc dubium breuiter respondetur. Quod D. Tho. non loquitur hic de potentia Dei absoluta quæ non respicit ordinem quem Deus de facto statuit per suam prouidentiam in rebus esse futurum. Hic enim argumentum concludit nullam esse differentiam siue consideretur ordo naturæ secundum quòd pertinet ad prouidentiam primæ causæ, siue consideretur prout pertinet ad dispositionem secundarum causarum. Dicendum est ergo quòd D.Tho. loquitur de naturæ ordine secundum q̄ pertinet ad dispositionem secundarum causarum secundum proprias inclinationes & communem legem vniuersi. Cū hoc tamen stat quòd Deus ab æterno prouiderit quædam operari præter communē cursum vniuersi, quem nos naturali ratione & proprijs rerum naturis & experientia cognoscimus, vel cognoscere possumus vel certè ipsis angelis naturaliter cognitus esse potest. Atque ità verificabitur quod Deus potest facere, imo de facto facit quædam præter ordinem rebus inditum ex proprijs naturis, vel ex communi lege vniuersi considerata. Cęterum ratio secundæ conclusionis etiam potest se extendere ad probandum quòd de potentia Dei absolutè loquendo, ideſt, nulla facta suppositione in sensu composito, potest Deus omnia aliter facere quam facit. Ratio est manifesta. Quia ipse Deus ex libero arbitrio creauit res quibus talis inclinatio siue ex proprijs naturis siue ex libero Dei arbitrio supra naturam operante, vtroque enim modo omnia habent esse & operari ex diuina liberaq; prouidentia. Et per hoc patet ad primum argumentum.

¶Ad secundum argumentum respondet hic Caietanus, quòd illa consequentia

tia potest habere duplicem sensum. Prior A est supponendo quòd omnis causa habet plures effectus, & tunc quidem consequentia bona est. Quoniam cum pluralitas non sit sine ordine, aliàs esset confusio, causa vero habeat rationem principij, benè colligitur ꝙ ab illa est ordo plurium effectuum. Quòd autem possit verificari, omnem causam esse principium plurium effectuum, ostendit Caietanus, eo quod plures effectus dicuntur plures differentiæ in vno effectu secundum substantiam, sicut in vinete quod generatur sunt partes organicæ vel plures passiones sicut liquefactio ceræ & induratio luti, aut certè plures cooperationes inferiorum causarum respectu solis generatis bouem & leonem, vel denique plures effectus ordinate se sequentes: sicut leuitas sequitur formam ignis geniti, & leuitatem sequitur motus sursum. Potuit itaq; verè supponi quòd omnis causa habet plures effectus. Alter sensus est iuxta subiectam materiam vt accommodetur conse- C quens ad causas habentes plures effectus, & tunc etiam consequentia bona est, videlicet. Causa est principium, ergo in causis habentibus plures effectus ab ipsamet est ordo ipsorum, & per hoc patet ad secundũ argumentum.

DVbitatur secundo circa tertiam conclusionem, quæ habetur in solutione ad primum argumentum. An Deus possit, saltem de potentia absoluta, mouere aliquã creaturam violenter contra naturalem incli D nationem illius.

Arguitur primò pro parte affirmatiua. Quidquid Deus facit per causam secundam potest facere immediatè per seipsum, sed lapis violenter mouetur sursum à causa particulari, ergo ab ipso Deo poterit moueri violenter.

¶Arguitur secundo. Dæmones violenter sunt proiecti in infernum, & illic violenter detinentur, ergo Deus potest creatu- E ram violenter mouere.

¶Arguitur tertio. Si Deus influat in lapidem sicut modo influit vt mouetur deorsum mediantibus causis vniuersalibus, & simul suppleret motum quem ego possum efficere impellendo lapidẽ sursum versum, ille motus esset violentus, quia re vera esset contra naturalem inclinationem lapidis, quam etiam Deus ei naturaliter tribuit: ergo &c.

¶Pro solutione huius dubij. Notanda est vna ex quatuor rationibus quæ habentur apud D. Tho. lib. 3. contra gent. c. 100. vt probet quare non sit violentum quod fit in rebus à Deo præter ordinem inditum eisdem. Ait enim, cum aliquid est in potentia respectu agentis naturalis, si quid ab ipso agente imprimatur in ipsum, non est B violentum neque contra naturam simpliciter, quamuis sit aliquando contrarium ratione particularis formę quę corrumpitur, sicut. v. g. quando aqua calefit ab igne, calor contrariatur frigiditati, nihilominus illa calefactio est simpliciter naturalis, quoniam aqua est in potentia naturali ratione materiæ vt calefiat ab agente naturali. Cũ ergo Deus sit actus purus, respectu cuius omnia sunt in potentia, non mouet contra naturam rerum quæ sunt in potentia, quã- C uis huiusmodi motus sint præter ordinem ipsis rebus iam inditum. Propter hanc rationem videtur quibusdam Thomistis, quòd Deus per se immediatè non possit cogere aliquam creaturam. Et confirmatur hæc sententia. Quoniam omnis creatura naturaliter pendet à Deo in esse, & in operatione, ergo naturaliter vel intrinsecè est inclinata ad omnem motum quem Deus voluerit per seipsum imprimere. Confirmatur secundo. Nã propterea lapis naturaliter D ascendit ne detur vacuum qm habet inclinationem tanquã pars vniuersi ad bonum ipsius vniuersi: sed non habet minorem inclinationem omnis creatura ad bonum diuinum quod est finis vniuersi, ergo respectu illius nunquam mouebitur violenter.

NIhilominus sit prima conclusio. Nõ repugnat quod Deus cogat aliquam creaturam imprimendo ei aliquid contra eius actualem inclinationem. Hanc con- E clusionem probat secundum argumentum quod fecimus. Et confirmatur quoniam eundem effectum quem Deus facit mediante igne infernali, potuisset per seipsum facere contra voluntatem illorum. Quamuis enim voluntas secundum propriam actum non possit cogi, tñ creatura rationalis contra propriam voluntatem potest

potest secundum aliam potentiam operari vel moueri vel pati, ac per consequens cogi.

¶Secunda conclusio. Satis probabiliter potest dici ꝙ etiam alias creaturas possit Deus mouere contra naturalem inclinationem ipsarum. Hæc conclusio probatur tertio argumento facto pro parte affirmatiua. Confirmatur. Quia si dæmones coguntur & patiuntur naturalem violentiam ex eo quod contra propriam inclinationem voluntatis torquentur ab igne, non potest assignari ratio quare lapis in illo casu non moueatur violenter contra inclinationem & actualem propensionẽ quam habet appetens deorsum versum moueri. Quemadmodum enim si Deus vellet subsistere viẽ subsistentis lapidem, violenter influẽs sicut modo influit in lapide propensionem actualem vt contramitteretur deorsum versus, profecto tunc lapis videretur violenter detineri. Si autem Deus suspenderet concursum generalem vt lapis contramitteretur, tũc nulla esset violentia dum lapis moueretur à Deo sursum versus. Quod si quis obijciat, hanc doctrinam esse contra rationem quam attulimus ex D. Tho. lib. 3. contra gent. & contra ea quæ dicit in hoc articulo in solutione ad primum, & contra D. Aug. lib. 26. contra Faustum vbi ait. Illud esse cuilibet rei naturale quod ille fecerit à quo est omnis modus numerus & ordo naturæ. Respondetur. Quod D. Tho. loquitur de facto secundum quod Deus mo- D uet creaturã corporalem præter ordinẽ naturæ secundum legẽ cõem inditam rebus. Cęterum de potentia Dei absoluta poterit creatura corporalis violẽter ab illo moueri vt iã explicatũ est. Si aũt obijcias, ꝙ dæmones de facto violentiam naturalem, id- est, cõtra ipsorũ naturalẽ inclinationẽ patiuntur, ergo nõ solum de potentia Dei absoluta, sed ẽt de facto verificatur, ꝙ Deus mouet creaturam contra naturam illius. Respondetur ꝙ hoc argumentũ tenentur E soluere Caietanus supra q. 82. art. 1. & alij qui tenent vniuersaliter, quod Deus per se immediate nõ posset cogere aliquam creaturam. Nos autem diximus quod de potentia Dei absoluta potest illud fieri circa corporalem creaturã, vt insinuaremus quòd circa rationalem & intellectualem creaturam de facto illud contingit, Et ratio conuenientissima est. Contingit enim vt qui per propriam voluntatem inordinate recessit à Deo contra ipsam ad ordinem vindicatiuæ iustitiæ reducatur. Et per hunc modum intelligendus est etiam Augustinus in loco citato, præterquã quòd explicatione opus habet in omni opinione, quod inquit Augustinus: Cuilibet rei esse natura le quod Deus in illa fecerit, dicendum est enim quod naturale intelligit, quod nõ est est violentũ sed suauiter fit, & non contra naturam, sicut D. Thomas in solutione ad primum videtur intelligere. Sed sicut iam diximus hoc ipsum intelligendum est de ijs quæ fiunt à Deo circa corporalem & visibilem creaturam, vt homines credant & reuereantur ipsum Deum. Et huiusmodi appellantur miracula in articulo sequenti. Constat autem quod dæmones cruciantur contra naturam suam merito peccati, vt reducantur etiam nolentes ad ordinem diuine iustitiæ à quo volentes recesserunt.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, sint miracula.

AD SEPTIMVM sic procedi- 518
tur. Videtur, quòd non omnia Po. q. 9.
quæ Deus facit præter ordinem ar. 2. Et
naturalem rerum, sint miracu- di. 18. q.
la. Creatio enim mundi & etiam animarũ, 1. art. 3.
& iustificatio impij fiunt à Deo præter ordi- Et. 3. cõ.
nẽ naturalem. Non enim fiunt per actionem ca. 201,
alicuius causæ naturalis. Et tamen hæc mira & 102.
cula non dicuntur. Ergo non omnia quæ facit
Deus præter ordinem naturalem rerum, sunt
miracula.

¶ 2 Præterea. Miraculum dicitur aliquid arduũ, & insolitum præter facultatem naturæ, & spem admirantis prouenions. Sed quædam fiunt præter naturæ ordinem: quæ tamen non sunt ardua. Sunt enim in minimis rebus, sicut in restauratione gemmarũ, vel sanatione ægrorum. Nec etim sunt insolita, cùm frequenter eueniant, sicut cùm infirmi in plateis ponebantur, vt ad vmbram Petri

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanarentur. Nec etiã sunt supra facultatem naturæ: vt cum aliqui sanantur à febribus. Nec etiã sup. Spem: sicut resurrectionem mortuorum omnes speramus: quæ tamen fiet præter ordinem naturæ. Ergo non omnia quæ fiũt præter naturæ ordinem, sunt miracula.

¶ 3 Præterea. Miraculi nomen ab admiratione sumitur. Sed admiratio est de rebus sensui manifestis. Sed quandoq; aliqua accidũt præter ordinem naturalem in rebus sensui non manifestis. Sicut cùm Apostoli facti sunt scientes, neque inuenientes, neq; discentes. Ergo non omnia, quæ fiunt præter ordinem naturæ, sunt miracula.

SED contra est, quod Augus.ª dicit. 26. contra Faustum, q cùm Deus aliquid facit contra cognitum nobis cursum solitumque naturæ, magnalia, vel mirabilia nominantur.

RESPONDEO dicendum, quòd nomen miraculi ab admiratione sumitur. Admiratio autem consurgit cùm effectus sunt manifesti, & causa occulta. Sicut aliquis admiratur cùm videt eclipsim solis, & ignorat causam: vt dicitur in principio Meta.ª Potest autem causa effectus alicuius apparentis alicui esse nota, quæ tamen est alijs incognita. Vnde aliquid est mirũ vni, quod nõ est mirũ alijs. Sicut eclipsim solis miratur rusticus, non autem astrologus. Miraculum autem dicitur quasi admiratione plenum, quod scilicet habet causam simpliciter, & omnibus occultam. Hæc autem est Deus. Vnde illa, quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

AD primum ergo dicendum, quòd creatio & iustificatio impij, etsi à solo Deo fiat: nõ tamen propriè loquendo, miracula dicũtur, quia nõ sunt nata fieri per alias causas: & ita nõ cõtingunt præter ordinẽ naturæ, cũ hæc ad facultatem naturæ non pertineant.

AD secundum dicendum, q ardutum dicitur miraculum non propter dignitatem rei in qua fit, sed quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam insolitum dicitur nõ quia frequenter nõ eueniat: sed quia est præter naturalem consuetudinem. Supra facultatem autem naturæ dicitur aliquid non solum propter substantiam facti, sed etiã propter modũ & ordinem faciendi. Supra ipsam etiam naturã miraculum esse dicitur nõ sua præsens gratia, quæ est ex fide per quam credimus resurrectionem futuram.

AD tertium dicendum, quòd scientia Apostolorum, quamuis secundum se non fuerit manifesta: manifestabatur tamen in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est. Illa quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas miracula dicuntur. Hæc conclusio probatur ex diffinitione miraculi, quam explicat D. Thom. in arti. vbi duas conditiones intrinsecas ad rationem miraculi distinguit. Altera est, quod effectus aliquis sit manifestus. Altera, quod causa sit omnibus naturaliter occulta.

¶ Secunda conclusio. Creatio & iustificatio impij non sunt propriè loquendo miracula. Ratio est, quia non sunt nata fieri per alias causas.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primam conclusionẽ, An illæ duæ conditiones requirantur ad rationem miraculi. Arguitur pro prima parte negatiua. Incarnatio Christi & transubstantiatio panis in corpus Christi sunt maxima miracula & tñ effectus & causa simul sunt nobis occulta, nemini n. apparet nisi beatis vnio hypostatica, neq; transubstantiatio panis in corpus Christi, ergo non requiritur q effectus sit nobis notus ad rõnem miraculi. Secũdo. Miracula quæ Christus dominus faciebat erant verè & propriè miracula, & tñ cã visibilium effectuum non erat occulta angelis: ergo illa conditio non requiritur ad rõnẽ miraculi. Probo minorem. Quoniã angeli beati videbant illa diuina virtute fieri, demones & quamuis non viderent causam vt in se est, tamen euidenter iudicabant tales effectus fieri non posse nisi virtute Dei operãtis præter vel supra naturam & ordinem vniuersi. Tertiò. Miracula dicuntur quæ apta sunt fieri per alias causas secundũ ordinem naturæ, sicut colligitur ex Diuo Thoma in solutione ad primum, sed resurrectio mortuorum non potest fieri secundum ordinem naturæ, ergo quod virtute diuina resurgat mortuus non est miraculum. Probatur consequentia. Quia propter ea creatio mundi & iustificatio impij nõ sunt propriè miracula, neque præter ordinem naturæ, quia non sunt apta contingere per facultatem naturæ. Quarto. Quod frequenter accidit non potest dici miraculum, sed quædam operationes præter ordinem naturalẽ rerum frequenter accidunt, ergo non omnes sunt miracula. Maior probatur ex Aug trac. 8. in Io. vbi docet, q miraculum est aliquid arduum & insolitum. Minor autem probatur tam tempore Apostolorum quando frequentissimè fiebant miracula, quàm etiam nunc, quotidie. n. fit consecratio Eucharistiæ præter naturalem rerum ordinem.

¶ De ratione miraculi nõ consueuerũt scholastici Theologi hoc in loco disserere. Et quidem Diuus Tho. specialiter agit de gratia miraculorum in 2.2. qõ. 178. verumtamen ego non inuenio locum in D. Thom. vbi commodius de quidditate miraculi disputetur. Quapropter visum est super hunc articulum & sequentem rationem miraculi exactè definire atque diuidere. De hac materia nusquam meminit Magister Sententiarum, agit tamen de illa Alexan. Alens. in 2. par. q. 42. & Gabriel in 2. senten. distinct. 8. quæst. 2. artic. 4. dubio primo Marsi. quæst. 15. ar. j. Fer. lib. 3. con. gen. c. 100. & 101. Notandum igitur est, quòd quanuis nomen miraculi à mirãdo sit desumptum vt dicit D. Tho. in prin. ar. & in q. 6. de potentia art. 2. non tamẽ omnia illa de quibus homines admirãtur miracula dicenda sunt. Multa n. ignorantes passim admirantur de effectibus quorum causæ facile possunt deprehendi, sed miraculum simpliciter vt à Theologis vsurpatur illud erit quod ita admiratione plenũ est; q habet causam omnibus simpliciter occultam. Causa autem simpliciter omnibus occulta non est nisi virtus diuina & incomprehensibilis Dei. Quapropter omnia quæ fiunt secundum ordinem naturalis causarum non possunt esse simpliciter miracula, quanuis illotũ causa paucis hominibus sapientibus sit nota. Imo etiam si nulli hominum sit cognita, dummodo ab angelis naturaliter cognoscatur non possunt dici simpliciter miracula, requiritur enim quod sup. totum vniuersi ordinẽ diuina virtus operetur. Notandum est secundò. Necessarium esse vt aliquid dicatur esse miraculum in actu, quod sit notum aliquo modo ab illis qui admirãtur de occulta virtute causæ, vnde si Deus assumpsisset humanam naturam ita vt nulli manifesta retur, talis assumptio non diceretur miraculum in actu, sed solum in potentia, quia quãtum est ex se admirationis plenum atque perfectum obiectum est. Et hoc significatur nomine miraculi, non quod simpliciter & in actu faciat admirari: sed quia in se admirationis causam habet. Definitio igitur miraculi prout colligitur ex Di. Aug. trac. 8. in Io. & lib. 3. de Trin. ca. 4. ea est. Miraculum est aliquid arduum & insolitum supra facultatẽ naturæ & præter spẽ admirantis apparens, quæ quidem diffinitio, quomodo sit intelligenda quantũ ad singulas partes explicatur à D. Tho. in solutionibus argumentorum huius art. & q. 6. de potentia vbi supra præsertim in solutionibus ad argumenta. Nos etiã in solutionibus argumentorũ proposuimus, hãc diffinitionem explicare intendimus.

AD primum itaque argumentum non desunt qui negent, incarnationẽ verbi & transubstantiationem panis in corpus Christi esse propriè miracula propter rationem factam in argumento, sed Di. Thom. vbi supra ad nonum argumentum, inquit, quod incarnatio verbi est miraculum miraculorum, vt sancti dicunt, quia est maius omnibus miraculis, & ad istud miraculum omnia alia ordinantur, & propter hoc non solum est inducens ad alia credendum, sed etiam alia miracula inducunt ad hoc quod ipsum credatur. Nihil enim prohibet vnum miraculum inducere ad fidem alterius, sicut resuscitatio Lazari inducit ad futuram resurrectionem credendam. Hæc Diuus Thomas. De Eucharistia vero vbi supra in solutione ad secundum expressè dicit esse miraculum, & in officio de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacramento appellat miraculorum ab ipso factorum maximum. Et hic est communis modus loquendi Thologorum & Sanctorum, & ita necesse est nobis loqui. Ad argumentum ergo dicendum est ex D. Tho. in hoc artic. 7 ad tertium. Quod quēadmodum scientia Apostolorum fuit miraculosa, quamuis secundum se non fuerit manifesta, quia manifestabatur in effectibus ex quibus mirabilis apparebat. Ita nos dicimus quòd incarnatio verbi & transubstantiatio panis non desinunt esse maxima miracula etiam si secūdum se non sint manifesta hominibus. Sufficit enim quod incarnatio manifestaretur in effectibus mirabilibus quæ Christus faciebat in testimonium illius maximi operis quod fecit Deus assumens humanam naturam ad vnitatē diuinæ personę. Similiter dicimus de Eucharistia, quòd hoc diuinum opus manifestatur fidelibus nō solum in miraculis alijs quæ in testimonium illius veritatis facta sunt, sed etiam in quibusdam affectibus quos sacramentum hoc spiritualiter operatur in eis qui dignè suspiciunt. Ad hæc et possumus adijcere, quòd incarnatio & Eucharistia angelis saltem beatis effectus quidem manifesti sunt diuinæ virtutis supra naturam operantis. Imo fortassis demonibus apparet in Eucharistia aliquis effectus mirabilis, videlicet, quod desinat esse ilhe substantia panis quamuis non videant præsentiam corporis Christi. Et similiter posset quis dicere, quòd potest dæmon naturali virtute absentiam personalitatis creatæ in humanitate Christi cognoscere, quāuis non videret quomodo diuina personalitate terminaretur humanitas, sed de hoc aliàs, nobis tamen sufficit nunc, quòd non requiritur ad rationem miraculi, quòd secundum se sit notum nobis.

¶Ad secundū argumentū respōdetur, ꝙ causam esse occultam ad rationem miraculi, non ita intelligendum est vt oporteat omnino illam esse ignoratam: sed sufficit ꝙ secundum ordinem & cursum rerum naturalium non sit cognita. Quemadmodū etiam dicit D. Tho. in solutione ad secundum, ꝙ non oportet vt aliquid habeat rationem miraculi ꝙ sit supra omnem spem gratiæ, sed sufficit ꝙ sit supra spem naturę: ita etiam nos dicimus quòd sufficit causam esse occultam secundum cognitionē ordinis naturalis. Quapropter miracula q̄ Christus Dominus faciebat erant propriè miracula etiam respectu animæ Christi, quamuis illa euidenter cognosceret lumine gloriæ causam illorū operum esse diuinam potentiam. Verū est tamē ꝙ quoniā ipsa causa est incomprehensibilis à creatura, ideo semper manet ratio admirationis respectu operum quæ Deus supra naturā operatur. Ipse tamen Deus nulla ratione admirari potest de operibus ad quæ se extendit omnipotentia diuina quam ipse per naturam comprehendit, cęterum creaturæ semper relinquitur locus admirationis, eo quod nunquam comprehendit causam miraculi. Huic doctrinæ consonat quod dicit D. Tho. in 22. q. 180. arti. 3. ad tertium, quod admiratio est species tumoris consequens apprehensionem alicuius rei excedentis nostram facultatem. Quod autem in argumento obijcitur, dæmonibus non obest, quoniam illi notitiam causæ consūlam habebāt. Ad tertium respondetur. Qđ Diuus Thomas in hoc art. non sic intelligendus est vt omnia quæ miraculosè fiūt, possint aliàs fieri secundum ordinem naturæ, cōstat enim ꝙ glorificatio corporis humani, & quòd sol retrocedat, & quod duo corpora sint simul, esse maxima miracula, vt dicit Diuus Thomas art. sequenti, & tamen non sunt apta fieri per alias causas, dicendum est igitur ꝙ ad rationem miraculi requiritur, quòd res quæ fit, vel fit apta fieri alio modo secundum ordinem naturæ, vel quod ordo naturæ quantum est de se postulet fieri oppositum eius quod fit. Ita docet Diuus Thomas q. 6. de potentia artic. 2. vbi art. Illa quæ quæ sola virtute diuina fiūt in rebus illis in quibus est naturalis ordo ad contrarium effectum vel ad cōtrarium modum faciendi, dicuntur propriè miracula. Nunc ergo ad argumentum respondetur. Quod quamuis vita secundū ordinem naturæ incipiat esse per generationem in humano corpore: tamen quod corpus semel mortuum iterum viuat, naturalis ordo cōtrarium effectum postulat: ac propterea miraculum est resurrectio mortui omnino supra facultatem naturæ.

Non

Non est autem eadem ratio de creatione & iustificatione, quoniam isti effectus nō solum non sunt nati fieri secundum ordinem naturæ, sed neque naturalis ordo est ad contrarium effectum vel ad contrariū modum faciendi. Quòd si quis obiiciat, quòd naturalis ordo naturę postulat quòd ex nihilo nihil fiat, quòd qui mortaliter peccat, non possit secundum ordinem naturæ reparari, magis quam mortuus possit resurgere. Respondetur quod illa maxima Aristotelica: Ex nihilo nihil fit, vt sit vera intelligenda est, præsupposito iam ordine naturæ. At vero creatio non præsupponit, sed efficit ordinem naturæ. Quapropter ntauralis ratio non ostendit creationem esse impossibilem per quam ipse ordo naturæ & ea quæ ad illum ordinem pertinēt producerentur, vnde crediderim, quòd si Deus modo vnū hominem crearet, esset miraculum, propterea quod iam secundum ordinem naturæ aliter aptus est fieri homo. De iustificatione vero negamus cum Di. Thom. esse miraculum quia talis effectus etiam præsuppositio ordine naturæ nulla ratione fieri potest nisi Deo supra totam naturam operante. Ad id vero quod obiicitur, quòd naturalis ordo est ad contrarium effectum, scilicet vt peccans mortaliter non iustificetur, sicut, quòd mortuus non resurgat. Respondetur quòd non est eadem ratio de resurrectione mortui & reparatione peccantis. Non enim naturalis ratio demonstrat quòd qui peccat non possit iterum ad virtutem redire per studiosas virtutes vitijs cōtrarias: Imo multi Philosophorum ita sunt opinati. Nobis tamen fidelibus certum est ꝙ non potest homo iustificari viribus naturæ, non igitur est eadem ratio sicut de resurrectione mortui, quoniam ratio naturalis demonstrat non esse possibilem secūdum ordinem naturæ. Non negamus quin aliquando iustificatio sit miraculosa supposito communi ordine gratiæ qualis fuit Pauli conuersio vt Di. Thom. 12. quæstione 113. articu. decimo docet. Ad quartum respondet expresse Di. Thom. quæstio. 6. de potentia articu. 2. ad secundum argumentum quòd insolitum dicitur miraculum, quia est contra consuetum cursum naturæ etiam si quotidie iteraretur, sicut transubstantiatio panis in corpus Christi frequentatur quotidie nec tamen desinit esse miraculum: magis enim debet dici solitum quod in toto ordine vniuersi communiter accidit quam quod in vna sola re cōtingit. Hæc Diuus Thomas. Nec mihi videtur opus esse quidquam adiicere. Sed aduertere quod etiam in hoc articulo septimo in solutione ad secundum argumētum ait. Similiter etiam insolitum dicitur non quia frequenter non eueniat, sed quia est præter naturalem consuetudinē.

¶Est autem vnum argumentum contra id quod diximus sacramentalem transubstantiationem esse miraculum. Etenim Diuus Thomas in 22. quæst. 171. artic. 1. & quęstio. 178. articu. 1. ad primum docet ad opera miraculosa facienda non conferri homini aliquam potestatem habitualem, at vero ad consecrationem confertur sacerdoti character, qui est qualitas inhærens & potestas habitualis ad consecrandum, ergo consecratio non est miraculū. Respondetur quod ad miracula facienda poterat Deus cōferre hominibus aliquam potestatem quæ est qualitas inhærens & instrumentaliter concurrens, at vero quia potestas faciendi miracula non erat futura ordinaria in ministris ecclesiæ, propterea non data est potestas talis per modum qualitatis inhærentis. Sed tamen potestas consecrandi erat futura ordinaria in sacerdotibus, & ideireo voluit Deus characterem imprimere ad hoc miraculum ordinarie exercendum in ecclesia, vnde doctrina D. Thomæ vbi supra non est intelligenda de hoc miraculo quod est necessarium ad quotidianum sacrificium offerendum. Denique obseruandum est, quòd sancti etiam doctissimi sæpe magna Dei opera vocant miracula: quia in quibusdam magis ostenditur omnipotentia Dei, quam in quibusdam miraculis, sic Augusti. lib. 10. de ciuita. capit. 12. ait. Quanuis miracula visibilium creaturarum videndi assiduitate viluerint; tamen cum sapienter intuemur inusitatissimis ratissimisque maiora sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm vnum miraculum sit maius alio.

519 12 q.113 ar. 1. co. Et 3. cõtra c.101 fin. * aliquã tulit ante med. est epil. 3. to. 2.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur. q̃ vnum miraculum non sit maius alio. Dicit. n. Augu.* in epist. ad Volusian. In rebus mirabiliter factis, tota ratio facti est potentia facientis. Sed eadem potentia, scilicet Dei, sunt omnia miracula. Ergo vnũ non est maius alio.

¶ 2 Praterea. Potentia Dei est infinita. Sed infinitum improportionabiliter excedit omne finitum. Ergo non magis est miradum q̃ faciat hunc effectum quàm illum. Ergo vnum miraculum non est maius altero.

SED contra est, quòd Dominus dicit Io. 14. de operibus miraculosis loquens. Opera, quæ ego facio, et ipse faciet, & maiora horum faciet.

RESPONDEO dicendum, quòd nihil potest dici miraculum ex comparatione potentiæ diuinæ, quia quodcunque factum diuinæ potentiæ comparatum, est minimũ: secũdum illud Isa. 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momẽtũ statere reputatæ sunt. Sed dicitur aliquid miraculum per comparationem ad facultatem naturæ, quam excedit. Et ideo secundum quod magis excedit facultatem naturæ, secundum hoc maius miraculum dicitur. Excedit autem aliquid facultatem naturæ triplicitèr. Vno modo quantũ ad substantiam facti. Sicut q̃ duo corpora sint simul, vel q̃ sol retrocedat, aut q̃ corpus humanum glorificetur: quod nullo modo natura facere potest. Et ista tenent summum gradum in miraculis. Secundo aliquid excedit facultatem naturæ, non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit. Sicut resuscitatio mortuorum & illuminatio cæcorum, & similia. Potest. n. natura causare vitam, sed non in mortuo. Et hoc præstare visum, sed non cæco. Et hæc tenent secundum locum in miraculis. Tertio modo excedit aliquid facultatem naturæ quantum ad modũ & ordinem faciendi. Sicut cùm aliquis subito per virtutem diuinam à febre curatur absque curatione, & consueto processu naturæ in talibus: vt cùm statim aer diuina virtute in pluuias densatur absque naturalibus causis, vt factũ est ad preces Samuelis et Eliæ. Et huiusmodi tenent infimum locum in miraculis. Quælibet tamen horum habet diuersos gradus, secundum quod diuersimodè excedunt facultatem naturæ.

Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt ex parte diuinæ potentiæ.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Nihil potest dici miraculum cum comparatione potentiæ diuinæ. Ratio est. Quia quodcunque factum diuinæ potentiæ comparatum est minimum.

¶Secunda conclusio, quæ colligitur ex præcedenti. Vnum miraculũ est maius alio secundum quod magis excedit facultatem naturæ.

¶Tertia conclusio. Maxima miracula sunt quæ excedunt facultatẽ naturæ quantum ad substantiam facti: secundũ verò locum tenent quę excedunt facultatem naturæ quantum ad id in quo fiunt: tertium autem locum & infimum habent quę excedunt facultatem naturę solùm quantum ad modum & ordinẽ faciendi. Hæc conclusio ex propriis terminis videtur manifesta, eo q̃ excessus in substantia est maximus: at excessus quantum ad subiectum magis accedit ad substantiam facti: quàm excessus solum quantum ad modum & ordinem faciendi.

COMMENTARIVM.

CIrca primam conclusionem poterat quis obiicere, quòd miraculũ incarnationis, comparatum diuinæ potentiæ, nõ videtur esse minimum, imo tale opus, vt maius esse non possit. Est. n. maxima communicatio summi boni ad pectu creaturæ: communicatur. n. humanæ naturæ personalitas diuinæ vt eadem persona sit Deus & homo. Respõdetur tamen. Quòd etiam maximũ miraculum quale est incarnatio verbi comparatum diuinæ omnipotentiæ dicitur minimum, non quia in se minimum sit: sed quia facile est diuinę potentiæ illud efficere, & posse facere Deo naturalissimum est: ac propterea non dicitur arduum respectu diuinæ virtutis.

¶Circa doctrinam huius articuli obseruandum est quòd differentia miraculorũ secundum magis & minus non vt esse specifica & essentialis, sed accidentalis: sicut differunt magis album & minus albũ. Similiter aduerrendum est cum D. Th. 2. 2. q. 178. artic. 1. ad 3. Quod eadem opera dicuntur miracula quia sunt sup. naturam: signa verò quia manifestant aliquid supernaturale: prodigia autem & portenta propter excellentiam. Vide D. Th. lec. 7. in Io. c. 4. & ad Heb. c. 2. lec. 1.

QVAESTIO CVI.

Quomodo vna creatura aliã moueat, & de angelorum illuminatione:

DEINDE considerandum est quomodo vna creatura moueat aliam. Erit autem hęc consideratio tripartita, vt primo consideremus quomodo angeli moueant: qui sunt creaturę purè spirituales. Secundò, quomodo corpora moueant. Tertiò, quomodo homines, qui sunt ex spirituali & corporali natura compositi.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrùm vnus angelus illuminet alium.

520 1. 9. ar. 3. Et 1. 11. q. 1. art. 1. ver. ident nunc, quam nos in futuris expectamus. 97 ar. 3. Sed tunc vnus homo non illuminabit aliũ, 1. col. 2 tra vir proximum suum, & vir fratrem suum. Ergo nunc vnus angelus non illuminat alium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnus angelus non illuminet alium. Angeli enim eandem bentitudinẽ possident nunc, quam nos in futuris expectamus. Sed tunc vnus homo non illuminabit aliũ, secundum illud Ierem. 31. Non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum. Ergo nunc vnus angelus non illuminat alium.

¶ 2 Praterea. Triplex est lumen in angelis, naturæ & gratiæ & gloriæ. Sed angelus illuminatur lumine naturæ à creante: lumine gratiæ à iustificante: lumine gloriæ à beatificante. Quod totum Dei est. Ergo vnus angelus non illuminat alium.

¶ 3 Praterea. Lumen est forma quædam mentis. Sed mens rationalis à solo Deo formatur nulla interposita creatura: vt Augus.* dicit in lib. 83. q. Ergo vnus angelus non illuminat mentem alterius.

SED contra est, q̃ dicit Diony.* 8. cap. cæles. hier. q̃ angeli secundæ hierar. purgantur & illuminantur & perficiuntur per angelos primæ hierarchiæ.

RESPONDEO dicendum, q̃ vnus angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud quàm quædam manifestatio veritatis secundum illud ad Ephes. 5. Omne quod manifestatur, lumen est. Vnde illuminare nihil aliud est quam manifestationem agnitæ veritatis alij tradere: secundum quem modũ Apostolus dicit ad Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes quę sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo. Sic igitur vnus angelus dicitur illuminare alium, inquantum ei manifestat veritatem quam ipse cognoscit. Vnde Diony.* dicit 7. c. cæles. hier. quòd Theologi planè monstrant cælestium substantiarum ornatus à supremis mentibus doceri deificas scientias. Cùm autem ad intelligendum duo concurrant, vt sup. diximus,* scilicet virtus intellectiua & similitudo rei intellectę: secundùm hæc duo vnus angelus alteri veritatem notam notificare potest. Primò quidem, fortificando virtutem intellectiuam eius. Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex situ ad propinquitatem perfectioris corporis, vt minus calidum crescit in calore ex presentia magis calidi: ita virtus intellectiua inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum. Hoc enim facit in spiritualibus ordo conuersionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundò autem vnus angelus alteri manifestat

Qu. 51. nõ procul à fi. to. 4. * c. 8. parũ ante medium, & c. 6. Eccles. hierar.

c. 7. post medium. Q. præc. art. 3.

festat veritatem ex parte similitudinis intellecta. Superior enim angelus notitiã veritatis accipit in vniuersali quadã conceptione, ad quam capiẽdam inferioris angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei connaturale, vt magis particulariter veritatem accipiat. Superior verò angelus veritatẽ quàm velociter concipit, quodammodo distinguit, vt ab inferiori capi possit. Et sic eam cognoscendam illi proponit. Sicut etiam apud nos, doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt, prouidentes capacitati aliorum. Et hoc est quod Dionys. dicit 15. capi. caleſt. hierar. Vnaquaque substantia intellectualis datam sibi à diuiniore vniformem intelligentiam, propria virtute diuidit & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam.*

AD primum ergo dicendum, quòd omnes angeli tam superiores quàm inferiores immediatè vidẽt Dei essentiam. Et quantum ad hoc vnus non docet alium. De hac enim doctrina Propheta loquitur. Vnde dicit, Non docebit vir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. Sed rationes diuinorum operum quæ in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in seipso cognoscit: quia seipsum comprehendit: aliorum verò Deum videntium tanto vnusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quanto eum perfectius videt. Vnde superior angelus plura in Deo de rationibus diuinorũ operũ cognoscit quàm inferior: & de his eum illuminat. Et hoc est quod dicit Dionys. 4. cap. de diuinis nomin. quòd angeli existentium illuminantur rationibus.*

*AD secundum dicendum, quòd vnus angelus non illuminat alium, tradendo ei lumen naturæ vel gratiæ vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatẽ de his quæ pertinẽt ad statum naturæ, & gratiæ, & gloriæ, vt dictum est.**

AD tertium dicendum, quòd rationalis mens formatur immediatè à Deo: vel sicut imago ab exemplari: quia non est facta ad alterius imaginem, quàm Dei: vel sicut subiectum ab vltima forma completiua, quia semper mens creata reputatur informis nisi ipsi primæ veritati inhæreat. Aliæ verò illuminationes quæ sunt ab homine vel angelo, sunt quasi dispositiones ad vltimam formã.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est affirmatiua. Hanc probat D. Tho. autoritate D. Dionysij & ex diffinitione illuminationis secundùm quòd ad intellectum pertinet.

¶Secunda conclusio. Angelus illuminat angelum dupliciter, scilicet confortando virtutem intellectiuam ipsius, & proponẽdo illi veritatem secundùm eius capacitatẽ.

¶Tertia conclusio ad primũ. Nullus angelus illuminat alium quantum ad visionem diuinæ essentiæ, sed quantum ad rationes diuinorũ operum, quarum plures superior angelus cognoscit, & de illis inferiorem illuminat.

¶Quarta conclusio ad secundum argumentum. Vnus angelus illuminat alium confortãdo lumen naturale ipsius & manifestando ei veritatem de his quę pertinent ad statum naturæ & gratiæ & gloriæ.

COMMENTARIVM.

DVbitatur primo circa primam conclusionem, an sit certa secundum fidem? Arguitur primo pro parte negatiua. Quia non est aliquod testimonium vel ratio cõuincens hanc esse certã veritatẽ. Secundò, Angelorũ illuminatio ad ipsorum beatitudinẽ saltẽ accidentalẽ pertinet, ergo solus Deus illuminat angelos. Probatur consequentia. Qm̃ beatificare ad præmiatorem spectat, q̃ solus Deus est. ¶Ad hoc dubiũ breuiter respondetur, q̃ nõ caret temeritate negare primam conclusionẽ. Primò quidẽ, quia illa est expressa sententia D. Dionys. li. de diui. nom. c. 4. & 5. & li. de cęlest. hier. c. 7. & 8. cuius verba refert D. Tho. in hoc art. Deinde hęc sñia habet nõ leue fundamentum in Sacra scriptura Isa. 63. *Quis est iste q̃ venit de Edon, &c.* & Ps. 23. *Quis est iste rex gloriæ?* Quę testimonia grauissimi ex Patribus interpretantur, ita vt illa verba proferantur ex parte inferiorũ angelorum admirantiũ Christi gloriam & triũphum ascendentis in cęlum, & idcirco interrogant superiores angelos, Quis est iste qui venit de Edon, &cę. & similiter, Quis est iste rex glorię. Ita intelligit D. Hieron. super illum locum Isa. & D. Aug. sermone 3. de Ascensi. Domi. & Orig. super Matt. c. c. 15. & Ambro. in lib. de instit. ving. c. 5. Præterea, scholasticorũ communis sent. est in 2. Sent. dist. 11. vno excepto Durando, qui quoniam fatetur se non intelligere modũ huiusmodi illuminationis, negat re ipsa tamen illuminationem, quanuis verbo tenus videatur illam asserere. Ait. n. ille, q̃ angeli inferiores dicũtur illuminari mediantibus superioribus; non quidem mediatione causalitatis, (sic enim solus Deus est immediata causa illuminãs omnes angelos) sed mediatione dignitatis & ordinis, quatenus diuina illuminatio prius natura attingit & perficit angelos superiores, quàm inferiores propter illorum dignitatem. Et ita Duran. interpretatur D. Dionys. At vero nihil potest dici magis contra mentem D. Dionysij, vt patebit legenti testimonia citata. ¶Ad primum argumentum respõdetur, quòd testimonia citata in fauorem conclusionis sufficienter probant oppositum esse temerarium. ¶Ad secundũ (quod est Duran.) respondetur, q̃ ad præmium quidem essentiale sicut solus Deus concurrit obiectiuè, ita solus concurrit effectiuè conferendo lumen gloriæ, quod est principium visionis beatæ. At vero quoniã præmium accidentale seu beatitudo accidentalis, est gaudium de bono creato, vt latè diximus in 2. 2. quæst. 24. art. 6. dub. 5. fundamento 2. non mirum est si creatura possit etiam concurrere effectiuè ad aliquid quod pertinet ad præmium accidẽtale. Nihilominus quia totum hoc ex diuina ordinatione prouenit, idcirco Deus dicitur p̃miator, qui est rex supernæ ciuitatis disponens & distribuẽs singulis secundum meritum & proportionem suæ dignitatis. Cõueniunt autem omnes beati in hoc, quòd cum meruerint suam beatitudinem essentialem, consequenter etiam meruerunt vt

beatitudinis aliorum quorumcunq; essent participes, gauderentque adinuicem sicut ciues vnius reipubli. de aliorum felicitate. Cęterum qui in beatitudine essentiali sunt excellentiores, communicant notitiam ratione plurium rerum quas vident in diuina essentia, minus beatis eo modo quo sibi possibile est communicare. Et hanc cõmunicationẽ appellam⁹ illuminationẽ, vt S. Tho. explicat in solutione ad primum.

DVbitatur secundo circa secundã conclusionẽ, quomodo fiat illuminatio angelica, an fiat illis duobus modis explicatis à Diuo Tho. ¶Arguitur primo pro parte negatiua, & probatur, quòd non fiat per cõfortationem luminis & virtutis intellectiuæ ipsius angeli qui illuminatur. Confortatio virtutis intellectiuæ inferioris angeli fieri non potest nisi per aliquam actionem qua superior operetur in mente inferioris: sed superior angelus non operatur in intellectu inferioris, nec aliquid efficit in illo, ergo talis confortatio est impossibilis. Probatur & explicatur maior ipsamet exemplo quo S. Thom. in hoc artic. vtitur. Etenim magis calidum non aliter perficit & confortat minus calidum nisi quatenus agit in ipsum intendendo eius calorem. Minor autem probatur. Quoniam angelus illuminans non efficit nouum lumen neque intẽdit vel auget quod præexistebat in intellectu inferioris angeli. Quod quidem probatur, constat. n. naturale lumen inferioris angeli, quod est propria passio naturæ angelicæ non intendi vel remitti. Similiter supernaturale lumẽ à solo Deo est producibile & augmentabile sicut virtutes infusæ in nobis, ergo angelus superior non potest esse causa perficiens illud lumen. Dicere autem quòd angelus superior illuminet inferiorem non vt causa, sed vt instrumentum Dei illuminantis, irrationabile est, neque quisquam hoc adhuc asseruit, neque esset magna dignitas superiorum angelorum, quoniam cõcursus ille instrumentalis ad illuminandas mentes hominum põt competere rebus sensibilib⁹, sicut aqua baptismi instrumentũ est ad illuminandas mentes hominũ baptizatorum per infusionem gratiæ, & virtutum. Angelis ergo ad illuminandũ

infe-

inferiores, modum causalitatis oportet tri- A buere saltem talem qualem solemus doctoribus & magistris erga discipulos deferre. ¶ Arguitur secundo. Si angelus superior dum illuminat inferiorem operatur aliquid intra intellectum illuminari, sequitur quòd illabitur intra mentem ipsius, qp solius Dei proprium est, vt infra dicetur. Sequela probatur. Quoniam angelus illic est vbi operatur, ergo si operatur intra intellectum alterius angeli, necesse est quòd sit intra intellectum illius.

¶ Arguitur tertio contra alterum modũ qui ponitur a D.Thom. in 2. conclusione, videlicet, quòd angelus superior proponit obiectum modo proportionato virtuti intellectiuæ inferioris, ita sane, quòd angelus superior eam veritatem quam vniuersaliori modo & simpliciori nouit, distinguit, & quasi diuidit particulatim vt ab inferiori capi possit. Est igitur argumentum. Huiusmodi distinctio & particularizatio vix potest aut nullo modo intelligi, nisi quatenus B superior angelus format conceptus particulares & magis determinatos iuxta proportionem angelici intellectus inferioris angeli, sed hoc non est possibile, quoniam angelus non potest mutare proprium & naturalem sibi modum cognoscendi per rationes vniuersales & simpliciores, ergo nõ potest se accommodare cum modo cognoscendi inferioris angeli. Confirmatur. Angelo repugnat discursus, sed illa diuisio & particularizatio cognitæ veritatis, fieri nõ C potest absque medio discursu. Quemadmodum magister per discursum & ratiocinationem distinguit & particularizat veritatem quam ipse in vniuersaliori principio cognoscit, vt capiatur a discipulo: ergo.

¶ Circa modum explicandi angelicam illuminationem sunt variæ Theologorum sententiæ, omnes quidem conueniunt in hoc, illuminatio nihil aliud est quam manifestatio veritatis alicui factæ, quæ aliàs sibi ignota erat. Prima itaque sententia est, D quòd angelus superior excitat & disponit mediata quadam dispositione intellectum inferioris vt conuertat se ad contemplandum in verbo aliquot veritates particulares, quas antea nõ intuebatur in ipso verbo. Hãc sententiam refert Herb. in 2. d. 9. & illi assentitur Marsil. in 2. quæstio. 7. Sed hæc sententia merito reprobatur ab Hentico & alijs, quoniam iuxta illam oportet concedere, quòd angeli beati quotidie efficiunt in cognitione beatifica verbi, cuius oppositum supra est demonstratum quæst. 12. Et quidem licet sit falsum, quòd beatitudo essentialis augescat in beatis, adhuc multo falsius est asserere, quòd crescat ex virtute actionis alicuius creaturæ nempe ex illuminatione facta ab angelo superiori, quoniam visio clara Dei quæ est essentialis beatitudo, tantum respicit lumen gloriæ & essentiæ diuinæ vnitæ in ratione speciei, quæ sunt principia propria visionis beatæ. Hæc autẽ principia non possunt mutari nec minui, nec augeri per actionẽ alicuius creaturæ, ergo. &c.

¶ Secunda sententia est, quòd hæc illuminatio fit per nouam intensionem luminis, ita quod angelus illuminans auget & intendit lumen præexistens in intellectu angeli inferioris, & iuxta hunc modum dicẽdi facile intelligitur quod S. Th. docet in 2. cõclusi. secundum virtutem intellectiuã angelum inferiorem confortari & corroborari per conuersionem qua angelus superior se conuertit supra intellectum inferioris, quoniam hæc conuersio iuxta hũc modum est intensiua luminis quę est virtus intellectualis. Sed tamen hæc sententia facilis confutatur primo argumento posito in hoc dubio.

¶ Tertia sententia est quæ placuit Capreol. in 2. dist. 11. q. 2. art. 3. quòd angelus illuminans causat in intellectu angeli quẽ illuminat quandam participationem sui lumẽ in esse quodam intentionali, & lumen angeli illuminati confortatur ex hac participatione intentionali non intensiuè sed extensiuè, efficiturq; quasi vnũ principiũ ex lumine angeli illuminati & ex participatione luminis angeli illuminantis; qui debet esse superior. Explicatque Capreo. rem istam exemplo phantasmatum, quæ à lumine intellectus agentis participant vim quandam intelligibilem secundum esse intentionale ad producendas species in intellectu possibili. Sed hic modus dicendi est difficilis intellectu, quia difficile explicatur quæ nam sit illa participatio lumi-

luminis, nã reuera vel est intellectuale lumen, vel non. Primum non potest dici, vt probant duo argumenta facta à principio dubij. Si secundum, tunc explicandum superest quo pacto illa participatio luminis causet nouam cognitionem & notitiam in intellectu angeli illuminantis cum reuera non sit lumen. Præterea hic modus dicendi non effugit illapsum angeli illuminantis in intellectum illuminati, cum admittat realem actionem, per quam angelus illuminans confert nouam virtutem intellectui angeli illuminati. Illud autem simile de phantasmatibus, in multis deficit, præter quã qp. supponit falsum, nempe phantasmata participare in semetipsis aliquam vim intelligibilem ad productionem speciei. Quarta sentẽtia est, quam insinuat Cai. hic, quòd angelus illuminãs nõ auget nec perficit lumen angeli illuminati in semetipso, sed duntaxat per ordinem ad effectum secundùm cognitionem veritatis reuelatæ quatenus lumen angeli illuminantis contingitur in esse intelligibili cum lumine angeli illuminati, & vtrumque simul concurrit ad producendam illam cognitionem per modum vnius principij totalis. Et hoc pacto lumen inferioris angeli dicitur confortari à lumine superioris, sicuti potentia minoris virtutis adiuuata ab alia potentia virtutis efficacioris ad productionem alicuius effectus, dicetur confortari ab illa per ordinem ad illum effectũ, licet in semetipsa maneat immutata. Hæc sententia etiam est difficilis propter duo argumenta, quæ impugnant illam. Primũ habet hic in Caietano, scilicet. Impossibile est, quòd duo intellectus & lumina inter se separata producant eandem intellectionem, eo quòd intellectio est actio immanens, & ita si producitur a duobus intellectibus, vel vnum & idem accidens esset in duobus subiectis, f. vnica intellectio in duobus intellectibus, quod est impossibile, vel essent reuera duæ intellectiones, altera elicita ab angelo superiori, & altera ab inferiori, quòd non esset illuminatio. Secundo. Sequeretur ex hac sententia, quod illuminatio susceptа passiuè, dependeret ab angelo illuminante, non solum in fieri sed in cõseruari, ita quod angelus inferior

A post quam semel illuminatus est de aliqua veritate non posset exire quando velit in actum cognitionis illius veritatis, sed semper egeret actuali illuminatione angeli superioris; consequens apparet falsissimum, quia ad cognoscendam veritatem reuelatã requiritur concursus vtriusque luminis superioris & inferioris, ergo &c. Si quam habet veritatem hæc sententia, inferius explicabitur. ¶ Vltimus modus dicendi quẽ hic assignat Caietanus, & non displicuit B Capreolo vbi supra, est, quòd angelus illuminans operatur aliquid in illuminatione inferioris & confortat lumen eius, hoc tamen facit non per modum naturæ sed per modum artis cooperantis naturali lumini angeli inferioris. Pro huius intelligẽtia nota primo, quòd ars est duplex, altera quę producit totaliter effectum sola præsuppositа materia ex qua, eiusmodi est ars fabrilis, & de hac arte non loquimur modo. Altera ars est, quę non producit totaliter effe- C ctum, sed tantum habet iuuare naturam cui potissimum tribuitur effectus. Huius generis est medicina. Sanitas enim potius est effectus naturalis virtutis, quam medicinæ. Et in eodem genere artis collocatur doctrina. Magister enim per artem docendi causat eruditionem discipuli, adiuuãdo lumen naturale intellectus illius, cui potissimum eruditio discipuli passiua, est adscribenda. De eiusmodi arte loquimur in præsentia, & dicimus superiorem angelum illuminare inferiorem per modum docentis D & adiuuantis lumen angeli inferioris modo quodã artificioso. Secundo nota, quod cum ad cognitionem veritatis duo requirantur, scilicet, apprehẽsio & iudicium, veritas aliqua poterit occultari intellectui, vel quia intellectus non valet illam apprehendere, quia non proponitur ei modo sibi proportionato, vel quia non potest ferre certum iudicium circa illam propter defectum luminis, quod est proprium & per se principium ad iudicandum. Ex quo sequitur, quòd manifestatio occultæ veritatis, potest fieri dupliciter, vel ex parte apprehensionis, vt quando magister docet discipulum formare proprium conceptum alicuius conclusionis vtendo exemplis, similibus, distinctionibus. &c. Vel ex parte E iudicij,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicij, vt cum magister proponit discipulo principia, & media sub quibus intellectus potest iudicare de conclusionibus. Etenim vt docet S.Thom.2.2.quæst.15.art.1. Principium intelligibile ad quod resoluitur conclusio, habet rationem luminis intellectualis sub quo intellectus iudicat de veritate conclusionis, & in quæst. 9. de veritate ar.1.ad secundum, hoc ipsum docet. Et dicit præterea cum Commentatore, ꝙ principia ex quibus constat demonstratio sunt instrumenta luminis naturalis, quatenus naturale lumen intellectus agentis intellectum possibilem ad assensum conclusionis sub illis principijs, resoluendo cõclusionem ad ipsa prima principia. Ex his sequitur primo, quòd magister proponendo discipulo principia & media, sub quibus assentiatur conclusionibus, proprie dicitur confortare lumen naturale discipuli, non quidem augendo illud intensiuè, sed quasi extensiuè, ex eo quod lumen naturale adiuncto principio & medio sibi proposito à magistro potest exire in actum iudicandi. Itaque ex lumine naturali & ex ipso principio & medio intelligibili, efficitur vna integra virtus iudicatiua cõclusionis. Non dico quòd principium elicit effectiuè assensum cõclusionis, hoc enim est per accidens ad nostrum propositum, sed affero quòd cõcurrit vt ratio formalis sub qua intellectus & lumen naturale elicit assensum. Et hæc ratio tenet se potius ex parte potẽtiæ & luminis intellectualis quàm ex parte obiecti. Et hanc causam appellat instrumentum luminis naturalis instrumentum inquam formale, & dicitur confortare lumen. Huius rei exemplum afferri potest in potentia visiua, quæ percipit colores sub lumine visibili tanquam sub ratione quæ se tenet non solum ex parte obiecti visi, verum etiam ex parte potentiæ visiuæ. Et idcirco S.Thom. quæst.9.citata arti cu.1.& multi alij Philosophi dicunt potentiam visiuam confortari per coniunctionẽ ad lumen visibile, quod non est ita intelligendum, quòd potentia visiua in semetipsa aliquam nouam virtutem intrinsecam acquirat, sed quatenus actuatur & completur per lumen visibile tanquam per rationem formalem sub qua in ordine ad producendam visionem, nõ inconuenit, quod aliqua potentia & virtus naturalis cõplea tur formaliter & actualiter per formam extrinsecam in ordine ad propriam operationem; quoniam potentia seu virtus habet naturalem subordinationem ad illam formam extrinsecam, sicut potentia visiua ad lucem, quia potentia visiua est quædã participatio lucis, & ita naturaliter subordinatur ipsi formali. Similiter color qui est quædam lux terminata seu adumbrata naturalem habet subordinationem ad formalem lucem, & ita licet lux non inhereat colori, actuat tamen ipsum in esse visibili, constituẽs illum actu visibilem. Ex dictis sequitur secundo, quòd optimè D.Thomas explicuit in secunda conclusione modum illuminationis angelicæ & ex parte apprehensionis, quatenus superior angelus proponit inferiori veritatẽ quã ipse in vniuersali cognoscit dearticulatè & distinctè, & proportionabiliter intellectum inferioris, vt possit formare proprium conceptũ eius, & ex parte iudicij quatenus superior proponit illam veritatem inferiori, non vt cũque sed sub alio principio & medio intelligibili quod habet rationem luminis confortantis lumen angeli inferioris modo supra expositio. Et quoniam istud principiũ intelligibile fuit primo cognitum & illustratum lumine superioris angeli, & virtute illius luminis accõmodatur intellectui angeli inferioris; idcirco lumini angeli superioris attribuitur eiusmodi confortatio facta inferiori. Et hoc est quod dicit Caieta. angelum superiorem proponere inferiori veritatem non nudè & absolute; sed vt cognitam & illuminatam lumine superioris. Et hùc etiam tendit, quod dicit Diuus Thomas in artic. illuminare nõ esse aliud quam tradere manifestationem agnitæ veritatis, manifestationem idest principium intelligibile sub quo manifestatur in lumine angeli superioris.

¶Ex his soluũtur argumenta posita. Ad primum & secundum dicitur quòd angelus illuminans non operatur aliquid per modum causæ physicæ intra intellectum inferioris, sed cõfortat lumen eius per modum magistri, & artificiosè vt diximus, & ita nullus interuenit illapsus. Ad tertium respondetur, quòd vt dici soler supra in quæstione 58. artic.2. angelus qui cognoscit per speciem vniuersalem repræsentantem naturam genericam, ver. gra. animalis, potest pro sua voluntate formare vnũ cõceptum formalem adæquatum ipsi speciei, & potest etiam si velit formare plures conceptus inadæquatos speciei, ita vt per vnum cognoscat naturam equi & per alium naturam leonis, & hoc modo angelus superior veritatem quam habet ibi repræsentatam in vniuersali, potest accommodare iuxta proportionẽ intellectus angeli inferioris, neque hoc mutat naturalẽ modum suæ cognitionis. Ad confirmationem respondetur, quòd ibi nullus interuenit discursus, nam angelus absque aliquo discursu potest formare conceptus particulares sub illa ratione vniuersali repræsentata per speciem. ¶Sed adhuc contra modum illuminationis expositum ex Caietano arguitur ex sententia S.Thom. inf. quæstione 109.arti.1. vbi dicit, quòd vnus homo docens alium confortat quidem lumẽ eius proponendo principia & media per quæ possit iudicare de conclusione; non tamen aliqua virtute actum naturæ, vt contingit in illuminatione angelorum, ergo secundum mentem Di. Thom. confortatio luminis angeli inferioris non solum est attendenda respectu principij intelligibilis, sub quo manifestatur veritas, sed respectu alicuius actionis procedentis à virtute actiua angeli superioris in intellectũ inferioris. Secundo ex eodem S.Thom. infrà quæstione 108.articu.7 ad secundum, vbi dicitur, quòd illuminatio angeli inferioris non solum pendet in fieri ab angelo superiori, sed etiam in cõseruari; ita quòd cognitio veritatis reuelatæ ita pendet ab actuali reuelatione angeli illuminantis sicuti scientifica cognitio conclusionis pendet ab actuali cognitione principiorum, ergo secundum mentem Di. Thom. illuminatio non consistit in sola manifestatione veritatis sub principio intelligibili, sed requirit præterea aliquem naturalem influxum luminis superioris in intellectu angeli illuminati, nam aliàs illuminatio in fieri tantum penderet non in conseruari, sicut doctrina magistri in discipulo tantum pendet in fieri ab ipso magistro. Ad primum testimonium S.Tho. potest dici, quòd angelus superior potest manifestare inferiori principium aliquod intelligibile per se & ex sua natura excedẽs lumen inferioris angeli & proportionatum superiori lumini ipsius angeli illuminantis. Cæterum magister proponit discipulo principium intelligibile, quod erat illi per accidens ignotum, & ad quod se potest extendere per se loquendo naturale lumen discipuli. Et in hoc sensu est accipiendum illud discrimen assignatum à D. Tho. inter illuminationem factam ab angelo superiori, & eam quam facit magister in discipulo. Ad secundum testimonium Caieta. ibi nihil aliud respondet nisi quòd accipienda est cum veneratione illa doctrina D.Thoi quanuis eius ratio nos lateat, quia versatur circa supernaturalia & difficillima, illuminationes.n. angelorum fiunt de mysteriis supernaturalibus. Sed hoc est succumbere difficultati. ¶Insuper contra solutionem primi testimonij est etiam argumentum. Nam si angelus superior proponit inferiori principiũ intelligibile, quod per se & ex sua natura excellit lumen angeli inferioris, ergo si lumẽ angeli inferioris non acquirit nouam virtutẽ per illuminationem factam à superiori non potest manifestare illud principium, neq; sub illo veritatem de qua illuminatur. Patet hęc consequentia. Quia semper manet illud principium improportionatum lumini inferiori, ipsumq; excedit. ¶Igitur quãtum ego opinor, mens S.Tho. & in hoc ar. & in q.9.de veri.citata, & in 2.d.9.q.1. ar.2.est, quòd illuminatione angeli inferioris eius lumen confortatur non solũ per modum magisterij iam expositũ, sed alio modo efficaciori, s. per coniunctionem & vnionẽ intelligibilẽ, qua lumen angeli superioris vnitur cum lumine angeli inferioris, & efficit vnum principium quodammodo cũ illo ad cognitionem illius veritatis reuelatæ. Pro quo notãdum est primo, ꝙ virtus superior ex natura sua se habet vt actus & forma virtutis inferioris, ita vt per quandam vnionem ẽt secluſa reali inhærentia in eodẽ subiecto, seu in eadẽ potentia põt efficere vnum principium completum, &

per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectum alicuius operationis simul cũ ipsa inferioti virtute. v.g. lux visibilis licet non inhæreat realiter colori, quia color est in pariete, lux vero in aere circunstante cõ stituit ipsum colorem actu visibilem, non solum in ratione obiecti terminatiui visus sed etiam in ratione obiecti motiui. Itaque color illustratus est vnicum principium integrum immutatiuum visus per species visibiles, & hoc non ob aliud nisi propter naturalem subordinationem quam in esse visibili habet color respectu lucis, eo quod color est lux imperfecta obumbrata, & terminata, & ita naturaliter subordinatur ipsi luci formali. Similiter iuxta sententiam illam quam aliqui reputant probabilem, bonitas apprehensa vt apprehensa, est formalis ratio sub qua obiecti voluntatis, & est forma & actus ipsiusmet voluntatis constituens cum illa vnum integrum principium volitionis, concurrens cum illa ad speciem volitionis producendam licet nõ inhæreat realiter voluntati, & hoc non ob aliud nisi propter naturalem subordinationem quam habet voluntas respectu intellectus. Simile exemplum potest afferri in phantasmate, & lumine intellectus agentis quę efficiunt vnum integrum principium speciei intelligibilis, cum tamen lumen intellectus agentis non inhæreat phantasmati, nec aliquid reale aliud intrinsecum causet in eo. Secundo est notandum, quod quando ex aliqua potentia & eiusmodi forma superiori non inhærente potentiæ, efficitur vnum principiũ operationis vel effectus, virtus potentiæ crescit quidem & confortatur non tamẽ intensiuè & intrinsecè in semetipsa, sed quasi extensiuè p ordinem ad operationem effectuam. Tertio est notãdum, quòd quando ita fit vnum principium ex potentia & forma extrinseca superiore in ordine ad operationem vitalem; sola potentia est quæ vitaliter elicit illam operationem, forma vero extrinseca concurrit coadiuuando potentiam efficienter, non tamen elicit operationem, sicut supposita illa opinione probabili quæ asserit diuinam essentiam vnitam intellectui creato in ratione speciei cõcurrere effectiuè ad visionem; tenemur dicere quòd solus intellectus illustratus lumine glorię elicit virtualiter visionem beatam, diuina autem essentia concurrit effectiuè adiuuando intellectum, confortando lumen gloriç, & ipsum actuando in ordine ad'visionem tanquam forma superior & eminentior. De quo vide quæ superius dicta sunt quæst. 56. articu. 1. Ex his omnibus colligitur, quòd illuminatio angelica non solum fit per modum magisterij vt expositum est ex Caietano, sed etiã per vnionem spiritualem & intelligibilem luminis superioris cum inferiori. Et hoc insinuat Diuus Thomas in art. cum dicit, quòd angelus superior illuminat inferiorem conuertendo se supra eius intellectum. Hanc connersionem existimamus nihil aliud esse quàm vnionem spiritualem iam expositam. Sed aduerte, quòd sola illuminatio facta per modum magisterij sufficiens quidem esset vt angelus inferior posset cognoscere illam veritatem, de qua illuminatur à superiori, sed tamen talis cognitio nisi lumen superioris angeli vniretur cum inferiori esset imperfecta propter excellentiã veritatis reuelatæ & illius principij intelligibilis sub quo reuelatur, est enim improportionatum lumini inferioris angeli vt supra contendebamus in replica facta contra explicationem primi testimonij Diui Thomæ. Sequitur ex hoc, quòd cum dicit Diuus Thomas in testimonio secundo loco citato illuminationem pendere ab angelo illuminante, non solum in fieri, sed & in esse conseruari, est intelligendus quãtum ad perfectam & exactam cognitionẽ veritatis reuelatæ. Nam simpliciter loquẽdo cognitio veritatis reuelatæ angelo inferiori, tantum pendet in fieri ab angelo superiori reuelante.

DVbitatur tertio circa tertiam conclusionem in solutione ad primum, & secũdum, vbi Diuus Thomas docet, quòd superior angelus non illuminat inferiorẽ de his quæ inferior videt immediatè in diuina essentia, sed illuminat de his quæ pertinent ad statum naturæ, gratiæ & gloriæ, quæ inferior non videt in diuina essentia, sicut superior in diuina essentia cognoscit plures rationes rerum, de quibus illuminat inferiorem. Eandem doctrinam tenet in 2. Sentent. distinct. 9. quæstione 1. articulo 2. ad tertium. Dubitatur, inquam, an hæc ita se habeant?

¶ Arguitur primo pro parte negatiua, ex D. Tho. quæst. 9. de veritate, ar. 1. ad 13. vbi illud Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminat eam, explicat de his quæ pertinẽt ad cognitionem beatitudinis, ergo de his quæ pertinent ad statum gloriæ non illuminatur angeli.

¶ Secundo, quia Diuus Thomas articu. sequenti ad tertium videtur sentire, quòd angeli tantum illuminãtur de ijs quæ pertinẽt ad statum gratiæ & salutis electorum, ergo non de ijs quę pertinent ad statum naturę & gloriæ. Confirmatur. Quia infra q. 199. art. 2. & 3. ait D. Thom. quòd secundũ ea quæ ad naturalem cognitionem pertinent non est necessaria manifestatio veritatis, neque in angelis neq; in dęmonibus.

¶ Tertio ratione. Quoniam in his quæ ad naturalem cognitionem pertinent, angelus à principio perfectus est, ergo non indiget illuminari ab alio angelo. Et ita docet Diuus Thomas quæst. 9. de verit. artic. 1. ad nonum, quòd cognitio perfecta & cõprehensiua rerum omnium naturaliũ pertinet ad naturalem perfectionẽ cuiuslibet intellectus angelici, ergo ad cognoscendas huiusmodi veritates superflua est superioris angeli illuminatio. Ad hoc dubium Durand. vbi supra asserit illuminationem tantum esse de ijs quæ pertinent ad statum beatitudinis quantum ad accidentalem cognitionem. Alij vero aliter & multipliciter explicant huiusmodi difficultatem.

PRo decisione ergo sit prima conclusio. Nullus angelus illuminat inferiorem, vt perfectius videat diuinam essentiam. Probatur. Quia illa visio est immutabilis secundùm quantitatem luminis cuiuscunque beati. Et Diuus Thomas ita docet in hoc articulo ad primũ. Confirmatur. Quia tota perfectio visionis beatæ quantum ad intensionem, imo & quantum ad extensionem commensuratur cum quantitate luminis gloriæ, per quod quisque beatus tanto perfectius videt Deum, & tanto plures rationes aliarum rerum cognoscit quanto lumen ipsum perfectius est: sed nullus angelus potest tale lumen perficere, ergo nullus potest aliũ illuminare quantum ad visionem Dei, & cognitionem eorum quæ videntur ab inferioribus in diuina essentia.

¶ Secunda conclusio. De ijs quæ vident superiores angeli in diuina essentia quæ nõ vident inferiores bene possunt illuminare, imo illuminant ipsos inferiores. Hæc conclusio planè colligitur ex Diuo Dionysio de cæleſt. hierarch. capite 15. vbi ait, Vnaquæque substantia intellectualis datam sibi à diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam. Et Diuus Thomas ita sentit in solutione ad primum, dicit enim expresè, q superior angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoscit quàm inferior, & de his eum illuminat. Sed est aduertendũ, quòd hæc illuminatio exercetur à superiori angelo nõ immediatè in ipsa visione beatifica, sed vt inquit Dionisius vbi supra, p-uida virtute diuidens & multiplicans secundum proportionem virtutis intellectiuæ inferioris angeli. Itaque eadem quæ superior cognoscit in diuina essentia, dum intendit de illis illuminare inferiorem conuertit se ad illa cognoscenda per proprias species taliter vt ab inferiori possint intelligi extra visionem diuinæ essentiæ propter illuminationem superioris angeli. Hæc autem communicatio notitiæ eorum quæ superiores cognoscunt pertinet ad statum gloriæ in cælesti hierarchia, vbi decet quòd quauis superiores multa excellenter cognoscant, tamen nihil singulariter, ita scilicet vt inferioribus modo possibili non communicent, vt cælestis curiæ status sit perfectus in vnitate, & communicatione omnium bonorum adinuicem.

¶ Tertia conclusio. Veritates quæ maximè pertinent ad illuminationem angelicã sunt illæ quæ spectant ad statum Ecclesiæ militantis, quas quidem ipse Deus successiuè manifestauit vel manifestat angelis superioribus, vel certè supremo angelo vt illo mediante manifestentur inferioribus suo ordine, ita vt illuminatus alium illuminet, & sic deinceps quoadusque ad infimum pertingat huiusmodi illuminatio. Hæc conclusio videtur expresè colligi ex testi-

testimonij Di. Dionysij citatis in articulo, & ex his quæ nos adduximus in decisione primi dubij. Et hæc est communis sententia Theologorum dum aiunt, quòd post diem iudicij Angelicæ reuelationes cessabunt, eo quod tunc cessabit status militantis Ecclesiæ.

¶Quarta conclusio. De naturalibus etiã illuminari dicuntur angeli à superioribus, quatenus superiores per species sibi naturaliter inditas perfectius cognoscunt easdem veritates quæ notæ sunt inferioribus. Notandum autem pro intelligentia huius cõclusionis, quòd illuminatio dupliciter potest considerari. Vno modo vt est immutatio illuminati, quæ fit ex non intelligente aliquam veritatem de nouo intelligens. Altero modo potest considerari illuminatio, vt est perfectio inferioris à superiore continuatione quadam deriuata. Suppositis igitur hac distinctione probatur conclusio, nam priori modo superiores angeli nõ illuminant inferiores de naturalibus, quia omnia omnibus nota sunt per species naturaliter inditas. At secundo modo bene possunt superiores illuminare inferiores; eo quod superior quisq; perfectius cognoscit seipsum & alia quàm inferiores, vnde per quandam continuationem accedit perfectio cognitioni quæ est in inferiori angelo. Per hunc etiam modum ait Diuus Thomas infra quæstione 108. articulo. 7. ad secundum, quòd superiores angeli semper illuminabunt inferiores de mysterijs gratiæ iam olim cognitis ab inferioribus. Si quis autem obijciat contra prædictam conclusionem, quòd ex illa sequitur apud dæmones esse illuminationem circa naturaliter cognita. Negatur sequela. Tum quia ad rationem illuminationis requiritur, q̃ qui illuminat intendat perducere illuminatum ad Deum, qui est prima lux. Quodquidem non intendit malus angelus. Et ideirco Diuus Thomas infra quæst. 109. artic. 3. negat in dæmonibus esse illuminationem. Tum etiam quia quanuis in singulis dæmonibus naturalis cognitio integra mãserit, tamen fortassis perfectio quæ ex ordinata naturaliter angelorum republica singulis accedebat, perdita est propter peccatum, & omnis ordo inter eos perturbatus est, qui ad pacem & vnitatem communitatis pertinebat.

A

B

C

D

E

Ad argumenta in oppositum. Ad primum respondetur ex doctrina primæ conclusionis.

¶ Ad secundum respondetur, quòd Diuus Thomas loquitur de potissima illuminatione & maximè propria, quæ est in angelis. Ad confirmationem respondetur, quòd loquitur Diuus Thomas de illuminatione quæ est mutatio angeli, ita vt ex nõ cognoscente fiat cognoscens. ¶ Ad tertium patet solutio ex eadem doctrina.

Dvbitatur quarto, Vtrùm angelus illuminans efficiat aliquid in intellecta illuminati, verbi gratia, speciem intelligibilem. Ad hoc breuiter respondetur negatiuè. Et ratio est, quia aliàs angelus illabetur in intellectum angeli illuminati, siquidem intus operaretur. Cæterùm per quam speciem angelus illuminatus apprehendat veritatem de qua illuminatur, explicandũ erit in quæstione sequenti. Quod si quis obijciat contra rationem nostræ responsionis, quodidem inconueniens sequitur ex hoc quòd vnus angelus illuminet alium per suum intellectuale lumen, dum per illud vnitur intellectui inferioris angeli, ac proinde videtur, quod illabitur in ipsum. Ad hoc respondetur, nego consequentiam. Ratio autem discriminis est, quoniã species intelligibilis est propria forma & virtus intellectiuæ potentiæ, per quã obiectum coniungitur potentiæ intimè in esse intellectiuo, & per quam postea operatur tanquam per formam eius. Cæterùm illuminatione angeli illuminati, habet suum proprium lumen intrinsecum quæ est propria eius virtus. Lumen vero angeli illuminantis vnitur illi, non tãquam virtus eius propria, sed tanquam adiuuans & confortans virtutem intriusecam per quandam assistentiam, sicut lux visibilis confortat virtutem coloris ad producendas species per quandam assistentiam quasi extrinsecam secluso omni illa psu & inhærentia, & hoc propter connaturalem subordinationẽ quam habent colores ad lucem, & similiter lumen angeli inferioris ad lumen angeli superioris.

¶ Aduertendum tamen est, quòd eum dixi-

dixímus hactenus lumen angeli superioris vniri in esse intelligibili cũ lumine inferioris angeli, non est sensus, quod ex lumine superioris resultet aliqua qualitas intelligibilis & intentionalis in lumine inferioris, quia hæc fuit imaginatio Capreoli supra impugnata. Sed sensus est, quòd lumen superius seipso, nulla qualitate mediante vnitur intelligibiliter cum lumine inferioris, sicut lux visibilis vnitur colori in esse visibilis secluså omni inhærentia, & illapsu.

A

B

C

D

E

Dvbitatur quinto, Quid intelligat Diuus Dionysius citatus in argumento sed contra, cum dicit angelum superiorẽ purgare, illuminare, & perficere inferiorem. Quæritur quomodo hæc tria distinguantur. Respondetur quòd hæc tria distinguuntur sola ratione, & distinguuntur modo exposito à Diuo Thoma articulo sequenti ad primum vbi ait, quod angelus illuminans dicitur purgare intellectum inferioris angeli quatenus tollit nescientiam illius veritatis de qua fit illuminatio: nescientiam enim quam habebat angelus inferior licet non esset culpa neque pœna, quia non erat respectu eius veritatis, quam angelus tenetur scire aut posset per solas vires naturæ, & idcirco non appellatur ignorantia quæ sonat quid malum sed nescientia; censetur tamen impuritas quædam, ideſt potentialitas, & ita illuminatio quatenus tollit hanc impuritatem ab inferiori, purificatio appellatur. Dicitur autem illuminare, quatenus confert lumen modo iam exposito quo possit cognoscere veritatem reuelatam. Denique dicitur perficere quatenus inducit eius intellectum ad cognitionem actualem veritatis reuelatæ, quæ omnia facit vnico lumine, & vnica actione. Hugo de Sancto Victore super caput. 7. Dionysij aliter hoc exponit. Dicit enim quòd angelus superior dicitur illuminare inferiorem quatenus causat in illo cognitionem speculatiuam veritatis reuelatæ. Dicitur autem perficere quatenus causat cognitionem practicam quæ ordinat ad opus, scilicet, ad amorem diuinum, vel ad aliquod ministerium exequendum circa hominum salutem.

Dvbitatur sexto. Vtrũ quicunque angelus superior illuminet quemcunque inferiorem? Respondetur cum Alberto Magno super caput citatum Diui Dionysij, quòd omnes angeli primæ hierarchiæ illuminantur immediate à Deo. Et ita Diuus Dionysius dicit ibi omnem hierarchiam esse æquiformem, ideſt, immediatè formari, & illuminari, & perfici. Et ita prima illuminatur immediate à solo Deo, secunda illuminatur immediate à prima, tertia vero illuminatur à secunda. Ex quo sequitur, quòd licèt angeli vnius hierarchiæ, sint inæquales in perfectione specifica, sed non habent inter se se subordinationem in percipiendis reuelationibus, & illuminationibus, sed omnes immediatè, & ex æquo illuminatur à suprema hierarchia. Huius ratio est quoniam vt inquit Diuus Thomas infra quæstione centesimaoctaua, articulo primo. Omnes angeli vnius hierarchiæ cognoscunt veritates sibi reuelatas per eadem principia, & per eadem illuminationes, ergo cum illuminatio potissimum consistat in manifestatione principij, & rationis sub qua cognoscitur veritas reuelata; manifestum est quòd angeli vnius hierarchiæ non habent inter se se subordinationem, quod ad illuminationẽ pertinet, quanuis vnus perfectiori modo cognoscat veritates reuelatas quàm alius. Sed sunt duo aduertenda. Primum, quòd illuminatio facta à prima hierarchia in secundam, & à secunda in tertiam ita est intelligenda, quòd infimus angelus primę hierarchiæ quasi vicem gerens totius suæ hierarchiæ illuminat omnes angelos inferioris hierarchiæ, & qui habet mains symbolum, & maiorem conuenientiam cum illis iuxta illam regulam, supremum infimi attingit infimum supremi, & ècontra. Notandum secundo, quòd ista quæ diximus in hoc dubio verificantur in illuminatione illarum veritatem quæ pertinent ad statum presentis Ecclesiæ & hominum salutem, quæ sunt propria & per se materia illuminationis angelicæ, vt diximus. Etenim si loquamur de illis rebus, quæ pertinent ad statum gloriæ probabiliter dicetur, quod quicun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que angelus beatior potest illuminare angelum minus beatum, manifestando illi modo supra exposito illas rationes & creaturas, quas ipse intuetur in verbo, & quæ ab inferiori non videntur.

ARTICVLVS II.

¶ An vnus angelus moueat voluntatem alterius.

521 1.2.q.9. ar. 4. Et 3. cont. c. 88. & 89. Ar. pce. arg. sed contra.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus possit mouere voluntatem alterius. Quia secundùm Dionysium sicut vnus angelus illuminat alium: ita purgat & perficit: vt patet ex autoritate supra dicta.* Sed purgatio & perfectio videntur pertinere ad voluntatem. Nam purgatio videtur esse à sordibus culpæ, qua pertinet ad voluntatem: perfectio autem videtur esse per consecutionem finis, qui est obiectum voluntatis. Ergo vnus angelus potest mouere voluntatem alterius.

Cap. 7. eccl. hierarch. in princ. & ca. 8. circ. prin.

¶ 2 Præterea. Sicut Dionys.* dicit 7. c. cæleſt. hierar. nomina angelorum designant eorum proprietates. Seraphim incendentes dicuntur aut calefacientes. Quod est per amorem qui ad voluntatem pertinet. Vnus ergo angelus mouet voluntatem alterius.

Lib. de ani. tex. 57. to. 2.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 3. de anima,* quòd appetitus superior mouet appetitum inferiorem. Sed sicut intellectus angeli superioris superior est: ita etiam appetitus. Ergo videtur quòd superior angelus possit immutare voluntatem alterius.

SED contra. Eius est immutare voluntatem cuius est iustificare, cùm iustitia sit rectitudo voluntatis. Sed solus Deus est qui iustificat. Ergo vnus angelus non potest mutare voluntatem alterius.

¶. præc. art. 4.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est,* voluntas immutatur dupliciter: vno modo ex parte obiecti: alio modo ex parte ipsius potentiæ. Et parte quidem obiecti mouet voluntatem, & ipsum bonum quod est voluntatis obiectum, sicut appetibile mouet appetitum: & ille qui demonstrat obiectum, puta qui demonstrat alicui quid esse bonum. Sed sicut sup. dictum est* alia quidem bona aliqualiter inclinãt voluntatem, sed nihil sufficienter mouet voluntatẽ nisi bonũ vniuersale, quod est Deus. Et hoc bonum solus ipse ostendit, vt per essentiam videatur à beatis, qui dicente Moyse, Ostende mihi gloriã tuam, respondit, Ego ostendã tibi omne bonum: vt habetur Exod. 33. Angelus ergo nõ sufficienter mouet voluntatẽ, neque vt obiectum, neq; vt ostendens obiectum: sed inclinat eam, vt amabile quoddã: et vt manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem. Et per hoc inclinare potest ad amorẽ creaturæ vel Dei per modum suadentis. Ex parte vero ipsius potentiæ, voluntas nullo modo potest moueri nisi à Deo. Operatio enim voluntatis est inclinatio quædã volentis in volitũ. Hanc autem inclinationẽ solus ille immutare potest, qui virtutem volendi creaturæ contulit: sicut & naturalem inclinationem solum illud agens potest mutare, quod potest dare virtutem, quam consequitur inclinatio naturalis. Solus aũt Deus est qui potentiam volendi tribuit creaturæ, quia ipse solus Deus est autor intellectualis naturæ. Vnde angelus voluntatem alterius mouere non potest.

Cap. 7. eccl. hierar. in fine.

AD primum ergo dicendum, quòd secũdum modum illuminationis, est accipienda & purgatio & perfectio. Et quia Deus illuminat immutando intellectum, & voluntatem, purgat à defectibus intellectus & voluntatis, & perficit in finem intellectus & voluntatis, angeli autem illuminatio refertur ad intellectum, vt dictum est*: ideo etiã purgatio angeli intelligitur à defectu intellectus qui est ne sciantia: perfectio autem est consummatio in finem intellectus qui est veritas cognita. Et hoc est quod dicit Dionys.* 6. c. Eccl. hierar. quod in cælesti hierar. purgatio est in substantijs & essentijs tanquam ignotorum illuminatio in perfectiorem scientiam inducẽs. Sicut si dicamus visum corporalem purgari inquantum remouentur tenebræ: illuminari verò inquantum perfunditur lumine: perfici verò secundum quod perducitur ad cognitionem colorati.

In corp.

AD secundum dicendum, quòd vnus angelus potest inducere alium ad amorem Dei per modum persuadentis, vt supra dictum est.*

AD tertium dicendum, quòd philosophus loquitur de appetitu inferiori sensitiuo, qui potest

A *potest moueri à superiori intellectiuo: quia pertinet ad eãdem naturam animæ: et quia inferior appetitus est virtus in organo corporali. Quod in angelis locum non habet.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Ex parte obiecti potest vnus angelus mouere alterius voluntatem.

B ¶ Secunda conclusio. Ex parte potentiæ vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius.

COMMENTARIVM.

DVbium est hic de secunda conclusione. Arguitur enim primo contra illã. Vnus angelus potest mouere intellectum alterius ex parte potentiæ, vt constat ex articulo præceden. ergo etiam voluntatem.

C ¶ Secundo. Potest creatura inferior, v.g. homo mouere lapidem contra eius inclinationem, ergo poterit vnus angelus mouere voluntatem alterius contra eius inclinationem, atque adeò ex parte potentiæ vnus angelus poterit mouere voluntatem alterius.

¶ Respondetur ad primum, q. in illuminatione intellectus angeli inferioris, taliter mouetur angelus ex parte potentiæ, q. virtus potẽtiæ in nihilo mutatur in semetipsa, sed confortatur per ordinem ad operationem ex assistentia extrinseca luminis superioris & ex manifestatione principij & medij intelligibilis: ac si voluntas moueretur ex parte potentiæ, necesse esset, quòd eius virtus intrinseca aliqualiter mutaretur in semetipsa, eo quod volũtas operatur per modum inclinationis, inclinatio autem procedit à virtute intrinseca. Vnde ad argumentum negatur consequentia.

D

E ¶ Ad secundum negatur consequentia propter duas rationes. Prima. Quoniam vt ostenditur à D. Th. in 1. 2. q. 6. 9. & 10. impossibile est voluntatem cogi & violentari licet possit necessitari, nam hoc tenet se ex parte obiecti, illud aũt ex parte principij immutantis naturam eius quod est impossibile. nã actus eius est volitio. Secus est autem in rebus corporalibus. Secunda ratio est. Quoniam voluntas propter suam immaterialitatem, & vniuersalitatem sui obiecti, soli Deo est subiecta, at res corporea subijcitur causis naturalibus & corporeis. Et potest ab ipsis immutari.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm angelus inferior superiorem illuminare possit.

522 2. d. 9. ar ti. 2. Et ver. q. 9. ar. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus inferior superiorem illuminare possit. Ecclesiastica n. hier. deriuata est à cælesti, & eam repræsentat: vnde & superna Hierusalem dicitur mater nostra, Galat. 4. Sed in ecclesia etiam superiores illuminantur ab inferioribus & docentur: secundùm illud Apostoli. 1. ad Cor. 14. Potestis omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur. Ergo & in cælesti hierarchia superiores ab inferioribus possunt illuminari.

C ¶ 2 Præterea. Sicut ordo corporalium substantiarum dependet ex Dei voluntate: ita & ordo substantiarum spiritualium: sed sicut dictum est.* Deus quandoque præter ordinem substantiarum corporalium operatur, ergo etiam operatur præter ordinem spiritualium substantiarum illuminando inferiores, non per medios superiores. Sic ergo inferiores illuminati à Deo possunt superiores illuminare.

q. 5. pc. ar. 6. & 7.

D

Ar. j. hius q. ca. 5. eccle. hierar. in tu. de sacer dotio per fectionibus, in fine.

¶ 3 Præterea. Vnus angelus alium illuminat, ad quem se conuertit, vt sup. dictum est.* Sed cùm ista conuersio sit voluntaria, potest supremus angelus ad infimum se conuertere medijs prætermissis. Ergo potest eum immediatè illuminare. Et ita potest illuminare superiores.

E SED contra est, quod Dionys.* dicit, hanc legem esse diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducantur in Deum per superiora.

Ar. de q. præce. art. 6.

RESPONDEO dicendum, quòd inferiores angeli nunquam illuminãt superiores, sed semper ab eis illuminantur. Cuius ratio est: quia sicut supra dictum est.* ordo q. præce. continetur sub ordine, sicut causa continetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur sub causa. Vnde sicut ordinatur causa ad cām, ita ordo ad ordinē. Et ideo non est inconueniens, si aliquando aliquid fiat præter ordinem inferioris causæ ad ordinandū in superiorem causam: sicut in rebus humanis pretermittitur mandatum præsidis, vt obediatur principi. Et ita contingit, vt præter ordinem naturæ corporalis, aliquid Deus miraculosè operetur, ad ordinandum homines in eius cognitionē. Sed pretermissio ordinis, qui debetur spiritualibus substantijs, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum, cùm operationes angelorū non sint nobis manifestæ, sicut operationes visibilium corporū. Et ideo ordo, qui conuenit spiritualibus substantijs, nunquam à Deo pretermittitur, quin semper inferiora moueantur per superiora, & non econuerso.

A

AD primum ergo dicendum, q Eccles. hierar. imitatur cœlestem aliqualiter: sed nō perfectè consequitur eius similitudinem. In cœlesti enim hierarchia tota ratio ordinis est ex propinquitate ad Deum. Et ideo illi qui sunt Deo propinquiores, sunt & gradu sublimiores, & scientia clariores. Et propter hoc superiores nunquam ab inferioribus illuminantur. Sed in Ecclesiast. hierarc. interdum qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores sunt gradu infimi, & scientia non eminentes. Et quidam in vno etiam secundùm scientiam eminent, & in alio deficiunt. Et propter hoc superiores ab inferioribus doceri possunt.

AD secundum dicendum, q non est similis ratio de hoc, q Deus agat præter ordinē naturæ corporalis & spiritualium: vt dictum est. Vnde ratio non sequitur.

In cor. art.

AD tertium dicendum, quòd angelus voluntate conuertitur ad alium angelum illuminandum. Sed voluntas angeli semper regulatur lege diuina, quę ordinem in angelis instituit.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Ratio est Quia ita postulat debitus ordo naturæ & vniuersi.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm angelus superior illuminet inferiorem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus superior non illuminet inferiorem. Dicit enim Dionys. 12. cap. cæles. hierar. quòd angeli superiores habent scientiam magis vniuersalem: inferiores vero magis particularem & subiectam. Sed plura continentur sub scientia vniuersali, quàm sub particulari. Ergo non omnia quæ sciunt superiores angeli cognoscūt inferiores per superiorum illuminationem.

123 2. d. 9. ar. 2. q. 2. ar. 2. Et vide 9. q. ar. 1. ca. 12.

B

¶ 2 Præterea. Magister dicit in 11. dist. 2. sent. quòd superiores angeli cognouerunt à seculo mysterium incarnationis. Inferioribus vero ignotum fuit vsquequo completum est. Quod videtur per hoc, q quibusdam angelis quærentibus, Quis est iste rex gloriæ, quasi ignorantibus alij respondent quasi scientes: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ: vt Diony. exponit 7. c. cæles. hierar. Hoc autem non esset si superiores angeli illuminarēt inferiores de omnibus quæ ipsi cognoscūt. Non ergo eos illuminant de omnibus sibi notis.

C

cap. 2 in fi.

¶ 3 Præterea. Si omnia superiores angeli inferioribus annuntiant, quæ cognoscunt, nihil inferioribus ignotum remanet quod superiores cognoscant. Non ergo de cætero superiores poterunt illuminare inferiores. Quod videtur inconueniens. Non ergo superiores de omnibus inferiores illuminant.

D

SED contra est, quòd Gregor. dicit, in Homil. quòd in illa cælesti patria licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur sine cēteris singulariter. Et Diony.* dicit c. 15. cæles. hierarch. quòd vnaquæque cælestis essentia intelligentiam sibi à superiori datam inferiori communicat, vt patet ex autoritate supra inducta.*

Lib. 2. Mor. c. 5 parum à princ. Qu. 82. art. 3. Li. 10. de Tri. c. 5. & 8. 9. & 10. to. 3.

E

RESPONDEO dicendum, quòd omnes creaturę ex diuina bonitate participāt, bonum quod habent, in alia diffundant. Nam de ratione boni est quòd se alijs cōmunicet. Et inde est etiam, q agentia corporalia similitudinem suā alijs tradunt, quantū possibile est. Quanto igitur aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tanto magis perfectiones suas nituntur in alios transfundere, quantū possibile est. Vnde beatus Petrus monet eos qui diuinam bonitatem per gratiam participant, dicens 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illa administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis sancti angeli qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis, quicquid à Deo percipiunt subiectis impartiuntur. Non tamen recipitur ab inferioribus ita excellenter, sicut est in superioribus. Et ideo superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habentes. Sicut vnam & eandem rem plenius intelligit magister quàm discipulus, qui ab eo addiscit.

123 2. d. 9. ar. 2. q. 2. ar. 2. Et vide 9. q. ar. 1. ca. 12.

B

AD primum ergo dicendum, quòd superiorum angelorum scientia dicitur esse vniuersalior, quantum ad eminentiorem modū intelligendi.

C

AD secundum dicendum, quòd verbum Magistri non sic est intelligendum, quòd inferiores angeli penitus ignorauerint mysterium incarnationis: sed quia non ita plenè cognouerunt sicut superiores: & in eius cognitione postmodum profecerunt, dum illud mysterium impleretur.

AD tertium dicendum, quòd vsque ad diem iudicij semper noua aliqua supremis angelis reuelantur diuinitus de his quæ pertinent ad dispositionem mundi, & præcipuè ad salutem electorum. Vnde semper remanet, vnde superiores angeli inferiores illuminent.

D

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Ratio est. Quia omne bonum est diffusiuum & communicatiuum sui. Intelligenda est conclusio principaliter de his quæ pertinent ad ordinē gratiæ & non naturę. Hi duo articuli sunt intelligendi attendendo ad suauem rerum dispositionem, nam Deus potest immutare ipsum ordinem pro suo arbitrio.

E

QVAESTIO CVII.
De locutionibus angelorū.

DEINDE considerandum est de locutionibus angelorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm vnus angelus alteri loquatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnus angelus alteri non loquatur. Dicit enim Greg.* 18. Moral. quòd in statu resurrectionis vnius cuiusq; mentē ab alterius oculis membrorum corpulentia nō abscondit: multò igitur minus mens vnius angeli absconditur ab altero. Sed locutio est ad manifestandum alteri quod latet in mente. Non igitur oportet quòd vnus angelus alteri loquatur.

124 1. di. 11. q. 2. ar. 3. Et vide ri. q. 9. ar ti. 4. 5. & 7. Et 1. cōt. 15. co. 2. * Li. 18. Mor. c. 3 in fi.

A

¶ 2 Præterea. Duplex est locutio. Interior, per quam aliquis sibi ipsi loquitur: & exterior, per quam aliquis loquitur alteri. Exterior autem locutio fit per aliquod sensibile signum: puta voce, vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua vel digito. Quæ angelis competere non possunt. Ergo vnus angelus alteri non loquitur.

¶ 3 Præterea. Loquens excitat audientē, vt attendat suæ locutioni. Sed nō videtur q vnus angelus excitet alium ad attendendū. Hoc enim fit apud nos aliquo sensibili signo. Ergo vnus angelus non loquitur alteri.

SED contra est, quod dicitur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum.

RESPONDEO dicendum, quòd in angelis est aliqua locutio. Sed sicut dicit Greg. 2. Moral. dignū est vt mens nostra qualitatē corporeæ locutionis excedens ad sublimes atq; incognitos modos locutionis intima suspendatur. Ad intelligendum igitur quali modo inter vnus angelorū alij loquitur, considerandū est, q sicut sup. dixim us,* cum de actibus, & potentijs animæ ageretur, voluntas mouet intellectū ad suā operationem: intelligibile autem est in intellectu triplicitèr. Primò qui dē habitualiter vel secundum memoriam, vt Augusti.* dicit. Secundo autem vt in actu con-

Lib. 2. Mor. c. 5 parum à princ. Qu. 82. art. 3. Li. 10. de Tri. c. 5. & 8. 9. & 10. to. 3.

B

C

D

E

consideratum vel conceptum. Tertio, vt ad aliud relatum. Manifestum est autem quòd de primo gradu in secundum transfertur intelligibile per imperium voluntatis. Vnde in diffinitione habitus dicitur, quo quis vtitur volueris. Similiter autè de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem. Nam per voluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta vel ad agendum aliquid, vel ad manifestãdum alteri. Quando autem mens convertit se ad actu considerandum quod habet in habitu, loquitur aliquis sibi ipsi. Nam ipse conceptus mentis interius verbum vocatur. Ex hoc vero, q̃ conceptus mentis angelicę ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, conceptus mentis vnius angeli innotescit alteri. Et sic loquitur vnus angelus alteri. Nihil est n. aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifestare.

AD primum ergo dicendum, quòd in nobis interior mentis conceptus quasi duplici obstaculo clauditur. Primo quidem ipsa voluntate: quæ conceptum intellectus potest retinere interius, vel ad extra ordinare. Et quãtum ad hoc, mentem vnius nullus alius potest videre, nisi solus Deus, secũdùm illud 1. Corinth. 2. Quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Secũdo autem clauditur mens hominis ab alio homine per grossitiem corporis. Vnde cùm etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signum sensibile adhibere. Et hoc est quod Grego. dicit li. 2. Moral. ca. 5. paulò post ptĩ. *2. Moral. Alienis oculis intra secretum mentis, quasi post parietem corporis, stamus. Sed cum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguę ianuam egredimur, vt quales sumus intrinsecus, ostendamus. Hoc autem obstaculum nõ habent angelus. Et ideo quàm cito vult manifestare suum cõceptũ, statim alius cognoscit.*

AD secundum dicendum, quòd locutio exterior quę fit per vocem, est nobis necessaria propter obstaculum corporis. Vnde nõ cõuenit angelo, sed sola locutio interior ad q̃ pertinet non solum q̃ loquatur sibi interius concipiendo: sed etiam q̃ ordinet per voluntatem ad alterius manifestationem. Et sic lingua angelorum metaphoricè dicitur ipsa virtus angeli, qua conceptum suum manifestat.

AD tertium dicendum, quòd quantum ad angelos bonos qui semper se inuicem vident in verbo, non esset necessarium ponere aliquid excitatiuum: quia sicut vnus semper videt alium, ita semper videt in eo quicquid est ad se ordinatum. Sed quia etiam in statu naturę condite sibi inuicem loqui potuerunt, & mali et angeli nunc sibi inuicem loquuntur: dicendum est q̃ sicut sensus mouetur à sensibili, ita intellectus mouetur ab intelligibili. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus: ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens angeli ad attendendum.

SVMMA ARTICVLI.

CConclusio est affirmatiua, & certa secundum fidem. Probatur Isaiæ 6. vbi dicitur de duob. Seraphin, quòd clamabat alter ad alterum dicens, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et c. 63. Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bostra? vbi secundùm communẽ explicationem inducuntur angeli minores loquentes ad maiores. Et Apocalypsis 7. Ecce ego Ioannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, & clamauit voce magna quatuor angelis. Item Zachar. capit. 2. Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius & dixit ad eũ, Curre loquere ad puerum istum. Accedit etiam communis sententia Sanctorum, & Theologorum. Ratio item astipulatur. Quoniam cœlestis respublica non esset bene instituta, nisi inter ciues illius esset communicatio eorum quæ in corde cogitant: vero cum sint occultæ cogitationes cordium, vt supra quæstio. 57. dictum est, impossibile esset nisi mediãte aliqua locutione quod angeli

geli ad inuicem cogitationes suas cognoscerent.

COMMENTARIVM.

DVbium est autẽ inter Theologos circa modum quo fit ista locutio. Circa quam difficultatem sunt variæ sententiæ. Prima sententia est Scoti in 2. sentent. dist. 9. q. 2. qui asserit angelum loquentẽ efficere actualem cognitionem propriæ cogitationis in mente allius cui loquitur, ita vt intellectus audientis angeli merè passiuè se habeat recipiens talem cognitionẽ. Imo aliquando etiã recipit speciem intelligibilem, quoniam angelus loquẽs manifestat audienti rem aliquam antea illi incognitam. Distinguit vero Scotus in angelo audiente intellectionem ab auditione, ait enim quod intellectio effectiuè producitur ab intellectu audientis, auditio vero efficitur à loquente & audiens merè passiuè se habet. Hęc Scoti sententia in duobus peccat. Primum est in eo quod asserit loquentem angelum effectiuè producere auditionem in intellectu audientis: constat autẽ quã sit hoc falsum, siquidem auditio operatio vitalis est ad cuius rationem pertinet vt producatur à principio intrinseco audientis. Deinde q̃m illo modo colligitur illapsus vnius angeli in mentẽ alterius si quidẽ angelus loquẽs operaretur intra mentẽ alterius, ac proinde illic est. Alterũ in quo peccat Scotus est, q̃m distinguit auditionẽ ab intellectione. Hoc nam intelligibile est & contra D. Aug. lib. 15. de Trin. ca. 20 vbi docet, quòd in angelis non inuenitur auditio differens ab intellectione. Tres aliæ sententiæ referuntur à Durand. in dist. 11. q. 2. Prima est, q̃ in angelo loquente sunt quædam signa naturaliter occulta reliquis angelis, videlicet formalis conceptus. Alia signa sũt natura sua cognoscibilia ab alijs angelis, & p̃ hęc manifestat angelus priora signa, quæ manifestatio dicitur loquutio. Ab hac sñia non vr alienus D. Tho. in 2. Sent. d. 11. q. 1. ar. 3. Quæ tamen sñia optimè confutatur ibidem à Durando. Et insuper arguitur contra illam, q̃m illa signa de quibus dicit prædicta opinio q̃ sunt naturaliter nota aliis, non videntur aliud esse quàm formales cõceptus vel cognitiones existentes in intellectu angelico, quæ quidẽ omnia naturaliter sunt occulta reliquis angelis. Deinde hmõi signa naturaliter significare necesse est, neq; n. apud angelos reperitur significatio ad placitum sicut contingit apud homines, cum contingat hmõi signa naturaliter significent nõ potuit vnus angelus alteri loqui quin eius loquutio manif. ita posset esse reliquis angelis. Altera opinio dicit, Angelum non aliter loqui quam exprimendo quasdam figuras & characteres in quibus alius angelus cognoscat mentem illius. Hęc tamen sñia indigna est viro Theologo, q̃m angelorũ loquutio non habet dependentiam à corpore in quo necesse erat tales figuras & characteres imprimi. Quamus n. nulla esset corporalis creatura producta, nihilominus angeli adinuicem colloquerentur. Tertia sñia docet, loquutionem angelorũ fieri per hoc q̃ angelus vno conceptu alium manifestet & explicet. Sed hic modus dicendi non explicat quo pacto ille conceptus manifestetur qui est alterius manifestatiuus. Videtur n. eadem de vtroq; difficultas emergere. Herueus in illa d. 11. prædictam sñam docet atque ita explicat. Angelus, inquit, superior suum conceptũ vniuersale inferiori angelo manifestat & particulares conceptus eo quod cõceptus vniuersalis non extat in inferiori angelo perceptibilis. Verum hic doctor in duob. errat. Primo quidẽ cum non de omni loquutione angelica modum quo fiat profert, sed duntaxat modum assignat, quo angelus superior inferiori loquatur. Deinde errat arbitrans conceptus particulares explicatiuos esse vniuersalium per hoc quod natura sua excitatiuã quandam vim habent ea mentem audientium, quã non habent vniuersales conceptus: q̃ quidem voluntariè & absque fundamento asseritur. Durandus vero reiectis prædictis sententijs aliam ipse minus probabilem profert. Ait enim primo, q̃ cùm omnes angeli adinuicem naturaliter cognoscant suas cogitationes, non aliter est intelligenda loquutio in angelis nisi quatenus angelus peculiare desiderium habet vt sua mens speciali attentione ab altero percipiatur, sicut dicemus postea de loquutione q̃ fit ipsi Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicit secundo, ꝙ si nō admittatur illa sen- A tentia quæ asserit angelos inuicem suas cogitationes cognoscere absque speciali manifestatione, non pōt aliter explicari angelorum loquutio niū per hoc ꝙ angelus formet quædam signa exteriora & corporea in quibus angelica mens repræsentetur alteri angelo ſiſtar humanę loquutionis qua homines adinuicem colloquia miſcent. Hæc Durādi assertio in primo dicto si nō est error, errori proxima est, eo quod præsupponit angelos adinuicem suas cogita- B tiones naturaliter absq; speciali manifestatione cognoscere, de qua re in superioribus q.57 satis dictum est. Secundum vero assertum Durandi improbabile est, quatenus docet angelicam loquutionem à figuis corporalibus dependere. Quinta sententia asserit angelicam loquutionem fieri per hoc ꝙ loquens angelus efficit nouā speciem in intellectu audientis, vel actuat & perficit intrinsecè aliquam speciem pexistentem vt mens audientis angeli per- C cipiat actu cogitationem & conceptū loquentis. Huic sententiæ fauet Alex. Alens. 2.par.q.22.membro 3. Et Richar. in 2. Sen. d.9. Quidam ēt moderni Theologi illam sequūtur, qui opinantur ꝙ angelus nō potest cognoscere singularia quæ de nouo fiunt per species à principio sibi inditas. sed opus habet recipere nouas species vel olim receptas nouiter actuari & determinari, ꝙ quidem specialiter aiunt verificari in cognitione cogitationū liberi arbitrij. Nos autem circa q.57.ar.4. ostendimus q̄ falsum sit prædictæ sententiæ fundamentum. Et certè D.Tho.q.9.de veritate art.4. ad 11. docet angelum cognoscere alterius cogitationem sibi loquentis per eandē speciem per quā cognoscit illius essentiam. Qui modus dicendi præferendus vī alteri quem docet D.Tho.in 2.Sent. dist. 11.qō. 1.art.4.ad 4. vbi ait, ꝙ angelus audiens alterum angelum, cognoscit illius loquutionem per propriam essentiam audientis: eo E quod angelus quilibet se ipsum & omnia quæ ad se pertinent per propriam essentiam cognoscit. Atque ita cùm angelica loquutio censeatur pertinere ad angelum ad quem dirigitur, consequens est quòd illam per propriam essentiam cognoscat.

Sed profecto hæc ratio non videtur conuincere. Etenim angelus per essentiam suam duntaxat cognoscit se & ea quæ aliqualiter intrinsecā habent habitudinē ad ipsum. At vero loquutio extrinsecā habet habitudinem ad ipsum. Sexta sniā tenet ꝙ loquutio angelica nō aliter fit nisi p hoc, ꝙ vnus angelus ordinat suū cōceptum ad alterum pro sua libera voluntate, atq; ita ille conceptus sic ordinatus p seipsum manifestus est alteri angelo. Hæc sniā colligitur ex D.Th. in hoc arti. & art. seq. & q.9. de veri. art.4. & art.5. ad 5. & art. 6. ad 4. & ex quodlib.7. art. 3. Quam sniam plurimi ex Themistis sequuntur. Quam ēt tenet Henric. Ganda. quodlib. 5. ar. 3. Cui arridet Dionỹ. Cartu. in 2. Sent. d. 11. q. 2. Hi tamē Theologi negant ꝙ angelus loquens exerceat aliquā efficientiam circa intellectum audientis. Quod si quis roget, vnde contingat, quòd dum angelus loquitur alteri audiatur semper eius loquutio ab altero, eū tamen ille qui loquitur non immutet realiter intellectum audiētis, sed duntaxat sē teneat loquutio ex parte obiecti dum manifestatur conceptus, qui alias erat occultus? Quomodo, inquam excitatur mens eius ad quem loquutio dirigitur vt semper audiat dū sibi sermo ab altero fit? Ad hoc multi ex Theologis nihil respondent, sed putant rem nobis occultam esse Di. Tho. vbi sup. in 2. Sent. d. 11. q. 1. arti. 4. ad quartum, dicit quòd cum angelus semper sit D in actuali cognitione sui & eorum quæ se pertinent, eo ipso quòd illi manifestatur conceptus alterius reducitur in actualem illius cognitionem, propterea quòd talis conceptus pertinet ad ipsum, vnde non requiritur aliqua motio vel efficientia loquentis circa intellectum audientis. Verum hæc responsio iam à nobis confutata est: fundatur enim in eo quòd angelus percipit loquutionem per mentem loquentis sibi per eandem speciem qua propriam E essentiam cognoscit. ¶Septima sententia, quæ nobis verosimillima videtur, est quæ pertim conuenit cum præcedenti in eo qđ asserit, angelicam loquutionem fieri per hoc quòd angelus suum conceptum formalem voluntariè refert ad alterum angelum. Addit tamen hęc sententia quòd

angelus loquens dum manifestat propriū A conceptum, mouet, & excitat intellectum alterius vt actu aduertat ad loquutionem sibi factam. Hæc sententia est expresse D. Thom. in hoc articulo ad tertium, vbi maximè præ cęteris locis suam sentētiam manifestat. Et profecto etiam in quæstio. 9. de verit. ar. 6. ad quartum, insinuat, quòd cum docet angelum loquentem nihil efficere in intellectu audientis, non intendit negare excitationem quam in præsenti articulo statuit. Sed solum negat loquentem angelum efficere speciem aut lumen in intellectu audientis.

¶Iam vero pro maiori intelligentia D. Thom. aduertendum est hanc excitationē diuersimodè à Thomistis explicari. Capreolus enim ponit simul quædam signa, quæ sunt ipsæ species intelligibiles. Idque probat ex D.Tho.q.9.de verit.art.4.ad 12. Vbi ait, quod signum est ipsa species, nutus autem ordinatio ad alium, lingua vero potestas hęc faciendi. Aitque Capreolus talia C signa naturaliter esse repręsentatiua obiecti, sed actualem cogitationem non naturaliter repręsentat, sed ex beneplacito angeli intelligentis. Hanc opinionem sibi elegit Magister Cano olim præceptor meus. At Caietanus in loco negat ista signa esse necessaria, quoniam existimat ipsam ordinationem conceptus ad alterum sufficere, vt cognoscatur ipse conceptus; habet enim talis ordinatio virtutem excitatiuā, eo quod facit conceptum esse de pertinentibus ad D illum, cui fit loquutio. Neque arbitratur necessarium esse multiplicare tot entia, cum sufficiat ponere vnita secundum eminentiam ea quæ apud nos diuisa sunt, scilicet, signum & conceptus. Quæ sententia Caietani videtur esse D.Tho. in hoc arti. & art. 2. ait enim angelū loqui angelo nihil aliud esse quàm conceptum suum ordinare, vt ei innotescat per propriam voluntatem. Et ad primum inquit, quòd quàm cito vult angelus manifestare, statim alius cognoE scit. Verum est tamen, quod in solutione ad 3. videtur insinuare esse quædam signa intelligibilia in loquutionibus angelorū, cum dicit, quòd sicut per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens angeli

B ad attendendum. Veruntamen respondeti potest, quod illa virtus nihil aliud est, quā ordinatio conceptus siue conceptus ordinatus ad alium. ¶Notandum est secundo pro decisione huius dubitationis, aliud eē disputare de his q̄ pertinent ad rōnem loquutionis in cōmuni, aliud de his quę pertinent ad talem loquutionem. Quo supposito operæpretium est quibusdam conclusionibus nostram sententiam iuxta mentē D.Tho interponere.

¶Prima conclusio. Ad rationem loquutionis in genere non pertinet quòd fiat per signa conceptus, neque vt loquens illuminet, neque vt aliquid fiat manifestum ei cui fit loquutio, quod antea non cognoscebat, nec deniq; vt loquēs aliquid imprimat in audiente. Probatur conclusio. Quoniam homines & angeli loquuntur Deo, & tamē in ea loquutione nihil prædictorum inuenitur. Prætetea D.Tho. ar.3. ad primū, ait ꝙ loquutio non semp est ad manifestandū aliquid. Præterea angelus inferior superiori loquitur, & tamen non illuminat superiorem, ergo illuminatio non pertinent ad rationem loquutionis.

¶Secunda conclusio. Ad rationem loquutionis satis est vt conceptus aut res cognita per conceptum quatenus cognita est ordinetur ad alium cognoscentē quatenus cognoscens est, siue de nouo cognoscat siue non. Probatur hæc conclusio. Quoniam in loquutionibus quæ fiunt à creaturis ad Deum nihil aliud inuenitur quàm actualis ordinatio cognitionis creaturę per propriā voluntatem ad ipsum Deum omnium cognitorē. Ex quo sequitur, ꝙ vbi in sacris literis introducitur creatura rogans Deum, vt audiat & cognoscat, sicut v.g. Psalm. 5. Verba mea auribus percipe Domine, intelligе clamorem meum. loquutio est figurata, ac si creatura diceret, Fac Domine me intelligere, ꝙ tu es qui audis verba mea, & intelligis clamorem meum. Quod quidem fit per hoc quòd Deus spem cōsequēdi postulata vel effectum postulationis confert.

¶Tertia conclusio. Ad rationem loquutionis qua Deus loquitur angelo vel homini, necesse est vt aliquid in illo efficiat. Hęc probatur inductiuē, qm̄ Deus beatis verbū suum manifestat imprimens lumen beatifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tificum, imo ad ipsam visionem beatificã A
effectiuè cõcurrit. Item Deus loquitur omnibus hominibus imprimendo lumen naturale iuxta illud ad Rom. 1. Quod notum est Dei manifestum est in illis, Deus enim illis manifestauit. Loquitur etiam per signa exteriora ipsis hominibus. Psal. 18. Cœli enarrãt gloriam Dei, & opera manuum eius annũciant firmamentum. Et ad Heb. 1. Multifariè multisque modis, olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in Filio. Se- B
per itaq; loquutione sua Deus aliquid operatur in eo cui loquitur. Est enim Deus intimè in omni creatura. Cui consonat illud. Psalm 84. Audiam quid loquatur in me Dominus.

¶Quarta conclusio. Vt angelus superior loquatur inferiori loquutione illuminatiua, non satisfuerit, quòd per voluntatem ordinet suum conceptum ad inferiorem angelum. Probatur ex verbis Dionys. capi. 15. de cæleſt. Hierar. Vbi ait, vnaquæque C
substantia intellectualis datam sibi a diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam, hoc est proportionem. At vero si angelus illuminãs nihil aliud faceret quàm ordinare suũ conceptum integrum inferiori, & non diuideret nec multiplicaret, angelus inferior non esset capax illius loquutionis. Item D. Thomas supra quæst. 106. art. 1. ait, quod superior angelus notitiam veritatis accipit D
in vniuersali quadam cõceptione, ad quã capiendam inferioris intellectus non esset sufficiens, & ideo superior eã distinguit, & sic eam cognoscenda proponit. Quod aũt talis diuisio fiat ab angelo illuminante, docet ipsemet D. Tho. q. 9. de ver. ar. 5. vbi ait q; supior angelus cõceptũ diuidit & multiplicat concipiẽdo in se illud de quo vult illuminare per modum talem quo sit compræhensibile ab inferiori. Quod si quis roget, quid hoc est quod amplius exigitur in E
loquutione illuminatiua præter ordinationem conceptus angeli illuminatis. Respondetur quòd angelus superior per vnicam speciem & simpliciorem, cognoscit plura quam inferior. Cognoscit igitur v.g. animal, & omnes species animalis distincte per vnicam speciem intelligibilem, atque ita formiat vnum conceptum expressum, & adæquatum tali speciei intelligibili. Dico ergo quod inferior angelus non poterit illud obiectum percipere, vt repræsentatur per prædictum conceptum. Sed necesse erit vt superior angelus formet duos vel tres cõceptus minus vniuersales, quos proponat inferiori, vt ita fiat proportio iuxta capacitatem inferioris. Ar ita fit loquutio luminatiua. De qua re plura dicta sunt superioribus.

¶Quinta conclusio. Vt angelus inferior loquatur superiori, satisfuerit q; per voluntatem ordinet conceptus suos qui pendent ex libero arbitrio ad angelũ superiorẽ. Hæc conclusio probatur à D. Tho. in art. 2. Nihilominus multa sunt quæ secundum sententiam D. Thomæ difficultatem moderatis Theologis præ se ferunt. Mitto nunc difficultatem, quo pacto vnius angeli conceptus qui naturaliter est occultus alteri possit illi manifestari absque noui luminis infusione. de qua re sup. q. 57. art. 4. dictũ est. potissima igitur difficultas est in explicando modo quo excitationem illam exerceat loquens angelus vt alter attendat.

¶Arguitur ergo primo. Angelus loquens nihil causat in intellectu eius cui loquitur sed excitatio effectiua esse non potest absque causalitate & productione alicuius entitatis in intellectu angeli qui dicitur excitari, ergo &c. Probatur minor, quoniam excitatio passiua est aliquid productũ in intellectu excitato, quòd quidem non videtur quid sit neque enim est species nec lumen neque ipsa cognitio. Quòd si quis respondeat passiuam illam excitationem nihil aliud esse quam motionem quandã spiritualem in qua intellectus excitatus se habet mere passiue. Cõtra hoc replicat sic. In intellectu nulla est motio siue actiua siue passiua quæ non sit vel actualis cognitio vel receptio speciei vel alterius principij prærequisiti ad intellectum, sed illa passiua excitatio nõ est actualis cognitio neq; est productio alicuius principij prærequisiti ad intellectionem vt ex dictis constat, ergo nihil est.

¶Arguitur secundo. Si vnus angelus effectiuè mouet & excitat intellectum alterius

rius sequitur, quòd illabitur intra ipsum, A
consequens non est admittendum, ergo. Probatur sequela, illa excitatio sit intra intellectum excitatum, ergo angelus excitãs est intra intellectum excitati, nam est vbi operatur. Tertio, si angelus loquens excitat effectiuè intellectum eius cui loquitur sequitur quòd quando vnus angelus loquitur, ille cui loqꝫ nõ possit nõ audire & aduertere ad loquentẽ & ad loquutionẽ ius, cõsequẽs falsum apparet, q; ponimus imperfectionem in angelo si necessitamus illud ad audiendum & aduertendum. Patet B
sequela, quia si loquens effectiuè & efficaciter excitat intellectum cui loquitur, ergo ipse intellectus excitatur, ergo apparet impossibile quod is cui loquutio fit, non aduertat. ¶Quarto. Angelus inferior codẽmodo loquitur superiori quo superior inferiori, sed inferior non potest excitare efficaciter intellectum superioris, ergo neque superior excitat intellectum inferioris. Probatur minor. Quia excitatio requirit supe- C
rioritatem in excitante supra excitatum.

¶Quinto. Homo loquitur angelo & tamen nõ excitat intellectum illius, ergo ad loquutionem non requiritur excitatio.

¶Sexto. Conceptus angeli ex natura sua solum habet quod sit terminus intrinsecus & obiectum immediatũ cognitionis, ergo quamuis ordinetur ad alterum angelum, non habebit vim excitandi intellectum illius. Quòd si quis dicat talem vim à voluntate participare, à qua dirigitur & ordina- D
tur, contra. Sequitur q; loquutio sit actus voluntatis & non intellectus, vel saltim q; magis pertinet ad voluntatem quàm ad intellectum, quòd quidem falsum esse patet, quoniam loqui pertinet ad potentiam cuius proprium est dirigere & manifestare quæ certe est intellectiua. Confirmatur, quoniam angelus per loquutionem non solùm manifestat suo conceptus & cogitationes, sed etiam affectiones voluntatis, ergo E
tunc loquutio ad voluntatem pertinebit & non erit opus vt in intellectu loquentis sit aliquod signum repræsentans affectionem voluntatis, sed sufficiet ordinatio voluntaria ipsius affectionis. Denique arguitur, si in loquutione huiusmodi interuenit necessario excitatio mentis, sequitur quòd talis loquutio fieri non possit ad quantamcunque distãtiam, atque necessarium fuerit vt inter angelum loquentem & audientem sit proportionata propinquitas secundum locum, quod est contra D. Thom. in art. 4. huius quæstionis. Sequela vero probatur, quoniam angelus non potest exercere actionẽ realem extra se ad quamlibet distantiam. Hæc sunt obiectiones quæ solent a moderatioribus contra doctrinam D. Tho. proferri. Quæ tamen omnes ex doctrina præcedenti facile disoluentur.

¶ Ad primum argumentum aliqui ex Thomistis respondent, q; angelus loquens causat excitationem passiuam realem in intellectu audientis, quam aiũt, nihil aliud esse quam applicationem intellectus passiuam ad percipiendum cognitionem loquẽtis: quæ quidem secundum rem est ipsamet operatio intellectus cum respectu ad loquentem tanquam ad excitantem & applicantem. Quemadmodum cum voluntas applicat intellectum ad cognoscendũ Petrum, applicatio ipsa passiua intellectus non est aliud secundum rem quam ipsa cognitio Petri cum respectu ad voluntatem applicantem. Quemadmodum etiam concursus passiuus quo Deus concurrit cum causis naturalibus ad suas operationes, nõ differt ab ipsis operationibus, sed est ipsamet operatio prout pendet à Deo determinante & applicante. Ita dicunt in præsenti, quòd excitatio passiua quæ recipitur in intellectu angeli audientis, est ipsamet operatio intellectus audientis vt pendet à loquutione & excitatione loquentis. Sed fateor me non satis intelligere quomodo sit necessaria aut concurrat excitatio actiua ex parte loquentis, vt verificetur quod sit excitatio passiua ex parte audientis. Hoc enim inquirebat argumentum. Quapropter ergo dicerem non esse necessariã aliquam efficientiam realem ex parte loquẽtis, præsertim cum inferior loquitur superiori, ad hoc quod superior actualiter seipsum reducat de potentia in actum cognitionis, cogitationum alterius. Sed est quædam moralis causalitas ex parte loquentis qui voluntarie dirigit cogitationes suas ad alterum angelum vt ab illo cognoscantur. Hoc enim pertinent ad naturalem perfectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionem angelicę naturæ, vt quæ ad se per A
tinent hic & nunc statim cognoscat, ac pro
inde ad officium autoris naturæ spectat vt
dum concurrit cum angelo loquente, vt
suas cogitationes dirigat voluntate ad alte
rum, concurrat etiam cùm altero angelo
excitans illum effectiue, vt cognoscat a-
ctualiter cogitationes cordis alterius cui
placet illas manifestare. Neque opus est in
quirere aliam causam efficientem realiter
quæ reducat creaturam intellectualem de
potentia in actum, præter ipsum Deũ qui
semper est in actu intelligens. Secus autẽ B
quando angelus loquens illuminat cũ cui
loquitur: tunc enim forsan probabiliter di-
ci potest quod est quędam efficientia realis
ex parte illuminantis & confortatio quæ-
dam, vt in superioribus dictum est. Nunc
autem loquimur de angelica loquutione
abstrahentes ab illuminatione. Nam & cõ
tingere potest, quod angelus superior lo-
quatur inferiori nec tamen illuminet illũ.
Tunc autem talis loquutio non includit C
excitationem per modum causæ realis effi
cientis per modum causę Physicæ: sed suffi
cit directio illa voluntaria cogitationis cor-
dis ad alterum, quæ quidem excitatio mo-
ralis causa est.

¶ Ad secundum iuxta prædictam doctri
nã facilior est solutio. Negatur. n. sequela,
quoniam ad illapsum requiritur realis ope
ratio secundum quandam efficientiam ex
parte angeli. Hoc autem non reperitur in
excitatione morali. Alij vero soluũt predi- D
ctum argumẽtum tenentes, quod excita-
tio loquentis est cum quadam reali efficiẽ
tia, nihilominus negant sequelam, quoniã
ad illapsum requiritur quòd agens opere-
tur intra rem cui illabitur, cæterum excita
re, vel applicare potentiam ad operandum
est actio facta quasi ad extra. Concedunt au
tem, quòd si angelus loquens caufet spe-
ciem vel virtutem intellectualem intra in
telleerũ audientis, tunc illaberetur in men
tem alterius, sed ego fateor me non intelli E
gere quomodo angelus loquens efficienter
causet applicationem potentiæ alterius ad
cognitionem & tamen non illabatur, si qui
dem ipsa excitatio passiua non distinguitur
ab ipsa cognitione.

¶ Ad tertium. Alexan. Alen. vbi supra
men. 7. negat consequẽtiam, semper enim
angelus cui fit loquutio voluntarie & libe-
re attendit angelo loquenti. Sed profecto
non videtur mihi vero simile quòd ange-
lus nolit attendere loquenti angelo siue de
naturalibus cognitionibus, siue de superna
turalibus loquutio fiat. Et ratio est, quoniã
respublica angelica bene instituta est in
sua politia, vnde nulla inurbanitas creden-
da est reperiri tam in loquentibus quam in
audientibus angelis. Taceo de dæmonibus
in quibus malitia viget, nec mirum si adin
uice inurbani existant. Beati etiam angeli
compellere valebunt dæmones vt etiam
nolentes attendant, si quando opus fuerit
aliquid illis nunciare vel imperare.

¶ Ad quartum respondetur, non opus es
se, vt in angelo loquente sit virtus superior
ad excitandum mentes eius cui loquitur:
quia hæc vis excitatiua non pertinet ad su
periorit atem sed ad mutuam & politicam
societ tatem angelicæ reipublicæ. Quapro-
pter inferiores angeli superioribus loquun
tur absolute superioritate virtutis.

¶ Ad quintum respondetur, quòd ani-
ma respectu angelicę naturæ dupliciter po
test considerari. Vno modo secundum ordi
nem naturę. Et sic videtur quibusdam, ꝙ
quandiu anima est in corpore non possit
aliter, quàm per voces suas cogitationes
angelis enunciare. Sed profecto non video
causam quare non possit sicut per voces,
ita per imaginationem rerum, vel etiã ip-
sarum vocum significatiuam enunciare
angelis cogitationes cordis sui. Altero mo
do potest anima considerari quatenus per
tinet ad ordinem supernaturalem per fi-
dem. Et isto modo non dubito quin statim
atque anima loquitur mente, Michaeli
vel Gabrieli, uel alicui beatorum audiatur
ab illo: quia ad perfectionem illius status
pertinet, vt beati cognoscant uniuersa,
quę ad illos spectant. Constat autem esse de
pertinentibus ad illos, orationes quæ fiũt
in Ecclesia militante ab interpellantibus
beatorum patrocinia. Cæterum argumen-
tum sacrum bene probat non esse necessa-
riam excitationem illam per modum cau
sæ realiter & physicæ efficientis, si quidem
qui sumus in terris nullam huiusmodi, cau
salitatem exercemus circa illos qui sunt in
cælis.

cælis. ¶ Ad sextum patet ex sententia Cai. A
à nobis supra explicata. At vero ab illis qui
asserunt vim excitatiuam ex parte loquen-
tis habere se ad modum causæ Physicæ
difficillime explicatur, quoniam pacto il-
la virtus sit in conceptu. Aiunt enim quòd
ipsemet conceptus habet ex natura sua nõ
solum quòd sit verbum, quo intelligens si-
bimet loquitur, sed etiam quo alteri po-
test loqui: sed tamen vt hæc virtus excita-
tiua quæ est in conceptu prodeat in actua-
lem excitationem, requiritur tanquam ne B
cessaria conditio, quòd angelus voluntа-
rie conceptum illum ad alterum ordinet.
Ad confirmationẽ præter ea quę dicta sunt
quæst. 57. ar. 4. nunc breuiter dicimus quod
angelus non potest per modum locutionis
manifestare alteri affectionem propriæ vo
luntatis in ipsamet immediatè, sed mediã
te conceptu in quo talis affectio repræsen-
tatur. Est enim de ratione intrinseca loqu
tionis angelicæ, quòd fiat verbo mentali.
Hinc sequitur, quòd angelus audiens alte- C
rum loquentem, poterit habere fidem cir-
ca affectionem cordis illius quamvis ha-
beat euidentiam de cogitationibus, quas
loquẽs angelus manifestat. Vnde ipse Dę-
mon poterit alteri mentiri eumque decipe
re. Quod tamen erga bonos angelos nõ po
terit efficere, quoniam beati nõ possunt ha
bere errorem in intellectu.

¶ Ad vltimum argumentum facilis est
solutio iuxta modum dicendi, quem nos
elegimus de excitatione moraliter causan- D
te. Sic enim non requiritur propinquitas sẽ
cundùm locũ. Alij vero aliter soluunt ar-
gumentum. Greg. Arim. in 2. Sentent. dist.
9. q. 2. & Scotus in 4. d. 45. q. 2. putant, quòd
ad loquutionem requiritur determinata di
stantia localis. Alexand. Alen. vbi supra di-
cit duo, primum, quòd necessaria est pro-
pinquitas & approximatio spiritualis in-
ter angelum loquentem & audiẽtem. Hoc
probatur. Quoniam omnis operatio præ-
quirit contactũ saltim virtutis inter agens E
& patiens; ergo requirit approximationẽ,
& ex consequenti cum in loquutione inter
ueniat vera actio realis spiritualis, necessa-
ria est hæc spiritualis approximatio. Di-
cit secundo, quod distantia secundũ locum
nõ est impeditiua huius approximationis
spiritualis. Vnde angelus existẽs Romæ po
test habere hanc approximationem ad an-
gelum existentem Salmanticæ. Proba-
tur. Quonim approximatio pure spiri-
tualis, de qua loquimur, nullam habet de-
pendentiam, vel commensurationem ad
corporalia loca. Quod si obijciatur contra
prædictam doctrinam. Quod angelus exi-
stens Romę nõ potest mouere animam ra
tionalem motu locali existentem Salman-
ticę propter distantiam localem, ergo nec
poterit excitare actione reali intellectũ an
geli Salmantice existentis propter similẽ
distantiam. Ad hoc negant consequentiã.
Et rationem discriminis assignant, quoniã
loquutio est omnibus modis spiritualis o-
peratio, & totaliter independens a loco, at
vero motus localis animę est corporalis
ex parte termini, quia terminatur ad locũ
corporeum, ac proinde in huiusmodi mo-
tione ratio distantię localis debet esse pro-
portionata. Et profecto consequenter lo-
quuntur ad suam opinionem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm inferior angelus superio-
ri loquatur.

AD SECVNDVM sic proce 525
ditur. Videtur, ꝙ inferior ange- Inf. quę.
lus superiori nõ loquatur: quia 117. art.
super illud 1. Cor. 13. Si linguis 2. & ver.
hominũ loquar & angelorũ: dicit glos. ꝙ lo- q. 9 ar. 5.
cutiones angelorũ sunt illuminationes quas & 1. cõt.
superiores illuminant inferiores. Sed inferio gẽ. c. 33.
res nunquam illuminant superiores: vt su- co. 2.
pra dictũ est. * *Ergo nec inferiores superiori* *q. præc.
bus loquuntur. art. 3.

¶ *2 Præterea. Supra dictum est,* † *ꝙ il-* †Arti. 3.
luminare nihil est aliud quàm illud quod est huius q.
*alicui manifestũ, alteri manifestare. Et hoc
idem est loqui. Ergo idem est loqui & illumi-
nare. Et sic idem quod prius.*

¶ *3 Præterea. Grego. dicit** *2. Moral. ꝙ* li. 2. Mo-
Deus ad angelos loquitur eo ipso, quòd eorũ ral. ca. 5.
cordibus occulta sua inuisibilia ostendit. Sed in med.
*hoc ipsum est illuminare. Ergo omnis Dei lo
quutio est illuminatio. Pari ergo ratione om
nis angeli loquutio est illuminatio. Nullo er-
go modo angelus inferior superiori loqui pẽt.*

SED

SED contra est, quod (sicut Dion. expo- A *nit.* *7.c.cel.hiera.) inferiores angeli superio-* capi. 7.à med. *ribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ.*

RESPONDEO dicendū, quòd angeli inferiores superioribus loqui possunt. Ad cuius euidentiam considerandū est, quod omnis illuminatio est locutio in angelis, sed non omnis locutio est illuminatio. Quia sicut dictum est, angelum loqui angelo, nihil aliud Articu. præc. *est, quàm conceptum suum ordinare ad hoc, vt ei innotescat per propriam voluntatē. Ea vero quę mente concipiuntur, ad duplex principiū referri possunt, scilicet ad ipsum Deū, qui est prima veritas & ad voluntatem intelligentis, per quā aliquid actu consideramus. Quia vero veritas est lumē intellectus, & regula omnis veritatis est ipse Deus, manifestatio eius quod mente concipitur secundū quod dependet à prima veritate, & locutio est & illuminatio. Puta si vnus homo dicat alij, Calum est à Deo creatum, vel homo est anima'. Sed manifestatio eorum quæ dependent ex voluntate, intelligentis, non potest dici illumina* C *tio, sed locutio tantum. Puta si aliquis alteri dicat, Volo hoc ad discere, volo hoc vel illud facere: cuius ratio est, qa voluntas creata non est lux nec regula veritatis, sed participans lucem. Vnde communicare ea, quæ sunt à voluntate creata inquantum huiusmodi, non est illuminare. Nō enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu velis, vel quid tu intelligas, cognoscere: sed solum quid rei veritas habeat. Manifestum est autem* D *quòd angeli dicuntur superiores vel inferiores per comparationem ad hoc principium quod est Deus. Et ideo illuminatio, qua depēdet à principio quod est Deus, solum per superiores angelos ad inferiores deducitur. Sed in ordine ad principium quod est voluntas, ipsa volens est primus & supremus. Et ideo manifestatio eorum quę ad voluntatem pertinent, per ipsum volentem deducitur ad alios quoscunque. Et quantum ad hoc & superiores inferioribus, & inferiores superioribus loquuntur. Et per hoc patet solutio ad primū* E *& ad secundum.*

AD tertium dicendum, quod omnis Dei locutio ad angelos est illuminatio. Quia cùm voluntas Dei sit regula veritatis: etiam scire quid Deus velit, pertinet ad perfectionem & illuminationem mentis creatæ. Sed non est eadem ratio de voluntate angeli: vt dictum est. * In cor. arti.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmatiua. Et ratio est, quia manifestatio eorū quæ dependent ex voluntate intelligentis, non potest dici illuminatio, sed est locutio.

COMMENTARIVM.

EXplicat D.Thom. hic differentiam inter illuminationem & locutionem. Est enim omnis illuminatio locutio, sed non omnis locutio est illuminatio: quoniam illuminatio addit confortationem luminis intellectualis & manifestationem veritatis formaliter vt veritas est, & vt est reducibilis ad primam veritatis regulam quę est C ipse Deus. Pro cuius maiori intelligentia notandum est, quòd veritas potest dupliciter manifestari, vno modo materialiter, ita vt manifestetur res ipsa, quæ est quædam veritas: alio modo formaliter in ratiōe veritatis prout est conformatio quædam ad regulam. v.gr. quando manifestatur quòd homo est risibilis quia est rationalis. Locutio itaque non requirit quòd veritas manifestetur formaliter, sed sufficit, quod materialiter manifestetur.

¶ Notandum est secundo cum D. Tho. in solutione ad tertium, quòd ipsa diuina voluntas etiam est regula veritatis, & propterea quando manifestatur diuina cogitatio libera circa aliquam rem dicitur illuminatio. At vero humana vel angelica voluntas non est regula veritatis, & ideirco quādo manifestatur cogitatio vel affectio creatæ circa rem aliquam, non est illuminatio, quia non manifestatur ratio vel regula veritatis. Hinc est, quòd quando per angeli E cam locutionem solum manifestantur cogitationes & affectiones prout pēdent à libera uoluntate angeli non est illuminatio quia, non manifestatur ratio & regula veritatis, ac proinde nec veritas formaliter vt veritas est manifestatur, sed quedam cogitata uel uolita ab angelo. Sequitur secundo quòd si

quòd si unus angelus manifestet alteri co- A gitationes & affectionis liberas alterius angeli sibi reuelatas ab illo, non est illuminatio sed locutio quia nō est manifestatio rōnis vel regulæ ueritatis. Sequitur tertio alia differentia notanda inter locutionem, quæ est illuminatio, & locutionem, quæ nō est illuminatio: quòd cum angelus illuminatur ab alio, necesse est vt vtatur specie repræsentatiua illius obiecti, de quo fit illuminatio, at vero cum est pura locutio, angelus audiens non vtitur specie obiecti, de B quo est locutio, sed specie repræsentatiua quidditatis loquentis, eo quod ipsa locutio manifestat audienti cogitationem loquentis inquantum est aliquid ipsius. Cæterum in illuminatione manifestatur veritas vt in seipsa adæquatio est ad suam regulam: & non solum prout est aliquid ipsius loquentis. Dixi autem, non solum, quia cū ipsa illuminatio fit etiam locutio necesse etit vt audiens vtatur duplici specie, videlicet, specie obiecti, de quo est illuminatio, C & specie repræsentatiua ipsius loquentis, vt hic cognoscat & cogitationem loquentis & ipsam veritatem.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm angelus Deo loquatur.

AD TERTIVM *sic proceditur. Videtur, quòd angelus Deo non loquatur. Locutio enim est* D *ad manifestandum aliquid alteri. Sed angelus nihil potest manifestare Deo, qui omnia nouit. Ergo angelus non loquitur Deo.*

¶ 2 *Præterea, Loqui est ordinare conceptū intellectus ad alterū: vt dictum est.* * *Sed angelus semper conceptum suæ mentis ordinat in Deum. Si ergo aliquando Deo loquitur, semper Deo loquitur. Quod patet videre aliquibus inconuenientes: cùm aliquando angelus angelo loquatur. Videtur ergo quòd* E *angelus nunquam loquatur Deo.*

SED contra est, quòd dicitur Zacha. 1. Respondit angelus Deo, & dixit Domine exercituum usquequo non miserebaris Ierusalem? Loquitur ergo angelus Deo.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est, * *locutio angeli est per hoc qđ* Ar. 1. hu *conceptio mentis ordinatur ad alterum. Sed ius quæ. aliquid ordinatur ad alterū dupliciter. Vno modo ad hoc p cōmunicet alteri. Sicut in rebus naturalibus agens ordinatur ad patiens & in locutione humana doctor ordinatur ad discipulum. Et quantum ad hoc nullo modo angelus loquitur Deo: neque de his quæ ad rerum veritatem pertinēt, neque de his, quę dependent à volūtate creata: quia Deus est omnis veritatis & omnis voluntatis principium & conditor. Alio modo ordinatur aliquid ad alterū, vt ab eo aliquid accipiat. Sicut in rebus naturalibus passiuum ad agēs, & in locutione humana discipulus ad magistrum. Et hoc modo angelus loquitur Deo, vel consultando diuinam voluntatem de agendis, vel eius excellentiam, quam nunquā comprehendit, admirando. Sicut Gregor. dicit* *2. Mor. quòd angeli loquuntur Deo cum* li. 2. Mo. *per hoc quòd super semetipsos respiciunt, in* cap. 2. in *motum admirationis surgunt.* med.

AD primum ergo dicendum, quòd locutio non semper est ad manifestandum alteri sed quandoque ad hoc ordinatur finaliter, vt loquenti aliquid manifestetur, sicut cùm discipulus querit aliquid a magistro.

AD secundum dicendum, quod locutione qua angeli loquuntur Deo, laudantes ipsum & admirantes, semper angeli Deo loquuntur. Sed locutione qua eius sapientiam consulunt super agendis, tunc ei loquuntur quando aliquod nouum per eos agendum occurrit, super quo desiderant illuminari.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est. Angelus loquitur Deo, sicut discipulus magistro scilicet, consultando vel admiranda.

COMMENTARIVM.

ADuerte quòd D. Tho. posuit exempla duo, quibus angeli boni loquuntur Deo, nihilominus possumus adijcere alios modos loquutionis cum Deo, scilicet per orationem, per gratiarum actionem & diuinas laudes. Imo vero & Dæmones loquuntur Deo blasphemantes, vel alijs modis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis ex eorum malitia procedentibus, Quēadmodum Iob ca. 1. introducitur Sathan loquens cū Deo, & dicens, Nunquid Iob fruſtra timet Deum, &c.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm localis diſtantia operetur aliquid in locutione angelica.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd localis diſtantia operetur aliquid in locutione angelica. Sicut.n dicit Damaſc.* Angelus vbi eſt, ibi operatur. Locutio autem eſt quædam operatio angeli. Cùm ergo angelus ſit in determinato loco, videtur q̄ vſq; ad determinatam loci diſtantiam angelus loqui poſſit.

¶ 2 Præterea. Clamor loquentis fit propter diſtantiam audientis. Sed Iſa. 6. dicitur de Seraphim, quòd clamat alter ad alterū. Ergo videtur q̄ in locutione angelorum aliquid operetur localis diſtantia.

SED contra eſt, quòd ſicut dicitur Luc. 16. diues in inferno poſitus loquebatur Abrahæ, non impediente locali diſtantia. Multò igitur minus localis diſtantia poteſt impedire locutionem vnius angeli ad alterum.

RESPONDEO dicendū, quod locutio angeli in intellectuali operatione cōſiſtit, vt ex dictis patet.* Intellectualis autem operatio angeli omnino abſtracta eſt à loco & tempore: nam etiam noſtra intellectualis operatio eſt per abſtractionem ab hic, & nunc; niſi per accidens ex parte phantaſmatum, quæ in angelis nulla ſunt. In eo autem quod eſt omnino abſtractum à loco & tempore, nihil operatur neque temporis diuerſitas, neq; loci diſtantia. Vnde in locutione angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci.

AD primum ergo dicendum, quòd locutio angeli, ſicut dictum eſt, eſt locutio interior: quæ tamen ab alio percipitur. Et ideo eſt in angelo loquente: & per conſequens vbi eſt angelus loquens. Sed ſicut diſtantia localis non impedit quin vnus angelus alium videre poſſit: ita etiam nō impedit quin percipiat quod in eo ad ſe ordinatur. Quod eſt eius locutionem percipere.

AD ſecundum dicendum, quòd clamor ille non eſt vocis corporeæ, quæ fit propter diſtantiam loci: ſed ſignificat magnitudinem rei quæ dicebatur, vel magnitudinem effectus, ſecundum quod dicit Gregor.* 2. Moral. Tanto quiſque minus clamat, quanto minus deſiderat.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio eſt. In locutione angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci. Ratio eſt, quia locutio angeli in intellectuali operatione conſiſtit.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoſcant.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, q̄ locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoſcant. Quod.n. vnius hominis locutionem non omnes audiant, facit inæqualis loci diſtantia. Sed in locutione angeli nihil operatur localis diſtantia: vt dictum eſt.* Ergo vno angelo loquente ad alterum omnes percipiunt.

¶ 2 Præterea. Omnes angeli communicant in virtute intelligendi. Si ergo cōceptus mentis vnius ordinatus ad alterum cognoſcitur ab vno, pari ratione cognoſcitur ab alijs.

¶ 3 Præterea. Illuminatio eſt quædam ſpecies locutionis. Sed illuminatio vnius angeli ab altero venit ad omnes angelos: quia vt Dionyſ. dicit.* 15. cæleſt. hier. vnaquæq; cæleſtis eſſentia intelligentiam ſibi traditam alijs communicat. Ergo & locutio vnius angeli ad alterum, ad omnes perducitur.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſupradictū eſt,* cōceptus mētis vnius angeli percipi pōt ab altero per hoc q̄ ille, cuius eſt cōceptus, ſua volūtate ordinat ipſum ad alterū. Pōt aūt ex aliqua cauſa ordinari aliquid ad vnū, et non ad alterū. Et ideo pōt conceptus vnius ab aliquo vno cognoſci, & non ab alijs. Et ſic locutionē vnius angeli ad alterū pōt percipere vnus abſq; alijs: nō autem

dem impediente diſtantia locali, ſed hoc faciente volūtaria ordinatione, vt dictū eſt.*

Vnde patet reſponſio ad Primum & Secundum.

AD tertium dicendum, quòd illuminatio eſt de his quæ emanant à prima regula veritatis: quæ eſt principium commune omnium angelorū. Et ideo illuminationes ſunt omnibus communes. Sed locutio poteſt eſſe de his quæ ordinantur ad principium voluntatis creatæ, quod eſt proprium vnicuique angelo. Et ideo non oportet q̄ huiuſmodi locutiones ſint omnibus communes.

QVAESTIO CVIII.
De ordinatione Angelorum ſecundum hierarchias & ordines.

DEINDE conſiderandum eſt de ordinatione angelorum ſecundum hierarchias & ordines. Dictum eſt* enim, quòd ſuperiores inferiores illuminant, & non econuerſo.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum omnes angeli ſint vnius hierarchiæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, q̄ omnes angeli ſint vnius hierarchiæ. Cum.n angeli ſupremi inter creaturas, oportet dicere quòd ſint optimè diſpoſiti. Sed optima diſpoſitio eſt multitudinis, ſecundum quod continetur ſub vno principatu: vt patet per Philoſophum* 12. Metaph. & in 3. Poli. Cū ergo hierarchia nihil ſit aliud quàm ſacer principatus, videtur q̄ omnes angeli ſint vnius hierarchiæ.

¶ 2 Præterea. Diony. dicit* in 3. c. cæl. hierar. quòd hierarchia eſt ordo, ſcientia, et actio. Sed omnes angeli conueniunt in vno ordine ad Deum quem cognoſcunt, & à quo in ſuis actionibus regulantur. Ergo omnes angeli ſunt vnius hierarchiæ.

¶ 3 Præterea. Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, inuenitur in hominibus & angelis. Sed omnes homines ſunt vnius hierarchiæ. Ergo etiā omnes angeli ſunt vnius hierarchiæ.

SED contra eſt, quod Dion. 6. c. cæl. hierarc. diſtinguit tres hierarchias angelorum.

RESPONDEO dicendum, quòd hierarchia eſt ſacer principatus, vt dictū eſt.* In nomine autē principatus duo intelliguntur, ſ. ipſe princeps, & multitudo ordinata ſub principe. Quia igitur vnus eſt Deus princeps, non ſolum omniū angelorū, ſed et hominum, & totius creaturæ: ideo nō ſolum omnium angelorum, ſed etiam totius rationalis creaturæ, quæ ſacrorum particeps eſſe poteſt, vna eſt hierarchia. Secundum q̄ Auguſt. dicit in* 12. de Ciui. Dei, duas eſſe ciuitates, hoc eſt ſocietates vnam in angelis bonis & hominibus, alteram in malis. Sed ſi cō ſideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ ſub principe, ſic vnus principatus dicitur ſecundùm q̄ multitudo vno & eodē mō poteſt gubernationem principis recipere. Quæ vero non poſſunt ſecundum eundem modum gubernari à principe, ad diuerſos principatus pertinent. Sicut ſub vno rege ſunt diuerſæ ciuitates, quæ diuerſis regūntur legibus & miniſtris. Manifeſtum eſt autem q̄ homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quàm angeli. Nam angeli percipiunt eas in intelligibili puritate, homines vero percipiunt eas ſub ſenſibiliū ſimilitudinib. vt Diony. dicit* 1. cæleſt. hierar. Et ideo oportet diſtingui humanam hierarchiam ab angeli ca. Et per eundem modū in angelis tres hierarchiæ diſtinguūtur. Dictum eſt.n. ſupra, † dum de cognitione angelorum ageretur, quòd ſuperiores angeli habēt vniuerſaliorē cognitionem veritatis, quàm inferiores. Huiuſmodi autem vniuerſalis acceptio cognitionis ſecundum tres gradus in angelis diſtingui poſſunt enim rationes rerum, de quibus angeli illuminantur conſiderari tripliciter. Primo quidem ſecundum quod procedunt à primo principio vniuerſali, quod eſt Deus. Et iſte modus conuenit primæ hierarchiæ, quæ immediatè ad Deum extèditur, & quæ ſi in veſtibulis Dei collocatur, vt Dionyſ. dicit* 7. capit. cæleſt. hierarch. Secundo vero, prout huiuſmodi rationes dependent ab

In iſto 2. & ſeq.

Ar. j. huius quę.

Ar. 3. huius

Ar. 4. huius

Q. 106. ar. 3.

1. Sent. dis. 14. q. 2. ar. 1. 2. Sent. dis. 3. q. 1. ar. 2. 3. Sent. dis. 14. q. 2. ar. 3. 4. Sent. dis. 49. q. 2. ar. 1. 2. 3. Sent. dis. 14. q. 2. ar. 2. 4. Sent. dis. 49. q. 2. ar. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersalibus causis creatis, quæ iam aliquo modo multiplicãtur. Et hic modus conuenit secundæ hierarchiæ. Tertiò autem modo secũdum q̃ huiusmodi rationes applicantur singulis rebus, prout dependent à proprijs causis. Et hic modus cõuenit infimæ hierarchiæ. Quod plenius patebit, cùm de singulis ordinibus agetur. Sic igitur distinguuntur hierarchiæ ex parte multitudinis subiectæ. Vnde manifestum est eos errare, & contra intentionẽ Dionysij loqui, qui ponunt in diuinis personis hierarchiam, quam vocant supercælestem. In diuinis enim personis est quidem ordo naturæ, sed non hierarchiæ. Nam vt Dion. dicit* ca. cæl. hierar. ordo hierarchiæ est aliós quidem purgari, & illuminari, & perfici: alios autem purgare, & illuminare, & perficere. Quod absit vt in diuinis personis ponamus.

Ar. hui. quæst.

ca. 3. cir. med.

AD primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de principatu ex parte principis. Quia optimum est q̃ multitudo regatur ab vno principe: vt Philosophus in pluribus locis intendit.

Locis in ar. 1. ci- tatis.

*AD secundum dicendum, quòd quantũ ad cognitionem ipsius Dei, quem omnes vno modo, s. per essentiam vident, non distinguuntur in angelis hierarchiæ, sed quatum ad rationes rerum creatarum: vt dictum est.**

In cor- art.

AD tertium dicendum, quòd omnes homines sunt vnius speciei, & vnus modus intelligendi est eis connaturalis. Non sic autẽ est in angelis. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS. II.

¶ Vtrùm in vna hierarchia sint plures ordines.

530 2. d. 9. ar tic. 3. Et 3. con. c 60. co. 2. Et ad Ephe. j. lec. 7. co. 2. *c 3. cæl. Hierarch. in prin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̃ in vna Hierarchia non sint plures ordines. *Multiplicata n. diffinitione multiplicatur & diffinitum. Sed hierarchia, vt* Dionys.* *dicit, est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit vna hierarchia, sed multæ.*

¶ 2 *Præterea. Diuersi ordines sunt diuersi gradus: & gradus in spiritualibus constituuntur secũdum diuersa dona spiritualia. Sed in angelis omnia dona spiritualia sunt cõmunia: quia nihil ibi singulariter possidetur. Ergo non sunt diuersi ordines angelorũ.*

¶ 3 *Præterea. In Ecclesiastica hierarchia distinguuntur ordines secundum purgare, illuminare, & perficere. Nam ordo diaconorum est purgatiuus, sacerdotum illuminatiuus, episcoporum perfectiuus: vt* Diony. *dicit* s. c. ecclesi. hier. *Sed quilibet angelus purgat, illuminat, & perficit. Non ergo est distinctio ordinum in angelis.* c. 5. p. in tit. sacer. fec. 8. tit. cõcl. pla.

SED cõtra est, quòd Apost. *dicit ad Ephe. 1. q̃ Deus constituit Christum hominem supra omnem principatum & potestatem et virtutem & dominationem, qui sunt diuersi ordines angelorum: & quidam eorum ad vnam hierarchiam pertinent, vt infra patebit.** Ac. 6. hius spec. Art. pce.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, vna hierarchia est vnus principatus, *idest vna multitudo ordinata vno modo sub principis gubernatione. Non autem esset multitudo ordinata, sed cõfusa, si in multitudine diuersi ordines non essent. Ipsa ergo ratio hierarchiæ requirit ordinum diuersitatẽ. Quæ quidem diuersitas ordinum secundum diuersa officia & actus considerantur, sicut patet q̃ in vna ciuitate sunt diuersi ordines, secundum diuersos actus. Nam alius est ordo iudicantium, & alius pugnantium, & alius laborantium in agris, & sic de alijs. Sed quamuis multi sint vnius ciuitatis ordines, omnes tamen ad tres possunt reduci, secundum quod qualibet multitudo perfecta habet principium, medium, & finem. Vnde & in ciuitatibus triplex ordo hominũ inuenitur. Quidam enim sunt supremi, vt optimates: quidam autem sicut infimi, vt vilis populus, quidam autem sunt medij, vt populus honorabilis. Sic igitur & in qualibet hierarchia angelica ordines distinguuntur secundum diuersos actus & officia, & omnis ista diuersitas ad tria reducitur, scilicet ad summũ, medium, & infimum. Et propter hoc in qualibet hierarchia* Diony.* *ponit tres ordines.* c. 7. s. c. 8. cæl. hi.

AD primum ergo dicendum, quòd ordo dupliciter dicitur. Vno modo, ipsa ordinatio comprehendens sub se diuersos gradus. Et hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo gradus vnus. Et sic dicuntur plures ordines vnius hierarchiæ.

AD secundum dicendum, q̃ in societate angelorum omnia possidentur communiter.

Sed tamen quædam excellentius habẽtur à quibusdam, quàm ab alijs. Vnumquodque autem perfectius habetur ab eo qui potest illud communicare, quàm ab eo qui non potest. Sicut perfectius est calidum quod potest calefacere, quàm quod non potest: & perfectius scit qui potest docere, quàm qui non potest. Et quanto perfectius donum aliquis cõmunicare potest, tanto in perfectiori gradu est. Sicut in perfectiori gradu magisterij est, qui potest docere altiorem scientiam. Et secundum hanc similitudinem considerandus est diuersitas graduum vel ordinum in angelis secundum diuersa officia & actus.

A omnes angeli sunt inæquales. *Si ergo plures angeli sint vnius ordinis, puta tres vel quatuor infimus superioris ordinis magis conuenit cum supremo inferioris, quàm cum supremo sui ordinis. Et sic videtur, q̃ magis sit vnius ordinis cum hoc, quàm cum illo. Non igitur sunt plures angeli vnius ordinis.*

SED contra est, quod Isa. 6. dicitur, q̃ Seraphim clamabant alter ad alterũ: sunt ergo plures angeli in vno ordine Seraphim.

RESPONDEO dicendum, quòd ille qui perfectè cognoscit res aliquas, potest vsque ad minima & actus & virtutes, & naturas earum distinguere. Qui autem cognoscit eas imperfectè, non potest distinguere nisi in vniuersali. Quæ quidem distinctio fit per pauciora. Sicut qui imperfectè cognoscit res naturales, distinguit earum ordines in vniuersali: ponẽs in vno ordine cælestia corpora, in alio corpora inferiora inanimata, in alio plantas, in alio animalia. Qui autem perfectius cognoscerent res naturales, posset distinguere & in ipsis corporibus cælestibus diuersos ordines, & in singulis aliorum. Nos autem imperfectè angelos cognoscimus, & eorum officia, vt Diony. *dicit* e. cælest hier. *vnde non possumus distinguere officia & ordines angelorum nisi in communi. Secundum quem modum multi angeli sub vno ordine continentur. Si autem perfectè cognosceremus officia angelorum, & eorum distinctiones, perfectè sciremus quòd quilibet angelus habet suũ proprium officium, & suum proprium ordinem in rebus: & multo magis quam qualibet stella, etsi nos lateat.* c. 6. ccl. hier. pa rum à princi.

B

AD primum ergo dicendum, quòd omnes angeli vnius ordinis sunt aliquo modo æquales quantum ad communem similitudinem: secundum quam constituuntur in ordine. Sed simpliciter non sunt æquales. Vnde Diony. *dicit* 10 ca. cælest. hier. *q̃ in vno & eodem ordine angelorũ est accipere primos, medios, & vltimos.* capi. 4. d med. & cap. 10.

AD secundum dicendum, quòd illa specialis distinctio ordinum & officiorum, secũdum quam quilibet angelus habet proprium officium & ordinem, est nobis ignota.

AD tertium dicendum, quòd sicut in superficie quæ partim est alba et partim nigra, duæ partes quæ sunt in confinio albi & nigri,

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm in vno ordine sint plures angeli.

531 cies su pra art. induc. Q. 47. ar. 3. & 50. ar.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd in vno ordine non sint plures angeli. *Dictũ est enim supra,* omnes angelos inæquales esse ad inuicem. *Sed vnius ordinis esse dicuntur quæ sunt æqualia. Ergo plures angeli non sunt vnius ordinis.*

¶ 2 *Præterea. Quod potest sufficienter fieri per vnum, superfluũ est q̃ fiat per multa. Sed illud quod pertinet ad vnum officium angelicum, sufficienter potest fieri per vnum angelum multo magis, q̃ per vnum solem sufficienter fit quod pertinet ad officium solis, quanto perfectior est angelus cælesti corpore. Si ergo ordines distinguuntur secundum officia, vt dictum est,* superfluum est quòd sint plures angeli vnius ordinis.

D

¶ 3 *Præterea. Supra dictum est* quòd

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis conueniunt secundum situm, q̃ alia A duæ partes albæ: minus tamen secundū qualitatem: ita duo angeli qui sunt in terminis duorum ordinum, magis secum conueniunt secūdum propinquitatē naturæ, quàm vnus eorum cū aliquibus alijs sui ordinis: minus autem secundum idoneitatem ad similia efficia. Qua quidem idoneitas vsque ad aliquem certum terminum protenditur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura in angelis.

532 a.d.9.arti.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur, q̃ distinctio hierarchiarum & ordinū non sit à natura in angelis. Hierarchia, n. dicitur sacer principatus. Et in distinctione eius Dion. † ponit q̃ Deiformia quātum possibile est, similat. Sed sanctitas & Deiformitas est in angelis per gratiam, non per naturam. Ergo distinctio hierarchiarum & ordinum in angelis est per gratiam, nō q̃ naturā.

† c.j. eccle. hierarc.circ. med.

c. 7. circa prin.

¶ 2 Præterea, Seraphim dicuntur ardentes vel incendentes: ut Dion. dicit* 7.ca.cæl. hierar. Hoc aūt videtur ad charitatē pertinere, quę non est à natura, sed à gratia. Diffunditur n. in cordibus nostris per spiritum Sanctū qui datus est nobis: vt dicitur ad Ro. 5. Quod non solum ad sanctos homines pertinet, sed etiam de sanctis angelis dici potest: vt Augustin. dicit* 12. De Ciuita. Dei. Ergo ordines in angelis non sunt à natura sed à gratia.

lib.12. c.9. to.5

¶ 3 Præterea. Hierarchia Ecclesiastica exemplatur à cælesti. Sed ordines in hominibus non sunt per naturam, sed per donum gratiæ. Non enim est à natura q̃ vnus est episcopus, & alius est sacerdos, & alius diaconus. Ergo neque in angelis sunt ordines à natura, sed à gratia tantum.

Paragr. 2.

SED contra est, quòd Magister dicit* 9. dist. secundi Sen. q̃ ordo angelorum dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ similantur, sicut et naturalium datorū participatione cōueniunt. Distinctio ergo ordinum in angelis est non solum secundum dona gratuita, sed etiam secundum dona naturalia.

RESPONDEO dicendū, quòd ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub principatu existentis, attenditur per respectum ad finem. Finis autem angelorum potest accipi dupliciter. Vno modo secundum facultatē suæ naturæ, vt scilicet cognoscant & ament Deum naturali cognitione et amore. Et secundum respectum ad hunc finem distinguuntur ordines angelorum, secundū naturalia dona. Alio modo potest accipi finis angelica multitudinis supra naturalem B facultatem eorum, qui consistit in visione diuinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius: ad quem finem pertingere non possunt nisi per gratiam. Vnde secundum respectum ad hunc finem ordines distinguuntur in angelis: completiue quidem secundū dona gratuita, dispositiue autem secundum dona naturalia: quia angelis data sunt dona gratuita secūdum capacitatem naturalium. Quod non est in hominibus, vt supra dictum est.* Vnde in hominibus distinguuntur ordines secundum dona gratuita tantū, & non secundum naturam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Q.62. ar.2.c.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm ordines angelorum conuenienter nominentur.

533 2.d.9.ar tic.4.q.3. cont. gent.ca. 30.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd ordines angelorum non conuenienter nominentur. Omnes enim cælestes spiritus dicuntur et angeli, & virtutes, et potestates cælestes. Sed nomina cōmunia inconuenienter aliquibus appropriantur. Ergo inconuenienter nominatur vnus ordo angelorum, & alius virtutū.

¶ 2 Præterea. Esse dominum est proprium Dei, secundum illud Psal. 99. Scitote quoniā Dominus, ipse est Deus. Ergo inconuenienter vnus ordo cælestium spirituum dominationes vocantur.

¶ 3 Præterea. Nomen dominationis ad gubernationem pertinere videtur. Similiter autem & nomen principatuum & potestatum. Inconuenienter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

¶ 4 Præterea. Archangeli dicūtur quasi

si principes angeli. Non ergo hoc nomen dēt A imponi alij ordini quā ordini principatuū.

¶ 5 Præterea. Nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad charitatē pertinet. Nomen autem Cherubim imponitur à scientia. Charitas autem & scientia sunt dona communia omnibus angelis. Nō ergo debent esse nomina specialium ordinum.

¶ 6 Præterea. Throni dicuntur sedes. Sed ex hoc ipso Deus in creatura rationali sedere dicitur, q̃ ipsum cognoscit & amat. Non ergo debet esse alius ordo thronorum ab ordine Cherubim et Seraphim. Sic igitur videtur quòd inconuenienter ordines angelorum nominentur.

SED contra est, autoritas Sacræ Scripturæ, quæ sic eos nominat. Nomen.n. Seraphim ponitur Isa.6. Nomen Cherubim Ezech.1. Nomen Thronorum Corin.1. Dominationes autem & virtutes, & potestates, & principatus ponuntur Ephes.1. Nomen autem archangeli ponitur in canonica Iudæ. Nomina aūt angelorum in pluribus scripturæ locis.

7. in fi.

RESPONDEO dicendum, quòd in nominatione angelicorum ordinum considerare oportet, quòd propria nomina singulorum ordinum proprietates eorum designāt: vt Diony. dicit* 7. c. cæle. hierar. Ad videndum autem quæ sit proprietas cuiuslibet ordinis, considerare oportet, q̃ in rebus ordinatis, tripliciter aliquid esse contingit, s. per proprietatem, per excessum & per participationem. Per proprietatē autem dicitur esse aliquid in re aliqua, quòd adæquatur et proportionatur natura ipsius. Per excessum autē, quando illud, quod attribuitur alicui, est minus quam res, cui attribuitur: sed tamen cōuenit illi rei per quendam excessum. Sicut dicitur est* de omnibus nominibus quæ attribuuntur Deo. Per participationem autem quando illud quod attribuitur alicui, non plenariè inuenitur in eo, sed deficienter. Sicut sancti homines participatiue dicuntur dij. Si ergo aliquid nominari debeat nomine designante proprietatem ipsius, non debet nominari ab eo quod imperfectè participat, neque ab eo quod excedenter habet, sed ab eo quòd est sibi quasi cōquatum. Sicut si quis velit propriè nominare hominem, dicet eum substantiam rationalem, non autem substantiam intellectualem: quod est proprium nomen angeli: quia simplex intelligentia conuenit angelo per proprietatem, homini vero per participationem. Neque sub substantiā sensibilem, quod est nomē bruti proprium, quia sensus est minus quàm id quòd est proprium homini, & cōuenit homini excedenter præ alijs animalibus. Sic igitur considerādum est in ordinibus angelorum, quòd omnes spirituales perfectiones sunt omnibus angelis communes, & omnes abundātius existūt in superioribus q̃ in inferioribus. Sed cùm in ipsis etiā perfectionibus sit quidam gradus, superior perfectio attribuitur superiori ordini per proprietatem, inferiori vero per participationem. Ecōuerso autem inferior attribuitur inferiori per proprietatem, superiori aūt per excessum. Et ita superior ordo à superiori per sectione nominatur. Sic igitur Dion. exponit ordinum nomina secūdum cōuenientiam ad spirituales perfectiones eorum.

Greg.* vero in expositione horum nominum magis attēdere videtur exteriora ministeria. Dicit.n. quòd angeli dicūtur qui minima nūtiant: archangeli qui summa: virtutes per quas miracula fiunt: potestates, quibus aduersa potestates arcentur vel repellūtur: principatus, qui ipsis bonis spiritibus præsunt.

hom.34 in Euā.

ca.8.in ter prin. & med.

AD tertium ergo dicendum, quòd angelus nuntius dicitur. Omnes ergo cælestes spiritus inquātum sunt manifestatores diuinorum, angeli vocantur. Sed superiores angeli habent quandam excellentiam in hac manifestatione, à qua superiores ordines nominātur. Infimus autem angelorum ordo nullam excellētiam supra communem manifestationem addit. Et ideo à simplici manifestatione nominatur. Et sic nomē commune remanet infimo ordini quasi proprium, vt dicit Diony.* 5. cap. cælest. hier. Vel potest dici, quòd infimus ordo specialiter potest dici ordo angelorum: quia immediatè nobis annūtiāt. Virtus autem dupliciter accipi potest. Vno modo cōmuniter, secūdum quod est media inter essentiam et operationem. Et sic omnes cælestes spiritus nominātur cælestes virtutes: sicut & cælestes essentiæ. Alio modo, secundum quod importat quendam excessum fortitudinis. Et sic est proprium nomen ordinis. Vnde Dion dicit* 8. c. cæl. hierar. quòd nomē virtutum significat quandam virilem

ex ca.5. elicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in concussam fortitudinem. Primo quidem ad omnes operationes diuinas eis conuenientes: secundo ad suscipiendum diuina. Et ita significat quòd sine aliquo timore aggrediuntur diuina quæ ad eos pertinent: quod videtur ad fortitudinem animi pertinere.

AD secundum dicendum, quòd sicut dicit Dion. 12. c. de di. no dominatio laudatur in Deo singulariter per quendam excessum. Sed participationem diuinæ eloquia vocant dominos participaliores ornatus, per quos inferiores ex domo eius accipiunt. Vnde & Dio. dicit in* 8. cap. cæl. hier. q nomen dominationum primo quidem significat quandam libertatem quæ est à seruili conditione & pedestri subiectione, sicut plebs subijcitur, & a tyrannica oppressione, quam interdum etiam maiores patiuntur. Secundo significent quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem quę ad nullum seruilem actum inclinatur neque ad aliquem actum subiecturum, vel oppressorum a tyranni. Tertio significat appetitum & participationem veri dominij quod est in Deo. Et similiter nomen cuiuslibet ordinis significat participationē eius quod est in Deo. Sicut nomen virtutum significat participationem diuinæ virtutis. Et sic de alijs.*

cap. 12. post. medium.

c. 8. parū à principio.

AD tertium dicendum, q nomen dominationis & potestatis & principatus diuersimodè ad gubernationem pertinet. Nam dominij est solummodo præcipere de agendis. Et ideo Grego. dicit, quod quædam angelorū agmina pro eo, quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Nomen vero potestatis ordinationem quandam designat: secundum illud Apost. ad Rom. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo Dion.* dicit, quòd nomen potestatis significat quandam ordinationem, & circa susceptionem diuinorum & circa actiones diuinas quas superiores in inferiores agūt, eas sursum ducendo. Ad ordinem ergo potestatū pertinet ordinare, quæ a subditis sunt agenda. Principari vero, vt Greg.* dicit, est inter reliquos priorem existere, quasi prim. sint in executione eorum quæ imperantur. Et ideo Dio. dicit† 9. c. cal. hier. quod nomen principatuum significat ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt primi inter eos existens, principes propriè vocantur: secundum illud Psal. 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.*

Ho. 34. in euāg.

c. 8. excelst. hic rar, antè mediū.

Ho. 34. in euāg. ante medium.

†c. 9. circa prin.

AD quintum dicendum, quòd archangeli secundum Diony. medij sunt inter principatus & angelos. Medium autem comparatum vni extremo, videtur alterum, inquantum participat naturam vtriusque. Sicut tepidum respectu calidi est frigidum, respectu vero frigidi est calidum. Sic & archangeli dicuntur quasi principes angeli: quia respectu angelorum sunt principes, respectu vero principatuum sunt angeli. Secundum Greg.* autē dicuntur archangeli ex eo quod principantur solū ordini angelorum: quasi magna nuncian tes. Principatus autem dicuntur ex eo quod principantur omnibus cœlestibus virtutibus diuinas iussiones exp.*

c. 9. circa prin.

Ho. 34. in euāg.

AD quintum dicendum, quod nomen Seraphim non imponitur tantum à charitate, sed à charitatis excessu, quem importat nomen ardoris vel incendij. Vnde Dion. 7. c. 67. cæl. hier. exponit nomen Seraphim secundum proprietates ignis, in quo est excessus caliditatis. In igne autem tria possumus considerare. Primo quidem motum qui est sursum, & qui est continuus per quod significatur quod indeclinabiliter mouentur in Deum. Secundo vero, virtutem actiuam eius, quæ est calidum. Quod quidem non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadam acuitate, quia maximè est penetratiuus in agendo, & pertingit vsq; ad minima, et iterum cum quodā superexcedenti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi angelorum, quam in subditos potenter exercent eos in sublimem feruorem excitantes, & totaliter eos per incēdium purgantes. Tertio consideratur in igne claritas eius. Et hoc significat, q huiusmodi angeli in seipsis habent in extinguibilē lucem, & quod alios perfectè illuminant. Similiter etiam nomen Cherubim imponitur a quodam excessu scientiæ. Vnde interpretatur plenitudo scientiæ. Quod Dion.* exponit quantum ad quatuor. Primo quidem quantū ad perfectam Dei visionem. Secundo quantum ad plenam susceptionē diuini luminis. Tertio quantum ad hoc quod in ipso Deo contemplantur pulchritudinem ordinis rerū a Deo derivatam. Quarto quantum ad hoc quod ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione, eam copiosè in alios effundant.*

c. 7. circa fin. lect. hanc rar. non ponit à prin.

AD

AD sextum dicēdum, quòd ordo thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinibus in hoc quòd immediatè in Deo rationes diuinorū operum cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ. Seraphim verò excellentiam ardoris. Et licet in his duabus excellentijs includatur tertia: non tamen in illa quæ est thronorum, includuntur aliæ duæ. Et ideo ordo thronorum distinguitur ab ordine Cherubim, & Seraphim. Hoc enim est cōe in omnibus: q excellentia inferioris continetur in excellentia superioris. & non econuerso. Exponit autem Dion. nomen thronorum per cōuenientiam ad materiales sedes. In quibus est quatuor considerare. Primo quidem situm: quia super terram sedes eleuantur. Et sic ipsi angeli: qui throni dicuntur, eleuantur vsq; ad hoc q in Deo immediatè rationes rerum cognoscant. Secundo in materialibus sedibus consideratur firmitas: quia in ipsis aliquis firmiter sedet. Hic autem est econuerso. Nam ipsi angeli firmātur per Deum. Tertio quia sedes suscipit sedentem, & in ea deferri potest. Sic & ipsi angeli suscipiunt Deum in seipsis, & eum quodammodo ad inferiores ferūt. Quarto ex figura: quia sedes ex vna parte est aperta ad suscipiendum sedentē. Ita et isti angeli sunt per promptitudinē aperti ad suscipiendum Deum, & famulandum ipsi.*

eodem c. 7. cæl. hierar. c.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm conuenienter gradus ordinum assignentur.

§34 1. dist. 9. ar. 5.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q inconuenienter gradus ordinū assignentur. Ordo.n. prælatorum videtur esse supremus. Sed dominationes, principatus & potestates ex ipsis nominibus prælationem quandam habent. Ergo isti ordines debent esse inter omnes supremi.

¶ 3 Præterea. Quanto aliquis ordo est Deo propinquior, tanto est superior. Sed ordo thronorum videtur esse Deo propinquissimus. Nihil enim coniungitur propinquius sedenti, quam sua sedes. Ergo ordo thronorum est altissimus.

¶ 3 Præterea. Scientia est prior quam amor: et intellectus videtur esse altior quàm voluntas. Ergo & ordo Cherubim videtur esse altior quàm ordo Seraphim.

¶ 4 Præterea, Gregor. ponit principatus super potestates. Non ergo collocantur immediatè super archangelos, vt Dion. † dicit.*

Ho. 34. i euāge. c. 9. cæl. hier. circa prin.

SED contra est q Diony. ponit in prima quidem hierarchia Seraphim vt primos, Cherubim vt medios, thronos vt vltimos. In media vero dominationes vt primos, virtutes vt medios, potestates vt vltimos. In vltima principatus vt primos, archangelos vt medios, angelos vt vltimos.*

* c. 6. & 7. cælest. hiera. & 8. & 9.

RESPONDEO dicēdum, quòd gradus angelicorum ordinum assignant & Grego. & Diony. quantum ad alia quidem cōuenienter, sed quātum ad principatus et virtutes differenter. Nam Dion. collocat virtutes sub donationibus & sup. potestates, principatus autem sub potestatibus & sup. archangelos. Gregor. autem ponit principatus in medio dominationum, & potestatum: virtutes vero in medio potestatum, & archangelorum. Et vtraq; assignatio fulcimentum habere potest ex autoritate. Apostoli, qui medios ordines ascendendo enumerans, dicit Ephes. 1. quòd Deus instituit illum, scilicet Christum ad dexteram suam, in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & dominationem. Vbi virtutem posuit inter potestatem, & dominationem, secundum assignationem Dionys. Sed ad Coloss 1. enumerans eosdem ordines, descendendo dixit. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. omnia per ipsū, & in ipso creata sunt. Vbi principatus posuit medios inter dominationes & potestates secundum assignationem Greg. Primò igitur videamus rationem assignationis Dion. In qua considerandum est, q sicut supra dictum est, * prima hierarchia accipit rationes rerū in ipso Deo, secunda vero in causis vniuersalibus, tertia vero secundum determinationē ad speciales effectus. Et quia Deus est finis non solum angelicorum ministeriorum, sed etiam totius creaturæ, ad primam hierarchiam pertinet consideratio finis, ad mediam vero dispositio vniuersalis de agendis, ad vltimam autem applicatio dispositionis ad effectum, quæ est operis executio. Hæc.n. tria*

Ho. 34. in euāg.

Ar. 1. hi ius qu.

manifestum est in qualibet operatione inue-
locis in niri. Et ideo Dion.* ex nominibus ordinum
pr. cor. proprietates illorū considerans, illos ordines
citatis. in prima hierarchia posuit, quorum nomina imponuntur per respectū ad Deum, s. Seraphim, & Cherubim, & Thronos. Illos vero ordines posuit in media hierarchia, quorum nomina designant cōem quandam gubernationem, siue dispositionem, i. dominationes, virtutes, & potestates. Illos verò ordines posuit in tertia hierarchia, quorum nomina designāt operis executionem, s. principatus, angelos, & archangelos. In respectu autē ad finem tria considerari possunt. Nam primo aliquis considerat finem. Secundo vero perfectam finis cognitionem accipit. Tertio vero intentionē suam in ipso defigit. Quorum secundum ex additione se habet ad primū, & tertium ad vtrunq;. Et quia Deus est finis creaturarum, sicut dux est finis exercitus, vt
lib. 12. dicitur in* 12. Met. potest aliquid simile hu-
Met. tc. ius ordinis considerari in rebus humanis. Nā
52. to. 3. quidam sunt, qui hoc habent dignitatis, vt per seipsos familiariter accedere possint ad regem vel ducē. Quidam vero super hoc habent vt ēt secreta eius cognoscant. Alij verò in super circa ipsum semper inhærēt quasi ei coniuncti. Et secundum hanc similitudinem accipere possumus dispositionē in ordinibus primæ hierarchiæ. Nam throni eleuantur ad hoc q̄ Deum familiariter in seipsis recipiāt, secundum q̄ rationes rerū in ipso immediatè cognoscere possunt. Quod est proprium totius primæ hierarchiæ. Cherubim vero super eminenter diuina secreta cognoscunt: Seraphim vero excellunt in hoc q̄ est otium supremū, s. Deo ipsi vniri. Vt sic ab eo quod est cōe toti hierarchiæ, denominetur ordo thronorū, sicut ab eo quod est cōe omnibus cœlestibus spiritibus, denominatur ordo angelorū. Ad gubernationis autem rōnē tria pertinēt. Quorum primū est distinctio eorū, quæ agēda sunt. Quod est propriū dominationū. Secundum aūt est prabere facultatem ad implendū, quod pertinet ad virtutes. Tertium aūt est ordinare qualiter ea quæ præcepta vel diffinita sunt, impleri possunt, vt aliqui exequantur, & hoc pertinet ad potestates. Executio autem angelicorū ministeriorum consistit in annuntiando diuina: in executione autem cuiuslibet actus sunt quidā quasi

A incipientes actionē, & alios ducentes. Sicut in cantu præcētores, & in bello illi, qui alios ducunt & dirigunt. Et hoc pertinet ad principatus. Alij verò sunt qui simpliciter exequuntur. Et hoc pertinet ad angelos. Alij vero medio modo se habent. Quod ad archangelos pertinet, vt supra dictum est.* Inuenitur aūt congrua hæc ordinum assignatio Nā art. 5a ad 4.
semper summum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo superioris. Sicut infima animalia parum distant à plantis. Primus aūt ordo est diuinarum personarū, qui
B terminatur ad Spiritum Sanctū qui est amor procedens, cum quo affinitatem habet supremus ordo primæ hierarchiæ ab incendio amoris denominatus. Infimus autem ordo primæ hierarchiæ est thronorum, qui ex suo ordine habent quandā affinitatem cum dominationibus. Nam throni dicuntur secundùm Grego.* per quos Deus sua iudicia exercet. cad. ho-
accipiunt n. diuinas illuminationes per con- mil. 34
uenientiam ad immediatè illuminandū secū in Euā.
dā hierarchiā, ad quā pertinet dispositio diuinorū ministeriorū. Ordo vero potestatum affinitatem habet cū ordine principatuum. Nam cum potestatum sit, ordinem subiectis
C imponere, hæc ordinatio statim in nomine principatuum designatur, qui sunt primi in executione diuinorū ministeriorū, vtpote fidentes gubernationi gentiū & regnorū, q̄d est primū principium in diuinis ministeriis. Nā bonū gentis est diuinius, q̄ bonum vnius hominis. Vnde dicitur Dan. 10. Princeps re-
D gni Persarum restitit mihi. Dispositio ēt ordinū quam Greg.* ponit, congruitatem ha- cad. ho-
bet. Nā cùm dominationes sint diffinientes mil. 33.
& præcipientes ea quæ ad diuina ministeria pertinent, ordines eis subiecti disponūtur secundū dispositionē eorum, in quos diuina mi-
nisteria exercentur. Vt aūt Aug. dicit in* 3. lib. 3. de
de Tri. corpora quodam ordine reguntur, in- Tri. c. 4
ferioria per superiora, & omnia per spiritua- to. 3.
lem creaturam & spiritus malus per spiritum bonum. Primus ergo ordo post dominaE tiones dicitur principatuum, qui etiā bonis spiritibus principantur. Deinde potestates, per quas arcentur mali spiritus. sicut per potestates terrenas arcentur malefactores, vt habetur Roma. 13. Post quas sunt virtutes, quæ habent potestatem super corporalem naturam in operatione miraculorum. Post

quæ

quas sunt angeli & archangeli, qui nuntiāt A gnum Deo & patri. Quod erit in vltima con- Et 3. col.
hominibus vel magna, quæ sunt supra ratio- summatione. Pari ergo ratione in illo statu 15. l. 3.
nem, vel parua ad quæ ratio se extendere omnes alij ordines euacuabuntur. col. 3.
potest.

AD primum ergo dicendum, quòd in angelis potius est, quod subijcitur. Deo, quā quod inferioribus presidet, & hoc derivatur ex illo. Et ideo ordines nominati à prælatione non sunt supremi, sed magis ordines nominati à conuersione ad Deum.

AD secundum dicendum, q̄ illa propinquitas ad Deū quæ designatur nomine thro- B
norum, conuenit etiam Cherubim & Sera-
resp. phim, & excellentius: vt dictum est.*
ad 27. AD tertium dicendum, quòd sicut sup. dictum est,* cognitio est secūdum quod cognita sunt in cognoscente: amor autem secundū quod amans vnitur rei amatæ. Superiora autem nobiliori modo in seipsis quàm in inferioribus, inferiora vero nobiliori modo in superioribus quàm in seipsis. Et ideo inferiorum quidem cognitio præeminet dilectioni, superiorum autem dilectio & præcipuè Dei, C
præeminet cognitioni.

AD quartum dicendum, quòd si quis diligenter consideret dispositiones ordinum, se-
cundum Diony. & Grego.* parum vel nihil differunt si ad rem referatur. Exponit enim Gre. principatuum nomē ex hoc quòd bonis spiritibus præsunt: & hoc cōuenit virtutibus, secundum quòd in nomine virtutum intelligitur quadam fortitudo dans efficaciam inferioribus spiritibus ad exequenda diuina ministeria. Rursus virtutes secundum Greg. D
videntur esse idem quod principatus secundum Diony. Nam hoc est primum in diuinis ministeriis miracula facere. Per hoc n. paratur via annuntiationi archangelorum & angelorum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm ordines remanebunt post diem iudicij.

D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ ordines nō remanebunt post diē iudicij. Dicit n. Apost. 1. ad Cori. 15. q̄ Christus euacuabit omnē principatū, & potestatē, cum tradiderit re- E

AD primum ergo dicendum, quòd principatus & potestates euacuabuntur in illa finali consummatione quātum ad hoc, quòd alios ad finem perducant: quia consecutio iam fine non est necessarium tendere in finem. Et hæc ratio intelligitur ex verbis Apostoli dicentis. Cum tradiderit regnum Deo, & patri, i. cùm perduxerit fideles ad fruendum ipso Deo.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD secundum dicendum, quòd actiones angelorum super alios angelos considerande sunt secundum similitudinem actionum intelligibilium quæ sunt in nobis. Inueniuntur autem in nobis multa intelligibiles actiones quæ sunt ordinatæ secũdum ordinẽ causæ et causati. Sicut cum per multa media gradatim in vnam cõclusionem deuenimus. Manifestum est autem, quòd cognitio conclusionis dependet ex omnibus mediis precedentib. non solum quantum ad nouam acquisitionẽ scientiæ, sed etiam quãtum ad scientiæ cõseruationem. Cuius signum est, q̃ si quis obliuisceretur aliquod precedentium mediorum, opinionem quidẽ vel fidem de cõclusione posset habere, sed nõ scientiam, ordine causarũ ignorato. Sic igitur cùm inferiores angeli rationem diuinorum operum cognoscãt per lumen superiorum angelorum, dependet eorũ cognitio ex lumine superiorum, non solùm quantum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad cognitionis conseruationem. Licet ergo post iudicium nõ proficiãt inferiores angeli in cognitione aliquarum rerum: non tamen propter hoc excluditur, quin à superioribus illuminetur.

AD tertium dicendum, quòd etsi post diem iudicij homines non sint vlterius ad salutem adducendi per ministerium angelorum: tamen illi qui iam salutem erunt consecuti, aliquam illustrationem habebunt per angelorum officia.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm homines assumantur ad ordines angelorum.

536 2. dist. 9. ar. 8.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q̃ homines non assumãtur ad ordines angelorũ. Hierarchia enim humana continetur sua infima hierarchiarum cælestium: sicut infima sub media, & media sub prima. Sed angeli infima hierarchiæ nunquam transferentur in mediam, aut in primam. Ergo neque homines transferentur ad ordines angelorum.

¶ 2 Præterea. Ordinibus angelorũ aliqua officia competunt (vtpote custodire, nuntiula facere, dæmones arcere, & hmõi) quæ non videntur conuenire animabus sanctorum. Ergo non transferentur ad ordines angelorum.

*¶ 3 Præterea. Sicut boni angeli inducunt ad bonum, ita dæmones inducunt ad malum. Sed erroneum est dicere, q̃ animæ hominum malorum conuertantur in dæmones. Hoc enim Chrysost. *reprobat super Matthæ. Ergo non videtur, q̃ animæ sanctorum transferantur ad ordines angelorum.*

SED contra est, quòd Dominus dicit Matth. 22. de sanctis, quòd erunt sicut angeli Dei in cælo.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supradictum est, ordines angelorum distinguuntur & secundum conditionem naturæ, & secundum dona gratiæ. Si ergo considerentur angelorum ordines solum quantum ad gradum naturæ, sic homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorũ: quia semper remanebit naturarum distinctio. Quam quidam considerantes, posuerunt q̃ nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorum: quod est erroneũ: Repugnat enim promissioni Christi, dicentis Luc. 20. quòd filij resurrectionis erunt æquales angelis in cælo. Illud n. quod est ex parte naturæ, se habet vt materiale in ratione ordinis. Completivum vero est quod est ex dono gratiæ, quæ dependet ex liberalitate Dei, non ex ordine naturæ. Et ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, vt angelis æquentur secundum singulos angelorum gradus: quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidam tamen dicunt, quòd ad ordines angelorũ non assumuntur omnes qui saluãtur, sed soli virgines, vel perfecti: alij verò suum ordinem constituent, quasi condiuisum toti societati angelorum. Sed hoc est contra Augustin. qui dicit* 12. de Ciuita. Dei, quòd non erunt duæ societates hominum, & angelorum sed vna, quia omnium beatitudo est adhærere vni Deo.*

AD primum ergo dicendum, quòd gratiæ angelis datur secundum proportionem naturalium. Non autẽ sic est de hominibus, vt supra dictum est. Et ideo sicut inferiores angeli nõ possunt transferri ad naturale gradũ superiorum, ita nec ad gratuitum. Homines verò possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem.*

A non videntur conuenire animabus sanctorum. Ergo non transferentur ad ordines angelorum.

¶ 3 Præterea. Sicut boni angeli inducunt ad bonum, ita dæmones inducunt ad malum. Sed erroneum est dicere, q̃ animæ hominum malorum conuertantur in dæmones. Hoc enim Chrysost. *reprobat super Matthæ. Ergo non videtur, q̃ animæ sanctorum transferantur ad ordines angelorum. Ho. 24. aliquam nullã autẽ mediocrem.

SED contra est, quòd Dominus dicit B Matth. 22. de sanctis, quòd erunt sicut angeli Dei in cælo.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supradictum est,* ordines angelorum distinguuntur & secundum conditionem naturæ, & secundum dona gratiæ. Si ergo considerentur angelorum ordines solum quantum ad gradum naturæ, sic homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorũ: quia semper remanebit naturarum distinctio. Quam quidam considerantes, posuerunt q̃ nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorum: quod est erroneũ: Repugnat enim promissioni Christi, dicentis Luc. 20. quòd filij resurrectionis erunt æquales angelis in cælo. Illud n. quod est ex parte naturæ, se habet vt materiale in ratione ordinis. Completivum vero est quod est ex dono gratiæ, quæ dependet ex liberalitate Dei, non ex ordine naturæ. Et ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, vt angelis æquentur secundum singulos angelorum gradus: quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidam tamen dicunt, quòd ad ordines angelorũ non assumuntur omnes qui saluãtur, sed soli virgines, vel perfecti: alij verò suum ordinem constituent, quasi condiuisum toti societati angelorum. Sed hoc est contra Augustin. qui dicit* 12. de Ciuita. Dei, quòd non erunt duæ societates hominum, & angelorum sed vna, quia omnium beatitudo est adhærere vni Deo. Ar. secũ. & aug. huc qua. li. 12. c. 1. circa princ. 2.

AD primum ergo dicendum, quòd gratiæ angelis datur secundum proportionem naturalium. Non autẽ sic est de hominibus, vt supra dictum est.* Et ideo sicut inferiores angeli nõ possunt transferri ad naturale gradũ superiorum, ita nec ad gratuitum. Homines verò possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem. Ad 2. dicũ. ius q̃

AD secundum dicendum, quòd angeli secundum naturæ ordinem medij sunt inter nos & Deum. Et ideo secundum legem communem per eos administrantur, non solum res humanæ: sed etiam omnia corporalia. Homines autem sancti etiam post hanc vitã sunt eiusdem naturæ nobiscum. Vnde secundum legem communem non administrant humana, nec rebus viuorum interfunt: vt Augustinus dicit in lib. de cu. pro mor. agenda. Ex quadã tamen speciali dispensatione interdum aliquibus sanctis conceditur, vel viuis vel mortuis, huiusmodi officia exercere, vel miracula faciendo, vel dæmones arcendo, vel aliquid huiusmodi: sicut Augustinus in eodem lib. dicit.*

*AD tertium dicendum, quòd hominum ad pœnam dæmonum transferri non est erroneum. Sed quidam erroneè posuerunt dæmones nihil aliud esse quàm animas defunctorum. Et hoc Chrysost. *reprobat.*

COMMENTARIVM.

CIrca totam hanc quæstionem in qua D. Tho. satis aperte loquitur ex doctrina D. Dionys. & sanctorum Patrũ, pauca nobis opus est adijcere. Notandum ergo prima, quòd cum hierarchia sit sacer principatus, oportet ad distinguendas hierarchias angelorum, attendere ad superioritatem & subordinationem quæ inter ipsos angelos reperitur sub vno principio q̃ D est Deus. Vnde tres hierarchiæ distinguuntur suprema media & infima. Notandum est secundo, quòd in dispositione vniuersi duo extrema considerantur. Alterum est ipse Deus cui omnes angeli subijciuntur: & alterum est corporalis creatura quæ subijcitur ipsis angelis. Rursus in ipsa angelorũ republica duo extrema considerãda sunt Nã illi qui immediatè subijciunt Deo, ab ipsoq; immediatè participãt diuinas reuelationes numerantur in prima hierarchia. Illi vero qui immediatè præsunt corporalibus creaturis, illuminantque rationalem creaturã de mysterijs diuinis quasi in alio extremo positi cõstituunt tertiam & infimam hierarchiam. Illi autem qui accipiũt diuinas reuelationes mediante prima hierarchia ipsaque communicant angelis omnibus tertiæ hierarchiæ, constituũt hierarchiam mediam quatenus subordinantur angelis primæ hierarchiæ, & præsunt angelis tertiæ & ex his integratur totus sacer principatus angelorum. Tertio est notandum, quod tota superioritas & inferioritas intellectualis creaturæ si desumenda est ex parte intellectus, quatenus scilicet intellectus vnius subordinatur intellectui alterius in cognitionibus & illuminationibus oportet, examinate respectu cuius cognitionis desumendus sit ordo hierarchicus. Triplex n. est cognitio in angelis suprema est visio beata, infima est naturalis cognitio, quæ illis competit per naturale lumen, & per species creatas, media vero est cognitio supernaturalis quæ habetur extra verbum per lumen infusum supernaturale, & per speciales reuelationes, vt supra diximus, potissimè fiunt de ijs misterijs quæ conducunt ad salutem hominum. Igitur inuestigãdum est, an ordo hierarchicus his tribus cognitionibus.

¶Sit ergo prima conclusio. Ex visione beata non desumitur angelorum hierarchia. Hæc asseritur à D. Tho. in hac quæst. ar. 1. ad secundum. Probatur, in visione beatifica angeli non habent inter se se aliquã dependentiam, sed omnes immediatè subordinãtur soli Deo, & ab ipso solo illuminantur lumine gloriæ, sed ordo hierarchicus expostulat subordinationem superioris & inferioris, ergo.

¶Secunda conclusio. Ordo hierachicus per se & primo & formaliter desumitur ex cognitione supernaturali quæ sit extra verbum per reuelationes particulares. Hæc colligitur ex D. Tho. in tota hac quæst. & potissimum in artic. 4. & ex doctrina Dionys. c. 7. de cæles. hierar. Probatur. Quia in eiusmodi cognitione inferiores angeli pendent à superioribus, ita quod quidam immediatè illuminantur à Deo, quidam vero participant illuminationes & reuelationes diuinas mediis aliis angelis superiorib. Et in hoc est diuersitas. Nam quidam ita illuminantur à superioribus quod etiam ipsi illuminant alios inferiores angelos, & isti pertinent ad superiorem hierarchiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij vero ita illuminatur à superioribus angelis, ab alijs scilicet, qui pertinent ad secundam hierarchiam, quod ipsi non illuminant alios angelos sibi inferiores, sed illumiuant rationalem creaturam & præsūt immediatè creaturæ rationali, & ifti sunt angeli tertiæ hierarchię.

¶Tertia conclusio. Respectu cognitionis purè naturalis sumitur ordo hierarchicus in angelis, nō quidem formaliter, sed dispositiuè. Ex quo sequitur, quòd distinctio angelorum secundùm illas tres hierarchias formaliter loquēdo prinet ad ordinē supernaturalē expositum in præcedenti conclusione, at dispositiuè, & inchoatiuè pertinent ad ordinem naturalem ipsorum angelorum. Colligitur hęc conclusio ex D. Thom. hic in artic. 4. Probatur prima pars, scilicet, quòd ex cognitione naturali nō sumatur formaliter ordo hierarchicus: quoniam in cognitione naturali angeli non habent naturalem subordinationem inter se, sed omnes immediatè subijciuntur autori naturæ angelicę, à quo susceperūt omnia principia requisita ad cognitionem naturalem, ergo. Probatur secunda pars, q̄ sumatur inchoatiuè & quasi dispositiuè, quoniam supernaturales perfectiones secundùm quandam proportionalitatem naturalium illis collatæ sunt, vt habetur supra q. 62. ergo maior vel minor perfectio in cognitione naturali angelica est quædam inchoatio & quasi remota dispositio ad diuersas hierarchias angelorum, quarum diuersitas formaliter consistit in diuersitate cognitionis supernaturalis. Cōfirmat. Q̄m vt ait D. Thom. in art. 1. diuersitas quæ reperitur in hierarchijs angelorum colligitur ex diuerso modo cognoscendi angelorum esse rationes naturales. Dicit enim quòd angeli primæ hierarchiæ cognoscūt rationes rerum prout procedūt à Deo causa vniuersalissima omnium. Angeli secundę hierarchiæ cognoscunt easdem rationes prout pendent à causis creatis vniuersalibus ex quibus desumitur vniuersalis rerum dispositio. Angeli denique tertiæ hierarchiæ easdem rationes cognoscunt prout applicantur ad effectus particulares. Certè hic diuersus modus cognoscēdi pertinet ad ordinem naturæ, nam si sermo fiet de mysterij supernaturalibus quę per reuelationes cognoscuntur, impropriissime & falsò dicetur, quòd angeli secundę hierarchiæ cognoscunt hæc mysteria prout pendent à causis vniuersalibus creatis, etenim mysteria hęc à solo Deo autore gratiæ pendent. Loquitur ergo D. Th. de rationibus particularibus quæ pertinent ad naturalem angelorum cognitionem, & postea in art. 6. distinguit diuersum modum cognitionis, qui reperitur in angelis de rebus supernaturalibus per quandam habitudinem & proportionem ad hanc diuersitatem cognitionis naturalis angelicæ, quā explicuit in art. 1. Dicitur enim quòd angeli primæ hierarchiæ cognoscunt immediatè finem vltimum, qui est prima & vniuersalissima causa totius ordinis supernaturalis, & hic modus cognoscendi proportionatur naturali cognitioni quam habent angeli primæ hierarchiæ, qua cognoscunt rationes rerum prout immediatè à Deo procedunt. Dicitur præterea quòd angelos secundæ hierarchiæ pertinet cognoscere dispositiones & rationes rerum supernaturalium, disponereque & ordinare ea quę ministerio, angelorum tertię hierarchiæ mandantur executioni: & hic modus cognoscendi & ordinandi correspondet cognitioni naturali angelorum secundæ hierarchię, qua cognoscunt rationes rerum prout pendent à causis creatis vniuersalibus: ex quibus desumitur vniuersalis dispositio & ordinatio rerum. Denique dicit Diuus Thomas, quòd ad angelos tertiæ hierarchię pertinet mandare executioni per cognitionem practicam & particularem, ea quæ disposita sunt, & ordinata ab angelis secundę hierarchię: & hæc cognitio correspondet naturali cognitioni quam habent angeli tertię hieratchię qua cognoscunt rationes rerum prout applicantur ad effectus particulares. Ex his facile erit intelligere diuersitatem, quæ in naturalibus, & supernaturalibus reperitur in diuersis tribus hierarchiis angelorum.

¶Sed arguitur & probatur quòd in cognitione naturali angelorum non reperitur assignata diuersitas à D. Th. & à nobis exposita. Oēs angeli tā superiores, q̄ inferiores

tiores comprehensiuè cognoscunt omnes rationes rerum naturalium: ergo omnes angeli inferiores circa propria & connaturalia obiecta, cognoscunt superiores: altiori modo, è contra vero, ea quæ pertinent ad obiectum proportionatum primæ hierarchiæ secundum quandam rationem vniuersalē & eminentiam, pertinet ad obiecta inferiorum angelorum secundum rationem magis certam & determinatam. Et ita quidquid angeli primæ hierachiæ circa suum obiectum proportionatum cognoscunt vniuersaliore & eminentiore cognitione, etiam cognoscitur ab inferioribus angelis contractiore tamē & magis determinata cognitione, ac proinde minus perfectā. Huc pertinet quod D. Tho. dicit ar. 5. huius quæst. nempe quod omnes perfectiones spirituales angelorum sunt communes omnibus angelis superioribus & inferioribus, quanuis in modo participandi has perfectiones sit magna diuersitas; perfectiori. n. mō conuenuunt superioribus, quā inferioribus. Quæ doctrina D. Tho. quam ipse sumpsit ex Dionysio. cap. 7. citato habet verum & in naturalibus & in supernaturalibus pefectionibus, & quidem de naturalibus satis constat ex modo dictis. De supernaturalibus vero etiam apparet certum si sermo fiat de cognitionibus supernaturalibus quæ habentur extra verbum per reuelationes. Itaque omnis reuelatio, quæ fit immediatè à Deo angelis primæ hierarchiæ, fit illis mediantibus angelis secundæ hierarchiæ.

DVbitatio autem esse potest de cognitione beata, Vtrum rationes creaturam quas angeli supremi cognoscūt in verbo, cognoscantur etiam ab angelis inferioribus, non quidem in verbo (quoniam in verbo plura cognoscūt superiores angeli, quàm inferiores, eo quod sunt beatiores) sed extra verbum per reuelationes particulares. Et satis probabiliter asseritur pars affirmatiua. Quoniam ad perfectam societatem cælestis reipublicæ spectat vt omnia bona supernaturalia sint communia vniuersis ciuibus illius reipublicæ, licet modo differenti iuxta perfectionem, & dignitatem vnuscuiusque. Et confirmatur hoc, quoniam vniuersi sancti docent, quòd in patria infimus beatus gaudium habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet accidentale de beatitudine cuiusque beati alterius etiam supremi, ergo necessũ est dicamus, quòd quicunque beatus cognoscit aliquo modo excellentiam beatitudinis alterius superioris beati. Hæc enim cognitio non aliter potest haberi nisi iuxta modum expositum vt res est manifesta. Ex his denique sequitur, ꝙ diuersitas in hierarchijs angelorum non solum est attendẽda secundum ordinem gratiæ in quo principaliter consistit, sed etiam secundùm ordinem naturæ, propter subordinationem, quam angeli vnius hierarchiæ habent respectu angelorum alterius hierarchiæ superioris, non quidem participando ab illa aliquam nouam virtutem, sed per subordinationem quæ attenditur penes diuersum modum participandi naturales perfectiones angelicæ naturæ. Sequitur secundo ꝙ in diuinis personis non reperitur hierarchia, vt docet D.Thom.in art.1.contra sententiam quorundam Theologorum. Probatur. Quoniam non reperitur in personis diuinis ordo superioritatis & principatus cũ sint simpliciter & omnino æquales, sed hic ordo pertinet ad hierarchiam, vt patet ex dictis, ergo. Notandum quarto, quòd in angelica republica sicut reperiunt̃ tres hierarchiæ, ita in vnaquaq; illarũ tres ordines reperiũtur, vt ex numero ternario triplicato sit integra perfectio & consummata illius reipublicæ. Sed quæret aliquis, qua certitudine sit tenendum esse tres hierarchias & nouem ordines. Respondetur primo. Quod negare hanc doctrinam esset valde temerarium, quoniam docent illam grauissimi Patres, præsertim Dionys.c.7.citato, & D.Crego. in homil.de decem ouibus, & alij patres. Et D.Dionys.c.illo 7. de cæles. hierar. in fine dicit, hanc doctrinam desumptã esse ex D.Paulo (quem vocant magistrum communem) quam ample ctũtur vniuersi scholastici. Dico secundo, quòd adhuc magis temerarium esset negare nouem ordines, quàm negare tres hierarchias. Probat. Quoniã in sacris literis ad Eph. 1.Colos.2.Isai.6.Zachar.1 Daniel.10.& alijs locis recensentur hæ nouem angelorũ ordinationes, quędã in vno loco, quædã in alio. Et certè negare hanc doctrinam esset manifestus error si nobis constaret apertè, quòd diuersa nomina quibus in locis citatis connumerantur spiritus angelici designant semper diuersum angelorum ordinem, nam potest quis dicere quòd vnus & idem ordo gaudet pluribus nominibus & appellationibus. Et vlterius potest dici, ꝙ licet designet spiritus diuersos diuersitate specifica, non tñ diuersitate ordinis vt loquimur in presentia. Vnde negare angelos differre diuersitate perfectionis, ita vt alteri sint superiores alijs, certè apparet proximum errori si non est error, & iste videtur sensus communis ecclesiæ connumerantis in præfatione Missæ diuersos angelorum ordines cũ dicitur, Quem laudant angeli & archangeli, etcetera. quæ vt minimum intelligit eos esse distinctos secundum perfectionem, & hoc est rationi & veritati valde consonum. Nã sicut in republica hominum quæ facta est ad similitudinem reipublicæ angelorum, reperiuntur tres ordines ciuium, quidam principes & primates, & alij infimi, & alij intermedij & mediocris conditionis, sic & in republica angelorum. Quinto notandũ est, esse nomina diuersa angelorum, quia quemadmodum apud nos reperitur quandoque vt species infima, alicuius generis retineat sibi nomen ipsius generis, vt in prædicamento qualitatis habetur exemplum. Nam dispositio quæ est species distincta contra habitum retinet sibi nomen proximi generis, quod est dispositio. Ita similiter in qualibet angelorum hierarchia infimus ordo retinet sibi nomen quod desumitur ex communi proprietate & perfectione totius hierarchiæ. Cæteri vero ordines distinguuntur secundùm aliquas speciales perfectiones. v. g. infimus ordo primæ hierarchiæ appellatur Thronus, quo nomine designatur propria, & essentialis excellentia qua prima hierarchia excellit reliquas, nempè quòd est Deo immediata, ab ipsoque immediate illustratur & illuminatur, quòd designat nouem thronos, importat enim sedem immediatam diuinæ maiestatis. Seraphin autem, & Cherubin important particulares perfectiones. Seraphin.n. dicitur ab excellentia diuini amoris quæ est maxima & suprema perfectio quæ reperitur in prima hierarchia. Cherubin vero dicitur ab excellẽtia cognitionis & scientiæ. Vbi aduertendum, quòd eum ordo hierarchicus non sumatur ex parte visionis beatificæ, neque ex essentiali beatitudine in qua excellit cognitio Dei & nõ amor, sed desumatur ex perfectione supernaturali intellectualis naturę quæ habetur extra verbum; idcirco amor consideratur vt excellentior perfectio quoniam in omni cognitione & amore quæ fit extra verbũ præstat amor cognitioni, vt explicat D. Tho.art. 6.ad secundum. Ideo primus ordo supremæ hierarchiæ denominatur ab excellentia amoris, secundus vero ab excellentia cognitionis diuinæ. Ex hoc sequitur, quòd sententia Ferrar. in 3.cont.gent. cap.81.asserentis, quòd prima & suprema hierarchia excedit alias inferiores quatenus rationes rerum contemplatur in ipsa essentia diuina immediatè, aliæ vero hierarchiæ cognoscunt alias rationes extra essentiam per species creatas, non est ad mẽtem D.Tho.in hac quæst. quoniam si propria perfectio supremę hierarchiæ desumitur ex visione beatifica qua cognoscuntur res in essentia diuina, primus ordo huius hierarchiæ nõ appellaretur Seraphim sed Cherubim: quoniam in statu beatifico nõ excedit amor sed cognitio. Mitto alia inconuenientia quæ poterant deduci ex sententia Ferrariæ. Vnde breuiter est colligendum. Quod ordo hierarchicus & eius distinctio ex cognitione supernaturali quæ habetur extra verbum debet sumi.

¶Sexto notandum est, quòd vt dicit D. Tho.in art.7. post diẽ iudicij non remanebunt ordines, & hierarchiæ angelorum si considerentur officia diuersa, quæ habent perducendo homines ad statum beatitudinis: quoniam secundùm fidem, post illum diẽ nulla erit variatio ac vicissitudo in beatitudine essentiali hominum, cuius oppositum fuit Origenis error, quem errorẽ Russinus imponebat D. Hierony. à quo ipse se purgat in 1. li. apologię aduersus Ruffinũ. Sed certe D.Hieron.c.1.ad Ephes. loquens forsassis ex illorum sententia, dedit occasionẽ Ruffino: nam ibi videtur docere, ꝙ ex eo post diem iudicij permanebunt diuersi ordines angelorum, quia in beatitudine hominum erit vicissitudo & mutatio per accrementum & decrementum. Et ita homines adhuc tunc egebunt angelorum officijs. Sed verissima sententia est fidei, ꝙ post diem iudicij nulla erit vicissitudo in essentiali beatitudine, puto autem non pertinere ad fidem asserere quòd in beatitudine accidẽtali erit fortassis aliqua mutatio, quanuis oppositum credo esse verissimũ, de quo alias.

¶Circa solutionem ad secundum art.7. diximus multa supra q.106. art.1. Vltimo notandum est circa ar.8.in quo D.Tho.docet, ꝙ homines sancti in statu beatitudinis pertinebunt ad hierarchias & ordines angelorũ. Hæc doctrina non est sic intelligẽda, quia officia propria & ministetia angelorũ sint communicãda animabus sanctis in beatitudine. Etenim animæ rationales sanctæ & beatæ non habent ꝙ sint ministræ Dei ita vt mittantur ad tractandam salutem hominum, quæ etiam doctrina debet intelligi duplici sensu. Primo, quòd animę rationales sanctæ & beatæ non constituunt in cælo aliam rempublicam distinctam à republica angelorum; & hæc est veritas fidei sufficienter probata à D. Thom.in art.8. Secundo, quòd ex animabus sanctis quędam attingent ad gradum supremum essentialis beatitudinis quo fruuntur angeli supremæ hierarchię, quædam vero habebunt minorem beatitudinẽ proportionatam beatitudini inferiorũ angelorũ. Et hæc veritas est satis cõsentanea doctrinę Sãctorum & cõmuni sensui fidelium. Sed tamen Christo Domino excepto qui secundum certam fidem excedit quãplurimum omniũ angelorũ beatitudinem & excepta beata Virgine, de qua esset plusquam temerarium asserere, eam non esse constitutam super omnẽ hierarchiam angelorum, etiam in beatitudine essentiali, de cæteris Sanctis non esset temerariũ asserere, quòd omnes Sancti constituuntur in beatitudine essentiali ĩfra omnes angelos, ita quod minor angelorũ excellit in beatitudine quemcũque hominem. Dixi fortè, quoniã mihi certè est probabile ꝙ sit aliqua temeritas negare apostolos esse æquales angelis, etiam supremis, quoniam apostolis collata fuit gratia Christi secundum magnam eius plenitudinem. Et ita Paulus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit Rom.8. Nos autē primitias spiritus habentes,&c. & Apocal. 21. dicitur, quod in ciuitate cælesti Hierusalē duodecim Apostoli sunt duodecim fundamenta. Et 1 Corin.6. dicit Paulus, An nescitis quoniam & angelos iudicauimus? quod interpretantur D.Th.& alij de bonis angelis,& certè hæc sententia videtur esse nimium persuasa toti Ecclesiæ à qua proinde non licèt discedere.

QVAESTIO CIX.
De ordinatione malorum angelorum.

DEINDE considernadum est de ordinatione malorum angelorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm ordines sint in dæmonibus.

137 2.d.6.ar tic. 4. Et 4. d. 47. q.1.ar.3. q.4. Aug. li. de natu. boni. ca. 3. & 4. tq. 6.

AD PRIMVM sic proceditur. *Videtur, quòd ordines non sunt in dæmonibus. Ordo enim pertinet ad rationē boni, sicut & modus & species (vt Augu. dicit in lib.* de natura boni) & econtrario in ordinatio pertinet ad rationem mali. Sed in bonis angelis nihil est inordinatum. Ergo in malis angelis non sunt aliqui ordines.*

¶ 2 Præterea. Ordines angelica sub aliqua hierarchia continentur, sed dæmones nō sunt sub aliqua hierarchia, q̄ est sacer principatus, cum ab omni sanctitate sint vacui. Ergo in dæmonibus non sunt ordines.

¶ 3 Præterea. Dæmones de singulis ordinibus angelorū ceciderunt: vt communiter dicitur. Si ergo aliqui dæmones dicūtur esse alicuius ordinis: quia de illo ordine ceciderunt: videtur quòd deberent eis attribui nomina singulorum ordinum. Nunquam autem inuenitur, quòd dicantur Seraphim, vel Throni, vel Dominationes. Ergo pari ratione nō sunt in aliquibus ordinibus.

SED contra est, quòd Apostolus dicit ad Ephes. vltim. quòd est nobis colluctatio ad uersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut iam dictum est, ordo angelicus considerat ur, & secundùm gradum naturæ, & secundùm gradum gratiæ. Gratia vero habet duplicem statum, scilicet imperfectum, qui est status merendi: & perfectum, qui est status gloriæ consummatæ. Si ergo considerentur ordines angelicę quantum ad perfectionem gloriæ, sic dæmones neque sunt in ordinibus angelicis, neque vnquam fuerunt. Si autem considerētur quantum ad id quod est gratiæ imperfectæ, sic dæmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus angelorum, sed ab eis ceciderunt, secundùm illud quod supra* posuimus, omnes angelos in gratia creatos fuisse. Si autem considerentur quantum ad id quod est naturæ, sic adhuc sunt in ordinibus, quia data naturalia non amiserunt, vt Dionys.* dicit. Art.4.& 8.præc. quæst. q.62.a. 3. ca.4. de diu. no. pa.4.ab remoue à med. Qu.49. art.3.

AD primum ergo dicendum, quod bonū potest inueniri sine malo: sed malum non potest inueniri sine bono, vt supra habitū est. Et ideo dæmones inquantum habent naturā bonam, ordinati sunt.

AD secundum dicendum, quod ordinatio dæmonum, si consideretur ex parte Dei ordinantis, est sacra. Vtitur enim dæmonibus propter seipsum. Sed ex parte voluntatis dæmonum, non est sacra: quia abutuntur sua nātura ad malum.

AD tertium dicendum, q̄ nomen Seraphim imponitur ab ardore charitatis: nomē autē thronorum ab inhabitatione diuina. Nomē autem dominationum importat libertatem quandam. Quæ omnia apponūtur peccato. Et ideo peccantibus angeli: huiusmodi nomina non attribuuntur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in dæmonibus sit prælatio.

138 Sup. qu. 63. ar.3. Et 2. di. 6. ar.2. q.4. & 8. & 4. dist. 47. q.1. ar.2. q.4.

ADSECVNDVM sic procedi tur. *Videtur, quòd in dæmonibus non sit prælatio. Omnis enim prælatio est secundùm aliquē ordinē iustitiæ. Sed dæmones totaliter à iustitia ceciderunt. Ergo eis non est prælatio.*

¶ 2 Præterea. Vbi non est obedientia & subiectio, non est prælatio. Hæc autem sine concordia esse non possunt. Quia in dæmonibus nulla est, secundùm illud Prouerb. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Ergo in dæmonibus non est prælatio.

¶ 3 Præterea. Si in eis est aliqua prælatio, aut hoc pertinet ad eorum naturam, aut ad eorum culpam vel pœnam. Sed non ad eorum naturam. Quia subiectio & seruitus nō est ex natura, sed est ex peccato subsecuta. Nec pertinet ad culpam, vel pœnam. Quia sic superiores dæmones qui magis peccauerunt, inferioribus subderentur. Non ergo est prælatio in dæmonibus.

SED contra est, quod dicit gloss. 1.ad Corin. 15. Quandiu durat mundus, angeli angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt.

RESPONDEO dicendum, quòd cū actio sequatur naturam rei, quorumcunque natura sunt ordinata, oportet quòd etiā actiones subinuicem ordinentur. Sicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora cęlestia, actiones & motus eorū subduntur actionibus & motibus cælestium corporum. Manifestum est autem ex præmissis, quòd dæmonum quidam naturali ordine sub alijs constituuntur. Vnde & actiones eorum sub actionibus superiorum sunt. Et hoc est quod rationem prælationis facit vt scilicet actio subditi subdatur actioni prælati. Sic igitur ipsa naturalis dispositio dæmonum requirit, q̄ sit in eis prælatio. Conuenit enim hoc diuinæ sapientiæ, quæ nihil in vniuerso inordinatū relinquit, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, vt dicitur Sapien. 8.

AD primum ergo dicendum quòd prælatio dæmonum non fundatur super eorum iustitia, sed super iniustitia Dei cuncta ordinantis.

AD secundum dicendum, quòd concordia dæmonum quæ quidam alijs obediūt, non est ex amicitia quam inter se habeant, sed ex communi nequitia qua homines obediunt, & Dei iustitiæ repugnant. Est enim proprium hominum impiorum, vt eis se adiungant & subijciant ad propriam nequitiam exequendam quos potentiores viribus vident.

AD tertium dicendum, quod dæmones non sint æquales secūdum naturam. Vnde in eis est naturalis prælatio. Quod in hominibus non contingit, qui natura sunt pares. Quòd autem superioribus inferiores subdantur nō est ad bonum superiorum, sed magis ad malum eorum. Quia cum mala facere maximè ad miseriam pertineat, præsse in malis est esse magis miserum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in dæmonibus sit illuminatio.

539

AD TERIVM sic proceditur. *Videtur, quòd in dæmonibus sit illuminatio. Illuminatio enim consistit in manifestatione veritatis. Sed vnus dæmon potest alteri veritatem manifestare: quia superiores magis acumine naturalis scientiæ vigent. Ergo superiores* dæmones possunt inferiores illuminare.

¶ 2 Præterea. Corpus quod superabundat lumine, potest illuminare corpus quod in lumine deficit, sicut sol lunam. Sed superiores dæmones magis abundat in participatione luminis naturalis. Ergo videtur quòd superiores dæmones possunt inferiores illuminare.

SED contra, illuminatio cum purgatione est, & perfectione, vt supra dictum est. Sed purgare non conuenit dæmonibus, secundùm illud Eccles. 34. Ab immundo quid mundabitur? Ergo etiam neque illuminare. Q.106. art.2. & ar.1.arg. sed contra.

RESPONDEO dicendum, quòd in dæmonibus non potest esse illuminatio propriè. Dictum est enim supra,* quod illuminatio propriè est manifestatio veritatis, *secundum quod habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum. Alia autem manifestatio veritatis potest esse locutio. Sicut cum vnus angelus alteri sum conceptum manifestat. Peruersitas autem dæmonum hoc habet, quod vnus alium non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere: & ideo vnus dæmon alium non illuminat. Sed vnus alij suum conceptū per modum locutionis intimare potest.* Q.106. art.1.

AD primum ergo dicendum, quòd non A *qualibet veritatis manifestatio habet ratio-*
In corp. artic. *nem illuminationis, sed solum quę dicta est.**
AD secundum dicendum, quod secundū ea quę ad naturalem cognitionem pertinent, non est necessaria manifestatio veritatis: neque in angelis neque in dęmonibus, quia sicut supra dictum est, statim à principio suæ*
¶.55.ar. 2. & 58. art.1. *conditionis omnia cognouerunt quæ ad naturalem cognitionem pertinent: & ideo maior plenitudo naturalis luminis, quæ est in superioribus dæmonibus, non potest esse ratio illu-* B *minationis.*

ARTICVLVS. IIII.

¶Vtrum boni angeli habeant prælationem super malos.

540 AD QVARTVM sic procedi*tur. Videtur, quòd boni angeli non habeant prælationem super malos. Prælatio enim angelorū* C *præcipuè attenditur secundum illuminationes. Sed mali angeli, cum sint tenebræ, non illuminantur à bonis. Ergo boni angeli non sunt prælati super malos.*

¶ 2 *Præterea. Ad negligentiam præsidētis pertinere videntur ea quę per subditos male fiunt. Sed dæmones multa mala faciunt. Si igitur subsunt prælationibus bonorum angelorum, videtur in angelis bonis esse aliqua negligentia, quod est inconueniens.*

¶ 3 *Præterea. Prælatio angelorum sequi* D
Arti.1.& 2. huius quæst. *tur naturæ ordinem, vt supra dictū est.* Sed si dæmones de singulis ordinibus ceciderunt (vt communiter dicitur) multi dęmones multis bonis angelis sunt superiores ordine naturæ. Non ergo boni angeli prælationem habēt super omnes malos.*

Li.3. de Tri.c.4. *SED contra est, quod Augustinus dicit* 3. de Trin. quòd spiritus vita desertor atque pecca-*
paulò à princip. *tor regitur per spiritum vitæ rationalem pium, & iustum. Et Gregor.* dicit, quòd po-* E
*Grego. homil. 34. in Euang. *testates sunt angeli, quorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sunt.*

RESPONDEO dicendum, quòd totus ordo prælationis primo et originaliter est in Deo, & participatur à creaturis, secundū quòd Deo magis appropinquant. Illa enim creatura super alias influentiam habent, quę sunt perfectiores, & Deo propinquiores. Maxima autem perfectio & per quam maximè Deo appropinquatur, est creaturarum fruentium Deo. Sicut sancti angeli. Qua perfectione dæmones priuantur. Et ideo boni angeli super malos prælationem habent, & per eos regūntur.

AD primum ergo dicendum, quod per sanctos angelos multa de diuinis mysteriis dæmonibus reuelantur, cùm diuina iustitia exigit, & per dæmones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bo- B *norum. Sicut in rebus humanis assessores iudicis reuelant tortoribus eius sententiam. Huiusmodi autem reuelationes si ad angelos reuelantes comparētur, illuminationes sunt quia ordinant eos ad Deum. Ex parte verò dæmonum non sunt illuminationes, quia eos in Deum non ordinant, sed ad expletionem propriæ iniquitatis.*

AD secundum dicendum, quod sancti angeli sunt ministri diuinæ sapientiæ. Vnde sicut C *diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos, vel homines propter bona quæ ex eis elicit: ita & boni angeli non totaliter cohibent malos à nocendo.*

AD tertium dicendum, q̃ angelus qui est inferior ordine naturę, præest dæmonibus, quamuis superioribus ordine naturæ: quia virtus diuina iustitiæ cui inhærent boni angeli, potior est quam virtus naturalis angelorum. Vnde & apud homines spiritualis iudicat omnia: vt dicitur 1. ad Cor. 2. Et Philosophus dicit in lib. Ethi. quod virtuosus est regula, & mensura omnium humanorum actuum.*

* Lib.3. Ethi.c.4 ad fin. Et li.10. c.5.to.5

Expositio Quæstionis.

COllige quatuor conclusiones ex tota quæstione. Prima conclusio. Si considerentur ordines secundum id quod est naturæ, dæmones adhuc sunt in ordinibus quia naturalia non amiserunt. ¶Secunda conclusio quæ sequitur ex præcedenti. In dæmonibus est prælatio superiorum in inferiores. ¶Tertia conclusio. In dęmonibus propriè loquendo nō est illuminatio quia nullus intendit ordinare alium in Deum. ¶Quarta conclusio. Omnes angeli boni habent prelationem supra dæmones.

Circa

CIrca primam conclusionem quæri po A test, An secundum naturales perfectiones sit vnus ordo malorum & bonorū angelorum? Arguitur primo pro parte affirmatiua. Quia secūdum naturam non sunt angeli mutati: sed secundum naturam suā à principio omnis exercitus angelorum aduanabatur secundum suos ordines naturales, ergo & nunc manet idem ordo naturæ. ¶Secundo. Angeli boni olim fuerunt inferiores secundùm naturam alijs qui ceciderunt, ergo & nunc manent inferiores B ac per consequens, vnus erit ordo secundū naturam, inxta quem videtur, quod nunc etiam illuminetur boni angeli à malis sicut olim illuminabantur. Sed in oppositū est, quòd videretur indecentissimum vt boni angeli & beati ab inimicis Dei illuminarentur in aliquo. ¶Ad hoc breuiter respondetur, quòd ordines angelorum dupliciter possunt considerari. Vno modo quantum ad officia & functiones. Altero modo possunt considerari radicaliter quantū ad pri- C mam naturæ perfectionem, scilicet, quantum ad essentias & potentias naturales. Dico igitur, quòd si priore modo considerentur, diuersi sunt ordines omnes bonorum & malorum angelorum, ita vt nullus bonus pertineat ad ordinem mali. Probatur. Quia minimus angelus bonus habet prælationem super omnes malos, ergo quantum ad exercitium operationum non poterit illuminari à malo angelo. Deinde probatur. Quoniam pertinet ad pœnam dæ- D monum vt etiam in naturalibus actionibus priuati sint à consortio bonorum angelorum, sicut odio habent ipsum naturæ authorem. Solum igitur angeli boni poterūt dæmones coercere & affligere vt ministri Dei, non autem ab eis quidquam recipiūt. Dico secundò, quòd si ordines considerentur secundo illo modo, potest dici quòd boni & mali pertinēt ad eosdem ordines. Sed quia simpliciter loquendo ordines & hierarchiæ distinguuntur ex officijs, ideo bo- E ni & mali angeli non pertinent ad eosdem ordines.

¶Ad primum argumentum respondetur, quòd quamuis dæmones non amiserint naturalia quantum ad substantiam, tamen quantum ad operationes impediti sunt in multis, tum ex malitia sua, tum etiam propter ordinem iustitiæ diuinæ. v. g. antea poterant diligere Deum amore naturali bono, iam verò propter malitiam suam in qua sunt obstinati odio habent illum. Similiter propter ordinem diuinæ iustitiæ priuantur ne exerceant operationes in alios angelos, quas naturaliter poterant exercere.

¶Ad secundum respondetur quòd quantum attinet ad naturalem illuminationem eo pacto quo circa naturalia supra diximus, angelos ab angelis illuminari posse, iam olim quando simul creati sunt talem illuminationem receperunt, & deinde dono gratiæ & gloriæ factum est, vt etiam cadentibus superioribus angelis, inferiores boni nihil ex illorum casu amisissent.

¶Circa tertiam conclusionem potest esse obiectio. Quoniam sequitur ex illa, q̃ homo malus non dicatur illuminare populum Christianum, etiam si Euangelicā doctrinam prædicet & explicet. Probatur à simili ratione, quia malus homo non intendit ordinare alios in Deum, sed solum habet pro vltimo fine vanam gloriā vel bona temporalia. Ad hoc respondetur, quòd malus homo predicans Euangelium dupliciter se potest habere. Vno modo non intendens aliquem malum finem sua prædicatione, & tunc eius prædicatio bonum opus est obiecto, neque vitiatur aliqua mala circunstantia, quamuis non sit meritorium vitæ æternæ, quia operans non est in gratia. Altero modo potest se habere intendendo aliquem malum finem, & hoc dupliciter, vno modo vt prædicator intendat vanam gloriam vel aliquod aliud bonum sibi tanquam vltimum finem, & tunc erit mortale peccatum eius prædicatio propter malam circunstantiam finis. Potest etiam sua prædicatione intendere auertere homines à Deo dicendo aliqua vera, vt postea induca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid enim? dum omnimodo siue per occasionem siue per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo & gaudebo. Ex hoc sequitur, quod non solum quando homo peccator bona intentione prædicat Christum, sed etiam quando propter inuidiam & contentionem potest illuminare populum. Cæterum, quando per suam prædicationem intendit auertere homines à Deo summo bono, uel summa ueritate nō est dicendus illuminare, sed potius exercere officium Satanæ, qui transfigurat se in angelum lucis, ut inducat falsitatem.

QVAESTIO CX.

De præsidentia angelorum super creaturam corporalem.

DEINDE considerandum est de præsidentia angelorum super creaturam corporalem.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum creatura corporalis administretur per angelos.

541 2.d.1.ar ti.3. Et 3 cō.c.78. & 83. & ver.q.5. arti.8. & opuſ. 3. c.125. & opuſ.20 ar.1. vſque ad 16. & opuſ. 20. col.3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd creatura corporalis nō administretur per angelos. *Res enim quæ habent determinatum modum operandi, non indigent gubernari ab aliquo præsidente. Ideo enim in digemus gubernari, ne aliter operemur quàm oporteat. Sed res sibi corporales habent determinatas actiones ex naturis sibi diuinitus datis. Non ergo indigent gubernatione angelorum.*

¶ 2 *Præterea. Inferiora in entibus gubernantur per superiora. Sed in corporibus quædam dicuntur inferiora, quædam superiora. Inferiora igitur gubernantur per superiora. Non ergo est necessarium quòd gubernentur per angelos.*

¶ 3 *Præterea. Diuersi ordines angelorū distinguuntur secundum diuersa officia. Sed si creaturæ corporales administrantur per angelos, tot erunt officia angelorum, quot sunt species rerum, ergo etiam tot erunt ordines angelorum, quot sunt species rerum, quod est contra supradicta,* non ergo corporalis creatura administratur per angelos.* Q. 109. ar. 2. & 6

SED contra est, quòd Aug. dicit ¶ 3. de Trini. quod omnia corpora reguntur per spiritum uitæ rationalem: & Greg. dicit in *. 4. dial. quod in hoc mundo uisibili nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Li. 3. de Tri. c. 4. 4. dial c. 5. post mediū.

RESPONDEO dicendum, quòd tam in rebus humanis quam in rebus naturalibus, hoc cōmuniter inuenitur, quòd potestas particularis gubernatur, et regitur a potestate uniuersali. Sicut potestas ballini gubernatur a potestate Regis. Et in angelis etiam est dictum,* quod superiores angeli, qui præsunt inferioribus, habent scientiam magis uniuersalem. Manifestum est autem, quod uirtus cuiuslibet corporis est magis particularis quam uirtus spiritualis substantiæ. Nam omnis forma corporalis est forma individuata per materiam & determinata ad hic & nunc, formæ autem immateriales sunt absolutæ & intelligibiles. Et ideo sicut inferiores angeli, qui habent formas minus uniuersales, reguntur per superiores, ita omnia corporalia regnatur per angelos. Et hoc non solum à sanctis doctoribus ponitur, sed etiam ab omnibus Philosophis, qui incorporeas substantias posuerunt. Q. 55. ar ti. 3. & q. 108. ar. 1.

AD primum ergo dicendum, quòd res corporales habent determinatas actiones. Sed has actiones non exercent, nisi secundum quod mouentur: quia proprium corporis est quod non agat, nisi per motum. Et ideo oportet, quod creatura corporalis a spirituali moueatur.

AD secundum dicendum, quod ratio ista procedit secundum opinionem Arist.* qui posuit q̄ corpora cœlestia mouentur à substantijs spiritualibus. Quarum numerum conatus fuit assignare secundū numerum motuū qui apparent in corporibus cœlestibus. Sed nō posuit quod essent aliquæ substantiæ spirituales, quæ haberent immediatam præsidentiam supra inferiora corpora, nisi forte animas humanas. Et hoc ideo, quia nō cōsiderauit aliquas Lib. 12. Metaph. text. 44. com. 3.

quas operationes in inferioribus corporibus exercerī, nisi naturales. Ad quas sufficiebat motus corporum cœlestium. Sed quia nos ponimus multa in corporibus inferioribus fieri præter naturales actiones corporum, ad quæ non sufficiunt uirtutes cœlestium corporum: ideo secundum nos necesse est ponere, q̄ angeli habeant immediatam præsidentiam, non solum supra cœlestia corpora, sed etiam supra corpora inferiora.

AD tertium dicendum, quòd de substantijs immaterialibus diuersimodè Philosophi sunt locuti. Plato enim posuit substantias immateriales esse rationes & species sensibilium corporum, & quasdam alijs uniuersaliores. Et ideo posuit substantias immateriales habere præsidentiam immediatam circa omnia sensibilia corpora, & diuersas circa diuersas. Aristo. autem posuit quòd substantiæ immateriales non sunt species corporum sensibilium, sed aliquid altius, & uniuersalius. Et ideo non attribuit eis immediatam præsidentiā supra singula corpora, sed sōlū supra uniuersalia agentia, quæ sunt corpora cœlestia. Auicen. uero mediam uiam secutus est. Posuit enim cum Plat. aliquam substantiam spiritualem præsidentem immediatè sphæræ actiuorum, & passiuorum, eo quòd sicut Plato ponebat, quod forma horum sensibilium derīuantur à substantijs immaterialibus: ita etiam Auicen. hoc posuit. Sed in hoc à Plat. differt, quòd posuit unam tantum substantiam immaterialem præsidentem omnibus corporibus inferioribus, quam uocauit intelligentiam agentem. Doctores autem Sancti posuerūt sicut & Platonici diuersis rebus corporeis diuersas substantias spirituales esse præpositas. Dicit enim Augustin. in lib.* 83. q. Vnaquæque res uisibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Et Damasc.† dicit, Diabolus erat ex ijs angelicis uirtutibus quæ præerant terrestri ordini. & Orig.* dicit super illud Num. 22. Cum uidisset asina angelum, quòd opus est mundo angelus, qui præsunt super bestias, & præsunt animalium natiuitati, & uirgultorum & plantationum, & cæterarum rerum incrementis. Sed hoc nō est ponendum propter hoc quod secundum suam naturam unus angelus magis se habeat ad præsidendum animalibus quàm plantis, quia quilibet angelus* Vide Ii. 3. Meta. tex. 6. to mo. 3. li. 83. q. q. 79. in prin. to. 4. Damasc. li. 2. c. 4. in prin. Origē. in Nu. mer. ho mil. 13.

etiam minimus habet altiorem uirtutem & uniuersaliorem quàm aliquod genus corporalium: sed est ordine diuinæ sapientiæ, qua diuersis rebus diuersos rectores præposuit. Nec tamen propter hoc sequitur, quod sint plures ordines angelorum quam nouem: quia sicut supra dictum est, ordines distinguuntur secūdum generalia officia. Vnde sicut secundum Gregor. ad ordinem potestatum pertinent omnes angeli qui habent propriè præsidentiam super dæmones: ita ad ordinem uirtutum pertinere uidentur omnes angeli qui habent præsidentiam super res purè corporeas. Horum enim ministerio interdum etiā miracula fiunt.* Homil. 34. in Euang.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Omnia corporalia reguntur per angelos.

¶ Secunda conclusio. Huiusmodi præsidentia non est necessaria immediatè supra corpora elementaria nisi quantum ad ea quę fiunt in corporibus inferioribus præter naturales actiones corporum.

COMMENTARIVM.

CONclusiones huius articuli uidentur ad certitudinem fidei pertinere. Probatur ex cap. 10. Dani. Vbi per totum explicatur solicitudo angelorum de humanis negocijs, & Apocal. 7. dicitur quatuor angelis datum esse nocere terræ & mari & arboribus. Et cap. 14. alius angelus exiuit de altari qui habebat potestatem supra ignem. Et cap. 16. inducuntur septem angeli habentes septem phialas plenas iræ Dei quas singuli effuderunt in singulas partes mundi. Et 2. Paralip. cap. 32. dicitur, quòd angelus nocte occidit plurima milliaria hominum de exercitu Senacherib. Videatur Aug. lib. octogintatrium quæstionum, quæst. 79. & lib. 8. super Gene. c. 24. & lib. 5. de ciuit. Dei cap. 9. & Diuus Gregor. lib. 4. dialog cap. 5. circa finem, & Origen. homil. 13. & 14. super numeros. Specialiter uidentur est D. Thom. libr. 3. contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

gent.cap.78.& 79.vbi plurimis rationibus A probat doctrinam huius articuli. Obseruãdum tamen est, quòd non pertinet ad fidem sicut aduerrit Aug. vnamquamq; rẽ sensibilem habere angelum sibi prepositũ, & ex officio deputatum, quemadmodum Origen dixit, ꝙ angeli mundo necessarij sunt, qui præsint animalibus, virgultis, & reliquis. At vero ꝙ circa creaturam corporalem immutandam aliquid angeli exequãtur cum eis conceditur à diuina prouidentia & mandato, vel permissione valeãt plu B rimum, hoc satis probant diuinæ authoritates inductæ. Hanc autem præsidentiam Caietanus reducit ad ordinem gratiæ & prædestinationis, quatenus res corporeæ deseruiunt homini ad beatitudinis consequutionem. Nihilominus valde probabile est, quòd etiam secundum ordinem naturæ habeant angeli infimæ hierarchiæ aliqualem præsidentiam supra res corporeas, & præsertim supra corpora simplicia, quæ sunt quasi fundamenta omnium generabilium & corruptibiliũ in toto vniuerso. Et C profectò rõ D. Th. hoc ipsũ cõuincere vr.

DVbitare tamen quis posset, An illa præsidentia angelorum circa corpora sensibilia & inferiora, quam D. Thom. dicit esse necessariam, propter ea quæ fiunt pręter naturam, sit ad facienda miracula? Ad hoc breuiter respondetur, quòd non loquitur D. Thom. de præsidentia ad faciendum miracula: negat enim in artic. D 4. angelis in esse virtutem faciendi miracula, quia quicquid facit angelus propria virtute, hoc sit secundùm ordinem naturę. Vnde colligitur, quòd in isto articu. loquitur etiam de effectibus quos angelus naturali propria virtute potest facere, qui non contingerent ex solo generali & naturali cursu cœlestium corporum. Valent enim angeli etiam dęmones naturali virtute efficere aliquem terræmotum, destruere exercitum, mouere sacra, & alia si- E milia efficere præter generalem cœlorum concursu. Quos tamen effectus diuina prouidentia vt in plurimum determinat in fauorem electorum, seu iustorum, vel punitionem malorum. Atque per hunc modum possumus componere doctrinam Caietani cum his quæ à nobis dicta sunt.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm materia corporalis obediat angelis ad nutum.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur, ꝙ materia corporalis, obediat angelis ad nu 2. 2. quetum. Maior est enim virtus 80. ar. 2. angeli quam virtus anima. cor. Et 3 Sed conceptioni animæ maximè obedit mate con. ca ria corporalis. Immutatur enim corpus hemi 103. Et nis ex conceptione animæ ad calorẽ & fri- po. q. 6. gus, & quandoque vsque ad sanitatẽ & agri artic. 3. tudinem. Ergo multo magis secundũ cõceptio Et malo nem angeli materia corporalis trãsmutatur. q. 16. ar

¶ 2 Præterea. Quicquid potest virtus inferior, potest virtus superior. Sed virtus ange & 10. Et li est superior quàm materia corporalis: cor quol. 9. pus autem sua virtute potest transmutare art. 10. materiam corporalem ad formam aliquam, sicut patet cum ignis generat ignem: ergo mul to fortius virtute sua angeli possunt materiam corporalem transmutare ad aliquam formam.

¶ 3 Præterea. Tota natura corporalis administratur per angelos vt dictum est. * Et sic videtur quòd corpora se habent ad angelos sicut instrumenta. Nam ratio instru- Art. præ menti est quòd sit mouens motum. Sed in esse ce. lestibus aliquid inuenitur ex virtute principa lium agentium, quod non potest esse per virtutem instrumenti. Et hoc est id quod est principalius in effectu. Sicut digestio nutrimenti est per virtutem caloris naturalis qui est instrumentũ animæ nutritiuæ: sed quòd generetur caro viua, est ex virtute animæ: similiter & secetur lignum, pertinet ad serram, sed quòd perueniatur ad formam lecti, est ex virtute artificis: ergo forma substantialis quæ est principalius in effectibus corporalibus, est ex virtute angelorum: materia ergo obedit ad sui informationem angelis.

SED contra est, quòd Aug. dicit* 3. de Trinita. Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilẽ li 3 c. 8. rerum materiam, sed soli Deo. in prin. com. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd Platonici posuerunt formas, quæ sunt in materia, causari ex immaterialibus formis: quia formas materiales ponebant esse participationes quasdã immaterialiũ formarum. Et hos quantũ ad aliquid secutus est Auicen qui posuit omnes formas, quæ sunt in materia, procedere à conceptione intelligentiæ: & ꝙ agentia corporalia sunt solum disponentia ad formas. Qui in hoc videntur fuisse decepti, quia existimauerunt formam quasi aliquid per se factum, vt sic ab aliquo formali principio procederet.

Sed sicut Philosophus probat in* 7 Meta. hoc quod propriè fit est compositũ. Hoc enim 7.Me. tex. 16.17. propriè est quasi subsistens. Forma autem nõ 18.32. to dicitur ens quasi ipsa sit, sed sicut quo aliquid no.3. est: & sic per consequens nec forma propriè fit. Eius enim est fieri cuius est esse: cùm fieri nihil aliud sit quàm via in esse. Manifestũ est autem quod factũ est simile facienti, quia omne agens agit sibi simile. Et ideo id quod facit res naturales, habet similitudinem cũ composito, vel quia est compositũ: sicut ignis generationem: vel quia totum compositum & quantum ad materiam, & quantum ad formam, est in virtute ipsius. Quo à est proprium Dei. Sic igitur omnis informatio materiæ, vel est à Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali, non autem immediatè ab angelo.

AD primum ergo dicendum, quòd anima nostra vnitur corpori vt forma. Et sic nõ est mirum, si formaliter transmutatur ex cõceptione ipsius: præsertim cùm motus sensitiui appetitus qui fit cum quadam transmutatione corporali: subdatur imperio rationis: angelus autem non sic se habet ad corpora naturalia. Vnde ratio non sequitur.

AD secundum dicendum, quòd id quod potest virtus inferior, potest superior: non eodem, sed excellentiori modo. Sicut intellectus cognoscit sensibilia excellentiori modo quàm sensus. Et sic angelus excellentiori modo trãsmutat materiam corporalem quã agentia corporalia tanquam causa superior.

AD tertium dicendum, quòd nihil prohibet ex virtute angelorum aliquos effectus sequi in rebus naturalibus, ad quæ agentia corporalia non sufficerent. Sed hoc non est angelo obedire materiæ ad nutum: sicut nec cœlis obedit materia ad nutum: quia aliquem modum decoctionibus operantur per ignem secundum aliquam artis moderationem: quã ignis per se non faceret: cùm reducere materiam in actum formæ substantialis, non excedat virtutem corporalis agentis, quia simile natum est sibi simile facere.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est. Omnis informatio materiæ vel est à Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali, non autem immediatè ab angelo. Ratio est, quia id quod facit res naturalis habet similitudinem cum composito, vel quia est compositum, vel quia in virtute ipsius est totum compositum quantum ad materiam & quantum ad formam, quod est proprium Dei, ergo angelus nullo modo potest immediatè per seipsum inducere formam in materiam.

¶Secunda conclusio in solutione ad secundum. Angelus excellentiori modo transmutat materiam corporalem quam agentia corporalia.

¶Tertia conclusio ad tertium. Nihil prohibet ex virtute angelorum aliquos effectus sequi in rebus naturalibus, ad quos agentia corporalia non sufficerent.

COMMENTARIVM.

DVbitatur circa primam cõclusionem an sit vera, & ratio eius bona? Arguitur primo pro parte negatiua. Similitudo agentis respectu passi potius attenditur secundum formam, quam secundum materiam; sed angelus est forma superior quàm formæ sensibiles, ergo ex defectu similitudinis in materia non probatur quòd non possunt angeli producere formas sensibiles, atque adeo ratio D. Thom. non est bona.

¶Secundò. Cœli virtute propria producũt multas rerum inferiorum species, quę non possunt alijs causis inferioribus attribui. v.g aurum & gemmas non possumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

referre ad aliquã causam inferiorẽ efficiẽ A
tẽ, sed ad cęlestẽ virtutem reducunt Philosophi huiusmodi effectus, ergo sufficit similitudo secundum quandam eminentiã esse in agente ad hoc quòd possit inducere formam in materiam disponendo materiam. Confirmatur ex eodem D.Thom. ad tertium, vbi ait, quòd ex virtute angelorũ aliqui effectus sequuntur in rebus naturalibus, ad quos agentia naturalia non sufficiunt.

¶Tertiò. Quando generantur aliqua viB
uentia & non ab alijs viuentibus corporalibus, vt cum generantur mures aut cinifes, tunc illa informatio materiæ per formam, quæ dat esse viuentis non potest habere aliam causam efficiẽtem compositam ex materia & forma, ergo necesse est, quod reducatur in angelum viuentem, nisi velis dicere, quòd ipse Deus immediatè per seipsum efficit huiusmodi imperfecta viuentia.

¶Scholastici in 2. Sentent. dist. 7. disputant de hac re & sentiunt cum D. Tho. sed C
Duran. quæst. 4. rationem D.Thom. non approbat & ipse aliam assignat, videlicet, quia Deus & natura nihil faciunt frustra, sed in istis inferioribus sunt causæ particulares, quæ possunt inducere formam in materiam, ergo superfluè hæc potentia angelis tribuetur. Sed hæc ratio debilissima est, nam consequenter probaret, quòd non posset angelus inducere formam artificialem D
in lignum vel lapidem, si quidem homo potest illam inducere. Similiter non posset angelus mouere lapidem quia in istis inferioribus est potentia ad huiusmodi effectum. Ratio igitur D.Thom. est optima & à proprijs principijs deducta.

AD argumenta, ad primum respondetur, quòd quãuis passum magis debeat assimilari agenti secundum formam quàm secundum materiam: tamen necesse est vt assimiletur proximo agenti secundũ E
conditionem communem formæ, videlicet quòd si forma est receptibilis in materia, necessarium sit vt & forma agentis immediati sit etiam in materia. Ex hac vniuersalitate excipitur forma subsistens illimitatæ virtutis: qualis est diuina substantia: quæ quoniã est causa totius entis, etiam ipsius materiæ, potens est inducere formam in materiam absque alia media causa corporali. ¶Ad secundum respondetur, q̃ ratio Diui Thomæ non procedit de omnimoda similitudine formæ & materiæ inter effectum & agens: sed loquitur secundum vniuersalem conditionem materiæ, quæ debet reperiri in causa efficiente proximã si reperitur in effectu. Cęterum specialiores dispositiones materiæ ad recipiendam formam quæ supereminet supra formas corporales rerum inferiorum bene possunt referri ad cęlestia corpora tanquam ad causas efficiẽtes. Imo si attenerus cõsideremus ipsa cęlestia corpora sunt pxima agẽtia respectu taliũ agentium. ¶Ad tertium argumẽtũ tũdetur, q̃ illa viuentia imperfecta reducuntur tanquam ad causam efficientem ad cęlestia corpora, quatenus illa mouentur ab intelligentia viuente, quæ vnitur corpori cęlesti non quidem quasi forma informans, sed quasi forma influẽs virtutem quandam artificiosam vręlestę corpus valeat quædam viuentia producere, non mediantibus alijs viuentibus, sed mediantibus quibusdam dispositionibus materialibus rerum inferiorum. Et per hoc patet ad confirmationem. Et profectò ad virtutem angelicam videtur reducendum q̃ obiecta sensibilia cum sint materialia possint producere species sensibiles quæ sunt minus materiales cũ sint intentionales. Imo Aristoteles definit sensum esse perceptiuum specierum sine materia. Habemus itaque quod ratio D.Tho. est intelligenda de causis proximè agentibus siue illæ causæ agant virtute propria siue virtute angelica. Denique aduertendum est, certum esse secundum fidem catholicam animam rationalẽ non posse produci à virtute angelica in materia. Hoc docet Aug. lib. de hæresibus. hæresi. 59. & probatur ex Cõcil. Bracaren. I. cap. 8. Vide quæ supra dicta sunt. q. 63. ar. 4. & q. 90. art. 3.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum corpora obediant angelis ad motum localem.

AD TERTIVM sic procedi- Loca
tur. Videtur, quòd corpora non pra
obediant angelis ad motum loca- 2.
lem. Motus enim localis corpo-
rum

rum naturalium sequitur formas eorũ. Sed A
angeli non causant formas corporum naturalium, vt dictum est. * Ergo neque possunt
Art. præc. & q. 67. ar. 4. causare in eis motum localem.

¶ 2 Præterea. In * 8. Phys. probatur, q̃ motus localis est primus motum. Sed angeli
8. Phy. t. 8. & tex. 54. vsq; ad 60. to mo. 2. non possunt causare alios motus, transmutãdo materiam formaliter. Ergo neque etiam possunt causare motum localem.

¶ 3 Præterea. Membra corporalia obediunt conceptioni animæ ad motum localem inquantum habent in seipsis aliquod principium vita. In corporibus autem naturalibus non est aliquod principium vita. Ergo nõ obediunt angelis ad motum localem.

SED contra est, quod Aug. dicit. * 3. de
li. 3. de Trini. c. 8. & 9. Trinit. quòd angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos. Sed
num. 4. hoc non possunt facere nisi localiter mouendo. Ergo corpora obediunt eis ad motum localem.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut Dion. dicit. 7. c. de divin. nomin. divina C
sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum. Ex quo patet, quod natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiori. Natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes autem
8. Phy. t. 57. mo. 2. motus corporeos perfectior est motus localis, vt probatur in * 8. Phys. Cuius ratio est, quia mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, inquantum huiusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum: & ideo natura corporalis na D
ta est moueri immediatè à natura spirituali secundum locum, vnde & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritualibus substantijs, vnde videmus, quod anima mouet corpus primo, & principaliter locali motu.

AD primum ergo dicendum, quòd in corporibus sunt alij motus locales præter eos qui consequuntur formas. Sicut fluxus, & refluxus maris non consequitur formam substantialem aqua, sed virtutem lunæ. Et multo ma E
gis aliqui motus locales consequi possunt virtutem spiritualium substantiarum.

AD secundum dicendum, quòd angeli causando motum localem tanquam priorẽ, per eum causare possunt alios motus, adhibẽdo, scilicet agentia corporalia ad huiusmodi effectus producendo, sicut faber adhibet ignẽ ad demolitionem ferri.

AD tertium dicendum, quòd angeli habent virtutem minus contractam quàm anima. Vnde virtus motiua animæ contrahitur ad corpus vnitum, quod per eam viuificatur quo mediante alia potest mouere, Sed virtus angeli non est contracta ad aliquod corpus. Vnde potest corpora non coniuncta localiter mouere.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Natura corporalis nata est moueri mediatè à natura spirituali secundum locum.

¶Secunda conclusio ad secundum argumentum. Angeli causando motum localem tanquam priorem per eum causare possunt alios motus.

COMMENTARIVM.

DVbitari potest in hoc articulo, An prior conclusio intelligatur de quolibet corpore, & quolibet motu, scilicet, ita vt angelus possit pro libito suo omne corpus, siue cæleste siue elementale mouere ad omnem differentiam loci. Ratio autem dubitandi est: nam pars affirmatiua videtur probari: quoniam angelus est superioris naturæ, & non videtur à seipso determinatus vt possit mouere vnum corpus & nõ aliud, & secundùm vnam differentiã motus, & non secundùm aliam: suppositò quòd possit mouere corpora secundùm motum localem. Ex altera vero parte potest fieri optima ratio. Ordo enim vniuersi non videtur mutari nisi ab autore vniuersi: at vero si angelus haberet virtutem mouendi taliter posset etiam totũ vniuersi ordinem permutare & inuertere, collocaret enim terrã sursum, & aerem deorsum. Ad hãc dubitationẽ potest respõderi vtrãque partẽ esse probabilẽ. Quòd si teneatur pars affirmatiua, dicendum erit quòd nunquam angelus vtetur illa potestate nisi secundùm regulam legis naturalis & secundũ ordinẽ sibi præscriptũ ab autore naturę

dæmon

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmon autem nõ permittetur quicquam A operari quod ordinem naturæ peruertat. Mihi tamen probabilior videtur pars negatiua. Ratio vero potissima ea est, quoniam angelus pars est vniuersi, & propter vniuersum creatus est: sed virtus partis nõ se extendit nisi limitato modò secundùm inclinationem ad totum & ad bonum illius, ergo angelus non habet potestatem permutandi ordinem vniuersi. Hinc sequitur quòd corpora cœlestia non potest angelus aliter mouere neque velocius quàm B mouentur nisi fortè per miraculum & ex diuina virtute accepta. Similiter sequitur quòd non potest angelus totum elementũ mouere de loco suo, quia perturbaretur ordo vniuersi. Conclusio itaque intelligenda erit de corporibus inferioribus & de motu locali non perturbante ordinem vniuersi. v.g. potest angelus mouere saxum magnũ: & ignis copiam & aquæ deferre in alterũ locum. Huic doctrinæ consentit D. Tho. de malo quæst. 16. artic. 9. ad secundum, & C art. 10. ad vltimum, vbi ait, quòd idem est naturalis motus totius & partis: non tamẽ eadem vis sufficit ad mouendum totum quæ mouet partem, vnde licet dæmones possint mouere aliquam partem terræ: nõ sequitur quòd possint mouere totam terram: quia hoc non est proportionatum potentiæ ipsorum: vt mutent ordinem clemẽtorum mundi.

SImilem quæstionem mouet S. Thom. opusc. 10. artic. 16. An angelus possit D mouere totam molem terræ? Et vsque ad globum lunæ, licet nunquam mouerit, aut moturus sit, vbi in hunc modum habet. Videtur mihi dicendum, quòd naturali sua virtute hoc non potest: quia nulla virtus creaturæ potest immutare ordinem principalium partium vniuersi, ad quem pertinet, quòd terra sit in medio locata. Videtur tamen mihi contrarium posse tolerari absque fidei periculo, si tamen referat intentionem suam ad ponderis quantitatem E non ad prædictum ordinem vniuersi. Certum est enim quod naturali sua virtute Angelus potest alicuius ponderis terram mouere. Sed vsque ad quanti ponderis quãtitatem moueri possit non potest à nobis determinari. Si autem quæritur de motu circulari, per quem dictus ordo non variatur, videtur quòd naturaliter terra quiescat, vt vult Philosophus in lib. de cœlo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angeli possint facere miracula.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli possint facere miracula. Dicit enim Gregor.* Virtutes vocantur illi spiritus per quos signa & mirabilia frequentius fiunt.

¶ 2 Præterea. August. dicit in lib. †83. q. quòd magi faciunt miracula per priuatos contractus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicæ iustitiæ. Sed magi faciunt miracula per hoc quòd exaudiuntur à dæmonibus, vt ipse alibi in eodem lib.* dicit. Ergo dæmones miracula possunt facere. Ergo multo magis angeli boni.

¶ 3 Præterea. August. in eodem lib. dicit, quòd omnia quæ visibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aeris huius non absurdè fieri posse creduntur. Sed quando effectus aliquis naturalium causarum producitur absque ordine naturalis causæ, hoc dicimus esse miraculum. Puta cum aliquis sanatur à febre, non per operationem naturæ. Ergo angeli & dæmones possunt facere miracula.

¶ 4 Præterea. Virtus superior non subditur ordini inferioris causæ. Sed natura corporalis est inferior angelo. ergo angelus potest operari præter ordinem corporalium agentium. Quod est miracula facere.

SED contra est, quod de Deo dicitur in Psal. Qui facit mirabilia magna solus.

RESPONDEO dicendum, quod miraculum propriè dicitur cum aliquid fit præter ordinem naturæ. Sed non sufficit ad rationem miraculi, si aliquid fiat præter ordinem naturæ alicuius particularis. Quia si cum aliquis proiecit lapidem sursum, miraculum faceret, cum hoc sit præter ordinem naturæ lapidis. Ex hoc ergo aliquid dicitur esse miraculum, quòd sit præter ordinem totius naturæ creatæ. Hoc autem non potest facere

cere nisi Deus. Quia quicquid facit angelus, A vel quæcunque alia creatura propria virtute, hoc fit secundum ordinem naturæ creatæ. Et sic non est miraculum. Vnde relinquitur quod solus Deus miracula facere possit.

AD primum ergo dicendum, quod angeli aliqui dicuntur miracula facere: vel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit, sicut & sancti homines dicuntur miracula facere, vel quia aliquod ministerium exhibent in miraculis quæ fiunt, sicut colligendo pulueres in resurrectione communi, vel huiusmodi aliquid agendo. B

AD secundum dicendum, quod miracula, simpliciter loquendo, dicuntur, vt dictum est,* cum aliqua fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ sed quia non omnis virtus naturæ creatæ est nota nobis: ideo cum aliquid fit præter ordinem naturæ creatæ nobis nota per virtutem creatam nobis ignotam, est miraculum quo ad nos. Sic igitur cum dæmones aliquid faciunt sua virtute C naturali, miracula dicuntur non simpliciter, sed quo ad nos. Et hoc modo magi per dæmones miracula faciunt. Et dicuntur fieri per priuatos contractus: quia qualibet virtus creaturæ in vniuerso se habet vt virtus alicuius priuatæ personæ in ciuitate. Vnde cum magus aliquid facit per pactum initum cum dæmone, hoc fit quasi per quendam priuatum contractum. Sed iustitia diuina est in toto vniuerso, sicut lex publica in ciuitate. Et ideo boni Christiani in D quantum per iustitiam diuinam miracula faciunt, dicuntur facere miracula per publicam iustitiam: mali autem Christiani per signa publicæ iustitiæ sicut inuocando nomen Christi, vel exhibendo aliqua sacramenta.

AD tertium dicendum, quod spirituales potestates possunt facere ea quæ visibiliter fiunt in hoc mundo adhibendo corporalia semina per motum localem.

AD quartum dicendum, quòd licet angeli E possint aliquid facere præter ordinem naturæ corporalis, non tamen possunt aliquid facere præter ordinem totius creaturæ: quod exigitur ad rationem miraculi, vt dictum est.

SVMMA ARTICVLI.

HAEC conclusio intelligenda est, quòd Deus solus potest facere miracula tanquam causa principalis & propria virtute. Cæterum, quomodo Sancti concurrant ad miracula tanquam instrumenta diuinæ virtutis, in 3. par. quæstione 13. B disputatur.

COMMENTARIVM.

DVbium disputari poterat hoc in loco, An dæmones & magi possint facere miracula? Sed de hac re ex professo agit D. Thom. in 2.2. quæst. 178. art. 2. & cũ opus fuerit, vide Abulensem Exod. 7. cap. quæst. 20 & Matth. cap. 24. quæst. 131. & D. August. in lib. octuaginta trium quæstionum, quæst. 79. vnde accepit D. Thom. verba argumenti. 2. Denique aduerte, quòd quamuis Deus solus propria virtute miracula faciat, idque sit certum secundùm fidem, iuxta illud, Qui facit mirabilia magna solus, tamen quòd homines habeant virtutem aliquam instrumentalem supernaturalem datam à Deo ad facienda miracula per modum habitus, vel duntaxat per modũ transeuntis, disputatio est merè Theologica. D Sed secundùm D. Thom. & probabiliorem sententiam non datur hominibus per modum habitus ad facienda miracula, sed solum per modum transeuntis. Vtrum autẽ sicut datur sacerdotibus character per modum habitus ad conficerandum, quæ potestas est instrumentalis: possit etiam dari potestas faciendi miracula, disputatio est, cuius pars affirmatiua mihi probabilior videtur. Nihil enim minus est quàm miraculum, consecratio corporis & sanguinis Domini: quamuis non dicatur miraculũ, quia visibiliter fit, & quia regulariter. E

QVÆ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO CXI.
De actione angelorum in homines.

DEINDE considerandum est de actione angelorum in homines. Et primo quæritur, vtrum possint eos immutare sua virtute naturali. Secundò, quomodo mittantur à Deo ad ministerium hominum. Tertio quomodo custodiant homines.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrum angelus possit illuminare hominem.

545 1.2. qu. 112. art. 2. ad 2. Et 2. d. 18. q. 2. art. 2. ad 3. 4. & 5. Et 3. cō. c. 81. prī. & vet. q. 11. ar. 1. & quol. 9. q. 4. ar tu. 5. cor. *C. 2. p. 1. & 2. Glos. interlin. adiūcta & ordi.

AD PRIMVM sic procedit*ur. Videtur, quòd angelus non possit illuminare hominem. Homo enim illuminatur per fidem. Vnde Dionys.* in Eccles. hier. illuminationem attribuit baptismo, qui est fidei sacramentum. Sed fides immediatè est à Deo, secundum illud ad Ephes. 2. Gratia estis salvati per fidem, & non ex vobis. Deus enim dedit: Ergo homo non illuminatur ab angelo, sed immediatè à Deo.

¶ 2 Præterea. Super illud Roma. 1. Deus illis manifestauit, dicit glossa,† quòd non solū ratio naturalis ad hoc profuit, vt diuina hominibus manifestarentur, sed Deus illis reuelauit per opus suum, scilicet per creaturam. Sed vtrumque est à Deo immediatè, scilicet ratio naturalis & creatura. Ergo Deus immediatè illuminat hominem.

¶ 3 Præterea. Quicunque illuminatur, cognoscit suam illuminationem. Sed homines non percipiunt se ab angelis illuminari. Ergo non illuminantur ab eis.

SED contra est, quòd Dionys. probat in 4 cap. cæl. hierar. quòd reuelationes diuinorum perueniunt ad homines mediantibus angelis, vt supra dictum est.* Huiusmodi autem reuelationes sunt illuminationes, vt supra dictum est.† Ergo homines illuminantur per angelos.

RESPONDEO dicendum, quòd cum diuina prouidentia ordo habeat, vt actionibus superiorum inferiora subdantur, vt supra dictum est,* sicut inferiores angeli illuminantur per superiores, ita homines, qui sunt angelis inferiores, per eos illuminantur. Sed modus vtriusque illuminationis quodammodo est similis, & quodammodo diuersus. Dictum est enim supra,* quòd illuminatio, qua est manifestatio diuinæ veritatis, secundum duo attenditur, scilicet, secundum quod intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris, & secundum quod proponuntur intellectui inferioris species intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. Et hoc quidem in angelis fit secundum quod superior angelus veritatem vniuersalem conceptam diuidit secundum capacitatem inferioris angeli, vt supra dictum est.* Sed intellectus humanus non potest ipsam intelligibilem veritatem nudam capere: quia connaturale est ei vt intelligat per conuersionem ad phantasmata, vt supra dictum est.* Et ideo intelligibilem veritatem proponunt angeli hominibus sub similitudinibus sensibilium secundum illud quod dicit Dionys.* 1. c. cæleſt hierarch. quòd impossibile est aliter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Ex alia verò parte intellectus humanus tanquam inferior fortificatur per actionem intellectus angelici, & secundum hæc duo attenditur illuminatio, qua homo illuminatur ab angelo.

AD primum ergo dicendum, quòd ad fidem duo concurrunt. Primo quidem habitus intellectus quo disponitur ad obediendū voluntati tendenti in diuinam veritatem. Intellectus enim assentit veritati fidei non quasi conuictus ratione, sed quasi imperatus à voluntate. Nullus enim credit nisi volens: vt Augustin. dicit, & quantum ad hoc fides est à solo Deo. Secundò requiritur ad fidem, quòd credibilia proponantur credenti: & hoc quidem fit per hominem, secundum quod fides est ex auditu: vt dicitur Roman. 10. sed per angelos principaliter, per quos hominibus reuelantur diuina: vnde angeli operantur aliquid ad illuminationem fidei. Et tamen homines illuminantur ab angelis, non solum de credendis, sed etiam de agendis.

AD secundum dicendum, quòd ratio naturalis

naturalis quæ est immediatè à Deo, potest per angelum confortari; vt dictum est:* & similiter ex speciebus à creaturis acceptis tanto altior elicitur intelligibilis veritas, quanto intellectus humanus fuerit fortior. Et sic per angelum adiuuatur homo, vt ex creaturis perfectius in diuinam cognitionem deueniat.

AD tertium dicendum, quòd operatio intellectualis & illuminatio, dupliciter possunt considerari. Vno modo ex parte recipientis intellecta, & sic quicunque intelligit vel illuminatur, cognoscit se intelligere, vel illuminari; quia cognoscit rem sibi esse manifestam. Alio modo ex parte principij. Et sic non quicunque intelligit aliquam veritatem, cognoscit quid sit intellectus qui est principium intellectualis operationis. Et similiter non quicunque illuminatur ab angelo, cognoscit se ab angelo illuminari.

COMMENTARIVM.

PRima conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio. Angelus illuminat hominem confortando lumen eius intellectuale, & causando & disponendo phantasmata proportionata intellectui hominis, ex quibus colligat veritates de quibus illuminatur. In hoc articulo notanda est solutio ad vltimum, circa quam aduerte quòd in angelis, is qui illuminatur non solum cognoscit illuminationē sibi factam ex parte obiecti de quo illuminatur: sed etiā ex parte principij illuminantis. Itaque cognoscit angelum illuminantem, & huius ratio est, quia vt supra diximus, omnis illuminatio est locutio: at angelus cui fit locutio ex necessitate cognoscit angelum sibi loquentem, eo quod locutionē sibi factā percipit per eandem speciem per quam cognoscit angelum sibi loquentem, atio hominibus non ita contingit: quoniam homo non percipit locutionem factam sibi ab angelo per speciem repræsentantem substantiam angeli loquentis: sed per speciem oīno distinctam, & ita optimè stat hominem percipere locutionem sibi factam ab angelo, & similiter reuelationem, & tamen non cognoscat quis sibi loquatur, & à quo illuminetur. Hæc de primo articulo.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum angeli possint immutare voluntatem hominis.

556 1.2.qū. 75.ar.3. Et 2.dist. 8. art.5. corp. Et 3. cont. c. 88.91. 92. Et veri. q. 22.ar.9. Et mal. q.16.ar. 11. *Psalm. 103. habet implicitè gl. ordi. †ex c. 2. Actuū uidetur haberi. Lib.2.c. 4. ad finem. Ar. pce.

MOD SECVNDVM sic procedit*ur. Videtur, quòd angeli possint immutare voluntatem hominis: quia super illud Hebr. 1. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis: dicit glossa,* quòd ignis sunt dum spiritu feruent, & vitia nostra vrunt. Sed hoc non esset nisi voluntatem immutarent: ergo angeli possunt immutare voluntatem.

¶ 2 Præterea. Beda† dicit, quòd diabolus non est immissor solum malarum cogitationum, sed etiam incensor. Damas. autem vltè rius dicit, quod etiā est immissor. Dicit enim in 2.* lib. quòd omnis malitia & immunde passiones ex dæmonibus excogitatæ sunt, & immittere homini sunt concessæ. Et pari ratione angeli boni immittunt & incendunt bonas cogitationes. Sed hoc non possent facere nisi immutarent voluntatem: ergo immutāt voluntatem.

¶ 3 Præterea. Angelus sicut est dictū,* illuminat intellectum hominis mediantibus phantasmatibus. Sed sicut phātasia, quæ deseruit intellectui, potest immutari ab angelo: ita & appetitus sensitiuus qui deseruit voluntati, quia & ipse etiam est vt vtens organo corporali. Ergo sicut illuminat intellectum, ita potest immutare voluntatem.

SED contra est, quòd immutare voluntatem est proprium Dei secundū illud Prou. 21. Cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, vertet illud.

RESPONDEO dicendum, quod voluntas potest immutari dupliciter. Vno modo ab interiori, & sic cum motus voluntatis non sit aliud quam inclinatio voluntatis in rem volitam, solius Dei est sic immutare voluntatem, qui dat naturā intellectuali virtutem talis inclinationis. Sicut enim inclinatio naturalis non est, nisi à Deo, qui dat naturam; ita inclinatio voluntaria non est nisi à Deo, qui causat voluntatē. Alio modo mouetur voluntas ab exteriori. Et hoc in angelo est vno modo tantū, scilicet à bono apprehenso per intellectum. Vnde secūdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dùm quod aliquis est causa quod aliquid apprehendatur vt bonum ad appetendum, secùndùm hoc mouet volũtatem. Et sic solus Deus efficaciter potest mouere volũtatem, angelus autem & homo per modum suadentis, vt supra dictum est. * Sed præter hunc modum ẽt aliter mouetur in hominibus volũtas ab exteriori, s. ex passione existente, circa appetitum sensitiuum. Sicut ex concupiscentia, vel ira inclinatur volũtas ad aliquid volẽdũ: & sic etiam angeli inquantum possunt ẽcitare huiusmodi passiones, possunt voluntatem mouere, non tamen ex necessitate: quia voluntas semper remanet libera ad consentiendum, vel resistendum passioni.

q. 106. ar. 2.

AD primum ergo dicendum, quòd mini stri Dei vel homines vel Angeli dicuntur vrere vitia, & inflammare ad virtutes per modum persuasionis.

AD secundum dicendum, quòd demones non possunt immittere cogitationes, interius eas causando: cùm vsus cogitatiuæ virtutis subiaceat voluntati. Dicitur tamen diabolus incensor cogitationum, inquantum incitat ad cogitandum vel ad appetendum cogitata per modum persuadentis, vel passionem concitantis. Et hoc ipsum incendere Damasce. vocat immittere: quia talis operatio interius fit. Sed bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio, scilicet Deo, licet angelorum ministerio procurentur.

AD tertium dicendum, quòd intellectus humanus secundùm præsentem statum non potest intelligere nisi conuertendo se ad phãtasmata: sed voluntas humana potest aliquid velle ex iudicio rationis, non sequendo passionem appetitus sensitiui. Vnde non est simile.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Angelus possit immutare imaginationem hominis.

547 2. di. 8. ar. 5. co. Et veri. q. 11. ar 3. & qu. Anima, est motus factus à sensu secundùm

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non possit immutare imaginationem hominis. Phantasia enim, vt dicitur in * lib. 3. de

A actum. Sed si fieret per immutationem angeli, non fieret à sensu secundum actum: ergo est contra rationem phantasiæ, quæ est actus imaginatiuæ virtutis, vt sit per immutationem angeli. 12. me. & ma. q. 1. ar. 1. & q. 3. ar. 1. * li. 3. de anim. 161. 2. Q. 50. art. 3. & 3. aug. li. 12. c. 13. & li. 3. c.

¶ 2 Præterea. Forma quæ sunt in imaginatione, cùm sint spirituales, sunt nobiliores formis quæ sunt in materia sensibili. Sed angelus non potest imprimere formas in materia sensibili: vt dictum est. * Ergo nõ potest imprimere formas in imaginatione. Et ita B non potest eam immutare.

¶ 3 Præterea. Augustinus dicit * 12. super Genesim ad litteram. Commixtione alterius spiritus fieri potest, vt ea quæ ipse scit per huiusmodi imagines, ei cui miscetur, ostendat, siue intelligenti, siue ab alio intellecta pandantur. Sed non videtur, quòd angelus possit misceri imaginationi humanæ, neque quòd imaginatio possit capere intelligibilia quæ angelus cognoscit: ergo videtur, quòd angelus non possit mutare imaC ginationem.

¶ 4 Præterea. In visione imaginaria homo adhæret similitudinibus rerum quasi ipsis rebus. Sed in hoc est quædam deceptio. Cùm ergo angelus bonus non possit esse causa deceptionis, videtur quòd non possit causare imaginariam visionem, imaginationẽ immutando.

SED contrà est, quod ea quæ apparent in somnis, videtur imaginaria visione. Sed angeli reuelant aliqua in somnis, vt patet Matth. 1. & 2. de angelo qui Ioseph in somnis apparuit. Ergo angelus potest imaginationem mouere.

RESPONDEO dicendum, quòd angelus tam bonus quàm malus virtute naturæ suæ potest mouere imaginationem hominis. Quod quidem sic cõsiderari potest. Dictum est enim supra, * quòd natura corporalis obedit angelo ad motum localem. Illa ergo quæ ex motu locali aliquorum corporũ D possunt causari, subsunt virtuti naturali angelorum. Manifestum est autem, q̃ apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis ex locali mutatione corporalium spiritum & humorum. Vnde Aristoteles in * libro de somno & vigilia assignans causam apparitionis somniorum, dicit, quòd cum animal dormit descendente plurimo sanguine ad

E principium sensitiuum, simul descendunt motus, id est impressiones relictæ ex sensibilium motionibus quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouent principium sensitiuum: ita quòd sit quædam apparitio: ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus mutaretur. Et tanta potest esse commotio spirituum & humorum, quòd huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, sicut patet in phreneticis, & in alijs huiusmodi. Sicut igitur hoc sit per naturalem commotionem humorum, & quandoque etiã B per voluntatem hominis, qui voluntariè imaginatur quod prius senserat, ita etiam hoc potest fieri virtute angeli boni, vel mali. Quandoque quidem cum alienatione à corporeis sensibus, quandoque autem absque tali alienatione.

AD primum ergo dicendum, quòd principium phantasiæ est à sensu secundũ actum. Non enim possumus imaginari quæ nullo modo sentimus, vel secundum totum, vel secundum partem. Sicut cæcus natus non potest C imaginari colorem. Sed aliquando imaginatio informatur, vt actus phantastici motus consurgat ab impressionibus interius conservatis, vt dictum est. *

AD secundum dicendum, quòd angelus transmutat imaginationem: non quidem imprimendo aliquam formam imaginariã nullo modo per sensum prius acceptã. Non enim posset facere quod cæcus imaginaretur colores. Sed hoc facit per motum localem spirituum & humorum: vt dictum est. *

D AD tertium dicendum, quòd commixtio illa spiritus angelici ad imaginationem humanam non est per essentiam: sed per effectũ, quem prædicto modo in imaginatione facit, cui demonstrat quæ ipse nouit, non tamen eo modo quo ipse nouit.

AD quartum dicendum, quòd angelus causans aliquam imaginariam visionem quandoque quidem simul intellectum illuminat, vt cognoscat quid per huiusmodi similitudines significetur. Et tunc nulla est neceE ptio. Quandoque verò per operationem angeli solùmmodo similitudines rerum apparent in imaginatione. Nec tamen tunc causatur deceptio ab angelo, sed ex defectu intellectus eius cui talia apparent, sicut nec Christus fuit causa deceptionis in hoc quòd

A multis turbis in parabolis proposuit, quod non exposuit eis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angelus possit immutare sensum humanum.

548 Locis supra ar. 3 inductis.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd angelus non possit immutare sensum humanum. Operatio enim sensitiua est operatio vitæ: huiusmodi autem operatio non est à principio extrinseco. Non ergo operatio sensitiua potest causari ab angelo.

¶ 2 Præterea. Virtus sensitiua est nobilior quam nutritiua. Sed angelus, vt videtur, non potest mutare virtutem nutritiuam, sicut nec alias formas naturales. Ergo neque virtutem sensitiuam immutare potest.

¶ 3 Præterea. Sensus naturaliter mouetur à sensibili. Sed angelus non potest immutare naturæ ordinem, vt supra dictum est. * Ergo angelus non potest immutare sensum, sed semper sensus à sensibili immutatur. qu. 110. art. 4.

SED contra est, quòd angeli qui subuerterunt Sodomam, percusserunt Sodomitas ceciate vel aurisia, vt ostium domus inuenire non possent, vt dicitur Gen. 19. Et simile legitur 4. Reg. 6. de Syris, quos Elisæus duxit in Samariam.

RESPONDEO dicendum, quod sensus immutatur dupliciter. Vno modo ab exteriori, sicut cùm mutatur à sensibili. Alio modo ab interiori. Videmus enim, quòd perturbatis spiritus & humoribus immutatur sensus. Lingua enim infirmi, quia plena est cholerico humore, omnia sentit vt amara. Et simile contingit in alijs sensibus. Vtroque autem modo angelus potest immutare sensum hominum sua naturali virtute. Potest enim angelus opponere exterius sensui sensibile aliquod vel à natura formatum, vel aliquod D de nouo formando: sicut facit dum corpus assumit, vt supra dictum est. * Similiter etiam Qu. 15. potest interius commouere spiritus & humores, vt supra dictum est, * ex quibus sensus art. 2. Art. præ cc. diuersimodè immutentur.

AD primum ergo dicendum, quod principium sensitiua operationis non potest esse absque

Universidad de Deusto
Biblioteca

*absque principio interiori, quod est potentia sensitiua. Sed illud interius principium potest multipliciter ab exteriori principio commoueri, vt dictum est.**

AD secundum dicendum, quod per commotionem interiorem spirituum & humorũ potest angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ: & similiter potentiæ appetitiuæ & sensitiuæ, & cuiuscunque potentiæ corporali organo utentis.

AD tertium dicendum, quod præter ordinem totius creaturæ angelus facere non potest, sed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere potest, cùm tali ordini non subdatur. Et sic quodam singulari modo potest sensum immutare præter modum communem.

COMMENTARIVM.

CIrca præcedentes articulos notãdum est, ꝙ D.Tho. fatetur angelum posse immutare immutatione interioti omnes potentias sensibiles & corporeas, quod tamen negat de voluntate, & eadem ratione negandum est de intellectu, eo quod vtraque potentia est spiritualis. Ratio autem differentiam inter potentiam corpoream & spiritualem quoad præsens in eo consistit, quòd angelus non potest illabi intra potentiam spiritualem: potest autem intra corporalem. Pro quo notandum est cum D.Tho. de potentia q.6.artic.7.ad 14. & in 2.dist.8.qnæst.vnica.arti.5.ad 3. quòd angelum illabi intra aliquam rem non est aliud quàm esse secundum substantiam suam intra terminos illius rei. Terminus autem rei est duplex, alter est terminus essentiæ, scilicet existentia qua terminatur essentia rei. Alter est terminus corporis nempè quantitas. Vt ergo angelus illabatur corpori satis fuerit quod constituat suã substantiam intra quantitatem quæ est terminus corporis: vt vero illaberetur essentiæ necessarium esset quod constitueret propriam substantiam intra terminum essentiæ qui est existentia, operando in ipsa essentia, dando illi esse actuale, conseruando fouendo, &c. Hoc autem non potest angelo sed soli Deo qui est autor totius esse conuenire, vt docuit D.August. lib. de eccle siasticis dogmatibus c. 82. & D. Tho. locis citatis, & 3.parte.q.8.art. 8. ad primum, & quæst.64.art.1.in 2. contra gentes cap.96. & in 4.cap.17.vbi vide Ferrar. At nihil vetat quod angelus sit intra terminos corporis operando mouendo &c. & ita docet bene D.Thom. angelum mouere & immutare immutatione interiori potentias sensitiuas hominis quæ sunt corporales non autem potentias quæ sunt spirituales quæ nõ habent alium terminum nisi existentiam.

¶ Sed contra hanc doctrinam arguitur primò. Nam supra quæst. 45. art. 5. diximus quod agens naturale producit in effectu non solum essentiam sed existentiam: at Deus idcirco illabitur essentiæ cuiusque rei, quia causat esse eius, ergo & agens naturale põt illabi essentiæ cuius esse producit. Confirmatur primo nam quæst. 104. arti. 2. diximus cum D. Tho. agens naturale conseruare res corruptibiles in esse. Cõfirmatur secundò. Agens naturale per se causat essentiam sui effectus, ergo habet plenariam virtutẽ supra ipsam & ex consequẽti põt intra ipsam illabi. Secũdo ex eo quod angelus in intellectu aut voluntate hominis producat aliquam habitualẽ qualitatem non sequitur quod illabatur istis potentijs, ergo propter euitandũ illapsum non est necesse negare qd angelus possit immutare voluntatem hominis producẽs in illa aliquam qualitatem. Probatur antecedens. Bene stat quod agens producat qualitatem intra subiectum & qd ipsum agẽs maneat extra, vt patet in calefactione: calor enim productus in aqua penetrat interiora aquæ & tamen ignis calefaciens manet extra. Tertio. Quia qualitates habituales producte doctrinæ in intellectu aut voluntate non illabuntur in essentia harũ potẽtiarum: ergo neq; agens producens has qualitates necessario illabitur. Consequentia patet. Forma introducta in subiecto intimior est illi quã cã efficiẽs ipsam formã. Probatur antecedens. Quia eiusmodi qualitates non immutant essentiã potẽtiarũ, sed sunt quasi indumentũ super aduenies ipsis potentijs. Confirmatur. Esto admittamus quod agens producens aliquam formam in intellectu aut voluntate illabatur ijs potentijs, inde vero non sequitur quod illabatur essentiæ animæ rationalis: sed hoc totum est inconueniens in hac parte quod detur illapsus intra essentiam rei, ergo. Probatur antecedens. Potẽtiæ sunt extra essentiam & extra terminum ipsius: præsupponunt enim prioritate naturæ essentiam actu existentem ergo. His non obstantibus sententia à nobis explicata est omnino tenenda cum D. Augustino & D. Tho. locis citatis & cum communi Doctorum doctrina in 2. dist. 8. vbi sequuntur Magistrum in hac sententia & Duran. ibid. dist. 3. licet obscurè loquatur in solutione ad vltimum non tamen recedit à communi sententia & puto esse temerarium recedere ab illa. Quoniam omnes Theologi quasi pro constanti præsupponunt quod eius duntaxat proprium est illabi essentijs rerum cuius proprium est creare & conseruare res in esse, qui est solus Deus. Et quidem si sermo fiat de illapsu in intellectu & voluntate puto esse errorem vel saltem proximum errori admittere illapsum alicuius creaturæ: quoniam sequeretur quòd aliqua creatura posset efficaciter mouere intellectum & voluntatem ab interiori & ex consequenti tollere libertatem voluntatis in suis operationibus: hic vero est manifestus error. Item sequeretur quòd illa creatura naturaliter cognosceret cogitationes & affectiones liberas: quod est proprium Dei solius. Aduerte tamen non esse contra sanam doctrinam dicere cum Ferrar. 2. cõtra gent. c. 96. Vnum angelum posse inesse intelligibili illabi menti alterius, ita quòd essentia vnius vniatur alteri per modum speciei intelligibilis; quoniam hic est illapsus secundum quid & ex illo non sequuntur inconuenientia quæ intulimus ex illapsu secundum esse entitatiuum.

AD argumenta. Ad primum respondetur primo, quòd non procedit argumentum de rebus spiritualibus, quorum essentia & esse à Deo solo producuntur: sed videtur procedere de rebus corporalibus. Vnde respondetur secundo, quòd vt in illo artic. diximus agẽs naturale causat existentiam quasi instrumentaliter in virtute primę causæ: & non causat illam immediatè, neq; causat omnia requisita ad existentiam rei, sed causando formam attingit quodammodo existentiam, qui est effectus secundarius formæ respectu materiæ. Et ad hunc modum causandi non est necesse, quòd substantia ipsius causæ fit constitutra intra essentiam rei quæ producitur: sed satis est, ꝙ causet dispositiones in materia, quarũ virtute vniatur illi forma, ex qua vnione resultat esse totius. Cæterum Deus causat esse tanquã proprium suum effectũ, & esse quodcunq; creatum est quidẽ participatio esse diuini increati, & ita causat illud quadam causalitate: & similiter conseruat. Et hoc infinuauit D.Tho. 4. cont.gent.c. 17. in ratione vltima cũ dixit ꝙ nulla creatura illabitur creaturæ: qm̃ nulla creatura est participabilis: sed oĩs est participans quasi diceret, ꝙ quia esse creatum non est participatio alicuius creaturę: sed solius Dei, idcirco solus Deus illabitur intra essentiã & non aliqua creatura. ¶ Ad confirmationẽ primo respondetur ex dictis, ꝙ creatura conseruat instrumẽtaliter esse in uirtute Dei, sicuti & dat esse, nam eadem est ratio de vtroq;. ¶ Ad secundam confirmationẽ respondetur, ꝙ vt supra diximus q. 104. ar. 1. Nullum agens naturale causat per se & absolutè essentiam alicuius rei, sed hanc essentiam & hoc esse, & ita non habet plenum dominium supra essentiam, quod erat necessarium ad illapsum. Respondetur secundo, ꝙ quanuis admittamuus agens naturale causare absolutè & per se essentiam rei, ac proinde habere plenarium dominium supra illam, negãdum est ꝙ illabitur ipsi essentiæ, eo quod clauditur termino nẽpe existentia, supra nullum habet dominium agens naturale atque adeo non potest ingredi intra ipsum terminum. Ad secundum argumentum nego antecedens. Et ad probationem respondetur, ꝙ forma corporea accidentalis recipitur in quantitate subiecti vt in subiecto quo: & ita agẽs corporeũ põt ꝓducere qualitatem in subst̃ãtia corporea absq; illapsu intra illam per solum contactum cum quantitate ipsius subiecti in qua primum ꝓducitur ipsa qualitas vt in subiecto quo. Cæterùm in termino essentiæ, s. in existentia non potest produci aliqua qualitas, etiã vt in subiecto quo, quoniam existentia est

Universidad de Deusto
Biblioteca

actualitas cuiuscunque essentię, & nullo modo habet rationem passiuę potentię aut receptiuę. Quocirca vt aliquod agens producat qualitatem in essentia oportet quòd ingrediatur terminum eius nempè existentiam vt habeat contactum immediatum virtualem cum proximo subiecto susceptiuo qualitatis. Ex sequitur quòd angelus non potest producere qualitatē spiritualē in voluntate hominis nisi ingrediatur terminos essentiæ ipsiusmet voluntatis. Atq; adeo necessarius est illapsus ad productionem talis qualitatis. Ad tertium respondetur, nego antecedens. Ad probationem dicitur quòd habitus superadditus potentiæ licèt nō tollat essentiam & naturam potentiæ (propter q̄ dicitur indumentum eius) immutat tamen illam: quoniam determinat ipsammet naturalem inclinationē potentiæ, & ita reuera illabitur ipsi essentiæ. Quo loco aduertendum est, q̄ si agens naturale non intendat, aut minuat inclinationem potentiæ, v.g. voluntatis, licet illam applicet ad operandū, non dicitur propriè & simpliciter illabi intra potentiam: eo q̄ non habeat dominium supra essentiā, & inclinationē potentiæ ipsam immutando: at secundum quid bene potest concedi q̄ tunc reperiatur illapsus, eo quod illa applicatio passiua potentiæ ad operādum immediatè recipitur in essentia ipsius potentiæ operatiuæ, & ideirco agens quod applicat potentiā ad operādum aliquo modo ingreditur terminos essētię: sed ille ingressus est secundum quid. Ad istum modum explicandum est quòd supra diximus angelum loquentem excitare intellectum eius cui loquitur: in qua excitatione reperitur iste illapsus secundum quid. Ad confirmationem respondetur primo, quòd magnū esset inconueniens quòd aliquod agens naturale illaberetur intra essentiam accidentalem intellectus aut voluntatis: & tam grāde est hoc inconueniens atque si illaberetur intra substantialem essentiam. Secundo respondetur, quòd si illaberetur intra potentiam immutando & perficiendo rationalem eius inclinationem, etiam virtualiter illaberetur intra essentiam substantialem à qua fluit potentia vt à prima radice. Aduerte tamen q̄ terminus essentiæ nō solum est existentia, sed & intellectus & voluntas: verum isti sunt termini secundum quid: sicuti & obiectum dicitur terminus potentiarum, & cum nulla creatura possit producere formā intellectualem qualis est anima rationalis & angelus nisi solus Deus: ideo nulla creatura potest intrare intra essentiam & potentiam & consequenter neque intra intellectum cū nullam possit producere speciem intelligibilem in intellectu alterius.

QVAESTIO CXII.
De Misione angelorum.

DEINDE considerandum est de missione Angelorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm angeli in ministerium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli in ministerium non mittantur. 1 Ad Heb. 1. lec. 2. *Omnis.n. missio est ad aliquē determinatū locum. Sed actiones intellectuales non determinant aliquem locum: quia intellectus abstrahit ab hic & nunc. Cum igitur actiones angelicæ sint intellectuales videtur quòd angeli ad suas actiones agendas non mittantur.*

¶ 2 *Præterea. Cælum empyreum est locus pertinens ad dignitatem angelorum. Si igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur q̄ eorum dignitati aliquid depereat, quod est inconueniens.*

¶ 3 *Præterea. Exterior occupatio impedit sapientiæ contemplationem, Vnde dicitur Eccle. 2. Qui minoratur actu, percipiat sapientiam. Si igitur angeli aliqui mittuntur ad exteriora ministeria, videtur quòd retardentur à contemplatione. Sed tota eorū beatitudo in contemplatione Dei consistit. Si ergo mitterentur, eorum beatitudo minueretur, quod est inconueniens.*

¶ 2 *Præterea. Ministrare est inferioris. Vnde dicitur Luc. 22. Quis maior est qui recumbit, an ille qui ministrat, nonne qui recumbit?*

cumbit? Sed angeli sunt maiores nobis ordine naturæ. Ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

SED contra est, quod dicitur Exod. 23. Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te.

RESPONDEO dicendum, quòd ex supra dictis q. 108. ar. 6. *manifestū esse pōt, quòd aliqui angeli in ministerium mittuntur à Deo. Vt supra dictum est,* q. 42. ar. 1. *cùm de missione diuinarum personarum ageretur, ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo procedit, vt incipiat esse vbi prius nō erat, vel vbi prius erat per alium modū. Filius.n. aut Spiritus Sanctus mitti dicitur, vt à patre procedens per originem: et incipit esse nouo modo, i. per gratiam vel naturam assumptam, vbi prius erat per deitatis præsentiam. Dei.n. proprium est vbiq; esse, quia cùm sit vniuersale agēs, eius virtus attingit omnia entia. Vnde est in omnibus rebus, vt supra dictum est.* q. 8. ar. 1. *Virtus autem angeli cùm sit particulare agens, non attingit totum vniuersum, sed sic attingit vnum, quod nō attingit aliud. Et ideo ita est hic quòd non alibi. Manifestum est autē per supradicta,* q. 110. ar. 1. *quòd creatura corporalis per angelos administratur. Cum igitur aliquid est fiendum per aliquē angelum circa aliquā creaturam corpoream, de nouo applicatur angelus illi corpori sua virtute. Et sic angelus de nouo incipit ibi esse. Et hoc tum procedit ex imperio diuino. Vnde sequitur secundum præmissa, quod angelus à Deo mittatur. Sed actio quam angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut à primo principio, cuius nutu & autoritate angeli operantur: & in Deum reducitur sicut in vltimū finem. Et hoc facit ratione ministerij. Nam minister est sicut instrumentum intelligens. Instrumentum autem ab alio mouetur, & eius actio ad aliud ordinatur. Vnde actiones angelorum ministeria vocantur. Et propter hoc dicuntur in ministerium mitti.*

AD primum ergo dicendum, quòd aliqua operatio dupliciter dicitur intellectualis. Vno mō quasi in ipso intellectu cōsistēs, vt contēplatio. Et talis operatio determinat sibi locum: imò vt Aug. dicit 4. de Trī. cap. 20. post med. *nos secundum quod aliquid æternum mente sapimus, non in hoc mundo sumus. Alio modo dicitur aliqua actio intellectualis, quia est ab aliquo intellectu regulata & imperata. Et sic manifestum est quòd operationes intellectuales interdum determinant sibi loca.*

AD secundum dicendum, quòd cælum empyreum pertinet ad dignitatem angeli, secundum congruentiam quandam: quia congruum est vt supremum corporum naturæ quæ est sup. omnia corpora, attribuatur. Nō tamen Angelus aliquid dignitatis accipit à cælo empyreo. Et ideo quando actu non est in cælo empyreo, nihil eius dignitati subtrahitur: sicut nec regi quando non actu sedet in regali solio, quod congruit eius dignitati.

AD tertium dicēdum, quòd in nobis exterior occupatio puritatem contemplationis impedit: quia actioni insistimus secundum sensitiuas vires quarum actiones cùm intenduntur, retardatur actiones intellectiuę virtutis. Sed angelus per solam intellectualem operationē regulat suas actiones exteriores. Vnde actiones exteriores in nullo impediūt eius contemplationē: quia duarum actionū, quarū vna est regula & ratio alterius: vna non impedit, sed iuuat aliā. Vnde Greg. dicit in li. 2. c. 3. cir. prī. *2. mor. quòd angeli non sic foris exeūt, vt interna cōtemplationis gaudijs priuētur.*

AD quartum dicendum, quòd angeli in suis actionibus exterioribus ministrant principaliter Deo, & secundario nobis: non quia nos simus superiores eis, simpliciter loquendo, sed quilibet homo vel angelus inquantum adhærendo Deo fit vnus spiritus cum Deo, est superior omni creatura. Vnde Apost. ad Phil. 2. dicit. Superiores sibi inuicē arbitrantes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm omnes angeli in ministerium mittantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes angeli in ministerium mittantur. 550 2. di. 10. ar. 1. *Dicit.n. Apostol. ad Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi.*

¶ 2 *Præterea. Inter ordines supremus est ordo Seraphim, vt ex supra dictis patet.* * q. 108. ar. 6. *Sed Seraphim est missus ad purgandū labia prophetæ: vt habetur Isaiæ 6. Ergo multo*

Universidad de Deusto Biblioteca

magis inferiores angeli mittuntur.

¶ 3 Præterea. Diuina persona in infinitum excedit omnes ordines angelorum. Sed diuina persona mittuntur. Ergo multo magis quicunque supremi angeli.

¶ 4 Præterea. Si superiores angeli non mittuntur ad exterius ministerium, hoc non est, nisi quia superiores angeli exequuntur diuina ministeria per inferiores. Sed cum omnes angeli sint inæquales, vt supra dictum est, quilibet angelus habet inferiorem angelum præter vltimũ: ergo vnus angelus solus vt ministraret in ministerium missus. Quod est contra id quod dicitur Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei.

Q.108. ar.3. argu.1.

Homil. 34. in Euang. paulo post medium. Q.110. ar. 1.

SED contra est, quod Gregor. dicit referens sententiam Dionysij: Superiora agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supra dictis patet: hoc habet ordo diuinæ prouidentiæ, non solum in angelis, sed et in toto vniuerso, quòd inferiora per superiora administratur. Sed ab hoc ordine in rebus corporalibus aliquando ex diuina dispensatione recedit propter altiorẽ ordinẽ secundum scilicet quod expedit ad gratiæ manifestationem. Quòd enim cecus natus fuit illuminatus, quod Lazarus fuit suscitatus, immediatè à Deo factum est absque aliqua actione cælestium corporum. Sed & angeli boni & mali possunt aliquid in istis corporibus operari præter actionem cælestium corporum, condensando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo. Neq; alicui debet esse dubium, quin Deus immediatè hominibus aliqua reuelare posset non mediantibus angelis, & superiores angeli non mediantibus inferioribus, & secundum hanc considerationem quidam dixerunt quod secundum communem legem superiores nõ mittuntur, sed inferiores tantum. Sed ex aliqua dispensatione diuina interdum etiam superiores mittũtur, sed hoc non videtur rationabile: quia ordo angelicus attenditur secundũ dona gratiarũ. Ordo aũt gratiæ nõ habet aliũ superiorem ordinem, propter quẽ prætermitti debeat: sicut prætermittitur ordo naturæ propter ordinẽ gratiæ. Considerandum est et, quòd ordo naturæ in operatione miraculorũ prætermittitur propter fidei confirmationẽ.

Ad quã nihil valeret, si prætermitteretur ordo angelicus, quia hoc à nobis percipi nõ posset. Nihil etiam est ita magnum in ministerijs diuinis, quod per inferiores ordines exerceri non possit. Vnde Grego. dicit, quòd qui summa annuntiant, archangeli vocantur. Hinc est quod ad Virginẽ Mariam Gabriel archãgelus mittitur. Quod tamen fuit summum inter omnia diuina ministeria, vt ibidem subditur. Et ideo simpliciter dicendum est cum Dion.* & superiores angeli nũquam ad exterius ministerium mittuntur.

Homil. 34. in Euang. an. me. c.8. cel. hier. cir. prĩ. & refertur 2. sen. d. x.

AD primum ergo dicẽdum, quòd sicut in missionibus diuinarum personarum aliqua est visibilis quæ attenditur secũdũ creaturam corpoream, aliqua inuisibilis quæ fit secũdum spiritualem effectum: ita in missionibus angelorum aliqua dicitur exterior, quæ scilicet est ad aliquod ministerium circa corporalia exhibendum. Et secundum hãc missionem non omnes mittũtur. Alia est interior secundum intellectuales effectus, prout scilicet vnus angelus illuminat alium. Et sic omnes angeli mittuntur. Vel aliter dicẽdum, quod Apostolus inducit illud ad probandum quod Christus sit maior angelis, per quos data est lex: vt sic ostendat excellentiã nouæ legis ad veterem. Vnde non oportet q intelligatur nisi de angelis ministerij per quos data est lex.

AD secũdum dicẽdum, secũdum Dion. q ille angelus qui missus est ad purgãdum labia Prophetæ, fuit de inferioribus angelis. Sed dicitur est Seraphim, ideſt incendens equinocè propter hoc, quod venerat ad incendendum labia Prophetæ. Vel dicendum, quòd superiores angeli communicant propria dona à quibus denominantur mediantibus inferioribus angelis. Sic igitur vnus de Seraphim dictus est purgasse incendio labia Prophetę: non quia hoc ipse immediatè fecerit, sed quia inferior angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiam si per alium officium absolutionis impendat.

c.13.ce. hier. nõ multũ à prin.

AD tertium dicendum, quod diuina personæ non mittuntur in ministerium, sed æquinocè mitti dicuntur: vt ex prædictis patet.

In corp. ar. & q. 43.

AD quartum dicendum, quòd in diuinis ministerijs est multiplex gradus. Vnde nihil

nihil prohibet etiã inæquales angelos immediatè ad ministeria mitti, ita tamen quòd superiores mittantur ad altiora ministeria: inferiores verò ad inferiora.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm angeli qui mittuntur assistant.

551 2.d.10. ar.1. *ho.34 in Euã. post medium Iulius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd etiam angeli qui mittuntur assistant. Dicit enim Greg. in Homil. Mittuntur igitur angeli & assistunt: quia etiam circunscriptus est angelicus spiritus. Summus tamen spiritus, qui Deus est, circunscriptus non est.

¶ 2 Præterea. Angelus Tobiæ in ministerium missus fuit. Sed tamẽ ipse dixit, Ego sum Raphael angelus vnus ex septẽ qui astamus ante Deum, vt habetur Tobiæ 12. ergo angeli qui mittuntur assistunt.

¶ 3 Præterea. Quilibet angelus beatus propinquior est Deo quàm satan. Sed satan assistit Deo, secundum quod dicitur Iob 1. Cùm assisterent filij Dei cõram Domino, affuit inter eos & satan: ergo multo magis angeli, qui mittuntur in ministerium, assistunt.

¶ 4 Præterea. Si inferiores angeli non assistunt, hoc non est nisi quia non immediatè, sed per superiores angelos diuinas illuminationes recipiunt. Sed quilibet angelus per superiorem diuinas illuminationes suscipit, excepto eo qui est inter omnes supremus: ergo solus supremus angelus assisteret. Quod est contra illud quod habetur Dan. 7. Decies millies centena millia assistebant ei: ergo & illi qui ministrant assistunt.

Iob. 17.c. 7.cir.fi.

SED contra est, quod Greg. dicit 17. Mora. super illud Iob: Nũquid est numerus militum eius? Assistunt, inquit, ille potestates, quæ ad quædam hominibus nuntianda non exeunt. Ergo illi, qui in ministerium mittuntur, non assistunt.

RESPONDEO dicendum, q angeli introducuntur assistentes & administrantes ad similitudinem eorum, qui alicui famulantur Quorũ aliqui semper ei assistunt, & eius præcepta immediatè audiunt. Alij verò sunt, ad quos præcepta regalia per assistentes nuntiantur sicut illi, qui administrationi ciuitatum præficiuntur, & hic dicuntur ministrantes, sed non assistentes.

Considerandum est ergo, quòd omnes angeli diuinam essentiam immediatè vident. Et quantũ ad hoc omnes etiã qui ministrãt, assistere dicuntur. Vnde Greg. dicit in 2. Moral. quòd semper assistere, aut videre facie Patris possunt, qui ad ministerium exterius mittuntur pro nostra salute. Sed non omnes angeli secreta diuinorum mysteriorum in ipsa claritate diuinæ essentiæ percipere possũt: sed soli superiores per quos inferioribus denuntiãtur. Et secundum hoc soli superiores, qui sunt primæ hierar. assistere dicuntur, cuius proprium dicit esse Diony.* immediatè à Deo illuminari. Et per hoc patet solutio. Ad primum & Secundum, quæ procedunt de primo modo assistendi.

li.2 mo ra. ca.3. cir. prĩ. c.7. cel. hiera. à medio.

AD tertium. Satan non dicitur astitisse, sed inter assistentes assuisse describitur: quia vt Grego. dicit 2. Moral. etsi beatitudinem perdidit, naturam tamen angelis sunt lem non amisit.

li.2 mo ral.c.3. parum à med.

AD quartum dicendum, quòd omnes assistentes aliqua immediatè vident in claritate diuinæ essentiæ, & ideo totius primæ hierarchiæ proprium esse dicitur immediatè illuminari à Deo. Sed superiores eorum plura percipiunt quàm inferiores, de quibus illuminant alios: sicut etiã inter eos qui assistũt regi, plura scit de secretis regis vnus, q̃ alius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli secundæ hier. omnes mittantur: angeli n. oẽs vel assistũt vel ministrat, secundum quod habetur Dani. 7. sed angeli secundę hier. non assistunt. Illuminantur n. per angelos primæ hierar. sicut dicit Dion. 8. c. cel. hier. omnes ergo angeli secundę hier. in ministerium mittuntur.

551 2.di.10. ar.3. c. 8. parum an te med.

¶ 2 Præterea. Greg.† dicit 17. Mor. q plures sunt qui ministrant, q̃ qui assistunt: sed hoc non esset si angeli 2 hier. in ministerium non mitterentur, ergo omnes angeli secundæ hierar. in ministerium mittuntur.

†17.mo ral.c. 7. in fine.

SED contra est, quod Diony. dicit, q dominationes sunt maiores omni subiectione. Sed missi in ministerium, ad subiectionem pertinet: ergo dominationes in ministerium non mittuntur.*

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, † missi ad exterius ministerium propriè conuenit angelo, secundū quod ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturam corporalem. Quod quidem pertinet ad executionē diuini ministerij: proprietates aūt angelorum ex eorū nominibus manifestatur, vt Dion. dicit 7. cal. hier. & ideo angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittūtur, ex quorū nominibus aliqua executio datur intelligi. In nomine autē dominationum non importatur aliqua executio, sed sola dispositio & imperium de exequendis. Sed in nominibus inferiorū ordinū intelligitur aliqua executio. Nā angeli et archangeli denominātur à denuntiādo, virtutes & potestates dicuntur per respectū ad aliquē actū. Principis ēt est, vt Greg.* dicit, inter alios operantes priorem existere. Vnde ad hos quādoq; ordines pertinet in exterius ministeriū mitti, non aūt ad quatuor supiores.*

AD primum ergo dicendum, quòd dominationes computantur quidem inter angelos ministrantes: non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes & mādātes quid per alios fieri debeat. Sicut architectores in artificijs nihil manu operantur: sed solum disponunt & præcipiunt quid alij debeant operari.

AD secundum dicendum, quòd de numero assistentium & ministrantium duplex ratio haberi potest. Grego. enim dicit plures esse ministrantes quàm assistentes: intelligit enim quòd dicitur. Millia millium ministrabant eis non esse dictum multiplicatiuè, sed partitiuè: acsi diceretur, millia de numero millium: & sic ministrantium numerus ponitur indefinitus ad significandum excessum: assistentium verò numerus finitus, cum subditur, Et decies millies centena millia assistebant ei: & hoc procedit secundum rationem Platonicorum: qui dicebant, quòd quanto aliqua sunt vni primo principio propinquiora, tanto sunt minoris multitudinis. Sicut quanto numerus est propinquior vnitati, tanto est multitudine minor. Et hæc opinio saluatur quantum ad numerum ordinum dum sex ministrant. & tres assistunt. Sed Dion.* ponit 14. cap. cæl. hierar. quòd multitudo angelorum transcendit omnem materialē multitudinem, vt scilicet, sicut corpora superiora transcendunt corpora inferiora magnitudine quasi in immensum, ita superiores natura incorporeę transcendūt omnes naturas corporeas, quia quod est melius, est magis à Deo intentum, & multiplicatum. Et secundum hoc, cum assistentes sint superiores ministrantibus, plures erunt assistentes quàm ministrantes. Vnde secundum hoc, millia millium legitur multiplicatiuè, acsi diceretur, Millies millia. Et quia decies centum sunt mille, si diceretur decies centena millia, daretur intelligi, quòd tot essent assistētes quot ministrantes: sed quia dicitur decies millies centena millia, multo plures dicūtur assistentes quam ministrantes. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quia tantus solum sit angelorum numerus: sed multo maior: quia omnem materialem multitudinē excedit. Quod significatur per multiplicationem maximorum numerorum supra seipsos, s. denarij, centenarij, millenarij, vt Dion.* ibidem dicit.*

Expositio quæstionis.

NOta primum in hac quæstione esse fidei veritatē. Angelos mitti ad nos à Deo. Constat. n. ex innumeris locis Scripturæ sacræ, etiam videtur pertinere ad fidem quòd vnus angelus mittat alium, vt aduertit Gabriel in 2. distin. 12. quæst. vnica dubio 4. Quoniam in sacris literis præsertim in Apocalyps. ista veritas insinuatur. Sed aduertendum est, quòd quanuis vnus angelus sit superior altero dignitate naturæ, quia tamen omnes eleuati sunt ad beatificā dignitatem: non est admittendum quòd in angelis beatis vnus propria autoritate mittat alium sed autoritate Dei principalis mittentis: in demonibus autem potest angelus qui est superior in natura, propria autoritate mittere aliquē inferiorē ad aliquem locum. Secundo notandum q̄ quanuis sit probabilis sententia quam refert D. Tho. in ar. 2. & quam sequitur Scot. & Gabr. Dur. & alij in 2. dist. 20.

Nempe

Nempe quòd angeli supremæ hierarchiæ qui sunt Deo assistentes aliquando etsi raro mittantur ad nos: quod præsertim habet probabilitatem in angelo qui missus est beatę Virgini ad enuntiandum Incarnationis mysterium vt sentit Diu. Bernat. in quodam euangelio supermissus est: & etiā in angelo qui Christum in horto orantem instāte eius passione confortauit: est enim vero simile satis: quod istud officium confortandi Christum positum in agone passionis sit commissum vni ex supremis spiritibus qui familiarius admittuntur ad cōsilia diuina. Sed nihilominus opposita sententia quam prosequitur D. Tho. in art. 2. sequutus D. Dionysium cap. 8. & 9. & 10. cælestis hierarchiæ & D. Gregor. homi. 34. super euangelia & lib. 2. moral. c. 3. & lib. 17. cap. 7. est probabilior, quæ satis probatur & confirmatur ratione D. Thom. in litera. Sed cum veritate huius sententiæ bene stant duo, Alterū est quòd Christo Domino accedenti ad patris dexteram missi sunt etiam spiritus supremę hierarchię vt illi exhiberent famularum, de omnibus. n. angelis verificatur id q̄ Pau. dicit ad Heb. 2. Quod pater mittens filium suum in mūdum dixit: Adorent eū omnes angeli eius: Hęc verò missio siue in primo siue in secūdo casu non est missio de qua hic loquitur D. Thom. etenim D. Thom. & Dionysius & Gregor. de illa tantum missione loquuntur, qua mittuntur angeli ad exequenda aliqua ministeria ad salutem hominum, q̄ nō cōtingit in illa duplici missione de qua nos loquimur: vtraque enim destinabatur tantum ad hoc quòd angela supremi, qui Deo assistunt in puritate suæ diuinę naturę: assisterent etiam eidem intranti mundum vestitum natura humana, & intranti etiam regna cęlestia. Alterum etiam stat bene cum sententia D. Thomę videlicet, quòd supremi angeli non exeant ad extra ad aliqua ministeria generanda: tamen suā virtutem communicant angelis inferioribus vt vice ipsorum exequantur aliquot officia excellentissima & ministeria circa nos quod D. Thom. docet articulo 2. ad secundum, & in 3. contra gent. capitulo 80. iuxta explicationem Ferrar. ibidem. Et ita quandoque angelus inferior appellatur proprio nomine superioris angeli cuius virtute operatur: sicut dicit Diu. Thom. in solutione ad 2. Aduertendum est enim cum Abulens. lib. Iudicum capitu. 13. quæstio. 35. quod etiam insinuatur à Di. Hieronymo Dan. 8. Quod nomina angelorum non sunt omnino determinata: nam angeli appellātur more humano ijs nominibus quę congruunt ministerijs & officiis quę apud nos exequuntur. Vnde contingit q̄ diuersi angeli eodem quandoque nomine appellētur propter similitudinē ministerii in quo conueniunt: & ita credendum est quòd ille angelus qui Ezech. 20. appellatur Gabr. non erat idem cum illo qui annunciauit Virgini incarnationis mysteriū: sed appellatur eodem nomine quoniam ministeriū ad quod mittebatur erat manifestatiuum diuinę potentię, sicut mysterium incarnationis Gabriel enim idem pollet quòd fortitudo Dei. Et similiter eidem angelo accō modantur diuersa nomina pp varia ministeria quæ exequitur, & angelus inferior appellatur quocunque nomine angeli supremi ex eo quod operatur ministerium aliquod virtute participata à supremo angelo: & hoc contingit in illo angelo qui Isaiæ. 6. appellatur Seraphim, qui tamen erat angelus infimæ hierarchiæ & inferioris ordinis. Eadem ratione angelus qui deputatus est custodiæ paradisi appellatur Cherubim: etenim tam humile ministeriū cuiusmodi est seruare paradisum terrenū non debuit committi angelo supremæ hierarchiæ: sed ille angelus appellatur Cherubim ex ministerio assumpto, quoniam paradisus fuit occlusus homini eo quod extendit manum ad fructum arboris scientię Cherubim enim denotat scientiæ plenitudinem. Similiter supremus angelus, eorum qui peccauerunt, appellatur Cherubim quanuis esset supremus Seraphinus iuxta probabilem sententiam Greg. eo quod peccauit ex inflatione & superbia: scientiæ autem proprium est inflare.

EX his potest dissolui quęstio satis agitata inter Theologos. An Michael princeps cęlestis pertineat ad supremum ordinem angelorum, an potius ad secundum ordinem infimæ hierarc. Multi Patres quorū testimonia refert Lipomanus in festo S.

Michaelis videntur insinuare, illum pertinere ad ordinem Seraphinorum, imo esse supremum illius, ordinis inter angelos beatos. Quod ex eo verosimiliter probatur quòd Apocal. 12. Michaeli fuit cõmissum in ite prelium cum dracone tãquam duci militiæ cælestis: quod ministerium supremo duntaxat angelo congruebat. Cæterum D. Tho. in hac quæst. art. 2. ad 3. & multis alijs vtis grauissimis placuit, constituere Michaelem in secundo ordine tertiæ hierarchiæ, qui est ordo archangelorum: quia mitti ad exteriora officia, saltim regulariter, non competit angelis supremæ hierarchiæ: at Michael constitutus fuit princeps synagogæ, vt colligitur Daniel 10. & modo præsidet ecclesiæ Christianæ, & proinde regulariter, & frequenter exercet circa nos ministeria quamplurima, & ex consequenti non est angelorum supremus. Hæc dubitatio sic potest dissolui probabiliter. Quòd ille angelus qui in ecclesia triũphãti fuit primarius dux cælestis militiæ hostis Dei fuit supremus omnium Seraphinus vt suadet verosimiliter rõ assignata: at princeps militiæ ecclesiæ militantis est, archangelus vnus ex supremis secundi ordinis tertiæ hierarchiæ: accommodatur vero idem nomen vtrique scilicet Michael: quoniam vterque agit causam honoris diuini eleuans auxilium Dei aduersus illos, qui volunt exaltare nomẽ suum supra nomen diuinum: cui ministeriõ optimè cõsonat interpretatio illius vocis Michael: q̃ idem pollet atque. Quis sicut Deus? Præterea non ineptè dici potest, quod ille archãgelus qui est supremus dux in ecclesia militante aliquam particularem virtutem participata à supremo Seraphino primario duce ecclesiæ triumphantis ad exercendum propriũ ministerium in sua militia: & ita nomen quod primo fuit accommodatum supremo Seraphino tribuitur secundario, huic archangelo. Et cũ ecclesia celebrat festum Michaelis sub illo vnico nomine, festum agit vtrique angelo primo quidẽ supremo Seraphino: & secundario archangelo & ecclesia in illius diei solemnitate multa fortasis attribuit archangelo: quæ potius conueniunt Seraphino: eo quod archangelus est quasi substitutus in ecclesia militan-

A te illius supremi Seraphini, esto; quasi dux sub duce. De angelo Raphaele qui missus est ad Tobiam fanandum mihi est tres certissima illum non fuisse ex suprema hierarchia: quin potius existimo illum pertinere ad infimum ordinem tertiæ hierarchiæ. Quod quidem sic probatur. Angeli qui deputantur ad custodiam hominum particularium pertinent ad infimum ordinem tertiæ hierarchiæ vt dicemus quæstio ne sequenti: sed Raphael erat deputatus
B custodiæ illius hominis particularis scilicet Tobiæ. Probatur minor. Nam vt ipse Raphael dixit Tobiæ: postea ille offerebat orationes Tobiæ apud Deum: hoc vero officium pertinet ad angelum custodem: ergo. Sed contra hoc est, quod ipse Raphael dixit Tobiæ. 7. Ego sum vnus ex septem angelis qui astant apud Deum, at angeli assistentes ad primam spectant hierarchiam. Respondetur primo. Quod illud nomen, septem, vt aduertit Dionysius Charthusia-
C nus ibi, non denotat numerum determinatum: sed importat vniuersitatem omnium cælestium spirituum: familiare est enim scripturæ vt numerus septenarius importet vniuersitatem omnium rerum, aut saltẽ magnam multitudinem in numero indeterminato. Itaque ponitur numerus determinatus pro indeterminato; Vnde sensus est, Ego sum vnus ex spiritibus cælestibus qui præsto sum ad obsequendum Deo præcipienti: etenim astare ibi non sumitur in
D stricta acceptione qua accipitur à D. Tho. in hac quæst. &, præcedentibus prout competit duntaxat supremis spiritibus, sed sumitur in ampliore acceptione pro eo quod est esse separatum administrandum Deo siue hoc siue illo modo. Secundo respondetur. Quòd inter angelos infimi ordinis tertiæ hierarchiæ sunt septem præcipui quibus committuntur grauiora ministeria ex ijs quæ exercentur ab angelis illius ordinis: & vnus ex his septem est Raphael qui
E interpretantur medicina Dei.

QVAESTIO CXIII.
De Custodia bonorum angelorum, & impugnatione malorum.

DEIN-

DEINDE considerandum est de custodia bonorum angelorum, & de impugnatione malorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm homines custodiantur ab angelis.

553 6.d. 11. 1.ar.1. Eth. c.8

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ homines nõ custodiãtur ab angelis: eustodes. n. deputantur aliquib. vel quia nesciunt, vel quia nõ possunt custodire seipsos, sicut pueri et infirmi, sed hõ põt custodire seipsum per liberũ arbit. & scit per naturalem cognitionẽ legis naturalis: ergo hõ non custoditur ab angelo.

¶ 2 Præterea. Vbi adest fortior custodia, infirmior superfluere videtur. Sed homines custodiuntur à Deo, secundum illud Ps. 120. Non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel, ergo non est necessarium q̃ homo custodiatur ab angelo.

¶ 3 Præterea. Perditio custoditi redundat in negligentiã custodis. Vnde dicitur cuidã 3. Reg. 20. Custodi virum istũ, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius: sed multi homines quotidie pereunt in peccatũ cadentes, quibus angeli subuenire possunt, vel visibiliter apparẽdo vel miracula faciẽdo, vel aliquo simili modo. Essent ergo negligentes angeli, si eorum custodiæ homines essent commissi: quod patet esse falsum. Non igitur angeli sunt hominum custodes.

SED contra est, quod dicitur in Ps. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

RESPONDEO dicendum, q̃ secundum rationem diuinæ prouidentiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, q̃ mobilia & variabilia p̃ter immobilia & inuariabilia mouentur & regulantur. Sicut omnia corporalia per substantias spirituales & immobiles, & corpora inferiora p̃ superiora, quæ sunt inuariabilia secundum substantiam, sed & nosip si regulamur circa conclusiones in quibus possumus diuersimodè opinari, per principia quæ inuariabiliter tenemus: manifestum est

A autem quòd in rebus agendis cognitio & affectus hominis multipliciter variari & deficere possunt à bono: et ideo necessarium fuit, quòd hominibus angeli ad custodiam deputarentur, per quos regularentur & mouerentur ad bonum.

AD primum ergo dicendum, quòd per liberum arbitr. potest homo aliqualiter malũ vitare: sed non sufficienter, quia infirmatur circa affectum boni, propter multiplices animæ passiones. Similiter etiã vniuersalis cogni
B tio naturalis legis quæ homini naturaliter adest, aliqualiter dirigit hominem ad bonũ: sed non sufficienter: quia in applicando vniuersalia principia iuris ad particularia opera, contingit hominem multipliciter deficere. Vnde dicitur Sap. 9. * Cogitationes mor- Sap. 9. c.
talium timidæ, & incerta prouidentia nostra: & iõ necessaria fuit homini custodia angeli.

AD secundum dicendum, q̃ ad bonum operandum duo requiruntur. Primo quidem quòd affectus inclinetur ad bonum: quod
C quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis, secundo autem, quòd ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis, quod quidem Philosophus * attribuit Ex li. x.
prudentiæ. Quantum ergo ad primum, & lib. 6.
Deus immediatè custodit hominem, infun- c. 12. t. 5
dendo ei gratiam & virtutes: quantum autem ad secundum, Deus custodit hominem, sicut vniuersalis instructor: cuius instructio ad hominem peruenit mediantibus angelis: vt sup. habitum est. * Q. 111.
ar. 1.

AD tertium dicendum, quòd sicut homines à naturali instinctu boni discedunt propter passionẽ peccati: ita et discedunt ab
D instigatione bonorũ angelorum, qua fit inuisibiliter per hoc quod homines illuminant ad bene agendum. Vnde q̃ homines pereunt, nõ est imputandum negligentiæ angelorum, sed malitiæ hominum. Quod autem aliquando p̃ter legem communem hominibus visibiliter appareat, ex speciali Dei gratia est: sicut etiam p̃ter ordinem naturæ miracula fiũt.

E ¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

HÆC conclusio est certa secundum fi
de. Habetur in multis locis Scripturæ
Psal.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.90.Angelis suis mandauit de te &c.& Psal.33.Immitet angelum Domini &c.Genes.48.Angelus qui eripuit me & deduxit me &c.Potissimum testimonium habetur Matth. 18. Angeli eorum vident faciem Patris mei qui in cælis est. Hanc conclusionem docent omnes sancti Patres D. Dion. c.3.& 9.cælestis hierarchiæ Basi.lib.3.Eunomium à principio, & Psal 33. & in sermone de inuidia & auaritia.D. Chryso.in homil.3.super ca.2.ad Colloc.& homil.6. super Matthæum. Damasc.de fide ca.3.Isidorum lib.1. de summo bono. ca. 20.Clemens Alexander lib.6. Stromatum. Origines homil.2.super Lucam D.Augu.li.8.de ciuit.c.18.D.Clemens lib. 2.recoguitionũ fol.14.docet hoc ipsũ ex ore.D Petri. Hãc doctrinam docuerũt etiam grauissimi Philosophi vt refert Augustin.Eugubinus lib. 8.de perenni Philosophia capitu. 3. & 8.& 22.& Seneca lib.19. epistо.111.dicit quod cuique hominum designatum est esse angelum in custodem : & pedagogum : & subdit quod hic angelus custos appellatus est & ita appellatur in Terentio in Andria Oro per dexteram Genium.Idem docet Cicero li.j.de diuinatione, & Diogenes Laertius libro 7.de vita Zenonis Lactantius Firmianus lib.2.institutionum cap. 15.Ratio efficax pro hac conclusione habetur in corpore articuli, Notandum est quod etiã in statu innocentiæ designatus angelus fuit ad custodiam hominis vt docet & probat D.Tho.2.2. quæstione 195.articulo primo in corpore.

A

B

C

D

DVbitatio autem esse poterat. Vtrùm homini condito in puris naturalibus designaretur angelus ad eius custodiam. Videtur pars negatiua vera. Ex eo quod Paul.Hebr.1.dicit. Quòd omnes sunt ministratorij spiritus propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.Ex quo per argumentum à contrario sensu colligitur, quòd si homo non esset destinatus ad hæreditatem æternæ salutis non deputaretur illi angelus in custodiam. Et ratione confirmatur. Quoniam angeli sunt creaturæ excellẽtiores homine, ergo nisi homo ordinetur ad Deum autorem supernaturalem: indecens esset angelo quòd ministraret homini.

¶Nihilominus opposita sententia apparet verosimilior, quã probat ratio D.Tho. hic: quæ non sumitur ex natura gratiæ, sed ex ordine rerum naturalium vt appare bit legenti. Verum est tamen, q̃ ista ratio non satis ostendit cuiq; homini singulare fore deputandum proprium angelum in illo statu puræ naturæ: sed absolute probat homines custoditi ab angelis isto vel illo modo.Sed nihilominus verosimiliùs dicit, Quòd cuiq; homini in singulari deputaret proprius angelus: qm̃ alias non satis posset prouideri necessitatibus hominum nisi singularis angelus deputaretur singularis hominis custos. & hoc etiam probat ratio D. Tho. in sequenti artic. Ad argumentũ respondetur primo. Quòd Paul. loquebatur de ordine instituto à Deo de facto, & illa dictio propterea, in testimonio citato non denotat totalem causam, sed congruentiã optimam, quæ de facto est consideranda. & ita non valet argumentum à contrario sensu. Respondetur secundo. Quòd angelus neque tunc neque modo deputatur homini aut deputaretur homini in custodiam tanquam minister & seruus eius: sed tanquàm dux & princeps gubernans hominem: sicuti angeli deputantur ad mouẽdum corpora cœlestia & deputarentur etiã si homines non esset destinati ad supernaturalem finem : & hoc non esset indecens angelis: quoniam deputantur vt causæ superiores gubernantes totum vniuersum. Quòd si quæratur quis, ad quem effectũ terminaretur in illo casu custodia angeli? Respondetur.Quòd ad custodiendum hominem in finem sibi connaturalem tollendo impedimenta exhortãdo ad virtutem officia. Præterea etiam angelus custos iuuaret hominem circa bona temporalia & vtilia: sicuti modo dicit D.Th.3.cont.gent.Quòd bona fortunæ circa temporalia reducũtur ad consilium & suggestionem angelorum. Itaque homo quicunque applicatur ad opus, ex quo per accidens consequitur illi ingens vtilitas ex directione angeli custodis: & hoc ipsum posset reperiri in illo statu duræ naturæ. Certè Philosophi, qui vt diximus cognouerunt angelorum custodiam circa homines, nõ intellexerunt prouenire homini aliquod emolumentum spirituale ex huiusmodi custodia, quod pertineret ad finem supernaturalem. Sed omnis effectus angelicæ custodiæ iuxta mentem Philosophorum continebatur intra limites naturæ. Si autem vlterius quæras, quem effectum habeat modo de facto angelorum custodia in hominibus? Respondetur. Quòd est multiplex effectus vt colligitur ex innumeris locis Scripturæ in quibus reperiuntur multi effectus valde vtiles hominibus prouenientes ex ministerio & custodia angelorũ, omnes tamen reducuntur ad vnum, quòd angelus custos vel directè vel indirectè iuuat hominem ad consequutionem supernaturalis fœlicitatis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm singuli homines à singulis angelis custodiantur.

554 4.di.19. q.1. art. 3. qu.1. cor.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̃ nõ singuli homines à singulis angelis custodiantur: angelus enim est virtuosior quàm homo. Sed vnus homo sufficit ad custodiam multorum hominum, ergo multo magis vnus angelus multos homines potest custodire.

c.5.Eccl. hier. in titulo de sacerdo.perfect. in princip. 2Q.108 ar.3.argu.1.

¶ 2 Præterea. Inferiora reducuntur in Deum à superioribus per media vt Diony. dicit. Sed cùm omnes angeli sint inæquales, vt supra dictum est, † solus vnus angelus est inter quem & homines nũ est aliquis medius ergo vnus angelus solus est qui immediatè custodit homines.*

*c.5.cæleſt. hier. lect.

¶ 3 Præterea. Maiores angeli maioribus officijs deputantur. Sed nõ est maius officium custodire vnum hominem quàm alium. cùm omnes homines natura sint pares. Cùm ergo omnium angelorum sit vnus maior alio secũdum Diony.* videtur, quòd diuersi homines non custodiantur à diuersis angelis.*

†ca.18. Mat.to.9.

SED contra est, quòd Hieroni. † exponẽs illud Matth. 18. Angeli eorum in cœli, dicit. Magna est dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiã sui, angelum delegatum.

RESPONDEO dicendum, quòd singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur. Cuius ratio est, quia angelorũ custodia est quædam executio diuinæ prouidẽtiæ circa homines. Prouidentia autẽ Dei aliter se habet ad homines & ad alias corruptibiles creaturas: quæ aliter se habẽt ad incorruptibilitatem. Homines enim non solum sunt incorruptibiles quantum ad communem speciem, sed etiã quantum ad propias formas singulorũ, quæ sunt animæ rationales. Quod de alijs rebus corruptibilibus dici non potest. Manifestum est autem quod prouidẽtiæ Dei principaliter est circa illa quæ perpetuo manent. Circa vero ea, quæ transeunt, prouidentia Dei, est inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidẽtia Dei comparatur ad singulos homines, sicut cõparatur ad singula genera, vel species corruptibilium rerum. Sed secundum Greg. diuersi ordines deputãtur diuersis rerum generibus. Puta potestates ad arcendos dæmones, virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et proba bile est quòd diuersis speciebus rerum diuersi angeli eiusdem ordinis præficiantur. Vnde etiam rationabile est, vt diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur.*

hom.34 in Euãg. an. mebile dium il lius.

AD primum ergo dicendum, quòd alicui homini adhibetur custos dupliciter. Vno modo inquantum est homo singularis. Et sic vni homini debetur vnus custos : & interdum plures deputantur ad custodiam vnius. Alio modo inquantum est pars alicuius collegij. Et sic toti collegio vnus homo ad custodiam præponitur. Ad quem pertinet prouidere ea quæ pertinent ad vnum hominem in ordine ad totum collegium. Sicut sunt ea quæ exterius aguntur, de quibus alij ædificantur vel scandalizantur. Angelorum autem custodia deputatur hominibus etiam quantum ad insensibilia & occulta quæ pertinent ad singulorum salutem secundum seipsos. Vnde singulis hominibus singuli angeli deputantur ad custodiam.

q. præc. ar.3. ad 4.

AD secundum dicendum, quòd sicut dictum est, angeli primæ hierarchiæ, omnes quantum ad aliqua illuminantur immediatè à Deo. Sed quidam sunt de quibus illuminantur superiores tãtum immediatè à Deo, quæ inferioribus reuelant, & idem etiam in inferioribus ordinibus considerandum est. Nam aliquis infimus angelus illuminatur quantum ad quædam ab aliquo supremo, & quãtum ad aliqua ab eo qui immediatè sibi præfertur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfertur. Et sic etiam possibile est quòd aliquis angelus immediatè illuminet hominem: qui tamen habet aliquos angelos sub se, quos illuminat.

A D tertium dicendum, quòd quamuis homines natura sint pares, tamè inæqualitas in eis inuenitur, secundum quod ex diuina prouidentia quidam ordinantur ad maius, & quidam ad minus: secundum illud quod dicitur Eccl. 33. In multitudine disciplinæ Domini separauit eos, & ipsis benedixit, & exaltauit ex ipsis, maledixit & humiliauit, & sic maius officium est custodire vnum hominem quàm alium.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

NOtandum hic, q̃ veritas huius conclusionis non solum fuit asserta à grauissimis patribus locis citatis, sed etiam à Philosophis citatis in præcedenti articulo Diogenes libro 2. disputatio de angelo Socratis, quem habuit ab ineunte ætate custodem vt etiam refert Cicero vbi sup. 2. de diuinatione. Apuleus addidit librum de Deo Socratis id est angelo, & multi alij.

DVbium primum est vtrum conclusio articuli sit certa secundum fidem. Caietanus exponens illa verba Matth. 18. Angeli eorum vident faciem &c. quod est potissimum testimonium ex quo colligitur veritas huius cõclusionis, dicitur q̃ ex illo loco colligitur quidem efficaciter angelos deputari ad hominum custodiam, non tamen euidenti cõsequentia colligitur, q̃ cuilibet homini deputatur particulatis angelus. Vnde videtur Caietanus nostram cõclusionem sentire non pertinere ad fidem, q̃ videtur etiam sensisse Magister in 2. dist. 11. loquitur enim de hac veritate vt de probabili opinione, sed Amb. Chata. con. Cai. reprehendit ipsum in hac re quoniam (inquit) licet si inde considerentur verba illa Matth. 18. non colligitur ex illis efficaciter hæc veritas. Tamè supposito consensu Patrum, imo & omnium fidelium, nefas erit de hac conclusione dubitare. Vide verba huius autoris apud Sixtum libro 6. suæ Bibho. anno 77. Breuiter respondetur, q̃ respectu fidelium non licet dubitare de hac conclusione. Itaq; error apparet negare, q̃ singulis fidelibus deputentur singuli angeli in custodiam. Probatur. Quũ fere omnes sancti Patres docent hanc veritatem tanq̃ rem cõstitutam & fundatam in literis sacris, præcipuè lege Chrysost. hom. 60. sup Matth. & hom. 3. in ca. 1. ad Colloc. & Cassia. collat. 8. ca. 17. Colligitur hæc sententia ex illo Matth. 18. Nolite scandalizare vnũ ex his pusillis qui in me credunt: Dico. n. vobis quod angeli eorum &c. Ecce vbi specialiter Christus Dominus loquitur de fidelibus: imo videt loqui dũtaxat de hominibus iustis, & sancti Patres locis citatis multo apertius docẽs singulis hominibus iustis esse de signatos custodes, quã cæteris fidelibus peccatorib. Quo circa exstimo, q̃ negare hanc sententiã de iustis hominibus esset manifestus error: negare aũt illa de fidelibus puto non esse errorem etsi sit plusquam temerarium. Probatur quoniam aliqui sancti Patres videntur insinuare, q̃ angelus custos recedit ab homine peccato re: quæ sententia licet in bono sensu explicetur à D. Th. in ar. 6. huius quæstionis: sed nihilominus ille modus loquendi sanctorum excusat ab errore manifesto sententiã asserentem fidelibus peccatoribus non adesse angelos custodes. Tandem dico in hac re, qđ vix põt dici absq; aliqua temeritate, q̃ in fidelibus hominibus non sint deputati singuli angeli siue post Christi aduentũ siue ante illũ. Probat qũ multi sancti Patres manifeste loquũtur de custodia angelorum absq; distinctione fidelium ab infidelibus, sed absolutè fatentur singulis hominibus singulos angelos deputari. Vide D. Hiero. & Matth. 18. qui est locus citatus in argumento sed cõtra, & Isa. c. vltimo & D. Chryso. hom. 7. in laudibus Pauli & sermone de Ascensione Domini & Grego. locis citatis in q. præcedenti. Præterea videt iste esse sensus communis omnium fidelium cũ loquuntur de angelo custode & ita Ac. 12. Pulsãte D. Petro ianuã euasit ã fidelis dictũ fuit nõ esse Petrũ sed angelũ eius.

DVbitatur secundo. Vtrùm personis publicis principibus prælatis &c. præter angelum particularem sit deputatus alius angelus qui dirigat personam publicam ad communia officia, & ad commune bonum. ¶Ad explicationem huius est suppo-

nendum quod præter angelos qui deputantur ad custodiam singularium hominum, etiam oportet fateri quòd cuilibet prouinciæ & regno, imo forte cuilibet ciuitati singũli angeli deputantur. Hæc sententia est communiter recepta à sanctis Patribus locis citatis à qua non licet recedere absque temeritate. Et colligitur hæc assertio ex capite 10. Daniel. Princeps Persarum restitit mihi: per principem Persarum communiter intelligunt sancti Patres angelum præfectum regno Persarum vt dicit D. Thom. in articulo vltimo huius quæstionis. Nam Diuus Hieronymus qui interpretatur illũ locum de angelo nequã resistenti Michaeli ferè manet singularis in sua sententia & quidquid sit de hac interpretatione adhuc nostra sententia ex illo loco colligitur, tum quia apertè ibi dicitur Michaelem fuisse præpositum in custodiam plebis Israeliticæ quam conabatur errore à potestate Persarum, tum etiam quoniam si angelus deputatus erat ad impugnationem regni Persarum, iuxta mentem Hierony. à fortiori credendum esset quòd cuicunque regno etiam Persarum, deputatur aliquis angelus in custodem. Præterea Iosue. 5. Angelus qui apparuit Iosue dixit, Ego sum princeps exercitus Domini. Augustinus in quæstionibus super Iosue cap. 7. dicit fuisse illum angelum bonum præpositum à Deo in custodiam exercitus Israel. Iuxta hanc doctrinam solet explicari illud Ecclesiast. 17. In vnamquamque gentem posuit rectorem, id est angelum. Ita glossa ibi & Deutero. 32. Diuisit terminos terræ iuxta numerum filiorum Israel secundum angelorum custodientium diuersas Israelis familias. Hęc sentẽtia fuit persuasa Philosophis præcipuè Platoni qui dicebat angelos vagare per regna & populos in communem vtilitatem. Videte Eugubinum vbi supra, & eodem libro capite 40. Ratio suffragatur huic sententiæ, quoniam alius modus gubernationis & directionis requiritur ad totam communitatem ab illo qui est necessarius priuatæ gubernationi hominis singularis: ergo præter angelos custodes particulatium hominum &c. Ex his oportet expli-

cemus propriam difficultatem. Et dico primum, verosimiliter posset dici, quòd illemet angelus, qui præficitur communitati per se primo gubernat custodit ipsam totã communitatem: secundario vero homines publicos qui assistunt communi gubernationi. Itaque persona publica præter angelum singularem sibi in custodiam deputatum non habet alium angelum præter illum qui est præpositus toti communitati. Dico secundo, probabilius dicitur, q̃ publica persona præter angelum quem habet sibi deputatum à natiuitate vt est persona priuata, habet aliũ qui præficitur ipsi personæ quatenus publica ab illo puncto à quo incepit habere curam communitatis. Et hic angelus distinctus est ab illo qui præfectus est toti communitati. Et existimo, quod personis publicis ecclesiasticis digniores angeli deputantur, quàm personis publicis secularibus per se loquendo. Hanc sententiam insinuat Diuus Thomas in solutione ad primum, sed expressè eã tenet in 2. distinctione 11. quæstione 1. arti. 2. ad quartum. Et ratio pro hac sententia est, quoniam commodiùs fiet gubernatio reipublicæ si singulis personis publicis duo angeli deputentur, & ex alia parte cum numerus angelorum ad hoc sufficiat imo super excedat, nulla ratio assignari potest ex qua hæc sententia apparet difficilis.

¶Sed dubitatur à quo deputentur eiusmodi angeli tam priuatis personis quam publicis? Quidam Philosophi de quorum numero fuit Plotinus in libro de proprio Dæmone capite. 3. cui adhæret Marsilius Fisinus in præfatione super illum librum, dicunt angelos ex naturali ordine destinatos esse ad hominum custodiam. Commentantur isti, quòd angeli sunt corporei, præsertim angeli inferiores, quos ipsi appellabant aereos: & ex consequenti quòd sunt proportionati, imo & quodammodo subiecti influentijs cælorum & stellarum & id colligebant, ex eo, quòd quis nascitur sub tali dispositione cęlesti & stellarum, ex ordine naturę deputabatur illi angelus qui habebat naturalem proportionem, imo & subordinationem ad illam stellarum & cælorum dispositionem, & eiusmodi angelus non libertate sed naturali necessitate attendebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

debat ad custodiam & directione m illius ho minis. Sed hęc sententia est manifestum delitamentum. Quoniam stultissimũ est subijcere angelos cęlorum dispositioni. Et cum dicamus cælestia corpora non posse necessitare hominum voluntates, qua probabilitate dici poterat, quòd necessitant voluntates angelorum, ita quod angeli naturali necessitate hominibus deseruiant propter cælorum influxum stellarum dispositionem? Præterea si hæc sententia intelligatur de custodia angelorum (de qua disputant Theologi) qua scilicet nos custodiunt, & gubernant ad fælicitatem supernaturalem, illa sententia esset manifesta hæreticum est enim asserere, quòd custodia, & gubernatio ad finem supernaturalem ortum habet ex naturali necessitate & ex cælorum influentia.

QVocirca relictis ijs commentis, Respondetur quòd angeli custodes deputantur hominibus à Deo immediatè ex gratuita & libera ipsius voluntate propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, vt dicitur Hebrę. capite 1. Sed dubitatio est de qua hierarchia, & ordine desumantur angeli custodes. Ad hoc respondetur, quòd si loquamur de angelis deputatis ad custodiam, hominum quatenus sunt priuatę personæ, res est certa, quòd desumuntur ex ima infima hierarchia. Et probabiliter dicitur cum Diuo Thoma hic, quòd quanto aliquis homo prędestinatus est ad altiorem gradum gratiæ, & gloriæ tanto dignior angelus infimi huius ordinis est illi deputatus in custodiam. Dico secundo. Angeli qui deputantur ad custodiam regnorum, prouintiarum, ciuitatum &c. pertinent ad secundum ordinem tertię hierarchiæ qui est ordo principatuum. Ita docet Diuus Thomas supra quæstione. 108. articulo. 5. & 6. & in secundo distinctione 9. quæstione 1. articulo 3. & distinctione 11. quæstione 1. articulo 2. ad 3. & 4. & in 3. distinctione 3. quæstione 3. & 2. contra gentes capitulo 8. & alijs locis. Verum est, quòd in hac quęstione articu. 3. reuocat in dubium, An custodia prouintiarum & regnorum pertineat ad ordinem principatus vel Archangelorum eo quod Michael, cui est commissa custodiam militantis ecclesiæ, solet appellari archangelus. Sed nostra conclusio est verosimilior & asserta à D. Thom. vbi supra. Et ratio est quia tota hierarchi a infima constat ex angelis qui exequuntur ministeria necessaria ad homi num custodiam & gubernationem: ergo angelis supremi ordinis huius hierarchiæ debet tribui custodia principalior, qualis est custodia prouintiarum & regnorum & ita Daniel. 10. Angelus custos regni Persarum appellatus princeps. Michael ergo iux ta hanc sententiam, non est Archangelus pertinens ad secundum ordinem tertię hierarchiæ: sed est princeps supremus in ordine principatuum & appellatur Archangelus, id est supremus intra omnes angelos, qui deputantur ad custodiam & salutẽ hominum. Etenim omnes angeli tertiæ hierarchiæ cõmuni voce appellantur angeli, ideſt nuntij diuinorum mysteriorum, licet nomen angelus regulariter infimo ordini eiusdem tertiæ hierarchiæ accommodetur per regulam supra positam quæstio. 112. Igitur Michael vocatur Archangelus vt supremus princeps. Tertio dico. Personis publicis: quatenus publicæ personæ sunt designantur in custodiam Archangeli qui pertinent ad secundum ordinem tertię hierarchiæ. Pro quo nota, quòd proprium officium Archangelorum est nunciare mengna, ideſt illa quę immediatè quidem terminatur ad personam singularem, vltimate tamen ceduut in vtilitatem communẽ. Huiusmodi fuit sacramentum Incarnatio nis quòd immediate pertinebat ad virginem Beatam cui nũciabat vt præstaret particularem cõsensum, sed vltimate cedebat in communem hominum salutem, & ita annunciare hoc sacramentum pertinuit ad supremum archangelum nempe Gabrielẽ. Igitur cum ea quæ annunciantur publicis personis pertineant ad ipsas personas & vltimatè cedant in bonum publicum: oportet fateri pertinere ad Archangelos hęc nunciare, & ex consequenti committi illis custodiam personarum publicarum.

¶ Vltima dubitatio est. Vtrùm cuicunq; homini deputentur duo angeli, alter bonus & alter malus. Respondetur affirmatiuè, quòd docet D. Thom. in 2. distinctione 11. quæstione 2. articu 5. in corpore & Cassianus

sianus vbi supra vbi refert pro hac sententia librum pastoris. Docuit hoc Rabimoyses in libro qui inscribitur Director dubitãtium li. 3. c. 13. Sed est aduertendum, quòd angelus malus positiuè non deputatur à Deo: sed permissiuè in exercitium virtutis, & Christianæ militiæ: positiuè vero deputatur à supremo Cacodæmone tanquàm à capitè omnium malorum angelorum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm custodire homines pertineat olum ad infimum ordinem angelorum.

555 3. d. 11. q. 1. ar. 2

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd custodire homines non pertineat solum ad infimum ordinem angelorum. Dicit enim Chryſ.* quòd dicitur Matth. 18. *Angeli eorum in cælis. &c. intelligitur non de quibuscũque angelis, sed de supereminentibus, ergo supereminentes angeli custodiunt homines.*

*Hom. 60. in Mat. paũ ante mediũ num. 2.

¶ 2 *Præterea. Apostolus ad Hebr. dicit q angeli sunt in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Et sic videtur quòd missio angelorum ad custodiã hominum ordinetur. Sed quinq; ordines in exterius ministerium mittuntur, vt supra dictũ est.* Ergo omnes angeli quinq; ordinum custodia hominum deputantur.*

Q. præc. art. 4.

¶ 3 *Præterea. Ad custodiã hominum maxime videtur esse necessariũ arcere dæmones quod maximæ pertinet ad potestates, secundũ Gregor.* & miracula facere: quod pertinet ad virtutes. Ergo illi etiam ordines deputantur ad custodiam, & non solum virtutes.*

Ho. 34. in euãg. me.

SED contra est, quod in Psal. custodia hominum attribuitur angelis, quorũ ordo est infimus, secundum Diony.*

16. & 9. gl. hic.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est † homini custodia dupliciter adhibetur. Vno modo custodia particularis secundum quod singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur, & talis custodia pertinet ad infim ordinem angelorum: quorum secundũ Greg.* est minima nuntiare. Hoc autem videtur esse minimum in officijs angelorum, procurare ea, qua ad vnius hominis salutem pertinent. Alia vero

est custodia vniuersalis. Et hæc multiplicatur secundum diuersos ordines. Nam quanto agens fuerit vniuersalius, tanto est superius. Sic igitur custodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem principatuũ, vel forte ad archangelos qui dicuntur principes angelorum. Vnde & Michael, quẽ archangelũ dicimus, vnus de principibus dicitur Da. 10. Vlterius aũt super omnes naturas corporeas habent custodiam Virtutes. Et vlterius etiã super dæmones habent custodiam Potestates.

*Et vlterius super bonos spiritus habẽt custodiam Principatus, vel dominationes secundum Greg.** ho. 34. euange. nõ mul tum an. med.

AD primum ergo dicendum, quòd verbum Chryſ. potest inteligi, vt loquatur de supremis in ordine infimo angelorum. Quia, vt Dionyſ. † dicit, in quolibet ordine sunt primi, medij & vltimi. Est autẽ probabile, quod maiores angeli deputentur ad custodiam eorum, qui sunt ad maiorem gradum gloriæ à Deo electi. †cap. 4. cęl. hier. à med.

*AD secundum dicendum, quòd non omnes angeli qui mittuntur habent particularẽ custodiam super singulos homines: sed quidã ordines habent vniuersalem custodiã magis vel minus, vt ãctum est.**

AD tertium dicendum, quòd etiam inferiores angeli exercent officia superiorum in quãtum aliquid de dono eorum participant, & se habent ad superiores sicut executores virtutis eorum. Et per hunc modum etiã omnes angeli infimi ordinis possunt & arcere dæmones, & miracula facere. In solu. ad arg. præc.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Custodia particularium hominum pertinet ad infimum ordinem angelorum.

¶ Secunda cõclusio. Custodia vniuersalis qualis est custodia humanę multitudinis pertinet ad ordinem principatuũ vel fortè ad archangelos qui dicuntur principes angelorum.

COMMENTARIVM.

DOctrina huius articuli satis manifesta est in litera D. Th. Obserua tamẽ quomo-

Universidad de Deusto Biblioteca

quomodo in illabis mentio fit ordinis qui dicitur principatus: primo quidem coniungendo cum archangelis propter opinionem D.Diony Secundo vero supra potestates secundum sententiam D. Gregor.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur.

556 2. d.11. q.2. art. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̃ no omnibus hominib. angeli ad custodiã deputentur. Dicitur.n.de Christo Phil. 2. quòd est in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Si igitur omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur, etiã Christus angelum custodem habuisset. Sed hoc videtur inconueniens, cùm Christus sit maior omnibus angelis. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

¶ 2 Præterea. Omnium hominũ primus fuit Adam. Sed sibi non competebat habere angelum custodem ad minus in statu innocentiæ: quia tũc illis periculis angustiabatur. Ergo angeli non præficiuntur ad custodiam omnibus hominibus.

¶ 3 Præterea. Hominibus angeli ad custodiam deputantur, vt per eos manuducantur ad vitam æternam, & incitentur ad bene operandum, & muniantur contra insultus dæmonum. Sed homines præsciti ad damnationem, nunquam perueniunt ad vitam æternam: infideles etiam etsi interdum bona opera faciant, non tamẽ bene faciunt, quia non recta intentione faciunt. Fides enim intentionem dirigit: vt Augustin. dicit. Antichristi etiam aduentus erit secundum operationem Satanæ: vt dicitur 2. ad Thess. 2. Nõ ergo omnibus hominibus angeli ad custodiã deputantur.

Aug. in præf. Ps. 31. non multũ an. mero. 8.

SED contra est, autoritas Hier. * sup. inducta, qui dicit, quòd vnaquæque anima ad sui custodiam habet angelũ deputatum.

*Art. 2. hui. qu.

RESPONDEO dicendum, quòd homo in statu vitæ istius constitutus est quasi sed cõt. in quadam via, qua debet tendere ad patriam. In qua quidem via multa pericula homini imminent: tum ab interiori, tum ab exteriori: secundum illud Psal. 141. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus per vtam non tutam ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet homini: quandiu viator est, custos angelus deputatur. Quando autem tam ad terminum vitæ peruenerit, iã non habebit angelum custodem: sed habebit in regno angelum conregnantem, in inferno dæmonem punientem.

AD primum ergo dicendum, quòd Christus secundum quod homo immediatè regulabatur à verbo Dei. Vnde non indigebat custodia angelorum. Et iterum secundum animam erat comprehensor: sed ratione passibilitatis corporis erat viator. Et secundũ hoc non debebatur ei angelus custos tanquam superior, sed magis minister tanquam inferior. Vnde dicitur Matth. 4. q̃ accesserunt angeli & ministrabant ei.

AD secundum dicendum, quòd homo in statu innocentiæ non patiebatur aliquod periculum ab interiori: quia interius erãt omnia ordinata, vt sup. dictum est: * sed immirobat periculum ei ab exteriori propter insidias dæmonum: vt rei probauit euentus. Et ideo indigebat custodia angelorum.

Qu. 95. ar. 4.

AD tertium dicendum, quòd sicut præsciti & infideles, & etiam Antichristus, non priuãtur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiam non priuantur exteriori auxilio totius naturæ humanæ diuinitus concesso, s. custodia angelorum: per quam etsi non iuuentur, quantum ad hoc quod vitam æternam bonis operibus mereantur, iuuantur tamen quantum ad hoc quòd ab aliquibus malis retrahuntur: quibus & sibi ipsis & aliis nocere possunt. Nam & ipsi dæmones arcentur per bonos angelos, ne noceant quantum volunt. Et similiter Antichristus non tãtum nocebit quantum vellet.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Cuilibet homini quandiu viator est custos angelus deputatur.

¶Secunda conclusio. Quando iã ad terminum peruenerit homo nõ habebit angelum custodem? sed habebit in regno angelum conregnantem & in inferno dæmonem punientem.

COMMENTARIVM.

NOtet prædicator solutionem ad primum argumentũ vt non dicat absolutè quòd Christus habuit angelum custodem: sed secundum distinctionem quã facit D. Tho. pie tamen credi potest quod non vnus tantum angelus deputatus fuerit ad ministerialem custodiam passibilis corporis Christi: sed multi iuxta illud Matth. 4. Accesserunt angeli & ministrabant ei. Et Caiet. super illud Ioan. 1. ca. Videbitis cælum apertum & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis: in quit quòd hoc viderunt discipuli: licet quãdo viderint non sit ab euangelistis scriptũ. Similiter in Natiuitate Christi multitudo angelorum commemoratur laudans, & dicens. Gloria in altissimis Deo.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate.

557

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate. Angeli enim mittuntur in ministerium propter eos qui hereditatem salutis capiunt: vt Apostolus ad Hebr. dicit. Sed homines incipiunt hereditatem capere salutis quando baptizantur. Ergo angelus deputatur homini ad custodiam à tempore baptismi, & non a tempore natiuitatis.

¶ 2 Præterea. Homines ab angelis custodiuntur inquantum ab eis illuminantur per modum doctrinæ. Sed pueri mox nati non sunt capaces doctrinæ: quia non habẽt vsum rationis. Ergo pueri mox natis non deputantur angeli custodes.

¶ 3 Præterea. Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalẽ aliquo tempore: sicut & post natiuitatẽ ex vtero. Sed eũ sunt in materno vtero, nõ deputantur eis angeli ad custodiam, vt videtur: quia neque etiam ministri ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Nõ ergo statim à natiuitate hominibus angeli ad custodiam deputantur.

SED contra est, quòd vtero.* dicit, quòd vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui angelum deputatum.

*loco tato ar. 2. huius

RESPONDEO dicendum, q̃ sicut Orig dicit sup. Matth. †super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerũt, quòd angelus ad custodiam homini deputatur à tẽpore baptismi, alij verò quòd à tempore natiuitatis, & hanc opinionem Hiero.* approbat & rationabiliter. Beneficia.n.quæ dantur homini diuinitus ex eo q̃ est Christianus incipiunt à tempore baptismi: sicut perceptio eucharistiæ, & alia huiusmodi. Sed ea, quæ prouidentur homini à Deo inquantum habet naturã rationalẽ, ex tunc ei exhibẽtur ex quo nascẽdo talem naturam accipit. Et tale beneficiũ est custodia angelorum, vt ex præmissis patet. * Vnde statim à natiuitate habet homo angelum ad sui custodiam deputatum.

q. argu. sed contra. †Origenes ho. 6. ī Matth. non multũ remotè à fi. to. 3 *Sup illud Matth. 18. angeli eorũ semper to. 9 *ar. 1. & 4. huius quæst.

AD primum ergo dicendum, quòd angeli mittũtur in ministerium, efficaciter quidem propter eos solos qui hereditatem capiunt salutis, si consideretur vltimus effectus custodiæ, qui est perceptio hereditatis. Nihilominus tamen & alijs ministerium angelorum non subtrahitur: quamuis in eis hanc efficaciam non habeat quòd perducantur ad salutem. Efficax tamen est circa eos angelorum ministerium inquantum à multis malis retrahuntur.

AD secundum dicendum, quòd officium custodiæ ordinatur quidẽ ad illuminationẽ doctrinæ: sicut ad vltimum & principalẽ effectum. Nihilominus tamen multos alios effectus habet qui pueris competunt, scilicet arcere dæmones & alia nocumenta tam corporalia quàm spiritualia prohibere.

AD tertium dicendum, quòd puer quandiu est in materno vtero, non totaliter est à matre separatus, sed per quandam colligationũ est quodammodo adhuc aliquid eius sicut & fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo probabiliter dici potest, q̃ angelus qui est in custodiam matris, custodiat prolem in matris vtero existentem. Sed in natiuitate quando separatur à matre, angelus ei ad custodiam deputatur: vt Hier. dicit.*

loco in arg. sed contra citato.

¶Conclusio est affirmatiua. Et omnia patent in litera.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum angelus custos quandoque deserat hominem.

558
2.di.11. c.1.ar.4

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q angelus custos quandoque deserat hominem, cuius custodia deputatur, dicitur enim Hierem. 51. ex persona angelorum: Curauimus Babylonem, & non est curata derelinquamus ergo eam. Et Isai 5. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem. Glo.* idest angelorum custodiam.

Glossa interlinearis ibidē

¶ 2 Præterea. Principalius custodit Deus quam angelus. Sed Deus aliquando hominem derelinquit, secundum illud Psal. 21. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Ergo multo magis angelus custos hominem derelinquit.

li.2. orth. fidei, ca.3.

¶ 3 Præterea. Sicut dicit Damasc.* angeli cum sunt hic nobiscum, non sunt in cœlo. Sed aliquando sunt in cœlo. Ergo aliquando nos derelinquunt.

SED contra, Dæmones nos semper impugnant, secundum illud 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Ergo multo magis boni angeli semper nos custodiunt.

RESPONDEO dicendum, quòd custodia angeli, vt ex supradictis patet,* est Ar.2.hui⁹ quę. quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines facta. Manifestum est autem quod nec homo, nec res aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ subtrahitur. Inquantum enim aliquid participat de esse, tantum subditur vniuersali prouidentiæ entium. Sed intantum Deus secundum ordinem suæ prouidentiæ dicitur hominem derelinquere, inquantum permittit hominem pati aliquem defectum vel pœnæ, vel culpæ. Similiter etiam dicendum est, quòd angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit: prout scilicet non impedit quin subdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum secundum ordinem diuinorum iudiciorum. Et secundum hoc Babylon & domus Israel ab angelis derelicta dicuntur, quia angeli earum custodes non impediuerunt quin tribulationibus subderētur. Et per hoc patet solutio ad primum & secundum.

AD tertium dicendum, quod angelus etsi interdum derelinquat hominē loco, non tamen derelinquit eum quantum ad effectū custodiæ: quia etiam cum est in cœlo, cognoscit quod circa hominem agatur. Nec indiget mora temporis ad motum localem sed statim potest adesse.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Et ratio est, quia diuina prouidentia nullam rem totaliter derelinquit quamuis quod aliquid deserat permittendo ergo custodia angelica nū quam totaliter deserit hominem.

COMMENTARIVM.

ARguitur contra conclusionem & rationem eius. Angelus omnino deserit hominem quando moritur, tamen tunc non subtrahitur a diuina prouidentia: ergo falsa est conclusio & ratio mala. Probatur antecedens. Quia statim cum homo moritur si damnatur defertur a Diabolo in infernum vbi nulla exerceatur angelorum custodia. Si autem saluatur defertur ab angelo in cœlum, vbi iam non indiget custodia. Et tandem si ad purgatorium deferenda est anima fortassis defertur a dæmone in locū tormenti qui est apud inferos.

¶Ad hoc argumētum potest dici quod D. Tho. loquitur in conclusione de homine quamdiu nō est in vltimo termino, vbi iam nō indiget custodia. Ratio autem, quæ desumitur ex diuina prouidentia intelligēda est de diuina prouidentia quatenus est dirigens homines ad finem. Cęterum quādo tam homo constituitus est in finem iam homo constitutus est in fine iam non exercetur erga illum diuina prouidētia ad omnia se extendit conseruando res iuxta modum essendi vniuscuiusque vnde consurgit ordo vniuersi & gloria Dei qui est finis omnium creaturarum. Quod autem antmæ ad locum purgatorij deferantur ab angelo custode pie creditur, eo quòd illa purgatio medicinalis est & ad vitam æternā ordinata. Si quis autem dixerit, quòd anima a diabolo defertur in purgatorium non video quomodo omnino conuincatur temeratiæ falsitatis quia etiam in hac vita solent dæmones cruciare & percutere viros sanctos sicut percussit Iob & beatum Antonium permittente Deo. Nihilominus tutius mihi videtur asserere quòd animæ iustorum purgandæ deseruntur a bonis angelis ad locum purgatorij. Nec est eadem ratio de impugnatione dæmonum in hac vita quæ ordinatur à Deo ad meritum & triumphum eorum qui legitimè certauerint. At vero in morte cessat huiusmodi ratio & videtur indignum quòd animæ iustorum rapiantur a dæmone, & nihilominus saluentur. Magis ergo pium est dicere, quòd sicut olim animæ iustorum portabantur ab angelis in sinum Abrahæ, vbi pœnam damni patiebantur, ita & nunc ab eisdem in locum purgatorij ea portentur, donec purgatæ in beatitudinem recipiantur.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrum angeli doleant de malis eorum, quos custodiunt.

559
2.di.11. q.1.ar.5

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli doleant de malis eorum quos custodiunt. Dicitur enim Isai. 33. Angeli pacis amarè flebunt. Sed fletus est signum doloris & tristitię. Ergo angeli tristantur de malis hominū quos custodiunt.

Colligit ex li. 14 de ciui. Dei. c.7. & 8. tomo.5.

¶ 2 Præterea. Tristitia est, vt Augustinus* dicit, de his quæ nobis nolentibus accidunt. Sed perditio hominis custoditi est contra voluntatem angeli custodis. Ergo tristantur angeli de perditione hominum.

¶ 3 Præterea. Sicut gaudio cōtrariatur tristitia, ita pœnitentia contrariatur peccatum. Sed angeli gaudent de peccatore pœnitentiam agente: vt habetur Luc. 15. Ergo tristantur de iusto in peccatum cadente.

¶ 4 Præterea. Super illud Num. 18. quie

Ho. 11. tractantur angeli in iudicium, vtrum ex ipsō in Num. rum negligentia an hominum ignauia lapsi aliquan sint. Sed quilibet rationabiliter dolet de ma- tulū an lis propter quæ in iudicium tractus est: ergo te med. angeli dolent de peccatis hominum. tom.1.

SED contra. Vbi est tristitia & dolor, non est perfecta felicitas. Vnde dicitur Apocal. 21. Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor. Sed angeli sunt perfectè beati: ergo de nullo dolent.

RESPONDEO dicēdum, quòd angeli non dolent, neque de peccatis, neque de pœnis hominum. Tristitia enim & dolor, secundum Aug.* non est nisi de his quæ contra loco ci- riantur voluntati. Nihil autem accidit in tato in mundo, quod sit contrarium voluntati angelorum & aliorum beatorum, quia voluntas eorum totaliter inhæret ordini diuinæ iustitię: nihil autem fit in mundo, nisi quod per diuinam iustitiam fit, aut permittitur. Et ideo simpliciter loquendo, nihil fit in mundo contra voluntatem beatorum. Vt enim Philosophus dicit in 3. Ethic.* illud dicitur simplici li. 3. Et. ter voluntarium, quod aliquis vult in parti- c.1. non culari, secundum quod agitur: consideratis remotè scilicet omnibus quæ circumstant quamuis in à fi.to.5 vniuersali consideratum non esset voluntarium. Sicut nauta non vult proiectionem mercium in mare absolutè, & vniuersaliter considerando, sed imminente periculo salutis hoc vult. Vnde magis est hoc voluntarium, quam inuoluntarium, vt* ibidem dicitur. Sic igitur angeli peccata & pœnas hominum, vni *eo. lib. uersaliter & absolutè loquendo, non volunt: & c.non volunt tamen q circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur, secundum quam quidam pœnis remotè subduntur, & peccare permittuntur. à princ.

AD primum ergo dicendum, quòd verbum illud Isa. potest intelligi de angelis, idest, nuntijs Ezech. qui fleuerunt propter verba Rapsacis. De quibus habetur Isai. 37. Et hoc secundum literalem sensum: secundum vero allegoricum, angeli pacis sunt Apostoli & prædicatores qui flent pro peccatis hominum. Si vero secundum sensum anagogicum exponatur de angelis bonis, tunc metaphorica erit locutio ad designandum, quòd angeli volunt in vniuersali hominum salutem. Sic enim Deo & angelis huiusmodi passiones attribuuntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

In corp. artic.

AD secundum patet solutio per ea quæ dicta sunt.

AD tertium dicendum, quod tam in pœnitentia hominum quam in peccato, manet vna ratio gaudij angelis, scilicet impletio ordinis diuinæ prouidentiæ.

AD quartum dicendum, quòd angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauia.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Ratio est, quia tristitia & dolor non est nisi de ijs quæ contrariantur voluntati: sed nihil potest accidere contrarium volunrati beatorum, ergo. Minorem probo. Quia omnia quę fiunt reducuntur ad ordinem diuinæ iustitiæ, qui seruantur in omnibus.

COMMENTARIVM.

ADuerte quòd cum D. Th. dicit quod angeli peccata & pœnas hominum vniuersaliter & absolutè loquendo non volũt: volũt tñ q̃ circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur: non intendit, quòd peccatum sit ita voluntarium angelis custodibus sicut nautæ proiectio mercium in mare. Hęc enim simpliciter est voluntaria, non autẽ peccatum: sed punitio peccati voluntaria, est, quia ordinatur vt seruetur ordo diuinæ iustitiæ peccata punientis. Aduertat etiam diligens Thomista doctrinam huius articuli contra eos, qui negant permissionem peccati cadere sub diuina prouidentia directè ordinate illam ad maius bonũ. Quãnis enim maius bonum respectu peccati & autoris peccati sit occasionatum, & præter intentionem; tamen respectu permissionis peccati prout est à Deo permittente, nõ est bonum occasionatum, sed directè & infallibiliter intentum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum inter angelos possit esse pugna seu discordia.

AD OCTAVVM *sic proceditur. Videtur, q̃ inter angelos nõ possit esse pugna seu discordia. Dicitur enim Iob. 25. Qui facit concordiam in sublimibus. Sed pugna opponitur concordiæ. Ergo in sublimibus angelis non est pugna.* 560 2.di.11. c.2. ar.5

¶ *2 Præterea. Vbi est perfecta charitas & iusta prælatio, non potest esse pugna. Sed hoc totum est in angelis. Ergo in angelis non est pugna.*

¶ *3 Præterea. Si angeli dicuntur pugnare pro eis quos custodiunt, necesse est quod vnus angelus foueat vnam partem, & alius aliam. Sed si vna pars habet iustitiam, constat quòd alia pars habeat iniustitiã. Ergo sequitur quod angelus bonus sit fautor iniustitiæ: quod est inconueniens. Ergo inter bonos angelos non est pugna.*

SED contra est, quod dicitur Dan. 10. ex persona Gabrielis. Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Hic autem Princeps Persarum erat angelus regno Persarum in custodiam deputatus. Ergo vnus bonus angelus resistit alij. Et sic inter eos est pugna.

RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio mouetur occasione horum verborum Danielis: quæ quidem Hieron. exponit dicens principem regni Persarum esse angelum, qui se opposuit liberationi populi Israelitici: pro quo Daniel orabat, Gabriele precẽs eius Deo præsentante: hæc autem resistentia potuit fieri, quia princeps aliquis damonum Iudæos in Persidem ductos ad peccatum induxerat: per quod impedimentum præstabatur orationi Daniel. pro eodem populo deprecantis. Sed secundum Gregor. 17. Moral. princeps regni Persarum bonus angelus fuit custodiæ regni illius deputatus. Ad euendum igitur qualiter vnus angelus alteri resistere dicitur, considerandum est, quod diuina iudicia circa diuersa regna & & diuersos homines, per angelos exercentur. In suis nãq; actionibus angeli per diuinã seruãtiam regulantur. Contingit autem quãdoquę Exponens illa verba Danielis citata in argu. sed cõtra 10mo. 5. Lib. 17. moral. c.7. ante med.

que quod in diuersis regnit, vel in diuersis hominibus contraria merita, vel demerita inuniuntur, vt vnus alteri subdatur, aut præsit. Quid autem super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat, cognoscere non possunt, nisi Deo reuelante. Vnde necesse habent super his sapientiam Dei consulere. Sic igitur inquantum de contrarijs meritis, & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, resistere sibi inuicem dicuntur: non quia sint eorum contrariæ voluntates (cum in hoc omnes concordent, quod Dei sententia impleatur) sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio. Inquantum boni angeli de repugnantibus diuinã consulunt voluntatem resistere sibi inuicem dicuntur, non quia sint eorum contrariæ voluntates.

COMMENTARIVM.

EX doctrina huius articuli colligitur, quòd simpliciter & propriè loquendo non est discordia seu repugnantia inter bonos angelos, cęterum quòd mali angeli repugnent bonis, constat ex epistola Iudę, vbi dicitur, quòd cum Michael archangelus cum diabolo disputant altercaretur de Moysi corpore, &c. Sed tamen huiusmodi repugnantia nunquam attingit vt vincat bonorum angelorum intentionem simpliciter loquendo: quia hæc intentio simpliciter terminatur ad comparationem cum diuina potentia & voluntate: sed solum est pugna propter peruersam voluntatem diaboli. Sic est intelligendum illud Apocal. 12. Factum est prælium in cœlo, Michael & angeli eius prælientur cum dracone, quod quidem prælium fuit diuersitas voluntatum. Vide Dionysium Cartusianum super Daniel c. 10. & D. Gregorium lib. 17. moral. c. 7. Cuius sententia magis approbatur à Theologis scholasticis. Quamuis & sententia D. Hieron. non careat sua probabilitate, nam & Paulus conquerebatur. 1. ad Thessal. 2. dicens, Sæpe proposuimus venire ad vos: sed impediuit nos Satanas. Ad hunc ergo modum potest verificari quod dicitur Dan. 10. ex persona Gabr. Princeps regni Persarum restitit mihi, idest, princeps aliquis dæmonum Iudæos in Persidem ductos ad peccatum inducens dicebatur resistere Gabrieli.

QVAESTIO CXIIII.

De dæmonum impugnatione.

DEINDE considerandum est de impugnatione dæmonum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum homines impugnentur à dæmonibus.

AD PRIMVM *sic proceditur. Videtur, quòd homines non impugnentur à dæmonibus. Angeli enim deputantur ad hominum custodiam missi a Deo. Sed dæmones non mittuntur a Deo cum dæmonum intentio sit perdere animas: Dei autem saluare. Ergo dæmones non deputantur ad hominum impugnationem.* 561 De mal. q.3. art. 3. & art. 4. cor.

¶ *2 Præterea. Non est aqua conditio pugnæ, vt infirmus contra fortem, ignarus contra astutum exponatur ad bellum. Sed homines sunt infirmi & ignari, dæmones autem potentes & astuti. Non est ergo permittendum a Deo, qui est omnis iustitiæ author, vt homines a dæmonibus impugnentur.*

¶ *3 Præterea. Ad exercitium hominum sufficit impugnatio carnis & mundi. Sed Deus permittit electos suos impugnari propter eorum exercitium. Ergo non videtur necessarium, quod a dæmonibus impugnentur.*

SED contra est, quòd Apost. dicit ad Ephes 6. quod non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores

Universidad de Deusto
Biblioteca

rer tenebrarum harum: contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

RESPONDEO dicēdum, quòd circa impugnationem dæmonum quo est considerare, scilicet ipsam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur, & propter superbiam, diuina potestatis similitudinem vsurpāt, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem: sicut & angeli Deo ministrant in determinatis officijs ad hominum salutem. Sed ordo impugnationis ipsius est à Deo, qui inordinatè nouit malis vti, ad bona ea ordinādo. Sed ex parte angelorum, tam ipsa custodia quam ordo custodiæ reducitur ad Deum, sicut ad primum agentem.

AD primum ergo dicendum, quòd mali angeli impugnant homines dupliciter, Vno modo instigando ad peccatum. Et sic nō mittuntur à Deo ad impugnandum, sed aliquando permittuntur secundum Dei iusta iudicia. Aliquando autem impugnant homines puniendo. Et sic mittuntur a Deo. Sicut missus est spiritus mendax ad puniendum Achab regem Israel, vt dicitur 3. Reg. vlt. Pœna enim refertur in Deum sicut in primum agentem. Et tamen dæmones ad puniendum missi, alia intentione puniunt, quam mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio, vel inuidia, mittuntur autem a Deo propter eius iustitiam.

AD secundum dicendum, quòd ad hoc quòd non sit inæqualis pugnæ conditio, fit ex parte hominis recompensatio, principaliter quidem per auxilium diuinæ gratiæ, secūdari autem per custodiam angelorum. Vnde 4 Reg. 6. Elisæus dixit ad ministrum suum, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quā cum illis.

AD tertium dicendum, quòd infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio, qua est a carne & mundo: sed malitiæ dæmonum non sufficit quæ vtroque vtitur ad hominum impugnationem. Sed tamen ex diuina ordinatione hoc prouenit in gloriam electorum.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

CONclusio huius artic. certa est secundum fidem, vt patet ex testimonio ad Ephes. 6. adducto à D. Tho. Et præterea Genes. 3. constat, quòd diabolus impugnauit & expugnauit protoparentes. Et 1. Pet. 5. dicitur; Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quē deuoret. Et ob hanc causam D. Thom. supponens conclusionem esse de fide, explicat in articulo rationem & causam: quare dæmones impugnent homines. Circa solutionem ad secundum argumentū, vide Chrysost. homil. 1. ad populum, vbi explicat illud 2. Corint. 12. Virtus in infirmitate perficitur, ideſt, tunc mea virtus & potentia demonstratur, quando per vos qui videmini esse debiles prædicationis verbum augetur: cui consonat illud. 2. ad Corint. 4. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum tentare sit proprium diaboli.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd tentare non sit propriū diaboli. Dicitur enim Deus tentare, secundum illud Genes. 22. Tentauit Deus Abraham. Tentat etiam caro & mundus. Et etiam homo dicitur tentare Deum & hominem. Ergo non est proprium dæmonis tentare. 2.2. qu. 97. ar. 2. cor. & 2 d. 21. q. 1. art. 1. Et opusc. 7. c. 7.

¶ 2 Præterea. Tentare est ignorātis. Sed dæmones sciunt quid circa homines agatur. Ergo dæmones non tentant.

¶ 3 Præterea. Tentatio est via in peccatum. Peccatum autem in voluntate consistit. Cum ergo dæmones non possint voluntatem hominis immutare, vt per supradicta patet: * videtur quòd ad eos non pertineat tentare. Q. 111. art. 2.

SED contra est quòd dicitur. 1. ad Thes. 3. Ne fortè tentauerit vos is qui tentat. Gl. * ideſt diabolus, cuius officium est tentare. Gl. inter lineas. ibid.

RESPONDEO dicendum, quòd tentare est propriè experimētum sumere de aliquo. Experimentum autem sumitur de aliquo, vt sciatur aliquid circa ipsum, & ideo proximus finis cuiuslibet tentantis est scientia. Sed quandoque vlterius ex scientia quæritur aliquis alius finis, vel bonus, vel malus. Bonus quidem, sicut cum aliquis vult scire qualis aliquis sit, vel quantum ad scientiam, vel quantum ad virtutem, vt eum promoueat: malus autem, quando hoc scire vult, vt eum decipiat vel subuertat. Et per hunc modum potest accipi, quomodo tentare diuersis diuersimodè attribuatur. Homo enim tentare dicitur quandoque quidem vt sciat tantum. Et propter hoc tentare Deum dicitur esse peccatum, quia homo quasi incertus experiri præsumit Dei virtutem. Quandoque vero tentat vt iuuet, quandoque vero vt noceat. Diabolus aūt semper tētat, vt noceat in peccatum præcipitando, & secundū hoc dicitur proprium officium eius tentare. Nam etsi homo aliquando sic tentet, hoc agit in quantum est minister diaboli. Deus autem tentare dicitur vt sciat, eo modo loquendi, quo dicitur vt scire quod facit alios scire. Vnde dicitur Deut. 13. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum. Caro etiam & mundus dicuntur tentare instrumentaliter seu materialiter, inquantum scilicet potest cognosci qualis sit homo, ex hoc quod sequitur, vel repugnat concupiscentijs carnis; & ex hoc quod contemnit prosperа mundi & aduersa, quibus etiam diabolus vtitur ad tentandum. Et sic patet solutio ad primum.

AD secundum dicendum, quod dæmones sciunt ea quæ exterius agūtur circa homines: sed interiorem hominis conditionem solus Deus nouit, qui est spiritum ponderator: ex qua aliqui sunt magis proni ad vnum vitiū quam ad aliud. Et ideo diabolus tentat explorando interiorem conditionem hominis, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus est.

AD tertium dicendum, quod dæmon, etsi non possit immutare voluntatem, potest tamen, vt supra dictum est * aliqualiter immutare inferiores hominis vires: ex quibus etsi non cogitur, voluntas tamen inclinatur. Q. 111. art. 3. & 4

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Homo aliquando tentat vt sciat tantum. Et hoc modo tentare Deum est peccatum, quia hoc procedit ex ignorantia, & incertitudine diuinæ maiestatis & potentiæ.

¶Secunda conclusio. Aliquando tentat homo vt iuuet, sicut medicus tentat infirmum, aliquando verò vt noceat.

¶Tertia conclusio. Diabolus semper tentat vt noceat & ad peccatum inducat.

¶Quarta conclusio. Deus tentat vt scire nos faciat qd nos possimus & vt iuuet in infirmitate nostra.

¶Quinta conclusio. Caro & mundus dicuntur tentare nos materialiter & instrumentaliter, quatenus sunt occasio, & materia tentationis, & instrumenta diaboli.

COMMENTARIVM.

PRo prima conclusione facit illud quod dicitur Psal. 94. Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri.

¶Circa tertiam conclusionem nota, quòd est quasi proprium nomen diaboli quòd sit tentator, iuxta illud Matth. 4. Accedens tentator. Et 1. ad Thessal. 3. Ne fortè tentet vos, qui tentat. Cæterum potest etiam homo esse tentator ad malum: & tunc est quasi minister Satanæ.

¶Pro quarta conclusione facit illud Iacobi. 1. Nemo cum tentatur dicat quoniā à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est (hoc est non tentator) ipse autem neminem tentat. De quo testimonio vide August. lib. 2. de consensu euang. cap. 30. tomo. 4. & lib. 2. de Genesi ad literam, c. 1. tom. 3.

¶Pro quinta conclusione facit illud Iacobi. 1. Vnusquisque autem tentatur à propria concupiscentia abstractus & illectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

¶Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli.

363 1.2. qu. 80.ar.4. Et 3.q.8 art 7.ad 2.Et malo. q. 3. ar.5. *c.3.pa. 4 parũ a prin. Li.2 c.4 ad finẽ.

AD TERIVM sic proceditur. *Videtur, quòd omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. Dicit enim Dionys.* 4.cap.de diuin. nomin. quod multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi & alijs. Et Damasc. dicit, quod omnis malitia & omnis immunditia a diabolo excogitata sunt.*

¶ 2 Præterea. De quolibet peccatore dici posset, quod Dominus de Iudæis dicit Io.8. *Vos ex patre diabolo estis. Hoc autem est inquantum ipsi ex diaboli suggestione peccabant. Omne ergo peccatum est ex suggestione diaboli.*

¶ 3 Præterea. *Sicut angeli deputantur ad custodiam hominum, ita dæmones ad impugnationem. Sed omnia bona quæ facimus, ex suggestione bonorum angelorum procedunt: quia diuina ad nos mediantibus angelis perferuntur. Ergo & omnia mala quæ facimus, proueniunt ex suggestione diaboli.*

SED contra est, quod dicitur in lib. de Eccles.* dogm. *Non omnes cogitationes nostrũ malæ a diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt.*

li.de eccle.dog. c.82. hæretur in ter opera Aug. to.3. cũ tamẽ sit Gẽnadij

RESPONDEO dicendum, quòd causa alicuius potest dici aliquid dupliciter. *Vno modo directè, alio modo indirectè. Indirectè quidem, sicut cum aliquod agens causat aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter & indirectè causa illius effectus sicut si dicatur, quod ille, qui secat ligna, est causa combustionis eorum. Et hoc modo dicendum est, quod diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum: quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam promitas ad omnia peccata. Et per hunc modum intelligenda sunt uerba Damasc.* & Dionys. Directè autem dicitur esse aliquid causa alicuius, *quod operatur directè ad illud, & hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrij,*

Inducta in arg.1

& carnis corruptione. Quia, vt Orig dicit, etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum & venereorum, & huiusmodi. Circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refrenetur, & maxime supposita corruptione naturæ. Refrenare autem & ordinare huiusmodi appetitum, subiacet libero arbitrio. Sic ergo non est necessarium omnia peccata ex instinctu diaboli prouenire, si qua tamen ex instinctu eius proueniũt, ad ea complenda eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes, vt Isidorus dicit.* Et per hoc patet responsio ad primum.

Li.3. Pe riar.c.2. inter pũ cipiũ & mediũ, to.4.

Li.1. de sum. bo

AD secundum dicendum, quod si quæ peccata absque instinctu diaboli perpetrantur, per ea tamen sunt homines filij diaboli, inquantum ipsum primo peccantem imitantur.

no, c.5. in me dio.

AD tertium dicendum, quod homo potest per seipsum ruere in peccatum: sed ad meritum proficere non potest, nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediante ministerio angelorum. Et ideo ad omnia bona nostra cooperantur angeli: non tamen omnia peccata nostra procedunt ex dæmonum suggestione. Quamuis nullum genus peccati sit, quod non interdum ex dæmonum suggestione proueniat.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Omnia peccata hominum causantur à dæmone indirectè. Ratio est. Quia dæmon incitauit protoparentes ad peccatum per quod iustitia originalis amissa est.

¶Secunda conclusio. Non omnia peccata hominum causantur à dæmone directè. Ratio est, quia in homine est sufficiens causa ad peccandum, appetitus & liberum arbitrium.

COMMENTARIVM.

DVO obseruanda videntur in hoc articulo. Alterum est, quod aliquorum

rum peccatorum dæmon dicitur causa moralis, quia consulit & instigat ad malum, non autem quia efficaciter moueat voluntatem ad actionem peccati, sicut Deus mouet ad actionem virtutis. Alterum est, q̃ D. Tho. dicit in solutione ad tertium, ad omnia nostra bona angelos cooperari. Hoc enim videtur habere difficultatem. Quia multæ inspirationes fiunt in nobis immediatè à Spiritu sancto, absque angelorum ministerio. Respondetur tamen quod D. Tho. non intendit asserere illam vniuersalem, quòd ad omnes actiones nostras concurrat angelorum ministerium: sed intendit negare consequentiam argumenti, & ostendere, q̃ non est eadem ratio de cõcursu dæmonis ad omnia peccata, & de concursu angelico ad omnia bona opera. Respondetur secundo, q̃ potest considerari quidam concursus angeli vniuersalis ad omnia opera nostra etiam interiora, scilicet, moralis concursus desiderij & orationis. Desiderat enim angelus custos, & petit omnia quæ ad profectum salutis animæ conducunt. Cæterum in particulari plurimi instinctus sunt in nobis à Spiritu sancto absque angelico ministerio.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum dæmones possint vera miracula facere ad seducendum.

364 Li.18.c. 18. ante me.to.5

AD QVARTVM sic proceditur. *Videtur, quòd dæmones non possint homines seducere per aliqua miracula vera. Operatio enim dæmonum maximè vigebit in operibus Antichristi. Sed sicut Apostolus dicit 2. ad Thessalon. 2 eius aduentus ad secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus. Ergo multo magis alio tempore per dæmones non fiunt, nisi signa mendacia.*

¶ 2 Præterea. *Vera miracula per aliquam corporum immutationem fiunt. Sed dæmones non possunt immutare corpus in aliam naturam. Dicit enim Augustin. 18. de Ciuit. Dei.* Nec corpus quidem humanum nulla ratione crediderim dæmonum arte, vel potestate, in membra bestialia

A posse conuerti. *Ergo dæmones vera miracula facere non possunt.*

¶ 3 Præterea. *Argumentum efficaciam non habet quod se habet ad opposita. Si ergo miracula vera possunt fieri à dæmonibus ad falsitatem persuadendam, non erunt efficacia ad veritatem fidei confirmandã. Quod est inconueniens: cum dicatur Marci vltimo, Domino cooperante & sermonem confirmãte sequentibus signis.*

SED contra est, quòd Aug. dicit lib.83. quæstio. quòd magicis artibus fiunt miracula plerumque similia illis miraculis, quæ fiũt per seruos Dei. li.83. q. 79. to.4

RESPONDEO dicendum, q̃ sicut ex supradictis patet,* si miraculum propriè accipiatur, dæmones miracula facere non possunt, nec aliqua creatura, sed solus Deus. Quia miraculum propriè dicitur quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, sub quo ordine continetur omnis virtus creata. Dicitur tamen quandoque miraculum large, q̃ excedit humanam facultatem & considerationem. Et sic dæmones possunt facere miracula: quæ scilicet homines mirantur, inquantũ eorum facultatem & cognitionem excedũt. Nam & vnus homo inquantum facit aliquid, quod est supra facultatem & cognitionem alterius, ducit alium in admirationem sui operis, vt quodãmodo miraculum videatur operari. Sciendum est tamen, quòd quæcunque huiusmodi opera dæmonum quandoq; nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant, sunt tamẽ quandoq; vera res. Sicut magi Pharaonis per virtutẽ dæmonum veros serpentes & ranas fecerunt. Et quando ignis de cælo cecidit & familia Iob eum gregibus pecorum vno impetu consumpsit, & turbo domum deijciens, filios eius occidit, quæ fuerunt opera Satanæ, phantasmata, non facta, vt Augustin. dicit 20. de Ciuitate Dei.* Q.110. art.2. c.19.de

AD primum ergo dicendum, quòd sicut Augustin.† dicit ibidem, Antichristi opera possunt dici esse signa mendacij: vel quia mortales sensus per phantasmata decipiuntur, quæ si sint vera prodigia, ad mendacium tamen pertrahent credituros. Eo loco primè dicto.

AD secundum dicendum, quòd sicut supradictum est,* materia corporalis non obe Q.110. art.2.

dit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit angelis bonis, seu malis ad nutum, vt dæmones sua virtute possint transmutare materiam de forma in formam. Sed possunt adhibere quadam semina, quæ in elementis mũdi inueniuntur ad huiusmodi effectus complendos: vt Augustin. dicit 3. de Trinit. Et ideo dicendum est, quòd omnes transmutationes corporalium rerum quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent predicta semina, possunt fieri per operationẽ dæmonũ huiusmodi seminibus adhibitis. Sicut cum aliqua res transmutantur in serpentes, vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Illæ vero transmutationes corporalium rerum quæ non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum secundum rei veritatem perfici possunt. Sicut quod corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiscat. Et si aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri videatur, hoc non est secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum. Quod quidem potest dupliciter contingere. Vno modo ab interiori, secundum quod dæmon potest mutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliquid videatur aliter quam sit: sicut supra dictum est. * Et hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporalium. Alio modo ab exteriori. Cum enim ipse possit formare corpus ex aere cuiuscunque formæ & figuræ, vt illud assumens in eo visibiliter appareat: potest eadem ratione circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunque formam corpoream, vt in eius specie videatur. Et hoc est quod Augustin. dicit 18. de Ciuit. Dei,* quod phantasticum hominis quod etiam in cogitando siue somniando, per rerum innumerabilium genera variatur, velut incorporatum in alicuius animalis effigie sensibus appareat alienis. Quod non sic intelligendum quod ipsa vis phantastica hominis, aut species eius eadem numero incorporata alterius sensibus ostendatur: sed quia dæmon qui in phantasia vnius hominis formas aliquam speciem ipse etiam potest similem speciem alterius sensibus offerre.

AD tertium dicendum, quod sicut Aug.* dicit in lib. 83. q. cum talia faciũt magi, quasi sancti, diuerso fine & diuerso iure fiunt. Isti enim faciunt querentes gloriam suam, illi quærentes gloriam Dei. Et isti faciunt per quædam priuata commercia: illi autem publica administratione et iussu Dei, cui cũcta creata subiecta sunt.

Tl. 3. c. 8 to. 3.

Q. 111. ar. 3. & 4

Lib. 18. de ciuit. Dei c. 18 in med. tomo. 5.

9. 79. pa ria me. to. 4.

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio est. Veris miraculis non possunt dæmones homines seducere, bene tamen apparentibus miraculis possunt seducere homines.

COMMENTARIVM.

Queri potest in hoc articulo. An per miracula dæmonis arte facta possint excusari homines recedentes a Romanæ ecclesiæ authoritate, vel etiam a virtute. Ad hoc breuiter respondetur, quod vt dicitur 1. ad Corin. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentare supra id quod potestis. Vnde nunquam propter huiusmodi miracula excusabuntur discedentes à virtute vel veritate. Remedia vero aduersus huiusmodi miracula ea sunt. Primo quidem quod maiora signa facta sunt in confirmationem euangelicæ veritatis. Deinde quoniam iam Christus nos admonuit vt attenderemus à falsis prophetis. Et Marci. 13. Nos cautos esse voluit cum dixit exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendas si fieri potest etiam electos. Item D. August. lib. 8. de Ciuit. cap. 8. ponit remedium contra huiusmodi seductores qui arte dæmonum miracula faciunt, & inquit. Quod tunc maximè fugiendum est a vitijs & insistendum fidei quæ per charitatem operatur. Idque cõfirmatur ex Apost. 1. ad Timot. 1. dicente, Hæc præceptum commendo tibi filij Timotheę secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam habens fidem & bonam conscientiam, quam quidem repellẽtes circa fidem naufragauerunt.

QVÆ-

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum dæmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

565 2. d. 6. ar ti. 5.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur, quòd dæmon qui superatur ab aliquo, non propter hoc impugnatione arceatur. Christus enim efficacissimè suum tentatorem vicit. Sed tamen postea eum impugnauit, ad occisionem eius Iudæos incitando. Ergo non est verum quòd diabolus victus ab impugnatione cesset.

¶ 2 Præterea. Infligere pœnam ei qui in pugna succũbit, est incitare ad acrius impugnandum. Hoc autem non pertinet ad Dei misericordiam. Ergo dæmones superati non arcentur.

SED contra est, quod dicitur Matthæi. 4. Tunc reliquit eum diabolus, scilicet, Christum superantem.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam dicunt, quòd dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, quòd potest alios tentare, sed non eũdẽ. Et hoc probabilius dicitur si tamen intelligatur vsque ad aliquod tẽpus, Vnde & Luc. 4. dicitur, quòd consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo vsque ad tempus. Et huius ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clementiæ. Quia, vt Chrysostom.* dicit super Matth. non tandiu homines diabolus tentat, quandiu vult, sed quandiu Deus permittit. Quia & si permittat paulisper tẽtare, tamen repellit propter firmam naturã. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli. Vnde Ambros.* dicit super Luc. quòd diabolus inflare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Quod tamen aliquando diabolus redeat ad eum, quem dimisit, patet per illud quod dicitur Matth. 12. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Inopere imperfecto ho. 5. super illud va de tetro Satana, tom. 2. Ambro. in 4. ca. Luc. sũperillud verbũ, & reliqt eũ diabolus, tom. 5.

QVAESTIO CXV.

De actione corporalis creatura.

CONSEQVENTER considerandum est de actione corporalis creaturæ, & fato, quod aliquibus corporibus attribuitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum aliquod corpus sit actiuum.

566

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nullum corpus sit actiuum. Dicit enim Augustin.* quod in rebus inuenitur aliquid actiũ & nõ agens, sicut sunt corpora: aliquid agens & non actum, sicut Deus: aliquid agens & actum, sicut substantiæ spirituales.

3. cont. cap. 69.

¶ 2 Præterea. Omne agens excepto primo agente, in suo opere indiget subiecto, quod sit susceptibile suæ actionis. Sed infra substantiam corporalem non est substantia quæ sit receptibilis suę actionis: quia hæc substantia tenet vltimum gradum in entibus. Ergo substantia corporalis non est actiua.

¶ 3 Præterea. Omnis substantia corporalis concluditur quantitate. Sed quantitas impedit substantiam à motu & actione: quia comprehendit eam & mergitur in ea: sicut impeditur aer nubilosus a perceptione luminis. Et huius signum est, quod quanto magis accreuerit quantitas corporis, tanto est ponderosius & grauius ad hoc quod moueatur. Ergo nulla substantia corporalis est actiua.

¶ 4 Præterea. Omne agens habet virtutem agendi ex propinquitate ad primum actiuum. Sed a primo actiuo quod est simplicissimum, remotissima sunt corpora, quę sunt maximè composita. Ergo nullum corpus est agens.

¶ 5 Præterea. Si aliquod corpus est agẽs aut agit ad formam substantialẽ, aut ad formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam accidentalem. Sed non ad formam substantialem: quia non inuenitur in corporibus principium actionis nisi aliqua qualitas activa, quæ est accidens. Accidens autem non potest esse causa formæ substantialis: cum causa sit potior quàm effectus. Similiter etiam neque ad formam accidentalem; quia accidens non se extendit vltra suum subiectum, li.9. ca. 4. paulo post prĩ. to.3. *vt Aug. dicit 9. de Trinit.* Ergo nullum corput est actiuum.

SED contra est, quòd Dionys. 15. c. cal. hierar. * *inter cæteras proprietates corporei* *c.15 in ter prin. & med. *ignis dicit, quòd ad susceptas materias manifestat suiipsius magnitudinem, & actiuus & potens.*

RESPONDEO dicendum, quòd sensibiliter apparet aliqua corpora esse activa. Sed circa corporũ actiones tripliciter aliqui erraverũt. Fuerũt enim aliqui qui totaliter corporibus actiones subtraxerunt. Et hæc est opinio Auicebrõ in libro fontis vitæ, vbi g rationes, quæ tacta sunt probare nititur quod nullum corpus agit, sed omnes actiones quæ videntur esse corporum, sunt actiones cuiusdã virtutis spiritualis, quæ penetrat per omnia corpora: ita quòd ignis secundum eum non calefacit, sed virtus spiritualis penetrãs per ipsum. Et videtur hæc opinio deriuata esse ab opinione Plato. Nam Plato posuit omnes formas, quæ sunt in materia corporali, esse participatas & determinatas & contractas & hanc materiam, formas vero separatas esse absolutas & quasi vniuersales. Et ideo illas formas separatas dicebat esse causas formarum quæ sunt in materia. Secundũ hoc ergo quòd forma, quæ est in materia corporali, determinata est ad hanc materiam indiuiduatam per quantitatem, ponebat Auicebron quòd à quantitate prout est indiuiduationis principium, retinetur & arcetur forma corporalis, ne possit se extendere per actionem in aliam materiam; sed solum forma spiritualis & immaterialis, quæ non est coarctata per quantitatem, potest effluere per actionem in aliud. Sed ista ratio non concludit, quòd forma corporalis nõ sit agẽs, sed quòd non sit agens vniuersale. Secundum enim quod participatur aliquid, secundum hoc est necessariũ quòd participetur id quod est proprium ei. Sicut quantum participatur de lumine, tantum participatur de ratione visibilis. Agere autem, quod nihil est aliud quam facere aliquid actu, est per se propriũ actus inquantum est actus. Vnde & omne agens agit sibi simile. Sic ergo ex hoc quod aliquid est forma non determinata per materiam quantitati subiectam, habet quòd sit agens determinatum & vniuersale. Ex hoc vero quod est determinata ad hanc materiã, habet quod sit agens contractũ & particulare. Vnde si esset forma ignis separata, vt Platonici posuerunt: esset aliquo modo causa omnis ignitionis. Sed hæc forma ignis, quæ est in hac materia corporali, est causa huius ignitionis, quæ est ab hoc corpore in hoc corpus. Vnde & fit talis actio per contactum duorũ corporum. Sed tamen hæc opinio Auicebron super excedit opinionem Platonis. Nam Plato ponebat solum formas substantiales separatas, accidentia vero reducebat ad principia materialia: quæ sunt magnum & parvum, quæ ponebat esse prima contraria: sicut & alij rarum & densum. Et ideo tam Plato quam Auicenna in aliquo ipsum sequentes, ponebant quod agentia corporalia agunt secundum formas accidentales, disponendo materiam ad formam substantialẽ: sed vltima perfectio, quæ est per inductionẽ formæ substantialis, est à principio immateriali. Et hæc est secunda opinio de actione corporum. De qua supra dictum est, Q.45.ar tic.8. *cum de creatione ageretur. Tertia vero opinio fuit Democriti, qui ponebat actionem esse per effluxionem atomorum à corpore agente, & & passionem esse per receptionem eorundẽ in poris corporis patientis. Quam opinionem improbat Aristo.* * lib.1.de Gener. à text.57. vsq; ad 76.to.2. *in 1. de Gener. Sequeretur enim quod corpus non pateretur per totum, & quod quantitas corporis agentis diminueretur ex hoc quod agit: quæ sunt manifestè falsa. Dicendum est ergo, q̃ corpus agit secundum quod est in actu, in aliud corpus secundum quod est in potentia.*

AD primum ergo dicendum, quòd dictum Augustini est intelligendum de tota natura corporali simul accepta: quæ non habet aliquam inferiorem naturam infra se, in quam agat sicut natura spiritualis in corporalem, & natura increata increatam. Sed tamen vnum corpus est infra alterum, inquantum est impotentia ad id quod habet aliud in actu.

Et

Et per hoc patet solutio ad secundum. Sciẽdum est tamen quod cum Auicebron sic argumentatur, est aliquid quod est mouens nõ motum, scilicet primus factor rerum: ergo ex opposito est aliquid quod est motum & patiens tantum: quod concedendum est. Sed hoc est materia prima, quæ est potentia pura, sicut Deus est actus purus. Corpus etiam componitur ex potentia & actu. Et ideo est agens & patiens.

AD tertium dicendum, quòd quantitas nõ impedit formam corporalem omnino ab In corp. ar ic. *actione, sicut dictum est:* * *sed impedit eam ne sit agens vniuersale, inquantum forma indiuiduatur, prout est in materia quantitati subiecta. Signum tamen quod inducitur de ponderositate corporum non est ad propositum. Primo quidem, quia additio quantitatis non est causa grauitatis, vt probatur in* li.4. de cœlo & mundo. 4. *est quod ponderositas facit tardiorem motũ: imò quanto aliquid est grauius, tanto magis mouetur motu proprio. Tertio, quia actio nõ fit per motum localem, vt Democrit. posuit, sed per hoc quod aliquid reducitur de potentia in actum.*

AD quartum dicendum, quod corpus non est id quod maximè distat à Deo. Participat enim aliquid de similitudine diuini esse secundum formam quam habet. Sed id quod maximè distat à Deo, est materia prima: quæ nullo modo est agens, cum sit in potentia tantum.

AD quintum dicendum, quod corpus agit & ad formam accidentalem & ad formam substantialem. Qualitas enim activa vt calor, etsi sit accidens, agit tamen in virtute formæ substantialis, sicut eius instrumentum. Et ideo potest agere ad formam substantialem: sicut & calor naturalis inquantum est instrumentum animæ, agit ad generationem carnis. ad accidens vero agit propria virtute. Nec est contra rationem accidentis, quod excedat suum subiectum in agendo, sed quod excedat in essendo: nisi forsan quis imaginetur idem accidens numero defluere ab agente in patiens, sicut Democritus ponebat fieri actionem per defluxum atomorum.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Corpus agit secundum quòd est actu in aliud corpus secundum quod est in potentia. Rationem huius conclusionis colligit D. Thom. ex impugnatione sufficienti variarum opinionum circa actiuitatem corporum. Quæ omnia satis manifesta sunt in litera.

COMMENTARIVM.

PRo maiori intelligentia doctrinæ articuli quædam breuiter aduertẽda sunt cum Caietano. Aduertendum ergo primò, quòd nemo negat corpora aliquo modo concurrere ad agendum. Hoc enim esset negare experientiam. Sed variæ opiniones sunt circa modum, an scilicet corpora concurrant vt media per quæ transeat vis actiua spiritualis, sicut dicebat Auicebron, an vero concurrant vt dispositia, an potius vt emittentia de se atomos, an vt educentia de aliorum potentijs. Modus autem certus secundum doctrinam Aristotelicam est quem D.Thom. statuit in hoc articu. Nota secundo, quòd opinio Auicebrõ & Platonis in rei veritate negat actionem veram competere corporibus, sed solum secundum apparentiam illam corporibus attribuit. Notat tertio Caietanus circa radicem opinionis Platonicæ, quòd quamuis prima facie hæc ratio videatur continere in se duas rationes positas in 3. cont. gent. c.69. pro Auicebron, si quis tamen diligenter consideret non est ita, vt patet ex argumento 3. huius arti. quod sit ex parte quãtitatis, quæ ratio non fuit explicata vbi supra. Consistit enim quæ ratio in hoc quòd esse rei actiuæ debet esse absolutum: esse autem corporeum non est absolutum sed contractum, ergo non potest esse actiuum. Soluitur autem hæc ratio dicendo, q̃ esse fundat actiuitatem, sed non modũ agendi. Imò sicut actualitas rei est causa actionis, ita modus essendi in actu causat modum agendi. Et idcirco cum absolutum & contractum dicant modus essendi, &

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non actum ipsum, ex affirmatione absoluti sequitur modus agendi vniuersaliter, & ex affirmatione contracti, sequitur modus agendi particulariter. Vnde ex negatione absoluti non sequitur negatio actiuitatis, sed modi agẽdi vniuersaliter. Cuius signũ in litera notatur cum dicitur, quòd actio contracti est per contactum duorum corporum. Hoc enim est signum limitati modi actionis.

¶Notandum denique, quòd corpus esse actiuum secundùm suam substantiam, potest dupliciter intelligi, vno modo vt sit elicitiuum alicuius propriæ actionis. v.gr. quando ignis generat ignem eliciat generationem substantialem, sicut calor elicit alterationem proximam. Et hæc est opinio Scoti in 1 Sententiarum distinctione 37. & in 2. distinctione 9. quæstione 2. & dist. 16. quæstione 1. & in 4. distinctione 11. & aliàs sæpe. Alio modo vt corpus non sit per seipsum elicitiuum actionis, sed solum sit radix vnde qualitas corporis actiua eliciat actionem assimilatiuam sibi substantialiter. Vt si, verbi gratia, substantia ignis non eliciat generationem huius ignis geniti, sed sit præbens efficaciam calori suo vt eliciat generationem, qua effectus fiat similis substantialiter igni. Et hæc via est Peripatetica, vt patet in libro de sensu & sensato. Et hanc sequitur Diuus Thomas expresè tenens, quod creata substantia nullius actionis est proximum, & elicitiuum principium.

¶Colligamus tandem rationem conclusionis articuli sub hac forma. Vnumquodque quantum participat de aliquo, tantum etiam participat de illius proprio, ergo corpus secundum quod est actu est actiuum, probatur consequentia, quia proprium est actus agere. Vnde habetur, & quòd corpus agit & modus agendi, secundum q̃ participat de actu. Aliæ quæstiones Physicæ poterant hic tractari ex occasione doctrinæ huius articuli, sed sufficiat Theologo Philosophicæ doctrinæ radicem tangere dum Theologi officium exercet. Reliqua videnda sunt in lib. 2. Physicorum q. 4. apud Magistrum Soto & apud alios Physicorum tractatores.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum in materia corporali sint aliquæ rationes seminales.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in materia corporali non sint aliquæ rationes seminales. Ratio enim importat aliquid secundum esse spirituale. Sed in materia corporali non est aliquid spirituale. Sed materia corporaliter: secundum scilicet modum eius in quo est. Ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit 3. de Trinit. quod dæmones quædam opera faciunt adhibendo occultis motibus quædam semina quæ in elementis cognoscunt. Sed ea quæ per motum localem adhibentur, sunt corporalia non rationes. Ergo inconuenienter dicitur, quod sunt in corporali materia seminales rationes.

¶ 3 Præterea. Semen est principium actiuum. Sed in materia corporali non est aliquod principium actiuum: cum materia non competat agere: vt dictum est.* Ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶ 4 Præterea. In materia corporali dicuntur esse quædam causales rationes, quæ videntur sufficere ad rerum productionem. Sed seminales rationes sunt aliæ à causalibus: quia præter seminales rationes fiunt miracula, non autem præter causales. Ergo inconuenienter dicitur quod seminales rationes in materia corporali.

SED contra est, quod Augustinus dicit 3. de Trinit.* Omnium rerum quæ corporaliter visibiliterq; nascuntur, occulta quædam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent.

RESPONDEO dicendum, quòd denominationes consueuerunt fieri a perfectiori, vt dicitur in 2. de Anima.* In tota autem natura corporea perfectiora sunt corpora viua. Vnde & ipsum nomẽ naturæ translatũ est a rebus viuẽtibus ad omnes res naturales. Nã ipsum nomẽ naturæ, vt Philosophus dicit in 5.* Metaphy. primo impositum fuit ad significandam generationem viuẽtium, quæ natiuitas dicitur. Et quia viuentia generãtur ex principio

principio coniuncto, sicut fructus ex arbore & fœtus ex matre cui colligatur: consequenter tractus est nomen naturæ ad omne principium motus, quod est in eo quod mouetur. Manifestum est autem quod principium actiuum & passiuum generationis rerum viuentium sunt semina, ex quibus viuẽtia generantur. Et ideo conuenienter Aug.* omnes virtutes actiuas & passiuas, quæ sunt in principia generationum & motuum naturalium, seminales rationes vocat. Huiusmodi autem virtutes actiuæ & passiuæ in multiplici ordine cõsiderari possunt. Nam primo quidem, vt Aug.* dicit 6 super Gene. ad liter. sunt principaliter & originaliter in ipso verbo Dei, secundum rationes ideales. Secundo vero sunt in elementis mundi, vbi simul à principio productæ sunt, sicut in vniuersalibus causis. Tertio vero modo sunt ijs, quæ ex vniuersalibus causis secundũ successiones tẽporum producuntur. Sicut in hac planta & in hoc animali, tanquam in particularibus causis. Quarto modo sunt in seminibus, quæ ex animalibus & plantis producuntur. Quę iterum comparantur ad alios effectus particulares, sicut primordiales causæ vniuersales ad primos effectus productos.

AD primum ergo dicendum, quòd huiusmodi virtutes actiuæ & passiuæ rerum naturalium etsi non possint dici rationes secundũ quod sunt in materia corporali, possunt tamẽ dici rationes per comparationem ad suam originem: secundum quod deducuntur à rationibus idealibus.

AD secundum dicendum, quod huiusmodi virtutes actiuæ vel passiuæ sunt in aliquibus partibus corporalibus. Quę dum adhibentur per motum localem ad aliquos effectus complendos, dicuntur semina adhiberi per dæmones.

AD tertium dicendum, quod semen maris est principium actiuũ in generatione animalis: sed potest etiam dici semen id quod est ex parte fœminæ quod est principium passiuum. Et sic sub semine comprehendi possunt vires actiuę & passiuę.

AD quartum dicendum, quòd ex verbis Aug. de huiusmodi rationibus seminalibus loquentis, satis accipi potest quòd ipsæ rationes seminales sunt etiam rationes causales, sicut & semen est quædam causa. Dicit enim in 3. de Trinit.* quod sicut matres grauidę sint fœtibus, sic ipse mundus est grauidus causis natiuitatum. Sed tamen rationes ideales possunt dici causales: non autem propriè loquendo. seminales, quia semen non est principium separatum. Et præter huiusmodi rationes nouæ fiunt miracula. Similiter etiam neque præter virtutes passiuas creaturę inditas (vt ex ea fieri possit quicquid Deus mandauerit) sed præter virtutes actiuas naturales & potẽtias passiuas, quę ordinantur ad huiusmodi virtutes actiuas, dicuntur fieri miracula, dum dicitur quod fiunt præter rationes seminales.

¶Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

NOta quòd in hoc articulo non quæritur an immediatè ipsi materiæ primæ secundum se insint eiusmodi seminales rationes. Sed mens D. Tho. est, q̃ seminales rõnes sunt in materia corporali inquantum in ea sunt virtutes actiuæ ratione substantialis formæ. Et quamuis propriè loquendo semen sit solum in viuentibus, tamen sicut nomen naturæ quod à nascendo dicitur, quod est proprium viuentibus translatum est ad omnia corpora, in quibus materia & forma est natura, & ipsa dicuntur entia naturalia, ita virtus seminalis dicitur etiam virtus actiua ad generandũ sibi simile, etiam si non sit viuens. Et ita calor dicitur virtus seminalis ipsius ignis. Cęterum quomodo materiæ primę nihil sit coæternum, sed omnino in generatione & corruptione cuiuslibet substantiæ fiat resolutio vsque ad materiam primam, disputatur ad longum in lib. 1. Physicor. q. 7. apud Magistrum Soto.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum corpora cęlestia sint causa eorum, quæ hic in inferioribus fiunt.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora cælestia non sint causa eorum quę hic in inferioribus corporibus fiunt.

Dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

*li. 2.c. 7. circa med. *Dicit enim Dama.* Nos autē dicimus quoniam ipsa, scilicet corpora cęlestia, non sunt causa alicuius eorum quæ fiunt, neque corruptionis eorum quę corrumpuntur: signa autem sunt magis imbrium, & aeris transmutationis.

¶ 2 *Præterea. Ad faciendū aliquid sufficit agens & materia, sed in istis inferioribus inuenitur materia patiens, & inueniuntur etiā contraria agentia, scilicet calidū, & frigidū, & huiusmodi. Ergo non est necessariū ad causandum ea, quę hic inferius fiunt, causalitatem cęlestibus corporibus attribuere.*

¶ 3 *Præterea. Agens agit sibi simile. Sed videmus q̄ omnia quę fiunt hic iferius, fiunt per hoc quòd calefiunt & frigidantur, humectantur, & desiccantur, & alijs huiusmodi qualitatibus alterantur. Quę non inueniuntur in corporibus cęlestibus. Ergo corpora cęlestia non sunt causa eorum, quæ hic fiunt.*

lib. 5. de ciu. Dei c. 6. circa fi. to. 5. ¶ 4 *Præterea. Sicut Aug. dicit* 5. de Ciuitate Dei, Nihil est magis corporeū quàm corporis sexus. Sed corporis sexus non causatur ex corporibus cęlestibus. Cuius signum esse videtur, quòd duorum geminorum sub vna constellatione natorum vnus est masculus & alter fœmina. Ergo corpora cęlestia nō sunt causa rerum corporalium, quæ hic fiunt.*

Li. 3. ca. 4. circa prin. to. 3. c. 4. par. 1. aliquā tulum ante med. *SED contra est, quod Aug. dicit* 3. de Trini. q̄ corpora crassiora & inferiora, per subtiliora & potentiora quodā ordine regun tur. Et Diony. dicit* 4 cap. de diui. nomin. quòd lumen solis ad generationem sensibiliū corporum confert, & ad vitā ipsam mouet, & nutrit, & auget, & perficit.

RESPONDEO dicendum, q̄ cùm omnis multitudo ab vnitate procedat, quod autē immobile est, vno modo se habet, quod verò mouetur, multiformiter considerandū est in tota natura, quòd omnis motus ab immobili procedit. Et ideo quanto aliqua magis sunt immobilia, tanto sunt magis causa eorum, quæ sunt magis mobilia. Corpora autem cęlestia sunt inter alia corpora magis immobilia. Non enim mouentur nisi motu locali. Et ideo motus horum inferiorum corporum, qui sunt varij & multiformes, reducuntur in motum corporis cęlestis, sicut in causam.

AD primum ergo dicendum, quòd dictū Damascę. intelligendum est, quòd corpora cęlestia non sunt primo causa generationis & corruptionis eorum quę hic fiunt: sicut dicebant illi qui ponebant corpora cęlestia esse deos.

AD secundum dicendum, quòd principia actiua in istis inferioribus corporibus nō inueniuntur nisi qualitates actiuę elementorum, quæ sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi: & si sic esset, quòd formæ substantiales inferiorum corporum non diuersificarentur nisi secundùm huiusmodi accidentia, quorum principia rarum & densum antiqui naturales posuerunt: non oporteret super hæc inferiora corpora aliquod principiū actiuum ponere, sed ipsa sufficerent ad agendum. Sed rectè considerantibus apparet quòd huiusmodi accidentia se habent sicut materiales dispositiones ad formas substantiales mixtorum corporum. Materia autem non sufficit ad agendum. Et ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliquod principium actiuum. Vnde Platonici posuerunt species separatas, secundùm quarum participationem inferiora corpora substantiales formas consequuntur. Sed hoc non videtur sufficere. Quia species separata semper eodem modo se haberent, cùm ponantur immobiles. Et sic sequeretur quòd non esset aliqua variatio circa generationem & corruptionem inferiorum corporum. Quod patet esse falsum. Vnde secundùm Philosophum in 2. de Gener. necesse est ponere ali quod principium actiuum mobile, quod per suam præsentiam & absentiam causat varietatem circa generationem & corruptionem inferiorum corporum. Et huiusmodi sunt corpora cęlestia. Et ideo quicquid in istis inferioribus generat & mouet ad speciem, est sicut instrumentum cęlestis corporis. Secundùm quod dicitur in* 2. *Physic. quòd homo generat hominem, & sol.*

li. 2. ter. 56. & seq. tomo. 3.

Lib. 2. Physic. tex. 26. to. 2.

AD tertium dicendum, quòd corpora cęlestia inferioribus corporibus non sunt similia similitudine speciei, sed inquantum sua vniuersali virtute continent in se quicquid in inferioribus generatur. Secundùm quem modum dicimus etiam omnia esse Deo similia.

AD

AD quartum dicendum, quod actiones corporum cęlestium diuersimodè recipiuntur in inferioribus corporibus, secundum diuersam materiæ dispositionem. Contingit autem quandoque quod materia conceptus humani non est dispositа totaliter ad masculinum sexum. Vnde partim formatur in masculum, partim in fœminam. Vnde &

Li. 5. de ciu. Dei c. 6. *hoc introducitur ab Aug.* ad repellendum, scilicet illuminationem, quæ fit per astra. Quia effectus astrorum variantur etiam in rebus corporeis, secundùm diuersam materię dispositionem.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est affirmatiua. Cuius ratio non modicam habet difficultatem simul cum discursu articuli.

COMMENTARIVM.

CAietanus ingeniosè satis tangit & solvit difficultates, quæ in hoc articulo se se offerunt. Quapropter visum est operæpretium hoc in loco eius commentarium de verbo ad verbū inferere. Nec enim omnibus Theologis suppetent huiusmodi cōmentaria. Habet igitur Caietanus in hunc modum.

¶ In responsione ad secundum occurrunt tres dubitationes. Prima est circa progressum responsionis. Videtur enim diuertere à proposito, nam primo proponitur conditionalis de propositione qualitatum actiuarum ad formas substantiales, & deinde transitur ad gradus causandi earundem, nec vnquam redditur ad destructionem illius conditionalis, cuius tamen destructio in hac responsione sustinetur. Secunda est circa rationem assignatam in litera: quare necesse est præter corpora inferiora ponere corpus cęleste esse actiuum effectuum inferiorum. Ratio enim est ista. Actiones sicut & qualitates elementares se habent sicut materiales dispositiones ad formas substantiales, ergo oportet ponere altius actiuum. Probatur consequentia. Quia materia non sufficit ad agendum, & deinde ostenditur q̄ tale agens oportet esse immobile, ac per hoc concluditur esse cælum. Hæc autē ratio non concludit intentum, quoniā cum in antecedente dicitur, q̄ hęc accidentia se habent vt materiales dispositiones potest dupliciter intelligi primo de istis accidēntibus virtute propria. Secundo de eis vt agunt in virtute substantiarum naturalium inferiorū, quarū sunt. Si.n. intelligitur secundo modo falsum est antecedens: quoniam calor, ut uis ignis introducit actiuè formam ignis apud Sanctum Thomā, quanuis ut calor disponat tantū pro illa. Si autem intelligitur primo modo uerum est antecedens: quia accidēs uirtute propria non potest agere substantiam, sed disponere uñ. Sed tunc concesso toto processu negabitur vltima consequētia, s. ergo illud aliud agens mobile est corpus cęleste. Dicam.n. q̄ illud est substātia illius corporis, cuius qualitas agit disponēdo, v.g. substantia ignis, cū generatur ignis ab igne, & substantia hominis cum generatur homo ab homine, & sic de aliis. In hoc.n. consistit difficultas secundi argumēti, quod ex sufficientia inferiorum agentiū tam ad accidētia quàm ad substantias, p̄cedit contra necessitatē recurrendi ad corpus cęleste. ¶ Tertia dubitatio est circa corolarium in calce responsionis positum, s. q̄ omne generans inferius mouet ad speciem, ut instrumentum cælestis corporis. Aut.n. hic sumitur species ut distinguitur contra individuum, & tunc restat ostendere, vnde hoc efficaciter inferatur: ex dictis .n. nihil apparet ad propositum tale: aut distinguitur contra dispositionem, & tūc est falsum, quia cum ignis generat ignē non concurrit substātia ignis generantis ut instrumentum, sed vt agens principale: cuius signum euidens est, quia assimilat sibi effectum. Hæc enim est differentia instrumenti principali agente, quòd illud vt sic facit simile alteri, hoc sibi. ¶ Ad has dubitationes alio ordine respondendum est, primo nanque ad secundam, ex cuius responsione aliæ pendent: deinde ad primam & tertiam dicetur. Sciendum est ergo, quòd duplex est principiorum actiuorum ordo, quædam enim sunt principia actiua formaliter, quædam virtualiter. Actiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

formaliter voco quæ sunt principia elicitiua actionum, qualia sunt, calidum & frigidum, &c. Actiua autem virtualiter dico illa quę nō eliciunt actiones, sed sunt quorum virtutes actiones eliciuntur, qualia sunt omnia corpora secundum substātias. Dictum est enim superius, quòd substantia creata nullius actionis est elicitiuum principium, & quòd tantum est id cuius virtute qualitates & potentiæ actiuę agūt. Hoc autem duplex genus principij actiui in corporibus sic se habet, quòd formale B sequitur virtuale. Et sic virtuale est prius formali secundùm rem, sed secundum nomen est totum oppositū: quoniā actiuum formale adeo sibi nomen actiuitatis vendicauit vt communiter dicatur, vt etiam in hac litera dicitur, quòd nullum inuenitur in istis inferioribus act uum principium, nisi qualitas elementaris, &c. Hoc igitur supposito ad secundum dubium dico duo. Primum stando infra ordinem actiuorum formaliter optimè videtur sequi. Omnia C actiua formaliter in istis inferioribus se habent vt materiam disponentia, ergo necesse est ponere aliquod in superioribus actiuum formale, quòd se habeat vt perficiēs: & cum tale oporteat esse mobile, sequitur, ergo est corpus cæleste. Nec potest contra hoc instari, quòd tale est substantia corporis huius, quia illa non est in ordine actiuorum formaliter. Secūdum est, quòd vniuersaliter loquendo de vtroque ordine actiuorum processus litera etiam va- D let, quod tali ordine manifestatur. Omnia hæc actiua formaliter sunt vt materiam disponentia, ergo præter hæc oportet esse aliud actiuum formale, se habens vt informans. Tunc vltra, sicut superius, principium actiuum formale se habet ad inferius principium actiuum formale, ita superius virtuale ad inferius virtuale. Substantiæ namque rerum ex earum accidentibus innotescunt, vt in primo de anima dicitur, sed præter inferius formale oportet ponere superius formale, ergo præter E inferius virtuale oportet ponere superius virtuale: & sequitur amplius, quòd quemadmodum inferius formale est vt materiale respectu superioris formalis, ita inferius virtuale respectu superioris virtualis.

A Et sic patet, quòd siue literam interpretemur de actiuis formaliter quòd consequētia est bona iuxta primum dictum, siue vniuersaliter & indistinctè interpretemur de actiuis, consequentia quoque est bona ex eadem radice, quia scilicet formaliter actiua sunt tantum disponentia. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quòd antecedens intelligitur de accidētibus istis vt sunt actiua virtute propria. Et cum dicitur, quòd tunc fiet recursus ad substantiam corporis, cuius est illud accidens, iā patet responsio, quòd variatur ordo actiuorum. Oportet enim habere recursum ad altius actiuū formale vt omnis ordo actiuorum completus sit. Et sic fit reductio ad corpus cæleste, quod manifeste actionem elicit, non per qualitatem materialiter se habentem ad naturas corporum inferiorum, sed per altiores proprietates, qualis est lux & influxus &c. ¶ Ad primam vero dubitationem dicitur dupliciter. Primo, quòd nullum inconueniens fuit digressionem talem facere, aut relinquere destructionem illius conditionalis: quoniam per se notum est, multam esse varietatem formarum inferiorum excedentem efficacia qualitatum elementarium, vt patet ex operibus. Quod enim magnes trahat ferrum ex nulla elementi virtute prouenit. & consequenter nec eius forma, quæ illius operis est principium, &c. Secundo quòd illa conditionalis fuit destructa in litera, non formaliter breuitatis causa, sed implicitè & virtualiter. Affirmando enim, actiua inferiora se habere, vt materialia respectu substantiarum, satis ostendit infirmitatem horum actiuorum respectu varietatis omnium formarum substantialium horum inferiorum. Si enim potentia sunt ad formas ipsas, oportet quòd sint potentia ad diuersitatem earum, cū diuersitas formalis naturas formarum consequatur, & ab eodem habeat res esse, vnitatem & diuersitatem ab alio. Constat autem series litere huic expositioni, quoniam cum aduersatiua coniunctione transiuit ad ostēdendam impotentiam horum ex genere causandi accidentium eorundem. ¶ Ad tertiam dubitationem dicitur, quòd vtroq; modo verificari potest corolarium illud. Et primo qui-

quidem modo sequitur ex dictis, cointelle A cta alia propositione tritissima, & ideo nō explicata, scilicet, quod eçlū sit agens vniuersale. Ex his namque bene sequitur, ergo quecunq; inferiora agunt ad speciē, agunt vt instrumenta cælorum: quia vt superius dictum probatumq; est, illa sola agūt per se & directè naturam, quæ causant eam in quocunque inuenitur secundum eandem rationem: hæc autem impossibile est esse vniuoca vt sunt ista. Et ideo hæc inquantum agunt ad speciem generando indui- B duum, agunt in virtute illorum, quorum per se est agere ad speciem. Secundo autem modo intellectum, verum est accipiendo instrumentum, non strictè, vt arguendo acceptum est: sed largè, vt omne mouens motum vt sic, dicitur instrumentum. Hoc etenim modo corpora inferiora sunt instrumenta superiorum: quia non agunt, nisi mota ab illis. Et similiter accipiendo instrumentum, vt actimum cōditionis materialis, est instrumentum actiui conditio- C nis formalis. Cum enim omne agens agat sibi simile quantum potest, & quanto agēs sit superius, tanto sit formalius, consequēs est, quòd conditio causata in effectu à superiori agente, est vt formalis, respectu conditionis causatæ ab inferiori. Merito autem hac ratione inferius vocatur instrumentum superioris, quia instrumenti est materiam præparare: principalis vero agēntis informare, & vtroque modo sol & homo generant hominem. Nec sequitur, D quod non assimiletur homini generanti, quia non ita strictè sumitur instrumentū, unde in litera non dicitur absolutè instrumentum, sed sicut instrumentum. Hactenus à Caietano satis acutè atq; eruditè dictum est. Sed adijciamus aliqua exempla, quibus cōstet, ꝙ in multis generationibus rerum inferiorum uerè & propriè se habeant ut instrumenta inferiora corpora respectu superiorum quæ se habent ut causa, quanuis non uniuoca. Dum enim gene- E rantur lapides pretiosi & aurum & argentum non potest harum rerum generatio referri ad aliquam causam uniuocam eiusdem speciei quæ inueniatur in istis inferioribus. Habēt enim huiusmodi corpora mirabiles proprietates excedentes omnem proportionem elementorum, & ipsorum qualitatum. Quaproptea ad uirtutem cælestem hmōi effectus reducendi sunt. Cui maximè attestatur incorruptibilitas quædam & lux quæ in auro & margaritis inuenitur. Mitto generationem uiuentium, quæ generantur non ex concursu alicuius uiuentis inferioris. Hæc.n. etiam cælorum & astrorum uirtutem excedit, nisi cōsiderentur ut mota à uiuente intelligentia sibi unita. Quanuis enim hæc unio non sit quasi formę actuantis materiam & cōponentis unum per se, est tamen uirtuosa unio & artificiosa, & connaturalis superioribus corporibus ut mediantibus illis quasi instrumentis possit uirtute angelica fieri uiuentium quorundam generatio absq; concursu alterius uiuentis. Imo uero respectu generationis omnium uiuentium cælestia corpora si secundùm se præcisè considerentur non habent rationē causæ principalis, sed solum instrumentalis, ut docet D.Tho. Quapropter cum dicitur 2. Physi. text. 26. quòd sol & homo generant hominem, nomine solis intelligitur etiam intelligentia assistens cęlesti corpori.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm corpora cælestia sint causa humanorum actuum.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, quòd corpora cælestia sint causa humanorū actuū. Corpora.n. cælestia cum mouentur à spiritualibus substantijs (sicut suprà dictum est ^) agunt in virtute earum quasi instrumenta. Sed illæ substantiæ spirituales sunt superiores animabus nostris. Ergo videtur quòd possint imprimere in animas nostras. Et sic causare actus humanos. 569 2.2. qu. 95. ar. 5 cont. Et malo. q.16. ar. 7. ad 16. & q.12. artic. 5. cor. Et 6. me.le ctio. 3. cor. 5. & 6. *Q.110. art. 5. & art. 1. ad 2.

¶ 2 Præterea. Omne multiforme reducitur in aliquod uniforme principium. Sed actus humani sunt vary & multiformes. Ergo videtur ꝙ reducantur in uniformes motus cælestiū corporū, sicut in sua principia.

¶ 3 Præterea. Astrologi frequenter uera annuntiant de euentibus bellorū & alijs humanis actibus, quorum principia sunt intellectus & uoluntas. Quod facere non pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent nisi cælestia corpora essent humanorum actuum causa. Suus ergo corpora cælestia humanorum actuum causa.

Li.2.or-th. fi. c. 7. SED contra est, quòd Damas.* dicit, q corpora cælestia humanorum actuum nequaquam sunt causa.

RESPONDEO dicendum, quod corpora cælestia in corpora quidem imprimũt Ar. per. directè & per se, sicut iam dictum est,* in vires autem animæ quæ sunt actus organorum corporeorum, non directè quidem, sed per accidens. Quia necesse est huiusmodi actus harum potentiarum impediri secundùm impedimenta organorum. Sicut oculus turbatus non bene videt. Vnde si intellectus & voluntas essent vires corporeis organis alligatæ (sicut posuerunt aliqui dicentes quod intellectus non differt à sensu) ex necessitate sequeretur, quod corpora cælestia essent causa electionum & actuum humanorum. Et ex hoc sequeretur, quod homo naturali instinctu ageretur ad suas actiones sicut cætera animalia, in quibus non sunt nisi vires animæ corporeis organis alligatæ. Nam illud quod fit in istis inferioribus, ex impressione corporum cælestium naturaliter agitur. Et ita sequeretur quòd homo non esset liberi arbitrij, sed haberet actiones determinatas, sicut & cæteræ res naturales. Quæ manifestè sunt falsa, & conuersationi humanæ contraria.

Sciendum est tamen, quod indirectè & per accidens impressiones corporum cælestiũ ad intellectum & voluntatem pertinere possunt, inquantum scilicet tam intellectus quã voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt, quæ organis corporeis alligantur. Sed circa hoc diuersimode se habent intellectus & voluntas. Nam intellectus ex necessitate accipit ab inferioribus viribus apprehensiuis. Vnde turbata vi imaginatiua, vel cogitatiua, memoratiua, vel ex necessitate turbatur actio intellectus. Sed voluntas nõ ex necessitate sequitur inclinationem appetitus inferioris. Licet enim passiones, quæ sunt in irascibili & concupiscibili, habeant quandam vim ad inclinãdam voluntatem, tamen in potestate voluntatis remanet sequi passiones, vel eas refutare. Et ideo impressio cælestium corporum, secundùm quam immutari possunt inferiores vires, minus pertingit ad voluntatem, quæ est proxima causa humanorum actuum, quàm ad intellectum. Ponere igitur cælestia corpora esse causam humanorum actuum est proprium illorum, qui dicunt intellectum non differre à sensu. Vnde quidam eorum dicebant, q talis est voluntas in hominibus, qualem indidit pater virorum deorumq; Iuppiter. Quia ergo constat intellectum, & voluntatem nõ esse actus organorum corporeorum, impossibile est quod corpora cælestia sint causa humanorum actuum.

AD primum ergo dicendum, quod spirituales substãtiæ, quæ cælestia corpora mouẽt in corporalia quidem agunt mediantibus cælestibus corporibus: sed in intellectum humanum agunt immediatè, illuminando. Voluntatem autem immutare non possunt, vt suprà habitum est.* Q.111. ar.2.

AD secundum dicẽdum, quod sicut multiformitas corporalium motuum reducitur sicut in causam, in uniformitatem motuum cælestium: ita multiformitas actuum, qui sunt ab intellectu & voluntate, reducitur in principium uniforme, quod est intellectus et voluntas diuina.

AD tertium dicendum, quod plures hominum sequuntur passiones quæ sunt motus sensitiui appetitus: ad quas cooperari possunt corpora cælestia: pauci autem sunt sapientes qui huiusmodi passionibus resistant. Et ideo astrologi, vt in pluribus vera possunt prædicere: & maximè in communi non autem in speciali. Quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Vnde & ipsi astrologi dicũt quod sapiens homo dominatur astris inquãtum s. dominatur suis passionibus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Directè aut per se impossibile est quòd corpora cælestia sint causa humanorũ actuũ. Ratio est, quia corpora cælestia non possunt directè & per se agere nisi in corpus.

¶ Secunda conclusio. Indirectè & per accidens impressiones cœlestium corporum ad intellectum & voluntatem pertinent. Ratio est, quia intellectus & voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt quæ organis corporeis alligantur.

¶ Tertia conclusio. Differenter se habent quãtum ad hoc intellectus quidem ex necessitate accipit ab inferioribus potentiis sensitiuis, & ideo illis turbatis turbatur actio intellectus: at voluntas non ex necessitate sequitur passionem appetitus inferioris.

COMMENTARIVM.

DVo intendo in hoc articulo explicare. Alterum est, q attinet ad intelligentiam literæ, alterum ad substantiam principalis conclusionis, quę simpliciter loquẽdo negatiua est. De sensu literæ articuli habemus Caietanum hoc in loco optimè explicantẽ difficultates literales. Ante omnia quidem, ait, q humani actus dicũtur, qui sunt proprij homini in eo quòd homo, in quibus differt à brutis: & ij sunt actus intellectus & voluntatis, tam eliciti quã imperati, vt sic. Dicit autem vt sic, quia motus brachij ad occidendum hominem secundum substantiam suã effectus est corporum cælestium: sed vt est actus imperatus est ab imperio rationis D. etiam Tho. in q. 5. de verita. artic. 10. eadem quæstionem mouens dicit, quòd illi dicuntur prope actus humani, quorum ipse homo est dominus. Veruntamen si quis attentè consideret discursum huius articuli, inueniet quòd conclusio Diui Thomæ negatiua ẽt se extendat ad omnem actum intellectus & voluntatis, siue sit liber siue nõ sit liber. Ratio enim conclusionis procedit ex spiritualitate intellectus & voluntatis propter quam corpora cælestia non possunt imprimere in intellectum & voluntatẽ. Etenim si ratione libertatis humanorum actuum colligeretur quòd ipsi actus humani non possint habere causam extra se; sequeretur, quòd nec Deus possit esse causa humanorum actuum. Habemus igitur, q quamuis conclusio formaliter constituatur de actibus humanis & liberis, tamen ratio conclusionis concludit vniuersaliter de omni actu intellectus & volũtatis. Deinceps aduertit Caietanus duo. Primum est, quòd in hac litera insinuatur talis distinctio, corpora cęlestia agere aliquid contingit dupliciter, scilicet causaliter & occasionaliter. Et vterque modus subdiuiditur. Nam causalitatem habere super aliud, contingit dupliciter, scilicet, directè & per se, & sic habet causalitatem super corpora: & indirectè seu per accidens, idest, per aliud: & sic habet causalitatem super vires animæ alligatas corporeis organis: in eas enim agit per aliud, idest, per corpus, quod est eatum organum. Quod probatur ex eo quia impediunt secundum impedimenta organorum, vt patet in visu. Occasionaliter quoque mouere aliquid, dupliciter contingit, vno modo necessitando, & sic pertingit vsque ad intellectum: alio modo inclinando tantum, & sic pertingit ad voluntatem: vt in literæ secundæ parte patet. Quod per anticipationem dicendum dixi, ne introducentes secundum partem, æquiuocatio illorum terminorũ, scilicet, indirectè & per accidẽs deciperet. Intendit enim litera occasionalitatem, nõ causalitatem. Vnde non dicit quod indirectè & per accidens causant aut imprimũt, vt in prima parte dixerat, sed pertingunt, seu pertingere possunt, intelligens ex hoc non de causalitate, quæ impressio quædã est, sed de occasione, quæ proportionem sonat absque impressione, se loqui.

¶ Secundo aduerte, quòd vires animæ affixæ organis, & aliæ formæ naturales sunt deprædere in materia corporali: anima vero eleuatur supra totum ordinem corporum, vt pote excedens naturam quę est principium formale cuiusque corporei actiui, vt sic. Cuius signum est, quod natura non nisi ad vnum mouet: anima autem, etiam vegetatiua mouet ad omnes differentias, vt patet in augmento plantarum. Et propter hanc differentiam corpora cęlestia inquantum sunt corporalia agentia (de eis enim nunc hic est sermo) dicuntur agere directè, & p se in corpora. composita ex materia & forma, quæ non excedit

excedit naturæ rationem. In vires autē organicas animę dicuntur agere per accidēs, ideſt per corpus, quia ſ. ſunt altioris ordinis quàm formæ corporeæ. Patet itaque ꝙ duo dicuntur à S.Thom. Primo ꝙ cœlum pertingit ad intellectum & voluntatē indirectè & per accidens, ideſt, per modum occaſionis, proponēdo obiectum vtrique. Secundo quòd differenter hoc fit reſpectu intellectus & voluntatis, quia ille neceſſario ſequitur ſenſus.

CIrca hanc partem occurrit dubium, quomodo ſaluatur hęc differentia inter intellectum & voluntatem. Aut.n. intelligitur quo ad exercitiū actus, aut quo ad ſpecificationem eiuſdem. Si primo modo falſum eſt, quòd intellectus neceſſitetur à ſenſu cum liber ſit vſus intellectus. Si ſecundo modo nulla eſt inter intellectū & voluntatem differentia, cum vtriuſque obiectum ſit vnum & idem cognitum ex ſenſibilibus. ¶Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ aſſignata differentia intelligitur quantum ad rectitudinem actus: rectitudo enim actus intellectus eſt naturalis. Non enim rectè intelligimus, quia volumus, ſed qa agētia ad intellectionem ſunt bene diſpoſita ſecundum naturam, phantaſmata ſcilicet, & intellectus agens, &c. rectitudo autem voluntatis eſt libera. Ideo enim rectè volumus, quia volumus ſic, puta, iuſtè tēperare, &c. Et propterea actus intellectus neceſſario ſequitur diſpoſitionem ſenſuū, vtpote variantium obiectum ſuum, ad quod habet naturalem, non liberam habitudinem: actus vero voluntatis non neceſſario ſequitur diſpoſitionem partis ſenſitiuæ, vtpote liberæ. Ad obiectionem autem dicetur, quòd intelligitur quo ad ſpecificationem actus, ſed non ad omnia ſe tenentia ex parte ſpecificationis, ſed quo ad aliquid, ſcilicet, rectitudinem actus: rectitudo nanque propria actus, ad ſpecificationem ſpectat actus. Quòd autem hæc ſit mens litęrę patet ex eo quod turbationem actus intellectus ex turbatione ſenſus pro probatione affert. Conſtat enim turbationem ad obliquitatē actus pertinere. Habetur itaque concluſio reſpōſiua quæſito negatiua. Corpora celeſtia non ſunt humanorum actuum cauſa. Probatur complendo antedicta ſic, ſi corpora cæleſtia eſſent humanorum actuum cauſa: intellectus non differret à ſenſu, ſed conſtat intellectum & voluntatem non eſſe actus corporum, ergo conſequentia infertur ex dictis. Et confirmatur ex autoritate Heſiodi ſeu Homeri tenentis oppoſitum, vt patet 3. de Anima. Hactenus ex Caietano.

DVbium eſt in hoc articulo, quod in hunc locum reiecimus à quæſtio. 86. art. 4. Vtrùm Aſtrologi poſſint ex motibus & concurſibus aſtrorum futura prædicere, maximè illa quæ ſubiacent humanis actibus & libero hominis arbitrio?

¶Pro cuius dubij explicatione notandū eſt primo, quòd res naturales eſſe ſigna naturalia aliorum poteſt ex triplici capite, prouenire. Primo quidē, ex eo quòd ſunt cauſę naturales aliorum. Quemadmodum D. Tho. docet in Commentariis ſuper Iob cap. 37. quòd flatus ventorum meridionalium naturaliter ſignificant futuram pluuiam, quoniam ſunt cauſa illius. Secundo propterea ꝙ ſunt effectus naturales aliarum rerum, vt naturale eſt cuicunq; effectui repræſentare ſuam cauſam. Quo pacto pluuia repræſentat abundantes vapores & exhalationes aſcendiſſe de terra ad mediam regionem aeris. Tertio contingit ſicut notauit D. Tho. in 2.2. quæſt. 95. arti. 5. tanquam effectus communis procedens ab aliqua cauſa, repræſentat alterum effectum qui procedit ab eadem cauſa, quanuis ipſum ſignum neq; ſit effectus, neque cauſa illius quod repreſentat. Quemadmodum garritus auium, aut fluxus humoris in his qui laborant podagra, ſignificat futuram pluuiam, nō ideo quia ſunt effectus aut cauſa pluuiæ, ſed quoniā ſunt effectus eiuſdem cauſæ à qua naturaliter procedit pluuia. Vnde quandocunque nō interceſſe tit aliqua habitudo iſtarū, non pōt res vna naturaliter alteram ſignificare. Sed repræſentabit eam, aut ad placitū, aut ex pacto dęmonum, ſaltim implicitè. Ratio eſt, qm̄ omne ſignum naturale ſupponit aliquam habitudinē inter ſignatū, & in illa fundatur, ergo vbi nulla fuerit naturalis habitudo, nulla etiam erit naturalis ſignificatio. Secundo notandam, quòd res futuræ prima diuiſione diſtinguuntur in neceſſarias &

& voluntarias. Rurſus, iuxta multiplex genus neceſſitatis, multiplex quoque futurū neceſſarium inuenitur. Eſt.n. quoddam futurum neceſſarium, quod à ſola neceſſitate motus cæleſtis pendet, vt eclypſis lunę aut ſolis futura. Et hoc eſt ſimpliciter neceſſarium ſicut & ipſius cauſa. Eſt & aliud futurum neceſſarium, vel naturale prouenies ex mixtione & variatione elementorum, vt quòd in hyeme futuræ ſint pluuiæ. Rurſus futura voluntaria diuiduntur in omnino libera & voluntaria, quæ ſcilicet à nulla neceſſitate intrinſeca pendent, vt quod Petrus ſit mariam vxorem acceptурus, cum nec verba, nec amor, nec parē tum pactio præceſſerit. Alia vero ſunt futura voluntaria quæ aliqualem inducunt neceſſitatem, vt quod Petrus qui propter homicidium in carcere detinetur in ciuitate, in qua iuſtitiæ rigor viget, ſit vita priuandus. Prioris generis futura quædā ſunt vniuerſalia, vt quòd ſint futura bella. Alia particularia, vt quod Hiſpani pugnabunt aduerſus Gallos, aut quod Petrus ducet vxorem Mariam. Rurſus eadem futura voluntaria diuiduntur alia diuiſione in volūtaria & libera ratione propriæ voluntatis, quæ ſcilicet à ſola propria voluntate pendent, vt quod eras ſim lecturus, vel locuturus Petro. Alia ſunt voluntaria voluntate alterius, vt quòd à Petro ſim equum acceptурus. Præterea voluntaria illa omnino libera, alia ſunt quæ à ſola voluntate diuina pendent, vt incarnatio, reſurrectio Chriſti antequam fierent. Alia ſunt voluntaria voluntate humana cum ſolo auxilio Dei generali, vt locutio futura Petri. Rurſus voluntaria volūtate diuina, alia ſunt à diuina voluntate abſoluta à legibus, quæ aliàs vocatur volūtas beneplaciti, vt Antichriſtus futurus, quædam vero à voluntate ordinaria, ideſt, quæ legibus quibuſdam in agendo conſtringitur vt iuſtificatio impij, beatificatio iuſti, &c. Quæ licet ſint diuinæ voluntatis actiones, noſtræ tamen voluntatis iuxta leges ſemel poſitas concurſum requirunt.

¶De his ergo omnibus quatenus per naturam aut naturæ vires poſſint apprehendi ſigillatim eſt dicendum, ſit ergo prima concluſio. Certiſſimum eſt futura neceſſaria, quæ à ſolo motu cęlorum pendent, ſimiliter quæ habent neceſſariam connexionem effectus ad cauſam, vel etiam quę habent inter ſe neceſſariam connexionem vt effectus eiuſdem cauſæ antequam oriantur, poſſe prenoſci, vel communi vſu vitę, vel Aſtronomiæ, theoricę preceptis. Hæc concluſio eſt clariſſima. Nihilominus probatur primo, quia de huiuſmodi effectib. eſt ſcientia naturalis, ergo poſſunt per certitudinem cognoſci. Et cōfirmatur primo. Inter cauſam illius effectus & ipſum effectum, eſt habitudo naturalis indefectibilis naturaliter. Similiter inter duos effectus diſtinctos neceſſarios tamen eiuſdem cauſæ, ergo qui cognoſcit vnum, & habitudinem quæ eſt inter illa, neceſſario debet cognoſcere etiam alterum. Confirmatur ſecūdo. Qui cognoſcit certitudine naturali illum eſſe hominem, cognoſcit habere riſibilitatem, propterea quòd riſibilitas naturaliter fluit ab homine tanquam effectus à cauſa, ergo eodem modo qui cognoſcit cauſam horum effectuum, cognoſcet effectus. Probatur conſequentia ex paritate rationis. Hanc concluſionem docet Diuus Thomas in hoc articulo, quod concluſione quinta. Sed animaduertēdum eſt quòd idcirco diximus iſtos effectus cognoſci per certitudinem naturalem, quoniam aliquādo contingere poteſt vt impediantur ex diuina potentia, cui omnes effectus obediūt ad nutum, & ex cōſequenti poſſet eſſe deceptio in illo iudicio, v.gra. quando Ioſue 10. Sol ſteit in medio cæli, aut quando tēpore Ezechiæ ſol retroceſſit decem lineis, vt habetur 4. Regum 20. Aut quando tempore paſſionis Chriſti contigit illa eclypſis præter ſolitum ordinem naturæ, imo ſup. ordinem naturæ. Cuius eclypſis meminit Diuus Diony. in epiſt. 7. ad Policarpum. Et in epiſt. 11. ad Apoliphanem Philoſophū. Et Dī. Thom. explicat egregiè in 3. par. q. 44. ar. 2. ad ſecundum.

¶Secunda concluſio. Si loquamur de futuris neceſſarijs ſecundi ordinis, prouenientibus ſcilicet ex mixtione & variatione elementorum, dicimus quòd intellectus noſter per cognitionem cauſarū poteſt cognoſcere iſtos effectus abſque deceptione, non ſolum in generali, ſed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

in particulari. Probatur primo experientia. Nam videmus ex agricultura, medicina, & nautica multa prænosci absque deceptione. Ex agricultura enim optimè possumus cognoscere in vere futura tonitrua, & ex rubore matutino, vesperæ futuram pluuiam. Docet etiam medicina secùdum varias temporum qualitates hunc hominem qui hoc vel illo morbo laborat, euasurum aut interiturum. Similiter nautica iudicat ex diuersis aeris & temporis qualitatibus futuram serenitatem, ventos, aut etiam maris commotionem, ergo. Confirmatur ex testimonio Christi Domini, Matthe. 16. & Lucæ 12. vbi referens eos qui ex dispositione & facie cæli pronunciabãt futuram pluuiam aut serenitatem, non dicit illos deceptos fuisse, aut illicitè agere, sed potius ita euenire. Et Diuus Thomas 2.2. quæstione 95. articu 5. docet expresiè, q̃ diuinatio illorum effectuum ex huiusmodi causis, neque est illicita, neque superstitiosa. Secundo probatur. Illi effectus regulariter & vt in plurimum proueniunt ex illis causis, ergo cognitis causis possunt regulariter cognosci & prænunciari. Probatur consequentia, quoniam qualis est habitudo inter causam & effectum, talis est certitudo cognitionis nostræ quoniam fundatur in illa habitudine quæ reperitur inter causam & effectum. Sed animaduertendum est, quòd quando Astrologi iudiciarij ex dispositione astrorum & corporũ cælestiũ indicant hos effectus futuros, aut alios hmõi, aut abundantiã frugũ aut futuram corruptionẽ aeris pluries decipiuntur in his iudicijs. Primò solent decipi, quoniam considerant solum illa corpora cælestia, & eorum dispositiones, nihil considerando de dispositione elementorum & mixtorum, per quæ multoties impediuntur dispositiones causarum superiorum, de quo impedimẽto disputat optimè Ferrar. cum D.Th. 3 cont.gen.c.86. Secundò. Decipiuntur, quoniam velle cognoscere omnes dispositiones & status corporũ cælestium superat ingenium cuiuslibet hominis & facultatẽ propter quam causam dictum est Iob 38. Numquid nosti ordinem cæli aut pones rationem eius in terra. Et infra, Quis cognouit cælorum rationem? Eadem ratione dictum est Sapientiæ 9. Et difficile extimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu nostro sunt inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? ergo curiosius iudicare omnes istos effectus non erit sine errore aut deceptione. Tertio solent decipi, quoniam Deus est qui gubernat vniuersum, maximè propter hominem qui est quasi finis illius: Aristot. enim docet in 2. Physic. text. 24. quòd nos sumus quodammodo finis omnium. Deus, inquit, ministerio angelorum immutat pluries dispositiones corporum cælestium & causarum naturalium, propterea, quòd ipse homo mutatur à bono in malum, aut è contra de malo in bonum. Qua ratione mutatur abũdantia terræ in sterilitatem, aut è contra sterilitas in abundantiam, quod certè ex ipsa Scriptura constat Psal. 106. Posuit flumina in desertum & exitus aquarum in sitim, terram frugiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea, idest, propter, malitiam inhabitantium in ea. Huic cõsonat quod dicit Iacobus capite 5. Elias erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, vt constat 3. Reg. 17. Horsum etiam Ecclesia orat pro pluuia aut serenitate, & Hieremię 3. Quãobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum et serotinus imber non fuit, & Amos 4. Ego quoque prohibui à vobis imbrem & pluui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem nõ plui. Aliqui arbitrantur, quòd hæc dispositio Dei non est miraculosa, qn potius pertinet ad prouidam vniuersi gubernationem, vt mutato homine à bono in malum, aut è contra disponat Deus suo mandato proportionabiliter de his effectibus, qui pertinent ad vtilitatem ipsius hominis. Quapropter etiam Isaiæ 5. dictum est, Mandabo nubibus cæli ne pluant super eum imbrem, maximè vero docente D. Augu. lib. 26. contra Faustum capitu. 5. quòd illud est cuicunq; rei naturale quod in ea fecerit à quo est omnis modus & numerus, & ordo naturæ, sed hac ratione illuminatio cęci non esset miraculosa. Mihi tamẽ videtur, quòd huiusmodi dispositio non

non dicitur miraculosa, quia non constat quando fit secũdum communem cursum vniuersi, & quando præter illum. Cęterùm explicare quando effectus qui proueniunt ex diuina dispositione sunt præter naturales aut miraculosi, non est præsentis loci, sicut dictum est quæst. 105. artic. 7. & 8. & à D. Thom. & Ferrar. 3. cont. gent. c. 101. & sequentibus. ¶Quarto denique solent decipi, quoniam cum de his futuris effectibus iudicare debeant quæ per coniecturas, & cum formidine, ipsi è contra affirmant certissimè & audacissimè, qua ratione nõ possunt euadere, notam temeritatis & vanitatis. Qua ratione Diuus Augustinus merito irridet illorum iudicia lib. 7. confes. cap. 6. & lib. 5. de Ciuitate, c 7.

¶Tertia conclu. Inclinationes hominis possunt certo cognosci, aut ab hoĉ, aut ab angelo in communi, ideſt, quatenus sunt in sua causa potente illas producere. v.gr. quòd iste inclinabitur ad iracundiam, vel ad res bellicas, aut quod alter inclinabitur ad studia literarum. Hæc conclusio asseritur à D. Thom. in locis supra citatis, & 1. 2. quæst. 9. art. 5. ad tertium. Probatur primò, secundùm sententiam Aristo. res non alia ratione potest cognosci, quàm secundùm esse qd̃ habet aut in se aut in sua cã. Quæ igit̃ se sunt, in se sunt cognoscentur, vt res præsentes, quæ vero in suis causis necessarijs existunt ex cognitione illorum ipsi etiam futuri effectus præcognoscuntur, ergo similiter illa quę nec in se, nec in rebus præcedentibus existunt actu, sed solũ in potentia præcognosci poterunt, nisi secundùm, quòd in sua causa existunt, sed effectus illi, de quibus in nostra conclusione loquimur non continentur actu sed virtute tantum & potentia, ergo virtute actiũ naturalium, vt putà Medicinę Physionomię, Chyromantię, &c. sic solummodo cognosci poterunt, ergo nullo modo potest cognosci quòd Petrus ducet vxorem Mariam, aut quòd erit homicida aut adulter, sed tantum, quòd potest ducere vxorem Mariam, aut esse homicidam aut adulterum. Temerarium ergo esset ex illis causis certo iudicare actus humanos, qui pendent ex libero arbitrio. Ratio est. Quoniam isti actus in particulari possunt impediti ex gratia Dei, illa. n. põt homo resistere omnibus peruersis inclinationibus, & resistere tentationibus contrarijs, ergo quanuis licitũ sit iudicare de his actibus in communi, secundum inclinationem & propensionẽ complexionis particularis, in particulari tamen impiũ erit superstitiosum, & temerarium de illis iudiciũ ferre. ¶Quarta conclusio. Futura ẽt voluntaria q̃ ex aliqua causa aut suppositione aliqualem necessitatem participant, possunt ẽt in particulari probabiliter iudicari, v.g. si quis homicida capitur in ciuitate aliqua vbi iustitia & leges imperãt, vaticinari potest eundẽ suspendendũ, aut alias pœnas à legibus statutas subditurum. Idemq; iudiciũ est ferendũ de cæteris futuris mixtis, q̃ legum aut morũ humanorum necessitate, facta aliqua consequuntur. Rõ horum est, qm̃ ij volũtarij effectus futuri iam aliquo ratione in illis suppositionibus aut factis q̃ præcesserunt subsistunt. Vnde & humanæ cognitioni subduntur. Quemadmodũ effectus necessario consequẽtes ad causas naturales, licet nõ tam certo & infallibiliter. Prudentia ẽt ex hominũ naturæ ex tẽporũ & locorum conditione ex aliisque coniecturis sine nota temeritatis, de huiusmodi futuris in genere vaticinari conceditur ex cõi. n. ciuilis vitæ cursu in genere vaticinari possunt futura bella, fames, incendia, adulteria, &c. ¶Quinta & vlt. conclu. Effectus voluntarij qui à sola volũtate tanquã à causa totali dependent, non possunt præcognosci in particulari aut ab homine, aut ab angelo, vt v.g. quòd Petrus erit homicida, aut fur, aut quòd ducet Mariam vxorẽ vel aliquid huiusmodi. Hæc conclusio ponitur contra astrologos iudiciarios, qui temerariè & audacter de huiusmodi iudicãt absque fundamẽto & ratione aliqua. Probatur ergo primo nostra conclusio grauissimis autoritatibus. Imprimis omnes Romani Pontifices, specialiter Martinus Primus, Gregorius Iunior, Alexander III. hanc diuinandi artem à Republica Christiana anathematismis & maledictis abigunt. Et nouissimè sanctissimus Dominus noster Sixtus Papa Quintus, qui hodierna die Ecce. Dei præest, nup edidit quẽdam Motum proprium, in quo grauissimè prohi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prohibet eiusmodi iudicia Astrologica fieri. Sed ad hoc respondet Ioannes indaginis decanus Franch. Fordianus, nullus est qui huic arti obstrepat, præter Romanos Pontifices, qui nihil probare solent quod quæstum eorum diminuat, & doctissimos Sophistas (ut Theologos vocat) qui semper ignorata damnat proclamantes statim hereticum, quod ipsi non intelligunt, & præter Thomam Aquinatem, hominem qui nunquam in dicenda sententia constiterit. Hæc vir astrologus & inter illos imprudētissimus, nec videtur tam astrologus quàm hæreticus in Concilio etiam Toletano 1. definitur, si quis Astrologiæ vel Mathematicæ existimat esse credendum anathema sit. Sancti etiam patres vniuersi dānant hæc iudicia prolata ab astrologis quā do certo pronunciantur de actibus humanis in particulari. Potissimum vero Diuus Chrysost. super primam epistō. ad Thessal. hom. 3. multis exemplis probat eiusmodi iudicia esse plena mendacijs, & D. Cyrillus lib. 10. contra Iulianum in fine dicit eiusmodi astrologos iudiciarios habere officinam omnium mendaciorum. Videatur etiam D. Aug. in epi. ad Marcell. vbi ait, ꝙ istæ artes adinuentæ sunt non gratia veritatis sed potius gratia cupiditatis & ambitionis. Videatur etiam Origenes homil. 16. in numeros, & lib. 3. super Iob circa medium vbi optimè confutat atque irridet omnia ista genera diuinationum. Imperatores etiā hoc idem sub grauissimis pœnis prohibent. Primo Constantius Imperator cap. de maleficis & Mathematicis lege Nemo si decernit. Nemo Aruspicem consulat aut Mathematicum (sic appellat astrologos.) Nemo Ariolum. Præterea. Sileat omnis perpetuo diuinandi curiositas. Etenim suppliciū capitis ferret gladio vltore prostratus quicunque nostris iussis obsequi denegauerit, & in eod. cap. lege etsi excepta, multo seueriores & grauiores pœnas contra tales diuinatores pronūciat. Idem decernūt Diocletianus, & Maximianus eod. c. lege artē, & Vlpinaus. ff. de iniurijs & famoso libello lege, Item. Vbi iste Imperator libros astrologicos appellat dānatę lectionis. Eadē lex capitalis posita fuit à Saule Rege in populo Israelitico cōtra hos iudiciarios & Ariolos. Vt colligitur ex illo quod dixit Phitonissa. 1. Reg. cap. 28. ipsi Sauli. Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & Ariolos de terra quare, ergo insidiaris animæ meę vt occidatur. Super omnes autem videndus erit D. August. lib. 5. de Ciuit. per octo cap. continua contra huiusmodi vanam superstitionem latissimè disputans. Vbi prosequitur notissimum illud exemplum de Esau & Iacob. Qui cum essent ex eodem concubitu geniti, eodemque partu editi, tam variam vitę consuetudinem, tamque varios mores habuerint. Ibidemque ostendit, quàm frustra dissolui tur hoc argumentum ab Astrologis respondentibus quod propter celeritatem cęlestium motuum maxima est differentia Horoscopi dum quis prius altero nascitur, ēt plantam fratris tenente, sicut natus est Iacob post Esau. Afferuntque exemplum rotæ figuli, qua currente si quis bis numero de attramento, tāquam vno eius loco sum ma celeritate percutiat. Postea nihilominus stante rotā inuenientur signa, non par uo interuallo distantia. Sic aiunt in tanta cæli rapacitate, etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis aliquis percusserit, in cęli spatium plurimū est. Contra quos replicat Augustinus. Nam si tam multum in cælo interest, cur audēt de ceteris qui gemini non sunt, cum inspexerint eorum constellationes talia pronūtiare, quæ ad illum secretū pertinent, quod nemo potest comprehendere, & momentis annotare nascentium. Multa alia dicit illic Diu. Augustinus quæ digna sunt vt à Theologo legantur.

¶Denique ipse Cicero lib. 2. de Diuinatione irridet omnia ista genera diuinationum & iudiciorum. Scriptura etiam sacra apertè illa iudicia irridet. Esai. 47. Vbi dicit saluent te augures tui, qui contemplabantur sydera vt annunciarent euentura tibi. Quem locum certissimum est debere intelligi ironicè & irrisoriè, & ita illum explicat D. Cyrillus lib. 4. super Esai. Secundo ꝓbatur conclusio ex diuersitate huius artis diuinandi futura. Aliam enim probant Iudæi Chaldæi, & aliam Ægyptij, Persæ, Arabes, Græci, & alia Latini, omnes omnium seculorum autores Ptholomæus Alexandrinus

drinus reijcit ipsum Albanasar reprobat & ambos Auenzra. Denique omnes huius artis autores non indogmatibus tantum, sed in ipsis principijs & primis præceptis contraria probarunt, & omnes suam doctrinā non nisi experientia comprobant, quam ergo harum veram astrologiam putabimus, omnes enim per sē experientiam adducūt. Tertio. Nullus vnquam astrologorum huc vsque satis deprehendit exactè corporum cælestium & astrorum numerum & virtutem variosque concursus, ergo corporum cælestium influxus quos nec sensus probat nec omnes admittunt nullatenus deprehēdere possunt, ergo etiam si daremus omnes operationes humanas liberas à cælestibus motibus & influxibus pendere omnino, nullatenus ab ipsis præcognosci & prænosci possent. Antecedens probatur euidentissime. Omnes enim ferè astrologi ante Alfonsum Regem Castellæ, satis se naturę ac omnibus cælestibus motibus octo orbibus prouidisse putabant. Babylonij ècontra nouum addiderunt quos sequutus est ipse ēt Alfonsus Rex contra quos vniuersos Albertus Magnus, omnes huius tēporis astrologi decimum constituunt. Alij ècōtra tres tantum orbes admittunt. Martis motum omnino astrologis incognitum Ioannes à monte Regio inter astrologos præstantissimus conqueritur. Longum esset nobis negotium, referre diuersitatem opinionum, quæ versantur inter astrologos circa octaui cæli motum, & planetarum positiones ac situs, & circa omnia alia quæ ad motus cælestium orbium pertinent. Si ergo motus ipse numerum & distinguere vix possunt, qua ratione influentias ipsas etiam in generali cognoscere poterunt? Hinc est ꝙ etiam frequenter errant in prædictione pluuiæ vel serenitatis quæ magis eorum scientiæ subduntur multo, ergo magis errabunt in prædictione humanorum actuum & eorū quę in libero arbitrio posita sunt. Quarto arguitur & probatur, quòd etiā si plenè cognoscant astrorum influentias, & dato etiam id quod falsissimum est has influentias esse causas determinantes nostram voluntarem ad suas operationes, sic vt ipsa volūtas cōcurreret velut inanime quoddam, quòd non possint prœcognoscere hos effectus, & arguitur sic. Astrologi non cognoscūt nisi minimam partem astrorum, sed eodem modo concurrunt quæ ab illis non cognoscuntur sicut & illa quæ cognoscūt; non enim est maior ratio de illis quā de istis, ergo non cognoscunt nisi minimā particulam huius causę, ergo ex astris quę cognoscunt & eorum influentijs nullatenus possunt rationabiliter iudicare de huiusmodi effectibus. Quinto arguitur, ex hoc quòd ab omnibus eruditis & sapientibus fuit semper irrisa hęc ars diuinandi ꝑ astra, ècontra vero à superstitiosulis & impensè credulis nulloque eruditionis titulo insignibus, culta: & hoc solum sufficientissima cā esset vt eam non alio loco haberemus, quàm circulatorias artes & cætera q̄ aut vētris auditas aut superstitio cōfinxit. Probatur antecedens. Quoniam constat à Chaldęis & Ægyptijs, omnium mortaliū, non modo humanarum sed diuinarum litterarum testimonio superstitiosissimis hāc per astra diuinandi rationem fuisse inuentam. Præterea. Quoniam nunquam aliquis ex sapientissimis Philosophis secretorum naturę scrutatoribus Aristotele & Platone ceterisque Philosophis aliquid somniauit, de ista iudicandi de futuris ratione. Quod manifestè colligitur ex Platone in Epino. & Arist 3. de cęlo & 1. & 2. Metheor. Quibus in locis viri sapientissimi Philosophi de ea astrologię parte, quam Theoricam vocant, suam sententiam exprimunt & in vniuersum, in sapientissimis quibusque tā to maiorem in loquendo de rebus cælestibus & q̄ sensus nostros excedunt videmus modestiam quanto maiori eruditione pollebant. Confirmatur hæc ratio, quoniam hæc ars non solum est à parentibus irrisa, sed omniū rerum suffragio, omni labore & præsidio destituta. Qua tamen si vlla esset nulla profecto fuisset in hac vita mortali ad gubernandas hominum societates & respublicas vtilior. Quid. n. ꝓtiosius excogitari potest quàm illa ars quæ ciuitati Regno Prouinciæ reipublicæ, & etiam priuatis hominibus ad prœcauēdas calamitates infortunia, excidia bella captiuitates, & omnia alia quæ illis ab astris impendent prædicere. Sexto arguitur ex eo quòd nulli magis misere vitam finierint quam ij

quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos hanc diuinatricem astrologiam impense coluisse commemorant, Zoroastem Pharaonem, Nabucdonosorem, Cæsarem, Crassum Pompeium, Deiotatum, Neronẽ, Iulianum apostatam, & alios huiusmodi. Promisserant astrologi Pompeio Crasso, & Cæsari lętissima omnia; non nisi iam senes domi cum summa gloria & autoritate morituros tamen quisque eorum infœlicissime & immature perijt.

¶Denique arguitur contra illos ex ipsorum temeritate & falsitate non solum circa naturalia sed etiam circa mysteria soli Deo recondita. In primis Arnoldus Villanouensis, & multi alij astrologi multa volumina ediderunt ostendere conantes ante centum annos iudicij diem imminere. Cõtra quorum audacem insaniam compescendam Patres in Concilio Lateranen. sub Iulio & Leone congregati sunt. Plurimi etiã illorum docent, quòd si quis ascendente geminorum sydere Saturno, Mercurioque sub Aquario iunctis innoua cæli plaga nascitur erit Propheta, & hac ratione Christũ tot claruisse miraculis, quòd quando natus est, Saturnum habuerit in geminis. Religionum etiam sectas quibus Iouem prefficiunt patronum, per cæterarum stellarũ, commixiones distribuunt. Ita vt Iupiter cum Saturno faciat religionem Iudæorum cum Marte Chaldæorum, cum Sole, Ægyptiorum, cum Venere Saracenorum, cum Mercurio, Christianorum, cum luna Antichristi. Docent præterea, Moysen Maximè instructum in hac vaticinandi arte, & ideo Sabbathi diem astrologicis obseruationibus instituisse religiosum, atque ideo Christianos, prsus errare quod diem sanctum Sabbathi nimirum Saturno consecratum, non colant. Tandem cordis archana, & intentiones per hanc artem cognosci posse multi illorum asserunt atque multas regulas & obseruationes indeprehendendis hominum cogitationibus, & intentionibus adhibent. Hæc omnia tam falsa sunt atq; temeritate plena, vt ex his ad reliqua argumẽtari possimus. His & similibus argumentis, connicti potissimi per astrologis antiquioribus, & cordarissimi ex modernis ingenuè fatentur impossibile esse certo de iudiciorum scientia posse quidquam habe-

A ri, tum propter innumeras cooperãtes causas cum cælo, quas simul attendere oportet, tum quia obstant illis (vt ait Ptholomæus) occasiones quam plurimæ, vt consuetudines, mores, educatio, pudor, imperium, custodia maiorum, locus, genitura, sanguis, cibus, animi libertas, disciplina, &c. Et ipsi etiam scioli astrologorum id fateantur necesse est, quando eorum vaticinium non euenit. Quòd si quis obijciat nobis D. Thomam infra dicentem, ꝙ astrolo-
B gi vt in plurimum vera possunt prædicere. Respondetur quòd D. Tho. hoc intellexit in communi non autem in particulari. Propterea quòd sicut ipsi astrologi dicunt ex suo Ptholomæo, sapiens dominabitur astris, quòd etiam optimis verbis docuit D. Thom. in 1.2 q.9. art.5. ad tertium, imo etiam multoties in communi possunt decipi. ¶Experientia etiam quotidiana compertum habemus plurimos ex eodem vtero simul natos figura & quantitate corpo-
C ris simillimos, conditionibus tamen & inclinationibus diuersissimos. Sed respondẽt aliqui astrologi, quòd cum motus cælestis sit velocissimus in illo breuissimo temporis interuallo aspectus astrorum variantur & sic non est mirum quòd diuersas habeãt inclinationes. Sed contra eos potest obijci quòd ipsi nunquam attendunt, sed nec attendere possunt tã exactè instãs ipsum natiuitatis sed semper iudicant pro alio instãti à tempore natiuitatis distante. Quare si
D eorum solutio haberet locum nulla fides adhibenda esset eorum iudicijs. Hanc rationem egregiè amplificat D. August. lib. 5. de ciuit. cap. 3. 4. & 5. Quid enim de Iacob & Esau astrologus iudiciarius ꝑdicere potuisset, cum simul fuissent in eodem vtero concepti atque simul fuerint nati & ex cõsequenti eadem fuerit cælestis influentia in illos nisi quòd eiusdem prorsus propensionis, & inclinationis futuri essent. Quod tamen rei euentus falsum esse demõstrauit.
E Fuit. n. Esau homo austerus & superbus, Iacob vero mitis humilis & mansuetus.

¶Ex his conclusionibus sequitur primo quòd quando D. Tho. dicit in solut. ad 2. ꝙ anima alienata à sensibus potest cognoscere aliquod futuros effectus ex impressione corporum cælestium, nullo modo de-

bet

bet intelligi de illis effectibus qui sunt omnino casuales aut liberi. Hoc enim fieri nõ posset nisi aut ministerio angelorum aut arte dæmonum qui sæpissimè mentiuntur. Sed debet intelligi de illis effectibus qui sunt in suis causis iam proximè dispositis ad producendum illos effectus. Similiter quando dicitur in solutione ad 3. quòd ex motu vel cantu quorundam animaliũ possumus cognoscere futuros effectus, intelligi debet de eisdẽ effectibus de quibus diximus intelligi solutionem ad secundũ.
B Quod etiam pãtet ex ipsis exẽplis D. Tho. & potest confirmari ex illo testimonio. Hieremæ. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur hyrundo, & ciconia cognouerũt tempus aduentus sui. Quem locum D. Tho. in illa quæst. citata articu. 7. ad secundum, exponit de eisdem effectibus de quibus modo diximus intelligi has solutiones ad 2. & tertium. Ex his manet soluta prima obiectio & ex propositis in principio. Ad secundam respondetur ex
C doctrina D. Augu. Quod occulto & iusto Dei iudicio &c. Aliquãdo vera dicũt astrologi instinctu diaboli, ait enim D. August. lib. 4. de Trinitate ca. 17. quod sæpè aereæ potestates angelis nunciantibus audiunt aliqua futura reuelata à Deo, & tantũ audiunt, quantum opus esse ille iudicat cui subiecta sunt omnia. Dicit etiã. D. Augu. lib. 5. de ciu. c. 7. His omnibus consideratis cum astrologi mirabiliter multa vera respõdent, occulto instinctu fieri spirituum
D non bonorum, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus satis insere humanis mentibus atque firmare, nõ Horoscopi notati, & inspecti aliqua arte quę nulla est. Hęc ille. Crediderim ego certe quòd qui hac via interrogandi astrologos vitam suam dirigere curant, vel etiam curiositate & amore proprio excitante qd sibi euenturum sit, cognoscere appetũt, eo ipso merentur vt iusto Dei iudicio falli p-
E mittantur & aliqua eis infortunia superueniant quæ astrologi prædixerunt. Non quia secundum naturales causas illa futura erant, sed disponente Deo, vel permittẽte verificantur, & fiunt eisdem mediis quibus homines illa euitare contendunt. Proferam in medium, cuiusdam viri vxorati

A exemplum. Is curiositate ductus peritum astrologum de vitæ successu dato die, & hora natiuitatis interrogauit. Qui respondit ei. Quod si nondum erat coniugatus, nulla ratione duceret vxorem, quoniam illa futura erat adultera. Qui cum audisset, reuersus est tristis domum suam. Cumque per dies multos maxima tristitia afficeret vxor illius, alias mulier pudica & honesta & viri sui amatrix interrogauit virũ, qua ratione tanta mœstitia præmeretur. Tandẽ
B sæpe ab vxore molestè interrogatus veritatem dixit. Tunc illa nimia ira permota virum vehementer reprehendit quòd ebrijs astrologis, & dæmoniacis tantam fidem adhiberet, multisque prudentibus persuasionibus studiosa fœmina viri animũ pacauit. Veruntamẽ deinceps & ipsa mulier cępit aliquid humanum pari & secum cogitare ꝙ forte astrologus illæ vera prædixit, accidit etiam vt quidam elegans iuvenis & nobilis eius amore captus illã so-
C licitaret. Quid moror? mulier memor astrologicę prædictionis occasione nacta furæ libidini consentiens adulterium cõmisit. Quis nõ credat iusto Dei iudicio eũ qui voluit sapere plusquam oportuit sapere, merito punitum esse. Multa similia exempla quæ experimento & periculo alieni capitis dedici in mediũ adducere possem, sed vnum prædictum pro multis sufficiat, & vt finem dicendi faciam non possum non mirari cur velint homines misereæ seruituti, dũ futura mala præscire satagũt, se subijcere. Quæ enim nostræ prouidentię nõ subiacent quomodo euitare possumus?
D Optimum, ergo remedium est sic orare, Deus qui in tantis periculos constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis vt ea quæ pro peccatis nostris patimur te adiuuante vincamus. Item illud Dominus mihi adiutor, nõ timebo qd faciat mihi homo, & multa similia quæ in
E sacris literis continentur vt nostrã solicitudinẽ projciamus in eũ qm ipsi cura est de nobis. Libẽter deniq; referã verba sanctiss. Leonis Primi in ser. 6. de Passione Domini vbi sic ait: Ille enim mendax est ab initio & in sola viget arte fallendi, vt humanam ignorantiã falsæ scientiæ ostẽtationi decipiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

piat, sitque eorum malignus impulsor, quorum post futurus est improbus accusator. Anni vitæ nostræ & actionum temporaliũ qualitates, neque in natura elementorum, neque in stellarum effectibus: sed in summi & Dei veri potestate cõsistunt cuius auxilium & misericordiam in omnibus quæ obtinere cupimus implorare debemus. Sicut enim illo offenso (quod absit) nihil est quod nobis valeat suffragari: ita eodem propitio, nulla nobis nocebit aduersitas. Quoniam si pro nobis Deus, quis contra nos? q filio suo proprio non pepercipit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? qui viuit & regnat in secula seculorũ. Amen. Hactenus Leo. Atque vtinam hactenus hanc inanem & superstitiosam dementiam astrologię iudiciatiæ circa humanorum actuum dispositionem futuram à cordibus fidelium profligauerimus.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm corpora cælestia possint imprimere in ipsos dæmones.

570 2.d.7.q.3.arti.1.ad 4. & art. 2.ad 3. Et po.q.6.ar.3 co.& arti. 10. & quo. 2. art.12.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q corpora cælestia possint imprimere in ipsos dæmones. Dæmones enim secundum certa augmenta lunæ aliquos homines vexant: qui & propter hoc lunatici dicũtur, vt patet Mathei 4.& 17. Sed hoc non esset nisi corporibus cælestibus subiacerẽt. Ergo dæmones subiacent actionibus cælestium corporum.

¶ 3 Præterea. Corpora cælestia virtuosiora sunt quàm corpora inferiora. Sed quibusdã inferioribus corporibus dæmones arcentur, scilicet herbis, & lapidibus, & animantibus, & quibusdam sonis certis, ac vocibus, & figurationibus. Atque figmentis: vt à Porph. li.10.ea. dictum Augustin.* introducit in 10. de ciui- n. à me. tate Dei. Ergo multo magis dæmones subdun 10. 5. tur actioni cælestium corporum.

SED contrà est, quòd dæmones sunt superiores ordine naturæ quàm corpora cælestia. Agens autem est superius patiente, vt Augu, *li 12.c. * dicit 12. super Gen. ad literam. Ergo dæmo 16.circa nes non subiiciuntur actioni corporum cæleme.to.3 stium.

RESPONDEO dicendum, quòd circa dæmones fuit triplex opinio. ¦ Prima Peripateticorum, qui posuerunt dæmones non esse, sed ea, quæ attribuuntur dæmonibus secundum artem necromanticam fiunt virtute cælestium corporum. Et hoc est quod Augu. 10. de ciuitate Dei,* introducit dictũ à Porphyrio: quòd fabricãtur in terra ab hominibus potestates idoneæ syderum varijs effectibus exequendis. Sed hæc positio est manifestè falsa. Experimento enim scitur multa per dæmones fieri, ad quæ nullo modo virtus cælestium corporum sufficeret. Puta quòd arreptitij loquuntur lingua ignota, quòd recitant versus & auctoritates quas nunquam sciuerunt: quòd necromãtici faciunt statuas loqui & moueri. & similia. Ex quibus Platonici moti fuerunt, vt ponerent dæmones esse animalia corpore aerea, animo passiua, vt ab Apuleio dictum August.* introducit 8. de ciuit. Dei. Et hæc est secunda opinio, secundum quam dici posset, quòd dæmones hoc modo subduntur corporibus cælestibus, sicut & dè hominibus dictum est. † Sed hæc opinio ex superioribus patet esse falsa.* Dicimus enim dæmones esse substantias intellectuales, corporibus non vnitas. Vnde patet non subdi actioni cælestium corporum, nec per se, nec per accidens, nec directè, nec indirectè.

AD primum ergo dicendum, quòd hoc quòd dæmones secundum certa augmenta lunæ homines vexẽt, contingit propter duo. Primo, quidem, ad hoc quòd infament creaturã Dei, scilicet lunam: vt Hiero. & Chrysost.* dicunt. Secundo, quia cũ nõ possint operari nisi mediatibus naturalibus virtutibus: vt sup. dictũ est, † in suis operibus cõsiderãt corporũ aptitudines ad effectus intentos. Manifestum est autem quòd cerebrum humidissimum est omnium partium corporis: vt Arist.* dicit. Et ideo maximè subijcitur operationi lunæ: quę ex sui proprietate habet mouere humorẽ. In cerebro autẽ perficiũtur vires animales. Et ideo dæmones secundum certa augmenta lunæ perturbant hominis phantasiam quando considerant cerebrũ ad hoc esse dispositũ.

AD secundum dicendum quòd dæmones aduocati in certis constellationibus propter duo veniunt. Primo quidem, vt homines inducant errorem, quod credant aliquod numen esse in stellis. Secundo, quia con-

Hiero. ſ fi.cõmẽ tarij ad 4. capit. Matth. Chryſo. ho. 58.ſ Matth.ſ medio. †Q. Pe. art.4.& q.110.ar. 4. *lib.de ſom. & vigil. c. 5. poſt mediũ to.3.

sideranti secundum aliquas certas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus pro quibus aduocantur.

AD tertium dicendum, quod sicut Augu. li.21.c. 6.in medio, to. 2. *dicit 21. de Ciuitate Dei, dæmones afficiuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum: non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, inquantum, scilicet hæc ets exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Dæmones non subduntur actioni cælestium corporum nec per se, nec per accidens, nec directè neque indirectè. Ratio est quia dæmones sunt creaturæ spirituales.

COMMENTARIVM.

ADuerte, quòd cum hac conclusione verificatur doctrina quæ colligitur ex solutionibus argumentorum, videlicet q dæmones occasionaliter mouentur ad aliquid agendum ex conditione influentiæ cælestium corporum.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm corpora cælestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni subduntur.

571 3.con.c. 86. Et ver.q.2. ar. 14. ad 2. & q. 5. ar. 3. ad 1. & 2. Et ma. q. 16.ar.7. ad 11.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q corpora cælestia imponant necessitatem his quæ eorum actioni subduntur. Causa enim sufficienti posita, necesse est effectum poni. Sed corpora cælestia sunt sufficiens causa suorum effectuũ. Cùm igitur corpora cælestia cũ suis motibus & dispositionibus ponantur, sicut ex necessitate entia: videtur q effectus eorũ ex necessitate consequantur.

¶ 2 Præterea. Effectus agentis ex necessitate sequitur in materia, quando virtus agẽtis tãta fuerit, q possit sibi subijcere totã materiam. Sed tota materia inferiorum corporũ subijcitur virtuti cælestiũ corporũ tãquã excellentiori. Ergo ex necessitate effectus cælestiũ corporũ recipitur in materia corporali.

¶ 3 Præterea Si effectus cælestis corporis non ex necessitate proueniat, hoc est propter aliquam causam impedientem. Sed quamlibet causam corpoream quę impedire posset effectũ cælestis corporis, necesse est reduci in aliquod cæleste principium, cùm cælestia corpora sint causa omnium quæ hic fiunt. Ergo cũ et illud cæleste principium sit necessariũ, sequitur q necesse sit impediri effectũ alterius corporis cælestis. Et sic omnia quæ hic cõtingunt, ex necessitate eueniunt.

SED contrà est, q Philosophus* dicit in lib.de somno, & vigilia, q neque eorum, quæ in corporibus sunt signorum cælestium velut aquarum et ventorum, inconueniens est multa non euenire. Sic ergo non omnes effectus cælestium corporum ex necessitate eueniunt.

RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio partim quidem absoluta est secundũ præmissa, partim autem difficultatem habet. Ostensum enim est,* quòd quamuis ex impressione corporum cælestium fiant aliquæ inclinationes in naturã corporali, voluntas tamen non ex necessitate sequitur has inclinationes: & ideo nihil prohibet per voluntariã actionem impediri effectum cælestium corporum, non solum in ipso homine, sed etiam in aliis rebus, ad quas hominum operatio se extendit. Sed nullum tale principium inuenitur in rebus naturalibus, quod habeat libertatem sequendi, vel no sequendi impressiones cælestes. Vnde videtur quòd in talibus ad minus omnia ex necessitate proueniant, secundum antiquã quorundam rationem: qui supponentes omne quod est, causam habere, & quòd posita causa, ex necessitate ponitur effectus, concludebant quòd omnia ex necessitate contingant. Quam quidem opinionem repellit Aristoteles in 6. Metaphy.* secundum duo quæ ipsi supponunt. Primum enim nõ est verum quod posita quacunque causa necesse sit effectum poni. Sunt enim quædam causæ, quæ ordinantur ad suos effectus, non ex necessitate, sed ut in pluribus, quę quandoque deficiunt in minori parte. Sed quia huiusmodi causa non deficiunt in minori parte, nisi propter aliquam causam impedientem, videtur

prin. to. 2. arti. 4 huius quęst. li.6.Me te. 5. to 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur adhuc prædictum inconueniens non vitari: quia & ipsum impedimentum talis causæ ex necessitate contingit. Et ideo secundo oportet dicere, quòd omne quod est per se, habet causam; quod autem est per accidens, nõ habet causam: quia non est verè ens, cùm nõ sit verè vnum. Album enim causam habet, similiter & musicum, sed album musicum non habet causam, quia non est verè ens, neque verè vnum. Manifestum est autem q causa impediens actionem alicuius causæ ordinate ad suum effectũ, ut in pluribus, concurrit ei interdum per accidens. Vnde talis concursus nõ habet causam inquantum est per accidẽs. Et propter hoc id quod ex tali concursu sequitur, non reducitur in aliquam causam præexistentẽ, ex qua ex necessitate sequatur. Sicut quòd aliquod corpus terrestre ignitum in superiori parte aeris generetur, & deorsũ cadat, habet causam aliquam virtutem cælestem. Et similiter etiam quòd in superficie terræ sit aliqua materia combustibilis, potest reduci in aliquod cæleste principium. Sed q ignis cadens, huic materiæ occurrat, & comburat eam vò habet causam aliquod cæleste corpus, sed est per accidens. Et sic patet quòd non omnes effectus cælestium corporum sunt ex necessitate.

AD primum ergo dicendum, quòd corpora cælestia sunt causa inferiorum effectuum mediantibus causis particularibus inferioribus, qua deficere possunt in minori parte.

AD secundum dicendum, quòd virtus corporis cælestis non est infinita. Vnde requirit determinatam dispositionem in materia ad inducendũ suum effectum, & quantũ ad distantiã loci, & quantum ad alias conditiones. Et ideo sicut distãtia loci impedit effectũ cælestis corporis (non enim sol eundem caloris effectũ habet in Dacia, quẽ habet in Aethiopia) ita & grossities materiæ, vel frigiditas, aut caliditas, aut alia huiusmodi dispositio, impedire potest effectũ corporis cælestis.

AD tertium dicendum, quòd licet causa impediens effectum alterius causæ reducatur in aliquod cæleste corpus sicut in causam: tamen concursus duarum causarum, cùm sit per accidens, non reducitur in causam cæ-

In corp. *lestem, vt dictum est.* *

art.

PRIMA ARTICVLI.

PRima cõclusio. In rebus ad quas hominum operatio se extendit, nihil prohibet effectum cælestium corporum impediri. Ratio est quia voluntas nõ ex necessitate sequitur inclinationes ex natura corporali prouenientes.

¶Secunda conclusio. Etiam in rebus ad quas hominum operatio nõ se extendit corpora cælestia non imponunt necessitatẽ in omnibus quę eorum actioni subduntur: sed omnino in huiusmodi rebus sũt aliqui effectus contingentes, qui non habent causam per se, sed per accidẽs. Hanc conclusionem subtiliter probat D. Tho. cuius tamen ratio non mediocrem habet difficultatem. Videatur ipsemet D. Tho. lib. 3. contra gent. ca. 86 & Aristot. lib. 6. Metaph. text. 7. & 8.

COMMENTARIVM.

CAietanus super hunc articulum acutissimè & eruditissimè loquit, mutatque sententiam, quam olim habuerat negans, contingentiam in rebus ad quas nõ se extendit hominis operatio libera. Quapropter in gratiam discipulorum, cõmentarium integrum eiusdem, hoc in loco apponere visum est. Habet igitur in hũc modum. In corpore quatuor. Primo ponitur quæstio ista partim soluta, partim soluenda. Secundo ostenditur pars soluta. Tertio pars soluenda. Quarto infertur conclusio responsiua quæsito in calce.

¶Quoad secundum (quia primum patet) dicitur, q quæstio ista est soluta, quoad illa subdita corpori cælesti, quæ etiam sunt subdita voluntati humane, s. quod quo ad ista respondendum est quæsito negatiuè. Corpora cælestia nõ imponunt subditis humanæ operationi necessitatẽ. Probatur. Quia potest impediri eorum actio per voluntatem: quæ non est sibi subdita, quia non sequitur necessario inclinationes passio-

passionum. ¶Quoad tertium quatuor dicũtur. Primo dicitur, in quibus est quæstio difficilis, scilicet, quòd in cęteris naturalibus. Probatur quia inter ea nullũ apparet principium non subditum cęlo, seu liberum. Secundo ponitur ratio ad partem affirmatiuã ex duabus ppositionibus. Prima est. Omne quod est, scilicet de nouo, habet causam. Secunda est. Posita causa ex necessitate sequitur effectus. Tertio examinatur ex Aristot. secunda propositio: & quarto prima. Examen secundę propositionis primo concludit esse falsam vniuersaliter: quia scilicet non tenet in causis potẽtibus deficere, quales sunt causæ naturales. Probatur quia attingunt vt in pluribus finem intentum, & nõ semper vt patet lib. 2. Phys. Deinde ostẽdit, quòd ista exceptio, etsi obuiet illi propositioni in se & absolutè, non tamen vt applicatur ad intentum: tali ratione. Causa naturalis deficiens in paucioribus, vt sic est ex aliqua alia causa impediẽte ipsam à proprio effectu, ergo necessario deficit. Igitur vterq; effectus, scilicet intentus & prętet intentum necessario fit. Antecedens patet, & cosequentia probatur quia impedimentum ipsum ex necessitate contingit.

¶Circa hoc secundę propositionis examen, scilicet posita causa, necessarium est sequi effectum: dubium occurrit, quòd exceptio nulla sit propter rationem Auicen. Causa de qua est sermo, non est causa insufficiens: (quoniã de ea fatuũ est dicere hoc) sed sufficiẽs est. Sufficienti aũt causa posita & libertate causandi adempta, vt in naturalibus, de quibus est sermo inuenitur, intelligi non potest, quod effectus non sequatur si aliud requiritur: ergo posita causa non erat sufficiens: quod enim sufficit non exigit aliud. ¶Ad hoc dicitur quòd sermo prędens est de causa per se & sufficienti. Et cũ dicitur si ipsa posita, nõ sequitur effectus: q ergo aliud requiritur: negatur consequentia. Committitur enim sophisma cõsequentis: potest enim prouenire non consequutio effectus aliunde, puta ex concursu alterius impedientis. Vnde non ex insufficientia cõbustiui oportet procedere, quòd non sequatur combustio; sed ex concursu alterius impedientis combustionem. Et si instetur cõtra hoc quia talis concursus redundat in insufficientiam causæ, quia causa impedita non est sufficiens. Patet responsio, q secundum veritatem nõ redundat in insufficientiam causæ absolutè, sed causalitatis actualis, cui impedimentum præstatur. Et fortè in hoc deceptus est Auicen. quia non distinxit inter sufficientiam causæ, quæ attenditur penes actum primum, seu formam, quæ est principium agendi & sufficientiã circunstantiarum actualis causalitatis respectu huius nunc, hic, quæ attenduntur penes diuersa occurrentia. Certum est enim, quod causam sufficientem hoc secundo modo sequitur necessario effectus: non aũt primo, & tãdẽ de primo est sermo, cum de causis loquimur. Et ideo exceptio Aristotelis vera est: ita quod quædam sunt causæ per se & sufficientes, quæ necessario inferunt suos effectus, non simpliciter, sed cum limitatione, scilicet vt in pluribus: ac per hoc non necessario inferunt absolutè suos effectus, & hæc est vna radix contingentiæ vt in primo Perihermenias dicitur.

¶Circa obiectionem factam in litera circa exceptionem Aristo. quod licet sit vera, non tamen euacuet difficultatem propositam. duplex dubitatio occurrit. Prima est, quia falsum videtur, quod causa deficiens in minori parte, deficiat semper propter aliquam causam impedientem: imò hic videtur error Stoicus. Quod sic probatur. Sicut potentia ad potentiã, ita actus ad actũ: sed potentia deficiendi in minori parte nõ est à potentia susceptiua impedimenti, sed econuerso: non enim ideo potest causa naturalis deficere, quia potest impediri: sed econuerso, quia potest deficere, ideo potest impediri. Intrinsecum enim est ratio extrinseci, & non econuerso, ergo actu deficere, non est ab actuali impeditione, & consequenter potest causa deficere absque causa impediente.

¶Secunda dubitatio est ad hominem, s. ad S. Th. si negatio secundæ propositionis ad propositum nihil confert, quia posita cã potente deficere, & causa impediente, effectus necessario sequitur, vt quid toties replicantur in hoc proposito istæ duæ propositiones sic examinatæ? ponuntur enim hic, & in 1. contra gent. c. 86. & in 6. Metaphy. & in primo periherme. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad primam dubitationem dicitur, ꝙ A assumptum literæ verum est, s. ꝙ causa nũ quã deficiat, nisi propter aliquam causam impedientem. Ad cuius euidentiam scito, ꝙ quemadmodũ entia generabilia habent ab intrinseco potentiam ad non esse, quæ tamen nunquam exit in actum, nisi adsit aliquod corruptiuum: ita potentia deficiẽdi in agere, est ab intrinseco: & tamen non exit in actum deficiendi, nisi adsit aliquid causans illum defectum. Et ratio vtrobiq; est eadem, quia s. potentia passiua nõ exit B in actum, nisi ab aliqua actiua moueatur. Posse autem non esse & deficere in actione, ad potentiam passiuam pertinet: & iõ non fit absq; aliqua causa. Nec te decipiat, ꝙ potentia ad agere est actiua, quoniã agere sequitur actum: & ideo potentia ad agere est actiua: deficere autem in actione sequitur imperfectionem: & ideo potentia defectiua quocunque defectu ad potentiã passiuam reducitur, vt patet lib. 1. de cælo. Et hæc intelligenda sunt de defectu actio- C nis ex parte causæ, qui est ab intrinseco, de quo est obiectio. De defectu autem eius ex parte extrinsecorum, manifestum est ex aliquo impediente prouenire, sed quomodo; infetius dicetur. ¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quòd miror est falsa: & ratio est, quia ordo compositionis est contrarius ordini resolutionis. Quæ enim sunt priora via generationis, sunt vltima via corruptionis. Vnde in proposito, cùm entia generabilia habeant potentiam ad non esse & ad corrumpi ab alio ideo possunt corrumpi, quia possunt non esse, & non ecõuerso; tamen prius naturaliter est actus corruptionis, quam non esse cùm non esse sit terminus corruptionis: & sic præposterus est ordo inter potentias, & actus earum. Et similiter cùm agentia possint deficere, & ideo impediri; tamẽ priùs natura impediuntur, quàm deficiant: & sic optimè dictum est in litera, quo ad actualem defectionem, quod semper est abaliqua causa impediẽte. Nec hic est error Stoicus, sed quod potentia defectiua esset ex potentia impedibili, vt patet per Boetium in primo Periher. ¶ Ad secundam vero dubitationem, quantũs facile dici possit, & bene, quòd quia vtraque propositio inducitur ab aduersarijs vt integrè ratio referat, vt quales sunt propositiones allatæ & in se & ad propositum, expedit vbicunque hoc tractatur, vtraque discutere: profundiùs tamen considerantibus, altius caput huius discussionis apparebit ex sequentibus.

¶ Examen autem primæ propositionis cõsistit primo in illius destructione in cõmuni distinguendo de eo quod est & fit. s. per se & per accidens: & quod ens per se habet causam, ens vero per accidens, non. Et probatur, quia nõ ens verè nõ habet causam: ens per accidens est huiusmodi. Probatur, quia non est verè vnum, vt patet. Secundo in applicatione ad oppositum distinguendo in productione effectus, qui dicitur per accidens, ipsas causas (quarum vna impeditur ab altera) à concursu earũ, & dicendo, ꝙ licet ipsæ causæ necessario causent: concursus tamen earum est per accidens, & consequenter effectus ex illo concursu caret causa ex qua necessario sequatur. Declaratur vtrumque exemplo in toto naturali. Sed sunt hic multa dubia, quæ vtinam Deus illuminet. ¶ Circa hoc examen primæ propositionis, scilicet, Omne quod est habet causam, dubitatio occurrit dupliciter, scilicet simpliciter; & ad hominem. Simpliciter quidẽ; quia sicut effectus quasi simplex (puta album aut calidum) habet in corpore cælesti aliquam per se causam, in quam reducitur eius proxima causalita concursus causarum proximarum causa- D tur à concursu illarum causarum cælestiũ vt in exemplo literæ. Combustibile esse in superficie terræ est tandem ab A. causa cælesti: & similiter cõbustiuum superius genitum deorsumque cadẽs est ex B cælesti causa, ergo concursus cõbustibilis cũ combusto est ex concursu A. & B. Tunc vltra; Sed concursus A. & B. est per se & non per accidẽs. Probatur, qa in cælo nullus est cõcursus p accidens: omnia n. sunt ibi per se, ergo cõcursus istorum inferiorum habet p E se causam secundum esse, quanuis quo ad nos sit per accidens, quia latet suæ connexionis perfeitas. Et hæc ratio multo tempore me vinctum tenuisse videtur.

¶ Secunda vero dubitatio ad hominem est, quia in 6. metaph. S. Th. examinãs hæc videtur velle totum oppositum eius quod dicit

dicit hic. Hic nanq; omnia resoluit in hoc, A quod concursus non habet causam, ibi vero saluat, quod concursus põt habere causam superioris ordinis, puta concursus horũ inferiorum potest habere causam cælestẽ. Et dat exemplum de concursu herbarũ in florendo. Rursus hic dicit, quòd impedimẽtũ causæ reducitur in aliquam causam: ibi vero omnia resoluit in hoc, ꝙ impedimenta non habent causam cęlestem. Et sic omnia videntur reddi ambigua. Ad euidentiã harum difficultatum tria notanda cum B Dei adiutorio sunt. Primum est proportio mouẽtis ad mobile. Secũdum est reductio effectus in causas superiores. Tertiũ proportio cælestis corporis ad hæc inferiora corpora. De primo constat, ꝙ cum mouẽs vt sic, præsupponat & non faciat mobile, ꝙ actio eius, quanuis vt egreditur ab agente, sit sufficiens & optimè circunstantionata, nec impedita, vt tamen recipitur in patiente, oportet, quòd modificetur iuxta naturam & modum & dispositiones mobilis C vt patet inductiuè. Et propterea accidit, ꝙ effectus intentus à causa non prouenit: ex impedimento quidem, non causæ agentis sed materialis. De secundo constat quoque ꝙ effectus duarum subordinatarum causarum in eodem genere causæ reducitur in causam superiorem per causam mediam, vt patet in syllogismis. Conclusio. n. contingens quanuis reducatur in præmissam contingentem, & alteram necessariam, contingentia tamen eius non reducitur in præmis- D sam necessariam mediante alia contingente quasi contingentia conclusionis sit à cõtingentia præmissæ, & contingentia præmissę sit ab altera præmissa necessaria: sed sat est, quòd conclusio ipsa & eius contingentia reducantur in præmissam necessariam, vt modificatam in præmissa contingente. Et quia ipsa modificata in contingẽte est cõtingẽs, licèt in se sit necessaria ideo conclusio sequitur contingens, & non necessaria. Etsi ipsa præmissa contingens reducenda est in necessariam, non secundũ se totam in eam reducitur: sed resoluenda est in id quod est sibi proprium ex quo habet contingentiam; & in id quod participat in superiori ex quo participat esse seu causare. De tertio aũt, constant duæ ꝓpor- tiones. s. motiui ad mobile & agẽtis principalis ad instrumẽtale, seu superioris ad inferius. Patet. n. cælum agere in hæc corpora, & cælũ cũ istis corporibus causare effectiuè aliquid. Sol. n. & homo generant hominem. Sed aduertẽdũ diligenter est, quòd quanuis istæ duę proportiones sint diuersorũ generũ: quia altera spectat ad genus efficientis: altera ad genus materię, & rursus altera sit inter cęlum & hęc corpora absolute; altera vero inter cęlum & hoc corpus in ordine ad tertium faciens. s. & effectũ producẽdũ à cęlo, & hoc proximo agẽte: nihilominus sunt tali vinculo connexæ & ordinatę vt prior posteriorẽ modificet. Connexio quidem est, quia nunquã agẽtia inferiora coagũt cęlo, nisi simul patiantur à cęlo, qm̃ non mouent nisi mota. Ordo vero est, quia prius naturaliter est, inferiora corpora pati, & moueri à cęlo, quàm coagere illi, vt patet ex eadem radice. Modificatio autem est, quia omne esse & agere cuiuscunque modificatur secundũ dispositiones recipientis esse aut elicientis actionem. Omnis. n. actus est illius, cuius est, actus per modũ illius, propter quod oportet fieri in patiente dispositio, vt dicitur 2. de Anima: sed agere corporũ inferiorũ coperantium cęlo, consequitur passionẽ eorundem à cęlo. Esse igitur actiuũ seu actio iuxta passionem modificatur, & propterea si passio nõ totaliter subijcitur corpori cęlesti, nec actio etiam totaliter reducitur in illud. His itaq; prælibatis dico tria. Primũ est, ꝙ licet omnes effectus naturæ inferiores cum omni eius naturali conditione dependeant à cęlo ratione primi motus, tanquam à causa communissima, sine qua nihil fieret: non omnis tamen conditio effectus naturalis est reducibilis in aliquã causam cęlestem purè, siue mediatè siue immediate. Probatur: quia conditio effectus, prouenies ex impedimento materiæ non reducitur in motorem, seu actiuũ in illã, E vt patet: sed multę sunt conditiones in effectibus inferioribus, prouenientes ex dispositione materiæ, idest corporum inferiorum, qui sunt materia & patiens respectu cęli. Etsi dicatur cum Auicẽna, ꝙ illę dispositiones materię causantur ab aliquo corpore cęlesti, & sic reddit idẽ, ad excludẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, id formetur ratio non de aliqua par- A
te cælesti, sed toto simul, vt prius subsumē
do: sed respectu totius cæli corpora inferio
ra sunt materia & patiens, ergo habent ꝓ-
prias conditiones præsuppositas à toto cæ-
lo in eo, vt actiuū est in hæc inferiora, &
consequenter conditiones effectuū conse-
quentes conditiones corporum horum vt
materia sunt, non resoluuntur in actiones
cælestium corporum, sed in cōditiones cor
porum inferiorum. Etsi adiungas hunc fun
damento, ꝙ horum inferiorum corporum B
propriæ conditiones sunt posse deficere,
& ab esse tam substantiali, quàm acciden-
tali, & consequenter à pati, & agere, variū
& mutabile semper habere esse, contrariū
habere &c. consequens est, & ꝙ influxus,
cælestis in his corporibus modificētur iux
ta conditiones eorum: ac per hoc effectus,
non oportet imitari causas cælestes tantū,
sed oportet esse tales, quales in fluxu cæli
recepto & modificato in tali materia cōse
quuntur. Etsi his adiunxeris coagere horū C
inferiorum modificatur secūdum proprias
passiones horum, & conditiones eorundē
à cælo, consequens erit, ꝙ actio istorum,
quauis subordinetur actioni cælesti, non
tamen reducitur secundùm omnem eius
cōditionem in causam aliquam cælestem
puram, sed modificatum corpori vt patiē-
ti &c. Et qm̄ manifestè patet, ꝙ posse defi
cere in minori parte, quòd est radix casus,
& fortunæ, & omnis contingentiæ in na- D
turalibus, consequitur posse nō esse & vt
vno verbo dicatur, consequitur imperfe-
ctionem propriam corporibus inferiori-
bus, cōsequens est, vt contingentia vt sic,
non reducatur in aliquā cām cælestem pu-
ram, nec immediatè cùm aliquid tale fit à
cælo corporibus inferioribus purè passiuè
concurrentibus: nec mediatè, cum aliquid
contingens fit à cælo, & inferiori agente:
Sed vtrobique contingentia resolutur in
conditionem corporum inferiorum, diffe- E
renter tamen: quia cum cælum tantum cō-
currit actiuè, contingētia effectus reducit
in conditionem corporum horum, tanquā
in conditionē materiæ. Cū vero agētia hæc
cooperantur, contingentia effectus reducit
in conditionē horū corporū, vt in conditio
nē agētis, ꝙ tamen cōparatur ad cælum,
vt patiens, vt prædictum est. Et ideo diuinū
Aristotelis ingeniū & in 1. Perihermenias,
& in 6. metaphy. & in 2 Physic: semper re
soluit contingentiam naturalium in con-
ditionem corporū inferiorum, quia, s. pos-
sunt deficere. Sed de genere reductionis in
6. metaphy. relinquit sub dubio. An sicut
ad materiam, An sicut ad agens. In secun-
do autem Physi. reducit ad agens casum,
& fortunam: In primo autem Periher. re-
ducit ad materiam, seu potentiam passiuā:
Et omnia sunt vera si dicta consideretur, q̄
inspicere poteris radicaliter in 3. contra gē
tes c. 86. Et qm̄ hæc ratio destruens funda-
mentum Auicennæ, in hoc fundatur, ꝙ cor-
pora inferiora sunt materia, & patiens præ
suppositum toti actioni cælesti, præter pro
bationem allatam, quia. s. omne agens per
motum, aut mutationem præsupponit ma
teriam, in quam agit, sed totum cælū &c.
Affero contra proteruos rationem, quam
nec ipse Auicenna poterit inficiari ex 2. cæ
li text. 17. & sequentibus. Vnde arguitur sic,
Elemēta spectant ad substantialem integri
tatē vniuersi, igitur præsupponuntur actio
ni cælesti. Antecedens patet ibidem, vbi ꝓ-
batur ꝙ terra naturaliter præcedit, etiam
primum motum cæli: & cum terra sit infir-
mum elementorum, omnia ergo elementa
naturaliter præcedunt. Nec obstat, quòd in
primo Metheororum declaratur, quòd dis
formitas elementorum est secundum ap-
propinquationem & elongationem à mo-
tu cæli: quoniam ibi non declaratur diffor
mitas, nam stabilita erat in secundo cæli:
sed talis difformitas, scilicet ꝙ supremum
est calidissimum &c. Et rursus talis diffor-
mitas consequitur conditionem materiæ,
& non solam elongationem, aut approxi-
mationem vt patet. ¶ Secundū vero est, ꝙ
vt iā ex dictis pōt patere, impedimentum
est duplex, Alterum actiuum, alterum ma
teriale. Actiuū enim est, ꝙ impedit actio-
nem, ex parte agentis, seu vt erit ab agente
materiale aūt, quod impedit actionē vt re
cipitur in passo. Et rursus, materiale cōtin-
git dupliciter. Vno modo ex actione alte-
rius agentis, sicut aquositas ligni impedit
cōbustionē: ea enim quauis materiale im
pedimentum sit, est tamen effectiuè à plu-
uia, quæ madefecit liguū. Alio mō ex ipsa
conditio-

conditione materiæ, sicut frigiditas aquæ
impedit calefactionem, cuius tamē frigidi
tatis nō est alia causa, nisi ipsa natura aquę
quę concurrit, vt materia calefactibilis. Ex
hoc clarius patet primum quod diximus,
& quod conditio effectuum inferiorum cō
sequens impedimentum materiale, tenens
se ex cōditione ipsius materiæ, nō ex actio
ne agentis, non causatur à cælo. Et hoc in-
tendebat D. Tho. in 6. Metaph. Vbi contin-
gentiam reduxit ad impedimentum mate
riale. ¶ Nec oppositum dicitur hic, dicen-
do quòd causæ, non deficiunt in minori
parte nisi propter aliquam causam impe-
dientem. Tum quia hic loquitur de defe-
ctu causæ actiuæ ex parte actionis, vt est
ab agente, & consequenter de impedimen
to actiuo, vt series literæ præsefert. Tum
quia dato, quòd loquatur de omni modo
impedimenti, non dicit quòd causa impe-
diens sit cā actiua, sed absolutè dicit, ꝙ est
aliqua cā impediēs. Vñ nō solū actiua, sed
pōt esse materialis; vt expresse dr in litera
in responsione ad secundum. Et si instetur
contra hanc glossam quod male litera in-
tulit ex appositione causæ impedientis cū
causa deficientem in minori parte, ergo nō
euitatur necessitas effectus, quia ipsum im
pedimentum est necessarium. Respondē-
tur & sufficienter & ad mentem S. Thom.
quòd illatio illa non est facta secundùm
veritatem, sed apparentiam tantum: quod
ex duobus patet. Primo, quia dicitur. Vide
tur adhuc prædictum inconueniens non
vitari. Secundo, quia in hoc eodem articu
lo confutat prædictam illationem in illis
verbis, Manifestum est autem, quòd causa
impediens actionē alicuius causæ, vbi ex-
presse ostendit, ꝙ ex illo antecedēte, Agēs
in minori deficit propter aliquam causam
impedientem, non sequitur, ergo ea quæ
eueniunt in minori parte, eueniunt necessa
rio: quia concursus ad impediēdum est per
accidens, dato quòd ipsa causa impediens
sit per se causa illius rei quæ impedit.

¶ Sed adhuc nō quiescit intellectus: qm̄
sm̄ hanc responsionem, consequentia illa
non est inducta vt bona sed vt apparēs &
confutanda, si sic est, cum inducat ad exa-
men illius propositionis, Posita causa ponī
tur effectus. Et poterat confutari ex pro-
A prijs: scilicet ex natura impedimenti mate
rialis tenentis se ex conditione materiæ:
quare dimissa est, & cōfutata ex extraneis,
s. ex examine alterius ꝓpositionis, scilicet,
Omne quòd est, habet causam, quia con-
cursus non habet causam. Respondetur, ꝙ
cōfutatio illa ex parte materiæ, aut est om
nino eadem cum confutatione ex parte cō
cursus, aut includit illam, & distinguitur
ab illa, sicut inferius à superiori cum ma-
xima difficultate. Impedimentum enim
B duo dicit, scilicet rem quę impedit, & rela
tionem ad aliud, ex qua denominatur im-
pedimentum. Et de impedimento quidem
actiuo, dato ꝙ inquantum res est, habeat
causam per se, sed inquantum impedit
non oportet: quia impedire pertinet ad
concursum, qui potest esse per accidens.
De impedimento autem materiali si eo-
dem modo est, ꝙ scilicet inquantū res est,
habet aliquam causam necessariam, siue il
la sit aliud agens, siue sit conditio mate-
C riæ, oportet dicere quòd inquantum impe
dimētū est, est per accidēs. Et hoc est veni-
re ad concursum: quia nihil aliud est dice-
re, q̄ ꝙ concursus talis agentis cū tali mate
ria hic non habet causam, & sic impedi-
mentum ex parte materiæ. & id concur-
sus est omnino idem. Si autem impedimen
tum materiæ, etiam in quantū res est, in
particulari sumptum nō habet causam ali
quam, quam necessario sequitur, tum ex
impedimento materiali dupliciter fit, per
D accidens & ex parte concursus, & ex parte
rei concurrentis. Et sic impedimētum ma
teriale; includit impedimentū concursus,
& addit: & sic distinguitur vt minus com-
mune à magis communi. Vnde cum hoc
sit valde difficile, & ambiguum. & prolixa
egēs discussione, & præsens opus vt in prę
mio dixit, propter nouitios in Theologia
instruēdos breuius, ac clarius conficiendū
erat: ideo propter claritatem doctrinę ac
breuitatem transiui ad cōfutandā illā illa-
E tionē ex secunda ꝓpositione. ¶ Nec talis
cōfutatio est ex extraneis, imo ex propriis
impedimenti, inquātū impedimentū est:
qm̄ vt patet ex dictis, concursus conuenit
impedimēto vt sic: imo in cōmuni loquēdo,
vt litera loquit, descendere ad impedi
mētū inquātū materiale, & sic cōfutare illā

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequẽtiam, erat potius à proprijs diuertere. Et hoc potest assignari pro alia ratione huius trãsitus, vt. s. itaret in proprijs impedimenti, vt sic. Potest & aliter etiam ad mentem literæ dici, quòd D. Tho. non absolute dixit, transeundum esse ad alteram propositionem, sed cum limitatione, s. secũdum hæc duo, quasi diceret. Si nolumus egredi hæc duo ab antiquis posita, & ab Aristo. reprehensa in communi, oportet transire ad alteram. Et ratio est, quia instãtia contra propositionem primo examinatam, s. Posita causa ponitur effectus, nõ excludit formaliter illam: quoniam instantia non accipit totalẽ causam effectus in paucioribus. Accipit enim naturalem causam deficientem in minori parte, & tamẽ causa effectus in minori parte, non est illa sola, sed illa cum causa impediente, quia nũquam deficit, nisi impedita. Vnde oportet dare instãtiam, quòd vtraque simul posita nõ sequatur effectus: & ideo transire oportet ad concursum, qd careat causa. Virtualiter tamen vt patebit, inferius instantia data sufficienter falsificat illam: quia ex natura possibilis inuenta in causa deficiente, concursus illius alterius, est per accidens.

¶ Tertium dicendum est, q̃ concursus, sicut & impedimentum, est multiplex, s. actiuorum, vel actiui & passiui cum conditionibus eorum &c. Nec refert in proposito de quo concursu sit sermo. Vnde in litera in corpore articuli datur exemplum de concursu agentis, & materiæ. In responsione vero ad tertium est sermo etiam de concursu actiuorum Vniuersaliter, siquidem oportet esse verum, quòd si aliqua duo cõcurrunt, & quodlibet illorum seorsum habeat totam seriem suarum causarum necessariam, & supremæ causæ vtriusq; ordinis per se concurrant; quod oportet concursum omnium mediorum, & vltimorũ effectuũ necessario causari à concursu supremarũ causarũ: nõ. n. possunt intelligere oppositum. Sed si hæ duæ conditiones positæ in antecedẽte nõ saluãtur, s. quia supremæ causæ non per se concurrunt, aut tota series alicuius ordinis non est necessaria, nõ oportet concursum proximarum causarum, aut effectuum, habere causam, ex qua de necessitate sequatur. Ex prædictis aũt patet iam, q̃ cũ aliquid, quod vocams per accidẽs, fit, q̃ tunc cõcurrũt duo simul, puta, in exẽplo literæ, cõbustio, & huius materiæ, puta frumenti consumptio: & q̃ quauis alterũ illorũ reducatur in aliquod corpus cæleste, alterum quandoque reducitur in conditionem corporum inferiorum tãquam in supremam causam. Et sic eũ concursus cæli, & huius corporis inferioris, quæ sunt supræmæ causæ effectuum concurrentium, non sit per se, sed possit esse p accidens: sequitur q̃ cõcursus horum effectuum non semper habet causam per se. Et similiter quauis quandoq; vterq; effectus reducatur, in causas cælestes vt supremas, quia tamen tota series causarum singularum seorsum non est necessaria, quia fit resolutio huius effectus ad supremã causam cælestem media causã non necessaria, sed potente deficere, seu possibili, non sequitur: ergo concursus effectuum habet, causam per se, aut necessarium concursum causarum supremarum cælestiũ. Et merito, quia concursus ille syderũ, quãuis in se sit per se, & necessarios, applicatus tamẽ ad hos effectus, est contingens: quia applicatur mediantibus corporibus potentibus deficere, sicut, & singula agentia cælestia, licet in se sint necessaria, relata tñ ad hæc inferiora, sunt agentia vt in pluribus, & deficientia quãdoque: quia modificant in his corporibus potentibus deficere. ¶ Et ex his patet responsio ad obiecta. Ad dubitationẽ .n. simpliciter iam nũc dictum est, q̃ non semper concursus est ex concursu, vt ex causa necessaria: & quare &c. Ad dubitationem vero secundam ad hominẽ, primo respondetur sigillatim, ad obiecta, dicendo, quod nulla penitus est cõtradictio: qm̃ ibi particulariter affirmat concursum habere causam, hic vero destruit vniuersalẽ, Omnis concursus habet causam per se. Similiter ibi particulariter concedit negatiuam, scilicet impedimentum materiale non habet causam cælestem, vbi duæ particularizationes sunt, prima impedimenti, secunda causæ. Hic vero assumit, omne impedimentum habere causam, sed non cœlestem aut effectiuam, nec necessariam, sed absolutè habere causam, quod patet non repugnare illi.

¶Scito

¶Scito tamen hic. Quòd ratio contingẽtiæ naturalium rerum potest dupliciter assignari, vno modo ex parte complementi: alio modo ex parte radicis. Radix quidem huiusmodi contingentię est natura potentiæ inuenta in naturalibus, quæ & possunt deficere in minori parte, & sunt in potentiæ contradictionis, vt dicitur primo Perih. Complementum vero contingentiæ ex concursu accidentalium causarum, siue actiuæ & passiuę, siue actiuarum inter se &c. Et propterea non opposita dixit, sed vtrunque assignauit in diuersis locis Diu. Tho. in 6. siquidem Metaphysi. radicem: hic vero & in primo Perih. & in lib cont. Gen. complementum tetigit.

¶ In responsione ad tertium, occurrit. An omnis naturalis res accipiendo rem vt distinguitur contra concursum habeat causam ex qua necessario fiat. Videtur enim litera huius articuli bis hoc concedere, s. in hac responsione, vbi vult, quòd effectus causæ impedimentis causam naturalem à suo effectu, reducatur in aliquam causam cælestẽ. Et si talis res habet causam necessariam, nulla res restat sine necessaria causa, qm̃ talis res sit ita semper & frequenter. In corpore quoque articuli dixit, quòd quia causa non deficit in minori parte, nisi per aliquam causam impedientem, ideo impedimentum ipsum videtur necessarium. Et non est negatum antecedens; sed propter concursum confutata consequentia.

¶Ad oppositum autẽ est ratio superius adducta, scilicet quòd quando tota series causarum alicuius effectus non est necessaria, effectus non sequit necessario: sed effectus vt in paucioribus non habet seriem, causarum suarum totã necessariã, quia causæ cælestes attingunt ipsum modificatę in natura possibili vt sic, quæ vt sic deficit in minori parte, ergo, &c. ¶Ad hoc breuiter dicitur, q̃ cum sint tria genera rerum quæ fiunt, quædam. n. fiunt semp, & de his nõ est quæstio: quædã vt in pluribus, de his ẽt patet, q̃ fiũt necessario, nõ simpliciter, sed necessitate physica: quædam vero fiũt extra semper & frequenter, & hæc nõ fiũt ab vna sola causa, sed à pluribus vt in litera dicitur, scilicet, causa deficiente in minori parte & ab alia causa faciente illam deficere in hac parte, ita q̃ nũquã fit talis effectus nisi existente plurium causarũ cõcursu, non curando mõ de generibus causarum. Vnde si ambę causæ considerentur secundum se non habebitur aliquod ens per accidens. Et si ambæ concurrant ex ea parte qua habent naturam necessitatis, nũ quã etiã fiet aliquid per accidens. Sed si cõ currãt ambæ aut altera ex ea parte qua habent, vel hẽt naturam passibilitatis, iã concursus est contingens. Et sic quidquid ex causis illis vt sic cõcurrentibus fiet, contingenter fiet. Et qm̃ vt iam patet causæ naturales habent aliquid naturæ necessariæ, & aliqd naturæ possibilitatis, vt patet ex operibus eorum: opera enim sua sunt vt in plurimus & vt frequenter, & hoc est ex natura possibilitatis. Vnde causæ penitus necessariæ non habẽt vtraq; opera sed semper eadem agunt. Causis igitur & rebus naturalibus habentibus naturã possibilis, & ex ea parte qua deficiunt in minori parte, si concursus cũ alia causa ex ista parte erit concursus contingens, & causa illa alia quãuis in se esset necessaria, vt coniuncta tñ possibili vt sic, ad contingentiam declinat, & cõtingenter attingit effectum illum qui ex vtriusque concursu fit. ¶ Ex his patet primo responsio ad quæsitum, quia non omnes res habent causam necessariam: quia non illa quæ fiunt extra semper & frequenter. Patet secundo quomodo concursus sit cõplementum contingentiæ, & possibilitas radix. Patet tertio ratio verborum San. Tho. & hic & vbiq;, q̃ scilicet intendit, nõ quod omnis res, nec q̃ res quæ fit in minori parte, sed q̃ effectus illarum duarũ causarũ concurrentium, non vt concurrentes sunt, sed vt seorsum sumptarum, reducuntur in aliquas causas necessarias: quia nulla mistio fit necessarij ad possibile, ut possibile est qm̃ oĩs talis mistio cõcursu fit plurium causarum. Sed res quæ est effectus causæ impedientis, & impeditę vt sic, non habet causam. Et hoc intendit hic & in corpore tituli, & vbiq; vt patet. Quãuis posset dici, q̃ litera nõ vniuersaliter affirmat, effectus causarũ seorsum reduci ĩ causas necessarias: sed hic rñdet, dato q̃ ita esset, vt patet ex ly licet. Et rursus non loquitur, nisi de effectu causarũ, quæ subduntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cælestibus corporibus,& non de cõditioni A bus materiæ præsuppositæ toti actioni cælesti.In corpore quoque articuli, vt iam patet, nihil aliud habetur affirmatiue,nisi q nulla causa actualiter deficit in minori parte,nisi propter causam aliquam impedientem:sed vtrum effectus illius causæ impedientis etiam seorsum sumptæ fiat necessario,vel non,in litera non dicitur. Nec valet arguere negatiuè. Non confutauit hoc ergo. Iam enim dicta est causa, quare non examinauit hoc, ex natura possibilis & ne B cessari. ¶ Hactenus ex Caietano libuit de verbo ad verbum referre, vt tam acuta & erudita meditatio ad exercenda iuniorum Theologorum ingenia esset in prõptu.Fateor non modicum obscuritatis in prædicto processu inueniri,tum ob rei difficultate,tum ob ostilum cõcisum & formalitatibus plenum,tum denique,quia ipse Caiet. sententiam cui tot annos adhæserat, exuebat ob solam S.Tho. autoritatem.Mihi sanè facilior ad defendendum visa est olim C sententia,quę asserit nullam esse contingẽtiã in rebus naturalibus quæ non depẽdent a libero arbitrio creato. Ratio potissima est. Quia omnia illa quę non pendent ab operatione liberi arbitrij & incipiunt esse, habent necessariam causam supercælestẽ vel ad illam reducibilem. v.g. Quod terra hoc loco & tẽpore germinet vltro fœnũ, q fœnũ exicet, q sic excicatũ incẽdatur hic & nũc à fulmine; omnes hi effectus habẽt causam cælestẽ,s.concursum planetarum, D & motum cælestium syderum. Etenim talis concursus talem effectum singularem cum omnibus suis circunstantijs necessario producit. Et talis effectus non nisi à tali causarum concursu producibilis est. Et insuper angeli & dæmones ex notitia euidenti, quam naturaliter habent de motibus & virtutibus & syderum perfectã,certo iudicare valent & prædicere huiusmodi effectus,ergo non sunt contingentes. Probatur consequentia,quia futura contingen E tia solus Deus naturali virtute valet prœcognoscere. At vero angeli tales effectus in in suis causis necessarijs pcognscunt. Nec video, qua ratione talis cognitio angelis deneget. ¶Nec videtur satisfacere ratio illa,quã S. Thom.in hoc articulo format, s. Omne quod est per se,habet causam,quod aũt est per accidens nõ habet causam,quia non est verè ens,cum non sit verè vnũ. Manifestum est autem,quòd causa impediens actionem alicuius causæ ordinatæ ad suũ effectum vt in pluribus, concurrit ei interdum per accidens: vnde talis concursus nõ habet causam inquantum est per accidens. Hæc ille. Sed aliquis respondebit quòd in huiusmodi effectibus,de quibus loquimur nulla causa impedit per accidens simpliciter loquendo, scilicet respectu totius ordinis cęlestium syderum, aliam causam quę vt in pluribus producit certum quẽdã effectum,quin potius per se est vtalis effectus pro tunc non eueniat, sed alius ex concursu ordinatissimo cęlestium syderum. Nec verum esse videtur q nõ sit vna causa vnitate ordinis respectu talis effectus qui ex tali cõcursu prouenit. Quemadmodũ vna causa censenda est inclinationis naturalis Petri quã à natiuitate sortitus est, scilicet, concursus & aspectus Planetarum & syderum. Quòd si quid illi per accidens & contingenter euenit, illud iudicatur respectu hominum, quibus talis concursus est incognitus, & qui tantũ contemplantur vnius causę aut syderis influxũ ex quo in materia corporali vt in plurimũ talis effectus euenire solet.At penetranti concursum syderum,& materiæ dispositionẽ,non erit p accidens & contingens effectus,sed nec & per se consecutus. Imo semper ita eueniet quoties talis cęlestium syderum concursus fuerit, talemq; materiæ dispositionẽ inuenerit.Fateor q vix possum me eripere quo minus assentiam nullum effectũ esse simpliciter contingentẽ, qui prouenit ex influxũ cęlestiũ in rebus corporalibus quæ à libero arbitrio non permutantur. Cum.n. Angeli non cognoscant futura contingentia, cognoscant autem futuros effectus ex concursu corporum cęlestium,planè colligitur, eos effectus nõ esse inter futura contingentia numerandos. Veruntamen propter authoritatem D.Thõ. & Aristotelis videtur mihi dicendum,quòd effectus per accidens & contingentes sunt in duplici differentia,quidam qui neq; vnam neq; plures habent causas determinatas antequam fiant,& huiusmodi sunt plurima quæ contingunt

tingunt in rebus naturalibus ex motione A vel applicatione liberi arbtrij mouentis vel applicantis actiua ad passiua.Et de huiusmodi futuris contingentib. solus Deus põt habere certam cognitionem.Alij vero sunt effectus qui dicuntur per accidens & contingentes,eo solum q non habent unã eãm naturalem & creatam, ad quam per se & formaliter reducantur Et de hmõi effectibus loquitur D.Tho.in hoc articu. & de illis procedit ratio ipsius.Et exemplum quod ponit in fine articuli,dum inquit, q B potest reduci in aliquod cæleste principiũ, q materia combustibilis sit in superficie terræ: veruntamẽ q ignis cadens huic materiæ occurrat.& comburat eam, non habet causam cæleste corpus :quamuis descẽsus ignis habeat causam aliquã virtutem cælestem.Ecce qũo D.Th. vocat effectum per accidens, ppea quod nõ inuenitur vnitas causæ actiuę. Neque.n.virtus cęlestis quæ mouebat ignem deorsum, ex natura sua ordinabatur ad combustionem mate- C riæ:neq; rursus virtus cęlestis q fuit cã, vt materia cõbustibilis esset in superficie terę,intendebat vt combureretur, sed oĩno talis combustio fuit effectus per accidens respectu vtriusq. cęlestis virtutis.Neq; potest reduci talis effectus ad vnicam causam etiam vnitate subordinationis, pręter diuinam voluntatem & prouidentiam. Cęterum,quòd Angeli pręcognoscant hmõi effectus futuros,est per accidens.Ratio est quia materialiter sumpti, sunt annexi cũ D effectibus per se cælestium causarum.Atque per huiusmodi distinctionem potest bene intelligi doctrina Di. Thom. quæ est Aristotelica. Inteligentur etiam quæ Caietanus docet in hoc prolixo Commentario.Nostra vero intelligẽtia manifestior erit attentè legenti articulum primũ quæstionis sequentis.

QVAESTIO CXVI. E

De Fato.

DEINDE considerandum est de Fato.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrùm fatum sit aliquid.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fatum nihil sit.Dicit enim Grego. in homil. Epiphanię, Absit à fidelium cordibus, vt fatum esse aliquid dicant.* 572 3. cont. gen. ca. 93. Et opus 3. ca.140.

¶ 2 Præterea. Ea quæ fato aguntur, non Et opu. *sunt improuisa: quia vt Aug.† dicit 5.de ci-* 28.c.1. *ui. Dei,fatum à fando dictum intelligimus,* * Paulo *id est à loquendo: vt ea fato fieri dicantur,* an. me. *quę ab aliquo determinante sunt ante prælo* est to.x. *cuta. Quę autem sunt prouisa, non sunt for-* † li.5.c. *tuita,neq; casualia.Si igitur res fato aguntur,excludetur casus & fortuna à rebus.* 9 à me. to.5.idẽ

SED contra, Quod non est,non dissimilitur.Sed Boet. in 4.de conso.diffinit fatũ dicens, q fatum est inhærens rebus mobilibus* etiã hẽt Fauſ. c. *dispositio, per quam prouidentia suis quæq;* 5. ad fi. *nectit ordinibus. Ergo fatum aliquid est.* to.6.

RESPONDEO dicendum, quòd in rebus inferioribus videntur q̃dam à fortuna,vel casu prouenire.Contingit autẽ quan li.4. p- su 4. nõ multũ *doq;, q aliquid ad inferiores causas relatũ est fortuitum vel casuale, quod tamen relatum ad eãm aliquã superiorẽ,inuenitur esse per se intentũ.Sicut si duo serui alicuius domini mittantur ab eo ad eundem locum vno de altero ignorante, concursus duorũ seruorum,si ad ipsos seruos referatur, casualis est quia accidit præter vtriusq; intentionẽ:si aũt referatur ad dominum,qui hoc ordinauit, non est casuale,sed per se intentum. Fuerũt igitur aliqui qui hmõi casualia & fortuita, qua in his inferioribus accidunt in nullã superiorem eãm reducere voluerunt. Et hi fatum & prouidentiam negauerunt,vt de Tullio Aug.* recitat in 5.de Ciu. Dei. Quod est* procul à princ. lib.5.de ciu. Dei *contra ea,qua superius de prouidentia dicta sunt.† Quida vero omnia fortuita et casua* c.9.t.5. *lia,quę in istis inferioribus accidunt, siue in* † Q.22. *rebus naturalib siue in rebus humanis,reduce* ar.2. *re voluerunt in superiorem causam,i.in cælestia corpora.Et secundum hoc fatum nihil aliud est quàm dispositio syderum,in qua quisq; conceptus est vel natus. Sed hoc stare non potest propter duo. Primo quidem quantum ad res humanas: quia iam ostensum*

est,

Qu. pc. ar. 1. est,* q humani actus non subduntur actioni A celestiũ corporum, nisi per accidens, et indiro ẽst. Cã autem fatalis, cum habeat ordinatio nem super ea, quę fato aguntur, necesse est, q sit directè et per se cã eius, quod agitur. Secũ dò quantum ad omnia, quæ per accidens agũ

Qu. pc. ar. 6. tur. Dictum est n. sup.* q id, quod est per accidens, non est propriè ens neq; vnum. Omnis autè naturę actio terminatur ad aliquid vnum. Vnde impossibile est quòd id, quod est per accidens, sit effectus per se alicuius natu ralis principij agentis. Nulla ergo natura p B se hoc facere põt, quod intẽdens fodere sepul chrum, inueniat thesaurum. Manifestũ est autem quod corpus cæleste agit per modũ na turalis principij. Vnde & effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Impossibile est ergo q aliqua virtus actiua cælestis corporis sit cau sa eorum, qua hic aguntur per accidens, siue à casu, siue à fortuna. Et ideo dicendum est, quòd ea, quæ hic per accidens aguntur siue in rebus naturalibus, siue humanis, reducuntur in aliquam cãm præordinantẽ, qua C est prouidentia diuina, quia nihil prohibet id, quod est per accidens, accipi vt vnum ab aliquo intellectu: alioquin intellectus forma re non posset hanc propositionem, Fodiens se pulchrum inuenit thesaurũ. Et sicut hoc põt intellectus apprehendere, ita potest efficere. sicut si aliquis sciens in quo loco sit thesaurus absconditus, instiget aliquem rusticum hoc ignorantem, vt ibi fodiat sepulchrum. Et sic nihil prohibet ea, quæ hic p accidẽs agũtur, vt fortuita vel casualia, reduci in aliquam D cãm ordinantem, qua per intellectum agat, & præcipuè intellectum diuinum. Nam solus

Qu. 105 art. 4 & quæsti. 106. ar. 2. & qu. 111. ar. 2. Deus põt voluntatẽ immutare, vt sup. habi tum est.* Et p cõsequens ordinatio humanorũ actuum, quorum principium est voluntas, soli Deo attribui debet. Sic igitur inquãtum ea, q hic aguntur, diuinę prouidentiæ subduntur, tanquã per eam ordinata, & quasi præcognita, fatum ponere possumus: licet hoc nomẽ sancti doctores vti verecundauerint pp eos, li. 5. c. 1. parũ a prĩ. t. 5. †Gre. lo cita to in ar 3. qui ad vim positionis syderum hoc nomen re torquebant. Vnde Aug. dicit in 5. de ciu. Dei.* E Si propterea quisquam res humanas fato tri buit, quia ipsam Dei voluntatem, vel poteratem fati nomine appellat, sinam teneat, et linguam corrigat. Et sic Gregorius fatum esse negat. Vnde patet solutio ad Primum.

AD secundum dicẽdum, quòd nihil prohibet aliqua esse fortuita uel casualia p comparationem ad causas proximas: non tamen per comparationem ad diuinam prouidentiam. Sic enim nihil temere sit in mundo, vt Augustinus* dicit in lib. 83. quæstionum. q. 34. circa med. to. 4.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concl. Si fatum accipiatur p ordinatione rerũ secundũ qđ à diuina prouidentia prouenit fatũ ponere possumus. ¶ Secunda concl. Fatum nihil est si ad vim celestium corporum, ex quorũ motibus omnia dicuntur prouenire, referatur. Propterea sancti negant fatũ, quia infideles in prædicta significatione vtebantur nomine fati.

COMMENTARIVM.

DE fato videatur D. Aug. li. 5. de ciui. c. 8. & 9. vbi plurima differit contra Ciceronẽ, & li. de here. ad. Quod buldęũ c. 35 to. 2. Agit ẽt de fato contra quendã hĩticũ Bardesanum, & c. 70. tribuit eundẽ errorẽ Prisciliano. Sed potissimè videatur D. Th. in opus. 28. vbi per quinq; articulos latissimè disputat de fato, atq; in multis vĩ fauere Astronomis, multosq, effectus mirabiles tribuit Planetarũ motibus Magister Soto li. 2. phy. q. 5. de fato disputat. Deniq. p hac materia faciunt q̃ sup. de diuina prouidentia & pscientia dicta sunt. Nunc autẽ operępretiũ est aduertere aduersus illos q vt liberi arbitrij facultatẽ tueant, derogãt efficacię diuinę præordinationis. Ait. n. D. Th. Dicendũ est quod ea q̃ hic per accidẽs aguntˊ, siue in reb. naturalib. siue humanis, reducuntˊ in aliquã cãm p̃ordinantẽ q̃ est ꝓuidentia diuina. Et paulo post inquit. Ordinatio humanorũ actuũ, quorũ prĩcipiũ est volũtas, soli Deo attribui dẽt. Et ita D. Th. ponit fatũ eẽ diuinã p̃locutionẽ practicã, & directè efficacẽ humanorũ actuũ, q̃tũ ad illud qđ ĩ illis habet rõnẽ bonitatis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtùm fatum sit in rebus creatis. 573



D SECVNDVM sic procedit. Videtur, q fatum non sit in rebus creatis. Dicit. n. Augu. 5. de ciui. Dei,* quòd ipsa Dei voluntas 1. di. 39. q 2. ar. 1 ad 5. & 3. cont.

gen. ca. 93. prĩ. Et veri. q. 5. art. 1. ad 2. Et quo. 12. ar. 5. cor. & opus. 3. ca. 140. & opus. 28. c. 2. *c. 8. & 9. †Ar. pc. lib. 4. p sa 4. nõ multũ procul à princ. Qu. 103 ar. 6. li. 4. p sa 4. nõ multũ remotè à princ. Q. 111. art. 2. & ar. 1. huius q. & qu. 104. ar. 2. Li. 2 de ciu. Dei c. 8. t. 5. tas vel potestas, fati nomine appellatur. Sed A voluntas et potestas Dei non est in creaturis, sed in Deo. Ergo fatum non est in rebus creatis, sed in Deo.

¶ 2 Præterea. Fatum comparatur ad ea quæ fato aguntur, vt cã, vt ipse modus loquendi ostendit. Sed cã vniuersalis per se eorũ q̃ hic per accidens agũtur, est solus Deus: vt supra dictum est. † Ergo fatum est in Deo, & non in rebus creatis.

¶ 3 Præterea. Si fatum est in creaturis, aut est substantia, aut accidens. Et quodcunque horum detur, oportet q multiplicetur se cundum creaturarũ multitudinem. Cum ergo fatum videatur esse vnum tantum, videtur quod fatũ nõ sit in creaturis, sed in Deo.

SED contra est, quod Boetius* dicit in 4. de consolatione, quod fatum est dispositio rebus mobilibus inhærens.

RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex prædictis patet*) diuina prouidentia p causas medias suos effectus exequitur. Potest ergo ipsa ordinatio effectuum dupliciter considerari. Vno modo secundum quod est in ipso Deo, & sic ipsa ordinatio effectuum vocatur prouidentia. Secundum vero quod prædicta ordinatio consideratur in mediis causis à Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, sic habet rationem fati. Et hoc est qđ Boe.* dicit 4. de conso. Sine famulantib quibusdam prouidentiæ diuinæ spiritibus fatum exercetur, seu anima, seu tota inseruiẽte natura, siue cælestib. syderum motibus, seu angelica virtute, seu dæmonum varia solertia, seu aliquibus eorum, seu omnibus: fatalis seriet texitur. De quibus omnibus per singula in præcedentibus dictum est. † Sic ergo est manifestum quod fatum est in ipsis causis creatis inquantum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos.

AD primum ergo dicendum, quod ipsa ordinatio causarum secundarum, quam Augustinus* seriem causarum nominat, non habet rationem fati, nisi secundum quod dependet à Deo. Et ideo causaliter Dei potestas vel voluntas dici potest fatum. Essentialiter vero fatum est ipsa dispositio seu series, id est ordo causarum secundarum.

AD secundum dicendum, quòd intantũ fatum habet rationem causæ, inquantum et ipsa causa 2. quarũ ordinatio fatũ uocatur.

AD tertium dicendum, quod fatum dicitur dispositio, non qua est in genere qualitatis, sed secundum quod dispositio designat ordinem qui non est substantia, sed relatio. Qui quidem ordo, si consideretur per comparationem ad suum principium, est vnus. Et sic dicitur vnum fatum. Si autem consideretur per relationem ad effectus, vel ad ipsas causas medias, sic multiplicatur. Per quem modum Poeta dixit, Te tua fata trahunt.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Fatum est in ipsis causis creatis, inquantum sunt ordinatę à Deo, ad effectus producendos.

ARTICVLVS III.

¶ Vtùm fatum sit immobile.

D TERTIVM sic procedit. Videtur, q fatum non sit immobile. Dicit. n. Boet.* in 4. de consol. Vti est ad intellectum ratiocinatio ad id qđ est id quod gignitur, ad æternitatem tẽpus, ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad prouidentiæ stabilẽ simplicitatẽ. 574 Veri. q. 5. art. 1. ad 5. Et opu. 28. c. 2. col. 1. & c. 3. *Prosa 4. ante med.

¶ 2 Præterea. Sicut Philosophus † dicit in 2. Topic. Mouentibus* nobis mouentur ea quæ in nobis sunt. Sed fatum est dispositio inhærens rebus mobilibus, vt Boet. dicit. Ergo fatum est mobile. † c. 3. in declara. 24. loci.

¶ 3 Præterea. Si fatum est immobile, ea quæ subduntur fato immobiliter & ex necessitate eueniunt. Sed talia maximè videntur esse contingentia, quæ fato attribuuntur. Ergo nihil erit contingens in rebus, sed omnia ex necessitate euenient.

SED contra est, quòd Boet. dicit,* quod fatum est immobilis dispositio. lib. 4 p sa 4.

RESPONDEO dicendum, quod dispositio secundarum causarum, quã fatum dicimus, põt dupliciter considerari: Vno modo secũdum ipsas causas secundas, q̃ sic disponuntur seu ordinantur. Alio modo per relationem ad primum principium, à quo ordinantur, s. Deum. Quidam ergo posuerunt ipsam seriem, seu dispositionem cãrũ esse secũdum se necessariam: ita quod oia ex necessitate contingerent pp hoc quod quilibet effectus habet cãm, & cã posita necesse est effectum poni, sed hoc patet esse falsum per ea,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q. 116. ar. 6. *quæ supra dicta sunt.* * *Alij vero è contrario* A *posuerunt fatum esse mobile etiam secundũ quod à diuina prouidentia dependet. Vnde* ¶ *Egyptij dicebant quibusdam sacrificijs fatum posse mutari, vt Grego.* * *Nice. dicit. Sed* li. 6. c. 2. * Q. 23. ar. 8. *hoc* † *sup. excluſum est, quia immobilitati diuinæ prouidentiæ repugnat. Et ideo dicendum est q̃ fatum secundum considerationem secũdarum causarum mobile est, sed secundum quod subest diuinæ prouidentiæ immobilitatem sortitur, non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionatæ: secũdum quod dicimus* B *hanc conditionalem esse veram vel necessariam. Si Deus præscijt, hoc futurum erit.* lib. 4. de cõſ. pro. ſa. 4. nõ multũ an. me. *Vnde cùm Boet.* * *dixisset fati seriem esse mobilem, post pauca subdit. Quæ tamen ab ipsa. mobilis prouidentiæ profectus exordijs, ipsámq́, immobilem esse necesse est.*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

575 ¶ Vtrùm omnia fato subdantur.

Sup. art. 1. cor. & opuſ. 3. c. 140. & mat. 2. cor. 3. & 6. meta. le. 3. co. 6. & 7. * Prof. 4 an. me. † li. 5. de ciu. Dei c. 8. & 9. to. 5 lib. 3. de tri. ca. 3 & c. 9. i ſi. to. 3. † Prof. 4 nõ, pecul à princ. † li. 4. de conſ. p. ſa. 4. an. te med. ar. 2. hu ius qu.

D QVARTVM sic procedi tur. Videtur, q̃ omnia fato sub C *dantur. dicit. n. Boe.* * *in 4. de con ſo. Series fati cælũ ac sydera mo uet; elementa in se inuicem temperat, & al terna formet transmutatione. Eadem nascẽ tia occidentiaq́, omnia per similes fœtus fe minumq́, renouat progressu. Hęc actus for tunaq́, hominum indissolubili causarum cõ nexione constringit. Nihil ergo excipi videtur quod sub fati serie non contineatur.*

¶ *2 Præterea. Augu.* † *dicit in 5. de ciuit.* D *Dei, quòd fatum aliquid est secundum quod ad voluntatem & potestatem Dei refertur. Sed voluntas Dei est causa omnium quę fiunt: vt Auguſ.* * *dicit in 3. de Trini. Ergo omnia subduntur fato.*

¶ *3 Præterea. Fatum secundum Boe.* † *est dispositio rebus mobilibus inhærens. Sed om* † *Prof. 4 nes creaturæ sunt mutabiles, et solus Deus verè immutabilis, vt sup. habitum est.* * *Ergo in omnibus creaturis est fatum.*

† li. 4. de conſ. p. ſa. 4. an. te med. *SED contra est, quod Boet.* † *dicit in 4.* E *de conſo. q̃ quæ sub prouidentia locata sunt, fati seriem superant.*

RESPONDEO dicendum, quod (si cut supra dictum est † *) fatum est ordinatio secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos. Quæcunque igitur causis secundis subduntur, ea subduntur & fato. Si qua ve* A *ro sunt, quæ immediatè à Deo fiunt, cùm nõ subdantur secundis causis, non subduntur fa to. Sicut creatio rerum, glorificatio spiritua lium substantiarum, & alia hmõi. Et hoc est quod Boet. dicit, quòd ea, quæ sunt primæ diuinitati propinqua, stabiliter fixa, fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Ex quo etiã patet, quod quanto aliquid longius à prima mente discedit, nexibus fati maioribus implicatur: quia magis subijcitur necessitati se cundarum causarum.*

AD primum ergo dicendum, quòd om nia illa quæ ibi tanguntur, fiunt à Deo me diantibus causis secundis, & ideo sub fati se rie continentur. Sed non est eadem ratio de B *omnibus alijs, vt sup. dictum est.* * In cor. ar.

AD secundum dicendum, quòd fatum refertur ad voluntatem & potestatem Dei, sicut ad primum principium. Vnde non opor tet, quod quicquid subijcitur voluntati diui næ vel potestati, subijciatur fato, vt dictũ 2. * In cor. ar.

AD tertium dicendum, quòd quamuis C *omnes creaturæ sint aliquo mõ mutabiles, tamen aliquæ earum non procedunt à causis creatis mutabilibus. Et ideo non subijciun tur fato: vt dictum est.* * In cor. ar.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclus. Quęcunq; causæ 2. subduntur, ea subdunt & fato.

¶ Secunda conclu. Ea quæ immedia tè fiunt à Deo, non subduntur fato, sicut rerum creatio, & spiritualium D substantiarum glorificatio. Istæ con clusiones D. Tho. verificantur secũ dum quod fatum est ordinatio secũ darum causarum ad effectus diuini tus prouisos. Cæterùm si fatum ac cipiatur pro actu diuino ordinante, nihil est quod subterfugiat, quo minus subiiciatur fato.

QVAESTIO CXVII.

De pertinentibus ad hominis actionem.

POSTEA considerandum est de his quę pertinent ad actionem homi nis, qui est compositus ex spirituali & E *corpo-*

corporali creatura. Et primo considerandũ est de actione hominis. Secũdò, de propagatione hominis ex homine.

ARTICVLVS PRIMVS.

576 2. cont. gẽ. c. 75 ſi. Et ve ti. q. 11. arti. Et opu. 16. c. 5. fin. & Mat. 23. cor. 5. & Ro man. 1. eccle. 6. co. 6. * Habe tur ĩ gl. inter li neari. ibid.

¶ Vtrùm vnus homo possit alium docere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ homo non possit aliũ docere. Dicit n. Dominus Matt. 23. Nolite vocari Rabbi. Vbi di cit gl. * *Hiero. Ne diuinum honorem hominibus tribuatis. Esse ergo magistrum pertinet* B *propriè ad diuinum honorem. Sed docere est proprium magistri. Homo ergo non potest do cere: sed hoc est proprium Dei.*

¶ *2 Præterea. Si homo alium docet, hoc non est nisi inquantum agit per scientiã sibi ad causandum scientiam in alio. Sed qualitas per quam aliquis agit ad faciẽdã sibi si mile, est qualitas actiua. Ergo sequitur quod scientia sit qualitas actiua sicut & calor.*

¶ *3 Præterea. Ad scientiam requiritur* C *lumen intelligibile & species rei intellectæ. Sed neutrũ istorum potest causare vnus ho mo in alio. Ergo vnus homo non potest docẽ do, causare scientiam in alio.*

¶ *4. Præterea. Doctor nihil agit ad disci pulum, nisi q̃ proponit ei quædam signa, vel vocibus aliquid significando, vel nutibus. Sed proponendo signa non potest aliquis aliũ docere, causando in eo scientiam. Quia aut proponit signa rerum notarum, aut rerum ignotarum. Si rerum notarum, ille ergo cui signa proponuntur, iam habet scientiam, &* D *non acquirit à magistro. Si autem rerum ignotarum, per huiusmodi signa nihil addi scit. Sicut si aliquis proponeret alicui Latino verba Græca, quorum significationẽ igno raret: per hoc eum docere non posset. Nullo ergo modo vnus homo potest alium docendo scientiam in eo causare.*

SED contra est, quod Apostolus dicit 1. ad Tim. 2. In quo positus sum ego prædicator & Apostolus doctor gentium in fide & E *veritate.*

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc diuersæ fuerunt opiniones Auer. in li. 3. te. 5. Qu. 76. art. 1. & *com 3. de Ani.* * *posuit vnum intellectum possibilem esse omnium hominum, vt sup. dictum est.* * *Et ex hoc sequebatur, quòd eędem species intelligibiles sint omnium hominum. Et secundum hoc posit, quod vnus homo per doctrinam non causat aliam scientiam in al tero ab ea quam ipse habet, sed communicat ei eãdem scientiam quam ipse habet per hoc quòd monet eum ad ordinandum phantasmata in anima sua, ad hoc quod sint dispositæ cõuenienter ad intelligibilem comprehen sionem. Quę quidem opinio quantũ ad hoc vera est, quod est eadem scientia in discipulo & magistro, si consideretur identitas secun dũ vnitatem rei scitæ. Eadem. n. rei veritas est quam cognoscit et discipulus et magister. Sed quantum ad hoc quòd ponit esse vnũ in tellectum possibilem omniũ hominũ & eas dem species intelligibiles differentes solũ se cundũ diuersa phãtasmata, falsa est eius opi nio, vt sup. habitũ est.* * *Alia est opin. Platonis* Qu. 76. art. 1. & 2. & q. 79. ar. 4 & 5. *eorũ, qui posuerũt, quòd scientiæ ineſt à prin cipio animabus nostris per participationem formarũ separatarum, sicut sup. habitũ est:* † *sed anima ex vnione corporis impeditur ne posſit consideratione libere ea, quorũ sciam hãt.* Qu. 84. art. 2. & 4. *Et secundũ hoc discipulus à magistro non ac quirit scientiam de nouo, sed ab eo excita tur considerandũ ea, quorum sciam habet, vt sic addiscere nihil aliud sit q̃ reminisci. Sic etiam ponebant quod agentia naturalia solummodo disponunt ad susceptionem for marum, quas acquirit materia corporalis per participationem specierũ separatarum.*

Sed contra hoc sup. obtensum est, * *quod in* Qu. 79. art. 2. & q. 84. ar tic. 3. & 4. *tellectus possibilis animæ humanæ est in po tentia pura ad intelligibilia, secundũ quod etiam Aris. dicit in 3. de Ani.* † *Et ideo aliter dicendum est, quod docens causat scientiam in addiscente reducendo ipsum de potentia in actum, sicut dicitur in 8. Physi.* * † li. 3. de ani. tex. 14. t. 2. * tex. 32 to. 2.

Ad cuius euidentiã considerandum est, q̃ effectuũ, qui sunt ab exteriori principio, aliquis est ab exteriori principio tantum, si cut forma domus causatur in materia so lum ab arte. Aliquis autẽ effectus est quan doque quidem ab exteriori principio, quan doque autem ab interiori. Sicut sanitas cau satur in infirmo, quandoque ab exteriori principio, scilicet ab arte medicinæ, quando quo autem ab interiori principio, vt cum aliquis sanatur per virtutem naturæ, & in talibus effectibus sunt duo attendenda. Primò quidem, quòd ars imitatur naturam in sua operatione. Sicut enim natura sanat, infir-

infirmum alterãdo, dirigendo et expellendo materiam, q̃ causat morbum: ita et ars. Secundo attendendũ est, q̃ principiũ exterius, s. ars non operatur sicut principale agens, sed sicut coadiuuans agens principale, q̃ est principium interius confortando ipsum, & ministrando ei instrumenta & auxilia, quib. natura vtatur ad effectũ producendũ. Sicut medicus confortat naturã et adhibet ei cibos et medicinas, quib. natura vtatur ad finẽ intẽtum. Scãa autẽ acquiritur in hoie et ab interiori principio (vt patet in eo, qui per inuentionem ꝓpriam sciam acquiriti) et à principio exteriori, vt patet in eo q̃ addiscit. Ineſt n. vnicuiq; homini quoddam principiũ scie, s. lumen intellectus agentis, ꝑ q̃ cognoscuntur statim a principio naturaliter q̃dã vniuersalia principia oium sciarum. Cùm aũt aliquis hmõi vniuersalia principia applicat ad aliqua particularia, quorũ memoriã & experimentum ꝑ sensum accipit, per inuẽtionẽ propriã acquirit sciam eorum q̃ nesciebat, ex notis ad ignota ꝓcedens. Vnde et quilibet docens ex hu, q̃ discipulus nouit, ducit eum in cognitionem eorũ, q̃ ignorabat: secundum q̃ dicitur in 1. Poste. q̃ ois doctrina & ois disciplina ex pręexistenti fit cognitione. Ducit autem magister discipulum ex pręcognitis in cognitionem ignotorum dupliciter. Primò q̃dem proponẽdo ei aliqua auxilia vel instrumẽta, quib. intellectus eius vtatur ad sciam acquirendam. Puta cum proponit ei aliquas ꝓpositiones minus vniuersales, quas tamen ex pręcognitis discipulus dijudicare põt, vel cum proponit ei aliqua sensibilia exempla, vel similia, vel opposita, vel aliqua hmõi, ex quibus intellectus addiscentis manuducitur in cognitionem veritatis ignota. Alio mõ cũ confortat intellectũ addiscentis, non quidem aliqua virtute actiua quasi superioru naturę sicut sup. dictum est* de angelis illuminantibus: quia omnes humani intellectus sunt vnius gradus in ordine naturæ: sed inquantum proponit discipulo ordinem principiorũ ad conclusiones, qui fortè por seipsum non haberet tantam virtutem collatiuam, vt ex principijs posset cõclusiones deducere. Et ideo dicitur in 1. Poste.* quod demonstratio est syllogismus faciens scire. Et per hunc modum ille, qui demonstrat, auditorem scientẽ facit.*

In prĩc. j. li. poſter. to. 1.

Q. 106. artt. 1. & q. 111. artt. 1.

*li. 1. poſte. tex. 5. to. 1.

A D primum dicendum, quòd (sicut ia dictum est*) homo docens ſolummodo exterius miniſterium adhibet, sicut medicus ſanans. Sed sicut natura interior est principalis causa ſanationis, ita & interius lumẽ intellectus est principalis causa scie. Vtrunq; autem horũ est à Deo. Et ideo sicut de Deo dicitur, Qui ſanat omnes infirmitates tuas, ita de eo dicitur, Qui docet hominem scientiam: inquantum lumen vultus eius ſup nos ſignatur, per quod nobis omnia oſtenduntur.

In corp. art.

A D ſecundum dicendum, q̃ doctor non causat sciam in diſcipulo per modũ agentis naturalis, vt Auer. obijcit.* Vnde nõ oportet quòd scientia ſit qualitas actiua, ſed est principium quo aliquis dirigitur in operando.

li. 3. de anĩ. tex. 5. decimo nando

A D tertium dicendũ, q̃ magiſter nõ causat lumẽ intelligibile in diſcipulo, nec directè ſpecies intelligibiles: ſed mouet diſcipulum ꝑ ſuam doctrinam ad hoc quòd ipſe per virtutem ſui intellectus formet intelligibiles cõceptiones, quarum ſigna ſibi proponit exterius.

ad finem

A D quartum dicendum, quòd ſigna quæ magiſter diſcipulo proponit, ſunt rerum notarum in vniuerſali & ſub quadam confuſione: ſed ignotarum in particulari, & ſub quadam diſtinctione. Et ideo cum quiſque per ſeipſum ſcientiam acquirit, non poteſt dici docere ſeipſum, vel eſſe ſui ipſius magiſter: quia non pręexiſtit in eo ſcientia completa, qualis requiritur in magiſtro.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concl. Docẽs causat sciam in addiſcẽte, reducẽdo ipſum de potentia in actum. ¶ Secunda concl. Magiſter ducit diſcipulum in cognitionem ignotorum, dupliciter vno modo proponẽdo ei aliqua auxilia vel inſtrumenta, quibus intellectus eius vtatur ad ſciẽtiam, ſecundo mõ confortando intellectũ eius, nõ quidẽ aliqua virtute actiua ſuperioris naturæ, ſed inquantũ proponit ordinem principiorũ ad cõcluſiones.

COMMENTARIVM.

CIrca ſecũdam concluſionẽ nota duo. Primum eſt, quòd modus ille primus non ſufficit, vt vnus homo dicatur alterũ illuminare, quoniã ille modus inuenitur ẽt in minori reſpectu ſuperioris. Põt. n. minus

nus doctus doctiori proponere aliqua q̃b. intellectus ſuperioris vtatur ad actualem ſciam vniuerſalium, & ſimpliciter ad cognitionẽ ſingulariũ. Alterũ eſt, quod quantũ ad rationẽ confortationis, nõ differunt angelus & hõ ĩ hoc, q̃ angelus virtute actiua ad modũ cauſæ phyſicę confortet intellectũ inferioris: homo vero ut cã artificialis. Sed in hoc eſt differentia, quòd cum angelus ſit ſuperioris naturæ, melius diſponit ſubiectum & ordinat reſpectu inferioris angeli, quam homo reſpectu hominis, qui eſt eiuſdem ſpeciei. Vtraque tamẽ causa cõfortatiua eſt artificialis ĩ illuminãdo.

ARTICVLVS II.

577 2. d. 11. ar. 4. & Eph. 3. lc. 3. co. 2.

¶ Vtrùm homines poſſint docere angelos.

AD SECVNDVM ſic procedĩtur. Videtur, q̃ homines poſſint docere angelos. Dicit n. Apoſto ad Ephe. 3. Vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſia multiformis ſapientia Dei. Sed eccleſia eſt congregatio hominum fidelium. Ergo angelis per homines aliqua innoteſcunt.

Q. 106. artt. 1. & 3.

¶ 2 Prætereà. Angeli ſuperiores, qui immediate de diuinis à Deo illuminãtur, inferiores angelos inſtruere poſſũt, vt ſup. dictũ eſt.* Sed aliqui homines immediatè de diuinis ꝑ Dei verbũ ſunt inſtructi: ſicut maximè patet de Apoſtolis, ſecundũ illud ad Heb. 1. Nouiſſimè dieb. iſtis locutus eſt nobis in filio. Ergo aliq̃ homines aliquos angelos docere potuerunt.

* ho. 34 in Euã. poſt medium il lius. c. 4 par. 1. aliq̃tulũ ante med.

¶ 3 Prætereà. Inferiores angeli à ſuperioribus inſtruuntur. Sed quidam homines ſuperiores ſunt aliquibus angelis, cùm ad ſupremos ordines angelorum aliqui homines aſſumantur, vt Greg.* dicit in quadam homilia. Ergo aliqui inferiores angeli per aliquos homines de diuinis inſtrui poſſunt.

Q. 107. ar. 2.

SED contrà eſt q̃ Diony.* dicit 4. c. de diu. no. q̃ eis diuinæ illuminationes perferuntur ad homes mediantibus angelis. Non ergo angeli inſtruuntur per homines de diuinis.

RESPONDEO dicendum, quòd (ſicut ſup. habitum eſt*) inferiores angeli loqui quidem poſſunt ſuperioribus angelis, manifeſtando eis ſuas cogitationes, ſed de rebus diuinis ſupiores ab inferioribus nunq̃ illuminãtur. Manifeſtũ eſt autem, q̃d eo modo quo inferiores angeli ſuperioribus ſubduntur ſupremi homes ſubduntur ẽt infimis angelorũ: quod patet per id quod Dominus dicit Matt. 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Io. Bapt. ſed qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. Sic igitur de reb. diuinis ab hoibus angeli nunquam illuminantur: cogitationes tamen ſuorum cordium hões angelis per modum locutionis manifeſtare poſſunt, quia ſecreta cordiũ ſcire ſolius Dei eſt.

A D primum ergo dicendum, quòd Aug. ſuper Gen. ad lit.* ſic exponit illam Apoſto li autoritatem Præmiſerat n. Apoſtolus. Mihi omnium Sãctorũ minimo data eſt gratia hanc, illuminare omnes, qua ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo: ita dico abſconditi, vt tamen innoteſceret principib. & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiã, ſ. multiformis ſapientia Dei: q. d. Ita hoc ſacramentum erat abſconditum hominibus, vt tamen eccleſia cæleſti, quæ cõtinetur in principibus & poteſtatibus, hoc ſacramentum notum eſſet à ſeculis, non ante ſecula: quia ibi primitus eccleſia fuit, quo poſt reſurrectionem & iſta eccleſia hominum congregãda eſt. Poteſt tamen et aliter dici, quòd illud quod abſconditum eſt, non tantum in Deo innoteſcit angelis: verum etiã hoc eis appareret cùm effectus arg. propalatur: vt Aug.* dicit ibidem ſubdit. Et ſic dum per Apoſtolos impleta ſunt Chriſti & eccleſiæ myſteria, angelis aliqua apparuerunt de hmõi myſteriis, quæ ante erant eis occulta. Et per hunc modũ poteſt intelligi quod Hierem. dicit,* quòd Apoſtolis prædicantibus, angeli aliqua myſte riã cognouerunt: quia ſcilicet per prædicationem Apoſtolorum huiuſmodi myſteria exꝓlebantur in rebus ipſis. Sicut prædicante Paulo Apoſtolo conuertebantur gentes, de quo Apoſtolus ibi loquitur.

Loco citato, in princip. corp.

Sup ver bũ Pauli citatũ arg. j. to mo 9.

A D ſecundum dicendum, q̃ Apoſtoli inſtruebantur immediatè à verbo Dei, non ſecundũ eius diuinitatẽ, ſed inquantũ eius humanitas loquebatur. Vnde rõ non ſequitur.

A D tertium dicendum, quòd aliqui homines etiã in ſtatu viæ ſunt maiores aliquibus angelis, non quidem actu, ſed virtute: inquantum ſ. habent charitatem tantę virtutis, vt poſſint mereri maiorem beatitudinis gradum. q̃ quidam angeli habeant. Sicut ſi dicamus ſemen alicuius magnæ arboris eſſe maius virtute quàm aliquam paruam arborem, cum tamen multo minus ſit in actu.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est negatiua. Et intelligit de hoibus viatoribus, nã beati si beatiores sunt angelis possunt angelos minus beatos illuminare & docere, vt q. 108. art. 8. dictum est.

COMMENTARIVM.

NOta in solut. ad 3. argu. duplicem explicationem egregiam illius loci ad Eph. 13. Vt innotescat principibus, & potestatib. &c. Et quidẽ de prima explicatione plura dicit D. Th. super illũ locũ Apostoli in comm. Verũ pro secũda explicatione facit quod ait Apost. 3. ad Timo. 3. Magnũ est pietatis sacramentũ quod manifestatũ est in carne iustificatũ est in spiritu, apparuit Angelis ꝓdicatũ est gentib. Quãuis hũc locũ explicet D. Gre. li. 33. mo. c. 4. nõ qdẽ de spiritib. angelicis, sed de hoĩb. q fuerũt nũ tij Euãgelij, & iõ appellant angeli iuxta illud Malac. 2. Labia sacerdotis custodient scientiam & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.

DVbiũ breue se offert circa id qd' asserit D. Th. in solut. ad 2. arg. vbi ait, q Apostoli instruebant immediatè à verbo Dei, nõ sm eius diuinitatẽ, sed inquantum eius humanitas loquebat. Arguit. n. contra hoc primò, qa Spiritꝰ Sanc. immediate docuit Apostolos explicãs illis mysteriũ verbi incarnati, iuxta illud Io. 14. & 16. Paracletus aũt Spũs Sanc. quẽ mittet pr̃ in noĩe meo, ille vos docebit oĩa, & suggeret vobis oĩa quecunq; dixero vobis, ergo Apostoli immediatè fuerũt à Deo illuminati, ac ꝓinde pp defectũ huius dignitatis, negãdũ nõ ẽ, q Apostoli potuerint Angelos illuminare. Itẽ beata virgo haud dubiũ qn habuerit explicatissimã cognitionẽ mysterij incarnationis, iã inde à cõceptione Chr̃i prius q̃ angelis mysteriorũ secretiora reuelarent, ergo ipsa potuit angelos docere. Ad hoc br̃, rndet, q quis Apostolis prius sint reuelata secreta qdã diuina mysteria, q̃ angelis, tñ ꝓpriè loquẽdo nõ sunt dicẽdi docuisse Angelos, qm̃ ad rõnẽ docendi & illuminãdi, nõ solũ pertinet, q ꝓponat obiectũ aĺs abscõditũ, sed requir̃, q disponat talter & ordinet vt is q docendus est & illuminandus, cõfortet ad cognoscendũ qd' sibi proponit. At vero ꝓdicantib. Apostolis tñ ꝓponebatur obiectum, tõ autẽ cognoscendi inerat angelis ab ipso Deo, vel in visione diuinæ essentiæ, vel p̃ species infusas, aut lumen infusum. Qui modus cognoscẽdi perfectior est q̃ ille quẽ habuerunt Apostoli, dũ viatores fuerũt. Ad id vero qd' in oppositũ obiiciebatur rndet, q Spiritus S. non p̃ cognitionẽ sui apertã manifestauit Apostolis omnẽ veritatem, sed sub similitudinib. rerum visibilium. Et idẽ dicendũ est de beata virgine. Et idcirco neq; Apostoli neq; beata virgo illuminarunt Angelos, sed solũ potuerunt ꝓponere obiecta, quibus visis angeli plura cognoscebant, q̃ antea. Quemadmodum si quis artifex domum quam in mente habet, ædificet: tunc sanè ille artifex nõ dicitur illuminare eos qui, ꝓpria virtute cognoscunt artificiatũ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q homo per virtutẽ animæ possit corporalẽ materiã immutare. Dicit. n. Greg.* 2. dia. lo. q sancti miracula aliquando ex precefactione aliquando ex potestate. Sicut Petrus quia Tabitam mortuam orando suscitauit: Ananiam & Saphiram mẽtientes morti increpando tradidit. Sed in operatione miraculorum fit aliqua immutatio materiæ corporalis. Ergo homines virtute suæ animæ possunt materiam corporalem immutare. 578

¶ 2 Praterea. Sup illud ad Gal. 3. Quis vos fascinauit veritati nõ obedire: dicit gl.* q̃dã habẽt oculos vrẽtes, qui solo aspectu inficiunt alios, et maximè pueros. Sed hoc nõ esset nisi virtus animæ posset materiã corporalẽ immutare. Ergo homo per virtutem suæ animæ põt, materiam corporalẽ immutare. Glo. ordin. ibi.

¶ 3 Praterea. Corpus humanum est nobilius q̃ alia inferiora corpora. Sed ꝑ apprehensionẽ animæ humanæ immutatur corpus humanũ ad calorẽ & frigus, vt patet in irascentibus & timentibus: et quandoq; ẽt hæc immutatio euenit vsq; ad grauitudinẽ et mortem. Ergo multo magis anima hominis potest suæ virtute materiam corporalẽ immutare. Li. 3. de tri. ca. 8.

SED cõtra est. q dicit Aug.* in 3. de tri. q̃ materia corporalis soli Deo obedit ad nutũ. cir. prin. ci. to. 3.

RE-

RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum*) materia corporalis non immutatur ad formam, nisi vel ab agente aliquo cõposito ex materia & forma, vel ab ipso Deo, in quo virtualiter & materia & forma præexistit, sicut in primordiali causa virtuũq;. Vnde & de angelis supra dictum est,* q̃ materiam corporalem immutare non possunt naturali virtute, nisi applicando corporalia agentia ad effectus aliquos producẽdos. Multo igitur minus anima sua virtute naturali potest immutare materiam corporalem, nisi mediantibus aliquibus corporibus. Q. 110. ar. 2.

AD primum dicendum, quòd sancti dicuntur miracula facere ex potestate gratiæ, non naturæ. Quod patet per illud quod Gregor.* ibi dem dicit. Qui filij Dei ex potestate sunt, vt dicit Ioannes, quid mirum si signa facere ex potestate valeant? Eod. li. & ca. in arg. cita.

AD secundum dicendum, quòd fascinationis causam assignauit Auicen. ex hoc q̃ materia corporalis nata est obedire spirituali substantiæ magis, quàm contrarijs agentibus in natura. Et ideo quãdo anima fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur secundum eã. Et hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Sed supra ostensum est,* q̃ materia corporalis non obedit substantiæ spirituali ad nutũ, nisi soli Creatori. Et ideo melius dicendum est, quòd ex forti imaginatione animæ immutantur spiritus corporis coniuncti. Qua quidem immutatione spirituũ maximè fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus perueniunt. Otuli autẽ inficiunt aerem continuũ vsque ad determinatum spatium. Per quemmodum specula si fuerint noua & pura, contrahunt quãdam impuritatem ex aspectu mulieris menstruatæ, vt Arist.* dicit in libro de somn. ca. somno & vigil. Sic igitur cùm aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiã, sicut maximè in vetulis contingit, efficitur secundũ modum prædictum aspectus eius venenosus & noxius: & maximè pueris qui habẽt corpus tenerũ & de facili receptiuum impressionis. Possibile est etiam quòd ex Dei permissione, vel etiã ex aliquo facto occulto cooperetur ad hoc malignitas dæmonum cum quibus vetule sortilegæ aliquod fœdus habent. Q. 110. ar. 2. Lib. de somn. ca. ante me. to. 2.

AD tertium dicendũ, q̃ aĩa corpori humano vnitur vt forma, & appetitus sensitiuus, q̃ obedit aliqualiter rationi, vt sup. dictũ est,* est actus alicuius organi corporalis. Et ideo oportet q̃ ad apprehensionem animæ humanæ commoueatur appetitus sensitiuus cũ aliqua operatione corporali. Ad exteriora vero corpora immutanda apprehensio animæ humanæ non sufficit nisi mediante immutatione proprij corporis, vt dictum est.* Q. 81. ar. 3. Ad 2. argu. prec.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est. Anima multo minus q̃ angeli sua virtute naturali põt immutare materiã corporalẽ, nisi mediãtibus aliqbus corporibus.

COMMENTARIVM.

NOta valde solutionem ad secundũ argumentum, contra eos qui ridiculum opinantur esse fascinationem, quod vulgo dicitur, *Mal de ojo*, diffinit. n. D. Tho. & esse fascinationem, & rationem duplicem illius, alteram naturalem, alteram ex permissione diuina. ¶ Nota etiam in solutione ad tertiũ cum Caiet. quod anima neque corpus proprium directè immutare potest formali immutatione, & ratio est, quoniam anima nõ est directè principium alicuius mutationis, videlicet alterationis, augmentationis, & generationis. Nihil. n. istorum efficit per operationem animalem, i. apprehensionem aut volitionem directè. Non. n. est tanta efficacia, sed vt ait D. Thom. ad apprehensionem animæ sequitur actus appetitus sensitiui, videlicet timoris & concupiscentiæ. Et tunc comitat aliqua cõmotio humoris, & sic indirectè anima humana immutat corpus proprium. Sed iudicio meo melius dicetur quòd non immediate põt anima immutare etiam proprium corpus quam quod non directè. Est. n etiã in causis superioribus virtus quæ directè mediantibus alijs inferioribus attingit effectum vltimum. Ac proinde apprehensio animæ non per accidens, sed per se & directè attingit ad immutationem corporis, quæ necessario & per se quãuis materialiter concomitatur effectum iræ vel timoris.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm anima hominis separata possit corpora saltem localiter mouere. 579

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima hominis separata possit corpora saltem localiter mouere. Substantiæ enim mal. qu. 16 ar. 10. ad secũdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirituali naturaliter obedit corpus ad motū A
q.110.ar. 3. *localem: vt supra dictum est.* Sed anima separata est substantia spiritualis. Ergo suo imperio potest exteriora corpora mouere.*

¶ 2 *Præterea. In itinerario Clemētis* dicitur narrante Niceta ad Petrum, q Simon* Li.2.cir. fi.2. fol. à pri. lib *magus per magicas artes pueri à se interfecti animam retinebat, per quam magicas operationes efficiebat. Sed hoc esse non potuisset sine aliqua corporum transmutatione, ad minus locali. Ergo anima separata habet virtutē localiter mouendi corpora.*

*li.2. de ani. tex. 26.to.2. *SED contra est, quod Philosophus dicit in libro de Anima, * quod anima non potest mouere quodcunque corpus, sed solummodo proprium.*

RESPONDEO dicendum, quòd anima separata sua naturali virtute nō pōt mouere aliquod corpus. Manifestū est n.q cùm anima est corpori vnita, nō mouet corpus nisi vivificatum. Vnde si aliquod membrū corporis mortificetur, non obedit anima ad motum localem. Manifestum est aūt q ab anima B *separata nullum corpus vivificatur. Vnde nullum corpus obedit ei ad motum localem quātum est de virtute suę naturæ, supra quam potest aliquid ex conferri virtute diuina.*

AD primum ergo dicendum, quòd substātię quędam spirituales sunt, quarum virtutes non determinantur ad aliqua corpora. Sicut sunt angeli, qui sunt naturaliter à corporibus absoluti. Et ideo diuersa corpora eis possunt obedire ad motū. Si tamē alicuius substātię C *separatæ virtus motiua determinetur naturaliter ad mouendū aliquod corpus, nō poterit illa substātia mouere aliquod corpus maius, sed minus: sicut secundū Philosophos motor inferioris cœli nō posset mouere cœlū superius. Vnde cum anima secundū suā naturā determinetur ad mouēdū corpus cuius est forma, nullū aliud* Lib. 10. de ciuit. Dei c.11. à med. tom.5. *corpus suā naturali virtute mouere potest.*

AD secundum dicendum, quod (sicut dicit Augustinus 10. de Ciuit Dei, & Chrysostomus super Matth.) frequenter dæmones* *Chrys. hom.29 in Matt. *simulant se esse animas mortuorum ad confirmandum Gentilium errorem, qui hoc credebant. Et ideo credibile est quòd Simon Magus illudebatur ab aliquo dæmone, qui* E *simulabat se esse animam pueri, quem ipse occiderat.*

SVMMA ARTICVLI.

Cōclusio est negatiua. Et ratio in articulo egregia, & procedit de anima secundùm naturalē virtutem.

COMMENTARIVM.

DVbitat Caietanus circa rationem Diui Tho. quæ præsupponit idem esse iudicium de anima separata & coniuncta. Hoc autem falsum videtur. Et probatur à simili. Hæc enim consequentia non valet. Anima coniuncta corpori non intelligit aliquid ni-
B si per conuersionem ad phantasmata, ergo neque separata quicquam intelligit, cum animæ separatæ nulla phantasmata obijciantur. Hæc autem consequentia negabitur ab omnibus, quia non est eadem ratio de anima separata & coniuncta, ergo neque consequentia facta à D. Tho. in articulo valida erit. Ad hoc prima facie dici potest, quòd quia anima separata non est maioris virtutis motiuæ, quam coniuncta: idcirco consequentia tenet. Sed contra hanc responsionē
C obijcitur primo, quod non est maioris virtutis mouere lapillum, quam corpus coniunctum. Secundo quòd liceat anima separata, non sit maioris virtutis, est tamen alterius modi vtendi illa virtute, sicut est alterius modi essendi, & intelligendi, & propterea coniuncta mouet vivificando, separata autem non vivificando. Vnde dicendum est, quod consequentia fundatur super vna propositione priore antecedente, & implicitè
D declarata in illo, & explicata in responsione ad primum, & est ista, Anima humana est ex propria natura determinata ad mouēdum corpus à se vivificatum tātum. Ex hac enim optimè valet consequentia, quoniam quod conuenit ei ex natura, non variatur ex vario modo essendi. Hæc autē clauditur & & declaratur in antecedente assumpto. Claditur quidē quia cū vis motiua vt sic respiciat corpus, q respicit mobile, qđ oportet esse corpus iuxta doctrinā 6. Physi. text. 32. & aīa sm statū cōiūctionis respiciat ēt cor-
E pus: cōsequēs est, q oīs vis motiua, statu cōiūctionis concludat. Declarat aūt q a patefacto qđ aīa in statu cōiūctionis determinata est ad corpus vitū palā fit q aīa absolutè est virtutis limitatæ ad mouēdū tale corpus. Et ad instantiā quæ fit de diuersitate modi in intelligēdi, dicēdū ē ex differētia iter virtutem

tem motiuā, ac intellectiuā, & volitiuam vt A
sic. Intellectus enim secundum totum genus suum, habet pro obiecto ens inquantū ens neque est contractus ad aliquod particulare ens, siue in genere siue in specie. Virtus autem motiua ex propria ratione habet pro obiecto certum ens, scilicet, corpus mobile. Et propterea intellectū coniunctū qui non potest attingere ens nisi phantasiatum oportet separatum habere alium modum intelligendi quo proprium obiectum possit
B attingere, ex quo obiectum adæquatū suū non erat ens phantasiatum; virtus autē motiua cum ex genere suo ad certum ens, scilicet, corpus determinetur, consequens est quod secundū species suas ad certas species corporis determinetur: & sic cum suprema vis motiua ad corpus determinata, non tamen ad multitudinem, nec magnitudinem eius limitetur, quia est infinita consequens est quod paulatim descendendo infima vis motiua ad corpus minimum, multitudine
C & magnitudine determinata sit. Constat autem quod anima humana est vltimus motor inter spiritus: igitur eius vis ad corpus humanum quod est paruissimum respectu mobilium ab angelis, & vnicum corpus humanum, scilicet, vivificatum à se, determinatur: aliter nō esset in infimo gradu limitationis. Et propterea non potest rationabiliter distingui modus mouendi iuxta modū essendi & intelligendi, non enim remanet in anima separata habitudo ad obiectum potentiæ motiuæ, quia non est vniuersale
D sicut intellectus. Et ideo optimè litera ex efficacia animæ coniunctæ subintelligens efficaciam illius simpliciter quoad vim motiuam intulit, quòd non potest separata mouere, quod non potest coniuncta.

QVAESTIO CXVIII.

De traductione hominis ex homine quantum ad animam. Ia

DEINDE considerandum est de traductione hominis ex homine. Et primo quantum ad animam. Secundo quantum ad corpus.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima sensitiua non tra- 580
ducatur cū semine, sed sit per creationem à Deo. Omnis enim substā- 2.di.18. q.2.ar.3. Et 2.cō. c.86 §.1 Et po.q. 3.ar.11.
tia perfecta quæ non est composita ex materia & forma, si esse incipiat, hoc non est per generationem, sed per creationem, quia nihil generatur nisi ex materia. Sed anima sensitiua est substantia perfecta: alioquin non posset mouere corpus, & cum sit forma corporis, non est ex materia & forma composita. Ergo non incipit esse per generationē, sed per creationem.

¶ 2 *Præterea. Principium generationis in rebus viuentibus est per potentiā generatiuā, quæ cū numeretur inter vires animę vegetabilis, est infra animam sensitiuā. Nihil aūt agit vltra suam speciem. Ergo anima sensitiua nō potest causari per vim generatiuā animalis.*

¶ 3 *Præterea. Generans generat sibi simile. Et sic oportet q forma generati sit actu in* C
cā generationis. Sed aīa sensitiua non est actu in semine, nec ipsa, nec aliqua pars eius. Quia nulla pars aīæ sensitiuæ est nisi in aliqua corporis particula, quia nulla particula corporis ē quæ nō fiat ex semine & per virtutē seminis. Ergo anima sensitiua nō causatur ex semine.

¶ 4 *Præterea. Si in semine est aliquod principium actiuū animæ sensitiuæ, aut illud principium manet generato iam animali, aut non manet. Sed manere non potest. Quia vel esset idem cū anima sensitiua animalis gene-* D
*rati, & hoc est impossibile: quia sic esset idem generās & generatum, & faciens & factum. Vel esset aliquid aliud, & hoc etiam est impossibile: quia supra * ostensum est, quòd in vno animali non est nisi vnum principium forma* q.76.ar.4. tic.4.
esse, quod est vna anima. Si autem non manet, hoc etiā videtur impossibile: quia sic aliquod agens ageret ad corruptionem suīpsius, quod est impossibile. Non ergo anima sensitiua potest generari ex semine.

SED contra. Ita se habet virtus quę est in semine, ad animalia quæ ex semine generantur: sicut se habet virtus quę est in elementis mundi, ad animalia quæ ex elementis mundi producuntur, sicut quæ ex putrefactione generantur. Sed in huiusmodi animalibus anima producuntur ex virtute quæ est in elementis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundùm illud Genes.1. Producant aqua reptile anima viuentis. Ergo & animalium quæ generantur ex semine, anima producuntur ex virtute quæ est in semine.

RESPONDEO dicẽdum, quòd quidã posuerunt animas sensitiuas animaliũ à Deo creari. Quæ quidem positio conueniens esset, si anima sensitiua esset res subsistens habẽs per se esse & operationẽ. Sic enim sicut per se haberet esse & operationem, ita per se deberetur ei fieri. Et cùm res simplex & subsistens, non possit fieri nisi per creationẽ: sequeretur quòd anima sensitiua procederet in esse per creationem. Sed ista radix est falsa, scilicet quòd anima sensitiua per se habeat esse & operationẽ, ut ex superioribus patet: Qu.75. ar.3. *non enim corrumperetur corrupto corpore. Et ideo cùm non sit forma subsistens, habet se in essendo ad modũ aliarum formarum corporalium, quibus per se non debetur esse, sed esse dicuntur inquantũ composita subsistentia per eas sunt. Vnde & ipsis compositis debetur fieri. Et quia generãs est simile generato, necesse est ꝙ naturaliter tam anima sensitiua, quàm alię huiusmodi formæ producantur in esse ab aliquibus corporalibus agentibus transmutantibus materiam de potẽtia in actum, per aliquam virtutem corpoream quæ est in eis. Quanto autem aliquod agens, est potentius, tanto potest suam actionẽ diffundere ad magis distans: sicut quanto aliquod corpus est magis calidum, tanto ad remotius calefactionem producit. Corpora igitur nõ viuentia, quæ sunt inferiora naturæ ordine, generant quidẽ sibi simile, non per aliquod medium, sed per seipsa, sicut ignis per seipsum generat ignem: sed corpora viuentia tanquã potentiora, agunt ad generandum sibi simile, & sine medio, & per medium. Sine medio quidẽ in opere nutritionis, in quo caro generat carnem, eũ medio vero in actu generationis. Quia ex anima generantis derivatur quædam virtus actiua ad ipsum semen animalis vel plantæ, sicut & à principali agente derivatur quædam vis motiua ad instrumentum. Et sicut nõ refert dicere quòd aliquid moueatur ab instrumẽto, vel principali agente, ita non refert dicere quòd anima generati causatur ab anima generantis, vel à virtute derivata ab ipsa quæ est in semine.*

AD primum dicendum, quòd anima sensitiua non est substantia perfecta per se subsistens. Et de hoc supra dictum est, Qu.75. ar.3. *nec oportet hic iterare.*

AD secundũ dicendũ, quòd virtus generatiua non generat solum in virtute ꝓpria, sed in virtute totius aię, cuius est potentia. Et iõ virtus generatiua plãtæ generat plãtã: virtus vero generatiua animalis generat animal. Quãto.n. anima fuerit perfectior, tãto virtus eius generatiua ordinatur ad perfectiorẽ effectũ.

AD tertium dicendum, quòd virtus illa actiua quę est in semine, ex anima generantis derivata est, quasi quædam motio ipsius animæ generantis: nec est anima aut pars animæ nisi in virtute sicut in serra, vel securi nõ est forma lecti, sed motio quædam ad talem formam. Et ideo non oportet quòd ista vis actiua habeat aliquod organũ in actu, sed fundatur in ipso ſpiritu incluſo in semine quod est ſpumoſum, ut attestatur eius albedo: in quo etiã ſpiritu est quidam calor ex virtute cęleſtium corporum, quorum etiam virtute agentia inferiora agunt ad ſpeciem. vt sup. dictum est. Q.115. art.3.ad 2. *Et quia in huiusmodi ſpiritu concurrit virtus animæ cum virtute cęleſti, dicitur quòd homo generat hominem, & ſol. Calidum autem elementare ſe habet instrumentaliter ad virtutem animæ: sicut etiam ad virtutem nutritiuam, vt dicitur in* lib.2.de ani. tex. 50. Et.2 de part. animal. ca.3.to. 2.&4. *2. de Anima.*

AD quartum dicendum, quòd in animalibus perfectis quæ generãtur ex coitu, virtus actiua est in semine maris, secundũ Philoſophum in lib. *de Generat. animalium. Materia autem fœtus est illud quod miniſtratur à fœmina. In qua quidẽ materia ſtatim à principio est anima vegetabilis, non quidem secundum actum ſecundum, ſed ſecundum actum primum: ſicut anima ſenſitiua in dormientibus. Cùm autem incipit attrahere alimentũ, tũc iam actu operatur. Huiusmodi igitur materia transmutatur à virtute, quę est in ſemine maris, quouſque perducatur in actum animæ ſenſitiuæ: non ita ꝙ ipſamet vis, quæ erat in ſemine, ſit anima ſenſitiua: quia ſic idẽ eſſet generãs & generatum. Et hoc magis eſſet ſimile nutritioni & augmento, quàm generationi, vt Philoſophus dicit.* *Poſtquam autem per virtutem principij actiui, quod erat in ſemine* li.1.tex. 33.&34 *producta eſt anima ſenſitiua in generato, quãvis ad aliquam partem principalẽ: tunc iam ipſa anima ſenſitiua prolis incipit operari ad complementum proprij corporis per modum nutritio-*

nutritionis & augmenti. Virtus autem actiua quæ erat in ſemine, eſſe deſinit diſſoluto ſemine & euaneſcente ſpiritu qui inerat. Nec hoc eſt inconueniens: quia vis iſta non eſt principale agens, ſed inſtrumentale. Motio autem inſtrumenti ceſſat effectu iam producto in eſſe.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concl. Anima quæ tm̃ sensitiua est, virtute seminis producitur. ¶ Secunda concl. Hęreticum est dicere, qđ aĩa intellectiua traducatur cũ semine. ¶ Tertia concl. Aĩæ intellectiuę nõ sunt creatę añ corpora.

COMMENTARIVM.

HIc articulus magnã disputandi materiã ſuppeditabat, niſi ea q̃ in hoc loco in dubiũ vertipoſſũt iã in ſuperioribus à nobis diſputata fuiſſent. ¶ Circa primã & ſecũdã concluſionẽ nota locum egregiũ Gen.1. ca. vbi dicit, Producat terra animã viuentẽ. At vero in 2.c. dicitur, Formabit igitur Dñs Deus hominẽ de limo terræ, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ. Ex q̃bus teſtimonijs colligitur differentia aliarũ animarũ ab aĩa rationali. Illæ.n. à terra productæ ſunt, hæc vero à ſolo Deo inſpirãte ſpiraculũ vitæ. Vide quę ſup. dicta ſunt q.75. ar.3. Circa ſecundã concluſionẽ, vide ẽt q̃ dicta ſunt q.90. per totã, & q.45. ar.5. Circa 3. conel. vide q̃ diximus q.47. ar.1. & q.61. ar.3. de errore Orig. Quapropter de hac q̃ſtione nihil amplius occurrit dicendũ p̃ter ea quæ Caiet. hoc in loco aduertit, cuius doctrinã in gratiã nouitiorũ Theologorũ, & eorũ q̃bus tot libri nõ ſuppetũt libuit hoc in loco trãsferre. Habet igitur in hunc modũ Caiet. In titulo articuli aduertit quod cũ ſemine per inde eſt ac ſi diceretur, Vtrũ anima ſenſitiua cõmunicetur à generãte per hoc ꝙ ab eo decidit ſemen, ita ꝙ in ſemine vehatur anima ſenſitiua formaliter, vel virtualiter. ¶ In corpore articuli duo principaliter agit D.Tho. primo tractat opinionẽ, ſecundo reſpõdet q̃ſito. ¶ Quantum ad primũ duo ſiunt. Primo ponitur ipſa opinio, quæ tenet partem negatiuã dicẽs, Animam ſenſitiuã ſolo Deo fieri ſecundo reprehenſio illius ex cauſis eius, ꝙ eſt fieri oportere per creationẽ, ſ. ſimplicitate & ſubſiſtentia ſimul. Cui.n. hæc duo ſunt, oportet creari, & cui nõ, non, niſi forte pro excellentiã ordinis rei factæ, vt de gratia dr̃.n. arguit, ſi hẽre aĩa ſenſitiua hoc, crearetur, ſed qa nõ hẽt, qđ ꝓbat qa eſt incorruptibilis, ergo. Quo ad ſm, concluſio reſpõſiua eſt affirmatiua. Aĩa ſenſitiua cauſat̃ ab aĩa generantis principaliter, & à ſemine inſtrumentaliter. Hæc cõcluſio intẽdit duo, Primũ cõmune aĩæ ſenſitiuæ, & cæteris formis corporalibus, ſ. ꝙ ſit agẽte corporeo. Secundum ꝙ ſit tali mõ, ſ. per ſemen. Et quoad vtrunque probatur primo, ꝙ ab agente corporeo quale eſt generans, ꝓbatur ex principio pluries repetito. Forma quæ ſic ſolum eſt quia ineſt compoſitio fit ad factionem cõpoſiti, ergo ab agente corporeo: ſed aĩa ſenſitiua eſt huiuſmodi, ergo. Antecedens probatur, qa fieri conuenit alicui eo modo quo eſſe. Conſequentia ꝓbatur, quia oportet vnumq̃quodq; fieri à ſimili: minor iam patet ex dictis, ergo. Secundum vero probatur ex dr̃ia inter agentia ſuperioris ordinis & inferioris ſic. Inter corporalia agentia quanto virtuoſius, tanto in diſtantius põt, ergo viuentia poſſũt & ſine medio & cum medio agere ſibi ſimilia, ergo per ſemẽ. Antecedẽs ꝓbatur, inductione in calido, &c. Prima conſequentia ꝓbatur, quia viuentia ſunt ſuprema corpora, & conſequenter virtuoſiſſima. Secunda vero ꝓbatur, quia ſemẽ eſt illud medium quo generans attingit diſtãs. Declaratur quoque in litera conſequens primę conſequentię. Et vltimo docetur quòd nihil refert dicere, aĩ mã cauſari ex ſemine, aut generante quia ſe exigunt ſicut agens, & inſtrumentũ. Aduerte hic, ꝙ probato quod anima ſenſitiua, ſit ab agẽte corporeo, quia cõpoſitum oportet à ſimili fieri, ſatis probatum eſt ꝙ ſit ab animali, quia oportet animal à ſibi ſimili fieri. Non.n. ab alio corporeo agente fieri intelligitur, q̃ à ſibi ſimili. Et ꝓbato ꝙ agentia quæ viuunt poſſunt per ſemen ſibi ſimilia ꝓducere, ſatis probatum eſt, ꝙ ita eſt de facto. In cauſis.n. neceſſarijs ẽt neceſſitate philoſophica vt ſic, idẽ ẽ poſſibile & neceſſariũ quoad rerum ordinẽ, ſecus quoad miracula.

CIrca hanc cõcluſionẽ occurrit dubium ex Scoto in 18. diſt.2. libri, vbi tenens ꝙ ſemẽ neque eſt actiuum generationis ſubſtantialis, neq; organizationis, ſed cuiuſdã pręuiæ alterationis tantum, dupliciter probat, ꝙ ſemen non eſt actiuum animę ſenſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuæ. Primo sic. Semen aut causat animã in instanti gñationis, aut ante: nõ ante qa hẽt rõnem passiuis: ꝓbatur quia est conuertibile de proximo in substantiã geniti. Nec in instanti gñationis: qa tunc non est, sed conuertitur & cõuersum est simul in substantiã geniti. Secundo sic. Imperfectius nõ est cã actiua sufficiens perfectioris: sed semen cũ oĩb. suis spiritib. est imperfectius aĩali genito, ergo. Et si dicatur ꝙ semẽ agit in virtute seminãtis. Cõtra. Nihil agit in virtute nõ entis vt sic, sed aĩal à quo decisũ est semen respectu gñationis huius, est non ens, tũ qa nõ est p̃sens, tũ qa nõ esse ꝓ tunc p̃t, ergo. Præterea seminans & semẽ sunt cãe accidentaliter ordinatę, ergo ad actionẽ seminis nõ cõcurrit virtus seminãtis. Antecedens patet, qa vnũ p̃t esse & cãre sine alio. Consequẽtia probat ex dña inter cãs essentialiter & accidentaliter ordinatas, qa illas oportet simul cõcurre re, vt solem & hoiem: illas nõ, vt patrem & auũ. ¶ Deinde arguit, ꝙ semen nõ sit actiuũ organizationis, quia est vniforme, ab vniformi nõ ãt nõ ꝓuenit tãta difformitas q̃ta appareret in mẽbris partibusq; animalis. Ad oĩa autem hæc facillimè patet rñsio, p̃notandũ tñ est qd' Scot. supponit & dicit expresse debere poni, ꝙ semen est homogeneum, sed non probat, & tñ eũ hoc ponit ipsum cõuerti in genitũ. Mihi ãt ex Philosophorũ dictis oĩno vẽ hoc impossibile qm̃ duplex apud Philosophos est de paterno semine opinio. Alij n putant nihil eius ingredi substantiã geniti, vt Arist. & S. Th. & hi quo ad hoc p̃t sustinere semẽ esse homogeneũ. Alij vero putãt semen distingui in partes grossiores & subtiliores: & quod paternum semen sm aliquã partem conuertitur in genitũ, & sm aliquã concurrit vt cã actiua. Et hæc est opi. Alber. & sm hoc manifestè ponit heterogeneũ. Et reuera pp diuersitatẽ q̃ est inter spiritus & reliquas partes seminis vẽ heterogeneũ ponendum: componitur. n. ex his semen sicut ex partibus integralibus cum sint corpora actu existentia in eo. ¶ Ad primã ergo obiectionẽ Scoti dr̃, Semen agit in instanti generationis & ante, nec est verũ quod ante habeat rationẽ passiui sm se totum saltem, qm̃ non est totum conuertibile in substantiã geniti, sed sm partem aut nihil. Vnde aut totũ aut pars remanet in instãti generationis, & sic non prohibetur ex hoc agere. Ad secundã vero optimè respõsum est ex Arist. 12. Meta. tex. 40. & S. Tho. hic in corpore, & ad sm, & ad primam instantiã in oppositũ dr̃, ꝙ semen agere in virtute seminantis potest dupliciter intelligi, vno mõ ꝙ sit cõstructio transitiua, & sic nõ dicimus. Alio mõ intrãsitiuè, i. qd' ipsa virtus seminantis, nõ coniũcta, sed separata. In hoc. n. vt in corpore articuli dr̃, excedunt viuentia, qd̃ ita habẽt tãtum virtutes suas coniunctas: illa autẽ hñt & coniunctas & separatas, per decisionẽ tñ à coniunctis. Ex hoc. n. sequitur patet responsio ad instantiã primã: quia maior licet sit vera de agẽte in virtute alterius transitiuè: nõ tñ intransitiuè sicut est in proposito. Ad secundam vero negatur antecedens, nõ. n. semẽ & seminans cõcurrũt ad genitũ, vt patet & auus. sed quemadmodũ in litera dr̃, vt agẽs & instrm̃ agentis, sed eõrũ duplex est instrumenti genus, quoddã participans virtutem ab agente deriuatã in esse pmanenti, quoddã vero in esse successiuo, creditur & male, qd' instrm̃ participans virtutẽ actiuã in eẽ permanenti, non sit instrm̃, sed cã ipsa agẽs cum tñ hoc nihil refert. Ad probationẽ autẽ ex conditione causarũ accidentaliter ordinatarũ dr̃, ꝙ non sufficit ad hoc quod aliqua duo se habeant vt cãe accidentaliter ordinatæ, ꝙ non simul sint aut causent; sed exigitur, ꝙ ambæ sint veræ causæ, & eiusdẽ ordinis, quorum neutrum hic saluatur, quia vt in 12. Meta. com. 24. Alex. dicit, instrm̃ non cã agens, sed causæ agentis organũ dici debet, & est: & quia cã agens facit sibi simile, instrm̃ autem non sibi sed agenti assimilat. Diuersitas autem ordinis inter semen & seminantem, patet ex 12. Meta. & ad sensum, quia semen est imperfecti ordinis rerum & causarum, viuẽs aũt ipsum à quo deciditur perfecti est verum & causarum ordinis. Vnde manifestè patet qñ discerni p̃t. qñ duæ causæ non simul causantes se habent, vt accidentaliter ordinatæ, & quando non attendendo ad conditiones has. Et quare patet & auus sunt cãe accidentaliter ordinatæ, quia vterq; est eiõsdem ordinis in essendo & in causando, & vterq; est verè cã cum vterq; generet sibi simile. Et iõ neuter agit in virtute alterius: sed semen generat non sibi sed animali, à quo decisum est simile, & ens & causa

causa est inferioris ordinis, quia ens imperfectum, & causa instrumentalis est. ¶ Ad tertium aũt principale cõtra organizationẽ patet respõsio ex litera in respõsione ad sm & tertiũ. Dato. n. ꝙ semen sit vniforme formaliter, est tã difforme virtualiter, sm difformitatẽ eius à quo decisum est, & cuius virtus est. Et ideo agit & tantã difformitatẽ, & inducit animã sensitiuã. In responsione ad tertium aduerte, ꝙ calor cælestis, animalis, & elementaris, non est multiplex calor, sed vnus & idẽ multiplicis agentis vim habẽs, put subiacet principio actiuo elemẽtari animali aut cęlesti. Et de animali quidẽ & elementari habetur ex 2. de ani. cõtra Empedoclẽ, & Arist. docet, calorẽ animalẽ esse principiũ augmenti, & nõ elementarẽ, i. vt ibi dr̃, calorẽ non secũdũ vim elementi, sed secundũ vim animę. De cęlesti autẽ & virtuali habet ex 12. Met. com. 18. vbi Auer. vult calores hos distingui sicut calorẽ ignis à calorem aeris. Constat autem quod calor elementaris & artificialis non sunt duo calores, sed distinguuntur tantum, quia iste regulatur arte, ille absolutè agit, ergo.

IN tñsione ad quartũ poterat dubitari ad hoĩem, qa in q 3. de potentia, ar. 9. ad 16. dr̃, Virtus q est in semine remanet ẽt aduenięte aĩa rõnali, & similiter spiritus, & quę erat corporis formatiua efficitur regitiua. Hic vero dr̃, ꝙ non remanet. Ad hoc breuiter dicit, quòd quia remanet formaliter & desinit materialiter, i. remanet sm speciem, & corrumpitur secundũ numerũ, iõ diuersi modè locutus inuenitur: hic tenet ꝙ corrũpitur illa vis numero, ibi vero ꝙ manet secũdũ speciẽ, quia vis regitiua & factiua corporis existens in parte primo producta, puta in corde, est quasi eiusdẽ rõnis cũ virtute seminis. Et ppea vis seminis excellẽtius saluata in illa parte, q̃ in ipso semine, dr̃ manere quia, s. non per se, sed per accidens corrũpitur, sicut dispositiones inductæ ꝓ forma generanda dicunt manere, & nõ corrũpi nisi per accidẽs, qa in meliori esse aduenium. Hãc aũt esse mentem D. Tho. patet ibi, vbi idẽ de hac virtute, spiritibus, & dispositionibus iudiciũ esse dicit. Hactenus Caiet. dixit eruditè & subtiliter. Quapp meruit vt à nobis de verbo ad verbũ trãsferretur ne nobis arrogaremus quod ipse meditatus fuerat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrũ aĩa intellectiua causetur ex semine.

AD secundum sic proceditur. Videtur. ꝙ anima intellectiua causetur ex semine. Dicitur. n. Gen. 46. Cunctę animę ꝙ egressę sunt de femore Iacob, sexaginta-sex. Sed nihil egreditur de femore hominis nisi inquantum causatur ex semine. Ergo anima intellectiua causatur ex semine. 1. 58½ Sup. qu. 90. ar. 2. & 2. di. 18. q. 2. art. 1. & 2. Et. 2. cõ. c. 86 88. & 89. Et post q. 3. art. 9. Et quol. 12. arti. 11. Et opus. 3. c. 94. q. 76. ar. 3. Li. 2. ca. 3. to. 4.

¶ 2 Præterea. Sicut sup. ostensum est, in homine est vna & eadem anima secundum substantiam, intellectiua, sensitiua, & nutriti ua. Sed aĩa sensitiua in homine generatur ex semine sicut in aliis animalibus. Vnde & Philosophus dicit in lib. de gener. ani. quòd non simul fit animal & homo. sed prius fit animal habens animam sensitiuam. Ergo & anima intellectiua causatur ex semine.

¶ 3 Præterea. Vnũ et idẽ agens est cuius actio terminatur ad formã et materiã: aliogn ex forma et materia nõ fieret vnũ simpliciter. Sed aĩa intellectiua est forma corporis humani qd' formatur per virtutẽ seminis. Ergo & aĩa intellectiua per virtutẽ seminis causatur.

¶ 4 Præterea. Homo generat sibi simile secundum speciem. Sed species humana constituitur per animam rationalem. Ergo anima rationalis est à generante.

¶ 5 Præterea. Inconueniens est dicere, ꝙ Deus cooperetur peccantibus. Sed si animæ rationales crearentur à Deo, Deus interdũ cooperaretur adulterio, de quorum illicito coitu proles interdum generatur. Non ergo anima rationales creantur à Deo.

SED contra est, quod dicitur in lib. de Eccles. dog. quòd anima rationales non seminantur per coitum. Gẽnad. de eccl. dog. ca. 14. habetur to. 3 inter operas Aug.

RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est virtutem actiuam, quæ est in materia, extendere suã actionẽ ad producendum immaterialem effectum. Manifestum est autẽ quòd principium intellectiuum in homine, est principium transcendens materiam. Habet enim operationem, in qua non communicat corpus. Et ideo impossibile est quòd virtus, qua est in semine, sit productiua intellectiui principij. Similiter etiam quia virtus, quæ est in semine, agit in virtute animę generantis, secundum quod anima generantis est actus corporis vtens ipso corpore in sua operatione; in operatione autem intellectiua, non communi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat corpus. Vnde virtus intellectiui principij
lib.2.de generat. animalium, c.3. to.4. q.75. art.1. prouit intellectiuum est, nō potest ad semen per uenire. Et ideo Philosophus in lib.* de generatione animaliū dicit. Relinquitur intellectus solus de foris aduenire. Similiter etiā anima intellectiua, cum habeat operationem vitæ sine corpore, est subsistens, vt supra habitū est.* & ita sibi debetur esse & fieri, & cum sit immaterialis substantia, non potest causari per generationem, sed solum per creationē à Deo. Ponere ergo animam intellectiuam à generante causari, nihil est aliud quā ponere. eam nō subsistentem, et per consequens corrumpi eam cum corpore. Et ideo hæreticū est dicere, quod anima intellectiua traducatur cum semine.

AD primum ergo dicendum, quòd in authoritate illa ponitur per synecdochem pars pro toto, ideſt anima pro toto homine.

AD secundum dicendum, quòd aliqui dixerunt ꝙ operationes vitæ, quæ apparent in embrione, non sunt ab anima eius, sed ab aia matris, vel à virtute formatiua, quæ est in semine. Quorū vtrumq; falsum est. Opera n. vitæ nō possunt esse à principio extrinseco, sicut sentire, nutriri, & augeri. Et ideo dicendū est, ꝙ anima præexistit in embrione, à principio quidem nutritiua, post modum aūt sensitiua, & tandē intellectiua. Dicūt ergo quida, quod supra animā vegetabilē, qua primo inerat, superuenit alia aia, quæ est sensitiua supra illā iterū alia quæ est intellectiua. Et sic sunt homine tres animæ: quarum vna est in potentia
q.76. art.3. *ad alia. Quod supra improbatū est.* Et ideo
alij dicūt ꝙ illa eadem anima, quę primo fuit vegetatiua tantū, postmodū per actionē virtutis, q̄ est in semine, perducitur ad hoc, vt ipsa eadem fiat sensitiua: & tandē ipsa eadē perducitur ad hoc, vt ipsa eadē fiat intellectiua, non quidē p virtutē actiuā seminis, sed per virtutē superioris agentis, ſ. Dei de foris illustratis.
lib.2.de generat. animaliū. c.3. tom.4. *Et propter hoc dicit Philosophus,* ꝙ intellectus venit ab extrinseco. Sed hoc stare nō pōt. *Primo quidem, quia nulla forma substantialis recipit magis & minus: sed superadditio maioris perfectionis facit aliā speciē, sicut additio vnitatis facit aliā speciem in numeris. Non est aūt possibile vt vna & eadem forma numero, sit diuersarū specierū. Secundo, quia sequeretur ꝙ generatio animalis esset motus continuus paulatim procedens de imperfecto ad perfectum, sicut accidit in alteratione. Tertio, quia sequeretur quòd generatio hominis aut animalis nō sit generatio simpliciter: quia subiectum eius esset ens actu. Si n. principio in materia prolis est anima vegetabilis, & postmodum vsq; ad perfectum paulatim perducitur, erit semper additio per fectionis sequentis sine corruptione perfectionis præcedētis: quod est contra rationem generationis simpliciter. Quarto, quia aut id, quod causatur ex actione Dei, est aliquid subsistens, & ita oportet quòd sit aliud per essentiam a forma præexistente, quæ non erat subsistens: & sic redibit opinio ponentium plures animas in corpore. Aut non est aliquid subsistens, sed quædam perfectio animæ præexistentis. & sic ex necessitate sequitur quòd anima intellectiua corrūpatur corrupto corpore: quod est impossibile. Est autem & alius modus dicendi secundum eos, qui ponunt vnum intellectum in omnibus, quod supra improbatum est.* Et ideo dicendum est, quod cùm generatio vnius semper sit corruptio alterius, necesse est dicere quod tam in homine quam in animalibus alijs quando perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris: ita tamen quod sequens forma habet quicquid habebat prima, & adhuc amplius. Et sic per multas generationes & corruptiones peruenitur ad vltimam formam substantialem, tam in homine quam in alijs animalibus. Et hoc ad sensum apparet in animalibus ex putrefactione generatis. Sic igitur dicendū est, ꝙ anima intellectiua creatur à Deo in fine generationis humanæ: quæ formal est & sensitiua et nutritiua, corruptis formis præexistentibus.* q.76.art.1. & 2. & q.79. art. 4. & 5.

AD tertium dicendum, ꝙ ratio illa locum habet in diuersis agentibus non ordinatis ad inuicē. Sed si sint multa agentia ordinata, nihil probibet virtutem superioris agentis pertingere ad vltimā formā: virtutes aūt inferiorum agentium pertingere solum ad aliquam materiæ dispositionem. Sicut virtus seminis disponit materiam, virtus aūt anima dat formam in generatione animalis. Manifestum est aūt ex præmissis, quòd tota natura corporalis agit vt instrumentū spiritualis virtutis, præcipuè Dei. Et ideo nihil prohibet quin formatio corporis sit ab aliqua virtute corporali: anima autem intellectiua sit à solo Deo. Q.100. art.1.

AD quartum dicendū, quòd homo generat sibi simile, inquantū per virtutem seminis eius disponit materia ad susceptionē talis formæ.

AD

AD quintum dicendum, quòd in actione adulterorum illud quod est naturæ, bonum est: & huic cooperatur Deus. Quod vero est inordinatæ voluptatis, malū est: & huic Deus non cooperatur.

SVMMA ARTICVLI.

CONclusio est Hęreticum est dicere, quòd anima intellectiua traducatur cum semine.

COMMENTARIVM.

IN hoc art. D. Tho. suppositō id quod à nobis sup. probatum est, animā esse immortalem ex natura sua, idq; esse ſm fid. catholicam, euidentes facit demōstrationes ostēdentes conclusionem articu. Caiet. autem super hunc articulū ita meditatur. Conclusio Di. Tho. claudit in se duo, ſ. & quod anima intellectiua non traducitur cū semine, & ꝙ oppositum est hæreticum. Et probatur in litera primū dupliciter, deinde vtrūq; simul. Et qm̄ semen est instrumentum participās virtutem agentis in esse permanenti, oportet vim seminis aliquid habere ex conditione ipsius seminis, & aliquid ex rōne formę agentis, cuius est instrm., ppea in litera duplex rō affert. Prima teneus se ex condōne seminis, secunda ex rōne formæ hoīs qua agit ad gn̄ationem per semen, vt sic ex parte causæ efficientis sufficienter ostendat, ꝙ nō pt aīa intellectiua per semen fieri, & demū ex parte termini, i. ipsius animæ intellectiuæ. In tertia rōne non solū idem probatur, sed ad hæresim deducitur oppositū. Et ratio est, quia virtus materialis non pōt terminare actionē suā ad effectū immaterialē: virt⁹ seminis est materialis, aīa ītellectiua, est immaterialis, ergo. Maior patet, & minor pro prima parte. Pro secūda vero ꝓbatur. Quia habet operationem in qua non cōmunicat corpus, ergo. Sed aduerte hic, ꝙ quia posset aliqs dicere, ꝙ etsi semen qm̄ materiale est, non possit virtute propria producere animā intellectiuā tn̄ virtute principalis agētis immaterialis, pt, sicut dī de phantasmata, ꝙ & si nō possit producere speciē intelligibilem tn̄ virtute intellectus agentis, q̄ est immaterialis, pōt in effectum immaterialē. Idcirco D. Th. ex hac rōne excludens talē viā ꝓbat, ꝙ semē nō agit in virtute agētis immaterialis vt sic, q̄uis agat in virtute formę, quę est immaterialis. Aīa n. intellectiua licet in se sit simplex & immaterialis formaliter, quia tn̄ phabet eminenter q̄dq̄ aliæ formæ materiales habent, sicut tetragonū, trigonū: iō distinguit̄ in seipsam, inquātū est actus corporis, & seipsam inquantū excedit corpus. Et primo hēt organa corporea, secundo vero nullo vtit̄ corporeo organo, primo modo est principiū oīum actionū ptinētiū ad partē sensitiuā, & vegetatiuā, secundo vero mō est principiū ptinentium ad intellectionem vnde cum seminatio, & generatio exerceat̄ per corporeū organum, cōsequens est ꝙ cōueniat animæ inquantū est actus corporis, & sic est ab aīa immateriali sed nō inquantū immaterialis est actio autem intellectus agentis qua agit ad species intelligibiles, nō exercetur per organum, sed est actio formæ materialis inquantum immaterialis est, qa non in quātum vtitur organo corporeo. Tertia autem ratio probans integraliter oppositam conclusionem, est. Anima intellectiua est subsistantia subsistens & immaterialis, ergo sibi debetur & esse & fieri ꝓpriū, & per creationē solū, ergo ipsam generari per semen, est ipsam nō subsistere, ergo esse corruptibilē, ergo hęresis. Antecēdēs supponitur, consequentia probatur, deducendo singulas partes cōsequētis ex singulis antecedētis. ſ. sibi deberi & esse ac fieri ex subsistentia, & per creationē tn̄ ex immaterialitate adiuncta. Si n. aliquid subsistit est ipsum quod est sed tn̄ si est materiale pōt per generationē fieri vt patet de hoc hoīe & illo boue: sed si cū substantia hēat immaterialem, seu qd ei æquualet in proposito, simplicitatē, nō pōt nisi per creationē fieri: eo quod oīs generatio cōgregat inter subiectū præsuppositum & formā: & consequenter præhabet geniti materiā & cōponit. Secunda vero cōsequētia patet ex destructione cōsequētis ad destructionē antecedētis primę cōsequētię ponere n. animā generari, destruit ipsā solū p creationē fieri quod erat cōsequēs ad subsistētiā immaterialē in antecedēti assumptā.

CIrca hanc partē occurrit dubium simpliciter, & ad hominē simul. Semē humanum disponit materiam pro anima intellectiua dispositione necessitate, ergo agit in virtute animæ intellectiuæ vt sic. Et expresse hoc dicitur à S. Tho. in q. 3. de potentia

tia ar.9.ad 5.Ad hoc dicitur,q̃ animam sor- A
tis intellectiuã vt intellectiuam,esse actum
corporis,põt dupliciter intelligi,vno modo
q̃ reduplicet rõ formalis, & sic est falsum:
sic.n.nullo corporeo organo vtitur,alio mo-
do vt reduplicet cõditio ipsius animę gene-
rantis. Et sic est verũ qm̃ entitas illa imma-
terialis animæ intellectiuę,est actus corpo-
ris.Et iuxta hoc põt & cõcedi & negari ani-
mã rationalem generantis habere aliquod
organum, qm̃ secũdum conditionem habet
organum.Et sic semen disponit vt instrumẽ B
tũ aĩæ intellectiuæ vt sic, quantũ ad condi-
tionẽ q̃ de facto hẽt, sm vero rationẽ suam
non debet sibi organũ.Et ꝓpterea semen in
virtute ẽt animę intellectiuæ non põt in ani
mam intellectiuã,sed in dispositiones mate
rię,quæ respiciunt animã inducendam,non
secundũ suam formalitatem, qua nullo vti-
tur corporeo organo aut dispositione, sed
secundũ suã cõditionẽ qua est perfectio &
actus corporis:vt sic terminus ꝓprius actio
nis respõdeat principio.Quia.n.principium C
actionis nõ est aĩa intellectiua absolute,sed
sm conditionẽ qua est actus corporis,nõ ter
minus actionis sui instrumẽti,nõ est aĩa in-
tellectiua absolute sed secundũ cõditionem
qua est actus corporis,i.sm dispositiones &
vnionẽ vt inferius patebit clarius,non repu
gnabat hic dictis in litera,q̃ de aĩa intellecti
ua absolutè & formaliter loquitur.¶In Re-
sponsione ad tertium aduerte, q̃ quia posi-
to ista distinguit corporeũ generans cõposi
tũ dispositũ, disponẽdo materiã ab introdu D
cente formam,q̃ ab Ariſt. reprobat destruẽ
do ideas,quas ad hoc ponebat Plato; idcir-
co ne videamur incidere in id qd reprehẽdi
mus,ab ipso Ari.facta est exceptio de forma
hominis in quantũ homo,& assignata est rõ
ex parte termini,qa intellectus hẽt operatio
nẽ in qua non cõcĩcat corpus,ergo,nõ educi-
tur de potentia alicuius materiæ,ergo venit
de foris: & sic nullum inueniri põt corpo-
reũ agens respectu ipsius.Et cũ manifestè se
mẽ humanũ agat,cõsequẽs est q̃ disponat, E
& aliũde mẽs veniat. Neq; p̃t similiter fieri
exceptio de alijs formis, qa respectu earũ
inueniri põt sufficiẽs agẽs corporeũ p trans
mutationẽ materiæ.Nulla.n.aliarũ hẽt ope
rationẽ absq; organo corporalis materię.Et
idcirco merito põt de materiæ potẽtia edu-
ci,ac per hoc nõ est opus idea.S. Tho. vero
hic,videt aliã tãgere rationẽ huius exceptio
nis ex parte agentis, qa, ſ.Deus & naturalia
agentia ſę habent sicut agẽs principale & in
strumentale. Ideæ aũt & agẽtia naturalia se
haberẽt potius vt agẽtia disparata, eo quod
naturalia nõ agũt mota ab ideis, sed vtuq;
ꝓprijs virtutibus non subordinatis inter se
quamuis, quoad effectus agerent:sed omnia
agunt mota à Deo actiones &c. vt supra di
ctum est: Et iõ non inconuenit Dei actionẽ
terminari ad formã, & naturæ ad materiã:
quoniam non vt duo agentia, sed vt agẽs &
agentis instrumentum concurrunt: quæ nõ
duo,sed vnum completũ agens cõstituunt.
¶In Resonsione ad quartum aduerte pri-
mo quòd ac hoc quòd aliquid dicatur effe-
ctiuè producere aliquod compositum, non
exigitur,quòd faciat omnes eius partes,nec
requiritur q̃ faciat aliquã eius partem:sed
sufficit quòd effectiuè causet coniunctionẽ
partium, ex qua resultet illud compositum.
Declarãtur singula. primo quod non requi-
ritur, q̃ faciat omnes partes; alioquin nul-
lum agẽs naturale faceret aliquod composi-
tum:quia nõ facit materiam, secũdo q̃ nõ
aliquam eius partẽ: alioquin dealbãs artifi-
cialitet parietem, nõ diceretur facere parie-
tẽ album, quia nec parietẽ, nec albedinem
facit, sed addit vnũ alteri: Et vniuersaliter
si formæ præexisterent per seipsas ante gene
rationẽ:& generans esset tantæ virtutis, vt
generando cõiungeret formam cũ materia,
nihilominus esset causa illius compositi, pu
ta,bouis, si forma bouis præexisteret. Et ex
hac conditionali patet tertium, in quo clau
dũtur duo prima. Aduerte secũdo q̃ in gene
ratione hominis,sunt duæ actiones, & duo
termini intrinseci earum:actio quidem vna
est simplex emanatio seu creatio à prima
causa Deo glorioso. Altera aũt est seminis,
vt instrumẽtũ animæ intellectiuæ mõ expo
sito,seu(quod est idẽ) hois generãtis in quã
tum homo. Terminorum autem distinctio
ex eo patet, quòd anima intellectiua in in-
stanti quo fit,sortitur duo, ſ.esse quia est:&
modum essendi,quia inest corpori seu ma-
teriæ corporali, vt actus in eo cuius est a-
ctus substantialis. Talis autem modus es-
sendi seu in esse, potest sumi dupliciter,vno
modo pro relationẽ actualis vnionis inter
ani-

animam & materiam. Alio modo pro fun- A
damento illius, quod nihil aliud est, quàm
materiam esse actu formaliter per animam,
quod pertinet ad genus substantiæ,non rela
tionis. Sed rursus istud inesse seu vnio fun-
damẽtaliter põt vtrinq; accipi,ſ.ex parte for
mæ quia est animã esse, qua formaliter ma
teria est actu in specie substantiæ humanæ:
& ex parte materiæ: quia est materiam es-
se actu per animam,&c. vnde applicãdo sin
gula singulis dicendum est primo,q̃ anima
rationalis ratione sui esse est terminus intrin B
secus creationis in instãti primo quo Petrus
incipit esse:quoad suum vero modum essen
di,seu inesse non terminat creationem, nisi
concomitanter, & in quantum illud inesse
se habet ex parte animæ.Dicendum est secũ
do q̃ eadẽ anima rationalis quoad esse seu
vnionem,&c. vt se tenet ex parte materiæ
est proprius terminus actionis seminis hu-
mani, ita q̃ ab eo effectiuè causatur p se &
directè, qm̃ propria actio humani seminis,
terminatur ad hoc q̃ materia subsit animæ C
intellectiuæ de foris aduenienti: hoc.n.ope
ratur, & non frustra tanto tempore natura
laborat,vnde si propriè loqui volumus ani-
ma ipsa est terminus creationis, vnio vero
animæ & corporis est terminus generatio-
nis.Et quia non ex anima rationali, neq; ex
materia,sed ex vnione earum resultat tertia
entitas,ſ.humanitas: apud ponentes tertiã
entitatẽ,vel saltim in tali vnione cõsistit cõ
positum quod est hõ; ideo iungẽdo hæc cũ D
antedictis sequitur quòd quia homo mediã
te suo semine causat actiuè coniunctionem
animę intellectiuæ cũ materia corporali:ex
vel in qua vnione consistit cõpositũ,ſ.hõ:q̃
hõ verè generat hoiem quãuis neutrã partẽ
faciat. Ex his tũ solets disputator distinguẽ
do quoad esse vel inesse: distinguas q̃ gene
rationẽ oportet habere terminum formalẽ,
quoad inesse,nõ quoad esse,& similiter quo
ad similia,videas S. Tho. in q.3.de potentia
ar.9.& inuenies hæc consona vero. E

ARTICVLVS III.

572 2.cõ.ca. 83.& 84. Et Heb. 2. lect.4. co.2.

¶Vtrùm animæ humanæ fuerint creatæ si-
mul à principio mundi.

AD TERTIVM sic proceditur. *Videtur quòd animę humanę fuerint creatę simul à principio mundi. Dicitur enim Genes. 2. Requie-*

uit Deus ab omni opere quod patrarat. Hoc autem non esset si quotidie nouas animas crea ret. Ergo omnes animæ sunt simul creatę.

¶ 2 Præterea. Ad perfectionem vniuersi maximè pertinent substantiæ spirituales. Si igitur animę simul crearentur cum corporibus,quotidie innumerabiles spirituales sub-stantiæ perfectioni vniuersi adderentur.Et sic vniuersũ à principio fuisset imperfectũ.Quod est contra illud quod dicitur Genes.1. Deum omne opus complesse.

¶ 3 Præterea.Finis rei respondet eiut prin cipio.Sed anima intellectiua remanet destru-cto corpore, Ergo incepit esse ante corpus.

SED contra est,q̃ dicitur in lib. de Ec- c. 18. & clesi.dogma. quòd simul anima creatur cum 19.est i corpore.* ter ope-

*RESPONDEO dicendum, quod qui- ra Aug-dam posuerunt, quòd anima intellectiua acci- to.3. dat viri corpori, ponentes eam esse eiusdem conditionis cum substantijs spiritualibus,quæ corpori non vniuntur. Et ideo posuerunt ani-mas hominum simul à principio cum angelis creatas. Sed hæc opinio falsa est. Primo quidem quãtum ad radicem Si enim accidentaliter conueniret animæ corpori viri, sequeretur, quòd homo qui ex ista vnione constituitur, esset ens per accidens, vel quòd anima esset homo. Quod falsum est, vt supra ostensum est. * Quod etiam anima hu- Qu. 75. mana non sit eiusdem naturæ cum angelis,ip- ar. 4. so diuersus modus intelligendi ostendit, vt supra ostensum est. * Homo.n.intelligit à sensi- Qu. 55 bus accipiẽdo & conuertendo se ad phantasma ta,vt supra ostensum est.* & ideo indiget vni- ri corpori,quo indiget ad operationem sensiti- Qu. 84. uæ partis.Quod de angelo dici non potest. ar.7.*

Secundo apparet falsitas in ipsa positione. Si enim anima naturale est corpori viri;es-se sine corpore est sibi contra naturam, & si-ne corpore existens non habet suæ naturæ per-fectionem. Non fuit autem conueniens, vt Deus ab imperfectis suum opus inchoaret. & ab his, quæ sunt præter naturam. Non enim fecit hominem sine manu, aut sine pe-de, quæ sunt partes naturales hominis. Mul-to igitur minus fecit animam sine corpo-re. Si vero aliquis dicat, quòd non est na-turale animæ corpori viri: oportet inquire-re causam,quare sint corporibus vnitæ: opor-tet autem dicere, quòd aut hoc sit fallum,

ex eius voluntate, aut ex alia causa. Si ex eius A
voluntate videtur hoc esse inconueniens. Primo quidem, quia hęc voluntas irrationabilis esset si non indigeret corpore, & vellet ei vniri. Si. n. eo indigeret, naturale esset ei q̃ corpori vniretur, quia natura non deficit in necessarijs. Secundo, quia nulla ratio esset quare anima à principio mundi creata post tot tempora voluntas accesserit, vt nunc corpori vniatur. Est. n. substantia spiritualis sup. tempus, vtpote reuolutiones cęli excedens. Tertio, quia videretur à causa esse quod hęc anima huic corpori vniretur, cum ad hoc requiratur concursus duarum voluntatum, s. animæ aduenientis & hominis generantis. Si autem præter voluntatem ipsius corpori vnitur, & præter eius naturam, oportet quòd hoc sit ex causa violentiam inferente. Et sic erit ei pœnale & triste.

Ita refert Epipha. li. 2 con. hęr. hæresi 64. à medio.

Quod est secundum errorem Origenis, * qui posuit animas incorporari propter pœnam peccati. Vnde cùm hæc omnia sint inconuenientia, simpliciter confitendum est quòd anima non sunt creatæ ante corpora, sed simul creantur cùm corporibus & infunduntur. C

AD primum ergo dicendum, quòd Deus dicitur cessasse die septimo: nõ quidem ab omni opere, cùm dicatur Io. 5. Pater meus vsque modo operatur, sed à nouis rerum generibus & speciebus condendis, quæ in operibus primis non aliquo modo præextiterint. Sic enim animæ quæ nunc creantur, præextiterunt secundũ similitudinem speciei in primis operibus, in quibus anima Adæ creata fuit.

AD secundum dicendum, quòd perfectioni vniuersi quantum ad numerum individuorum, quotidiè potest addi aliquid, non autem secundum numerum specierum. D

AD tertium dicendum, q̃ hoc q̃ anima remaneat sine corpore, contingit per corporis corruptionem, quæ consecuta est ex peccato. Vnde non fuit conueniens quòd ab hoc inciperent Dei opera. Quia sicut scriptum est Sap. 1. Deus mortem non fecit, sed impij manibus & verbis accersierunt eam.

E

¶ Conclusio est negatiua & certa secundum fidem.

COMMENTARIVM.

Circa hunc articulũ plurima dicta sunt in superioribus. q. 47. art. 2. & q. 61. art. 3. multa diximus de errore Origenes.

QVAESTIO CXIX.

De Propagatione hominis quãtum ad corpus.

DEINDE considerandum est de propagatione hominis quantum ad corpus.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ.

585

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nihil de alimento transeat in veritatẽ humanæ naturæ. Dicitur. n. Matt. 15. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per secessum emittitur. Sed quod omittitur, nõ transit in veritatem humanę naturæ. Ergo nihil de alimento in veritatem humanę naturæ trãsit. 2. d. 30. q. 2. ar. 3. Et 4. dist. 44. q. 1. ar. 2. q. 4 Et quo. 8. art. 5. cor.

¶ 2 Præterea. Philosoph. in * 1. de Gen. distinguit carnẽ sẽdm speciem et sẽdm materiã, et dicit q̃ caro sẽdm materiam aduenit et recedit. Quod aũt ex alimento generatur, aduenit & recedit. Ergo id in qđ alimentũ conuertitur, est caro sẽdm materiã, et non caro sẽdm speciem. Sed hoc pertinet ad veritatẽ humanæ naturæ, qđ̃ ptinet ad ipeciem eius. Ergo alimẽtũ non transit in veritatem humanæ naturę. Li. 1. de gen. tc. 35. 36. 37. to. 2.

¶ 3 Præterea. Ad veritatẽ humanę naturæ pertinere videtur humidum radicale, quod si deperdatur, restitui non põt, vt medici dicunt. Posset tamen restitui si alimentũ conuerteretur in ipsum humidum. Ergo nutrimentum non cõuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶ 4 Præterea. Si alimentum trãsiret in veritatem humanæ naturæ, quicquid in homine deperditur, restaurari posset. Sed mors hominis non accidit nisi per deperditionem alicuius. Posset igitur homo per sumptionem alimenti in perpetuum se contra mortem tueri.

¶ 5 Præterea. Si alimentũ in veritatem humanæ naturæ transiret, nihil esset in homine qđ̃ non posset recedere et reputari. Quia id quod in homine generatur ex alimento, et recedere et reparari põt. Si ergo homo diu viueret, sequeretur qđ̃ nihil qđ̃ in eo fuit materialiter in principio suæ generationis, finaliter remaneret in ipso. Et sic non esset idem homo numero per totam vitam suam, cum ad hoc quòd sit idem numero, requiratur identitas materiæ. Hoc autem est inconueniens. Nõ ergo alimentum

mentum transit in veritatem humanæ naturæ. A

In li. de ver. rel. c. 40. in prin. t. j.

SED cõtra est, qđ̃ dicit Aug. in li.* de ver. reli. Alimẽta carnis corrupta, i. amittẽtia formã suã, i. membrorũ fabricã migrãt. Sed fabrica membrorũ ptinet ad veritatẽ humanę natu. Ergo alimẽta trãsciũt i veritatẽ humanæ nat.

In li. 2. Meta. text. 4. to. 3.

RESPONDEO dicendũ, q̃ secundùm Philosophum 2.* Met. hoc modo se habet vnũquodq̃, ad veritatem sicut se habet adesse. Illud ergo pertinet ad veritatem naturæ alicuius, quod est de cõstitutione ipsius naturæ. Sed natura dupliciter considerari potest. Vno modo in cõi secundum naturã speciei. Alio modo secundum quod est in hoc individuo. Ad veritatem igitur naturæ alicuius in cõi considerata pertinet forma, & materia eius in cõmuni accepta. Ad veritatẽ autem naturæ in hoc particulari cõsiderata, pertinet materia individualis signata, et forma q̃ hmõi materiã individuata. Sicut de veritate humanę naturæ in cõi est anima humana & corpus, sed de veritate humanæ naturę in Petro & Martino est hæc anima & hoc corpus. Sunt aũt qđ̃am, quorum forma nõ possunt saluari nisi in una materia signata. Sicut forma solis non potest saluari nisi in materia, q̃ actu sub ea continentur. Et sẽdm hunc modũ aliqui posuerunt q̃ forma humana nõ pt saluari nisi in materia quadã signata, q̃ s. a principio fuit tali forma formata in primo homine, ita q̃ quicquid aliud præter illud quod ex primo parente in posteros derivatur, additum fuerit, non pertinet ad veritatem humanę naturę, quasi non verè accipiat formã humanæ naturæ, sed illa materia, q̃ in primo homine formæ humanæ fuit subiecta, in seipsa multiplicatur. Et hoc modo multitudo humanorum corporum à corpore primi hominis deriuatur. Et sẽdm hos, alimentum non conuertitur in veritatem humanę naturæ, sed dicũt q̃ alimẽtũ accipitur, vt quoddã fomentũ naturæ. i. vt resistat actioni caloris naturalis, ne consumat humidũ radicale sicut plũbũ vel stãnũ adiũgitur argẽto ne consumatur p ignẽ. Sed hæc positio est multipliciter irrationabilis. Primo qui. q̃, qa eiusdem rõnis est. qđ̃ aliqua forma possit fieri in alia materia, et q̃ possit propriam materiã deserere. Et ideo ista generabilia sunt corruptibilia, et econuerso. Manifestum est autem, q̃ forma humana potest desicere ab hac materia quæ ei subijcitur, alioquin corpus humanũ corruptibile non est. Vnde relinquitur, qđ̃ & alij materiæ aduenire possit, aliquo alio in veritatem humanę naturæ transeunte. Secundo, quia in oibus quorum materia inuenitur tota sub vno individuo, non est nisi vnum individuũ in vna specie. Sicut patet in Sole & Luna, & hmõi. Sic igitur non esset nisi vnũ individuũ humanę speciei. Tertio, quia non est possibile q̃ multiplicatio materiæ attendatur nisi vel secundũ quantitatem tõ, sicut accidit in rarefactis, quorũ materia suscipit maiores dimensiones, vel etiã secundum substantiam materiæ. Sola autem eadem substantia materiæ manente, non potest dici qđ̃ sit multiplicata. Quia idem ad seipsum non constituit multitudinem, cum necesse sit omnem multitudinem ex aliqua diuisione causari. Vnde oportet qđ̃ aliqua alia substantia materiæ aduenerit, vel per creationem, vel per conuersionem alterius in ipsum. Vnde relinquitur qđ̃ non potest aliqua materia multiplicari nisi vel per rarefactionem, sicut cum ex aqua fit aer, vel per additionem alterius rei, sicut multiplicatur ignis per additionem lignorũ, vel p̃ creationẽ materiæ. Sed manifestũ est multiplicationẽ materiæ in humanis corporibus nõ accidere per rarefactionem. Quia sic corpora hominũ perfectæ ætatis essent imperfectiora q̃ corpora puerorũ. Nec iterũ per creationem noue materiæ. Quia secundum Greg.* omnia sunt simul creata secũdum substantiã materiæ, licet non secundũ speciẽ formæ. Vnde relinquitur, q̃ multiplicatio corporis humani non fit nisi per hoc quod alimentũ conuertitur in veritatẽ humani corporis. Quarto, quia cùm homo nõ differat ab animalibus & plantis secundum animã vegetabilem, sequeretur quod etiã corpora animalium et plantarũ non multiplicentur per conuersionẽ alimenti in corpus nutritũ, sed p̃ quandã multiplicationẽ, quæ non pũt esse naturalis, cũ materia secundũ naturã non extendatur nisi vsq; ad certã quantitatẽ, nec iterũ inuenitur aliquid naturaliter crescere nisi per rarefactionem, vel conuersionẽ alterius in ipsum. Et sic totũ opus generationis & nutritiõis, q̃ dicuntur vires naturales, esset miraculosum. Quod est omnino inconueniens. Vnde alij dixerunt, quòd forma humana potest quidò fieri de nouo in aliqua alia materia, si cõsideretur natura humana in cõi, non autem si accipiatur prout est in hoc individuo, in quo

B

C

D

E

lib. 32. mor. ca. 10.

forma

Universidad de Deusto Biblioteca

forma humana fixa manet in quadã materia determinata, cui primo imprimitur in generatione huius individui, ita qđ illam materiam nunq̃ deserit vsq; ad vltimã individui corruptionem. Et hanc materiam dicunt principaliter pertinere ad veritatem humanæ naturę. Sed quia hmõi materia non sufficit ad quantitatem debitam, requiritur vt adueniat alia materia p conuersionẽ alimenti in substantiã nutriti, quantum sufficiat ad debitũ augmentum. Et hanc materiã dicunt secundario pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quia nõ requiritur ad primũ esse individui, sed ad qti tatem eius. Iam vero si quid aliud aduenit ex alimento, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, proprie loquendo. Sed hoc etiã est inconueniens. Primò quidem, quia hęc opinio indicat de materia corporum viuentium ad modum corporum inanimatorum, in quibus etsi sit virtus ad generandum simile in specie, non est in virtute in eis ad generandum aliquid sibi simile secũm individuum. Quæ quidem virtus in corporibus viuentibus est virtus nutritiua. Nihil ergo per virtutem nutritiuam adderetur corporib. viuentibus, si alimentum in veritatem naturæ ipsorum non conuerteretur. Secõ, quia virtus altiua, quæ est in semine, est q̃dam impressio deriuata ab anima generantis, sic sup dictum est. *Vnde non põt esse maioru virtutis in agendo, q̃ ipsa anima, a qua deriuatur. Si ergo ex virtute seminis, verè assumit aliqua materia formam naturæ humanæ multo magis anima in nutrimentum coniunctum poterit verã formã naturæ humanæ imprimere per potẽtiam nutritiuã. Tertiò, quia nutrimento indigeretur non solũ ad augmentum alioquin terminato augmẽto necessariũ non esset, sed etiã ad restaurandũ illud, qđ perditur per actionem caloris naturalis. Non autem esset restauratio, nisi id qđ ex alimento generatur, succederet in locum deperditi. Vnde sicut id quod primo inerat, est de veritate humanæ naturæ, ita & id qđ ex alimento generatur. Et ideo secũm alios dicendum est qđ alimentum verè conuertitur in veritatem humanę naturæ, inquãtum verè accipit speciem carnis & ossis, & hmõi partium. Et hoc est quod dicit Philosophus in *2. de ani. quòd alimentũ nutrit inquantum est potentia caro.

AD primum ergo dicendum, quod Dominus non dicit, quòd totum quod in os intrat, per secessum emittatur. Sed oportet quòd quolibet cibo aliquid impurum per secessum emittatur. Vel potest dici, quòd quidquid ex alimento generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & per poros quosdam occultos emitti, vt Hiero. * exponit.

AD secundum dicendum, quòd aliqui per carnem secũdum speciem intellexerunt id qđ primo accipi speciem humanã, quod sumitur à generante. Et hoc dicunt semper manere quousque individuum durat. Carnem vero secundum materiam dicunt esse quæ generatur ex alimento. Et hanc dicunt non semper permanere, sed quod sicut aduenit, ita abscedit. Sed hoc est contra intentionem Aristo.* Dicit ibi quòd sicut in vnoquoq; habentium speciem in materia, puta in ligno et lapide: ita et in carne hoc est secundum speciem, & illud secundum materiam. Manifestum est autem q̃ prædicta distinctio locum non habet in rebus inanimatis, quę non generantur ex semine, nec nutriuntur. Et iterũ, cũ id qđ ex alimento generatur, adiungatur corpori nutrito p modũ mistionis, sicut aqua miscetur vino, ut ponit exemplũ ibid. Philoso.* non fit alia esse natura eius qđ aduenit, et eius cui aduenit, cum ità sit factũ vnum p veram mistionem. Vñ nulla rõ est qđ vnũ consumatur p calorem naturalem, et alterũ maneat. Et iõ aliter dicendũ est, qđ hac distinctio Philosophi non est secũm diuersas carnes, sed est eiusdem carnis secundum diuersam considerationem. Si.n. consideretur caro secũm speciem, i. secũm id qđ est formale in ipsa, sic semper manet, quia semp manet natura carnis & dispositio naturalis ipsius. Sed si consideretur caro secundum materiam, sic non manet, sed paulatim consumitur & restauratur, sicut patet in igne fornacis, cuius forma manet, sed materia paulatim consumitur, & alia in locum eius substituitur.

AD tertiũ dicendũ, qđ ad humidũ radicale intelligitur ptinere totũ id i quo fundatur virtus speciei. Qđ si subtrahatur, restitui nõ põt sicut si amputetur manus, aut pes, vel aliquid hmõi. Sed humidum nutrimentale est, qđ nondũ peruenit ad suscipiendum perfectè naturã speciei, sed est in via ad hoc, sicut est sanguis, et alia hmõi. Vnde si talia subtrahantur, remanet adhuc virtus speciei in radice q̃ nõ tollit.

AD quartũ dicendũ, qđ omnis virtus i corpore passibilis per cõtinuã actionẽ debilitatur, quia

A

B

C

D

E

Q. Præar. 1.

lib. 2. de ani. tex. 45. & 1. de gen.

text. 39 to. 2.

Mat. 15 to. 9.

loco citato in arg. 2.

lib. 1. de gene. te. 88. to. 2

quia huiusmodi agentia ẽt patiuntur. Et ideo virtus conuersiua in principio quidẽ tã fortis est, vt possit cõuertere nõ solũ quod sufficit ad restaurationẽ deperditi, sed ẽt ad augmentũ. Postea vero nõ potest cõuertere nisi quantum sufficit ad restaurationẽ deperditi. Et tũc cessat augmentũ. Demũ nec hoc põt, & tũc fit diminutio. Deinde deficiente hmõi virtute totaliter anima moritur, sicut virtus vini conuertẽtis aquã admistã, paulatim per admistionẽ aquæ debilitatur, vt tadẽ tota fiat aquosum,

li. 1. tex. 88. vt Philosophus exẽplificat in *1. de Generat.

li. 1. tex. 39. AD quintum dicendũ, q̃ sicut Philosophus dicit in *1. de Genera. quãdo aliqua materia per se conuertitur in ignẽ: tũc dicitur ignis de nouo generari. Q̃ vero aliqua materia cõuertitur in ignẽ præexistẽte dicitur ignis nutriri. Vnde si tota materia simul amitteret speciem ignis, & alia materia cõuertatur in ignẽ, erit alius ignis numero. Si vero paulatim cõbusto vno ligno aliud substituatur, & sic deinceps quousq; ola prima cõsumantur, tẽp remanet idẽ ignis numero, q̃a semp quod additur, trãsit i pexistẽs, & similiter est intelligẽdũ in corporibus viuẽtibus, in quibus ex nutrimento restauratur id qđ per calorẽ naturalẽ cõsumitur.

¶ Conclusio est affirmatiua.

COMMENTARIVM.

DE hac re multa diximus in li. 1. de Gener. & corruptione c. 5. q. 8. & deinceps. Itẽ qũo maneat idẽ homo numero senex q fuit iuuenis facta cõmutatione materiæ latè disputauimus vbi supra q. 3. vbi p multos articulos disputauimus de principio indiuiduationis. De qua re vide Sonz in q. 33. li. 7. metaphy. & Soto li. 7. Sumulętũ c. 8. & in Logica. q. vnica super c. 3. prædicabiliũ vbi mutauit sniam q̃ habuit in Sumulis, & tenet q̃ esset idẽ homo si Deus reproduceret materiã iuuenis & insortmaretur ea de aĩa, sed plura disputat in 4. sent. d. 44. q. 1. vbi D. Th. & Scolastici multa dicũt de idẽtitate corporũ resurgentiũ in nouissimo die.

D

ARTICVLVS II.

E

¶ Vtrum semen sit de superfluo alimenti.

584 2. di. 30 q. 2. ar. 2 Et 4. di. 44. q. 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ semen non sit de superfluo alimenti, sed de substãtia generatiui. Dicit.n. Damasc.* q̃ generatio est opus naturæ ex substantia generatis ducẽs

A

B

C

D

E

qđ generatur. Sed id q̃ generatur, generatur ex semine. Ergo semẽ ẽ de substãtia generãtis.

¶ 2 Præterea. Secundum hoc filius assimilatur patri, q̃ ab eo aliquid accipit. Sed si semen ex quo aliquid generatur sit de superfluo alimẽti, nihil acciperet aliquis ab auo & præcedentibus in quibus hoc alimentũ nullo modo fuit. Ergo nõ assimilaretur aliquis auo, & præcedentibus magis, quam alijs hominibus.

¶ 3 Preterea. Alimentum hominis generãtis quandoq; est ex carnibus bouis, vel porci, & aliorum hmõi. Sitigitur semen esset de superfluo alimenti, homo generatus ex semine, maiorem affinitatem haberet cũ boue & porco, quã cum patre & alijs consanguineis.

¶ 4 Præterea. Augustin. dicit 10.* super Gene. ad lit. q̃ nos fuimus in Adã non solum secundum seminalem rationem, sed etiam secundam corpulentam substantiam. Hoc aũt non esset si semen esset ex superfluo alimenti. Ergo semen non est ex superfluo alimenti.

SED contra est, quod Philosophus probat multipliciter in lit.* de generatione animaliũ quòd semen est superfluum alimenti.

RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio aliqualiter dependet ex præmissis.* Si enim in natura humana est virtus ad cõmunicandum suam formam materiæ alienæ, non solum in alio, sed etiam in ipso, manifestum est q̃ alimentum quod est in principio dissimile, in fine fit simile per formam communicatam. Est aute naturalis ordo, vt aliquid gradatim de potentia reducatur in actum. Et iõ in his, quæ generantur, Inuenimus quod primo vnumquodq; est imperfectum & postea perficitur. Manifestum est autem quod commune se habet ad proprium & determinatũ, vt imperfectum ad perfectum. Et ideo videmus q̃ in generatione animalis prius generatur animal quam homo vel equus. Sic igitur & ipsum alimentũ primo quidem accipit quandã virtutem communem respectu omnium partium corporis & in fine determinatur ad hãc partem, vel ad illam. Non autem est possibile quod accipiatur pro semine id, quod iam conuersum est in substantiam membrorum per quandam resolutionem. Quia illud resolutũ si non retineret naturã eius a quo resolueretur, tunc iam esset recedens à natura generantis, quasi in via corruptionis existens, & sic nõ haberet virtutem conuertendi aliud in similem natu-

Et ar. 2. cõ. ca. 121. prin. & ca. 122. col. 1. *li. 1. c. 8

Li. 10. c. 19. & 20 tom. 3.

li. 1. c. 19 tom. 4.

Art. præce. & q. 108. ar. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

naturam. Si vero retinet naturã eius, à quo resoluitur, tunc esset contractũ ad determinatam partem, & non haberet virtutem mouendi ad naturam totius, sed solum ad naturam partis. Nisi fortè quia dicat, quòd esset resolutum ab omnibus partibus corporis, et quòd retineat naturam omniũ partium. Et sic semen esset quasi quoddam paruum animal in actu & generatio animalis ex animali nõ esset nisi per diuisionem, sicut lutũ generatur ex luto, & sicut accidit in animalibus, qua decisa viuunt. Hoc autem est inconueniens. Relinquitur ergo quod semen non sit decisum ab eo, quod erat actu totũ, sed magis in potentia totum, habens uirtutem ad productionem totius corporis derivatam ab anima generantis, vt

Ar. 8 pce. supra dictum est. * Hoc aũt, quod est in potentia ad totum, est illud, quod generatur ex alimento antequam conuertatur in substantiã membrorum. Et ideo ex hoc semen accipitur. Et secundũ hoc uirtus nutritiua dicitur deseruire generatiuæ, quia id, quod est conuersum per virtutem nutritiuam, accipitur à virtute generatiua vt semen. Et huius signũ ponit Philosophus, * quòd animalia magni corporis, quę

lib. 7. de hist. ani. c. 2. cir. fin. indigent multo nutrimento, sunt pauci seminis secundum quantitatem sui corporis, & paucæ generationis. Et similiter homines pingues sunt pauci seminis propter eandem causam.

AD primum ergo dicendum, quòd generatio est de substantia generãtis in animalibus & plantis, inquantum semen habet virtutem ex forma generantis, & inquantum est in potentia ad substantiam ipsius.

AD secundum dicendum, quòd assimilatio generantis ad genitum non fit propter materiam, sed propter formam agentis, quod generat sibi simile. Vnde non oportet ad hoc q aliquis assimiletur auo, q materia corporalis seminis fuerit in auo, sed q sit in semine aliqua virtus derivata ab auo, mediante patre.

Et similiter dicendum est ad tertium. Nã affinitas non attenditur secundum naturam, sed magis secundum derivationem formæ.

AD quartum dicendum, quod verbum Augustini non est sic intelligendum, quod in Adam actu fuerit aut seminalis ratio huius hominis propinqua, aut corpulenta eius substantia. Sed virumq; fuit in Adam secundum originem. Nam & materia corporalis quæ ministrata est à matre (quam vocat corpulentã substantiam) deriuatur originaliter ab Adã, & similiter virtus actiua existens in semine patris, quæ est huius hominis propinqua ratio seminalis. Sed Christus dicitur fuisse in Adã secundum corpulentam substantiam, sed non secũdum seminalem rationem, quia materia corporis eius quæ ministrata est à matre virgine, derivata est ab Adã: sed virtus actiua non est deriuata ab Adam, quia corpus eius non est formatum per virtutem virilis seminis, sed operatione Spiritus sancti. Talis enim partus decebat eum qui est super omnia benedictus Deus in secula seculorum. Amen.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio est. Semen est ex superfluo alimenti, quod nõ est determinatum ad substantiam alicuius partis, sed in potentia ad quamuis partem.

¶ Secuada conclusio. Quando D. August. & Theologi aiunt Christũ Dominum fuisse in Adam, ita sunt explicãdi, videlicet, quia materia corporis Christi quam virgo ministrauit, deriuata est ab Adam, non autẽ virtus actiua ad formãdum corpus. Hæc enim non fuit nisi ipse Spiritus sanctus.

COMMENTARIVM.

DVbium valdè physicum & medicorum propriũ disputari potest in hoc loco, An semen fiat per resolutionẽ partium corporis, an uero sit superfluum alimẽti, quod nondum conuersum est in substantiam animalis? sed hæc disputatio merito à Theologo relinquitur eo quod propria sit medicorum, atque hactenus de Commentariis in Primam Partem dicta sufficiãt. Quę omnia utinam in gloriam Dei & scholę Theologorum utilitatem cedant. Nos verò in multis defecisse pro materię dignitate libenter fatemur, libenterque ueniam petimus. Cæterũ uniuersa quæ dixi correctioni sacrosanctæ matris Ecclesiæ subiicio.

LAVS DEO.

INDEX EORVM QVÆ IN HIS COMMENTARIIS

in D. Thomæ Primam Partem

A Quæst. LXV. usque in finem, notatũ digna uisa sunt.

In quo numerus columnam, littera verò lineam designat.

A

Actus ACTVS primus, & secundus dupliciter accipiantur. 471. B. C
Explicatio illius, Actus & potentia sunt in eodem genere. col. 702. B
Actus diuini intellectus sex, distinguuntur. col. 2923. E
Actus & potentia qualiter diuidant ens. col. 703. D
Actus vide Forma.

Aer. AER in initio temporis conditus fuit. col. 757. B
Nomine firmamenti aer aliquando significatur in Scripturis. col. 204. B
Aeris informitas, vide creatio.
Dupliciter contingit, quòd aliquod agens moueat aliud per modum causæ efficientis. col. 1334. A

Alimẽ tum. ALIMENTVM primum & vltimum uentris quid sit. 806. A. 807. A

Angel* INTER prima rerum opera conditi sunt angeli. 153. B
Quid possint angeli operari circa corporalia. 2127. C. D
Angelus nõ potest illabi potentijs spiritualibus. 2145. B. C
Angeli deputantur hominibus ad custodiam. 2167. D
Essentia Angeli quare vniatur eius intellectui in ratione speciei intelligibilis. col. 1045. D
Quid differat inter species angelicas, & species animæ separatæ. 1079. D
Quod naturale est angelis cognoscere per species inditas à Deo. 1602. A
In angelis nulla est phantasia. 1013. C
Angeli in ministerium missi, nõ sunt proprie serui hominum. 1851. C. D
Quo angelus superior illuminet inferiores. 2042. D. 2043. per totã, & deinceps.
Angeli omnes unius Hierarchiæ illuminantur immediate ab angelis superioris Hierarchiæ. 2050. C
Angelorũ loquutio quomodo fiat. 2061. vsque ad 2072.
Loquutio Dei ad angelũ, semper aliquid efficit. 2066
Loquutio & illuminatio angelorum quomodo differant. 2076. 2077
Ordo Hierarchicus angelorum, vnde desumatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumatur.2101.C
Ordo angelorum bonorũ,& malorum per seuerat quantum ad naturalia essentialia,non quantũ ad operationes.2117.C
Qũo angelus illuminet hominẽ. 2137.C
Anima PHYSICI est tractare de anima in communi.576.D
Anima etiã quatenꝰ intellectiua pertinet ad considerationem physicam. 577.A
Anima nõ est accidẽs sed substãtia.445 D
Anima non est materia, nec corpus aliquod,nec compositum.446.D
Anima est actus,& forma.447.D
Vtraq; animæ definitio latissime explicatur,a colum.452. vsq; ad col.485
De qualitate demonstrationis qua per secundam definitionem animæ manifestatur prior.479.E.480
Anima in quibusdam conuenit cum aliis formis,in qbusdã differt ab illis.583.D
Sol & anima producunt propter sui eminentia diuersos effectus etiam contrarios.624.D.625
Nulla anima est diuisibilis secundum totalitatem essentialem.658.A
Nulla anima est indiuisibilis secundum totalitatem virtutis.660.B
Anima distinguitur tanquã res a re ab omnibus suis potentiis tã vegetatiuis,quã sensitiuis atque intellectiuis.691.E
Etsi anima sit actus,est tamen in ea quædã potentialitas.750.D
Anima est composita ex actu, & potentia. col.751.A
Tres sunt animæ, vegetatiua, sensitiua, & intellectiua.768.B
Modi viuendi sunt quatuor,videlicet vegetatiuum, sensitiuum, loco motiuum, & intellectiuum.769.E.770.A
Omnes potẽtiæ animæ sunt in illa tanq̃ in radice: ita tamẽ ꝙ pars sensitiua parata est ex se obedire intellectiuæ.1427.B
Animæ in seipsis sunt inæquales in perfectione substantiali indiuiduali.1479.A 1481.D
Vna anima an sit perfectior alia essentialiter.1477.C
Quis sit finis animæ vegetatiuæ? 811.A
Descriptiones & operationes potentiarũ, partis vegetatiuæ.803
Omnes potentiæ vegetatiuæ habent pro obiecto alimentum in quod operãtur, sub diuersis tamen rationibus.805.A
Operationes animæ vegetatiuæ sunt tres. col.811.B
Anima vegetatiua etsi in genere habeat tres potentias,aliæ tamen plures sub illis continentur. ibid.C
Potentia nutritiua, & augmentatiua differunt realiter.795.B
Quæ nam sit differentia inter potentias nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam.812.C
Nutritiua in augmentatiuã,& ambæ in generatiuam per se ordinantur.797.D
Istæ potentiæ habent alias inferiores sibi ministrantes.798.D
Anima sensitiua per se sumpta est diuisibilis, coniuncta uero intellectiuæ, minime.626.C
Anima sensitiua & intellectiua an sint realiter idẽ & formaliter distinctæ.627.E 628
Anima sensitiua continet vegetatiuam nõ solum eminenter, sed etiã formaliter. 629.C
Animæ animalium irrationalium perfectorum,sunt indiuisibiles secundum totalitatem quantitatiuam.670.A
Animæ brutorum non sunt immortales. 514.B
Animæ(etiam quatenus intellectiuæ) operationes pertinent ad considerationem physicam.576.E.578.A
Secundum fidem est certum animam intellectiuam esse incorpoream.489.E
Secundũ fidẽ est certũ animam intellectiuã non interire cũ corpore,sed manere separatam in æternũ duraturam. 510.E
Secundum fidem est certum animam rationalem ex natura sua habere ꝙ sit immortalis.512.E
Dicere animæ immortalitatem non esse ratione naturali demonstrabilem est erroneum.521.B
Certum est secundum philosophiam, animam esse incorruptibilem.522.C
Aristoteles quid de animæ nostræ immortalitate determinauit.545.B
Certum est ratione naturali ostendi posse animam
aĩam intellectiuã esse formã corporis. 563.B. & id de facto ostenditur ibi. C
Anima quãuis sit vera forma materiæ,nõ tamen est illi immersa.565.C
Anima & si sit forma materiæ,tamen non educitur de potentia illius. 583. D
Vnio animæ rationalis ad materiam est omnimodè naturalis.731.E
Anima imperfectior est in esse essentiali quam compositum nõ vero in esse existentiæ.591.D
In quo differant anima intellectiua per se subsistens & angelus.583.B
Anima intellectiua non subsistit in corpore tanquam id quod.586.E
Quare cum essentia animæ sit actus corporis,intellectus non sit actus alicuius organi corporei.581.D
Ea fide qua tenemus animam intellectiuã nõ esse mortalem, tenere debemus eam esse indiuisibilem ac per consequens totam in qualibet parte corporis.645.F
Anima rationalis nullo modo est diuisibilis secundum totalitatem quantitatiuam.662.B
Anima intellectiua est eminenter sensitiua,& vegetatiua.628.D
Anima rationalis non est de substantia Dei.1645.B
Error est in fide asserere quod animę producuntur ante corpora.1670.B.C
Anima rationalis non fit per generationem, nec depẽdet à materia in esse uel in conseruari, sed producitur per creationem ex nihilo.1654.B
Anima nostra secundum prẽsentem statũ quo vnita est corpori corruptibili,non potest cognoscere immediatè per suã essentiam.1525.C
Ad propriam operationem animæ intellectiuę exigitur vt fiat in actu per species intelligibiles,acquirendo eas per sensituas potẽtias à sensibilibus. 595. B
Quid sit animam esse puram potentiã in genere intelligibilium.1526.B
Qualiter anima nostra dicatur per seipsã se cognoscere.1534.A
Anima intellectiua multas perfectiones habet vnita corpori,quas non habet separata.591.A
Nõ est potẽtia naturalis quæ animã separatã possit corpori reunire.515.D
Vnio animæ rationalis semel separatæ à corpore ad materiam est naturalis ex parte termini, & super naturalis ex parte principij 596
Anima separata naturaliter inclinatur ad vnionem cum corpore quam appetit appetitu elicito conditionato non, tamen absoluto.596.D.597.D
Supposita fide de resurrectione mortuorũ, appetit aĩa vnionẽ absolute.598.A
Anima est perfecta secundum quid quando est separata.598.D
Secundum fidem est certum ꝙ anima separata habet operationem quæ est intelligere quod etiam est certum secundũ veram philosophiam.1575.B.E
Anima separata non intelligit per conuersionem ad phantasmata,sed per conuersionem ad superiora.1577.C
Anima separata habet modum cognitionis angelicæ ac per consequens non cognoscit discurrendo.1577.E
Animæ non conuenit ex sua natura esse separabilem à corpore.1586.B
Contra naturã animę rationalis est actualis eius separatio à corpore. 1587.A
Status separationis & modus intelligẽdi animæ in eo statu, est præter naturã illius.1587.D
Anima separata cognoscit se per suã substantiam,reliqua vero per species superadditas. 1594.C
Ad cognoscendas alias animas separatas, non indiget anima seperata specie intelligibili.1596.B
Anima separata qualiter cognoscat angelos.1597.B
Anima separata per species superadditas nõ cognoscit perfectè angelos & alias res materiales.1602.D
Quid differat inter species angelicas & species animæ separatæ.1079.E
Anima separata à corpore cognoscit aliqua singularia.1607.B
Species animæ separatæ determinantur per existẽtia rerum singularium ad cognitionem illarum.1608.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animæ separatæ cognoscit singularia per species influxas à Deo. 1609. D
Ea anima separata beata non manet habitus opinionis bene tamen in non beata. 1610.
Animæ defunctorum aliquando viuis apparent. 1609. C. D
Animal ANIMAL aliquod, esse perfectū vel imperfectum, cōtingit dupliciter. 655. D
Animalia sunt in triplici differētia. 822. A. 1023. B
Animal ex putrefactione & aliud simile ex generatione, sunt eiusdem spēi. 822
Appetitus EST triplex appetitus. 777. B
In animalibus quæ solum habent sensum tactus diffusum per totum corpus, etiam appetitus est diffusus per totum corpus. 1236. D
In animalibus perfectis appetitus subiectatur in corde. ibid.
Potentia appetitiua est actiua, & elicitiua motus localis. 781. C
Differentia inter appetitum animalem & rationalem. 1225. D
Sensualitas cadē est secundum rem cum appetitu intellectiuo in homine, differt tamen secundum rationem ab illo. 1230. A
Appetitus sensitiuus nō pōt mouere sine motione appetitus superioris. 1248. A
Certum est secundum fidem appetitum inferiorē esse subiectū rationi. 1247. B
Appetitus intellectiuus fertur in singularia sub aliqua ratione cōmuni. 1226. A
Appetitus intellectiuus non fertur in bonum in commune vniuersaliter sumpturi & in actu signato. 1226. B
Aqua. AQVA in initio tēporis facta fuit. 156. B
Aquæ supra firmamentum existentes quænam sint. 210. & sequentibus.
Elementum aquæ est eleuatius & superius quam terra discooperta. 237. B
Aquæ tertio creationis die acceperunt frigiditatem, humiditatem, & fluibilitatē in suum locum. 234. C
Aquæ tertio creationis die in locum vnū congregatæ in maiorem altitudinem sunt eleuatæ, relinquentes terram discooperiam, & expellentes aerem in locum ubi antea erat, ibi.
Astrologus. ASTROLOGORVM cognitio quousque se possit extendere, ibid. & deinceps.
Audit. DISPOSITIO organi Auditus ostenditur. 941. E
Augmētatio. AVGMENTATIO dupliciter accipitur. 791. D
Augmentatio in quo consistat. 811. E

B

Beatus BEATI sunt necessitati quoad exercitium & specificationem ad amandum & videndum Deum. 1293. C
Esse Dei qđ est in intellectu cuiuslibet beati, consideratur dupliciter. 1327. D
Visio Beatifica facit cognitionem supernaturales habet suprēmū locum. 1568. B
Visio beatifica non potest commensurari cum perfectione naturali nostri intellectus; sed necessariò debet proportionari cum perfectione summæ gloriæ. 1056. C
Beatificæ visionis vitalitas est omnino supernaturalis. 1057. B
Temerarium est asserere intellectum beati mere passiuè se habere in visione Dei. 1050. D
Beatus cognoscit omnia singularia præsentia quæ pertinent ad ordinem naturalem. 1629. B
Singularia quæ ex libera hominis voluntate dependent non omnia cognoscit beatus, sed ea solum quæ spectant ad suum statum. 1629. E. 1630. B
Beati cognoscunt omnia singularia, absq; aliqua successione etiam extrinseca. 1631. C. D
Beatitudo. SI beatitudo euidenter uel saltem æqualiter atq; beatitudo in cōi cognoscerentur, vehementius appeteretur, quā beatitudo in communi. 1291. D
Voluntas nostra in ordine ad beatitudinē in communi necessitatur quoad specificationem. 1286. A
Ad bona particularia quæ necessariam habent connexionem cum beatitudine, necessitatur voluntas nostra quoad specificationem. 1285. C
Quo ad exercitium voluntas non necessitatur nec in ordine ad beatitudinem nec in ordine ad illa bona quæ habent connexionem cum illa. 1288. D

C

Causa RATIO cuiuslibet causæ dupliciter potest considerari. 1193. C
Cælū. SENTENTIA communis quæ asserit cælos esse incorruptibiles, utilior est Theologis Scholasticis. 103. B
Si attendatur de cælorum corruptibilitate, & incorruptibilitate, autoritas sanctorum, non apparet pro qua opinione sententia ferenda sit. ibid.
Si attendatur autoritas D. Thomæ, & omnium scholasticorum, magis præponderat sententia Aristotelis asserentis cælos esse incorruptibiles. ibid.
Cælum Empyreum non habet materiam eiusdem rationis cum materia cæterorum corporum. 115. A
Cælum Empyreum esse necessario asserendum. 135. C
Cælum Empyreū est uere creatum. 138. D
Cælum Empyreum est immobile. 139. A
Cælum Empyreum influit in hæc inferiora sine motu. 144. D. 145. B
Omnes cæli producti sunt in initio tp̄s ita vt nihil ante illos fuerit, productū. 154. C
Materia cæterorum cælorum, & horū corporum inferiorum non sunt eiusdem rationis. 115. C
Materia cuiuslibet corporis cælestis distincti numero ab alio, est alterius rationis ab illo. 116. C
Quodlibet cælorū habet materiā propriè dictā quæ est altera pars cōpositi. 125. E
Neque cæli, neque luminaria cælestia habent animam tanquam formam actuantem sed possunt dici animata, forma assistente. 297. A
Cogitatiua. COGITATIVA in homine situatur in media parte cerebri. 1025. E
Proprius actus cogitatiuæ est elicere quasdā species insensatas a sensatis. 1026. A
Estimatiuæ & cogitatiuæ in quo differāt. ibid. C
Cogitatiuę, & estimatiuę definitio. 1027. B
Nullū est incōueniens q̄ cogitatiua dicat' mouere appetitū intellectiuū. 1227. A
Concupiscibilis. SIMPLICITER loquendo concupiscibilis est præstantior quam irascibilis ex parte scilicet obiecti. 1242. A
Cōscientia. CONSCIENTIA est actus intellectus practici. 1171. D
Quare conscientia appellet' bona. 1173. A
Corpus. CORPORIS multiplex acceptio. 460. C
Corporeum accipitur dupliciter. 671. D
Quędam corpora sunt secundum se terminata quædam secundum se interminata. 915. C
Corruptio. CORRVPTIBILE, & incorruptibile qualiter dicantur differre genere. 468. B
Corruptibile, & incorruptibile dupliciter accipiantur. 508. A
Color. DE colore secundum suam essentiam debemus distinguere. 911. A
Color in quantū uisibilis dupliciter definitur. 912. D
Coloris natura, explicatur col. ibid. vsq; ad col. 919
Lumen non requiritur ad uisionem ex parte obiecti tanquam forma intrinseca coloris. 1115. B
Lumen facit colores uisibiles actu. 1116
Lumen non tribuit colori virtutem qua sit visibilis sed qua actu videatur. 1117. B. D
Creatio. IVSTITIA in rerum creatione qualiter reperiatur. 35. C
Informitas materię nullo modo antecessit tempore formationem eius penes formas particulares in rerū creatione. 55 E
Deus non creauit chaos confusum neque indistinctum in quo omnia continerentur sine aliqua forma. 56. D
Quæ nam informitas creaturæ corporalis præcesserit tantū natura eius formatione quæ nam vero, etiam tempore. 58. A
Quæ nam informitas terræ cęterorūq; elementorū præter ignem, tēpore præcesserit eius formationem. 62. C. 64. C. 68. A
Informitatē accidentalē cęli, nō præcesisse tpe durationē eius est probabilius. 66. E
Nulla creatura facta est a Deo mediantibus angelis cōcurrentibus ad eius creationem. 39. B
Etiam si multæ res simul sint creatæ, quatuor solæ sunt coæuæ. 159. B
In initio temporis simul cum ipso tempore conditi sunt angeli, cæli, terra, aqua, ignis, aer. 153. 154
Creaturam corporalem productam esse a Deo, non solum est de fide, verum & cognitum lumine naturali. 6. A. 8. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Creaturam corporalem conditam esse a Deo ex prima eius intētione, est de fide & cognitum lumine naturali. 18.26.
Deus compleuit positiua actione naturalē perfectionem totalitatis vniuersi in die sexto. 327.B
Die septimo compleuit Deus primam perfectionem naturalem uniuersi negatiuè & secundam positiuè. 328.A
Perfectio uniuersi quæ prouenit illi ex donis supernaturalibus non debet attribui diei septimo. ibid.

D

Deus. DEI opera, vide Creatio.
Dupliciter potest intelligi quod Deus moueat aliquid. 1276.A
Si Deus consideretur tanquam causa vniuersalis suauiter mouens creaturas, nulla illarum patitur violentiam respectu ipsius Dei. ibid.B
Deus solus conseruat res ne in nihilum decidant. 1983.E
Quomodo intelligatur illud; Quicquid Deus potest facere cum causa secunda potest facere se solo. 1278.E
Diaphanum. QVID sit diaphanum. 912.E
Diaphana sunt in triplici gradu in ordine. 914.A
Dies. SEX dierum opus, vide Creatio.
Diei septimo optimo iure benedictio & sanctificatio applicatur. 412.B
Dies septimus qualiter habeat & non habeat vesperum. 347.D
Dies septem qui narrantur Geneſis. cap. 1. fuisse naturales atque distinctos, est sacræ scripturæ, sanctorum patrum sentētijs, cō que modo concipiendi Ecclesiæ Catholicę maxime conforme. 370.b
Opposita sententia August. est satis probabilis, etsi difficile sit concordare illam cum his, quæ in sacra scriptura dicuntur. 373.D
Explicationes aliæ de distinctione sex dierū minus habent probabilitatis. 376.C
In singulis diebus cœpit & consumauit Deus singula opera quæ ipsis diebus attributa narrantur. 377.C
Diffinitio NON est inconueniens diffinitionē quid ditatiuam dari per posteriora. 473.C
Quando aliquid definitur per effectū per vltimum debet definiri. 826.B
Dominium quod homo habebat super animalia in statu innocentię mansit post peccatum. 1845.C.D.

E

OMNIS perfectio effectus redundat in suam causam maxime formalem col. 598.C
Non est necesse q; una pars effectus correspondeat uni parti agentis. 673.B.C
Aliqui effectus sunt qui etsi producantur ab una causa possunt ab alia distincta conseruari. ibid.D
QVANVIS idem sit principium essendi & operandi, nō tamē hoc eodem modo cōtingit in substātia & accidēte. 712.E
Esse intrinsece solum dicit primam actualitatem cuiuscunque rei. 1057.E
In esse entitatiuo est triplex genus rerum. 1066.B
Modus essēdi in aliquo particulari potest accipi tripliciter. 1417.C

F

CAVSA finalis non propriè mouet, sed solum methaphoricè. 1194.A
Finis & metaphoricè moueat si realiter tamen causat & finalizat actionem agentis. ibid.B
Ad hoc quod finis realiter finalizet, impertinens est quod referatur relatione reali, ad suum effectum vel effectus ad ipsum. 1195.B
Finis multipliciter pōt cōsiderari. ibid. C
Ad hoc vt finis finalizet aliq̄ actionē agētis, nō opus est ut sit in apprehensione vel intentione agētis finalizati. 1196.A
Respectu eorū quæ se dirigūt i finē, apprehēsio finis cū iudicio cōueniētiæ, nō est sola cōditio causæ finalizantis taliter, sed est ratio taliter finalizandi. ibid.B
Finis prout est in solo desiderio non finalizat actualiter. 1197.A
Si finis consideretur secūdum quod est in intentione Dei, sic est primā ratio finalizans, imo est ipse finis increatus virtute alij fines finalizant. 1197.D
Finis dicitur causare secundum quod est in re, eo q; ratio finalizatiua est realis bonitas. ibid.
FIRMAMENTVM quid significet in rerum

Finis.

Firmamentū.

tum creatione. 200.& seq.
Quæ nam sint aquæ quæ suprà firmamentum dicuntur existere. 211.& seq.
Forma FORMÆ duplex acceptio. 531.C
Forma naturalis respicit per se compositionem & materiam 464.B
Quid sit formam ad sui assistentiam requirere determinatas dispositiones. 530.D
Formam materiæ per aliud vniri stat dupliciter. 532.A
Esse qualiter cōparetur ad formā. 532.D
Qualiter intelligatur formam accidentalē separatā à subiecto esse unā tm̄. 552.C
Secundùm diuersitatē formarū, est diuersa habitudo formę ad materiā. 571.D
Forma nobilior materiæ corporali magis dominatur. 572.A
Triplex est genus formarum. 676. B
Forma accidentalis virtute propria nō attingit productionē substantiæ. 712. B
Formæ elementares & reliquæ naturales, in quo conueniant & differant à forma rationali. 457.A.583.D

G

Generatio. GENERATIO terminatur per accidens ad formam, per se ad compositum. 674.B
Potentia generatiua dupliciter accipitur. 792. C
Potentia generatiua hēt idē obiectū materiale cum nutritiua & augmentatiua, distinctum tamen ratione ab illo. 793.G
Potentia generatiua distinguitur à nutritiua & augmentatiua realiter. 793.E
In opere generationis qui actus reperiantur. 812.A
Gubernatio diuina qualiter sit intelligenda. 1932.& deinceps.
Gustus ORGANVM gustus describitur. 964.B
Gustus est potētia sensitiua essentialiter & realiter distincta à sensu tactus. 965.C

H

Habitus. HAbitus primorum principiorum includit duo. 1168.A
Vnus habitus aliquando est nobilior altero ex parte obiecti cum tamen alter excedat ex parte modi. 1241.C
Per habitus virtutū moralium potiusquā intellectualium, dicitur homo esse bonus. 1323.C
Habitus qui sunt tam in parte intellectiua quam in uoluntate potius perficiūt quā tollāt libertatem arbitrij. 1369.A
Qualiter habitus sit mediū quoddā inter puram potentiam & purū actū. 1538.A
Habitus supernaturales habent vicem potentiæ & in hoc distinguntur à naturalibus. 1567.E
IN morte hoīs non cortūpitur illud esse quod cōmunicatur illi ab anima, sed solum definit communicaturi. 591.D
In homine esse duas animas alteram bonam, alteram malam, est hæresis manicheorum. 623.B
In homine tm̄ esse vnā animam, est maximè consonum sacræ scripturæ. ibid.C
Ponere in homine plures animas distinctas quāuis non sit hæreticum, aut manifeste erroneum, est tamen maximè temerarium. 624.D
Quamuis in homine, eadem anima conferat oēs gradus, non tamen præstat idem esse omnibus partibus. 625.C
Qualiter intelligatur illud Homo generat hominem. 626.D
Duæ causæ assignantur quare in homine sint plures potentiæ quam in alijs animalibus. 778. E
Discrimen inter naturam angelicā & humanam. 1074. D
Homo in statu innocentiæ quale dominum habuerit & quales operationes. 1856. & deinceps.
Iustitia originalis transsunderetur per generationem ad posteros, si status innocentiæ perseueraſſet. 1900.B

I

INTELLECTVM dupliciter accipi potest. 569.A
Via perfectionis potētiæ intellectiuæ sūt priores sensitiuis & sensitiuæ vegetatiuis. 731.A
Via generationis priores sunt potentiæ vegetatiuæ deinde sensitiuæ ultimo intellectiuæ. 732.B
Inter potētias cognoscitiuas prior est via perfectionis, intellectus, posterior tamen uia generationis. ibid.D
Duplici modo potest aliquid habere operationem intellectiuam. 739.D

Homo.

Intellectus.

Intellectio.

Intellectiuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intellectus possibilis ad tria potest compa rati.1035.B
Si intellectus possibilis cõparetur ad obiectum intelligibile, est potentia passiua simpliciter loquendo, si uerò consideretur in ordine ad intellectionem est simpliciter potẽtia actiua. 1041.B.1038.D
Quare intellectus simpliciter loquendo potius dicatur potentia passiua quàm actiua.1041.E
Si loquamur causaliter nostrum intelligere est quodam pati absolutè, & simpliciter.1042.B
Intellectio nostra formaliter eodẽ prorsus modo est actio sicut angelica.1043.D
Intellectus possibilis non patitur principaliter a phantasmate, sed ab intellectu agente.1044.A
Latum est discrimen inter intellectum nostrum, & angelicum respectu speciei intelligibilis.1046.A
Diuersimode loqui debemus de intellectu & alijs potentijs uegetatiuis & sensitiuis.1409.B
Absolutè & simpliciter loquendo intellectus est præstantior potentia quam uoluntas.1317.C
Prima intellectio animæ est ex motione diuina.1336.A
Satis probabile est Deum posse producere intellectionẽ in rẽne qualitatis.1053.B
Obiectum nostri intellectus est duplex. 1410.A
De obiecto terminatiuo nostri intellectus possumus loqui dupliciter. ibid.D
Obiectum adæquatũ nostri intellectus est ens in cõmuni: obiectum proportionatũ est quid dictas rei materialis.1411.A
Intellectum animæ corpori unitæ cõuenit ad phãtasmata est illi naturale.1413.D
Quid significetur nomine quidditatis materialis in obiecto intellectus.1414.A
Duplici ex capite euenit quod intellectus noster non possit perfectè cognoscere quidditates rerum materialiũ. 1419.A
Intellectus noster nũ põt cognoscere quidditatem rei materialis absq; modo existendi in aliquo particulari tam cognitione intuitiua quã abstractiua. ibid.D
Non solum cognitione scientifica uerum & quacunque alia connotatiua potest intellectus noster cognoscere quidditatem rei materialis absq; modo existendi in aliquo particulari.1421.B
Conuersio intellectus nostri ad phãtasmata potest intelligi dupliciter.1425.A
Intellectus ex natura sua habet uirtutem actiuam ad eliciendam intellectionem, quamuis hæc uirtus perficiatur, & determinetur per speciem intelligibilem ad particulare obiectum.1451.B
Intellectus noster cognoscit singularia, col.1491.A
Intellectus noster pro hoc statu non potest directe intelligere singularia, sed indirecte & reflexiuè.1492.B.1493.A
Quid sit intellectum cognoscere indirecte singularia.1493.D
Quando reflexe intellectus cognoscit singulare formar proprium & distinctum conceptum illius.1500.B
In intellectu non sunt species propriæ & adæquatæ rerum singularium.1503.B
Quando intellectus noster intelligit singulare per se est necessarius concursus phantasmatis.1506.B
Quãdo intellectus ex uno cognoscit aliud non necesse est habeat speciem secundo cogniti.1505.E
Singulare repugnat intelligi directe nõ qua singulare, sed quia materiale.1507.A
Intellectus noster cognoscit se per species rerum, materialium non per alias quas abstrahit ab illis.1529.B
Intellectus noster pro hoc statu non eodem actu quo cognoscit obiectum, cognoscit se ipsum.1530.C
Intellectus noster pro hoc statu non semper est in actuali cognitione sui, & in hoc differt ab Angelico. ibid.D
Intellectus noster intelligit suam operationem.1538.C
Quando intelligitur conceptus formatur uerbum talis conceptus, quod dicitur reflexum.1544.C
In cognitione habitus, actus intelligendi, & speciei formatur ꝓpriũ verbũ. ibid.B
Dupliciter potest dici aliquid magis, uel minus intelligibile.1559.E
Cognitio perfecta alicuius obiecti potest intelligi

intelligi duplicitèr.1560.C
Aliud est cognoscere quidditatem, aliud cognoscere quidditatiuè.1561.B
Cognitio supernaturalis habet latitudinẽ. col.1568.B
Intellectus agens — INTELLECTVS agens necessario est ponendus saltim formaliter distinctus ab intellectu possibili.1067.A
Intellectus agens & possibilis distinguuntur realiter.1069.A
Intellectus agens non est habitus, nec lumen, sed uera & realis potẽtia animę posita in secunda specie qualitatis.1070.B
Intellectus agens nullo modo est potentia cognoscitiua.1071.C
Intellectus agens manet in anima separata.1078.A
Intellectus agens in anima separata non ponitur ad abstrahendas species à phantasmatibus.1078.B
Triplex operatio tribuitur intellectui agenti.1081.D
Intellectus agens, qualiter dicatur facere intelligibile actu.1095.E
Intellectus agens qualiter dicatur actus in genere intelligibilium, & lumen. col.1531.E.1532.B
Quem effectum habeat intellectus agens in anima separata.1603.D
Operatio intellectus agentis. vide Phantasma.
Irascibilis — IRASCIBILIS & concupiscibilis sunt potentiæ realiter distinctæ.1249.A
Irascibilis ad quid ponatur.1238.D
Irascibilis in quo præstet concupiscibili. col.1242.C
Irascibilis non potest seuari ad hoc ut attingat ipsum Deum.1341.A
Libertũ arbitriam. — QVID sit liberum arbitrium.1345.C
Secundum fidem tenendum est in homine esse liberum arbitrium, tam in bonũ quam in malum, tam in opera exteriora quam interiora.1348.E
Assertio liberi arbitrij non est noua, sed perpetua Sanctorum patrum doctrina a principio nascentis Ecclesiæ.1350.A
Lumine naturali & experientia est manifestum in homine esse liberum arbitrium.1351.D
Nullo modo negari potest quòd libertas arbitrij sit radicaliter in intellectu tanquam in propria causa.1362.A
Libertas formaliter est in uolũtate.1363.A
Libertas formalis non est aliquid distinctum, super additum uoluntati.1365.A
Dupliciter aliqua actio potest dici libera. col.1367.A
Liberum arbitrium non distinguitur a uoluntate realiter, sed tantum distinctione rationis.1377.B
Lignum uitæ qualiter haberet uirtutem ad præseruandum hominem.1879.B
LVCIS diuersæ acceptiones & significationes. 163. 164. — Lux.
Istæ voces lumen, lux, radius, & splendor habẽt distinctas significationes. 163.C
Lux est qualitas reposita in tertia specie qualitatis.176.B
Lux habet esse naturale, & firmum in rerum natura.177.A
Lux non solum habet esse naturale, sed etiam intentionale, & spirituale.178.D
Probabile est, lucem non requirere aliam speciem, ut uideatur, sed per semetipsam uideri.177.D
Quare Deus a luce, rerum distinctionem incœperit.160.B
Lux solis producta fuit prima die.191.E
Lux nõ est forma essẽtialis coloris.919.C
Duplex effectus lucis.1117.D

M

MATERIAE informitas, quæ fuit in rerum creatione, vide Creatio. — Materia.
Materia est uera substãtia incõpleta.74.D
Materia intrinsecè nullum includit actum physicum.75.A
Implicat contradictionẽ, ꝙ materia prima producatur & conseruetur in esse, nisi informetur forma substantiali.77.B
Si Deus communicaret materiæ suam existẽtiam infinitam, posset existere absq; omni forma substantiali.80.D
Materia est de quidditate rei naturalis. col.460.
Ea quæ sunt in materia singulari pertinẽt ad ordinem rerum intelligibilium non actu, sed potentia.1527.C
Materia prima licet pendeat à forma substantiali, ut sit tamen a nulla forma specifica, uel singulari pendet.1978.C.D.

NON

Universidad de Deusto
Biblioteca

Motus. NON est inconueniens, quòd idem simul moueatur, & quiescat respectu diuersorum. 565. C
Tunc dicitur aliquid moueri per accidēs, dum illud in quo est diffinitiue, mouetur secundum se totum, non autem si moueatur secundum partes. 664. A
Licet vis motiua imperans non distinguatur ab appetitu, exequens tamen distinguitur. 778. D
Ad motum progressiuum animalium triplex principium pōt cōcurrere. 779. E
Potentia motiua corporea, quæ vocatur exequutiua, non est potentia actiua & elicitiua motus localis, sed potētia passiua, 781. B
Mutatio realis in quo differat à mutatione intentionali. 869. C
Motus qualiter sentiatur. 877. D
Organum potentiæ motiuæ in animalibus nō est cerebrum, sed cor. 1237. D
Memoria. MEMORIA & æstimatiua qualiter differant. 1018. B
Memoria situatur in extrema parte cerebri, 1027. D
Propria memoriæ operatio est retinere species insensatas. ibid.
Eadem potentia secundum rem est in homine memoria & reminiscentia, distincta tamen secūdum rationem. 1208. D
Memoria & reminiscentia diffiniuntur. 1029. D
Si memoria accipiatur pro vi conseruatiua specierum oportet dicere, illam esse in parte intellectiua. 1133. A
Memoria quatenus importat recordationem præteriti, non est in parte intellectiua. ibid.
Duo requiruntur ad hoc, vt aliqua potentia dicatur memoria. 1134. B
Si daretur aliqua potentia quæ posset ferri in præteritū sine conseruatione specierū illa proprie esset memoria. 1134. D
Licet in parte intellectiua sit vis conseruatiua specierum, tamen non ex hoc ponitur memoria in illa. 1135. A
In parte intellectiua nō est memoria simpliciter & proprie sumpta, sed extenso vocabulo. 1137. B. 1138. A
Memoria est potentia sola ratione distincta ab intellectu possibili. 1149. A
Mens. QVALE futurum erat meritum in statu naturæ integræ respectu præmij essētialis vel accidentalis. 1832. & deinceps.
Mulier. FINIS præcipuus propter quē cetera est mulier in adiutoriū, viri est generatio licet secundario sit creata, propter mutuum obsequium. 1693. B
Multa opera domestica melius exequuntur per mulierē q̄ per virum. 1692. D
Si loquamur de muliere absolute absque ordine ad virum, nihil fit per mulierē præter generationem quod comodius non possit exequi vir. 1693. A

N

Natura. NATVRALE & supernaturale capiūtur bifariam. 595. D
Natura. Naturę vniuscuiusque cōgruit vt habeat id quod necessarium est ad suam propriam operationem. ibi. A
Quid sufficiat ad hoc vt aliquid dicatur habere naturalem inclinationem ad aliud. 599. D
Nutritio. NVTRITIO dupliciter accipitur. 791. D
Potentia nutritiua differt realiter ab augmentatiua. 794. E. 795
Quænam sit differentia inter potentiam nutritiuam, & augmentatiuam, & generatiuam. 796. C
Potentia nutritiua in augmentatiuam, & ambæ in generatiuam per se ordinantur. 797. D
Nutritiua habet alias potētias inferiores sibi ministrantes. 798. D
Ad nutritionem plures operationes interueniunt. 811. C

O

Obiectum. OBIECTVM non est propria differentia potentiæ. 712. A
Duplex est obiectum cuiuscumque potētiæ. 800. E. 775. B. 1412. C
Ad distinctionem potentiarum requiritur distinctio obiectorum, non secundum rem, sed secundum rationem. 723. D
Distinctio obiectorum non est causa distinctionis potentiarum, sed quædam conditio necessario requisita. 725. A
Obiectum potentiarum intellectiuarum est nobilius obiecto sensitiuarum, & obiectum sensitiuarum obiecto vegetatiuarum.

tiuarum. 731. C
Obiectum sensibile secundū quod obiectū, est perfectius sua potētia. 1077. D
Odor. ODOR duplex. 951. A
Odores sicut, & sapores sunt qualitates secundæ. 958. D
Diuersa cōmixtione causantur sapor, & odor. ibid.
Aer, vel aqua est subiectum odoris. 960. A
Odor non est fumalis euaporatio, sed est id in quo realiter defertur odor. 960. D. 962. C
Odor quandoque realiter potest pertingere, usque ad nares. ibid. D
Olfatus HOMO excedit cætera animalia in olfactu respectu odorabilium per se, excedi tur tamen ab eis respectu odorabilū per accidens. 952. C

P

Paradisus. PARADISVS est locus corporeus, & determinatus ī terra. 1909. E. & deinc.
Paradisus constitutus fuit in parte orientali. 1911. C. D
Phantasia. PHANTASIA est ratio generica in tres species distincta. 1012. D
Definitio qd nominis phantasiæ. 1013. A
Phantasiæ definitio, vt est quid commune. ibid. B
Phantasia situatur in secunda parte cerebri anterioti. 1014. D
Phantasia est vere cōseruatiua specierum sensatarum, sicut memoria non sensatarum. 1016. A
Phantasia non solum est retentiua specierum, sed etiam apprehensiua & cognoscitiua. ibid. B
Phantasia non solum habet percipere per species sensatas, sed etiam ad inuicem illas componere. 1017. B
Phantasia est eiusdem speciei cum sensu communi in ratione cognoscendi, differt tamen in ratione retinendi species. 1018. B
In animalibus imperfectis tātùm est quędam phātasia indeterminata, & illa tantùm imperfecta. 1023. C
Animalia perfecta habēt perfectam phantasiam, & memoriam. 1024. B
Phantasmata QVÆNAM sit necessitas ponendi phantasmata. 1015. C
Phantasmata rerum sunt in dupliei differentia. 610. C
Phantasmata diuersarum rerum materialiter distinctarum, si & sint materialiter distinctæ solo numero, formaliter tamen distinguuntur specie. 611. A
Si diuersa phantasmata repræsentēt idem formaliter secundum speciem in obiecto, illa nō possūt distīgui specie. ibi. B
In quo cōsistat intellectū agentē illustrare phantasmata. 1085. C. 1087. A. 1089. A
Phātasma nullo mō ē intelligibile ī actu formaliter, sed tantū causaliter. 1097. B
Intellectus agens vtitur phantasmatibus, vt in instrumentis ad producendas species intelligibiles. 1106. C
Phantasma non solum est instrumentum intellectui agēti, sed etiam materia, ex qua producit species intelligibiles. ibi.
Potētiæ POTENTIAE sensitiuæ & vegetatiuæ licet dimanent ab essentia animæ non subiectantur in illa. 663. D
Improprie dicitur potetias animæ esse in ipsa anima. 694. D
Inter potentias animæ, & ipsam animam est maximum discrimen in hoc quod est esse principium vitæ. ibid.
In potentijs naturalibus duo sunt considerāda. 720. C
Omnes potentiæ siue actiuæ, siue passiuæ, distinguntur per actus, & obiecta formalia & adequata. 721. A
Distinctio potētiarum ex actibus & obiectis, est à priori simpliciter & absolute, quānis aliquo mō sit à posteriori. 722. E
Potentię naturales possunt considerari secundum quod proprietates, & secundū quod potentiæ. 726. A
Potentia qualiter comparetur ad suos habitus. 727. D
In aliquibus potentijs reperitur ordo ex parte obiectorum, scilicet, quòd vnum obiectum est causa alterius. 733. A
Potentiæ nō organicæ mediate subiectantur in ipsa anima. 736. C
In alijs animalibus ab homine, omnes potentię vitales quas habent, sunt totius coniuncti & non animę. 737. E
Potentia motiua exequtiua non est immediatè in aīa, sed in composito. 738. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Potentiæ animæ sunt quinque,& quæ nã sint illæ 773.C
Sub quinq; generibus potentiarum continentur aliæ multę species.776.B
Aliunde sumitur numerus animarum, & aliunde numerus potentiarum. 777.A
Potẽtia actiua & passiua,in quo distinguãtur.839.C
Potentia passiua reducitur de potentia in actum à suo subiecto.849.A
Discrimen inter potentias apprehensiuas & appetitiuas.1441.D

Proprtia passio. CERTVM est propriam passionẽ solùm formaliter distinctam à subiecto, non posse separari ab illo.698.C
Quælibet potentia & propria passio realiter distincta à subiecto,potest separari ab illo,non quidem naturaliter,sed supernaturaliter. ibid.699

S

Sensus. Sẽsibile. Sẽsatio. POTENTIA sensitiua sola nõ est principium sensationis.840.D
Qua rõne sensus sit potẽtia passiua. 842.B
Absolute & simpliciter nostrum sentire est quoddam pati.844.D
Nullus datur sensus agens:sed omnes sũt potentiæ passiuæ.848.C
In sensu non reperitur deceptio aut falsitas,seu veritas perfecta.864.D
Sensus nullo modo decipitur circa proprium sensibile secundum eius rationẽ formalem & adæquatam.865.B
Sẽsus non potest decipi circa rationes particulares obiecti proprij nisi per accidens.866.A
Circa sensibilia communia decipi potest sensus & multo magis circa sensibilia per accidens.ibid.B
Obiectum sensibile potest corrumpere sensum.868.B
Excellẽs sensibile ratione specierũ intẽtionalium potest lædere sensum. ibid.
Omnis sensus indiget per se & necessario aliquo medio.871.D
QVID requiratur ad hoc ut aliquid sit sẽsibile commune.879.C
Rõ sensibilis cõsistit in actuitate. 881.A
Sensibile per se & per accidens in quo differant.882.A
Inter sensibile proprium & commune triplex est differentia.882.A
Nullum sensibile cõe immittit propriam speciem in sensum exteriorem.890.A
Nullus sensus exterior potest reflecti supra se.901.A
Nullus sensus exterior potest percipere suam actionem eadẽ sensatione.900.B
Sentire sensationes sensuum exteriorum, operatio est sensus communis tam in bruis quam in hominis.902.A
Sensus exteriores sunt quinque. 904.B
Dupliciter intelligitur sensum aliquem esse in aliqua determinata parte corporis.965.A
In quolibet sẽsu est duplex mediũ.976.D
Sẽsus interiores sunt tm quatuor.991.C
Sensus interiores collocantur in tribus cerebri ventriculis.990.E.992.C
Ad quemlibet sensum ẽt exteriorem pertinet aliquo modo iudicare.997.C
Sensus cõmunis põt iudicare aliquid esse conueniens vel disconueniens.998.B
Quicquid iudicat potentia sensitiua inferior iudicat superior.999.A
In nullo sensu interiori reperitur iudiciũ quod consistit in compositione & diuisione,& in quo reperitur veritas uel falsitas.1000.C
Cogitatiua & reminiscentia ex cõiunctione ad intellectum non habent prædictum iudicium.1001.C
Omnes sensus etiam interiores procedũt ab anima vt sensitiua.1003.D
NECESSARIO est ponendus sensus cõmunis.1000.A Sensus cõmunis.
Organum sensus cõmunis est prima cellula cerebri.1007.B
Quando sensus communis habet cognitionem distinctam & perfectam semper cognoscit in præsentia rerum sensibilium,imperfectam vero potest habere etiam in absentia earum. 1008.D
Sensus communis & si facile percipit,male tamen retinet species. 1015.A
Sensus communis non est vis animæ distincta omnino contra sensus exteriores.1020.B
Sensatio sensus communis & sensuum exteriorum non sunt omnino distinctæ sensationes.ibid.A

SPE-

Species SPECIES non est id quod,sed id quo aliquid cognoscitur.612.B
Species non est totale principium sensationis.879.D
Receptio specierum sensibilium in potẽtia non est sensatio.841.B
Species sensibiles necessario sunt admittendę tã pro potẽtijs sensitiuis exterioribus quã interioribus.852.C.855.B
Species quæ recipiuntur in sentibus, sunt corporales & extensę.855.D
Species sensibilis concurrit cum ipsa potentia actiuè, tanquam ratio & principium quo agendi.857.C
Species sensibilis non est imago expressa obiecti sed forma intentionalis impressa.857.B.859.A
Quare non sit vis conseruatiua specierum in sensu sicut in memoria.1141.D
Necessario & intrinsecè sunt constituendæ species intelligibiles,vt intellectus intelligat.1441.D
Necessario sunt ponendæ plures species superadditæ ad cognitionem & nõ sufficit vna ad omnia intelligẽda.1442.D
Omnium rerum quas cognoscimus habemus speciem intelligibilem, licet non omniũ propriã & immediatã. 1443.B
Species intelligibilis est similitudo formalis obiecti.1444.A
Species intelligibilis non se habet per accidẽs ad intellectionẽ sed p se. 1044.E
Duplex munus speciei intelligibilis, ibi.
Species intelligibiles nunquam dicuntur intelligibiles in potentia,sed semper sunt essentialiter intelligibiles in actu. 1098.D.
Species abstractæ à phantasmatibus sunt species substantiarum.1414.D
Siue species intelligibilis concurrat actiuè siue non,in eo tm intellectione intellectus concurrit principaliter.1448.D
Species intelligibilis concurrit actiuè cũ ipso intellectu tanquam ratio & principium quo agendi.1449.B
In quo differant species intelligibilis & verbum mentis.1454.A
Quando species cognoscitur per actum reflexum intellectus illa,cognitio non fit mediante alia species.ibi.B
Discrimen inter speciem intelligibilem & habitum.1539.A
Ad cognoscẽda mysteria gratiæ nõ requirũtur spẽ supernaturales, sed sufficiũt ille quæ abstrahũtur à phãtasmatib.1565.C
Spẽs quæ est principium cognitionis supernaturalis potest considerari dupliciter.1567.B
Cognitio supernaturalis specificatur ab specie quæ est principiũ illius. 1567. B
Species intelligibilis, & adæquatę representatiua per illã, debent esse eiusdem ordinis.1568.D
Vt aliquid cognoscatur perfectè per spẽs intelligibiles quid requiratur.1602.B
SONVS formaliter est qualitas tertia speciei.931.D Sonus.
Sonus non est essentialiter ens successiuũ sed solum denominatiuum.932.B
Ad soni generationẽ sunt necessaria tria corpora.934.C
Non est necesse quòd hæc tria corpora sint distincta realiter, sed sufficit inter illa distinctio formalis. ibid.
Aer circunstans corpus sonans nõ per se requiritur ad sonitum.935.A
Generatio soni est naturalis non violenta.669.C
Sonus non subiectatur in corpore percutiente.938.A
Sonus est in solo aere subiectiue & nunq̃ in aqua nisi intercedente aere. 939. B
Sonus realiter põt esse in medio vsq; ad audiũ vel etiã in aliqua parte spatij & in reliqua põt esse intẽtionaliter.942.B
Duplex est medium per quod defertur sonus ad auditum.952.D
Idem numero sonus est qui procedit ab eodẽ corpore sonante quamuis in rõne passionis possit multiplicari.945.D
Sonus non semper defertur realiter ad auditum.946.D
SINDERESIS est habitus intellectus practici circa prima principia operabilia.1164.E Synderesis.
Sinderesis nõ distinguitur ab illo habitu q uocatur lumen principiorũ.1168.A
Sinderesis partim est à natura partim acquisitus.ibid.B
SYDERA non sunt signa certo indican- Sydus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia euentus futuros & contingẽtes qui dependent ex libera hominis voluntate.283.A
Sydera & corpora cælestia aliquando indicant aliquam inclinatiouem bonam vel malam hominis, vel illum esse fortunatum vel infortunatum. 284. B
Qualiter corpora cælestia facta sint in signa.ibid.D
Status innocẽtię, vide in dictione Homo.

T

Tactus. HOMO excedit cætera animalia tactu, & hinc colligitur illum esse cęteris prudentiorem.823
Tactus est unus sensus secundũ speciem. ibid.C
Caro quæ est in toto, est medium per qđ sensus tactus recipit species rerum tangibilium. 976. D
Neruus quidã extensus per totũ corpus & cõiunctus carni est organum tactus. 977. C
Compositio huius nerui describitur.ibi.E
Iste neruus non habet qualitates tangibiles.978.B
Tactus maximè viget in pulpis digitorũ. 978.A
Fluida immediate possunt habere tactum cum corpore solido.980.D
Duo corpora solida regulariter loquendo non possunt habere tactum nisi medium aer vel aqua.ibid.
In quo differat medium tactus à medio aliorum sensuum.981.D
Quæ corpora solida possint immediate se tangere.982.A
Tactus de necessitate indiget speciebus intentionalibus.ibid.B
Tẽpus. CONDITVM est tempus inter primas creaturas.158.D
Tempus est sensibile per accidens.888.A
Terra. IN initio tpis condita fuit terra. 155.C
Terrę informitas, vide Creatio.
Terra tertio die actu producit herbas & plãtas perfectas cũ fructibus suis. 255. A
Trinitas diui natũ p. IN primo capite Geneſis demonstratur sępè mysterium Trinitatis.432.A
fonarũ. Hoc mysterium aliquo modo aperitur fidelibus in primis illis verbis: In principio creauit Deus cælum & terrã.432.B

V

VIOLENTVM dupliciter accipitur. 599.A Violentum.
Violentum definitur.1255.A.B.
Violentia & coactio se habent vt superius ad suum inferius.1257.C
DVPLICITER contingit destructio potentiæ visiuæ.746.B Visus.
Obiectum formale seu ratio sub qua potẽtiæ uisiuæ est lumen internum.920.C
Obiectum adæquatum potẽtię visiuæ est lucidum.921.B
Ratio formalis quæ, obiecti potentiæ visiuæ est lux.ibi.D
Inter obiecta materialia color est obiectum principalissimum.922.B
Organum visus qualiter debeat esse aqueum.923.C
Organum potentię visiuæ constat ex multis partibus.924.A
Medium potentiæ visiuæ est diaphanum. 927.C
VIVERE & vita non comparantur sicut esse & essentia.770.A Vita & viuere.
Vita aliquando denotat ipsas operationes vitæ aliquandu esse substantiale uiuẽtis.ibid.
Qualis sit distinctio vitę in actiuam & cõtemplatiuam.ibid.
Quæ nam sit differentia inter viuentia & non viuentia.771.A
Quid sit vita,ibid.
Viuentia creata etsi à seipsis dicantur moueri, tamen in quibusdam ab alio mouentur.773.A
Viuentia creata in quo distinguantur à Deo.ibid.
Viuens tres sortitur operationes. 793.B
Viuentium potissima perfectio est generatio.816
Discrimen inter generationem viuentiũ, & non viuentium.816.D.817.A
Etsi multis viuentibus imperfectis nõ conueniat actus generandi: potentia tamen generatiua omnibus conuenit.821.B
Aliqua ex viuentibus genitis ex putrefactione habent actum, & potentia generandi alia carent vtroque.ibid.E
Actus vitalis dupliciter perficitur. 953.D
ESSE reale obiecti voluntatis mouet illã per Voluntas.

per modum finis & formæ extrinsecæ non per modum efficientis. 1211.C
Ad volitionem liberam concurrere bonũ apprehensum, vt finem non vt causam efficientem ad naturalem vero concurrere, vt efficientem, non est secundum mentem D.Thom.1217.D
Intellectus per apprehensionem obiecti mouet effectiue uoluntatem.1213.D
Bonum apprehensum est ratio formalis agendi voluntati quasi ab intrinseco specificans eius operationes.1214.D
Bonum apprehensum, vt est sub apprehensione est voluntati ratio formalis agendi tanquam forma quæ est principium actiuum volitionis quantum ad speciẽ ipsius.1216.C
Voluntas non potest cogi etiam a Deo in suis actibus elicitis.1257.E
A nulla creatura potest voluntas directè violentiã pati neq; simpliciter, neq; secundum quid, licet indirectè possit cogi ad cessandum ab actu.1259.A
Quando voluntas cessat ab actu per non concursum Dei, nullo modo cogitur quãuis necessitetur ad cessandũ.1260.B
Omnes potentiæ, præter volũtatem dicuntur cogi simpliciter & propriè loquendo.1260.D
Voluntas potest cogi in actibus a se imperatis, elicitis tamen ab alia potentia. 1265.D
Voluntas non potest cogi in actibus suis reflexis a se imperatis.1266.A
Voluntatem necessitari ad appetitum alicuius bõni cõtingit dupliciter. 1285.C
Coactio voluntatis, vide Beatus.
Voluntas finis, vel mediorum quędam est absoluta quędam conditionata.1308.A
Voluntas alia efficax alia inefficax.ibid.C
Omnis actus voluntatis circa medium in hac vita est liber quoad exercitium. 1309.B
Supposita volitione absoluta finis, voluntas necessario necessitate consequentiæ vult media ordin. ad illum.ibid.D
Hęc necessitas non destruit libertatem circa ipsum medium.1310.B
Si voluntas necessitatur necessitate consequentiæ & antecedentis, etiam necessitatur necessitate consequentis. ibid.D
Voluntas mouet intellectum in genere causæ efficientis.1322.D
Potentias passiuas mouet voluntas per modum agentis causando in eis ipsum motum.1334.D
Potentias quæ sunt principia actiua suarũ operationum mouet voluntas per modum agentis non causando in ipsis motum.1335.C
In voluntate non potest esse duplex potentia quorum vna sit irascibilis, altera concupiscibilis.1341.C
Voluntas in eodem instanti habet libertatem ad oppositа, in sensu diuiso non in sensu composito.1365.B

FINIS.

VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Sessæ.
M. D. XCI.

VALLICELL. - BIBL. COLL. MAX. LYNDI

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca